Biblioteca Universitaria
Sala A
Mano 76
Pubblico 281

6-I-2

2-a. 6. 4

182-281

2 400 60
MADE IN SPAIN

De el colegio de la Compa. de Jesus de Gran. Ba. R-7039

COMMENTARIA IN EVANGELIVM DIVI MATTHÆI, PER PATREM

Fratr. Alfonsum de Auendaño, Dominicani Ordinis, generalem prædicatorem, ac Præsentatum, edita in gloriam Dei, & sacrosanctæ matris Ecclesiæ obsequium.

TOMVS PRIMVS.

In hoc opere (candide lector) & sensum literalem explicatum summa cum diligentia inuenies, & plures conciones ad populum habitas, luculentissimè scriptas reperies.

MADRITI,

Apud Petrum Madrigal. 1593.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

E L R E Y.

POR Quanto por parte de vos fray Alonso de Auendaño, de la orden de santo Domingo, nos fue fecha relacion, que vos auiades compuesto con mucho trabajo y cuydado vn libro, intitulado Commentaria, sobre todo el Euangelio de san Matheo, el qual era muy vtil y prouechoso para toda la Republica Christiana, como del cõstaua y parecia, de que haziades presentacion: y nos suplicastes os mandassemos dar licencia para lo poder imprimir, y priuilegio por veynte años, ò como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia que la pragmatica por nos vltimamente sobre ello hecha dispone, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon, y nos tuuimoslo por bien: por la qual vos damos licencia y facultad, para que por tiempo y espacio de diez años cumplidos primeros siguientes, que corren y se cuentan desde el dia de la fecha desta nuestra cedula en adelante, vos ò la persona que para ello vuestro poder ouiere, y no otra alguna, podays imprimir y vender el dicho libro que de suso se haze mencion. Y por la presente damos licencia y facultad a qualquier impressor destos nuestros Reynos, qual vos nombraredes, para que por esta vez le pueda imprimir por el original que en el nuestro Consejo se vio, que va rubricado y firmado al fin de Alonso de Vallejo nuestro escriuano de Camara, y vno de los que en el nuestro Consejo residen: con que antes que se venda le traygais ante ellos juntamente con el dicho original, para que se vea si la dicha impresion esta conforme a el, o traygays fee en publica forma como por Corrector por nos nombrado se vio y corrigio la dicha impresion por el dicho original. Y mandamos al dicho impressor que assi imprimiere el dicho libro, no imprima el principio y primer pliego del, ni entregue mas de vn solo libro con el original al Autor, o persona a cuya costa le imprimieren, ni a otra alguna para efecto de la dicha correccion, y tassa, hasta que antes y primero el dicho libro este corregido, y tassado por los del nuestro Cosejo: y estando hecho, y no de otra manera, podays imprimir el dicho principio y primer pliego, en el qual seguidamẽte se ponga esta nuestra licencia, y la aprouacion, y tassa, y erratas: ni lo pueda vender ni venda el ni otra persona alguna hasta que este el dicho libro en la forma susodicha, so pena de caer è incurrir en las penas contenidas en

la dicha pragmatica y leyes de nueſtros Reynos que ſobre ello diſponen. Y mandamos que durãte el dicho tiempo perſona alguna ſin vueſtra licencia no lo pueda imprimir, ni vender, ſo pena q̃ el que lo imprimiere, y vendiere aya perdido y pierda qualeſquier libros, moldes y aparejos que del tuuiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis: la tercia parte para la nueſtra camara, y la otra tercia parte para el juez que lo ſentenciare, y la otra tercia parte para el que lo denunciare: eſto por cada vez que lo contrario hiziere. Y mandamos a los del nueſtro Conſejo Preſidente, y Oydores de las nueſtras audiencias, Alcaldes, alguaziles de la nueſtra caſa, Corte y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Aſsiſtente, Gouernadores, Alcaldes mayores, y ordinarios, y otros juezes y juſticias qualeſquier, a cada vna en ſu juridicion, aſsi a los que agora ſon, como à los que ſeran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan eſta nueſtra cedula y merced que aſsi vos hazemos: y contra ella no vayan ni paſſen, ni conſientan yr ni paſſar en manera alguna, ſo pena de la nueſtra merced, y de diez mil marauedis para la nueſtra Camara. Fecha en ſan Lorenço a veynte dias del mes de Iulio de mil y quinientos y nouenta è vn años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nueſtro ſeñor,

Iuan Vazquez.

APRO-

APROVACION.

OMMENTARIA In Euangelium diui Matthæi, authore patre Præſentato F. Ildefonſo Auendaño ordinis Prædicatorum, ſumma cum attentione & voluptate legi de mandato ſummi Senatus; in quibus ſtatim intellexi, quantum certaret authoris zelus pro domo Dei, cum ſumma diligentia, eò quòd præter Chriſti ſenſum, qui eſt in antiquis Doctoribus, vt habet Paulus, preciſsè locis citatis explicatum, & punctim oſtenſum ab authore: nihil eſt contra fidem, imò inſtat opportunè & conſtanter pro Euangelij, & interpretum eius veritate dignoſcenda, ſumma cum diſquiſitione: vnde poterit cum authoris laude, & Eccleſiæ vtilitate hoc opus typis mandari. In conuentu diui Philippi, ordinis diui patris Auguſtini, anno. 1591. die vero tertio decimo menſis Iulij.

Fr. Gabriel Pinelo.

T A S S A.

YO Alonso de Vallejo, escriuano de Camara del Rey nuestro señor de los que residen en el su Consejo, doy fee, que auiendose visto por los señores del vn libro que compuso fray Alonso de Auendaño, de la orden de señor santo Domingo, intitulado Commentarios sobre todo el Euangelio de san Matheo, que con su licencia fue impresso, le tassaron a tres marauedis y medio cada pliego del dicho libro en papel: y mandaron que antes de venderse se ponga esta tassa al principio de cada volumen del, para que se sepa y entienda lo que se ha de lleuar del. Y para que dello conste de mandamiento de los dichos señores del Consejo, è pedimiento del dicho fray Alonso de Auendaño di esta fee en la villa de Madrid a veyntiquatro dias del mes de Diziembre de mil y quinientos y nouenta y dos años.

Alonso de Vallejo.

FRATRI

FRATRI LAVRENTIO

A Figueroa, Dominicani instituti dignissimo Præsuli Seguntino: frater Ildefonsus de Auendaño, eiusdem instituti professor, salutem, atque diuini numinis benedictionem precatur.

CVM Episcopale munus (dignissimè præsul) in hoc potissimè institutũ sit, vt qui præest, sollicitus sit pascere sibi cõmissum gregem Christi, non eo dũ taxat pauulo quod corporibus propriũ est, sed eo maximè quod animas pascit, quod est verbum Dei, iuxtã illam Domini sententiam qua aduersariũ profligauit cùm illi dixit, Nõ in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei: hinc fit quòd ea, quæ huic muneri deseruire possunt, ei potissimè dedicanda sint. Nam quantumuis bicorni mitra tanquam galea caput muniat, baculoq; pastorali tanquam gladio armatus incedat, vt hostibus terribilis efficiatur; tamen quia aduersarij multi, ijq; fortissimi sunt, opusque magnum integritatè fidei inter media agmina conseruare; non sibi soli fidere debet, sed auxiliares copias vndecunq; poterit, congregare nitatur. Sic enim Paulus Episcopum hortatur, vt faciat, cùm ad Titum scribens ait. Oportet enim Episcopum, tanquam Dei dispensatorem, sine crimine esse. Nullum enim maius ad præliandum cũ hostibus impedimentũ, quàm peccata propria. Hæc enim sunt arma illa iniqui Regis Saulis, quæ ad præliandum cum gigante puer Dauid deposuit: quoniam maximum sibi impedimentum ad certamen præbere cernebat. (Non superbum) idest suis viribus fidentem. (Non iracundum) nam maximum opus fortitudinis est sustinere. (Non vinolentum) quoniam qui vino delectatur non erit sapiens. (Non percussorem) nam sine gladio mittit Deus prædicatores suos. (Non turpis lucri cupidum) quia sine sacculo & pera prædicatores pergere debent. Sedècontra (Hospitalem) vt Angelos, velut Abraham recipiens, illi sibi con-

Matth. 4.

Ad Tim. 1

Prou. 20.

tra hoſtes præſidio ſint. (Benignum) quatenus ſua benignitate ſocios ſibi ad dimicãdum aſciſcat. (Prudentem) quavirtute dux belli potiſsimum præcellere debet. (Sobrium, iuſtum, ſanctum, continentem) quatenus his præfulgens ornamentis, in ſuum auxilium omnes probos poſt ſe rapiat. Amplectentem eũ, qui ſecundum doctrinam eſt fidelẽ ſermonẽ, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt arguere. Sunt enim multi inobedientes, vaniloqui, & ſeductores, maximè qui de circunciſione ſunt, quos oportet redargui. Ac ſi diceret. Cũ tot ſint hoſtes, ac ſeductores, qui docent ea quæ non oportet; neceſſum eſt, vt Epiſcopus qui eos redarguere tenetur, amplectatur fidelem ſermonem. Hoc eſt non ſibi ſoli fidat, ſed manus, & brachia extendat, ad amplectendum fidelem ſermonẽ, vbicunq; illum comprehendere valeat. (Vt potens ſit
Prouer. 11. exhortari, in doctrina ſana.) Nam ſalus vbi multa conſilia, quibus ſtipatus contradicentes reuincere poſsit. Hoc enim, & bicornis illa mitra ſignificat, nẽpè vtriuſque Teſtamenti peritiam, quibus tanquam cornibus inimicos feriat, atq; ventilet. Debet enim Epiſcopus aduerſarijs cũ his duobus cornibus apparere, ſicuti Moyſes populo illi viſus eſt duas tabulas in manibus ferens. Fimbriæ verò ac ligulæ quæ ex ea pendent, auxilia, quæ ſibi contra hoſtes adiungit, ſignificare videntur. Idem & baculus paſtoralis denotat. Innititur enim illi, & cum illo ferit inimicos. Ideò quippè aliorum auxilia quærit, vt de aduerſarijs vindictam ſumat. Eget igitur Epiſcopus aliorum fidelium pijs auxilijs, quibus ſuæ additis diligentiæ; melius tantum munus exequi valeat. Ea propter & omnes Chriſti fideles illi ſuppetias ferre debemus. Sicut enim membra capiti, & milites duci, ſic & Epiſcopis accurrere tenemur. Nam quantò in loco ſuperiori, tantò in periculo maiori verſantur. Inſuper maiora, neceſſariora, & vtiliora munera exercent: qui ergo illis quod poreſt offert, in publica cõmoda beneficus eſt, atq; ideó & maiorẽ accipiet mercedem, iuxta illam Chriſti Domi
Matth. 10 ni ſententiam. Qui recipit prophetã, in nomine prophetæ, mercedẽ prophetæ accipiet. Igitur hac ego ratione adductus tibi, ò digniſsime Præſul, munuſculũ hoc meũ offerre decreui. Nã etſi tantillum, ac exiguum eſt; tamen cũ vidua illa Euangelica

quod

quod habeo offero, nec quantum, ſed ex quanto Deus penſat. Si enim plus valuiſſem, plus etiam libentiſsimè obtuliſſem. Alij aurum, argentum, byſſumq; retortum, in opus Tabernaculi offerent; mihi plus non valenti pelles caprarum, & ſaga cilicina abũdabunt. Omnia ad opus Tabernaculi conferũt, offerat vnuſquiq; quod valet: quoniã bonum habemus Dominũ, qui etiã minima à ſuis accipere non dedignatur. Tibi autẽ inter alios Præſules meas has lucubratiunculas trado: quoniam id ordo exigit charitatis, vt propinquioribus, prius obſequia præſtemus. Tibi autẽ præter hoc (quod in hoc diui Dominici inſtituto conciues ſumus) & ego, & Ordo meus maxime debitores ſumus. Ordinẽ quippè meũ tuis literis, doctrina, ac exẽplis decoraſti, eligens magis improperiũ Chriſti, pauperemq; ac tenuem agere vitã, quã regũ, aut magnatum, à quibus originem trahis, amplitudinẽ ſequi. Quo exẽplo motus cõſobrinus tuus frater Petrus Pontius, idẽ nuper amplexus eſt, quod & in magnum cedere bonũ, Deo auſpicante, ſperamus. Ego autẽ fateor nihil ſum; tamen me multotiens vltra mea merita honorare tibi placuit. Nã & cõmentariola quædã, quæ ſuper Pſalmũ centeſimũ decimũ octauũ ediderã, cũ in publicũ dediſſem, tibi maxime placuerunt; grauiſsimiſq; verbis, ac charitate plenis (cũ apud te eſſem in oppido quod Molina dicitur) exhortatus es, vt ab huiuſmodi laboribus minimè manũ auerterem. Cumq; tibi explicuiſſem mihi in animo eſſe cõmentaria maiora, ſuper totũ Euangeliũ Matthæi edere, ad id efficiendũ animũ addidiſti, gratumq; multis futurum aſſeueraſti: quibus verbis fateor me maximè accenſum fuiſſe, quem tamen meamet conſcientia puſillanimẽ fecerat. Nec enim exiguitati meæ tantũ vnquã tribuere potui, vt nec cogitatus vllus meã aſcẽderit mentẽ, quòd ego tantillus homunculus Eccleſiæ Dei vſui eſſe valerẽ. Sed Deus optimus maximus (qui infirma, ac ſtulta mundi eligit, vt confundat fortia) id propter aliorum vtilitatem, in me efficere dignatus eſt, vt tàm in publicis concionibus, quæ ore tenus hucuſque protuli, quam in his, quæ manu ſcripſi, & prælo mandaui, aliquem fructum, vt fertur, Chriſti fidelibus attulerim. Qua propter ei accepta refero, atque in eius obſequium, & me & mea omnia impendere, & ſuperimpendere cupio. Tuũ erit, ò optime Præſul, meæ exiguitati

tua

tua maxima amplitudine vires addere, cui me coadiutorem offero. Nam si (teste Paulo) Dei adiutores sumus, quid mirum si ministrorũ eius coadiutores nos esse dicamus? Voluit quippè Deus, vt alter alterius indigeremus auxilio. Nam & diuiti pauper necessarius est. In hoc autẽ tibi meum opus deseruiet, quod qui ouibus tuis prædicare verbum Dei voluerint, ex hoc opusculo aliqua decerpere poterunt, quæ in vtilitatem tui gregis cedant. Quod & tu humilitatis exercendæ causa, aliquando efficere poteris. Interim te meis, licèt indignis, precibus adiuuabo, vt & tu tua maxima authoritate qua polles huic operi fauorẽ præbeas; quatenus te auspicante conualescat, & prosperè currat, vt quod ei ex mea tenuitate deest; tua magnitudine cõpleas, atq; perficias. Quod etsi ego gratum habere nequiuero; Deus optimus maximus, in æterna beatitudine præmiet, & te vndique gratia sua circundet, protegat, atq; defendat; quatenus munus tuũ sic prudenter, ac sanctè exequi valeas, vt inter summos Dei Sacerdotes viridi redimitus corona triumphes.

PIO

PIO LECTORI
Salutem.

EN Tibi (pie ac Christiane lector) cõmentaria super totum Matthæi Euangelium edita proferò, quæ anteà in cõmentarijs nostris super Psalmum centesimum decimum octauum pollicitus fueram. Nam cùm illa gratè suscepta vidissem, quasi pro accepto beneficio gratias rependo. Sic enim, & Philosophus de gratitudine loquens ait: Refamulari oportet eum qui accipit, & iterùm ipsum reincipere. Hoc est dicere: Qui beneficium accipit, rependat illud, aliquid supra addendo; vt ille cui impenditur superadditis etiam gratias debeat, quas ampliores reddendo te de nouo obliget, & tu iterum illum: vt sic semper debitores ad inuicem simus, consilium Pauli adimplentes quo dicit: Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Cùm ergo tu vltra meritum meum prædictum opusculum gratũ susceperis; maiora tibi nunc offero munera, quasi pro suscepto beneficio aliquid addens, vt & tu vicissim aliquid maius reddas, saltem aliquantulũ gratiosiùs hoc opus recipiens quàm illud, vt & ego semper maiora rependam, & sic inter nos charitas, & perseueret, & coalescat. In illis meis cõmentariolis nõnulla quæ ad sensum literalem, plura autem quæ ad componendos mores conferebant dixi. Cæterum non ita plenè, sed potius tanquam fragmenta, ac symbola quædam dedi. In his autem cõmentarijs integras conciones quas ad populum frequentes habui, tàm in Salmanticensi, quàm in Complutensi Academijs, atq; in hac Regali curia tibi offero, & gratissimè trado, vt & tu ex eis quod videbitur pro cõmuni vtilitate recipias. Sensum autem literalem magna cum diligentia etiam explico, quoniam multi quidem illum negligentes, impropria multa, ac ridicula proferunt, quæ aures doctorum virorum maxime offendunt. Sensus quippè literalis basis est, ac fundamentum mystici, ac spiritualis: quarè qui illo neglecto ad alios sensus

Roman. 13

ſus ſe transfert, quaſi abſq; fundamento ædificare conatur, vnde facillimè omnia dicta ſua corruent. Vt igitur ſenſum literæ germanum non prætermittas, illum prius ſummis laboribus excerptũ trado, quo tanquã fundamento iacto, ea quæ ad mores pertinent profero: vt ſi hæc auidiùs concupiſcis, cùm ſenſui literali alligata ſint, velis nolis illũ etiam conſpicias. Quidquid ex tribus Euangeliſtis, Matthæo, ſcilicet, Marco, ac Luca, in Eccleſia legitur, atq; à Prædicatoribus publicè prædicari ſolet, in hoc opere ſub nomine moralitatis fœcundiſſimè explicatum inuenies, ita vt tres, quatuor, & aliquandò plures cõciones ex eis quæ hîc ſcripta inuenies, pro quolibet die in quo prædicari ſolet, conficere valeas. Atq; ex antiquiſsimis patribus ea producta eſſe ſcias, quatenus qui hunc laborẽ ſubire neglexerit, vt illos legat, hic eorum ſanam doctrinam, quaſi in cõpendium redactam legat. Circa ſenſum autem literalem ſcias me plurimum de ſudaſſe, pluresq; authores legiſſe, ex quibus quaſi cathenam quandã contexui, eorum placita circa literã referens, vt & tu quæ plus placuerint eligere poſsis. Sed inter omnes plus Cornelio Ianſenio adhæreo: eo quod omnia antiqua, & noua legerit, & ex eis aliquãdo meliora acceperit, licet nonnunquam ab his quæ cõmuniora ſunt ſe ſubtraxerit, in quibus & ego etiam ab illo me ſubtraho. Gratè ac benignè has meas lucubratiunculas accipe, meq; Deo optimo maximo, cui omnia bona referenda ſunt, tuis precibus cõmendatũ habeto. Apud Matritum ex hoc ſancti Thomæ conuentu, vigeſima ſeptima die Octobris, anno. 1590. Vale.

PRO-



PROOEMIVM IN EVANGELIVM secundùm Matthæum.

PRIVS QVAM Ipsum opus aggrediamur aliqua præhabenda sunt, quæ in initio cuiuslibet operis prælibari solẽt. Et primò videndum est, quid sit Euangelium: secundò quibus alias scripturas Euangelium excellat: & tertiò de numero Euangeliorum: demum quartò, de conuenientia eorum. Et circa primum aduertendum est, quòd largo quodam modo, quodcunque nuntium bonum dici potest Euangelium, vt August. refert libr. 2. contra Faustum, cap. 2. solebat tamen appellari Euangelium, munus quod pro bono nuntiò dabatur. Nam Cicero ad Atticum sic ait: O suaues Epistolas, quibus Euangelium deberi fateor. Imò apud Græcos solet accipi Euangelium pro sacrificio, quod solet fieri pro publicis nuntijs, vt author est Socrates Xenophon lib. 1. Græcorum. Nos verò Euangelium vocamus nuntium bonum, proprijssimè accipiendo pro nuntio, quòd detulit Saluator in mundo, vt August. libr. 2. contra Faustũ Manichęi cap. 2. docet. Quarè hoc modo narratores originis, dictorum, factorum, passionũ Domini nostri Iesu Christi, propriè dicti sunt Euangelistæ, vt ibidẽ refert August. Nam & excellentia doctrinæ, & lætissima nuntia, quæ in Euãgelio nobis annuntiantur, iurè optimo Euangelij nomen sibi vsurpare existimandum est. Quatuor enim gaudio plena, in Euãgelio nobis annuntiantur. Primum Messiæ aduẽtus, diù ab omnibus desideratus. Quarè Angelus ad pastores ait: Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid. Circa quod notandum sacram Scripturam docere, Christi aduẽtum summis desiderijs, à Iudęis, ac gentibus fuisse expectatum, concupitum, ac summis precibus expostulatum. Nã ideò dicitur Christus desiderium collium æternorum, hoc est, sanctorũ Patrum, qui diù in hac expectatione vixerunt, iuxtà illam Iacobi sententiã, quã iam iam moriturus expressit dicẽs. Salutare tuũ expectabo Domine. Nam Christus Dominus ad Iudæos dixit: Multi Reges desiderauerunt videre, quæ vos videtis. Et Ioannis cap. 8. in contentione quadam, quam cum Iudæis in templo habuit, dixit: Abraham Pater vester exultauit, vt videret diem meũ, vidit & gauisus est. Vbi Ireneus lib. 4. aduersus Hebræos cap. 13. docet fuisse hunc diem demonstratũ Abrahę, in re quidẽ, quando voluit sacrificare Isaac filium suum, in signo autem, quando vidit arietem hærentem cornua inter vepres, sed in verbis quando dixit illi Deus. In semine tuo benedicentur omnes gentes, quod exponit Paulus de Christo. Et addit etiã Ireneus, quòd cùm Abraham intellexisset, nõ posse humanũ genus saluari, nisi filius Dei morti se obijceret: filium suum obtulit Deo, vt ipse dignaretur filium suum offerre pro nobis. Item Iacob (vt modo diximus) propè mortem dixit: Salutare tuũ expectabo Domine, hoc est, ad inferos descendere debeo, ibique salutem tuam præstolabor. Moyses

August. — Cicero. — Socrates Xenophõ. — August. — August.

Luca. 2. — Gene. 49. — Ibidem. — Luc. 10. — Ioan. 8. — Ireneus. — Galat. 3. — Gene. 49.

 etiam

Exod.4. etiam hoc poposcit cum Exod.4.cap. dicebat: Domine mitte quem misurus es. Et
Psal.79. Dauid cum clamabat: Excita Domine potentiam tuam, & veni: ostende faciẽ tuam, & salui erimus. Nam ostendere in Hebræo
Esai. significat exhibere. Esaias etiam exultat huius Messiæ desiderio, vt in multis locis patet. Fuit etiam desideratissimus cunctis
Ageus.2. gentibus, vt Ageus cap.2. exprimit dicens. Adhuc modicũ, & veniet desideratus cun-
Gene.49. ctis gentibus. Et Iacob Genes. 49. Et ipse erit expectatio gentium. Quod Ecclesia in hymno quodam ad Virginem exprimit dicẽs: Desideratus gentibus, cuius per aluum fusus est. Sed hinc oritur non contemnendum dubium. Quomodo Christus Dominus dicatur desideratus gentibus, quibus ta
Roma.10. men non erat notus. Vt ad Roma.10.docet
Esai.66. Paulus adducens illud Isaiæ. 66. Inuentus
Psal.17. sum à non quærentibus me. Et in Psalmo: Populus quem non cognoui seruiuit mihi. Sed pro explicatione sciendum, quòd hoc testimonium Agei in nostra versione habet, vt citatum est, tameri in Hebræo sic habetur: Veniet desideratum cunctarum gentium, quòd est ambiguum, & duos compati
Hierony. tur sensus. Alter quem Hieronymus exprimit, id est, veniet desideratus cunctis gentibus. Vel secundò sic: Venient quæ sunt desiderata ex gentibus, hoc est, optima quæq; ex gentibus venient, ad Messiam. Nam tres gradus hominũ erãt inter gentes insignes. Principes, sapientes, & antistites. Et hos dicit concursuros esse ad Messiam,
Esai.49. ita Esaias. 49. & 66. dicitur: Veniẽt demis-
Esai.66. so in terram vultu, te adorabunt, & fortitudo gentium conuertetur ad te. Quem sensum, in versione sua etiam sequuti sunt septuaginta interpretes. Etsi sic exponitur locus, nulla in loco difficultas est. Cæterum secundum nostram translationem manet difficultas, & ideò respõdetur primò, quòd non debet intelligi desideratus ab ipsis gentibus, sed quòd Patriarchæ, & Prophetæ, & alij sancti, ex Iudæis desiderabãt Messiam,
August. non solùm sibi, sed etiam gentibus. Secundò respondetur cùm Augustino lib.14.de ciuitate Dei.cap.35. quòd ille locus intelligendus est de secundo aduentu, & non de primo, & de gentibus conuersis ad Christum. Vnde subdit. Vt esses desideratus expectantibus oportuit credentibus esse dilectum. Eodem modo ait Iustinus martyr in-
Iustinus mart. telligendum esse illud Genes. 49. Et ipse
Gene.49. erit expectatio gentium. Tertiò respondetur, quòd ille locus intelligatur de gentibus expectantibus primum aduentum Christi. Nam multi ex gentibus salui facti sunt in aduentu Christi: Ità affirmat beatus Augustinus lib.17. de ciuitate Dei cap.46. Nam *August.* Iob fuit ex gentibus, & beatus Dionysius, imò & Melchisedec dicit, quòd fuit Gentilis, & multi alij habuerunt fidem Christi, sine qua salui fieri non poterant. Nam ait Augustinus ibi: Nemini accessum fuisse ad Deum credendum est, cui non sit reuelatus Christus Iesus: vt ità vna fides Christi omnes prædestinatos, ad gloriam perduceret. Cæterum duplex est fides, vna implicita, & altera explicita: fides saltem implicita Christi semper necessaria fuit omnibus ad salutem, & propositiones vniuersales in sacra Scriptura debent accipi pro maxima parte, hoc est, pro generibus singulorum. In hoc sensu Christus fuit notus omnibus gentibus, quæ saluæ factæ sunt. Secundum nũtium quod hæc doctrina affert, est quod
Luc.1. venit Messias ad saluandum homines, vt
Cap.2. dixit Angelus, & Zacharias. Ad dandam
Matt.18. scientiam salutis plebis eius. Et ipse Dom-
Ioan.10. inus: Venit filius hominis saluare, quod perierat. Et alibi: Ego veni vt vitam habeant, & abundantiùs habeant, vt sim hominibus
Ioan.14. via, veritas, & vita ad instaurãdum, siuè quę
Eph.1. in cœlis, siuè quæ in terris sunt, vt ait Paulus: Et ad liberandum genus humanum à
Genes.3. morte secũda, & à maximis laboribus, nam in sudore vultus sui vescebatur pane suo. Cùm enim homo seruituti diaboli esset addictus, & ad infera condemnatus, venit filius hominis ab his malis illũ eripere: nam istius regis vexillum, cum hoc titulo venit. Apud Dominum misericordia, & copiosa
Psal.129. apud eum redemptio. Tertium nuntium est, quoniam (vt ait Esaias) venit ad saluan-
Esa.57. dum, tam eos, qui sunt propè, quàm eos qui sunt longè. Venit enim verus Pastor, vt cõgreget oues propter has rationes. Quoniam ipse erat Deus omnium, ergò oportebat quòd esset Deus in omnes, vt ait Paulus:
1.Cor.15. Vt sicut ipse omnes creaturas ex nihilo condiderat, ità ex nihilo regeneraret. Secũdò, quia per Adam omnes sunt damnati, ergò per Christum omnes erant saluandi, vt
1.Cor.15. Paulus docet. Tertiò, quia passio Christi erat infiniti valoris, non ergò decebat vt tantum pretium pro Iudæis dumtaxat profunderetur. Deniq; quartò, ita erat prædictum per Prophetas iuxta illud Psal.2. Po-
Psal.2. stula à me & dabo tibi gentes hæreditatem
Esa 4.9. tuam.

tuam, & apud Esaiam: Dedi te in lucẽ gentium, vt sis salus mea, vsq; ad extremum terræ, & primò prænunciatus fuerit Christi aduentus Iudęis, quam gentibus. Nam illis fuit promissus Christus, illi erãt in cultu, & cognitione veri Dei. Quarè cornu, in quo dicitur Epistola significat populum Iudæorum, & cornu in quo dicitur Euangelium populum gẽtium: nam quia Iudæi non crediderunt Moysi & Prophetis, translatũ est Euangelium ad gentes. Quartum nuntium est quod Christus Dominus non fuit Saluator ad breue tempus, vt Ioseph, Gedeon, Iephthe, & præsentiũ solùm, sed omniũ, & per omne tempus, vt ipse dixit: Eccè
Matt.vlt. ego vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad consumationem sæculi. Quarè seipsum in altari reliquit, pro omnium salute. Fundauit enim Ecclesiam inexpugnabilem, contra quam nec portæ inferi poterunt præualere, & dedit illi caput quo infallibiliter re-
Ioan.vlti. geretur. Nam dixit Petro: Pasce oues meas. Secundò reliquit verbum Dei expressum, vel per scripturas vel per traditiones, & dedit Ecclesiæ infallibilem potestatem interpretandi sacras Scripturas. Tertiò reliquit septem sacramenta, tanquam canales per quos deriuetur diuina gratia. Quartò seipsum reliquit in sacramento Eucharistiæ, in cibum & sacrificium. Quintò dedit Ecclesiæ suæ verum cultum Dei, & ità Ecclesia est sicut arca Noæ, in qua qui non fuerit non euadet diluuium iræ Dei. Igitur propter hæc dicitur, hæc doctrina Euangelica. Hinc & Chrysostomus ait: Quid igitur tan-
Chrysost. tis his bonis fiet æquale? Deus in terra, homo in cœlo, amicitia Dei ad humanam facta naturam, infinitum debitum solutum, cõfusus diabolus, mors destructa, patefactus Paradisus, & hæc nobis gratis data sunt supra conditionem nostram, non quia laboraui-
OEchonomia biblio mus, sed quia electi sumus. Vndè in libro
rum. partium Theologicarum, lib.3. tabul.5. omnia hæc bona nuntia referuntur in Euangelijs nobis proposita, nempè pœnarum sublationem, veniam peccatorum, sanctificationem, atq; iustitiam, redemptionẽ, adoptionem filiorum, cœlorum hæreditatem, cùm Dei filio fraternitatem, paternitatem Dei, resurrectionem mortuorum, vitę immortalitatem, societatem Angelorum, & communicationem spiritus, beatitudinẽ cœlestem, possessionem gloriæ sempiternæ, hæc omnia nobis Euangelium nuntiat. Vnde Ori-
Origenes. genes in præfactione ad Euãgelium Ioannis sic definit Euangelium. Euangelium, inquit, est oratio, quæ bonam, & conuenientem rationi rerum annuntiationem continet, quæ lætum redunt authorem propter vtilitatem, simul atq; ab ipso admissa fuerint quæ annuntiantur. Vel Euangelium oratio est continens boni præsentiam, cuicunq; credenti. Vel oratio affirmans adesse bonum, quòd expectabatur. Ioan. autem *Driedon.* Driedonis lib.2. cap. 3. sic definit Euangelium. Euangelium est bonæ rei nuntium, à manifestatum, in scripturis legis, & Prophetarum velatum. Vndè dicitur Euangelium pacis, Euangelium regni cœlorum, Euangelium salutis æternæ, Euãgelium gloriæ Dei, Euangelium gratiæ & misericordiæ, Euangelium magni gaudij. Et hæc de nomine Euangelij dicta sufficiant. ¶ De secũdo autem quod à principio proposuimus, nempè excellentia Euangelij doctrinæ super alias, deinceps dicendum est. Quod autem doctrina Euangelia superet veteris testamẽti doctrinam, absq; controuersia est. Beatus Au-
August. gustinus lib.1.de consensu Euangelistarum cap.1. sic ait: Inter omnes scientias quæ sacris literis continentur, Euangelium excedit. Nam quod lex, & Prophetæ promittũt Euangelium iam completum ostendit. Hoc est, quod Euãgelium præstat nobis promis-
Hiere.31. sa à veteri testamento. Sed quoniam Hiere mi.asc.31. extollit præstantiam fœderis noui, quod in nouo testamento nobiscum pepigit Deus cùm antiquo; ideò duas habere excellentias singulares ego dico. Prima est ab authoribus eius. Nam principalis author fuit Christus, qui vel docuit, vel egit ea quæ scripta sunt in Euangelio, & interno spiritu illos mouit ad scribendum, atq; asistebat eis, sicut ait Apostolus ad Hebræos.1. Multipharie, multisq; modis, olim Deus loquens
Hebræ.1. patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis loquutus est nobis in filio. Quod & Ioã.1.di
Ioan.1. citur. Vnigenitus qui est in sinu patris ipse
Augusti. narrauit. Et hoc dicit Augustinus significasse Dominum, quandò dicitur in mõte aperuisse os suum. Id est, docuit per seipsum. Secundò scriptores noui testamenti fuerunt Apostoli, qui quatuor rebus fuerunt excellentiores Prophetis. Primò in scientia: quia habuerunt ampliorem scientiam rerum humanarum, & diuinarum, vt patet ex Euangelio vbi dicitur Spiritus sanctus docebit
Ioan. 14. vos omnia, & ad Ephes. 5. secundum diui-
Eph.5. tias gratiæ eius, quę superabundabit in nobis, in omni scientia, & prudentia. Secundò

in plenitudine gratiæ excelluerunt:quia ac
Roma.5. ceperunt primitias ſpiritus, vt dicitur Roman.8.id eſt, abundantiùs & perfectiùs vt ait Gloſſa.Tertiò in authoritate, & poteſtate. Habuerunt enim authoritatem prædicandi Euangelium in toto mundo, & fundandi, & regendi Eccleſiã in vniuerſo mundo, & condendi nouas ſcripturas, & poteſtatem dimittendi peccata, & ad adminiſtrationem ſacramentorum, nouas ordinare cæremonias. Quartò habuerunt etiam poteſtatem faciendi miracula, loquendi va
Eph.4. rijs linguis,quarè Paulus Ephe.4. &.2.Co-
2.Cor.12. rin.12.numerans miniſtros Eccleſiæ,primò ponit Apoſtolos, deinde Propphetas.Secũda excellentia eſt ex ipſo genere, & ordine propter quinque. Primò, quia de rebus credendis,ſperandis,& amandis copioſiùs, & explicatiùs & faciliùs in doctrina Euangelica agitur. Secundò,quia hæc doctrina nullum deffectum permittit,ſicut lex veteris teſtamenti.Et ipſe Dominus dixit: Niſi
Matth.5. abundauerit iuſtitia veſtra,pluſquam Scribarum,& Phariſeorũ,non intrabitis in regnum cœlorum. Tertiò,quia hæc doctrina æterna non temporalia promittit. Quartò, quia lex Euangelica nõ eſt lex timoris, ſed amoris,non ſeruitutis, ſed libertatis,nõ paruulorum,ſed adultorum,non ſolum Iudæorum,ſed omnium gentium,non lex mortis, vel peccati,ſed gratiæ,& vitæ.Deniq; quin-
Hiere.31. tò,non eſt data in tabulis lapideis, vt Hie-
Hebræ.7. remie.31.dicitur: Vndè Paulus de lege veteri dicit,neminem ad perfectum aduxiſſe &
Ioan.1. Ioan.1.lex per Moyſem data eſt gratia, & veritas per Ieſum Chriſtũ facta eſt. Id eſt, per Euangelium. Et notandum,quòd licet hæc Euangelica doctrina non ſit argumentatiua,vt philoſophia, vel eloquens, aut Ciceroniana, tamen virtute, poteſtate, & efficatia magis argumentatiua eſt,quã Philoſophorum doctrina, & magis eloquens
Simile. quam doctrina Rethoricorum. Vt ſol licet non ſit calidus actu poteſtate tamen, & vi, longè calidior eſt igne. Effectus quippè argumentationis eſt probare, & perſuadere. Euangelium autem vtriuſq; rei magnas habet vires. Quod patet quòd cùm ea quæ ſuadet ſint contra hominum cõmunes opiniones,& cantrà concupiſcientias proprias cuiuſcunq;: nihilominus totus mundus conuictus,& perſuaſus eſt.Deinde tria ſunt officia eloquentiæ docere,delectare, & perſuadere,quę omnia Euangeliũ habet. Nam propter primum appellatur lex ſacra,propter ſecundum dicitur aqua,panis,vinũ, lac.
Et Pſalmiſta dixit quam dulcia ſaucibus Pſal.118.
meis eloquia tua. Et propter tertium appellatur eloquium ignitum, ſermo viuus & efficax, penetrabilior omni gladio ancipiti, Hebræ.4.
vt ait Paulus.

Tertiò agendum eſt de numero Euangeliorum. Circa quod primò dubitatur an præter hęc quatuor Euangelia olim fuerint alia ſcripta. Nã id videtur inſinuare diuus
Lucas, cum in initio ſui Euangelij, inquit. Luc.1.
Quoniam quidẽ multi conati ſunt ordinare narrationẽ, quæ in nobis completæ ſunt rerum, &c. Et antiquitus circunſcribebantur multa Euangelia. Nã erat Euangelium ſecundum Aegyptios,ſecundum Hebræos, nomine Petri,& Pauli. Andreæ, Matthæi, & deniq; erat Euangelium ſub nomine omnium Apoſtolorum.Euangelium Valẽtini,
Luciani,Baſilidis, & alia de quibus lege Ire Ireneus.
neum lib.3.aduerſus Hebræos cap.11. Euſe- Euſebius.
bium lib.3. hiſtoriæ Eccleſ.cap.19. libro.6.
cap. 20. & diuum Ambroſium ſuper cap. 1. Ambroſi.
diui Lucæ. Hæc autem Euangelia non recipit Eccleſia. Primò propter eorum authores:nam vel erant Hæretici,vel inertes, vel incogniti,vel dubij in fide,vel,vt ait Augu- Auguſt.
ſtinus,non credebantur habuiſſe veram notitiam rerum, quę ſcribebãt, & quia Eccleſia non iudicauit illos habuiſſe ſpiritũ Dei, in ſcribendo. Secundò propter ipſammet ſcripturam,in qua quædam, vel erant Hæretica,vel falſa, vel ſuperſtitioſa, vel ab eis confecta. Tertiò propter modum ſcribendi. Nam inordinatè, & confuſè ſcripta erant, vt de Euangelio Valentini patet. Et ſtylus non erat grauis, ſed nimia affectatione cõpoſitus, & ſubobſcurus. Secundò dubitatur an hæc quatuor Euangelia fuerint recepta ab Eccleſia? Ad quod reſpõdetur quod ſic. Primò quia Eccleſia cognouit authores ipſorum habuiſſe veram notitiam eorũ quæ ſcripſerunt.Nam Matthæus & Ioannes, & viderunt ea,& edocti ſunt à Chriſto, Marcus à beato Petro Euangelium didicit, Lucas, vt ipſe teſtatur, ab his edoctus eſt, qui ipſis rebus interfuerunt, & à beata Virgine nonnulla accepit. Secundò quia Eccleſia ſciebat hos authores authoritate diuina ſcripſiſſe. Nam de Matthæo & Ioãne perſpicuum eſt,qui Apoſtoli fuerunt à Chriſto miſsi ad prædicandũ,& edocti ab eo.Euangelium Marci diuus Petrus approbauit, & propoſuit Eccleſiæ, vt docet Hieronymus, Hierony.
Euangeliũ vero Lucæ nõ ſolũ ab Apoſtolis

verum

verum ab omni Eccleſia receptũ eſt. Nam
2.Cor.8. de eo dicit Paulus.2.Corin.8.Cuius laus eſt in Euangelio,per omnes Eccleſias. Tertiò, quia iſti quatuor ſcripſerunt in exordio Eccleſiæ, quando viui erant Apoſtoli, & illi, qui cum Chriſto interfuerunt, & nullus fi-
Ioan.vlt. delis contradixit.Hoc indicat Beatus Ioannes, cùm in fine ſui Euangelij dicit: Et ſcimus, quia verum eſt teſtimonium eius, id eſt,Eccleſia ſcit. ¶ Dubitatur tertiò,quare quatuor Euangelia ſint ſcripta? Ad quod reſpondetur de hoc non poſſe reddi certa
Irineus. ratio. Tamẽ cum Irineo,& alijs aliquot reddemus congruentias. Irineus enim libr. 3. cap. 11. docet, quòd quia doctrina Euangelica, ex mandato Domini erat diuulganda per quatuor mundi partes, in quas totus orbis diuiditur:ideò quatuor fuerunt Euangelia, & eorum ſcriptores etiam quatuor. Secundò,quia venti principales ſunt quatuor, qui reddunt terram mundiorem, ſalubriorem, & fœcundiorem, & id quatuor Euangelia in animabus operantur. Tertiò, quia quatuor ſtatus habuit mũdus, in quibus diuerſa teſtamenta, atq; præcepta contulit Deus.Primum ante diluuium,in quo interdictus eſt vſus carnium.Secundũ poſt diluuium, quando fuit permiſſus & pactũ cum homine fecit Deus,quod non amplius aquis deleret eum, & circumſcionẽ dedit. Tertiũ in lege Moyſi,vſq; ad Chriſtum.Quartum à Chriſto,vſq; in finẽ mundi. Et quartò,quia
Ezech.1. præceſſerat figura, apud Ezechielẽ illorum animalium,quę referebant aquilã,vitulum, hominem, & leonem, vt ſtatim videbimus. Præterea,quia Euangeliũ eſt de Chriſto,in quo ſunt quatuor excellẽtiæ,nempè diuinitas,poteſtas Regia,iudiciaria, & Pontificia.
Geneſ.22 Deinde, quia figura horũ fuerunt illa quatuor flumina, quæ exierunt de Paradiſo, & arca veteris teſtamenti, quæ habebat quatuor angulos, &vectes,qui non ſeparabãtur
Exod.25. ab arca Exod. 25. Hi vectes ſunt quatuor Euangeliſtæ, qui arcam noui teſtamẽti per totum mundũ circunduxerunt. Fuit etiam
Zachar.1. huius rei figura viſio illa,quam vidit Zacharias.c.1. Vidit enim quatuor fabros, de quibus dixit. Iſti ſunt qui reparabunt domum Dñi, & deſtruent cornua gentiũ. Et vltimò
Prouerb. apud Salomonẽ in Prouerbijs.c.8. dicitur. Sapientia ædificauit ſibi domũ excidit columnas ſeptem, quæ ſunt doctrina veteris teſtamẽti, & doctrina Apoſtolorum in epiſtolis,doctrina Euãgelica, prophetia Ioannis in Apocalypſi, & hiſtoria Apoſtolorum in actis, quibus ſi iungas vetus teſtamẽtum, quod in hiſtoria, & prophetia includitur; facies has ſeptem columnas.

Quartò agendum eſt de conuenientia Euangeliſtarum, nempè in quo conueniant & in quo videantur differre: ſex ſunt in quibus conueniunt. Primò,in materia principali, ſcilicet, in Chriſto Domino, & in præcipuis eius myſterijs, nempè Paſsionis, & Reſurrectionis. Secundò,in fine,qui duplex eſt: proximus, qui fuit demonſtrare Dominum eſſe Meſsiam promiſſum Dei Filium,& mundi Redemptorem: alius eſt, vt credentes in Chriſtum vitam æternam conſequerentur. Quos fines indicat Beatus
Ioannes,cùm dicit: Hæc ſcripta ſunt,vt cre Ioan.vlt.
datis Ieſum eſſe Chriſtum Dei filium, & vt credentes vitam habeatis. Tertiò, conueniunt omnia Euãgelia in principali authore, nimirum, quia Spiritu Sancto inſpirati omnes loquuti ſunt. Quartò conueniunt in nobilitate & dignitate, quæ æſtimari poteſt ex doctrinæ excellentia, vel ex rectitudine doctrinæ,quæ tractatur,vt ait Ariſt. Ariſtot.
lib.2.de Anima. Hæc autem in Euangelijs æqualia ſunt, ſecundum quid autem poteſt dici vnũ Euangelium nobilius altero,nempè ſi æſtimatur nobilitas, & dignitas proximorum ſcriptorum, ſecũdum quam conſiderationem Ioannes, & Matthæus nobiliores erant Luca,& Marco. Et licet omnes ſcribebant de Chriſto: tamẽ quia conſideratio de eo ſecũdum diuinitatem præſtantior eſt, quàm quæ eſt ſecundum humanitatem; inde fit quòd Euangelium Ioannis, ſecũdum quid poteſt dici nobilius.Quintò, conueniunt in authoritate, & fide, quam habent apud Eccleſiam. Et vltimò conueniunt in veritate, omnia enim ſunt æquè vera. Pro quo notãdum falſitatem in ſcriptura poſſe contingere tripliciter. Primò ex ignorantia ſcriptoris:ſecundò ex obliuione ſcripturæ:tertiò ex mẽdatio,ex malitia. Et nullo horum modorum eſt falſitas in ſcriptura,vt docet Aug.lib.2.de conſenſu Euan- Auguſt.
geliſtarum cap.12. Secundò notandũ,quòd ſi in aliquo Euangelio narratur aliquid, quod ſit,vel appareat falſum;ſeruandum eſt quod ait Auguſt. loco citato. Vt illud vel Auguſt.
imputetur ſcriptori codicis, vel interpreti, vel tribuatur id ignorãtiæ noſtræ. Et tertiò aduertendum eſt nullã poſſe eſſe contradictionem inter Euangeliſtas: verumenimuerò minimè cõtrariatur.Quare etſi aliqua in Euangeliſtis apparẽt contradicere, verè

August. tamen non contradicunt. Ad quod S.Aug. quatuor tradit regulas in.2.lib. de consensu
Regulæ de concordia Euangelistarum. Euangelistarũ.c.5.26.29.49.&.56. & lib.3. cap.13.&.18. Prima regula est, quòd aliquãdo Euangelistæ videntur loqui de eadẽ re, cùm tamen sit diuersa, licet similis videatur. Secunda aliquando loquuntur de eadem re, quæ res non est semel acta, vel dicta; sed est dicta vel acta diuersis temporibus; vel diuersis locis: & ideò habet diuersas circunstantias. Tertia regula est, quòd Euangelistæ aliquando eandem rem exprimunt diuersis nominibus & modis, ita vt videantur dicere diuersa: tamen, quia omnes exprimunt sententiam, quæ principaliter intenditur, ideò non est dicenda talis contradictio, vt illud de Ioanne Baptista sic refert Matthæus. Non sum dignus portare eius calceamenta, & alij Euangelistæ dicunt: non sum dignus soluere corrigiam calceamẽti eius. In quo omnes Euangelistæ intẽdunt humilitatem Ioannis explicare, & tamẽ non repugnat quod vtrumque dixerit Ioannes. Quarta regula est, quòd Euangelistæ eandem historiam narrant dissimili ratione. Alij plenè seruato ordine loci, & temporis, & expressis omnibus circunstantijs. Alij breuiter, ita quod vnus taceat quod alius dixerat, in quo non est repugnantia imò vt ait Augustinus hoc arguit eos bona fide scripsisse. Ex his dilucidum est quatuor Euangelia vnum esse Euangelium, vt docet Chrysostomus in epistola Pauli ad Galat.cap.1.dicens. Cùm enim quatuor eadẽ loquantur, non est aliud, atq; aliud, ob personarum differentiam, sed vnum ob eorumque loquuntur consonantiam. Nam etsi deciesmillies sint Euangelistæ, qui scribunt Euãgelia, dummodò scribant eadẽ multa illa vnicũ sunt Euãgelium, neque quidquam obstat scribentium multitudo, quominus vnum sit Euangelium. Quemadmodũ ex aduerso si quis vnus scribens commemoret contraria non esset vnũ Euangelium quæ scribũtur. Vt enim vnum sit Euangelium, aut non vnum, non æstimatur numero scribentium, sed hinc eadem res sint an diuersa, quæ scribuntur. Sunt autem è regione sex differentiæ inter Euangelistas. Prima est penès proximios scriptores Euangeliorum, quorum duo fuerunt Apostoli, alij duo non, vt ait Augustinus lib.1.de consensu Euangelistarum. Marcus enim, & Lucas non interfuerunt rebus Christi. Theophil. & Euthimius in prol. super Lucam aiunt Marcum, & Lucam fuisse ex septuaginta duobus Discipulis Christi, quibus fauet Epiphanius hæresi. 3. qui ait Marcum, & Lucam fuisse ex illis, qui audito sermone Domini, de corpore & sanguine eius abierunt retrorsum dicentes: Durus est hic sermo, & quod Lucas postea reuocatus est à diuo Paulo, Marcus autem à Petro. Sed contra hoc potest objici quod ipse Lucas in principio sui Euangelij dicit, illud scripsisse prout ab alijs audierat. Ad quod tamen respondet Euthimius, quòd hic fuit Discipulus Christi, non tamen à principio, sed vltimo anno, quando illud dixit Dominus. Vtrumque probabile est, & potest teneri. Secundò differunt in lingua. Nam Matthæus scripsit Hebraicè, vt ait Irineus lib.3. contra hæreses cap.1. & est communis opinio omnium scriptorum, vsque ad hoc tempus. Et Diuus Hieronymus, in præfatione ad Damasum in quatuor Euangelia, & in cathalogo scrip. Eccles. id dicit, & seruatum fuisse in Bibliotheca Cæsariensi, quam Pamphilus Martyr studiosissimè confecit, sibiq; à Nazareis, qui in Berrhea vrbe Siriæ illo volumine vtebantur ad describendum accommodatum. Et Eusebius lib.1.de historia Eccles.cap.10. ait, reperisse apud Iudæos, & alias nationes Euangelium Hebraicè scriptum, traditum illis à Diuo Bartholomeo; licet Caietanus hoc neget, ad cuius tamen rationes in ipsius operis processu respondebimus. Igitur Matthæus Hebraicè suum scripsit Euangelium, reliquæ tres Græcè licet aliqui dicant Marcum scripsisse Latinè, quia Romæ ædidit suum Euangelium. Tamen hoc est contra communẽ omnium sententiam. Nam Græca lingua tunc communior erat, & quia scripsit Euangeliũ mox iturus ad prædicandum in Aegyptũ, vbi lingua Græca vigebat, & quia Paul. Romanis Græcè scripsit. Tertiò differunt in loco eo, quod Matthæus scripsit in Iudæa, Lucas in partibus Achayæ, Ioannes in Asiã, Marcus Romæ. Matthæus, quia Hebræis Euangeliũ prædicauerat, ab eis discessurus eadẽ lingua illis reliquit Euangelium scriptum. Marcus rogatus à Romanis, vt doctrinã Petri scriberet id fecit. Sic Euseb. & Hierony. docẽt, Lucas scripsit Euangeliũ rogatus à Theophilo; & quia vidit duos antea Euãgelistas multa prætermisisse pertinentia ad infantiam Christi. Ioannes autem legens alios Euangelistas approuauit quidem eorum scripta: vidit

Regula 1. *Regula 2.* *Regula 3.* *Matth.3.* *Regula 4.* *August.* *Theophil* *Euthim.* *Chrysost.* *Epiphan.* *Euthim.* *Irinæus.* *Hierony.* *Eusebius.* *Caietan.* *Eusebius.* *Hierony.*

vidit tamen prætermisisse ea, quæ gesta sunt primo anno prædicationis Christi, & ea diuulgauit. Et quia Cherinti hæresis pullulabat negantis Christi diuinitatem, eam nobis manifestauit. Quartò, differũt in modo scribendi. Alij enim sunt vberiores, vt Matthæus, & Ioannes; alij breuissimi, vt Marcus; alij ea, quæ sunt humanitatis Christi prolixiùs scribunt, vt tres primi, Ioannes autem ea, quæ sunt diuinitatis. Et à diuersis exordium sumũt, vt patet in ipsis. Quintò differerunt in tempore. Circà quod primò sciendum, non fuisse conueniens vt scriberetur Euangelium, dum viueret Christus Dominus: nam debebãt priùs omnia consumari. Et secundò, quia ante aduentũ Spiritus Sancti erãt Apostoli rudes & imperfecti, & posteà conueniebat, vt incumberent prædicationi Euangelicæ, erantq; testes oculati præsentes, nempè omnes Apostoli, & Discipuli, qui omnia Christi facta viderant. Secundò tamen sciendum est, maximè expediens fuisse, vt Euangelium scriberetur, vt notitia certa rerum gestarum à Christo in Ecclesia perpetuò conseruaretur; tàm contra infideles & hæreticos, quàm in consolationem fidelium. De ordine tamen tanquàm certum habetur priùs scripsisse Matthæum, deinde Marcum, tertiò Lucam, quartò Ioannem. Marcus secundum Onufrium scripsit sextodecimo anno post Passionem Domini, Lucas (secundum Theophilatum) quintodecimo, secundum Onufrium decimonono. Certum est tamẽ, quòd ante Claudium scripsit, hoc est, ante duodecimum annum à Passione Christi. Nam Paulus. 2.Cor.8. eius meminit Euangelij, ergò iam scripserat illud, Ioannes sexagesimosexto anno post Christum passum, vt est communior opinio. De Matthæo autem diuersæ sunt sententiæ. Nam Ireneus lib.3.aduersus Valentinum cap.1. affirmat Matthæũ scripsisse Euangelium dum Petrus, & Paulus Romæ Euangelizarent. Eusebius verò in chronicis, & quidam alij tradunt, dùm Petrus Antioquenam regeret Ecclesiam Matthæum scripsisse, anno, scilicet, tertio Caligulæ, qui longè præcesit secundum Neronis annum, qui fuit vigesimus quintus à morte Christi, in quo Paulus vinctus Romam mittitur, vt Hieronymus de viris illustribus, & Eusebius in chronicis referunt. Sed si Matthæus, dùm Paulus prædicaret Romæ ædidit Euangelium, quo modo Euangelium Lucæ, qui post Matthęũ probatur scripsisse commendatur à Paulo? cuius laus (inquit) est in Euangelio per omnes Ecclesias. Hanc autem epistolam constat Paulum scripsisse, antequàm Romam vinctus duceretur, quomodo ergò hæ sententiæ cohærent? Ad quod poterit responderi Matthæũ scripsisse priùs Euangelium suum in Iudæa; & posteà Petro, & Paulo prædicantibus Romæ dedisse illum in lucem, & dedisse legendum omnibus. Driedonis de scrip. Eccles. cap.4. & Theophil. in præfactione Matthæi dicũt octauo anno ab Ascensione Christi scripsisse Matth.

Onufrius. *Theophil.* *2.Cor.8.* *Irinæus.* *Eusebius.* *Hieron.* *Eusebius.* *2.Cor.8.* *Driedon.*

ARGVMENTVM TOTIVS EVANGELII Matthæi.

OMNES Euangelistę hunc sibi præcipuum præfixerunt scopũ, vt Christum Dominum ostenderẽt verum esse Messiam, in lege promissum, & adũbratum, à Prophetis annuntiatum, ac à veteribus Patribus summis desiderijs concupitum. Nam ob hoc à Iacob appellatur desiderium collium æternorum. Hoc est illorum Patruum, qui longo tempore in hac spe atq; auiditate vixerunt. Deindè vt manifestum facerent ipsum esse Regem mundi, Saluatorem, ac Sacerdotem, demum verum Deum Patri, Deoq; cõsubstantialem. Sed hæc omnia inter se diuisse-

Gene.49.

runt. Matthæus, qui Iudæis scripsit, ipsum esse verum Messiam demonstrat ex progenie Dauid, quemadmodum & ipsi expectabant, ex Dauidica prole Messiã Originem ducturum, atq; in vico Bethleem, ipsius Regis Dauidis oppido nasciturum. Quod primo & secundo capite manifestũ facit. Marcus ipsum Regem ac Imperatorem esse demonstrat, summam eius potestatem describens, ac obsequium quod illi tanquam omnium Imperatori reliquæ potestates impendunt, ostendens. Lucas summum eius sacerdotium declarat, quo se pro omnium salute hostiam obtulit, ob quod & nomen Saluatoris sortitus est. At Ioãnes naturam eius diuinam docet, ab æterna generatione incipiẽs, qua filius à patre ipsissimã eius essentiam simul ac potentiam accipit. Quæ omnia in figura quatuor animaliũ, quę Ezechi. c. 1. se vidisse docet, adumbrata sunt. Nam cap. 10. Vnum animal nominat illud, quod cap. 1. quatuor dixerat animalia. Quod quatuor facies habebat, hominis, leonis, vituli, atq; aquilæ. In quibus Christũ Dominum refert quippe qui, & faciem hominis habet, verus homo natus ex matre, testante Dauide Psalmo. 86. Homo natus est in ea. Est & leo de tribu Iuda, ac proinde Rex, cum Regnum tribu, Iuda applicitum sit: Leonem autem tanquam cæterorum animalium Regem corona præditum à natura videmus. Quod & Psalm. 1. Regius Psaltes decantat dicens, ex ipsius Messię nomine: Ego autẽ constitutus sum Rex ab eo. Est & sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec. Vt Psal. 109. idẽ Propheta docuerat, vitulus autem cuius tertius erat vultus, in sacrificium olim mactabatur. Est & Deus verus, de Deo vero: quod in Ascensione manifestum dedit, quandò sicut aquila ascendit Deus in iubilatione. Nam qui descendit, ipse est & qui ascendit. In quo etiã manifestantur incarnationis eius mysteria, nẽpè Natiuitatis, Passionis, Resurrectionis, atque super cœlos Ascẽsionis. At vero facies istę quãtuor vnius Christi Saluatoris nostri fulgẽt super iustos, quia ipse videt eos, secundũ illud Psal. 33. oculi Domini super iustos. Ex qua visione illos similes sibi facit, faciesq; suas illis imprimit atq; sculpit: multo efficatiùs, quã sol specula penetrat, suãq; in illis imaginem format. Præteriens Iesus vidit hominem sedentẽ in theloneo Mattheum nomine, vidit inquam illum sol iustię, verus, & impectoris eius speculo, faciem formauit hominis. Vidit & Marcum, illiq; insculpsit leonis vultum. Similiter aspiciens Lucam, vitulum, Ioanni autem aquilam impressit. Vnde quilibet suam sequẽs faciem, istud sanctum animal reddit. Oculis plena sunt hęc animalia: quoniã luce cœlesti vndiq; perfusa sunt, nè à vero nec vnguẽ transcursum aberrent. Nam Spiritu sancto inspirati (ait Petrus) loquuti sunt sancti Dei homines. Igitur Matthęus, cùm Phariseos videret in hunc lapidem offendentes, ignorantes ipsum ex progenie Dauidis ortum, potiùsq; Nazarenum, quàm Bethelemitem estimantes, eorum prouidens insciticię, ipsum verum Messiam, ex omnibus signis ostendit, vt in singulis videbimus locis. Atq; hoc est argumentum quod assumit. In quocũq; homine veteris testamenti absolutę, & perfectę sunt prophetię, ad Messiam pertinentes, is verus & solus Messias est: sed in homine Iesu, reuera absolutum, & perfectum est quidquid de venturo Messia vsquã in sacris literis scriptum est: ergò ipse Iesus solus, & verus Messias est. Hanc minorem in toto opere efficacissimè probat sacer noster Euãgelista, vt in suo quoque loco Deo dante videbimus. Et quoniam primum signum venturi Messiæ erat, Dauidica & Regia propagatio ex semine, & radice Iesse, hãc primam omnium in initio sui Euangelij demonstrat. Nam id prædixerat Esaias cap. 11. dicens: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascẽdet; & requiescet super eum Spiritus Domini, &c. Quem locum Hebręi (teste Batablo) de Christo interpretantur. Et Hierem. cap. 23. ait: Ecce dies venient dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit Rex & sapiens erit. &c. Hunc etiam locum (eodem Batablo referente) de Christo intelligũt omnes Hebręi. Et Ezech. 37. Ecce ego assummã filios Israël de medio nationum, & erunt mihi populus, & seruus meus Dauid erit Rex super eos, & Princeps in perpetuum. Amos. 9. In die illo suscitabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & reędificabo aperturas murorũ eius, & ea quę corruerant instaurabo. Quem locum omnes ferè Hebræi, de Christo interpretantur: maximè de vocatione gentium. Hęc & alia quãplurima sunt in sacra Scriptura testimonia, quę verum Messiam ex Dauidica prole propagandum asserunt, quę omnia in Christo adimpleta Matthęus demõstrat. Talẽ autẽ ordinẽ sequitur. Primò Christi Ortũ describit, deindè Baptismum, tertiò

Christus Rex.
Christus sacerdos.
Ezech. 1.
Christus homo. Psal. 86.
Christus leo: Psalm. 1.
Psal. 109.
Ephes. 4.
Psal 33.
Christus si bi similes facit iustos.
Matth. 9.
2. Pet. 1.
Christus ex semine Dauid natus scitur.
Esaias. 11.
Hiere. 23.
Ezech. 37.
Amos. 9.

tertiò Tẽtationem, quartò Doctrinã, quintò Miracula, sextò Passionẽ, vltimò Resurrectionem & Ascensionem. Huius autem ordinis talem accipito rationem. Generatio Christi carnalis, effectiua causa est nostræ regenerationis spiritualis. Nã ex hoc quod Verbum caro factum est, dedit hominibus potestatem filios Dei fieri, eò quod tactu mundissimę carnis genitę: vim regeneratiuam aquis contulit. Quarè eius carnalis generatio facta est, vt in nobis perficiat regenerationẽ spiritus. Idcircò protinus de Baptismo tractat, in quo regeneramur filij Dei. At quoniam Deo ascripti statim à Sathana impugnantur, (secundum illud Eccles. filij accedens ad seruitutem Dei sta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem) ideò post Baptismum tentatio Christi describitur. Sed quoniam hæc regeneratio non habet locum, nisi in vocatis & illuminatis, sequitur doctrina qua de cœlestibus instrueremur, & vt talis doctrina authoritatem haberet, miraculis eam confirmat. Vnde post sermonem in monte, miracula quamplurima à Christo Domino edita referuntur, vis autem nostrę regenerationis à Passione, & Resurrectione Christi dimanat. Vndè post hęc omnia eius Passio, & Resurrectio narrãtur, & quia per hæc omnia cœlestem consequimur hęreditatem: in Christi Ascensione historia hęc Euangelica clauditur, & liber concluditur, in exercitio huius regenerationis, cùm Apostolis precipitur baptizare gẽtes in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Nam per hanc regenerationem, quę fit in nobis per gratiam pertingemus ad illam, quę erit in gloria. Vndè facies hominis in toto hoc libro ostenditur. Ecce argumentũ, & ordinem huius Euangelici libri. Nunc illud Deo aspirante aggrediamur.

Ioann. 1.
Eccles. 2.

CAP. I.

D. Chrys.

LIBER *Generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham.* Diuus Chrysost. Tom. 3. Homil. 1. super Mattheum eleganter docet mysteria diuina, secundũ primam intentionem Dei doceri, per internam inspirationem, & communicari alijs traditione & ministerio vocis. Cęterum institutionem literarum, quibus liber inscribitur, introductam fuisse, propter ignorantiam, & hominum errores. Sapien. 7. Habetur. Sapientia, in animas sanctas se transfert, Prophetas, & amicos Dei constituit. Hoc cœlesti modo edocti sunt primi Patriarchę, & mysteria diuina alijs communicarunt viuę vocis oraculo, iuxta illud Gene. 18. Scio quod Abraham pręcepturus sit filijs suis, vt custodiant viam Domini. In lege Euangelica similiter modus iste est obseruatus à principio. Ioãnis. 14. habetur. Paracletus autem Spiritus sanctus docebit vos omnem veritatem, & suggeret vobis omnia, quęcunq; dixero vobis. Sed quod communicatio doctrinę facta fuerit vocis ministerio, patet ex illo Matth. vltimo: Docete omnes gẽtes, & Marcus. 16. Prędicate Euangelium omni creaturę. Et illud Pauli Roman. 10. Quomodo audient sine prędicante? Et hęc doctrina communicata ministerio viuę vocis, vocatur à Paulo depositũ. Dicit enim ad Thim. O Thimoteę depositum custodi: deuitans prophanas vocum nouitates, &. 2. Thimo. 1. Formã habe sanorum verborum, quę à me audisti: Bonum depositum custodi in Spiritu Sancto. Ità explicat Vincẽtius Lirinienſis in opusculo aureo, contra prophanas Hęreticorum nouitates. Cęterum videmus quòd crescente ignorantia in mundo, Deus (vt refertur Exod. 32. &. 34.) præcepit legem scribi in tabulis lapideis, & posteà Prophetę: Oracula sua mãdauerunt scriptis. Ita dicitur Esai. 29. Erit vobis visio omnium, quasi verba libri signati & Ezech. 2. &. 3. vocatur prophetia illius Prophetæ: liber inuolutus, & tota sacra Scriptura per excellentiam, & anthonomasiam vocatur liber, in Psalm. 39. In capite libri scriptum est de me, & Apoca. 5. in dextera Dei erat liber scriptus, intus, & foris signatus sigillis septem. Iste liber est sacra Scriptura scriptus foris per literam, & intus per mysterium. Quem librum aperuit Christus, iuxtà illud Luc. 24. aperuit illis sensum vt intelligerent Scripturas. Igitur quemadmodum in antiqua lege introducti sunt libri propter ignorantiam, & hominũ cœcitatem: ita similiter est vsus ipsorum in lege Eũangelica. Et ideò diuus Hieronym. in prolo. 2. super Mattheum docet, quod sicut necesse fuit prædicari Euangeliũ, propter confirmationem fidei: ita oportuit scribi propter Hæreticos. Et ita diuus Matthę. contra Iudęos negantes Christum habuisse originem ab Abraham, & Dauid, scripsit hoc Euangelium, Ioan. aduersus Ebionitas asserentes Christum esse purum hominem, nec ante Mariam Matrem eius extitisse

Sapien. 7.
Genes. 18.
Ioann. 16.
Ioan. 14.
Matth. vltimo.
Marc. 16.
Roma. 10.
1. Thi. 6.
2. Thi. 1.
Lirinienſ.
Exod. 32. & 24.
Esai. 29.
Ezech. 2. & 3.
Psalm. 39.
Apoca. 5.
Lucæ. 27.
D. Hieron.

Euangelium ſuum mandauit literis. In quo declarat eternam Chriſti à Patre generationem. At Lucas, vt ipſe fatetur in prologo Euangelij ſui, voluit ſcribere Euangelium: quoniam multi conati ſunt humana induſtria recenſere myſteria Chriſti, admiſcẽtes multa falſa veris. Marcus autem fecit Epithome Euangelij Matthæi. Imò Plato in phedro in fine illius Dialogi, docet, multo melius tradi doctrinam, per inſtrumenta vocis, Scripturas autem fuiſſe introductas, propter hominum tarditatem, & ignorantiam, atque Chriſtus Dominus doctrinam ſuam per ſe ipſum non mandauit literis, vt docet Auguſtinus, Tom. 4. libr. 1. de cõſenſu Euangeliſtarum. cap. 7. & diuus Thom. 3. par. queſtio. 42. artic. 4. iuxtà morem excellentium Philoſophorum Pythagorę, videlicèt & Socratis qui nihil ſcripſerunt. Iſti enim Philoſophi, maximè excelluerũt: alter in ſpeculatiuis, alter in practicis, vt docet Auguſt. Tom. 5. libr. 8. de Ciuitate. ca. 2. &. 3. Elegit tamen Chriſtus cõſulens noſtrę tarditati, quatuor hiſtoricos dictorum & factorum ſuorum: quos Auguſt. loco citato de conſenſu Euangeliſtarum, vocat quatuor quadrigas, quibus vectus ſubijcit ſibi gentes: vt ſuſciperẽt iugum ſuaue ſuę legis. His cõſtitutis talis erit ſenſus horum verborum. Vult enim dicere Euangeliſta: Ego mando literis, & monumentis generationem Ieſu Chriſti. Etenim ità comparatum eſt, vt ea quę ad perpetuam rei memoriam volumus propagare mandemus literis, iuxtà illud Iob. 19. Quis mihi tribuat, vt ſcribantur ſermones mei? Quis mihi det, vt exarentur in libro. Sed aduertendũ q̃ liber Hebraicè dicitur, Sepher, à verbo Saphar, quod apud Hebręos habet tres ſignificationes. Prima eſt propria, quę ſignificat numerare. Secunda ſignificat narrare: nam qui narrat numerat vnũ poſt aliud. Vndè Rabi Dauid, hoc modo exponit illud Geneſ. 5. Hic eſt liber generationis Adam, id eſt: Hæc eſt enarratio generationis Adam. Ità Pagninus. Tertia ſignificat etiam literas. Nam Hebręi per literas numerant. Vndè quia literę continentur, & ſcribuntur in libris: ob hoc, Sepher, dicitur Scriptura, & liber. Quare Hierem. 32. inſtrumenta illa, quibus confirmabatur emptio agri, vocantur libri, hoc eſt, Scripturę. Inde eſt & quod dicimus libellũ repudij: cùm propriè non eſſet libellus, ſed charta tantum, in qua dabatur mulieri poteſtas nubendi alteri marito. Sed hæc tranſlatitia, & impropria acceptio eſt. In propoſito tamen, propriè ponitur liber, pro enuntiato, enarrato, & deſcripto, è Cathalogo Abraham & Dauid.

Plato. *D. Aug.* *D. Tho. 3. p. q. 42. artic. 4.* *D. Aug. Quatuor Euangeliſtæ quatuor quadrigæ quibus Chriſtus vehitur.* *Iob. 19.* *Geneſ. 5.* *Pagninus.* *Hierem. 32.*

Generationis Ieſu Chriſti. Generatio in Scriptura quatuor habet ſignificationes. Primò ſumitur pro fructu, vt Eccl. 24. Et à generationibus meis adimplemini, id eſt, implemini meis fructibus: Et Luc. 22. Non bibam de generatione vitis, id eſt, de fructu vitis. Secundò ſumitur pro tota vita hominis: Marc. 13. Amen dico vobis non prẽteribit generatio hęc, donec omnia fiant. Quoniam euerſio Hieroſolymitana fienda erat, ante quam homines qui tunc erant viui interirent. Multi enim ex illis, qui tunc viuebant, eam oculis viderunt, nec omnium hominum vita deficiet, vſq; ad diem aduentus Chriſti. Tertiò ſumitur propriè pro productione, quę in Scriptura duplex eſt. Vna ſit in vtero, quę dicitur Conceptio. Secunda de vtero, quę dicitur Natiuitas, vt eſt illud quod dixit Angelus ad Ioſeph: Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Quartò ſignificat genealogiam & genus aliquorum deſcendentium ab vno, vt eſt illud Geneſ. 5. Hic eſt liber generationis Adæ, id eſt, deſcenſio progeniei Adæ. Et cap. 36. Hęc ſunt generationes Eſau. Et in hac vltima ſignificatione ſumitur, hic hęc vox. Nam & apud Hebręos mos erat, ſuas genealogias deſcriptas habere, & ſic ſolebãt eas nominare: Hic eſt liber generationis talis, quod & obſeruauit Matthęus.

Eccle. 24. *Luc. 22.* *Marc. 13.* *Matth. 1.* *Geneſ. 5.* *Geneſ. 36.*

Sed aduertendum eſt, quòd verba hęc Liber generationis Ieſu Chriſti, &c. nõ ſunt titulus totius huius libri; cùm non ſolũ hoc in eo tractetur, imò ſolo hoc primo capite de hoc fit mentio. Sed titulus totius operis eſt, quem ante omnia præfixit, nempè Euãgelium ſecundum Matthæum, hic autem titulus eſt huius primę partis, id eſt, hoc cõtinetur, in hoc primo capite. Vel ſi vis dicum Caietano, quod hic totius libri materiam explicat in ſpecie, quam prius in genere dixerat: Euangelij nomine. Ità quod ſenſus eſt: Iſte eſt liber generationis Ieſu Chriſti, hoc eſt, libri iſtius materia, eſt generatio Ieſu Chriſti, id eſt, Ieſus Chriſtus, inchoando, ab eius generatione, qua eſt filius Dauid, & Abraham, & hoc ad differentiã aliorum librorũ, qui de Chriſto hiſtoriã texũt. Nam Ioã. ſcripſit Chriſtũ Ieſum, ſed à generatione eterna: Lucas ab Annũciatione præcurſoris; Marcus à Prophetia qua Ioann. pronunciabatur

Caietan.

tiabatur præcurſoris: ità q̃ ſolus Matthęus ab hac patruũ, pgenie Euãgelio ſuo initiũ dedit.

Verum, & adhuc notandum quadruplicem eſſe Chriſti generationem. Vnam ex vtero Patris æternam. Secundam temporalem ex vtero Matris. Tertiam allegoricam ex vtero legis, quam vterum vocat Pſalm. cùm dicit perfidis Iudæis: errauerunt ab vtero, ſequuti ſunt falſa, hoc eſt. In ipſa lege in qua nati, & enutriti ſunt adhuc errauerunt. Sed Chriſtus Dominus in lege tanquàm in vtero incluſus implicitè continebatur: quoniam oportebat impleri omnia, quæ in lege & Pſalmis erant ſcripta de eo. Parturiebat ſiquidem Chriſtum lex, cùm ipſum implicitè ſub vmbris illis deſiderabat ac profitebatur. At cùm omnia adimpleta ſunt, quæ de illo ſcripta erant, quaſi ex vtero peperit, cùm in lucem prodijt, qui ſub vmbra latebat. Ibique, & populus Chriſti continebatur incluſus in eam fidem quæ reuelãda erat. Quarta generatio Chriſti eſt moralis, ex vtero mentis per fidem & charitatem illius. Nam vt ipſe docuit, ille Mater eius eſt, qui voluntatem Patris ſui fecerit. Tamen ex his quatuor generationibus, primam Ioanni Euangeliſtæ relinquemus, ſecundam tamen & quartam differemus: quoniam ex ſecunda oritur vltima. Ex eo enim quod filius Dei homo genitus eſt, & nos generamur in fiſios eius per gratiam, quæ fide atq; charitate coaleſcit.

Pſal. 59.

Moralitas *Liber generationis Ieſu Chriſti:* Hic liber ipſe Chriſtus eſt, qui duo habet folia, alterum quod continet generationẽ æternam, quà à Patre procedit, à qua initiũ ſumpſit Euãgeliſta Ioan. cùm dixit: In principio erat verbũ. Qui vt docet D. Aug. de conſenſu Euãgeliſtarum, tranſcendit huius mũdi nebulã, & peruenit vſq; ad liquidũ cœlum. Vndè firmiſsima atq; certiſsima acie mentis contẽplatus eſt dicens: In principio erat verbum. Folium autem hoc nullus legit; niſi ipſemet Deus, nõ eſt folium impreſſum ſed expreſſum. Nã filius nõ eſt factus, nec creatus, ſed genitus expreſſa imago Dei inuiſibilis, vbi id quod inuiſibile eſt in Deo, nẽpè eius ſubſtãtia, clariſsimè legitur, atq; videtur cùm ſit figura ſubſtãtię eius, & ſpeculum ſine macula Maieſtatis Dei. Seraphim autẽ aut Cherubim, nec altiſsimi quiq; ſpiritus hoc foliũ ſuis ſolũmodo oculis legere queũt; imò coram eo oculos ſuos ſuis alis tegũt, profitẽtes ſe etiã illis alis, quibus ſuper cętera creata volant abſcõditaq; eorũ penetrãt, ad legendũ hoc foliũ pertingere nõ valere, niſi ab ipſo Deo, ſupra omnes vires ſuas ſubleuẽtur oculoſq; ſuos, cũ illud aſpicere ſatagunt cęcutire, niſi nouo lumine gloriæ perfuſi ad tam immẽſum lumẽ intuẽdum roborẽtur. Quid homunculus faciet, ignorantiæ ac ſtultitiæ plenus? Cui legere hunc librum maximè vtile ac neceſſarium eſt, ad ſuos corrigendos errores. Iã enim à principio hoc deſiderio flagrabat, quando ſerpenti dicenti ſibi q̃ comederet ex arbore vetito, & fieret ſicut Deus ſciens bonum & malum, fidem adhibuit. Tãta auiditate tenebatur legẽdi hunc librum. Stultior tamen ex tali comeſtione remãſit? Quid ergo faciet? Quod ſibi remedium quæret? hoc quod inferã certè. Si primum illud folium legere non valemus, quoniam non impreſſum ſed expreſſum eſt, opere repretiũ erit, vt aliud foliũ in nro prelo imprimat in quo aliquid legere ac pcipere valeamus. Et ità cõtigit cũ verbũ caro factum eſt cũ in puriſsimo prælo B. M. Mariæ, non viro ſed Spiritu ſancto cooperãte nrã naturã aſſumpſit. Vbi legimus Librũ generationis Ieſu Chriſti filij Dauid filij Abrahæ, vbi legim⁹ verbũ caro factũ eſt, legim⁹ etiã q̃ habet ſcriptũ in fœmore ſuo, hoc eſt in carne Rex Regũ & Dñs Dominãtiũ. Nã & ſecundũ naturã humanã data eſt ei oĩs poteſtas, in cœlo, & in terra. In qua humanitatis pagina aliquid de prima diuinitatis legim⁹. Nã eſt verbũ tã aere veſtitum, quò internũ Dei conceptũ aliqualiter intelligere valeamus. Nã ſi Deũ nemo vidit vnqua, vnigenitus tamẽ, qui de ſinu Patris ad ſinũ Matris deſcẽdit ipſe enarrauit. Nã hoc verbũ caro factũ illud eſt, q̃ in principio erat apud Deũ. Per quod Pater ſibi loquit, & q̃ illud etiã loquutus eſt nobis. Ille qui multiphariè multiſq; modis olim loquebatur in Prophetis, nouiſſimè diebus iſtis loquutus eſt nobis in filio. Adimpletũ eſt Spõſæ deſideriũ, quo flagrabat dicẽs: Oſculetur me oſculo oris ſui. Os Dei verbũ eius eſt, quo ſibi loquitur, oſcula ſunt verba vitę eternę, quibus nos de cœleſtibus inſtituit, & quibus in animas noſtras ſe trãſfert. Vndè & in hac pagina impreſſa aliquid illius expreſſæ legimus: cum idẽ ſit vbique. Verbum hoc, hodie ex Maria Virgine, tanquam ex prælo prodijt: de ea quippè natus eſt Ieſus qui vocatur Chriſtus. Hic ergo eſt Liber generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid filij Abraham. Tam illuſtri titulo nominare ſuum librum voluit Euangeliſta, vt ſtatim in ipſo veſtibulo ope-

D. Aug. *Apoc. 19.* *Matt. vl.* *Ioan. 1.* *Hebræ. 1.* *Cant. 1.*

operis nos attentos redderet, ex materiæ magnitudine. Ac ſi diceret: Attendite quia de rebus magnis loquuturus ſum: Generationem quippe Meſsiæ, ex tã illuſtri propagine geniti, à talibus Patribus orti; vobis texere volo. Sic ſuis titulis libros ſuos illuſtrabant Prophetæ: vt ex ipſis nominibus auditores allicerent ad legendum. Viſio Eſaię filij Amos: Viſio Hieremiæ Prophetæ. Attendite quoniam ea: quæ in reuelatione diuina vidi; hæc vobis his literis annuntiaturus ſum. Altiores materias hic liber noſter habet. Nec enim ea ſolùm, quæ Prophetis reuelata ſunt continet, ſed generationem Ieſu Chriſti filij Regum, Iudicum, ac Patriarcharum. *Liber generationis Ieſu Chriſti.* Liber factorum grandium, rerũ illuſtrium,
Gene. 6. quæ Ieſus Chriſtus filius Dauid, & Abrahã, in mundo geſsit. Sic enim in Scriptura ſumitur hæc vox generatio aliquando. Hæc ſunt generationes Noë, id eſt, grandia ac illuſtria facta eius. Nam ſubdit. Noë vir iuſtus atq; perfectus, in generationibus ſuis fuit: hoc eſt, in rebus benè geſtis ab eo. Nã cum Deo ambulauit: Sic in propoſito. Liber generationis, id eſt, hic liber (ecliptica enim eſt oratio Euangeliſtæ) eſt generationis Ieſu Chriſti. Hoc eſt, qui continet atq; narrat res omnes benè geſtas à Chriſto, Heroica, inaudita, atq; magnifica facta eius, admiratione digna ac ſtupore, præ magnitudine ſua. *Liber generationis*: fundamenta iacit omnium in hoc libro tractandorum, ac ſi ſtetneret viam ad credendum cætera. Veluti ſi diceret: Certiores vos facere volo, vt intueamini indubitabile eſſe filium Dei hominem factum: cum omnem progeniẽ eius vobis ob oculos ponam: qui patres, quibus ſint nominibus appellati, quibus ſplenduerint titulis, quæ munia geſſerint, qua tempeſtate, quibus ſæculis ac temporibus vixerint atq; genuerint: vt nulla vobis reſtet dubitandi de tanta veritate ratio. *Liber generationis, &c.* Fundamenta nobis aperit, quibus totum hoc ædificium initur iacto quippè hoc fundamento atq; admiſſo, quod Deus in vtero Virginis ſit factus homo; facilè nobis erit cętera eius facta credere. Nã ſi verus homo, & mori, & pati, & ſepelliri potuit. Si verus Deus, & reſurgere à mortuis ipſe, & alios ad vitam reuocare valuit. Quarè Eccleſia in ſymbolo Miſſę, cum fatetur filium Dei hominem factum, cum pauſa ac magna conſideratione id dicit: Cætera faciliori voce pertranſijt, quod paſſus ac ſepultus ſit. Quaſi id volẽs ſentire. Nempè quod credere Deũ hominem factum; grauior ac difficilior res eſt, ea tamen admiſſa, atq; credita facilis tranſitus ad cætera credenda præparatur. Hac ergò ratione, à generatione carnali Chriſti ſuum inceptat Euangeliũ Matthæus, ac ab Abraham paſsim per quadragintaduas generationes eam nobis manifeſtat: vt hac vna accepta fundamẽtali veritate, cætera faciliora ac credibiliora fierent.

Liber generationis Ieſu Chriſti. Non eſt certè liber hic generationis Adæ, ſed Chriſti. *Alia moralitas.*
Non illius de terra terreni, ſed illius de *1. Cor. 15.*
cœlo cœleſtis. De illo dicitur hic eſt Liber generationis Adam: hic dicitur hic eſt Liber generationis Ieſu Chriſti. Generatio
hæc (ait hic Beatus Anſelmus:) Oppoſita *Anſelm.*
eſt illi. Illa duxit nos ad damnationem, iſta ad reparationem. Illa de Paradiſo expulit, iſta reduxit. Iſta eſt generatio nõ Adæ nos perdentis, ſed Ieſu nos ſaluantis. Non expellentis à Paradiſo, ſed Chriſti, reducẽtis nos ad Paradiſum. Ille incipit à generatione primi hominis, & creatione mundi, iſte à generatione ſecundi hominis, & reſtauratione mũdi, Moyſes quidem edidit librum, quo mundi huius veteris generatio recenſetur, nempè cœli, terræ, hominis, auium, piſcium, ac cæterorum, quæ in hoc veteri mundo continentur; at Matthæus librum ſcripſit noui cuiuſdam orbis, nouæ legis noui Pontificis, in quo & nouarum virtutum, & nouorum hominum generationem
texit. Vt Eſaiæ. 65. prædictum fuerat cùm *Eſai. 65.*
dixit: Ecce ego creo cœlos nouos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora non aſcendent ſuper cor, ſed gaudebitis, & exultabitis in ſempiternum in his quæ ego creo, hoc eſt, quòd præterita generatio reſpectu huius quam recenſere contendimus, adeò minor ac imperfectior erit: vt cum noſtra collata, non hominum ſit memoria digna. Iam olim homines nouarum rerum cupidos ſe eſſe profitebantur: cùm per Eccleſiaſticum. 36. clamabant. Innoua ſigna, & immuta mirabilia. Audierant *Eccl. 36.*
quidem Eccleſiaſtem concionantem, ac di- *Eccleſ. 1.*
centem. Nihil nouum ſub ſole, nec valet quiſquam dicere: Ecce hoc recens eſt. Iam enim præceſsit, in ſæculis quæ fuerunt ante nos. Quod aſſertum veriſsimum eſt. Iam enim in prima omnium rerum creatione omnia cõdita ſunt. Tã ea quæ tũc eſſe acceperũt, quã effecta eorũ quę poſtea genita ſunt. Eo quod omnia in primis rerum indiuiduis,

quaſi

quaſi in principio ac ſemine pręceſſerunt. Homines omnes eiuſdem ſumus ſpeciei ac naturę, indiuiduaq;, ac ſingularia humanę ſpeciei regulariter alia alijs ſimilia naſcuntur. Hic patrem in figura reddit, pater auo ſimillimus eſt, ille proaui effigiem refert. Quarè quod hodie eſt ſemper fuit, vel in virtute, ac ſemine, vel ſaltim in imagine, ac ſimilitudine. Cœli à principio quo creati ſunt, vniformi ac perpetuò tenore labuntur, eademq; in effectibus ſempiternè ŏperantur. Nox, & Dies, Hyems, ac Ver, Autumnus, & æſtus nequaquam quieſcunt nec deſinunt. Suo tempore arbuſta florent, ſuoq; videmus areſcere. Suis ſtatutis menſibus gignere animalia experimur, alijſq; à generatione ceſſare: omnia enim ſuum tẽpus habent, & ſuis ſpacijs tranſeunt vniuerſa
Eccleſ. 3. per orbem. Deniq; nihil nouum ſub ſole, ſed vniuerſa ſemper perpetuò tempore eadem videmus fieri atq; corrumpi. Hæc autem iam homines faſtidiebant. Nã etſi magna atq; mirabilia, tamen ex quotidiano
Eccl. 36. vſu vileſcebant. Quarè noua alia efflagitabant dicentes: Innoua ſigna, immuta mirabilia. Ac ſi diceret: Noua ſigna confer, quibus tuam agnoſcamus miſericordiam: nam per quotidiana quę cernimus, potiùs ordinẽ tuę iuſtitię inueſtigamus. Inclinatus Deus,
Hiere. 31. huic mortalium petioni, reſpondit per Hierem. 31. dicens: Nouum faciet Dominus ſuper terram, fœmina circundabit virum. Nouitas hęc in toto ordine naturę inueniri nequit. Quòd vir vndequaq; perfectus, intrà iuuenculę anguſta viſcera coarctetur: hęc eſt nouitas quam ſe non poſſe inueſtigare
Prober. 30. fatebatur Sapiens cum in Prober. 30. dicebat. Tria ſunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro. Viam viri in adoleſcentula (vt alia litera habet) Quo ordine, qua via, perfectus ille vir, in Virginis vtero intrare potuerit, & ibi concipi atq; generari, cùm non per viam qua alij fœtus ingrediuntur intrauerit, ſed ſupra omnem naturæ vſum hic conceptus extiterit, hoc omnino à me abeſſe fateor. Namq; eodem inſtanti ac pũcto, quo Chriſtus in Virginis vtero conceptus eſt, perfectus, atq; completus homo factus eſt, quod in alijs hominibus, minimè contingere potuit. Quarè cętera omnia opera Dei, licèt in ſe admiranda ſint; huic tamẽ collata deſinunt eſſe magna, totaq; admira
Simile. tio ad hoc admirabile opus transfertur. Id in hoc opere contingit Deo, quod eleganti artifici, in pingendi, vel ſculpendi ſcientia contingere ſolet. Quaſdam imagines ſuæ artis habet aliquando in publico, quas cum admiratione videt alios laudare, ac magnifacere: cùm tamen non in illis omnem ſuę artis induſtriam oſtenderit, & ideò ſolet reſpondere laudantibus eas. Has admiramini figuras? Has veluti optimas, & vndequaq; perfectas laudatis? Non in his meę artis ſcientia oſtẽſa eſt; nec in eis mei ſtyli elegantia pręclarior apparet. Alias intus habeo venuſtiores, adeoq; pulchritudine has excellentes: vt eis collatę quaſi nihil hæc vobis videbuntur. Sic optimus maximus Deus homines videns ſtupore affectos, hãc creaturarum pulchritudinem intuentes, ac per eas artificis ſummi ſapientiam admirantes, ſpecioſioremq; factorem quã facturam profitentes, cum inuiſibilia Dei (vt Paul. *Romã 1.*
docet) per ea quę facta ſunt intellecta conſpiciantur. Nam & cœli enarrant gloriam *Pſal. 18.*
Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Hoc eſt, quod opera hęc viſibilia oſtendant nobis quis ſit Deus. Quod adumbrabat velum illud, quod ante Sancta ſanctorum penpebat; & per quod homines intrabant ad illa. Erat quippè quadruplici *Figurã.*
colore depictum, qui vniuerſum orbem ſignificabat ex quatuor elementis completũ, vt docet D. Hieronym. in Epiſtola ad Fa- *D. Hiero.*
biolam, de Veſte Sacerdotali. Sed per illud velum ingrediebatur in Sanctaſanctorum: quoniam per cognitionẽ creaturarum viſibilium, ad inuiſibilium notitiam eleuamur, & per hanc nobis patet ingreſſus ad illam. Eſt enim creaturarũ notitia (vt doctiſſimus ex Iudæis Philon docet) Scala illa *Philon. figura.*
quam vidit Iacob, cuius culmen attigebat *Gene. 28.*
cœlum, cui inixũ videbat Deum. Quoniam per creaturarum perfectiones aſcendentes, in Dei tamen aliqualem notitiam peruenimus, cum Deus, inquam, homines ſtupefactos huius mundi fabricam admirantes cerneret dixit ad illos: Hæc vobis miranda videntur? Ecce ego facio opus, cui hęc omnia collata in nihilum computabuntur. Vnde
Eſai. 43. dicit: Ne memineritis priorum, & *Eſai. 43.*
antiqua nè intueamini. Ecce ego facio noua, & nunc orientur, vtiq; cognoſcetis. Ea etiam opera mea antiqua oblita volo, nempe huius mundi primam creationem, quæ & ſi infinitam mei potentiam expreſſerit, ab hac tamen noua vincetur. Ecce ego facio noua, adeò noua, quę nec mentes hominum vnquam attigerunt. Ponam in deſerto viam (ſubdit ibi Propheta) & in inuio flumina.

mina. Viam in deſerto ponam, quam nũquam pes viri calcauit: quoniam in vtero Virginis filius Dei inuenit viam, quam tamen vir nunquam cognouit. Ex hoc prodijt Alueo fluuius aquarum viuentium, nec tamen foſſam aut inciſam reperies terram.
Prouer.30. Hanc viã Sapiẽs ſe fatetur ignorare. Viam viri in adoleſcentula. Quoniam nec ingrediens, nec egrediens eam læſit, vel veſtigiũ vllum talis tranſitus inuenies. Quoniam eſt
Ezec.44 porta illa Orientalis, quam Ezech. vidit ca. 44. quæ clauſa iubebatur eſſe Principi. Per eam Princeps pacis ingreſſus eſt, & tamen clauſa permanſit. Per eam exijt tanquam
Pſal 18. ſponſus de thalamo ſuo; & tamen clauſtra pudoris intacta permanſerunt. Quis nõ tantæ rei nouitate obſtupeſcat? Quis non miretur? Quis non paucat? Cui non parua cætera huic collata videbuntur? Miretur homo tanta nouitate perculſus, & pauens, ac ſtupens cũ Eccleſia canat & dicat: Veni Redemptor gentium, oſtende partum Virginis, miretur omne ſæculum, talis decet par-
Geneſ. 5. tus Deum. Hęc ergò noua generatio, in hoc libro texitur. Dicat Moyſes: Hic eſt Liber generationis Adam. Dicat Matthæus: Hic eſt Liber generationis Ieſu Chriſti. Vetera quippè tranſierunt, ecce noua iam facta ſunt omnia. In Chriſto quippè Ieſu omnis mundus innouatus, imò & deificatus eſt. Aſumens quippè humanã naturam Deus, cum in ea tanquam in quadam ſpherula breuiq; mundo, cætera omnia includantur: (habet enim eſſe cũ entibus, vitã, cum viuentibus, ſenſum cũ ſentientibus, intellectũ cũ intelligentibus) omnis creatura in eo aſſumpta ac deificata eſt. Subiecit quidẽ Deus à princi-
Pſal. 18. pio omnes creaturas ſub pedibus hominis. At cũ homo qui Dñs erat terrenus eſſet, & cætera quæ ei ſubdebantur eandem conditionem ſubire debebant. Nam & ſerui dominorum ingenium induere ſolent. Venit ſecundus homo de cœlo cœleſtis, cui & omnia ſubiecit Pater, vt Paul. dicit. 1. Corin. 15.
1.Cor.15. & ipſemet Dominus teſtatur in vltimo dicens: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo
Matth. vltimo. & in terra. Erunt igitur iam omnia cœleſtia, vt qualis rector eſt ciuitatis tales & ſint
Eccle.10. eius miniſtri, iuxtà Sapientis ſententiam: Si ergo creator cœleſtis, & miniſtri ad cœleſtia ſubleuantur: vt verum ſit verbum
Eph.1. Pauli dicentis Epheſ. 1. Per eum placuit inſtaurari omnia. In eo innouatur vniuerſus orbis: vt omnia in eo cœleſtia reddantur. Vt ſicut olim terreni, qualis & terrenus eramus, ità & nunc cœleſtes, qualis & cœleſtis euadamus, & ſicut portauimus imaginem terreni; ità & nunc portemus imaginem cœleſtis, nec iam terrenum quid
1. Cor. 51. ſapiat in Chriſto renatus fidelis, ſed cœleſtem redoleat vitam, cuius iam imaginem refert.

Hic igitur eſt Liber generationis Ieſu
Alia moralitas. Chriſti. Hoc eſt vnum nomen ex duabus copulatum, ac confectum: nempè ex Ieſu, & Chriſto, Ieſus Saluatorem ſignificat, Chriſtus Græcè, Latinè, vnctus, Hebraicè Meſſias dicitur. De primò infrà dicemus, quando ab Angelo imponetur nomen. De ſecundo, eſt notandum: Quod ſub hoc nomine Meſsiæ, ſeu Chriſti, expectabat populus ille Dominum Ieſum. Vnde Ioannis
Ioan. 1. 1. dicebant aliqui: Inuenimus Meſsiam, quod interpretatur Chriſtus, & Ioannis. 4.
Ioann. 4. dixit mulier Samaritana: Scio quia Meſsias venit, qui dicitur Chriſtus, Et Ioannis. 8.
Ioann. 8. Nos audiuimus ex lege, quod Chriſtus manet in æternũ. Imò & ſub hoc nomine, tam in veteri, quàm in nouo teſtamento fit mentio de illo. Pſalm. 83. Protector noſter aſpi-
Pſal. 83. ce Deus, & reſpice in faciem Chriſti tui. Abacuch. 3. Egreſſus es in ſalutem populi
Abacuc 4 tui, in ſalutẽ cum Chriſto tuo. Et quidem in hoc vocabulo, Chriſtus, explicatur fons, & origo, ex qua in Redemptore noſtro emanauit efficatia ad ſaluandum humanum genus, Illa autem eſt gratia vnionis perſonalis, quæ extitit cauſa gratiæ habitualis, & omnium Chariſmatum, quibus anima Redemptoris noſtri mirificè exornata fuit, & quod iſta communicatio gratiæ diuinæ in Chriſto Ieſu, ſignificetur per vnctionẽ: patet
Pſalm. 44. Pſalm. 44. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ. Et Eſai. 61. Spiritus Domi-
Eſai. 61. ni ſuper me, eo quod vnxerit me, vt mederer contritis corde. Itaq; idẽ pollet Ieſus Chriſtus, ac ſi diceres Saluator, qui ex vnctione, & efficatia diuinæ gratiæ habet virtutem, ad ſaluandum. Veluti ſi dicas: Medicus eſt, ecce medicamina: Saluator eſt ecce vnctiones, quibus ſalutem confert. Samaritanus eſt ecce caſsidilem, ex qua profert vinum, & oleum ad vulnera hominis linienda, quia latronibus circunuentus vulneratus eſt. Eſt autẽ vnctus Spiritu ſancto, vt dicitur Act.
Act. 10. 10. quoniam Spiritus ſanctus eſt, qui in modum olei, ac vnctionis in noſtras ſe animas liqueſcit, ac influit, quibus delinitæ in blanditias diuini amoris erumpunt. Vndè Can.
Canti. 1. Oleum effuſum nomen tuum dicit Sponſa,

ſa, cum pediſſequis ſuis. Nam ſubdit. Ideò adoleſcentulę dilexerunt te nimis currẽtes in odorem vnguentorum tuorum, quæ ſunt ſpiritualia chariſmata, quę per Spiritus ſancti infuſionem nobis tribuis, quibus allectę in tuum properamus amorẽ. Igitur nomen hoc, ex his duabus dictionibus coniunctis, & copulatis in vnum; explicite exprimit myſterium filij Dei Incarnati, & gratiam qua vnctus eſt ad tantum miniſterium exequendum, cuius pleraq; mentio in nouo teſtamento inuenies. Deniq; ab hoc vocabulo Chriſtiani nomen ſortiti ſumus, vt patet
Act.11. Act. 11. Etenim primitus profeſſores religionis Chriſti vocabantur Diſcipuli, vt colligitur Act. 9. à Iuliano autem apoſtata, inderi-
Act.9. ſum vocabantur Galilęi. At Anthioquię, vbi multus populus adictus eſt Chriſto; primũ
Act.11. Chriſtiani appellati ſumus: Quaſi à Chriſto Ieſu vncti Spiritus ſancti vnctionibus, ſuo ſanguine, quaſi oleo puriſsimo deliniti ab ipſo Saluatore noſtro Egregium ac Regale nomen vendicamus. Nã olim apud Hebræos, Reges Chriſti, appellati ſunt, ſicut apud AEgyptios Pharaones, & apud Romanos. Cæſares, vt refert Chriſtianus Druthmarus, & ideò à D. Petro præclaris nomenclaturis, atq; honorificentiſsimis titulis decoramur
1.Pet.2. Chriſtiani, cùm nos admonet dicens: Vos autem populus acquiſitionis, id eſt, acquiſitus Deo per Chriſtum, Gens Sancta, Regale Sacerdotium: vtpotè filij Chriſti Ieſu, qui & Rex, & Sacerdos eſt: nam filius Dauid Regis, & Abraham, qui Sacerdotij munere ſuo tẽpore functus eſt. Huic ergo Chriſto ex progenie Dauid, & Abraham, ſuum dedicat librum Matthæus, cùm ait: Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham. Quoniã omnia opera noſtra Deo offerre, ac dedicare debemus, ſi proſpera, atq; conducentia volumus quod ſint. Huic Regi ſua opera dedicabat Dauid Egregius
Pſal.44. Pſaltes Iſraël, cùm Pſalm. 44. dicebat: Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi. Quoniam Pſalmus iſte expreſsè de Chriſto concinebatur, etiam apud Hebræos, vt ex titulo patet, qui eſt, Pſalmus Dauid pro dilecto Chriſtus autem Dominus eſt dilectus ille, ſicut filius Vnicorniũ, cui pater non ſemel teſtimonium perhibuit eſſe filium ſuum dilectum: Huic Regi verba ſua bona referebat Dauid dicens: Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi. Solent homines opera ſua Regibus, Magnatibus, aut ampliſsimis Prælatis offerre, eiſq; dicatas dare: vt illorum fauore, munita gratioſiùs ac iocundiùs à cæteris accipiãtur. Optas tuis rebus fœlicem exitum, ac gratiam omnium; eas Deo offer, illiq; accepta velis, & ſic proſpera cuncta erunt. Fauſtè inceptabis ea, fœliciterq; claudies ac finies, ſi à Dei gloria exordium ſumant, in eamq; finaliter referantur, iuxtà Apoſtoli doctrinam, qui nos admonet omnia propter Dei gloriam facienda: Tunc à Deo initium
1.Cor. 10. accipient opera tua, ſi priuſquam ea aggrediaris attendas, an aduerſa diuinæ voluntati ſint, an conformia, etſi aduerſa dimitte, vel corrige; ſi conformia vade, age, proſpera cuncta euenient. Venit in animum ſtatum ſumere, diuitias pro filijs cõgregare, aliquem inceptare modum tranſigendi vitam: cùm Deo confer, cùm Deo ac lege eius conſilia capta, nec quid contra illum coneris agere, quod tibi in interitum vergat. Sed ab illo ordiaris, & in illũ referas: vt benè tibi, atq; tuis rebus ſit ſemper. Igitur huic Regi Chriſto ſuum dedicat librum Matthæus cũm dicit: Liber generationis, &c. *Filij Dauid, filij Abraham.*

Quidam inter quos Ianſenius ſic ordinat
Iãſenius. literam. Hic liber generationis Ieſu Chriſti, qui fuit filius Dauid, qui Dauid fuit filius Abrahæ. Iocundius tamen erit, ſi filius vtrinq; referat Chriſtum, & ſit ſenſus. Iſte Liber generationis Ieſu Chriſti, qui Chriſtus, & eſt filius Dauid, & filius Abrahæ, iuxtà morem ſacræ Scripturæ appellantis filios eos, qui ſunt pronepotes remoti ducẽtes originem, ab aliquo, vt Exod. 15. Iudæi di
Exod. 15. cuntur filij Iſraël. Quod ſi interroges cur Chriſtus dicitur potiſsimùm filius iſtorum duorum Patruum. Reſpondetur eſſe duplicem cauſam magni momenti. Alterã quo-
Dubium. niam ad iſtos duos Patres facta eſt promiſſio Meſsiæ, cum iuramento, quaſi Incarna-
Reſolutio dubij. tio filij Dei eſſet merces ipſorum, propter eximia eorum merita; eo modo accipiendo vocabulum meriti, quo Theologi ſumunt, cùm diſputant quomodo Sancti Patres Incarnationem Chriſti meruerint. Sed Deus vt oſtendat horum Patrum excellentiam meritorum quaſi pro præmio eis pollicetur Chriſtum cum iuramento dicens primò ad Abraham Geneſ. 22. poſtquam ſacrificare
Geneſ. 22. voluit filium ſuum dilectum Iſaac, ob Dei obedientiam. Quia feciſti hanc rem, & non pepercisti filio tuo, per memetipſum iurauí dicit Dominus, in ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Quem locum explicat Paul.

Paul.Gatl.3. Non dicit in ſeminibus, quaſi in multis,ſed in ſemine tuo, quod eſt Chriſtus. Similiter de Dauid Pſalm.131.Iurauit Dominus Dauid veritatem,& non fruſtrabitur eum; de fructu ventris tui ponã ſuper ſedem tuam. Et quidem iuramentum Dei manifeſtat firmitatem conſilij diuini, & promiſsionis ſuæ:vt patet Hebræ.6.Volens Deus oſtendere immutabilitatem conſilij ſui interpoſuit iuſiurandum: vt per duas res immobiles, quibus impoſsibile eſt mentiri Deum;fortiſsimum habeamus ſolatium,qui confugimus ad tenẽdum propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam. Quòd ſi arguas Geneſ.26. &.28. facta eſt promiſsio Iſaac, & Iacob Incarnationis filij Dei: dictũ eſt enim vtriq; in ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Reſpondetur, quòd iſtis Patribus facta eſt hæc promiſsio, propter merita Abrahæ. Et præterea iſti tres Patres inſignes fuerunt valdè,in veteri teſtamẽto, quos Deus ſummopere dilexit.Deut.10.Conglutinatus eſt Deus Patribus veſtris, & dilexit eos: & Exod.3.Vocatur Deus Abraham, Iſaac, & Iacob: &. 32. vt Moyſes placaret Deum dixit. Recordare obſecro Abraham, Iſaac, & Iacob. Vt ergo firmas eſſe promiſsiones Dei crederemus;hos quibus præcipuè factę ſunt nominat Patres:ſecundum quod Paul. docet.2.Corin.1. Chriſtus Ieſus non fuit in illo eſt,& non,ſed eſt in illo fuit.Quotquot enim promiſsiones Dei ſunt, in illo eſt. Ideò, & per ipſum amen Deo, ad gloriam noſtram,id eſt, per Ieſum Chriſtum omnes promiſsiones Dei confirmamus, ac verbis declaramus:nam Amen,Hebræa, particula confirmandi eſt,à verbo Aman,quod ſignificat firmum eſſe. Et Roman. 15. dicitur: Dicimus Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circuncíſionis, ad confirmandas promiſsiones Patrum. Deinde etiam horum duorum Patrum,in ipſo veſtibulo meminit:quoniam iſti Patres plus noti,atq; recepti,in ore omnium Iudæorum;quibus Matth.ſcribit verſabantur. Vt hinc diſcamus aduerſarios fidei deuincere, per eaſdem veritates, quas ipſi fatentur & admittunt; vt eos ſuo ipſorum gladio iugulemus, ſicut Dauid Gigantem. Fuerunt etiam iſti duo Patres inſignes in fide, & charitate. Nam de Abraham dicitur. Quòd præter ſpem in ſpem credidit, & charitas eius manifeſtata eſt, in obedientia, qua voluit immolare filiũ ſuum. Quare ob hoc maximè ſua iuſtitia commendatur.

Pſal.131. *Hebr.6.* *Gene. 26. & 28.* *Deut. 10.* *Exod.3.* *Exod.32.* *2.Cor. 1.* *Roma.15.* *Roma. 4.*

Hebræ. 11. Et de Dauid dicit Paul.Act.13. quòd fuit vir ſecundum cor Dei:& Eccleſ. 47. dicit de eo, quòd ſicut adeps ſeparatus à carne, ſic Dauid inter filios Iſraël. Nam tota pinguedo corporis, quaſi imbibita in adipe eſt: quare ſeparatus à carne reliqua, ibi pinguedo omnis apparet, & caro macilenta relinquitur. Sic cæteri filiorũ Iſraël reſpectu Dauid, quaſi macilenti, ac tenues in ſpiritu videntur: cùm ipſe adipem ſpiritus ſibi vendicaſſe videatur. His ergo rationibus horum duorum ſit ab Euangeliſta peculiaris mentio. Quare iſti duo Patres ſunt duæ columnę ille,quas poſuit Salmon ante fores templi, qui catenis duodecim circulorum cingebantur, qui duodenum Apoſtolorum numerum referebant. Et inter eas erat ianua, qui Chriſtus eſt,per quem acceſſum habemus adDeũ, & per eos Chriſtus ad nos intrauit.

Hebr.11. *Act.13.* *Eccle.47. Simile.* *Figura. 3.Regũ6 & 7.2.Paral.3.*

Sed adhũc quæritur, quid ſibi vult iſte ordo,quem Euangeliſta ſeruat,priùs numerans Dauid, quàm Abraham. Omiſsis alijs, quæ negotium nobis faceſſerent, quod magis conſonum ſacris literis apparet oſtendam. Primò,quoniam Dauid facta eſt promiſsio Chriſti venturi, cum maxima claritate, & in ea explicatum eſt, quòd Meſſias eſſet filius Dei naturalis.2. Reg.7.dicitur ad Dauid. Suſcitabo ſemen tuum, & firmabo Regnũ illius,vſq; in ſempiternum. Ego ero illi in Patrem, & ipſe erit mihi in filium. Hæc eadẽ promiſsio facta eſt.1.Paral.17.&.22. & quod iſta promiſsio ſit accipienda de Chriſto; explicat Paul. Hebr. 1. dicens. Cui enim aliquando Angelorum dictum eſt, ego ero illi in Patrẽ, & ipſe erit mihi in filium. Secundum eſt, quòd Dauid promiſſus eſt Chriſtus habiturus Regnum eius,cum maxima ſublimitate, & gloria; ità quod eſſet futurus Rex ſpiritualis:vt dicitur Eſai.9. Super ſolium Dauid, & ſuper Regnum eius ſedebit, vt confirmet illud atque corroboret à modo, & vſq; in ſempiternum. Et ita dixit Angelus Virgini, Luc.1.Dabit illi Dominus ſedem Dauid Patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternũ.De quo Regno loquebantur Pueri ſpiritu prophetico.Cum Marci. 11. dicebant:Benedictum quod venit Regnum Patris noſtri Dauid. Et Luc.19.Benedictus qui venit Rex in nomine Domini. Tertium eſt, quòd reuelatum eſt in ſacris literis, Chriſtum non ſolùm ducturum originem à Dauid, verum etiam naſciturum, in Betheleẽ vico Dauid.

Dubium. *Reſolutio dubij.* *2.Reg. 7. 1. Paral. 17.& 22.* *Hebr.1.* *Eſaias. 9.* *Lucæ.1.* *Marc. 11.* *Luc.19.*

Mich.

Michæ.5. Et tu Bethleem paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui regat populum meum Iſraël: & Ioan. 7. dicebant Doctores legis: Nunquid à Galilea venit Chriſtus? Nonnè ſcriptura dicit, quòd ex ſemine Dauid, & de Bethleem Caſtello vbi erat Dauid venit?Quartum eſt, quòd Dauid fuit expreſſa maximè figura Chriſti. Etenim Dauid fuit paſtor ouium interficiens vrſum, & leonem pro defendendo grege ſuo: vt dicitur. 1. Reg. 17. & tandem conſequutus eſt Regnum. Ita ſimiliter Chriſtus, vt ipſemet fatetur Ioan.10. Eſt bonus paſtor ouium, de cuius manu nemo rapiet oues, & eſt etiam Rex iuxta illud Eſai. 33. Dominus Rex noſter Legiſer noſter. Quintum eſt, quòd Chriſtus in ſacris literis ſæpiſsimè vocatur Dauid:Hierem.23. Ecce dies veniet dicit Dominus, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum, & hoc eſt nomen, quod vocabunt eum Dñs iuſtus noſter. Similiter Ezech. 34.&.37. Suſcitabo ſuper oues meas ſeruũ meum Dauid, & Dauid erit Princeps, & Rex in medio eorum. Oſeę.3.cùm fit mentio de cœcitate populi Iſraël ita dicitur: Dies multi ſedebunt filij Iſraël ſine Rege, ſine ſacrificio,ſine altari, & poſt hæc quærent Dominum Deum ſuum,& Dauid Regem ſuum, & pauebunt ad Dominũ. Propter quod Meſsias communiter dicebatur à Iudæis filius Dauid. Etenim cùm Matth. 22.Chriſtus interrogaret Iudæos,Quid vobis videtur de Chriſto? cuius filius eſt?Dicunt ei: Dauid. Imo & mulierculæ, & homines de media plebe exiſtimantes Redemptorem noſtrum eſſe Meſsiam; vocabant eum filium Dauid. Matth. 15. dicit Chanahea: Miſerere mei fili Dauid. Et Luc.18.cœcus mẽdicans ita deprecabatur: Fili Dauid miſere mei. Cùm igitur hoc in ore omnium, tunc temporis verſaretur, & Matthæ.ſcriberet Euangelium Iudæis, voluit deſignare Meſsiam ex progenie Dauid: quoniam illa nomenclatura erat maximè celebris in populo Iſraël,propter cauſas, quas modò diximus.

Miche. 5. *Ioan.7.* *1.Reg.17.* *Ioan.10.* *Eſai.32.* *Hiere.23.* *Ezech.34. & 37.* *Oſea.* *Matt.22.* *Matt. 15.* *Luc. 18.*

Filij Dauid, Filij Abraham. Dauid fuit Rex, & Propheta, Abraham Sacerdos, & Propheta: quoniam vnigenitum ſuum offerre Deo voluit, atque ſacrificare, quod fuit maximum ſignum paſsionis, ac ſacrificij Chriſti, qui ſemetipſum ex obedientia patris pro nobis obtulit in ſalutarem victimam. Igitur, vt oſtenderet Euangeliſta Chriſtum Dominum, Prophetã, Regem,ac Sacerdotem eſſe ex horum progenie ipſum præmittit fuiſſe: Nam in Rege poteſtas,in Sacerdote holocauſtũ deſignatur, vt certiores nos faceret huius ſalutaris ſacrificij, quod à potente Saluare oblatum eſt. Proprium quippè Regum eſt ſaluare. Vndè illa vox mulieris ad Regem Iſraël, Salua me Rex. Quare illi, qui ſalutem à Chriſto Domino poſcebant, eum filium Dauid nominabant, dicendo: Fili Dauid miſerere nobis. Ac ſi dicerent. Potens es ad ſaluandum, cùm filius Regis ſis. Holocauſtum tuum pingue fiet: quia poteſtatem habes ponendi animam tuam, & iterum ſumendi eam. Quare & pueri clamabant: O ſanna filio Dauid. Hoc eſt.Ideò à te petimus ſalutem: quia filius Regis es: & ideò ſaluare potens. Idcircò dicitur Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, qui & Rex Salem fuit ſimul,& Sacerdos. Sed aduertendum cum Ruperto Abbate in hoc loco, quòd olim in lege naturæ omnes primogeniti erant Sacerdotes,vſque ad Iacob. Fuit Abraham Sacerdos, fuit & Iſaac Sacerdos ſimul & hoſtia, in quo maximè Chriſtum Dominũ figurauit. Fuit & Eſau, qui primogenitus erat Iſaac: ſed quia profanus fuit vendidit primogenita ſua fratri ſuo Iacob, propter lentis edulium, cui ex ordinatione Diuina debebantur. Quare veſtes illę pretioſę, quæ erant Eſau,quibus Rebecca induit Iacob, vt acciperet benedictionem ab Iſaac patre ſuo:aiunt Hebræi, quòd erãt veſtes Sacerdotales, quibus primogeniti in ſacrificijs vtebãtur,quarũ odorem, vt percepit Iſaac in benedictiones tãtas prorupit,quibus eũ etiam in Sacerdotẽ conſecrabat. At poſteà Sacerdotiũ iure primogenituræ debebatur Ruben primogenito Iacob: ſed quia concubuit cũ vxore patris ſui in pœnam priuatus eſt hoc iure, cùm ei dixit Iacob: Non creſcas,quia aſcendiſti cubile patris tui,& tranſlata ſunt primogenita ad Ioſeph, vt habeẽt.1.Paralip.6. Non tamẽ tranſlatũ eſt Sacerdotiũ,eò q̃ in Aegypto nõ vſi ſunt hac dignitate, nec legitur poſt Iacob aliquẽ ex Patriarchis obtuliſſe hoſtias,nec erexiſſe altare vſq; ad Aaron. Sed ex duobus,quę ius primogenituræ conſequebãtur(nẽpè Sacerdotiũ, & aliqua hæreditatis pars extra alios fratres) primo prætermiſſo, ſecundũ mandauit Iocob filio ſuo Ioſeph, in quẽ primogenita maioris filij tranſtulit, dicens ei:Gene.48.Do tibi partem

4.Reg.6. *Luc.17.* *Pſal.19.* *Matt. 21.* *Pſal.109.* *Ruperto.* *Gene.25.* *Gene. 27.* *Gen. 49.* *1.Paral.6* *Gen. 48.*

tem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo. Poſteà verò clamantibus filijs Iſraël, ac dicentibus: Eamus & ſacrificemus Deo noſtro; inſtituit Dominus Sacerdotium Aaron de tribu Leui, & tulit illam tribum Dominus pro cunctis primogenitis filiorum Iſraël; vt oſtenderet quod Sacerdotium primogenitis debebatur, & loco eorum aſſumpſerit tribum Leui. Igitur cùm Chriſtus Dñs fuerit primogenitus Matri ſuæ, ei ex antiquo iure Sacerdotium debebatur. Quare Sacerdotium Aaron tranſlatum eſt ad Chriſtum, qui eſt ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech: vt Paul.
Hebr. 7. ad Hebræos docet. c. 7. Melchiſedech autem fuit Sem primogenitus Noæ: vt ex Hebræorum traditionibus conſtat. Fuit enim Abraham decimus à Noe, & à diluuio vſq; ad Abraham fluxerunt 292. anni,
Geneſ. 11. vt ex cap. 11. Geneſ. colligi poteſt, & Sem vixit. 600. annis, vt ex eodem cap. conſtat: vnde totam ætatem Abraham complexus eſt: & quia primogenitus, ideò & Sacerdos. Secundum quem ordinem, & Chriſtus Dominus tanquàm primogenitus omnis creaturæ Sacerdos à Patre vnctus eſt, qui panem, & vinum obtulit Deo, ſcilicet, corpus, & ſanguinem ſuum. Vndè Dominus Eſai. 7. pollicetur, dicens: Et
Eſai. 7. reſtituam Iudices tuos ſicut fuerunt priùs, & Conſiliarios tuos, ſicut antiquitus, id eſt, quandò primogeniti erant Sacerdotes, qui & Conſiliarij & Iudices ſimul erãt. Quoniam in Chriſto omnia reſtaurata ſunt: & quia primogenitus, & Rex, & Sacerdos, & Iudex, & Conſiliarius fuit.
Matth. 1. & Luc. 2. Quod videtur expreſsiſſe Euangeliſta Luc. cùm dixit: Et peperit filium ſuum primogenitum: quaſi ad memoriam nobis reducens iura antiqua primogenituræ, quæ omnia excellentiſsimè ad Chriſtum tranſlata ſunt. Ecce rationes, ob quas iſti Patres primi recenſiti ſunt in Chriſti Genealogia.

Geneſ. 17. *Abraham autem genuit Iſaac.* Abraham priùs vocatus eſt Abram, id eſt, Pater excelſus. In circuncíſione autem quando accepit promiſsionẽ Chriſti dictus eſt Abraham, hoc eſt, Pater multitudinis. Licet aliquibus non immeritò videatur, quòd debeat manere dignitas prioris nominis, cum adiectione noua, & ita vocatur Pater excelſæ multitudinis, qualis eſt Eccleſia. Sed aduertendum, quòd in nomine Tetragrammaton, Iheouah, ſunt duæ, h, h, ſecunda litera eſt, h, quæ ſonat: vltima etiam litera eſt, h, quæ non ſonat, ſed vocatur quieſcens, quaſi ad ornatum ſolum dictionis poſita. Tres literæ huius nominis Iheouah, quod interpretatur fons eſſendi: oſtendunt tres eſſe perſonas in natura Diuina, à qua omnium rerum eſſe, tanquàm à ſuo fonte dimanat. Sed ſecunda litera, quæ eſt, h, duplicatur ad deſignandum, quòd ſecunda perſona, quæ eſt filius, duas deberet habere naturas. Primam, hoc eſt, diuinam, ſonantem. Secundam, id eſt, humanam, reſpectu illius quieſcentem. Nam operum, quæ exercebat Chriſtus diuinitas erat principalis cauſa: humanitas verò ſolùm inſtrumentalis. Erat tamen ad ornatum: quoniam erat pretioſiſsima veſtis, qua *Ad Phil. 2.* induebatur diuinitas, ſecundũ illud Paul. Habitu inuentus, vt homo. Igitur ſecunda litera huius nominis, Iheouah, ſcilicet, prima, h, addita eſt nomini Abrahæ, ad deſignandum, quod ſecunda perſona, id eſt, filius, aſſumptura erat carnem de ſtirpe Abrahæ: vt Pater filij Dei vocaretur, ſecundum illud Hebræ. 2. Semen Abrahæ *Hebr. 2.* apprehendit, *Gennit Iſaac*, Iſmaele, & filijs Cethuræ omiſsis, ſolùm meminit Iſaac; quoniam ab illa progenie erat deriuandus populus Dei, vnde erat naſciturus Meſsias. Cæteri enim filij, ad alios populos tranſlati ſunt: vnde Geneſ. 21. In Iſaac vocabitur *Geneſ. 21.* tibi ſemen, id eſt in hac generatione Chriſti, qui per miraculum eſt incarnatus: & quia ipſe Chriſtus fuit ſpecimen eximiæ gratiæ; aptiſsimè ſumitur exordiũ, ab Iſaac genito per miraculum, & per beneficium gratuitæ promiſsionis diuinæ. Quod beneficiũ promiſsionis (vt explicatur Rom. 9.) *Rom. 9.* indicatur, in illo Geneſ. 18. Secundum hoc *Gene. 18.* tẽpus veniam, & erit Saræ filius. Deinde *Gene. 21.* notandum, quòd Iſaac (vt ex cap. 21. Gen. colligitur) idem pollet ac ſidicas, riſum, & lætitiam: & hoc nomen fuit impoſitum filio Abrahę: quoniam vt refertur Geneſ. 17. *Gene. 17.* cùm Abraham intellexit ex reuelatione diuina ſe habiturum filium, ex quo venturus erat Meſsias; cecidit pronus in faciem ſuam, in ſignum reuerentiæ, per quam Deum adorabat, ac reuerebatur ob tantum beneficium, & riſit in corde ſuo lætitia maxima ſpirituali. Hæc enim omnia ſunt plena myſterijs, & manifeſtant illud gaudium ſupremum, quod debebat redundare propter Incarnationem filij Dei in genus humanum. Ita dicitur Iſai. 9. Læ- *Eſai. 9.*
tabuntur

tabuntur in te, ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victores capta præda,
Zach. 9. quando diuidunt ſpolia. Similiter Zachar. 9. Exulta ſatis filia Syon, iubila Hieruſalem, ecce Rex tuus venit tibi: & hoc
Luc. 2. ipſum dicebat Angelus Luc. 2. Euangelizo vobis gaudium magnum, quia natus eſt vobis hodie Saluator. Etenim Pro-
Prouerb. 8 uerb. 8. dicitur de Sapientia, quæ eſt filius Dei. Delectabar per ſingulos dies. Quia ipſamet ſapientia eſt lætitia Patris, per eſſentiam; & tamen pro maximis delitijs habebat eſſe cum filijs hominum, vt ibidem dicitur. Nam ex eo, quod vnita eſt humanæ carni emanauit indè eximia
1. Ioan. 1. lætitia. Quare dicitur. 1. Ioannis. 1. Vita, quæ erat apud Patrem manifeſtata eſt: & hæc ſcribimus vobis, vt gaudeatis, & gaudium veſtrum plenum ſit. Expreſſum eſt etiam, in Iſaac aliud Chriſti myſterium. Quoniam cùm Pater ſuus ipſum ex mandato Dei ſacrificare vellet, prohibitus eſt illum mactare, & loco illius ſuffectus eſt aries, quem offerret loco filij Iſaac. Typum geſsit Chriſtus in hoc, qui ex obedientia æterni Patris eſt oblatus, in victimam baiulans ſibi crucem, ſicut Iſaac ligna. Tamen tunc nondum aduenerat tempus, quo tantum ſacrificium expleri deberet, ſed interim aries ſacrificatus eſt; declarans per hoc, quòd in eo interuallo donec veniret plenitudo temporis, quo Deus miſſurus erat filium ſuum, vt pro nobis in holocauſtum offerretur: arietes, hirci, atque vituli iugulandi erant, per quæ vmbratica ſacrificia ad illud verum, quo filius offerendus erat, præpararemur.

Iſaac autem genuit Iacob. Etiam in hoc loco prætermittit Euangeliſta alterum fratrẽ Iacob, qui dicebatur Eſau: eo quòd fuit reiectus à Deo, nè numeraretur in popu-
lo Dei: iuxta illud Malac. 1. Iacob dilexi,
Malac. 1. Eſau autem odio habui. Iacob autem ſur-
Gene. 25. & 27. ripuit benedictionem, & ius primogenituræ; & ideò ipſe ſolus hîc numeratur. Nec
Gene. 22. id vacare myſterio arbitror. Nam illa lucta, quam Iacob habuit cum Angelo Geneſ. 32. multa ex Chriſti myſterijs expreſ-
Auguſt. ſit, vt docet Auguſtin. tom. 5. lib. 6. de Ciuitate, cap. 39. Etenim Iacob præualuit contra Angelum, & accepit benedictionem ab eo, ſed claudus euaſit ex lucta. Præualuit autem contra Angelum: quoniam ipſe voluit vinci ab eo, & ibi nominatus eſt Iſraël, à quo totus ille populus hanc denominationem accepit. Sic ergo populus Iſraël, in paſsione præualuit contra Chriſtum, & re vera illum occidit: tamen oblatus eſt, quia ipſe voluit, & permiſsit ſe capi, & occidi ab illo populo: vt
ipſe Ioan. 10. dixerat: Nemo tollit à me *Ioan. 10.*
animam meam, ſed ego pono eam à me ipſo. Et ex hac victoria ſubſequuta ſunt duo. Alterum quod Iſraël manſit benedictus in his, qui Chriſto crediderunt, & manſit claudicans in his, qui Chriſto re-
belles fuerunt: iuxta illud Pſalm. 17. Clau- *Pſal. 17.*
dicauerunt à ſemitis ſuis. Prætereà iſta lucta ſignificat efficaciam, ac poteſtatem quam habent Sancti cum Deo. Videtur enim, quòd Deus ſe illis ſubmittat, atque
obediat: vt Ioſue. 10. dicitur: Quod obedi- *Ioſue. 10.*
uit Deus voci hominis. Permittit enim ſe vinci eorum precibus, ac obſecrationibus: vndè Oſeæ. 12. dicitur: Iacob in fortitudi- *Oſea. 12.*
ne ſua directus eſt cum Angelo, & inualuit ad Angelum, & confortatus eſt. Fleuit, & rogauit eum, in Bethel inuenit eum. Quare ex defectu talium querebatur Eſai. *Eſai. 64.*
cap. 64. dicebat: Non eſt qui inuocet nomen tuum, qui conſurgat & teneat te. Secundum quem modum loquendi dicebat Dominus ad Moyſem Exod. 32. Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos: & Ezech. 22. habetur: Quæſiui virum, qui in- *Ezech. 22.*
terponeret ſepem, & non inueni.

Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius. Iudas quidem nõ fuit primogenitus Iacob, ſed quartus filius eius. Cæterum quoniam electus eſt, vt ex tribu eius oriretur Meſ-
ſias (iuxta illud Pſal. 77. Elegi tribũ Iuda) *Pſal. 77.*
præfertur Iudas cæteris filijs Iacob. Recenſentur autem fratres eius: quoniam omnes pertinent ad populum Dei, & omnes ſunt duodecim Patriarchæ. Ita dicitur Ruth. 4. *Ruth. 4.*
Fiat iſta mulier ſicut Lya, & Rachel, quæ ædificauerunt domum Iſraël. Ibi autem etiam intelliguntur, Bala, & Zelpha, quæ etiam fuerunt vxores Iacob. Etiam Act. *Act. 7.*
7. dixit Stephanus: Iacob genuit duodecim Patriarchas. Et quoniã in benedictionibus, quas Iacob moriturus protulit ſuper Iudã, exprimũtur maxima myſteria Chriſti; operæpretium duximus eã paucis hîc explicare, prætermiſsis plurimorum ſententijs, tàm Hebraicorum authorum, quàm cæterorum, qui multas circa hoc opiniones, tranſlationes, & interpretationes verſant, quas in ſuis authoribus curioſus indagator videre poterit. Igitur Iacob benedi-

cens filios ſuos conuertit ſermonem ad Iudam, vndè ducturus erat originem Chriſtus: & quidem, quod Iacob in illo loco verba faceret ſpiritu prophetico proſpiciens myſteria Chriſti; docet Diuus Hie-
D. Hiero. ronymus tomo. 5. ſuper Eſaiam, cap. 2. Nam dicit Iacob. Congregamini filij: vt annuntiem vobis quæ futura ſunt in nouiſsimis diebus. Vocat nouiſsimos dies ætatem Chriſti, hoc eſt, tempus gratiæ
Gene. 49. Euangelicæ. Nam ſimili phraſi vtitur
Eſai. 2. Eſai. 2. cap. cùm dixit: Erit in nouiſsimis diebus præparatus mons domus Domini, in vertice montium, & quod ſcriptura nouiſsimos dies appellet tempus gratiæ Chri-
1. Ioan. 2. ſti: patet ex illo. 1. Ioan. 2. Fili, nouiſsima
1. Cor. 10. hora eſt. Et. 1. Corint. 10. Nos ſumus, in quos fines ſæculorum deuenerunt. Idem
D. Aug. docet Diuus Auguſtin. 6. tom. lib. 12. contra Fauſtum, cap. 12. quo in loco prophetiam iſtam Iacob, reducit ad ſeptem partes, & eas eleganter explicat; licet nos maioris claritatis gratia, nonnulla addere
Gene. 49. ſatagemus. Prima pars eſt: Iuda te laudabũt fratres tui, & adorabunt filij patris tui. Alludit primò ad nomẽ Iudæ, quod ſignificat confeſsionem, ſiuè laudationem: quoniam Chriſtus eſt laudatus, & maxima reuerentia adoratus à Iudæis, & gentibus credentibus in eum: & ideò dicit filij patris tui. At Iacob dixerat Iſaac: Incuruen-
Gene. 27. tur ante te filij matris tuæ. Ad Chriſtum
Gene. 24. verò addit ipſe Iacob, filij patris tui. Quoniam non ſolùm filij Sinagogæ, quæ erat mater Chriſti ſecundum carnem adorauerunt eum, nempè illi, qui ex Iudæis eum tanquàm verum Meſsiam receperunt: verumetiam quàmplurimi ex gentibus, qui
Epheſ. 3. erant filij Dei electi ab ipſo, & quia ipſe eſt pater omnium per creationem, à quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur. Ac ſi diceret: Omnes homines, qui à Deo Patre ſunt, qui & Pater tuus eſt te adorabunt, atque ſiuè ſpontanei, ſiuè inuiti ſub pedibus tuis corruent. Secunda pars eſt: Manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorũ. Quoniam Chriſtus ſubiecit iugo legis ſuæ vniuerſum mundum, qui illi erat inimicus propter peccatum idololatriæ. Quæ victoria maximè extollitur apud Eſai. cap. 2. Tertia pars eſt: Catulus leonis Iudas. Ad prædam fili mi
Eſai. 2. aſcendiſti, requieſcens accubuiſti, vt leo,
Gene. 49. & quaſi leæna, quis ſuſcitabit eum? In his verbis exprimitur fortitudo Chriſti deſcendentis ad prædam inferni & mortis, & ad prædam hominum, qui captiui detinebantur propter peccata. Tamẽ hanc prædam fecit aſcendẽdo priùs in crucem (alli ſe abalançò à la preſa.) Deindè anima eius deſcendit ad infernorum prædam auferendam. Requieuit quidem moriens, ſed ex morte ſurrexit Victor, quaſi leo, & leæna, quæ rugitibus fœtus ſuos viuificat taleſque, ac tantos emittit: vt timorem incutiat caueæ, in qua catulos habet. Sic cõmouendo ſepulchrũ terræmotu magno, cuſtodibuſque tremefactis vocis ſuæ imperio viuus euaſit ex morte: vndè dicit: Quis ſuſcitabit eum? id eſt dicere. Non indiget virtute extrinſeca, qua ſuſcitetur: ipſe enim cùm ſit per eſſentiam vita ſeipſum ſuſcitare valuit, iuxta illud Ioann. 2. Ioann. 2.
Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Ille autem dicebat de templo corporis ſui. Quarta pars eſt: Non auferetur ſceptrum de Iuda, & Dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus eſt, Gene. 49.
& ipſe erit expectatio gentium. Iſta verba verificantur de Meſsia, etiam ſecundum quam plurimos Hebræos: nam & Chaldaica paraphraſis dicit: Donec veniat Meſsias: quoniam vſque ad aduentum Chriſti nunquàm defuit Gubernator de Iuda, ſiue haberet titulum Regis, ſiuè Ducis, ſiuè Præſidis. Quoniam vſque ad captiuitatem Babylonicam Reges ſceptra tenuerunt; in captiuitate ipſa, licet, Regnum Iuda fuerit interpolatum, non tamen penitùs ablatum. Licet poſſemus dicere, quòd eos iudicauerit Daniel, vt in Dani. 13.
Suſannæ hiſtoria viſum eſt; & tamen Da- Daniel. 1.
niel ex ſemine Regio erat, vt colligitur Dan. el. 1. Poſteà autem ſub Zorobabel reſtitutum fuit ſceptrum, qui fuit Iudæorum Princeps ex tribu Iuda, quem in eodem Principatu ſequuti fuerũt Machabæi, 1. Exdræ.
qui quamuis eſſent Leuitæ, & Sacerdotes 2. & . 4.
materno tamen genere de Iuda deſcendebant: cùm conſtet has duas tribus commixtas inter ſe fuiſſe. Ex quibus Ioannes Hyrcanus Simonis Machabæi filius capiti ſuo Regiam coronam impoſuit, poſt quem regnauit Ariſtobolus, deinde Ioannes, poſteà Antigonus, ſubinde alter Ioannes, poſt quẽ Herodes Idumeus prorſus alienus à genere Iudæorum. Poteſt etiam dici, q̃ licet Machabei nõ fuerint ex tribu Iuda: nõ tamen habuerunt Ducatum, niſi in depoſito ex cõſenſu ipſius tribus Iuda, vt habetur. 1.

Machab.

Machab. Machab. 14. Quod conſenſerunt Sacerdotes, & Seniores Iudæi Simonem eſſe Ducem eorum, donec ſurgat Propheta fidelis, & pugnet pro Sanctis. Id eſt Meſ-
Hieron. ſias. Quarè Hieronymus ſuper cap. 3. Oſeæ, ſic legit hunc locum: Non donec veniat, qui mittendus eſt, ſed donec veniat, cui repoſitum eſt. Id eſt, Chriſtus, cui ſeruatum erat Imperium, & Regnum Dauid, & quaſi in depoſito ab eo tempore, quo defecerunt Reges de domo Da-
D. Thom. uid. Decuit autem, vt ait Diuus Thomas ſuper hunc locum Geneſ. quòd aliquantulum ante Chriſti ortum aliqualis ablatio Regni Iudaici inchoaretur: vt ex hoc innueretur quòd Chriſti aduentus iam iam in ianuis erat. Nam protinùs ablato de Iuda Regno, & ad hominem idumæum tranſlato Chriſtus in mundum aduenit, vt ex temporum dinumeratione conſtat. Quarè hoc eſt euidentiſsimum ſignum verum iam aduenisse Meſsiam. Vndè Di-
D. Hiero. uus Hieronym. ait: Iam diù apud Iudæos ex ſemine Iudæ Reges fuerunt, donec Chriſtus ex Virgine naſceretur. Primus enim in gente Iudæorum Rex alienigena fuit Herodes, quandò iam Chriſtus natus eſt. Qui ergò negat veniſſe Chriſtũ oſtẽdat Regem de tribu Iuda in gente Iudæorum. Chriſtus autem venit ablato Regno ex Iuda, ad confirmandum illud, non temporali poteſtate, ſed ſpirituali ac æterna, ſe-
Eſai. 9. cundum illud Eſai. 9. ſuper ſolium Dauid, & ſuper Regnum eius ſedebit: vt confirmet illud, atque roboret in iudicio, & iuſtitia à modo, & vſque in ſempiternum. Dicitur autem Chriſtus mittendus, & expectatio gentium: quoniam propter promiſsiones factas Patribus miſsus eſt, & tamen gratia illius ſe deriuauit in gentibus,
Roma. 11. vt dicitur Roman. 11. Quinta pars eſt li-
Gene. 49. gans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem, ô fili mi, aſinam tuam. His verbis explicatur vocatio populi Gentilis ad Eccleſiam, qui erat veluti pullus indomitus, aſueti oneribus legis, id eſt, Iudæi, veluti
Epheſ. 2. aſina. Ità dicitur Epheſ. 2. quòd Chriſtus eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. In ſignificatione cuius Chriſtus ingreſſus eſt Hieroſolymam inſidens aſinæ, & pul-
Matt. 21. lo. Matth. 21. Nam vinea Eccleſia Chri-
Eſai. 5. ſti eſt, vinea enim Dñi Sabbaoth, Domus Iſraël eſt, vitis autèm Chriſtus, ſecundum
Ioan. 15. illud Ioan. 15. Ego ſum vitis vera. Quos ergo ad ſe trahit, ad vitem ſimul, & ad vineam ligat, id eſt ſibi, atque Eccleſiæ copulat: quoniam impoſsibile eſt coniungi Chriſto, & non Eccleſiæ, ſicuti coniungi viti, & non vineæ. Quoniam vitis non eſt extra vineam, ſic nec Chriſtus extra Eccleſiam: Quoniam, vt Sancti, ac Concilia diffiniunt, extra Eccleſiam nunquàm vlli potuit patere ſalus. Nec vitis extra vineam, nec Chriſtus extra Eccleſiam. Vndè Chriſto copulari, niſi in eius Eccleſia nullus poteſt. Quare valdè errant Hæretici, qui negantes hanc Chriſti viſibilem Eccleſiam, quæ eſt Catholica Romana, ſibi audent arrogare Chriſtum: quoniam extra illam non Chriſtus, ſed Antichriſtus eſt. De decem virginibus Matt. 15.
dicitur, quòd exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ. Nunquàm ſeiuncti inueniuntur ſponſus Chriſtus, & ſponſa Eccleſia, ſed indiuiduus comes vterque eſt alterius: vndè vni ſine alio obiam ire nemo poterit. Alligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem, &c. Hic legit Hieronymus, Soreth, D. Hiero.
qui dicitur planta electa, & maximè frugifera. Per quam vitem fructuoſam ego volo intelligere crucem Chriſti, quæ botrum illum Cypri nobis expreſsit, ex vineis Engaddi, id eſt, cœleſtibus, quo liquore inebriatæ animæ in eius amore liqueſcunt, de qua Propheta Hieremias. 11. Hiere. 11.
dixit: Oliuam, vberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam vocabit Dominus nomen tuum. Huic viti nos ligatos eſſe oportet: vt cum Chriſto carnem noſtram cru- Galat. 5.
cifigamus, cum vitijs, & concupiſcentijs. Sexta pars eſt: Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum. Gene. 49.
Hic ſcribitur lauacrum Eccleſiæ factum à Chriſto, in paſsione ſua. De quo lauacro dicit ipſe Luc. 12. Baptiſmo habeo Luc. 12.
baptizari. Eccleſia autem deſcribitur nomine pallij, vt dicitur Eſai. 49. Viuit Do- Eſai. 49.
minus, quia his omnibus, tanquàm ornamento veſtieris: ſimiliter paſsio Chriſti deſcribitur per calcationem vuæ: iuxta illud Eſai. 63. Torcular calcaui ſolus. Sep- Eſai. 63.
tima pars eſt pulchriores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. Quæ quidem ſententia ſic eſt accipienda, quod oculi Chriſti, quatenus ſunt intenti contemplationi diuinorum myſteriorum, ex qua contemplatione oritur ille effectus amoris, qui comparatur vino, qui inebriat, & calefacit animas in Dei amore, & letas reddit, ac promptas, in eius obſequium, ex

hoc dicuntur pulchri eiuſmodi oculi. Cæterum quoniam Chriſtus ita erat deditus contemplationi, vt etiam incumberet vtilitati hominum prædicando, & docendo; dicuntur dentes eius lacte candidiores. Secũdum illud Paul. 2. ad Corinth. 5. Siue mente excedimus Deo: Ecce oculos pulchriores vino. Siue ſobrij ſumus vobis: Ecce dentes lacte candidiores. Quoniam iuſti Chriſti imitatores, & in Dei amore feruentes, & in proximorum vtilitate ſobrij ſunt ac ſtudioſi.

2. Cor. 5.

Iudas autem genuit Phares, & Zaran de Thamar. Diuus Hieronymus ſapienter admonet in explanatione huius loci, in hac Chriſti Genealogia, excepta Virgine Maria, non recenſeri niſi fœminas peccatrices, nempè Thamar, quę fuit nurus Iudæ, & tamen fraudulenter in habitu meretricio cum eo ſemel concubuit, & genuit hos duos filios, quos ambos commemorat Euangeliſta: quia ad populum Dei pertinuerunt & in eo numerati ſunt. Secũda eſt Raab, quam dicunt meretricem fuiſſe, licet alij dicant cauponariam, fuit tamen anteà idololatra, vt Ruth, quę fuit tertia ex Moab idololatrice gente genita. Quarta fuit Bethſabeæ, quæ adulterium commiſsit cum Dauid, & multi ſuſpicantur conſciam extitiſſe necis viri ſui. Et quidem ſi ad literam attendas, harum quatuor mentionem facit Euangeliſta noſter, quoniam nouo quodam ac ſingulari modo viris cõiunctę ſunt. Thamar ſimulans ſe meretricem, cum ſocero proprio rem habuit, Raab exploratores occultans in populum Dei tranſlata eſt, atq; digna habita fuit coniugio principis tribus Iudæ. Ruth Moabitidis, quoniam propter famen ortam in terra Iſraël, ad Moabitas profugi Abimelech cum vxore ſua Nohemi, ibi filijs ſuis coniuges Moabitidas accepit, quæ orbatæ viris vna remanſit cum ſuis, Ruth adhæſit ſocrui ſuæ, atque colligens ſpicas poſt meſſores, in agro Booz viri potentis, ipſi in coniugem copulata eſt, ex qua Dauid atque Chriſtus prodierunt. Bethſabeæ caſu à Dauid viſa eſt cùm ſe lauaret, & eius amore captus eam à viro rapuit, quo interfecto in coniugem ſumpſit. Ex quo primum collige, quomodo id, quòd Deus in ſua prædeſtinatione ac præſcientia habet definitum, per media tamen ſubinde prorſus indeterminata, & humano iudicio omnino caſualia ſiuè fortuita peragit. Nam generationem Chriſti de tribu Iuda, ab

D. Hiero.

æterno prædeſtinauit Deus, quam tamen per tot intermedias coniunctiones humano iudicio prorſus caſuales ac fortuitas adimpleuit. Sic deinde perpende quomodo ea, quæ hominibus fortuita ſunt, Deo tamen (cui nihil eſt fortuitum aut caſuale) maximè ſunt præuiſa, ex propoſito ad talem finem directa. Quæ conſideratio pijs mentibus ſuauiſsima eſt, maximamque affert fidelibus conſolationem: atque ob hoc harum fœminarum, quæ caſu coniunctæ ſunt viris, fit hic ſpecialis mentio. Cæterum abſquè dubio eſt nihil maculæ acceſſiſſe Chriſto ex harum mulierum peccato. Nam authore Hieronymo in Dialogo de origine animarum. (Reſpondens quibuſdam, qui arguebant Deum, quod animas adulterinis fœtibus infundebat) non eſt vitium ſementis (inquit) in tritico, quod furto dicitur eſſe ſublatum, ſed in eo, qui frumenta furatus eſt, nec idcircò terra non debuit in gremio ſuo ſemina confouere, quia ſator immunda ea proiecerit manu. Cùm quis aquam ex longinquo loco ad ſuum vult adducere fontem: arca illa, in qua primò recipitur pulchra atque maximè polita eſt. Vltimum autem vas, in quo fontis aqua cadit, ex lapide iaſpide, ſiuè porphiretico, vel quouis alio modo poteſt pulchrum atque optimè cultum parat. Fiſtulæ autem aliæ, per quas aqua currit, ac ducitur, minimè curat pulchræ nè an deformes ſint, etiam ſi ex luto fuerint non cauet. Sic in hac ſeriæ generationis Chriſti, Prima arca fuit Abraham, cæteriq; Patriarchæ fide ac deuotione præditi, in charitate ac obedientia decori, atque vas vltimum vbi recipitur, nempe vterus puriſsimus virginis, tanquàm vas auri ſolidum eſt ornatum omni lapide pretioſo. Cætera verò vaſa, vel fiſtulæ, per quas hæc ſeries ad Virginem deducitur, nihil ad rem luteæ, an aureæ ſint. Etiam ſi ſit Thamar, Raab, Ruth, atque Bethſabeæ nihil pulchritudini prolis nocent. In hoc enim inſtruimur filium Dei, qui venit in mundum pro peccatoribus redimendis, non reſpuiſſe originem peccatorum. Vnde diuus Auguſt. tom. 6. lib. 22. contra Fauſtum cap. 64. impugnans hæreſim Manichæorum aſſerentium Chriſtũ non fuiſſe verũ hominem ducentẽ originẽ ex fœminis peccatricibus ait: Iſti hæretici ignorant veraciſsimum, & veriſsimum Saluatorem noſtrum, non ſolùm loquendo, ſed naſcendo Magiſtrum extitiſſe.

D. Hiero.

ſimile.

Auguſt.

extitiſſe. Etenim fideles congregandi erãt ex omnibus gentibus, & ita ex generatione Chriſti diſcere debuerant parentum iniquitatem ſibi non obeſſe; hæc Auguſt. Et ideò primus in hac ſerie recenſetur Dauid, qui peccator fuit: vt doceret nullius peccatum impedire potuiſſe quin promiſſa Dei adimplerentur, ſecundum illud Roman. 3. Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuabit? Id eſt potuit facere, nè fidelis Deus ac verax in promiſsis ſuis euaderit? Abſit (ſubdit Paulus.) Eſt autem Deus verax, omnis autem homo mendax. Quare (vt infert Auguſtin. loco modò citato) in illo ſacrificio agni Paſchalis, quod præcipitur Exod. 12. Hœdus ſimul & agnus immolabantur: & vt colligitur ex Matth. 25. per agnos ſignificantur boni, & per hœdos peccatores, vt intelligeremus Chriſtum, qui ſignificabatur per hoc ſacrificium ex bonis & malis originem duxiſſe. Nec enim peccatores horret Rex, ac Legiſer noſter Chriſtus; ſed intelligant gentes, peccatoreſque ſe ius ad Chriſtum habere. Horrebant Iſaac, & Iacob filios ſuos peccatricibus iungere, nè eorum hæreditas ad alienos tranſiret; noſter autem verus Iſaac, ac Iacob, etiam peccatores amplectitur, cohæredeſque, ac concorporales cum ſui populi hæredibus facit: hæreditas quippè eius etiam in plures diſtributa, nequaquàm minor fit. Alia ratio eſt, nè quis grandes peccatores deſpiciat, ex quibus nonnunquàm tam ſublimes fructus oriri ſolent. Nunquid ingreſſus es theſauros niuis, &c? ait Dominus ad Iob. 38. vt oſtenderet, quòd Deus in frigiditate peccati habet theſauros, vt in magnis peccatoribus viſum eſt, qui conuerſi ad Chriſtum ſumma ſanctitate præfulſerunt, vt Paulus, Magdalena, Auguſt. & alij. Aut theſauros grandinis aſpexiſti? Quoniam in grandine lapidum, quibus Saulus conſentiens lapidabat Stephanum, Paulus, qui theſaurus gratiarum poſteà fuit quaſi incluſus ſeruabatur. Docet etiam vltimò in hoc neminem ob parentum vitia laudandum, vel vituperandum. In te ſit oportet, quòd te laudabilem, & Deo charum faciat. Anima, quæ peccauerit, ait Ezechi. ipſa morietur. Non occidentur patres pro filijs, Deut. 24. vnuſquiſque onus ſuum portabit, & vnuſquiſque recipiet, prout geſsit in corpore. Hinc Ioann. gloriantibus Iudæis ſe patrem habere Abraham, ait: Nolite dicere Patrem habemus Abraham: potens eſt enim Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Nos ferè ſimiles Iudæis ſumus, gloriamur in patribus noſtris, Dominico, Franciſco, Hieronymo, vel alijs, qui patroni noſtri ſunt, cùm tamen omninò degeneres illis ſimus. Vndè nobis dicitur: Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. Hinc Paul. Imitatores mei eſtote, ſicut filij chariſsimi. Propterea Thobias ait: Filij ſanctorum ſumus, non licet nobis viuere, ſicut gentes viuunt. Quantò ſtudioſior pater, tantò maiori confuſione dignus eſt filius, ſi degenerauerit.

Rom. 3.
Auguſt.
Exod. 12.
Matt. 25.
Moralitas
Iob. 38.
Ezech. 18.
Deut. 24.
Galat. 6.
2. Cor. 5.
Luc. 3.
Ioan. 18.
1. Cor. 4.
&. 11.
Tobi. 8.

Iudas autem genuit Phares, & Zaran de Tamar. Auguſtinus de Ciuit. lib. 1. cap. 83. 84. 85. & 86. Sublime myſterium in hoc inceſtu Thamar cum ſocero contineri docet. Nam Chriſtus cùm progederetur ad tondendas oues ſuas, vt Iudas tunc temporis ibat, id eſt, ad exuendos electos à vetuſtate peccati, Eccleſiæ gentium (quæ tunc habebat ornatum meretricium, propter idololatriam, ſicut Thamar) copulatus eſt, & in ſignum beneuolentiæ dedit illi agnum, armillas, & virgam, ſicut dedit Iudas Thamar, hoc eſt, dedit dona gratiarum, & ſpirituale regimen. Cæterum in Eccleſia genuit duos filios, quorum primus fuit populus Iudæorum, qui quidem habebat filum coccineum, ſicut habuit Zaram, qui eduxit primò manum, cui obſtetrix ligauit filum coccineum, dicens. Iſte egredietur prior. Quoniam populus ille propter circunciſionem, quam ſignificabat filum coccineum, putabat ſe iura primogenituræ mereri; tamen populus gentium egreſſus eſt prior: nam quia Iudæi repulerunt verbum Dei, quibus ob promiſsiones debebatur primùm, ad gentes conuerſi ſunt Apoſtoli, vt Petrus Act. 13. dixit ad Iudæos: & illi dicitur propter te diuiſa eſt maceria, ſicut dixit obſtetrix ad Phares, iuxta illud Epheſ. 2. Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum & medium parietem maceriæ diſſoluit. Quoniam ille populus Gentilium, qui erat remotus à Chriſto appropinquabit illi. At verò licet retrahẽte Zaran manum egreſſus eſt prior Phares: tamen poſteà & ipſe exiuit. Quoniam licet populus Iudæorum retraxit manum à Chriſto, vt intrarent gentes: tamen poſteà & ipſe ſuũ recognoſcet verum Meſsiam Chriſtum Dominum.

Auguſt.
Act. 13.
Geneſ. 36.
Epheſ. 2.

Roma.11. Secundum illud Rom.11. Cœcitas ex parte contigit in Iſraël, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſraël ſaluus
D. Aug. fieret. Licet Diuus Auguſt. per filum coccineum intelligat ſanguinẽ Prophetarum, quem populus ille effudit.

Phares autem genuit Eſron. Eſron autem genuit Aran. Aran autem genuit Aminadab. Aminadab autẽ genuit Naaſon. Naaſon autem genuit Salmon. Salmon autem genuit
1.Para.2. *Booz de Raab.* Iſtæ quinq; generationes leguntur. 1.Paral.c.2.vbi dicitur, quòd Naaſon fuit Princeps filiorum Iuda. Vbi habetur, quòd Booz quidem fuit filius Salmon, ſed nihil dicitur ibi de Raab, nihilominus tamen certum eſt ipſam copulatam fuiſſe in coniugio cum Salmon, cùm tantopere eam commendet ſcriptura, propter fidem quam ſeruauit cum exploratoribus.
Deut.21. Nec huiuſmodi matrimonium erat lege prohibitum. Nam Deut.21. habetur, quod filij Iſraël poſſint ducere vxores Gentiles, dũmodò ipſę conuertterentur ad Iudaiſmũ quibuſdã cæremonijs, nẽpè, quòd raderentur capilli, & vngues præſcinderẽtur. Nam iſtum Salmon aiunt fuiſſe vnum ex duodecim exploratoribus miſsis ad explorandos aditus vrbis Hierico, qui cum cæteris latuit, *in domo Raab.* Et cùm ipſe eſſet Princeps tunc in tribu Iuda diuina afflante inſpiratione eam accepit in coniugem,
Hebr.11. vt ex ipſa prodiret Chriſtus. De qua Heb. 11. dicitur. Fide Raab meretrix, non perijt cum incredulis excipiens exploratores cum pace. Et licet dicatur meretrix; tamen, vt Liranus dicit, potuit hoc eſſe cognomen eius, ſicut aliquis dicitur Petrus Rex, cùm non ſit Rex, ſed eſt cognomen eius. Signanter quòd in Hebræo eſt, Zonah, quæ meretricem, & aliquando cauponariam ſonat, vel hoſpitatricem. Imò
Iacob.2. & Iacobus. 2. cap. ſuæ Canonicæ dicit. Raab ex operibus iuſtificata eſt ſuſcipiens
Auguſt. Pſal.86. nuntios, & alia via eijciens. Et Auguſtin. (ſuper illud Pſalm. 86. Memor ero Raab, & Babylonis ſcientium me) docet iſtam meretricem, Raab fuiſſe typum Eccleſiæ
Raab typus Eccleſiæ ex gentibus. Chriſti vocatæ ex gentibus, quæ quidem propter fidem paſsionis Chriſti, quæ ſignificatur per funiculum coccineum accepit ſalutem gratiæ receptis exploratori-
Matt.21. bus, id eſt, Apoſtolis. Ità Chriſtus Matth. 21. verba faciens Iudæis dicit publicani, & meretrices præcedũt vos in Regno Dei:
Rom.9. & Paul. Roman.9. id etiam his verbis docet. Quid eſt quod gentes, quæ non ſectabantur iuſtitiam apprehenderũt iuſtitiam, iuſtitiam autem quæ ex fide eſt, Iſraël autem ſectando legem iuſtitiæ ad iuſtitiam non peruenit? Quare? Quia non ex fide, ſed quaſi ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offenſionis.

Booz autem genuit Obeth ex Ruth. Obeth autem genuit Ieſſe. Ieſſe autem genuit Dauid Regem. Hic eritur difficultas quomodo in *Dubium.* his paucis generationibus fluxit ſpatiũ tot annorum; nam à Ducatu Ioſue, quo tempore Salmon duxit Raab, vſque ad natiuitatem Dauidis fluxerunt. 366. anni, quod facilè erit videri exploranti ex ipſa ſcriptura tempora. Quomodo ergò quatuor hæ perſonæ, Salmon, Booz, Obeth, & Ieſſe, tantum temporis conſumpſerunt? Lyranus, & alij reſpondent fuiſſe tres, qui *Lyranus.* hoc nomine Booz vocabantur. Itaque Salmon genuit Booz de Raab, & iſte alium Booz, qui & genuit hunc tertium, de quo hìc fit mentio: & quoniam Euangeliſta volebat tres teſſaradecadas in hac generatione ponere, prætermiſsit duos primos, & tantùm meminit vltimi: vt ſic quatuordecim tantùm remanerent generationes, vſque ad Dauid. Sed ſi hoc authoritatem haberet firmam, qua fulciretur, ſuſtineri poſſet, voluntariè tamen videtur dici. Præcipuè cùm in libro Ruth hæ tantùm ge- *Ruth. 4.* nerationes numerentur, quando in fine libri fit epilogus generationis Phares, vſq; ad Dauid. Similiter (quod magis vrget) 1. Paralip. 2. referendo generationes Pha- *1.Para.2.* res per Eſron, vſque ad Dauid, vnus tantùm inuenitur Booz, filius Salmon, & pater Obeth. Imò & Chronicon Hebræum, quod, Seder olam Zutha dicitur, vnum tantùm Booz aſsignat filium Salmon, qui Obeth genuit. Quare dicendum erit, *Reſolutio dubij.* quòd iſti quatuor, ſcilicet, Salmon, Booz, Obeth, Ieſſe adæquent totum prædictum tempus. Nam computando annos æquis portionibus potuit quilibet viuere annum & dimidium ſuper nonaginta, etſi aliquis eorum minùs vixit, alius potuit tanto plùs viuere, & ſic numerus adimplebitur. Imò Auguſtin. 15. de Ciuitate. cap. *Auguſt.* 11. refert ex Plinio libr. 7. cap. 48. quoſdam homines vixiſſe. 150. alios. 200. annos, & noſtris temporibus apud Indos inuenta eſt mulier, poſt ducentos annos & 40. adhuc ſuperſtes & viua. Quid mirum ſi aliqui illorum longiorẽ vitam protraxerint

rint alij breuiorem? Igitur Booz genuit Obeth, ex Ruth. Hoc iam olim vaticinatus
Eſa 61. fuerat Eſai. cum cap. 16. prædicens vaſtationem vrbis Moabitarum, de qua oriũda erat Ruth, tamen ad Meſsiam orationem conuertens per Apoſtrophẽ dicit: Emitte Agnum Domine dominatorem terræ. Id eſt, Chriſtum, qui eſt verus Agnus tollens peccata mũdi, cui à Patre danda erat omnis poteſtas in cœlo & in terra. De petra deſerti, id eſt, de vrbe Moabitica, quam nunc redigis in petram deſerti; eam deuaſtando. Vndè ante hanc cladem ſubducta Ruth eſt; ad quam Euangeliſta Chriſti ortum refert. Ad montẽ filię Syon, id eſt, in Iudęam quando huic tantæ Moabitarum ruinæ tot ſæculis ante ſubduxiſti Ruth, vt indè naſceretur Meſsias. Emitte illum iam tandẽ: vt his malis omnibus medeatur.

Obeth autem genuit Ieſſe. Pater Dauid dicebatur Ieſſe, & etiam Iſai. In veteri teſta-
Eſai.11. mento communiter vocatur Iſai; ſed Matthæus eum vocat Ieſſe, ſicut Eſai. c. 11. hac eum nuncapauit nomẽclatura dicens: Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Vt exprimeret Euangeliſta myſterium Chriſti conſonare antiquis vaticinijs. Veteres Patres hãc virgam pro ſceptro & inſigni Regni Dauid, q; Chriſtus erat inſtauraturus, interpretantur, & fortè hæc eſt illa virga, cuius Iacob adora-
Genſ.47. uit ſummitatem, vt legitur Gene. 47. Sũmitatem inquam, id eſt, florem hunc exortum in ſummitate virgæ huius, quæ exijt de radice Ieſſe. Nam quid aliud adorat Iſraël? Adorauit Iſraël ſuper ſummitatem virgæ eius. Sic enim apud. 70. legitur, quam florem hunc ortum de radice Ieſſe? Ieſſe enim ad Iacob originem refert, vt radix Ieſſe & virga Ieſſe eadem ſit radix Iacob & virga Iacob. Atq; veteres ſic expla-
Hebræ.11. nant illud Paul. ad Hebræ. 11. Fide Iacob faſtigium virgæ adorauit, vt per virgã ſceptrum Regni intelligant, per faſtigium autem huius ſceptri, Chriſtũ, qui futurus erat Regni Iudæorum caput, quem in illa virgã
Chryſoſt. fide adorauit Iacob, ſic Chryſoſt. explicãs hæc verba Paul. ait Ioſeph adoraſſe Chriſtum in ſuo typo & adorandum ſignificaſſe ſuis fratribus & nationibus. Hac ergo ratione eum nominat Ieſſe cũ Eſai. & Naas etiam diceretur, vt patet. 2. Reg. 17. Et etiã
2.Reg.17. quia Ieſſe ſignificat incendiũ propter virtutis calorem, vndè dicitur: Egredietur virga de radice Ieſſe. Nam calida in radice alta germinant, & fructificant. Et ideò dicitur generaſſe Dauid Regem, quem ſolum Regem & ſolus dicitur: quia ſolus ſecundum cor Dei in Regnum profecit, & alij ipſius merito.

Decuit quidem Chriſti generoſam ac *Moralitas ſeu cõtin.* regalem progeniem nobis deſcribere Euangeliſtam his potiſsimùm inter alias rationibus; Nam Chriſtus de cœlo deſcendẽs ideò venit ad nos, vt viam Dei doceret, nouam legem, noua dogmata, nouamq; inſtitueret Rempublicam, in qua nouis ritibus coleretur Deus, ſcilicet, ſeptem Sacramentis, fideſq; explicitè ad noua extenderetur dogmata, nempè ad fidem Trinitatis profitendam, anteà nunquam niſi paucis cognitam, vtq; inimicum etiam velut proximum diligeremus, iuſtitiamq; noſtram, non quæ ante homines iuſtitia eſt, ſed quę ante Deum æſtimaremus, aliaq; quamplurima, in quibus noua lex veterem excellenter ſuperaret. Propter quod operepretium fuit, vt homines aliqua ex parte Chriſti dignitatem & regalem eius ſtirpem ac progeniẽ agnoſcerent. Oportuit enim, vt in Chriſto Domino omne id ſplendeſceret bonum, quod illum ad tantum munus obeundum decoraret. Et quoniam genus ſimul cum virtute iunctum amplitudinem magnam perſonæ habenti addere ſolet; hinc decuit vt ex illuſtri ac regali proſapia noſter verus Rex ac Meſsias originem duceret, & quod nobis etiam id innoteſcere vellet. Sic Paul. vt *AdGal.2.* ſuum decoraret miniſterium ad Gala. 2. dicebat: Nos natura Iudæi & non ex gentibus peccatores. Qua ex re inferre deberẽt illi, qui tot ſibi ſtemata progenitorum proferunt gloriantes in maioribus ſuis, quam inanis ſit gloria eorum, quiq; ex parentum ignobilitate erubeſcunt, quam inaniter cõfundantur. Quoniam ſi illi, qui ex genere *Simile.* nobili ſunt virtutem, nec colunt nec amplectuntur, quæ maiorum ſuorum claritati reſpondeat multum illis obeſt parentum nobilitas. Eſt enim veluti ſpeculum maculas vultus oſtendens. Nam maiorũ gloria (ait Marius apud Saluſtrium:) Quaſi lumẽ eſt, nec bona eorum nec mala in occulto pati- *Marius apud Salu.* tur. Vide qualis fuerit pater tuus, dicitur ille, cur tu à tanta virtute degeneras? Cur gloriaris in patre, cuius nõ vis imitari egregia facinora? Quæ omnia plùs erubeſcentiæ, quàm gloriæ eis afferre quis non nouit? Si verò ſint boni ac ſtudioſi viri, ad quid maiorum nobilitate egeant non video. Nam

ipſi in ſe habent vnde maiorum conſequãtur laudem, imò & maiorẽm ipſi ſibi acquirant. Virtus enim eſt radix, vnde vera nobilitas emanat. Nam primus qui tuam decorauit familiam ac nobilitatis titulum acquiſiuit, ob aliquam bene geſtam rem, vel ſtudioſè factum opus illũ lucratus eſt. Vndè magis habes vndè gaudeas de virtute quam de genere. Qui vero ex intimis parentibus originem ducent, cur tristentur ignoro, cùm ipſi ſibi maiorem laudẽ cum virtute lucrari queãt, ſi virtutibus ac ſtudio ſis operibus ipſi incipiant ſuam illuſtrare progeniem. Maioris quippè virtutis opus eſt maiorij laude dignum nobilitatem cõdere, quam cõditam hæreditario iure poſſidere. honorabiliuſq; eſt caput tui generis, quam caudam eſſe. Quod Marius vbi ſuprà populo Romano dixiſſe fertur his verbis. Quia imagines non habeo aduerſarij mei obiectant, & quia mihi noua nobilitas eſt, quam certe peperiſſe quam acceptam corrupiſſe melius eſt. Sed quod mihi in hac re maximè dolendum cenſeo, id eſt, quod cùm ex duplici capite nobilitatẽ quis prætendere poſsit (aut quia ſtudioſè ſe geſſerit in virtutum operibus adimplendis, aut quia ex nobilibus ſit ortus parentibus) illa priori ac digniori prætermiſſa, de hac minori ſolũ gloriantur homines. Imò quod peius eſt aſpernentur primam, & non ſolũ ſtudioſos eſſe non volunt quin potius erubeſcunt ex eo. Proh dolor ô hominum inſaniam nequiſsimam, virtus omnium rerum decor in dedecus perditiſsimis hominibus verſa eſt, nec iam opera veri Orthodoxi facere audias, etiam ſi tibi placeant metuens ne ab iniquis irrioribus contemptui habearis. Quia ſcriptum eſt Hieremię.9. Vir fratrem ſuum deridebit, & veritatem non loquetur. Vtpotè quia ad Eccleſiam pergis ad rem ſacram audiendam derideris, aut ad confeſsionem in auribus Sacerdotis faciendam, aut conciones audiendas, eleemoſynas, cæteraq; pia opera faciẽda, ſed quod ſit tibi in opprobium verſa virtus, ſine qua, nec honor, nec decus in rebus vllum inueniri poſsit? Quia gloriaris in genere terreno, ideò cœleſtia, quæ pulchriora ac honeſtiora ſunt, horres? Vide quid tibi Sapiẽtia genita dicat: Qui me erubuerit & ſermones meos coram hominibus, hunc & filius hominis erubeſcet coram Angelis Dei. Contrà alios vero Hieremiæ.9. ſcriptũ eſt: Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur diues in diuitijs ſuis, ſed in hoc glorietur qui gloriatur ſcire & nosse me. Et iuſtè id nobis intimas optime Deus: quoniam ſcire te, (vt ait Sapiens) conſummata ſapientia eſt. Verum eſt quod cum generis claritatem virtus ac fides Chriſtiana comitantur, tunc parẽtum nobilitas quaſi margaritum quodẽdam in auro inclulum reſplendet. Solent enim filij non ſolùm nobilitatem hæreditare, verùm & parentum mores imitari. Quinimò & ipſa nobilitas ad virtutem potius cõcitat animos, bonique ſanguinis habitudo melioreſ conferit inclinationes habẽtib⁹. Quare cũ Chriſtus nobis Patris myſteria conſertutus eſſet cõueniẽs fuit: vt ex nobiliibus ſanctiſq; parentibus originem traheret, quatenus ipſa maiorum claritas atq; virtus ipſum commendabilem maximè in animis audientium faceret. Secundo decuit vt Chriſti nobiſitas nobis innoteſceret, vt noſtra retunderetur inanis ſuperbia, videntes talem virum tantoq; genere ortum, tot tamq; indigna pati ſupplicia. Ex parte quidẽ Patris in principio erat verbum nec rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. Ex parte matris filius eſt Dauid Regis, & Abrahæ Patriarchæ, & tamen ſemetipſum exinaniuit & humiliauit vſq; ad mortem crucis. Vndè Paulus: Nos prædicamus Chriſtum crucifixum Iudæis quidem ſcandalum (erubeſcunt enim quod Meſsias ſuus dicatur crucifixus) gentibus autem ſtultitiam. Quoniam tanta in eo humilitas fuit, vt moria, id eſt ſtultitia diceretur à Sapientibus huius ſæculi. Quod mirabiliter depingit Eſai.cap.53. dicens: Vidimus enim nouiſsimum virorum (en el poſtrero y mas bajo aſiento de los hombres) vndè nec reputauimus eum (no hizimos cuenta del) & tamen generationem eius quis enarrabit? Cùm tàm æterna quàm tẽporalis vtraq; inenarrabilis ſit. Et tamen tanta adhuc eſt ſuperbia noſtra, vt nec tantæ cedat humilitati. Fuit etiam conueniẽs hæc enarratio vt certi de Chriſti temporali Natiuitate efficeremur confunderetur q; Hæreticorũ proteruia, qui eũ corpus phantaſticum accepiſſe autumnãt & nõ verum, videntes tot annos, proauoſq; narrari, ex quibus eius vera carnalis generatio texitur. Poſtremò id decuit, quia eum ſperabãt Iudęi Regem ſuum, ne ob ignobilitatem deſpiceretur ab eis, ſed inpoſterum hac veritate cõfuſi proni quaſi Regẽ ſuũ, ex regali genie Iudęorũ natũ adorẽt eũ ac venerẽtur.

Marius.

Moralitas

Hiere. 9.

Lucas.9.

Hiere.9.

Sapien.6.

Ioan.1.

Ad Philipen.2.

1.Cor. 1.

Eſai.53.

Ex ea

D. Grego. D. Aug. *Ex ea quæ fuit Vria.* Nec id vacare myſterio docent Patres Greg.3.Mor.cap.21. Auguſt.libr.22.contra Fauſtum cap.87. Nam Dauid, qui idem pollet quod fortis & deſiderabilis eſt figura Chriſti: de cuius fortitudine dicitur Apocaly.5. Vicit leo de tribu Iuda. Cæterum quod ipſe fuerit ſummopere deſideratus teſtatur Propheta Aggę.c.2. Tunc veniet deſideratus cunctis gentibus. Bethſabeæ autem quæ ſignificat ſeptimum puteum aquarum, eſt typus Eccleſiæ, de, qua Canticò.quarto. Fons hortorum puteus aquarum viuentium. Vocatur autem ſeptimus puteus propter ſeptiformẽ gratiam Spiritus, ſanẽti, vel propter ſeptem Sacramenta. Iſtam ergo Eccleſiam ſe lauãtem per Baptiſmum adamauit Chriſtus, ſecundum quod Paul.teſtatur Epheſ.5. Chriſtus dilexit Eccleſiam, & tradidit ſe metipſum pro ea mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, & occiſſo priori marito nempè diabolo apud Gẽtiles, cui per idoſolatriam maximè copulati erãt, vel lege veteri apud Iudæos, quam veluti virum amplexabantur, eam ſibi iungit in coniugem.

Apoc.5. Aggæi.2. Cant.4. Ad Eph.5

Salomon autem genuit Roboam: Salomon Rex inclytus, ac ſapiens, qui magnificatus eſt ſuper omnes Reges terrę, tria (ſecundũ Hieronymum in principio Eccleſiaſ. ſortitus eſt nomina) Primò vocatus eſt Salomõ & hoc fuit vulgatum nomen. Secundò vocatur Choelet Hebraicè, Græcè autem Eccleſiaſtes, latini concionatorem dicimus. Tertiò dicitur Hebraicè Hyedidia, vel Hidida, Latinè amabilis Domino vel dilectus Deo.2.Reg.12. Quod nomen non humana induſtria, ſed diuino afflatu fuit impoſitũ. Vndè 70. dixerunt in verbo Domini ſic vocatum fuiſſe, per hoc ſignificante Spiritu ſancto tale nomen, non tam ipſi conuenire quam illi cuius gerebat imaginem, ſcilicèt, Chriſto, cui & reliqua omnia mirificè conueniunt. Nam Salomon dicitur pacificus; at Chriſtus eſt, qui pacificauit per ſanguinem crucis eius, ſiuè quæ in cœlis, ſiuè quæ in terris ſunt. Coloſ. 1. Ipſe etiam Eccleſiaſtes noſter eſt, id eſt, conuocator, qui vocauit nos vocatione ſua ſancta, non ſecũdum opera noſtra.2.Thimo.1. Ille caput & Saluator corporis Eccleſiæ eſt. Ephe.5. Ipſe etiam eſt Filius Paternę dilectionis, de quo Pater & in Baptiſmate. Matt.3. Et in Trãſfiguratione cap.17. teſtimonium perhibuit dicens: Hic eſt filius meus dilectus. Huic dilecto conſecrati ſunt. Pſalm.44. & alij, quorum tituli prænotãtur pro dilecto. Sed Salomon ille ſapientiſsimus, ac potentiſsimus Rex in maxima flagitia tandem prolapſus eſt, quæ referuntur.3.Reg.cap.11. & Eccleſiaſt.47. vbi dicit Scriptura. Poſuiſti maculam in decore tuo (echaſte vn borron ſobre toda tu vida) & inclinaſti ſemen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos & in cęteris ſtultitiam tuam. Quarè in bonis actionibus inſplendore curię, quem habuit in ædificatione templi, ac domus Regis perſpicuè extitit figura Chriſti, qui ædificauit Eccleſiã, quæ ſecundum Paul. 1. Thimo.3. eſt domus Dei viui. Fuit etiam Chriſtus plenus gratia & veritate, quæ ſunt ſapiẽtia & diuitiæ ſpirituales. Qua propter promiſsiones quæ factæ ſunt Dauid.2. Reg.7. & 3.Reg. 6. & 1. Paralip.22. Non ſunt intelligendę de Salomone ſed de Chriſto, ſicut & ea, quę Pſalm. 71. dicũtur: Non ad Salomonem omnia, ſed ad Chriſtum referẽda ſunt, iuxtà regulam D. Auguſt.3.libr.de doctrina Chriſtiana.c. 37. quam accepit ab Iriconio: Nempè quòd quando aliqua dicuntur de membris, quæ præmagnitudine illis conuenire non poſſunt ad caput recurrendum eſt. Et quoniã in illo Pſalmo quamplurima dicuntur, quiæ nullatenus Salomoni cõuenire poſſunt, nec in eo verificata ſunt; ad Chriſtum Dominum, qui caput eſt omnium recurrendum eſt, in quo omnia excellentiſsimè adimpleta ſunt. Qui etiam multòties in Scriptura vocatur Salomon, vt in Pſalm. de quo loquimur. 71. Deus iudicium tuum Regi da, ſub nomine Salomonis de Chriſto Domino fit ſermo. Nam Pſalmus Salomoni inſcribitur, cui tamen non omnia, quæ ibi dicuntur vnquam conuenerunt. Et Cant. 3. in his verbis: Ferculum fecit ſibi Rex Salomon, per Salomonem Dominus Chriſtus intelligitur, vt indaganti patebit.

D. Hiero. 2.Reg.12. Figura. 1. ad Thimot.3. 2. Reg. 7. 1. Reg. 6. 1. Paralip.22. Pſal. 71. D. Aug. Pſal.71. Cant.3.

Roboam autem genuit Abiam. Iſte Abias non fuit primogenitus Roboam, vt habetur 2.Paralip.11. ſed quia fuit maximè dilectus à Patre, eò quòd cæteros fratres ſuos, qui viginti & octo fuerunt, ſapientia & fortitudine antecellebat, & matrem eius Maachia ſuper alias vxores & concubinas diligebat: ideò illum conſtituit in Regem. Mater autem Abiæ fuit Maacha filia Abſalon, vel potiùs neptis ex filia eius Thamare genita, vt vult Ioſephus lib.8.cap.10.

2.Paral.11. Ioſeph.libr.8.c.10

Abia autem genuit Aſa. Aſa autem genuit Ioſaphat. Ioſaphat autem genuit Ioram.

Ad Colo. ſen.1. 2.ad Thimot.1. Ad Eph.5 Matth.3. & 17.

Ioram

Ioran autem genuit Oziam. Aduerte quod Ozias non fuit filius immediate genitus à Ioran, imò nec nepos, nec pronepos, ſed potiùs abnepos eius, ſed vt dicitur. 4. Reg. 8 &. 2. Paralip. 22. Ioran duxit vxorem Athaliam filiam Achab, & ex illa genuit Ochoziam, qui. 2. Paralip. 27. vocatur Ioacham, & iſte genuit Ioas, qui & Amaſiam, à quo Azarias, qui. 2. Paralip. 4. vocatur Ozias, fuit ergo abnepos Ioran. Conſultò autem iſtos tres Reges omiſsit Euangeliſta: quoniam ipſe volebat tres theſaradecades texere Patriarcharum, Regum & Ducum, propter myſterium decem mandatorũ, & quatuor Euangeliorum. Et idcircò in hac ſecũda theſaradecada. id eſt, quaterdena omiſſit tres Reges, vt eſſent tantum quatuordecim generationes in illa, & non ſuperfluèrent hæ tres trium Regum generationes. Iſti autem ſpecialiter Reges ſunt omiſsi propter impietatem Ioran, qui duxit vxorem idololatram filiam Amri, ex genere Achab, iniquiſsimo Rege. Et Scriptura Miche. 6. vituperat populum Iuda: quoniam ſequutus eſt præceptum idololatrici Amri. Et in hac ſerie generationis Chriſti, ſolùm hi Reges numerantur, qui aliquam ſimilitudinem habuerunt cum Chriſto, ſiuè ratione ſuæ virtutis, aut Patris aut Filij. Quarè vt author eſt D. Anſelmus ſolummodo recenſentur hi Reges, qui vel habuerunt Patrem aut filium Dei cultorem, vel ipſe talis fuit. Sed dices: Quomodo ſaluatur veritas Euangelij dicentis, genuit Oziam? Reſpondetur quod per generationem mediatam factam à pronepote verificatur illa ſententia. Nam frequens eſt in Scriptura nepotes & pronepotes filios dicere vt Chriſtus dicitur filius Dauid & Abraham, & Ruth. 4. habetur. Natus eſt filius Nohemi, qui fuit genitus à Ruth & Booz: vt ſuſcitaretur ſemen filio Nohemi. Et licet Athalia, fuerit filia Amri, & ſoror Achab, vocatur tamen filia Achab quia ipſe eam adoptauerat ſibi in filiam. Miſcuit ergo Ioran ſanguinẽ Dauid religioſiſsimi Regis cũ ſanguine impijſsimi Achab idolorum cultoris: & ideò ſilij eius non recenſentur cum alijs Regibus qui id non fecerunt. Ipſe autem numeratur: quoniam filius fuit optimi Regis Ioſaphat.

2. Reg. 8.
2. Paralipo. 22.
2. Paralipo. 27
2. Paralipo. 4.
Miche. 6.
D. Anſelmus.
Ruth. 4.

Vt hinc perpendas Chriſtiane lector, quantum malum ſit impijs miſceri ac ſceleratis: ex ipſorum quippè ſocietate impuritas tibi adhæret. Nam ſcriptum eſt: Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. & qui cõmunicauerit ſuperbo induet ſuperbia (Veſtirſea de ſu librea) Ideò quippè lex vetus leproſos arcebat à ſocietate cæterorum, nè alij ſani inficerentur ab eis, Prouerbiumq; antiquum fuit. Aliquid mali, ex vicino malo. Quarè cùm præco hæreditatem quandam publicaret, quam dominus fundi vendebat multaq; bona de ea dixiſſet, vtilitateſq; eius proclamaſſet audiens Alcibiades dixit: Dic inter cæteras commoditates bonum etiam habere vicinum. Ex malo quippe vicino malum etiam tibi adhæreat neceſſe eſt. Fuge ergo ab eis, nè pereas cum eis. Audi Moyſen clamantem. Recedite de tabernaculis impiorum, nè inuoluamini in peccatis eorum. Quid communicabit cacabus ad ollã (ait Sapiens:) Si enim ſe colliſerint confringẽtur. Luteus es tu, cui facilè adhæreſcit lutum, mollis ac fragilis qui facilè confringeris, fuge à cõquinatione alienorum nè plùs ſordeſcas ex eorum cõtactu, nec cum malo colliſſeris ne confringaris. Nè tangas morticinum ne polluaris, vſque ad veſperam, id eſt, vſq, ad mortem. Quæ conuentio luci ad tenebras? aut quæ participatio Chriſti cum Belial? Tu pergis ſurſum nempe ad cœlum, alius deorſum, ſcilicet, ad infernum cur illi iungeris? Quid naiuigans in Italiam iungeris cum eo, qui ad Indos properat? Denũtiamus vobis fratres in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti (ait Paul.) Vt abſtineatis vos ab omni fratre inordinatè ambulante, & non ſecundum traditiones, quas accepiſtis à nobis. Quod ſi omnes peccatores, qui nobis nocere poſſunt fugere debemus, maximè Hæreticos quorum ſermo vt cancer ſerpit. Cùm huiuſmodi nec cibum ſumere, nec aue eis dicere debemus, exemplo Beati Antonij, qui ad Arrianos, nec faciem quidem leuare dignabatur.

Moralitas
Eccleſ. 13.
Leuit. 13.
Num. 16.
Eccleſ. 13.
Leuit. 11.
2. ad Corith. 6.
2. ad Theſal. 3.
2. ad Thimoth. 2.

Ozias autem genuit Ioathan, Ioathan autẽ genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam, Ezechias autem genuit Manaſſem, Manaſſes autem genuit Amon, Amon autem genuit Ioſiam, Ioſias autem genuit Iechoniã & fratres eius in tranſmigratione Babylonis. 4. Reg. 23. &. 2. Paralip. 36. Iechonias iſte vocabatur Ioachim & Eliachim, vt colligitur ex locis Scripturæ modo citatis, recenſentur autẽ omnes filij Ioſiæ, quoniam omnes fuerunt Reges Iudà diuerſis tẽporibus, vt. 4. Reg. 23. &. 24. &. 2. Paralip. 36. habetur. Sed aduerte quòd cũ dicitur iſtos tres filios Ioſiæ fuiſſe

2. Reg. 23.
2. Paralipo. 36.
4. Reg. 23. & 24.
2. Paralipo. 36.

fuiſſe genitos in tranſmigratione Babylonis eſt ſenſus q; omnes iſti fratres extiterũt in mundo tempore tranſmigrationis cuius fit mentio Ezechi. 1. & Hierem. cap. 27. & 29. Vocatur autem tranſmigratio hæc captiuitas prima: quia ipſe Ioachin velut ſpontè migrauit in Babylonem, quandoquidem ex conſilio Hieremiæ dedit ſe Chaldæis. Quidam tamen dicunt non eundem fuiſſe iſtum Ioachin, ſed alterũ à priori. Primus enim fuit pater ſecundi, & primus inſcribitur per. K. & m. IoaKim, alter per ch. & n. Ioachin teſte Hieronymo. Contrà quos eſt quod vtrobiq; penitus eiſdem literis ſcribitur Iechonias, cum, ch. cum priori loco deberet ſcribi. IeKonias, niſi dicant ſcriptorum inſcitia, tàm apud Græcos, quàm apud Latinos id eſſe confuſum. Alijs magis placet omiſſam eſſe patris IoaKim mentionẽ: quia non à populo Iſraëlitico, vt Reges cæteri, ſed à Pharaone Necchao Rege Egypti Rex fuit conſtitutus: fratre ipſius Ioachaz à populo electo legitimo Rege, ſub moto. Ioachin autem filius IoaKim, non legitur ab vllo alieno per vim inſtitutus, ſed quomodo de cæteris Regibus patri legitimè ſuccedentibus dici ſolet, ità & de hoc dicitur dormiuit IoaKim cum patribus ſuis, & regnauit Ioachin filius eius pro eo. Nomen autem Iechoniæ, quod vtrobiq; ab Euangeliſta per Ch, ſcribitur, magis ſuadet vtrobiq; accipiendum filium, qui etiam hoc nomine apud Hierem. diſtinctè contra patrẽ appellatur dicentem. Viuo ego dicit Dominus, quia ſi fuerit Iechonias filius IoaKim quaſi annulus in manu dextera mea, indè euellam eum. Poſtremò quia in tota genealogia hoc obſeruatur, vt ſinguli bis nominẽtur, priùs quidem vt geniti poſteriùs vt genitores, excepto Abraham primo huius generationis principio, qui tantum vt gignẽs, & excepto etiam Chriſto qui tantum vt genitus deſcribitur: nam Ioſeph & Maria ſimul, vt coniuges & contribules aſſumpti ſub vtraq; conditione nempè & gignentis & geniti deſcribuntur, Ioſeph quidem vt genitus Maria vt genitrix. Vndè veriſimile eſt, & in hoc nomine Iechoniæ eundem vtrobiq; intelligendum, nempè Ioachin, quem Hieremias appellat Iechoniam filiũ IoaKim. Mihi tamen cum Caietano & alijs magis conſonum videtur fuiſſe alterũ hũc, qui poſt tranſmigrationem Babylonis genuit Salathiel. Quoniam Iechonias ille filius Ioſi ę occiſſus eſt extra portã Hieruſalẽ & ibi ſepultura aſini ſepultus: quia inhumatus permanſit, vt dixit Hierem. cap. 22. & Ioſephus lib. 20. cap. 8. & filius eius Iechonias cognominatus ſucceſsit in Regnum paucis tamen diebus: quia ipſum tranſtulit Nabuchodonoſor cum decem millibus in Babyloniam conſtituens Sedechiam patruum eius Regem. Vbi patet quod iſte Iechonias, qui poſt tranſmigrationem genuit Salathiel eſt nepos Ioſiæ non filius. Nec Euangeliſta omiſsit hanc generationem, ſed ſufficienter ſignificauit dicendo: Et poſt trãſmigrationem Iechonias genuit. Quarè iſte generans poſt tranſmigrationẽ, non eſt ille filius Ioſiæ, ſed nepos ſub iſdẽ tamen nominibus: quia vterq; appellatur Ioachin. Sed eſt dubium quo pacto Matthæus Chriſti originem ex Iechonia deſcribit. cùm apud Hierem. de eo dicatur ſcribe virum ſterilem, nec enim erit de ſemine eius vir qui ſedeat ſuper ſolium Dauid. Sed tamen reſpondetur quod ſterilitas illius eſt intelligenda ſecundum Regnum temporale Dauid, quod defecit poſt Iechoniam, non tamen eſt intelligenda de quouis alio ſemine, à quo Chriſtus ſumeret originem. Nam Chriſtus erat habiturus Regnum Spirituale Dauid, cùm Regnum eius non eſſet de hoc mundo, ſecundum illud Lucæ. 1. Dabit illi Dominus ſedem Dauid Patris eius. Generatio autem Salathiel ex Iechonia habetur. 1. Paralip. 6.

Ezech. 1.
D. Hiero.
C. 26. & 29.
D. Hiero.
Hiere. 22.
Hæc ſentẽtia eſt Titel. mani. Caieta.
Hiere. 22.
Ioſep. lib. 20. cap. 8.
Hiere. 22.
Luc. 1.
1. Paral. 6

In tranſmigratione Babylonis & poſt tranſmigrationẽ Babyloniæ. Hinc diſcè ò Chriſtiane, infallibiles eſſe diuinas promiſsiones, nec aliquo vnquam caſu impediri poſſe. Captiua fuerat tribus Iuda, ex qua Chriſtus ſecundum carnem procedere debuit, atq; tranſlata in Babyloniam, ſterilis remanſerat domus Dauid, ac velut ſtirpata ac emortua. ex Regibus domus eius, alij extincti, alij captiui abducti. Cum ergò videretur radix Ieſſe velut euulſa, ac emortua: quia tamen radices ſuas fixas habebat infirmiſsimis Dei promiſsionibus; etiam poſt tranſmigrationem Babylonis, de nouo germinare ac florere incipit, cùm poſt tranſmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. & iſte Zorobabel. Quod venuſtè certè ac eleganter Eſaia Propheta nobis inſinuauit cap. 11. Nam cùm per aliquot capita præcedentia hanc domus Dauid euerſionem prædixiſſet, cùm iam extincta ac penitus euulſa putanda eſſet, ecce ſubitò ac improuiſò. Rurſus cap. 11. Quaſi euigilans Prophe-

Moralitas
Eſa. 11.

Propheta dicit:& egredietur virga de radice Ieſſe,& flos de radice eius aſcendit. Ac ſi patenter dicat: Ne putetis prorſus extinctam radicem Ieſſe, etiam ſi & tribum ſuã in alienigenas tranſmiſſam, Reges ſuos interfectos ac captiuos, abq; Regis cultu ac nomine remanſiſſe videatis: quoniam fidelis eſt Deus ſeipſum negare non poteſt, verba ſponderat, defixerat apud homines manum ſuam, nec poterat ſolui aut præteriri, nec iota quidem aut apex,ex omnibus quæ promiſerat Deus. Nam ex his captiuis ac mancipijs, ex his iam quaſi obliuioni datis filijs Regum, rurſum vireſcet radix Ieſſe erũpetque flos de trunco eius ac germinabit. Egredietur virga de radice Ieſſe,quę ſit Virgo de domo Dauid, & flos, ideſt, Nazarenus, de radice eius aſcendet, videmus ſalicem longè aliquando ab aquis ac fontibus eſſe plantatam; tamen ſubterraneas,& aridas radices emittit,quæ cùm ad crepidinẽ aluei atq; ad ripas fontis appulerint, ibi virorem ex humiditate ſortiẽtes arbori penè extinctæ rurſum germinare concedunt. Sic arbor iſta de domo Dauid, cuius radices iam penè emortuas videbamus;tamen quia paulatim quaſi ſub arenis ac ſubterraneæ in captiuitate, & poſt captiuitatem ad ripas, ac fontem accedebant, cùm minus ſperaretur, rurſum virorem, ac germen recipiunt. Ibant, enim omnes illi priſci patres, velut ſub terra, ac ſiccis arenis, per legem veterem, per tot diſcrimina, ac exilia properantes; tamen radices appropinquabant ad fontem & ripam, quæ fuit beata Virgo, & cùm domus Dauid oblita, ac expulſa videretur alienigena Herode regnãte, cum paupercula eſſet Virgo de domo Dauid fabro cuidam pauperi, ac ſeni deſponſata; de ea tamen natus eſt Ieſus qui vocatur Chriſtus, in ea rurſus cœpit pullulare radix hæc emortua Ieſſe, quod & Eſai. prædixerat cap.53. dicens: Et aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti, radix quæ de captiuitate venerat rurſum pullulaſcit, ac creſcit, quouſquè ad fontem proprior, ex ea naſceretur Chriſtus, qui ex illa radice promiſſus erat. Id Iob in ſinuare videbatur, cùm cap. 14. dicebat: Lignum habet ſpem, ſi præciſſum fuerit, rurſum vireſcit, & rami eius pullulant. Si ſenuerit in terra radix eius, & emortuus fuerit ſub puluere truncus illius, ad odorẽ aquæ germinabit, & faciet comam ſicut cùm primum plantatum eſt. Arbor hæc generationis Chriſti ſemper ſpem habuit, nam cum Abrahã promiſſus fuiſſet Chriſtus ex Iſaac, & eum ex mandato Dei pater ſacrificare vellet; ſpem tamen promiſſionis non amiſit fidens Deo, qui potens eſt, etiam à mortuis reuocare quem vellet, ſuſcitaturum poſtea filium ſuum: vt in eo re promiſſiones factæ ad implerẽtur. Ac ſpe Iacob moriens dicebat: Salutare tuum expectabo Domine, ſi ſenuerit in terra radix eius, & emortuus fuerit, ſub puluere truncus illius ad odorem aquæ germinabit. Iam per tot exilia, ac captiuitates emortuus videbatur truncus Ieſſe, ſed ad odorem Mariæ quæ eſt fons hortorũ, rurſum virorem ſuum accepit, & protulit florem ac fructum. Ideò ergo in tot calamitatibus conſeruatus eſt Iudas: quia ex illo procedere debebat Chriſtus, ſicut & tribus Beniamin conſeruata eſt cum pene deleta eſſet: quoniam ex illa debebat procedere Paulus, quemadmodum & tu ſpinetum in horto tuo conſeruas, quoniam ſcis ex illo naſcituros flores. Quid mirum ſi hanc radicem Ieſſe inter tot ſpinas, peccata, calamitates, & exilia ſeruaret Deus: quoniam ex ea germinare debebat flos ille campi, ac lilium cumallium, vt & hinc etiam diſcas tu ô homo, non deſpondere animum, etiam ſi videaris à Deo derelictus, etiam ſi in profundo miſeriarum veneris, videarisque à Deo proiectus, adquè in locum infimum tanquam de quo nulla cura ſit demiſſus, nequaquam deſpondeas animum ne deſperes, nec Deum omnino tui oblitum exiſtimare velis: quoniam Deus adiutor opportunus eſt in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Nam cum minus id cogitas ſuppetias feret, tequè ex imo ad ſummum ſubleuauit locum, nec patietur ſuper vires tentari, ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt poſsis ſuſtinere. Nunquid non ipſe eſt de quo Propheta dixit: Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem; vt collocet eum cum Principibus, cum Principibus populi ſui? Numquid non ipſe eſt, qui de ſterquilinio in quo iacebat Iob à planta pedis vſquè aduerticem plenus vlceribus, qui

Matth.5. *Gene.49.* *Similc.* *Iudæi.20.* *Similc.* *Psal. 45.* *1.Cor.10.* *Psal. 112.* *Iob.14.* *Iob.2.*

qui teſta ſaniem radebat ab amicis, ab vxore deriſus atq; derelictus,cum in locum priſtinum reſtituit, imò & duplicia contulit; pœnę huius vitæ medicamina ſunt, quæ potius commodum quam damnum afferãt. Vt curetur vulnus vulnerat medicus non vt interficiat ægrotum. Putridę carnes ferro indigent & cauterio (ait Hieronymus ad Amãdum) Nec eſt medicinę culpa ſed vulneris,cùm clementi crudelitate nõ parcit medicus vt parcat, ſæuit vt miſereatur. Ipſe enim eſt cui Pſalmus dicit: Cùm iratus fueris miſericordiæ recordaberis & nũquid continebit in ira ſua miſericordias ſuas? Ecce in captiuitate poſitum non obliuiſcitur Deus populum ſuum,ſed miſericorditer punitos tãquã filios miſericorditer eis etiam blandiatur velut Pater, & ad proprios iam reducit lares. Sic nec te obliuioni tradet, ſi patienter feras flagellãtem patrem,blandientem ipſum ac mille bonis afficientem citò ſentiet. Audi Eſai. cap. 28. ſic loquentem: Nunquid tota die arabit arans vt ſerat? proſcindet & farriet humũ ſuam? Id eſt, dicere quod non in perpetuũ iraſcetur Deus,nec in æternum comminabitur. Nec enim agricola totum conſumit tempus in terræ cultu eam purgando,dura proſcindendo,blanda irrigando, alijſq beneficijs afficiendo, verumetiam ſeminat fruges,metit ac terit. Vndè ſubdit: Nonnè cum adequauerit faciẽ eius Seretgith? &c. Sic & Dominus Deus faciet. Et ſi ſemper beneficijs afficiat homines,paſcat, veſtiat, delicias conferat, blandiatur illis; tamẽ aliquãdò etiam triturabit eos, virga excutiet, pedibus beſtiarum conculcabit. Hoc eſt quod aliquandò ferit homines atq; caſtigat, ſed non eodem modo cum omnibus ſe gerit Deus. Nam ſubdit idem Propheta: Non enim in ferris triturabitur gith, nec rota plauſtri ſuper cyminum circuibit, ſed in virga excutietur gith, & cyminum in baculo, panis autem comminuetur. Id eſt, dicere: Aliquos tantum virga percutiet leuiter ac obiter flagellabit: triticum autem,id eſt, electos ſuos, & populum ſuum plauſtris ferreis triturabit,hoc eſt,maioribus afficiet cladibus vt reſipiſcant, & granum diuidãt à paleis, hoc eſt ſpiritum fortiter à carne diuellant. At tamen id ad tempus erit,nam ſubinfert Propheta. Verùm non in perpetuum triturans triturabit illum, nec vexabit eum rota plauſtri, nec vngulis ſuis comminuet eum. Quod veluti explicantes ſic transcripſerunt ſeptuaginta. Nec enim in ſempiternum ego iraſcar vobis. Imò & permundata area triticum congregabit in horrea ſua. Et hoc ait Propheta à Domino Deo exercituũ exiuit: vt mirabile faceret conſilium, & magnificaret iuſtitiam, nempè dum eam ſua magnifica miſericordia temperat.

Similc. *D. Hiero.* *Abacuc.3* *Pſal. 76.* *Eſai.28.* *Similc.*

Salathiel genuit Zorobabel: Hec generatio habetur. 1. Eſdræ cap.3. & fuit qui ædificauit templum ex conceſsione Cyri, Regis Perſarum, vt patet. 1. Eſdræ .5. & non eſt ille Zorobabel,cuius meminit primus liber Paralip. cap.3. Quoniam ille fuit filius Nõ, Salathiel,ſed fratris eius.

Zorobabel autem genuit Abiud. Abhinc vſq; ad Chriſtum nullum ex veteri teſtamento habetur teſtimonium,ſed ſola Matthæi authoritate has generationes credimus. Aiunt enim Herodem omnes Annales,in quibus regiũ Dauid genus continebatur cõbuſiſſe, ne inueniretur Meſsias,quẽ ipſe ſciebat populũ illũ expectare Regem ſibi ex ſemine Dauid,cùm nõ inueniretur ratio talis progeniei. Tamẽ Matthæus ex diuina reuelatione ſciuit, vel Ioſeph qui potuit anteà ſcire ordinem ſtirpis ſuæ, & habere aliquem arborem illius apud ſe has generationes Matthæo narrauit. Imò & apud Iudæos debebant eſſe tunc temporis notæ hę generationes, qui earum memoriam ac ſeriem in ſcriptis ſeruabant,nè commiſcerentur tribus,& hæreditates ad alienas tribus tranſmigrarent: aliàs non eos conuincere poſſet Matthæus has generationes narrando Chriſtum eſſe ex ſemine Dauid, quod erat eius intentum. Quomodocunq; tamen ſit, eas tanquàm à vero Euangeliſta ſcriptas indubitanter credimus.

Pſal. 112. *Iob.2.*

Abiud autem genuit Eliachim, Eliachim autem genuit AZor, AZor autem genuit Sadoc, Sadoc autem genuit Achim, Achim autẽ genuit Eliud, Eliud autem genuit Eleazar, Eleazar autem gennit Mathan, Mathan autẽ genuit Iacob, Iacob autem genuit Ioſeph Virũ Mariæ. Has perſonas in generatione Chriſti recenſet Matthæus,ponit autẽ inter eas Patriarchas, Reges, & quod omnium maximum eſt etiam peccatores. Cuius rationem Eſa. cap. 9. reddit his verbis ſcribens de Chriſto, & vocabitur nomen eius admirabilis, Pater futuri ſæculi, Princeps pacis. Admirabilis,quia à peccatoribus: Pater,quia à Patriarchis: Princeps pacis, quia à Regibus natus. Admirabile dicitur ꝙ non ſecundũ natu-

Moralitas *Eſai.9.*

naturæ curſum fit, & quod raro fit, igitur ſicut Chriſtus admirabilis dicitur, non ſolùm quod miracula fecit, ſed etiam quod mortuus & ſepultus fuit; cùm inſolita res
Ad Rom. 5. ſit Principem mori pro ſubditis ne dicam inimicis: nã in hoc ait Paul. Commẽdat Deus charitatẽ ſuam, ac admirabilẽ reddit quòd cùm adhuc peccatores eſſemus Chri-
Chriſtus dicitur ad mirabilis. ſtus pro nobis mortuus eſt. Sic etiã Chriſtus admirabilis dicitur, non ſolùm quod homo factus, ſed quod tales habuit progenitores, homicidas, adulteros, idolatras, qui nihil à fœdidate noſtra abhorruit, quod maximo gaudio afficit peccatores. Quanto enim ſe magis humiliauit, tantò fiducius ad eum accedere poſſumus, tantò etiam minus excuſationis habemus, ſi neglexerimus. Niſi enim ipſe ad nos deſcẽdiſſet peccatoresq; non horruiſſet, ſed ex eis natus
Matt. 11. eos etiam ad ſe vocaſſet dicens: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos, nequaquam peccatores proprij delicti conſcij, ad eũ accedere auderemus; ſicut nec fratres Ioſeph, qui eum
Genc. 37. Iſmaëlitis vendiderunt, ad eum accedere auſi fuiſſent, ſi ipſe prius eos non vocaſſet, atq; ad ſe accedere mollibus verbis, ac obortis lachrymis iuſiſſet. Accedite, in
Gene. 45. quit, ad me nolite timere: pro ſalute enim veſtra miſsit me Dominus ante vos, ſic Chriſtus blandè alloquitur peccatores, cũ eis manducans, & bibens inſinuans ſe non ſolùm nomine, verùm etiam re eorum Saluatorẽ eſſe, atq; pro ſalute eorum miſſum fuiſſe à Patre. Secundum illam ſententiam
1. ad Thimot. 1. Paul. Fidelis ſermo & omni acceptione dignus: Quoniam venit Chriſtus Ieſus peccatores ſaluos facere. Propterea magna nobis damnatio manebit, ſi tantam neglexerimus ſalutem. Secundo vocabitur nomen eius, Pater futuri ſeculi, quo ſignificabatur
Chriſtus pater futuri ſeculi. Chriſtum non modo naturam humanam aſſumpturum, ſed & Patrem futurum, & filios habiturum, non carnales ſed ſpirituales ad imaginem ſuam. Patris autem eſt necdum educare & nutrire, ſed & veſtire, erudire, caſtigare, curam gerere, hæreditatẽ congregare, nec ſcabioſum, aut leproſum abhorret filium, ſed fouet, tergit, debilemq; ſtabilire conatur. Rectè, ò, bonè Ieſu Pater noſter diceris, qui nos tuo corpore nutris, tua gratia, ac virtutibus in hac vita induis, & in alio te ipſo nos paſcis, ac veſtimentis gloriæ circundas. Ipſe nos in infirmitatibus geris, ſicut pater filios, ſicut paſtor agnum, nec protinus peccati cauſa proijcis ſed mederis & medicamina adhibes. Sic Moyſes de te præconium protulerat dicens: Tulit eum in humeris ſuis, *Deute. 32.*
id eſt æquè cum illis agit, atq; cum infantibus agit mater, quæ portat, ſuccurrit, tergit, medetur, fouet. *1. Pet. 2.* Ipſe enim peccata noſtra tulit, ipſe agnus qui tollit peccata mũdi, *Ioann. 1.* ipſe Samaritanus qui vulneratum ſuper iumentum ſuum poſuit, ipſe paſtor, qui ouem perditam in humeris ſuis portat, ſecundum illud Eſai. 40. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet, in brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit; fœtas ipſe portabit. *Luc. 15.* *Eſai. 40.* Hinc Matth. 22. ipſe de ſe dicit: Quoties volui congregare filios ſuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas & noluiſti. *Matth. 22.* Ecce vbi comparat ſe gallinæ. Nam quemadmodum gallina, cùm pullos nutrit, & vocem mutat, & *Simile.* ſe ipſam euiſcerat, vt illos foueat, atq; à rapacibus auibus ſub alas protegit illos. Itaq; cùm audieritis illam crocitatem, debilem, ore inhiantem, atq; extenſis alis pullos ad ſe aduocantem, facilè colligetis eam filios habere atq; nutrire. Sic qui hunc Patrem noſtrum conſiderat hominem factum, ieiunijs afflictum, ad fontem ſitientem ſicus eſurientem, macilento vultu incedentem, in cruce alas extendentem, & ſinum lancea apertum demonſtrantem apertoq; ore pro crucifixoribus exorantem, & latronẽ ad ſe vocantem, immutata voce patri ſpiritum commendantem, quis non intelliget talem eſſe patrem filios ſub ſua cura gerentem: ac veluti verus pellicanus ſuo ſanguine ſuisq; viſceribus eos paſcentem. *Simile.* Nec tamen ſimpliciter Pater dicitur, ſed Pater futuri ſeculi, vel Pater in ſempiternum, aut ſemper Pater, id enim vult textus Hebræus, quod de Patre carnali dici non poteſt, qui & moritur & liberos poſt ſe relinquit, Chriſtus autem non moritur filiosq; vnà ſecum retinet, vt ſempiterna vita fruãtur cum eo. Quod Pſal. 47. dicitur: Quoniam hic eſt Deus Deus noſter in æternum, & in ſeculum ſeculi, ipſe reget nos in ſecula, vel ipſe paſcet nos in ſecula, ſecundum Hebræ. vel ipſe ceu iuuentutem nos ducet, vt habet alia litera. *Pſal. 47.* Id eſt, quod quemadmodum iuuentus in ædibus educatur, & fouetur paterno affectu; ſic Chriſtus *Simile.* nos tanquã adoleſcentes ac teneros filios ſecum habeat, nutriat ac foueat, tanquàm verus omnium pater ac dominus. Tertiò dicit

Chriſtus Princeps pacis. dicit Eſai. Erit nomẽ eius Princeps pacis, quo oſtẽditur Chriſtũ Regẽ futurũ, populi ſui gubernatorẽ, ac cõſeruatorẽ, qui omnia quãtuuis ardua deuicturus ſit, & omnia quãtũuis cõciſſa reſtituturus ſit: nã per eũ inſtaurãtur omnia, quæ in cœlis & quę in terris ſunt, & illud.
Ad Eph. 1. Suſcitabo Dauid germen iuſtũ. Et regnabit
Hier. 13. Rex & ſapiẽs erit, & faciet iudiciũ, & iuſtitiã
Hier. 30. in terra. Et c. 30. Conuertã cõuerſionẽ populi mei Iſraël, & Iuda ait Dñs, & cõuertã eos ad terrã quã dedi patribus eorũ, auferã iugũ de collo eorũ, nõ dominabũtur eis alieni, ſed ſeruiẽt Dño Deo ſuo, & Dauid Regi ſuo. Quod
Pſal. 71. & indicat Matth. aſſerẽs Chriſtũ ẽ regia ſtirpe natũ. Dicitur autẽ Princeps pacis: quoniã
2. ad Cor. 6. in dieb⁹ ei⁹ orietur iuſtitia, & abũdãtia pacis.
Ad Eph. 2. Et quia nos Deo recõciliauit, & peccatũ ab-
Ad Gal. 9 ſtulit, quo ſolo à Deo ſeiũgimur. Quę enim ſo-
Ioan. 8. cietas lucis ad tenebras? Peccato autẽ ablato
Epheſ. 2. pacẽ habem⁹ ad Deũ, & acceſſum ad ipſum.
Ioan. 8. Hac libertate ait Paul. Chriſtus nos donauit. Et hęc eſt vera libertas quã filius facit, vt ipſe dicit: Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Quia à ſeruitute peccati nos liberat. Igitur liberati à peccato & facti ſerui iuſtitiæ, in hac libertate permaneam⁹, nec rurſus ſeruitutis iugo noſmet inuoluamus: ne nra culpa denuò inimici Dei ac diaboli mancipia efficiamur.

Iacob autẽ genuit Ioſeph virũ Mariæ. Aliquot hic ſunt difficultates adeò graues, vt nullatenus eas præteriſſe liceat. Prima eſt q̃ Ioſeph Marię maritus, quẽ Matthęus ex Iacob natũ affirmat, Lucas. c. 3. dicit illũ eſſe filiũ Leui, vnius autem duos eſſe patres impoſsibile eſt. Secunda eſt, q̃ Salathiel, & Zorobabel, quos Matthæus in poſteritate Salomnis recenſet, Lucas inter nepotes ipſius Nathã qui fuit Salomonis frater german⁹ etiã ex matre eos cõnumerat. Ad primã difficultatẽ ſic reſpõdẽtur cõmuniter, quòd Matthęus recẽſuerit naturalẽ lineã Ioſeph, Lucas vero legalẽ. Pro cuius intellectu reuocãda in memoriã eſt lex illa quæ de reſuscitando ſemine fratri habetur
Deut. 25. Deut. quæ ſic dicit. Quãdo habitauerint fratres ſimul, & vnus ex eis abſq; liberis mortu⁹ fuerit, vxor defuncti nõ nubet alteri, ſed accipiet eã frater eius, & ſuſcitabit ſemen fratris ſui, & primogenitũ ex ea filiũ nomine illi⁹ appellabit, vt nõ deleat nomẽ eius ex Iſraël. Ex qua lege liquet talẽ primogenitũ duos habere patres vnũ naturalẽ, & alterũ legalẽ. Dicunt ergo Ioſeph fuiſſe filiũ naturalẽ vnius, legalẽ vero alterius, ipſumq; Iacob & Heli fuiſſe vterinos fratres, ex eadẽ, ſcilicet, matre genitos, & diuerſis patrib⁹. Et licet poſſemus remittere lectorẽ ad authores qui hãc ſeriẽ recẽſent; tamẽ quia omnia etiã literę dubia hic enodare cõtendimus, vt omnia ſimul habeat lector, & ſi ab alijs ad literã deſumpta hic tamẽ recẽſebimus. Euſebius, ex Africano quodã, qui
Euſeb. lib. 1. Hiſtor. Euangel. cap. 6 hæc à Chriſti cõſanguineis tradita aſſerit, ſic refert factũ Mathã, & Melchi diuerſis tẽporibus de vna eadẽq; vxore Eſtha nomine, ſiue Iſcha, ſingulos filios genuerint. Quia Mathan qui per Salomonẽ deſcẽderat vxorẽ eã prius acceperat, & relictò vno filio nomine Iacob, defunct⁹ eſt, poſt cuius obitũ Melchi, qui per Nathã genus ducit, cũ eſſet ex eadẽ tribu, ſed non ex eodẽ genere relictã à Mathã accepit vxorẽ, ex qua & ipſe ſuſcepit filium nomine Heli, per q̃ ex diuerſo patrũ genere efficiuntur Iacob & Heli vterini fratres. Iacob abſq; liberis à vita diſceſsit, cuius frater Heli ex mãdato legis vxorẽ eius ſibi copulauit, ex qua genuit Ioſeph natura quidẽ generationis filium ſuũ, ſecundũ verò legis ordinationẽ filiũ Heli. Sed in hac narratione aliqui viri docti apertiſsimũ inueniũt errorẽ, inter quos Ianſenius. Quoniã dicitur Melchi genuiſſe Heli, & tamẽ *Ianſenius c. 24. Concordant.* apud Lucã inter Melchi & Heli duo ponũtur intermedij, nẽpe Mathat & Leui pater eius, qui fuit filius Melchi. Niſi dicas apud Euſebiũ ſcriptorũ incuria nomen Melchi poſitum pro Mathat. D. Hieron. teſtatur ſuo tẽpore extitiſſe epiſtolã huius Africani, ex quo hæc Euſebi⁹ deſumpſit ad Ariſtidem, in qua pleniſſimè ſcripſit de hac differentia, quę in genealogia Saluatoris videtur eſſe inter Matth. & *Hier. in catalogo ſcrip. eccl.* Lucã. Damaſcenus idẽ aſſerit ſimili narratione licet aliquãtulũ diuerſa. Dicit enim quod *D. Damaſcen. lib. 9. cap. 11.* Leui genuit Melchi & Panther, Panther autẽ genuiſſe Bar Panther, qui & genuit Ioachin patrẽ Virginis. Sed tamẽ Melchi frater Pantheris, ex eadẽ vxore ex qua Mathã prius genuerat Iacob generauit Heli. Quo ſine liberis defuncto Iacob ex ipſius vxore genuit Ioſeph ſuũ quidẽ filiũ natura, fratris verò ex lege. Et hic etiã eſt idẽ error quẽ anteà prædiximus, cũ Melchi dicatur filius Leui, cũ apud Lucã Leui dicatur filius Melchi, niſi & hic nomen Melchi poſitũ ſit p̃ Mathat. Idẽ tenet Ambr. *D. Ambr.* ſuper Lucã. Omnes autẽ hæ narrationes in hoc conueniũt, vt oſtendant Ioſeph duos habuiſſe patres, vnũ naturalẽ & alterũ legalem, eosq; fratres quidẽ fuiſſe, ſed vterinos tantũ, quorũ patres deſcenderunt ex diuerſis familijs, quarũ vnã reducit ad Reheſam filiũ Zorobabel Lucas, alterã verò Matthęus ab Abiud alterũ filiũ eiuſdẽ Zorobabel. Et ſimiliter ſoluunt ſecundũ dubiũ quidã dicẽtes, Salathiel patrẽ Zorobabel, quẽ Mathan filiũ Iheconiæ nominat fuiſſe eius filiũ naturalẽ, legalẽ autẽ

Ioſeph ſecundum Matth. ex Iacob, ſecundũ vero Lucam, ex Leui dicatur natus.

Antiquorum ſentẽtia.

ipſius Neri, quē ex Nathā deſcēdentē ponit Lucas. Secundū quē modū etiā oportet dicere Neri, & Iheconiā fuiſſe fratres, ſed vterinos tantū: hæc ſolutio licet antiquiſsima ſit, nō tamen videtur adeò probabilis, nec ſufficiens. Primò quia legalē filiū ex vxore defuncti nemo poteſt ſuſcitare, niſi frater defuncti germanus, id quod apud Iudæos ſine controuerſia eſt. Patet ex verbis Moyſi, dicit enim. Quādo habitauerint fratres ſimul, qđ quidē nō contingit, niſi ex eodē patre natis: nā qui diuerſos habēt patres diuerſas etiā capiūt hæreditates & domos, in quib⁹ habitāt, ac ideò nō habitant ſimul. Et ſecundò quia ſequitur in lege illa vxor defuncti nō nubet alteri, velut habeāt verba Hebræa aduerbiū, non erit vxor defuncti foris viro alieno, nubit autem foris viro alieno, cū traditur marito, qui nō ſit de domo ſoceri ſui prioris. Poſtremò iubet, vt accipiat eā frater eius, pro frater autē in Hebræo eſt Iabā, q̄ nomen in vniuerſa ſcriptura non ſignificat niſi fratrem germanum, aut cognatū germanum. Et tertiò, quia ſi Ioſeph fuiſſet filius Heli ſecundū legē debuiſſet habere nomenclaturam Heli, vt ipſa lex dicit. Præterea Affricanus, vndè omnes alij ſumpſerūt, nihil præter auditū habuit ex hac re, nec referentibus certā habuit fidē. Nā poſtquā rē perindē vt Iudæis quibuſdam acceperat ad Ariſtidē retuliſſet, huiuſmodi verba Muſculo interprete adiecit. Siue itaq; ad hunc modū, ſiue aliter habet res iſta, non poterit quiſquā meo iudicio clariorē illius, ſcilicet, quæ obiecta erat Euangeliſtarū diſcrepātiæ expoſitionē reperire. Quiſquis autē æquo animo præditus eſt idē qđ nos curabit, etiā ſi certū deſit teſtimoniū, ob id videlicet, quod meliorē ac veriorē expoſitionē proferre nō poterit. Euāgeliū ſanē per omnia quę vera ſunt tradit hactenus Affricanus. Quib⁹ verbis ſatis ille ſignificat, ſi cōponendis Euāgeliſtis ratio aliqua quæcūq; probabilior appareret eā ſe libenter amplexurum. Poſtremo ſi Matth. genealogiā Virginis per Ioſeph tanquā eius cognatę docuerat, quid opus fuit vt Lucas legalem ipſius Ioſeph generationē texeret? vtilius foret, vt nobis Virginis matris naturalē progeniē oſtēderet. Dixerat enim Ioſeph nō naturalē, ſed putatiuū tantū Chriſti Patrē fuiſſe, quid ergo opus fuit illius nobis recenſere naturalē originē quē patrē naturalē negauerat eſſe Chriſti, cuius gen⁹ demōſtrare cupiebat? & Matt. quidē quoniam Hebræis ſcribebat apud quos mos nō erat fœminarum genealogias texere, & apud quos notum erat Ioſeph, & Mariam cognatos eſſe ipſius Ioſeph naturalem omnē

Affricanus.

ſtirpem diſcripſit. Operepretiū igitur videbatur, vt Lucas qui gentibus ſcribebat, apud quos nec ille mos erat, nec tàm nota cognatio Mariæ & Ioſeph, vt ipſam nobis Chriſti dñi generationem oſtenderet, qua ſicut Iudæi ex Matthæo, ita & gentes & ex Luca conuicti crederemus Chriſtū ex progenie Dauid fuiſſe, ſicut de vero Meſsia prædictum fuerat.

Quare alij ex Neothericis non improbabiliter dicunt, Matthæū quidē naturalē generationē Ioſeph texuiſſe: Lucā verò beatæ Virginis, & Ioſeph ex Dauide per Salomonem deſcendere, Virginē vero per Nathā, qui ambo fuerant geniti à Dauid ex Bethſabee, atq; cū dicit Lucas, qui fuit Heli relatiū qui, non referre Ioſeph, ſed Chriſtum, ideſt qui Ieſus fuit nepos Heli. Nā cùm patrem carnalē non habuerit neceſſe fuit trālitū facere ad auum, ideſt ad patrem Virginis, qui etiā dicebatur Heli. Nam Ioa Kinnus Heli, & Eliachin, idē ferè ſignificant, & pro eodem ferè vſurpantur 4. Reg. 23. 2. Paralip. 36. Imò Philo Annianus tradit; Sirijs, & Egyptijs hęc tria nomina eſſe ſinonoma. Quamquā & relatiū ad Ioſeph quoq; referri poteſt, vt intelligas eū fuiſſe nō naturalem filiū Heli, ſed ad eū modū quo gener ſoceri filius eſſe dicitur. Hanc refert Canus, qui dicit etiam fuiſſe: Auguſt. Saltim eiⁿ meminit. Tenuit eam etiam author libelli de ortu Virginis, qui Hieronymo falſo tribuitur. Hāc Ioannes Annius, Ioannes item Lucidus, Georgius Vvicelius, alijq; nonnulli iuniores amplexi ſunt, & quidē ego priorē ſententiam tāquā antiquiorē veneror & ampleōtor, licet ſecūda hæc probabilis valdè videatur. Ex qua ego colligo Ioſeph, ex paterna progenie à Dauide per Salomonē deſcēdere, & ex materna per Nathan, Mariam verò ſpōſam eius, ēcontrà per paternā progeniē à Dauid per Nathā venire, at per maternā per Salomonē. Nā ſi cognati fuerūt Maria & Ioſeph, vt eſt rei veritas, ergò aliquos auos ſiue proauos habuerunt eoſdem, cū ſcilicet, aliquis ex proauis Ioſeph nupſit alicui ex proauis Mariæ, vbi iā progenies Salomonis & Nathā iunctę ſunt, atq; ob hoc Maria, & Chriſtus ab vtroq; deſcendunt.

4. Reg. 23
2. Paralip. 26.
Cano. lib. 11. de locis cap. 5.
Auguſt. lib. 2. qq. Euāg. c. 5.

Ad aliud dubiū omiſsis fabulis aliquorum qui dicūt progeniē omnem Salomonis deletā ab Athalia, & Rege Ioas ex progenie Nathā fuiſſe, quia ſic erat à Dauide iuſſum, vt cum deficeret Salomonis genus filij Nathan acciperēt Regnum, omiſsis, inquā, huiuſmodi figmentis, cum ſcriptura clarè Regē Ioas filium Ochoziæ nominet. 4. Reg. 11. dicitur ſimplicius & probabilius Zorobabel, & Salathiel, quos ponit Matth. alios eſſe ab illis

4. Reg. 11.

quos

quos ponit Lucas. Vſitatiſsimū enim erat apud Hebræos eadē nomina pluribus imponi imprimis autē inſigniū, & laudabilium.

Alia difficultas eſt, an ſufficienter probauerit Euāgeliſta beatā Virginē eſſe ex ſtirpe Dauid: quia contendit Ioſeph virū eius ex ea oriri. Et reſpōdetur primò Matthæū deſcribendo hāc genealogiā vſq; ad Ioſeph ſufficiēter probaſſe, Chriſtū eſſe ex ſemine Dauid, & hoc tripliciter. Primò ad hominē ſecūdū opinionē quā Iudęi habebāt de Chriſto. Exiſtimabāt enim Chriſtū eſſe filiū naturalē Ioſeph: quia nōdū ſciebāt myſteriū Incarnationis. Et quidē ſi Mattheus ſolùm ſcripſiſſet Euāgeliū ad conuincēdos Iudæos ſatis eſſet hoc: tamē quia etiā intēdit Mattheus docere veritatē hāc oēs gentes; ideò reſpōdetur ſecūdò, q̄ Mattheus ſimpliciter probauit Chriſtū eſſe ex ſemine Dauid. Nā licet Chriſtus nō eſſet filiⁿ naturalis Ioſeph erat tamē legitimⁿ natus ex vxore legitima ipſius Ioſeph, & nō ex alieno viro. Sic Aug. Vndè Dñs noſter Chriſtus eſſet legitimus hęres ipſius Ioſeph, ſi ipſe Ioſeph poſt obitū reliquiſſet aliqua bona. Sed nec hęc ſecūda ſolutio tollit ſcrupulū. Nā Paul. dicit: Chriſtū factū fuiſſe ex ſemine Dauid, ſecūdum carnē; at licet eſſet filius Ioſeph legitimus, nō tamē erat filius eiⁿ ſecūdū carnē. Quare reſpōdetur tertiò, quod oſtēdēdo fuiſſe Ioſeph ex ſemine Dauid; ex cōſequēti oſtēditur beatā Virginē ex eodē ſemine eſſe. Erat enim lex num. vlt. quòd etiā filiæ ſuccederēt in hęreditatē patrū, & quādo filia eſſet vnica patribus ſuis, nec haberēt filios ad eā deueniret hęreditas, & tūc tenereē nubere cōtribulib⁹ ſuis, ne ad aliā tribū hæreditas trāſiret, & cōfunderētur ſortes tribuū. Sed beata Virgo vnica fuit patrib⁹ ſuis, q̄ apud Iudæos cōpertū erat, ac ex cōſequēti q̄ erat cognata Ioſeph. Nā nec ipſi Iudęi permiſiſſent, vt alij nuberet, ob cauſam ſupra dictā. Quod etiā colligitur ex Luc. c. 2. vbi dicit: Quòd ambo Ioſeph, ſcilicet, & Maria ibāt in Bethleē, ad profitendū quod Romanus Imperator iuſſerat: eo q̄ eſſent de domo & familia Dauid. Et etiā colligitur ex illo Eſai. Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, ſed quia Matthæus ſcribebat Iudęis, quibus vſus nō erat deſcribēdi mulierū genealogias, eo q̄ poſſent nubere alijs tribubus, niſi quando eſſent hæredes: ideò non deſcripſit Seriem generationis Mariæ, ſed ſolùm Ioſeph.

D. Aug. lib. 23. contra Fauſt. c. 8. & 9. & li. 2. de cōſenſu Euang. c. 2. Ad Rom. 1.
Num. vlt.
Luc. 2.
Eſai. 11.

Vltimò quęritur, vt nihil iā prętermittamus q̄ dignū ſcitu ſit, ſi beata Virgo fuerit ex tribu Leui etiā, & ex genere ſacerdotali. Nā apud Lucā Angelus Elizabeth vxorē Zachariæ ſacerdotis vocauit cognatā Virginis, Elizabeth autē erat ex tribu Aarō, vt ipſe Luc. in principio teſtatur. Hoc argumēto vtitur Fauſtus Manichęus, ad probandū Chriſtū Dñm nō eſſe ex progenie Dauid, vt refert Aug. & Suidas Græcus in ſuo logicō Græco, in nomine Ieſu cōfirmat teſtimonio cuiuſdā nobilis Rabini Dñm noſtrum cōmuni ſacerdotū ſuffragio fuiſſe adoptatū in tribū Leui, & in familiā Aarō, vt fungeretur Sacerdotio. Hoc autē cōmentū eſt, quoniā Chriſtⁿ dñs dicitur ſacerdos ſecundū ordinē Melchiſedec, nō ſecundū ordinē Aarō. Vt docet Paul. Reſpōdetur ergo, quod licet beata Virgo fuerit ex tribu Iuda, erat etiā cognata Elizabeth. Pro quo notandum apud Iudæos, nō eſſe ſimpliciter prohibitū vnā tribū cū altera copulari. Nā in lib. Iud. Aſtricti ſunt iureiurādo filij Iſraēl, ne darēt ſuas filias viris ex tribu Bēiamin, ſi autem erat lex ad quid iurabāt. Prętereà quia Dauid qui erat ex tribu Iuda duxit Michol filiā Saulis qui erat ex tribu Bēiamin. Tertiò quia li. 4. Reg. & 1. Paralip. quidā Ioiada ſacerdos erat pater vxoris Regis Iuda, ergo nō erat prohibitū. Sed tantū prohibebatur, quando erat periculū, vt vna hæreditas de vna tribu veniret in aliā, vt ſupra diximus. Quare quecūq; tribⁿ poterat ducere vxorē ex tribu Leui: quia in hac tribu nulla erat hæreditas, & ita potuerūt maiores natu ex ſanguine beatæ Virginis coniungi cū alijs ex tribu Leui, q̄ ſic ex veteri traditione narratur ab aliquib⁹. Quod fuit quidā nomine Solō, vel vt alij aiūt Solamⁿ, qui duxit vxorē nomine Emerentianā, & ambo erant ex tribu Dauid. Iſti habuerunt duas filias maior, quæ dicebatur Anna, nupſit Ioachin ex tribu Dauid, minor vero nupſit Apiano ex tribu Leui, & de familia Aarō, & ita Elizabeth erat cōſobrina beatæ Virginis.

D. Aug. 23. lib. contra Fauſt. cap. 9.
Suidas.
Ad Ebr. 7.
Iudic. 22.
1. Reg. 18.

De qua natus eſt Ieſus qui vocatur Chriſtus.

Vide quā diſtinctè Euangeliſta loquatur. Initio dixit Abrahā genuit Iſaac, Iſaac genuit Iacob, modo non dicit Ioſeph genuit Chriſtum; ſed Iacob genuit Ioſeph virū Mariæ, de qua, nō dicit de quo, ſed de qua natus eſt Ieſus. Hoc autē fecit vt oſtēdat mirādā fuiſſe Chriſti natiuitatē, in qua Ioſeph nihil cōmune habuerit, ſed totā naturā Chriſtū è Virgine Spiritus ſanēti operatione aſſumpſiſſe. Chriſtū autē nuncupat per excellentiā, ne fortè vnctū illū eſſe putemus ad inſtar Regū, ſacerdotum, aut prophetarū

antiquorũ. Nemo enim talis eſt natus, ſed ſenſibili oleo cõſecratus, hoc habuit, vt Chriſtus Dñi diceretur. At vero Ieſus talis eſt natus, qualis prædicatur. Natus eſt Chriſtus, ideſt, vnctus, quẽ Deus vnxit Spiritu ſancto, atq; omni gratiarũ plenitudine repleuit, ab inſtanti ſuæ cõceptionis. Quarè hoc nomine etiã apud homines deinceps, vocatus eſt, q̃ innuit Euangeliſta dicens: Qui vocatur Chriſtus: Non ſolum Ieſus, verum Chriſtus etiam ab hominibus appellari debet.

Genę. 18. *Vltimũ Mariã de qua natus eſt Ieſus.* Ecce vltimũ gradũ illius ſcalę myſticæ, quã in ſomnis vidit Iacob, per quã Angeli aſcendunt, & deſcendunt. Lucas aſcendit vſq; ad ſupremum gradũ nẽpè Deũ, cũ finit Chriſti genealogiã dicẽdo qui fuit Dei. Nã primus genitor Chriſti ſecundum diuinitatẽ Pater eſt, Mattheus autẽ deſcendit ab Abraham vſq; ad Mariã, de qua vltimus gradus huius ſcalæ prodijt, nẽpè Chriſtus ſecundũ humanã naturã de Maria genitus. Vt intelligas maieſtatẽ eius ſecundũ diuinitatẽ, & humilitatẽ ſecundum humanitatẽ. Secundũ illã cunctis creaturis celſior, ſecundũ quã à Patre genitus procedit, ſecundũ hanc nouiſsimus virorũ effectus, ab vtero Virginis caro factus prodijt: vt & Angeli aſcendant & deſcendãt ad ipſum. Aſcendant vſq; ad cœlorũ ſumma adorando eius diuinitatẽ, in ſinu Patris; deſcendant vſq; ad terrarũ infima, nẽpè vſq; ad præſepe & ſtabulum imo vſq; ad ſepulchrũ & inferos venerando eius humanitatem in gremio Matris. Aſcendãt quoniã ad eius contẽplandã maieſtatem & celſitudinẽ ſupra vires ſuas aſcendere opus eſt, nec tãtum ſuis viribus ſe poteſt erigere Angelica natura, vt ad eius intuendã diuinitatẽ pertingere valeat. Deſcendunt autẽ ſecundũ humanitatẽ, ſecundũm quã ab Angelis minoratus eſt: quoniã vt illũ in tanta humilitate aſpiciãt amplexari oportet præſepe ac crucem. Quarè cũ procũbens Chriſtus oraret Patrẽ ſanguineo perfuſus ſudore Angelus ad eum deſcendit: vt exterius in tanta preſſura ipſum confortaret.

Luc. 22.

D. Grego. *De qua natus eſt Ieſus.* Indignũ cenſeo hic prætermittere q̃ D. Greg. ſuper illud Iob. 40. dicit: An extrahere poteris Leuiathan homo, aut fune ligabis linguã eius? Item in oculis eius quaſi homo capiet eũ. Hęc nãq; generatio Ieſu Chriſti ab Abrahã vſq; ad Ioſeph virũ Mariæ, de qua Ieſus qui vocatur Chriſtus natus eſt, quaſi longa piſcãtis linea eſt, cui videlicet lineę ferreus hamus ſubligatus carne velut eſca adoperitur: ob hoc vt piſcis edulio prouocatus, q̃ foris patet ferro ſeipſum ſtrãgulet. Diuinitas Ieſu Chriſti quaſi ferrum diabolo extitit, & ex Maria verã aſſumẽdo carnis naturã ibi fortitudinẽ ſuã abſcõdit, ſine dubio futurum ſciẽs, q̃ ille homicida ab initio carnẽ ſuam morte appetiturus foret, illãq; ſerui formã foris obiectã carnifici animo eſſet aggreſſurus, & ita ferro q̃ intus latebat, ideſt diuinitate, captus atq; extractus eiect⁹ eſt foras, ſicut factũ eſſe credimus, propter q̃ & loquimur. Quod & Ezech. pronuntiauerat dicens: Extrahã te draco magne, de medio fluminũ quibus inhabitas: & ipſe dñs Ioan. 12. dixit: Nunc iudiciũ eſt mundi, nunc Princeps huius mundi eijcietur foras. Itẽ ibidẽ dicit Iob: Nunquid pones circulũ in narib⁹ eius, & armilla perforabis maxillam eius? Matthæus in genealogia Chriſti, quaſi lineã texuit, Lucas velut circulũ reflexit. Nã cũ Matthæus ab Abrahã vſq; ad Chriſtum deſcendiſſet; hanc lineã reflectẽs Lucas ad Patrẽ vſq; perduxit: vt circulũ reflexione lineæ faceret. Incipiens enim à Chriſto, qui Deus & homo eſt, in ipſum lineã finiuit, à quo incepit dicẽs. Qui Chriſtus fuit Dei filius naturalis. Idem quippè Deus & homo Chriſtus dñs eſt. Ecce vbi principiũ cõiungit fini, & hæc eſt definitio figuræ circularis. Verè ò diabole iſte eſt circulus, quo Deus nares obſtruxit tuas, iſta eſt armilla qua maxillã tuã perforauit. Iungit ſe initiũ fini, ideſt Deus homini, & ita hoc initiũ & finis in vtero Virginis occurrerunt ſibi, vt tali circulo nares obſtruſas teneas: nè peſſimo odore tuo animas adte atrahere iam valeas, ſicut de ſerpentibus quibuſdã dicitur: Solo nariũ fœtu ad ſe trahere homines, vt deuorẽt. Sic tu antique ac virulente ſerpẽs ſolebas harũ immundarũ rerũ fœtore ad te homines adducere, vt deuorares eos. Tamẽ iã obſtructis hoc circulo narib⁹ minimè poteris, ſed vice verſa ipſe Chriſtus dñs qui flos eſt cãpi, lilium cõualliũ, qui vnguentis affluens à ſuperis venit, cui & Propheta dicit: Myrrha & gutta & caſsia à veſtimentis tuis, ſuo cœleſti odore ad ſe animas alliciẽs trahet, ita vt ſpõſa fiducialiter dicat. Trahe me poſt te; curremus in odorẽ vnguentorũ tuorũ. Simulq; hac armilla perforabitur maxilla tua: vt quos deuoraueras reddas, atq; dete iterũ dicat Iob. Diuitias quas deuorauerat euomet, & de vẽtre eius extrahet eas Deus. Diuitias autẽ has, quas niſi electos ac prædeſtinatos dixerim? quos de vẽtre ceti extrahere ſolet Deus, & ad ſe trahere.

Christus dicitur hamus.

Ezec. 29.

Ioann. 12.

Iob. 40.

Simile.

Cant. 2.

Pſal. 44.

Cant. 1.

Iob. 20.

De

De qua nat⁹ eſt Ieſus. Nõ Ioſeph genuit Chriſtũ, ſed Maria abſq; Ioſeph, aut alioviro. Decebat enim ait Paul. vt talis nobis eſſet Põtifex ſanctus, innocẽs, impollutus, ſegregatus à peccatorib⁹, & excelſior cœlis factus. Nõ ergo decuit, vt impollutovtero generaretur, qui tantã ſecũ præſeferebat mũdiciẽ ſed ſicut ipſe flos eſt de radice Ieſſe; ità & radix florida eſſet, & diceret ipſe verus Rex Salomõ: Lectulus noſter floridus. Nã ſi radix ſancta & rami. Nõ q̃ aliqua ex Matre ſanctitas acceſſerit Chriſto, cũ ex vnione hypoſtatica illã haberet; ſed q̃ maximè decuit tãtã ſanctitatẽ Matrẽ etiã omnis labis expertem habere. Quãuis dicere poſſemus carnis eius pulchritudinẽ, ac optimã cõplexionẽ corporis, ex Virgine matre acceſſiſſe. Speciõſum forma pręfilijs hominũ eũ vocat regius Propheta, imò & ſpõſa ipſa atq; Virgo mater, cũ ipſũ pãnis inuolueret, faſcijs cingeret, dulciterq; os ſacrũ de oſcularetur; ipſi infantulo blãdiẽs dicere ſolebat: Ecce tu pulcher es dilecte mi, ecce tu pulcher es & decorus. A tuo puriſsimo ſanguine tantam hãc accepit pulchritudinẽ, ò Virgo mater, cooperãte etiã Spiritu ſancto, qui optimus artifex eſt, vtpote qui fabricatus eſt aurorã & Solẽ pulcherrimãq; ſpeciẽ rebus omnib⁹ dedit, à te, inquã, accepit, ò pulcherrima mulierũ, cuius caro ex tuo puriſsimo ſanguine coagulata eſt. Tu enim eſt vera illa Rebecca gratiarũ plena, Virgo pulcherrima & incognita viro, quã exceſſus Pater filio ſuo vero Iſaac matrẽ ac ſponſam elegit: vt tu illũ noſtræ carnis pellibus indueres, quibus patri placens ſuã nobis lucraretur benedictionẽ, adimplereq; quod dictũ eſt ad Abrahã patrem tuũ. In ipſo benedicentur oẽs gentes. Nã vbi ſenſit fragrantiã veſtimẽtorum eius (ex lectulo enim tuo florido ſurgebat, quid mirũ q̃ flores liliaq; redoleret) protinus in amplexus, benedictionũq; plenitudinẽ prorũpens ait. Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dñs. Granũ quippè hoc frumenti in virginea terra tui vteri Spiritus ſancti operatione ſeminatũ eſt, & tamẽ vẽter tuus ager eſt plenus lilijs, inter quæ paſciẽ agnus, ac hortus concluſus omniũ florũ atq; roſarũ fragrantiã ſuperãs. Quare & tu illũ florẽ ac liliũ blandiens appellabas, ipſe ſecretò tibi arridẽs reſpõdebat. Lectulus noſter floridus. Ac ſi diceret à te mea mater hanc corporis pulchritudinẽ accepi, quippè quę florẽ pudicitiæ nõ amiſiſti ſed Virgo Deũ & hominẽ genuiſti, & poſt partũ Virgo inuiolata permãſiſti, qua re flores tui fructus honoris, & honeſtatis dicũtur. Quoniã inter virginitatis flores fructũ hũc cœleſtẽ totius honeſtatis authorẽ in vtero florido cõcepiſti, ac inter ipſas flores effudiſti. Quo circa hanc Virginis eximiæ pulchritudinẽ, ſi inueſtigare volum⁹ eo modo vti debem⁹, quo res magnas indagare ſoliti ſumus. Nẽpè aſcẽdendo, per rerũ perfectiones, denudatisq; defectibus ipſas puras perfectiones Virgini attribuẽdo (v.g.) Virginũ ſtatus in Eccleſia perfectionis eſt Angelorũq; imitatur naturã, cũ corpore, & Spiritu ſanctę ac mũdę ſint; Virginitas tamen neſcio quid defectus, ac imperfectionis ſecũ fert, nẽpè quoniã & ſi flos ſit; eſt tamen flos abſq; fructu. Igitur ſi volumus hãc perfectionẽ Virgini tribuere auferam⁹ id quod imperfectionis eſt, ipſamq; dicamus Virginẽ, nõ tamẽ ſterilẽ, ſed fœcũdã florẽ; nõ tamen ſine fructu, ſed flore Virginitatis permanẽte fructũ nobis pulcherrimũ cõtuliſſe, vt gratias illi referẽtes dicamus: Benedicta tu filia à Dño: quia per te fructũ vitæ cõmunicauimus. Itẽ nuptæ ac maritatę mulieres, quæ matronę dicuntur, nõ in ſcriptura vituperãtur, imo ſtat⁹ bon⁹ ac ſanct⁹ eſt matrimoniũ à Deoq; à principio ſeculi in primis parẽtib⁹ inſtitutus, atq; à Chriſto Dño ſua præſentia decoratus, & primo miraculo veluti cõfirmatus, quinimo & ex ſeptẽ Sacramẽtis quę Chriſt⁹ inſtituit vnũ eorũ factũ; tamẽ maximã ſecũ præſefert imperfectionẽ. Quoniã & ſi fructus affert, ſunt tamẽ fructus ſine flore, nec carnis integritas manet, ſed tali corrupto decore matres fiũt. At beata Virgo, nec hac caruit perfectione. Nupta quippè fuit viro optimo Ioſeph, fructũq; ſicuti nuptę protulit filiũ genuit, nõ tamẽ florẽ amiſit. Alb⁹ tumeſcit Virginis, ſed clauſtra pudoris permãſerũt. Mater eſt, ſed Virgo ſimul, cui cõcinit dicẽs: Gloria lybani data eſt ei decor Carmeli, & Sarõ. Lybanus mõs alb⁹ eſt, à niuibus ſic dictus, quę eũ à procul dealbatũ oſtendunt, Sarõ autẽ ac Carmelus fertiliſsimi mõtes ſunt, feracesq; fructuũ. Vt ergo oſtẽderet Prophetavtrũq; in vna fœmina reperiri; ait ad Virginẽ: Gloria Lybani data eſt tibi: quoniã candor tibi virginitatis manet; decor Carmeli & Sarõ: Quoniã ſimul cũ Virginitatis honore Matris tibi fœcũditas cõmunicatur: vt ſimul cũ candore lybani feracitas tibi Carmeli conueniat, ſiſq; cũ Virginib⁹ flos; qua permanẽte cũ nuptis etiã fruct⁹ feras, & hoc maximus ſit honor filij tui, vt dicatur filius Virginis. Quis dubitat maximam nos tribue-

Hebr. 7.

Eſai. 11.

Cant. 3.

Roma. 11.

Virginitas Mariæ

Pſal. 44.

Cant. 2.

Cant. 4.

Cant. 1.

Gene. 24.

Figura.

Gene. 27.

Eccleſ. 14.

Venter Mariæ dicitur Beatus.

Iudith. 13.

Eſai. 35.

re Chriſto dño gloriã, cũ illũ filiũ Virginis nuncupamus? Quæ honorabilis nomẽclatura nunquam alio cõuenire poterit. Quarè
Eccleſ.24 ſcriptura diuina Eccl.24. Virginẽ cõparat quatuor generibus arborum, qui flores pro fructu habent, cum dicit: Quaſi cedrus exaltata ſum in lybano, & quaſi cipreſus in mõte Syõ, quaſi palma exaltata ſum in Cades, & quaſi plãtatio roſę in Hierico. Cedr⁹ eximiæ altitudinis arbor, atq; oromaticus, in mõte lybano niue dealbatus apparet, & ſignificat eximias Virginis Matris virtutes, quas ſimul cũ odore aromatico ac cãdore niuis ſuę maximè puritatis poſſedit. Et quaſi cipreſus in monte Syõ. Qui etiã in altitudinẽ maximã ſe tollit, ſed tamen arbor eſt triſtitiã ſignificans: quoniã tã beata Virgo, quã cæteri ſanẽti excelſi, quorũ cõuerſatio in cœlis eſt; hic triſtãtur maximè ob dilationẽ æternę fœlicitatis, quã auidiſsimè appetunt, dolẽtq; maximè viuere in hac miſerrima vita, quæ pręter alias miſerias hanc vnã plus alijs deplorãt, quòd in ea amitti poteſt Deus, qui tamẽ in alia ſecuriſsimè poſsidetur. Hinc illa vox iuſti, heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cũ ha-
Pſal. 119. bitantibus Cedar. Ideſt cũ his qui tabernacula mutant habitãtes in eis, ſicut faciebãt Iſmaelitæ, qui in Cedar habitabãt. Viuere in hac vita in qua mutari poſſunt tabernacula, atq; à gratia in culpam trahi hoc piorũ animos maximè triſtitia afficit. Quarè
Ioan. 17. eorũ gaudiũ in hac vita mixtum eſt, in alia plenum, ſicut dicit Chriſtus: Quoniã tunc nullus erit loc⁹ à gaudio vacuus in beatis, in quo ſe poſsit intromittere triſtitia, & ideò dicit in mõte Syõ, ideſt in hac Eccleſia militãte, vbi poteſt habere locũ triſtitia. Quaſi palma exaltata ſunt in Cades. Palma humilitatẽ ſignificat: nã quãtò magis eã depreſſeris, tantò plus eleuatur, ſic qui ſe humiliat exaltabitur. Quare ſtatura ſpõſæ, ideſt Vir
Cant. 7. ginis, aſsimilatur palmæ: quoniã cũ ipſa ſe humiliauit ancillã ſe Dñi dicens; tunc eam Deus plus exaltauit Matrẽ vnigeniti ſui eã faciens. Et quaſi plantatio roſæ in Hierico. Hierico, ideſt, Luna, quę mundũ iſtũ ſignificat, in quo plures facies ac mutabilitates ſunt quã in Luna. Hoc ergo mirabile in hac beatiſsima Virgine, q̃ in mundo hoc tot in munditijs ſordidato, tot ſcandalis pleno, in quo non niſi ſpinæ ac tribuli generãtur, ipſa roſas ac flores tantæ puritatis protulerit, quòd adeò admirãdũ Angelis apparuit, vt ipſam cœlorũ intima penetrantẽ, cernẽtes, admirantes dicerent. Quæ eſt iſta quæ aſcẽdit de deſerto delicijs affluens? Ac ſi di-
Cant. 8. cerent: Quomodo fœmina tanta puritate preſtans, tot virtutib⁹ affluens, tantis odoribus fragrans, ex deſerto mundi, vbi nõ niſi dracones, ac ſerpentes generãtur, aſcendit.

De qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus.

Hoc vno verbo facer Euangeliſta quidquid excelſum, quidquid admirandũ de hac beatiſsima Virgine dici potuit, incluſit. Dicendo quippè ipſam eſſe matrẽ Dei, nihil amplius reſtat dicendũ. Quare pauca præter hoc ipſi S. Euangeliſtæ de Virgine Maria ſcripſerunt: cũ hæc nomẽclatura tantæ celſitudinis ſit, vt quò ſuperius aſcendere poſſit nõ appareat. Cũ rex regali comitatu vrbẽ aliquã ingreditur pręeũt Duces, Comites, Proceres, Nobileſq; viri. Eſt ibi aliquis *Simile.* alienigena, qui cupit ſcire quis qualis ſit, quæ ſit eius potentia atq; diuitiæ, videtq; Ducẽ trãſeũtẽ Albanũ (v.g.) aut Infantuũ, & tu qui eũ doces de his dicis illi. Hic eſt, Dux Albanus, Dux Infantuum, habet tot millia Ducatorũ per ſingulos annos, tot caſtra, tot villas, tot vaſallorũ millia. Ille alius Comes Benebẽtanus eſt diues valde, magnã poſsidet terrã, mõtes, paſcua, hortos ad delicias, venationes, ceruorũ, damularũ, ac leporum. Ille alius Prior religionis S. Ioannis eſt diues ac potens, ille Cruciferarius maior S. Iacobi, & ſic de alijs. At cum Regẽ vides intrantẽ, nihil aliud dicis quã hic eſt Rex. Cur ergo non illi numeras diuitias, regna, populos, ciuitates, ſubditos, clientes? Quid id opus eſt? Reſpondebis. Hoc vno verbo, cætera includuntur. Si enim Rex Hiſpanię eſt, omnia hæc poſsidere, & plura alia intelliges, ſic ſacri omnes Euangeliſtę fecerunt. De alijs ſanctis opus eſt vt doceamur, quæ priuilegia habuerunt, quib⁹ præditi fuerunt virtutib⁹, quæ ſigna per eos Deus operatus ſit. At cũ de Virgine: Dicãt ipſam fuiſſe matrẽ Dei, ſuperuacaneũ erit quidquid ad hoc addideris: ibi enim quidquid magnũ, quidquid optimũ incluſum inuenies. Nã ſi eam matrẽ ſibi elegit Deus, quidquid boni ad tantũ munus opus haberet, credendu eſt eĩ contuliſſe. Si ſemper ſanctam, ſi ſemper Virginem, ſi Angelos, ac Cherubin tranſcendentem dixeris; omnia mihi facile credibilia erunt, imò minora, quàm tantam dignitatẽ deceat. Maximè cùm Deus eos quos ad aliquod munⁿ elegerit ipſe eos tales facit, quales ad tãtũ munus exequẽdũ oportet, vt ſint: hoc enim intereſt inter homi-

nem

nem & Deum, quod homo ſi indiget artifice ad aliquod opus faciendum, non ipſe efficit artificẽ, ſed illum quem ſcit tali arte pollere hunc eligit. At Deus quos eligit ſimul tales facit, quales vult, ad ſuũ opus fa-
Exod. 31. ciendũ, vt quia elegit Beſeleel, & Ooliab: ad opus tabernaculi fabricãdum, eis ſimul induſtriam ac intelligentiam fabricandi, ſculpendi, deaurandi, in auro texendi infudit: & quia Apoſtolum Paulum ſibi vas electionis elegit, ipſe illũ ad impleuit gratia, ac diuina ſcientia: vt coram Regibus, & gentibus, & filijs Iſraël portaret nomen
2. Ad Corint. 3. ſuũ. Idem de alijs miniſtris dicendum eſt. Vnde idem Paulus dicit: Ipſe idoneos nos miniſtros fecit noui teſtamẽti, ſimul eos elegit miniſtros, & ſimul idoneos fecit ad ſuũ miniſterium exequendũ. Sic de beatiſsima Virgine philoſophandum eſt: Ipſam ad talem dignitatem euexit, vt mater Dei diceretur & eſſet. Talẽ ergo fecit, qualẽ ad tãtum munus oportebat vt eſſet, tot decorauit virtutibus, tot gratijs ac priuilegijs ditauit, quibus decẽter ornata mater tanti filij meritò videretur vocari. Si ergo hoc mihi de ea referas, iã quidquid addideris minus apparebit. Si auri dominum hunc hominẽ mihi dicis eſſe, ſuperuacaneè inculcas ipſũ etiam æs, ac cuprum poſsidere vel ferrum. Aurum omniũ metallorũ pretioſius poſsidet, quid magnũ ſi ferrum, aut cuprum etiã habeat. Si beata Virgo mater eſt Dei, quid amplius de ea mihi dicere poteris? Quod virgo concepit, quod virgo peperit, quod virgo in æternũ permanſit, quod gratia plena, quod ſancta in cõceptione, ſancta in ortu, ſancta in omni opere fuerit, quod ſuper choros Angelorum eleuata, iã minora hæc apparent quã primum. Quid non pro tanta matre faceret, qui omnia poteſt? Quare ſumma à lacritate, ac deuotione, in cõcilio quodã apud Græcos decretum eſt, q̃ Bea-
Maria dicitur mater Dei. ta Virgo theotocos ideſt Dei mater dicere tur. Vndè eã Virginẽ appellando magnã dicimus rẽ, ſi ſimul matrẽ maiorẽ, ac ſi Dei
Bernar. genitricẽ ſummã, & qua maior excogitari non poteſt. Vnde Bern. ſerm. 7. de aduẽtu ſic dicit. O Virgo virga ſublimis, in quam ſublimè verticẽ ſanctum erigis, vſq; ad ſedentẽ in throno, vſq; ad dominiũ maieſtatis. Nec enim id mirũ quoniã in altũ mittis radices humilitatis, ò verè cæleſtis plãta, pretioſior cunctis, ſanctior vniuerſis. O verè lignũ vitæ, q̃ ſolũ fuit dignum portare pretiũ ſalutis, ſtudeamus & nos dilectiſsimi ad ipſum per eã aſcendere, qui per ipſã ad nos deſcendit. Per eam venire in gratiã ipſius, qui per eã in noſtrã miſeriam venit. Per te acceſſum habemus ad filiũ, ò benedicta inuentrix gratiæ, genitrix vitæ, mater ſalutis, vt per te nos ſuſcipiat, qui per te datus eſt nobis. Margaritas ac lapides pretioſos magno æſtimamus pretio: quo-
Simile. niã ſol in illis nõ nihil lucis ac radiorũ ſuorum impreſſum relinquit, ob quod gẽmæ ipſæ, cùm reſplendeant vel rubicundũ aut viridẽ, vel albũ ac lucidũ exprimãt colorẽ in pretio maximo ſunt. Quod ſi dediſſes mihi margaritũ vnum, in quo totus ipſe ſol clauſus ſplendeſceret, quanti talẽ extimares gẽmam? Nõne excellentia illius margaritũ quodlibet quantũuis magnũ exuperaret pretium? Ideò pretioſos; ſanctos ac iuſtos habemus: quoniã in eis aliquis radius diuinæ gratiæ reſplendet, vt in Paulo charitas, in Petro fides, in Moyſe ac Dauide manſuetudo, & ſic de alijs. Rubent quidẽ Martyres ſanguine ceu carbunculus, virẽt cõfeſſores veluti ſmaragdũ, lucent virgines tanquã adamãtes: ac beata Virgo margaritum illud eſt, in quo integer Sol iuſtitiæ, ſe ſe incluſit. Nã &ſi diuinitatis radios abſcondit ſub humanitatis nube, non tamẽ dimiſit, ſed totus Deus & homo ſe in hanc
D. Hiero. incluſit gẽmam. Nã vt Hieronymus dicit: Cæteris ſanctis per partẽ diſtribuitur gratia, at in beata Virgine tota ſe ſimul effu-
Cant. 6. dit maieſtas. Quẽ ſolẽ poſteà tanquã vera aurora nobis effudit, vt de ea ad mirãtes dicam⁹: Quę eſt iſta quæ pgreditur quaſi aurora cõlurgens? Nimirũ hæc veri ſolis ſpõſa, quæ tãti luminis radijs perfuſa eũ nobis orientẽ oſtendit. Atq; hinc intelligimus, id quod tanquã in explicabile interrogabat
Iob. 36. Dominus Iob dicẽs: Dic mihi ſi habes intelligentiã, per quã viam ſpargitur lux, diuiditur æſtus ſuper terrã? Per hanc viã nẽpè per virginis vterũ lux orta eſt ſuper terrã ſparſiq; rãdij eius per eã. A Eſtus quoq;
Ezec. 44. ac diuinus amor per hanc clauſam portam exiuit vndè de ea canit eccleſia ac dicit:
Luc. 2. Tu Regis alti ianua, & porta lucis fulgida. Quare cùm in hac pretioſa margarita ipſe ſol incluſus ſit, omniũ gẽmarũ in ſe continet pretium ac virtutẽ. In ea quippè rubet martyrũ ſanguis: Quoniam &ſi corpus nõ tetigit gladius animã tamẽ eius pertrãſiuit, cũ dilectiſsimũ filium in cruce pendentẽ clauis cõfixũ, lancea perforatũ, pretioſiſsimã reſolutus in mortẽ proprijs occulis in-

tuita eſt. Confeſſorũ viriditas, virginũ clari tas; quòd in Virgine luceãt quis ambigat? In ea patiẽtia Martyrũ, Apoſtolorũ fides, deuotio confeſſorũ, Zenobitarũ humilitas, eremiticarum auſteritas; tanquã in omniũ ſuprema congeſta reperies. Et quod magis mirabilẽ hãc Virginẽ reddit hoc eſt, quod
Eccleſ. 1. admirabatur Sapiens Eccleſ. primo dicẽs. Omnia flumina intrãt in mare, & mare nõ redundat: Nã ſicut in mare omnia flumina confluunt, ſic in Virgine omnium ſanctorũ virtutes concurrunt, & tamẽ mare non redundat: quia cũ hæc omnia bona excellen tiſsimè in Virgine inuenias, adhuc in ea ca pacitas eſt ad ampliores gratias recipiẽdas. Talẽ ac tantã eã ſuis cõdidit filius qualem eſſe decebat, vt Dei fieret Mater. De pin-
Ouidius. git poeta quidã ſolis domũ, ita dilucidè ac propriè, vt diceres, ſi ſol domũ deberet habere; nulla illi conuenientior quã iſta quæ
Simile. hic adũbrata eſt. Fecit Deus domũ vero ſo li iuſtitiæ Chriſto domino, ſecundũ illud
Pſal. 18. Pſal. 18. In ſole poſuit tabernaculũ ſuũ, vbi alia litera dicit: Soli poſuit tabernaculum ſuũ, id eſt, Chriſto dedit Deus Pater tabernaculũ, nẽpè beatæ Virginis vterũ, quẽ tamẽ tantis ornauit bonis, tanta puritate cõ ſtruxit, vt quicũq; vidiſſet diceret, talẽ domũ tali Regi cõuenire, ac talẽ thalamũ tali
Cant. 3. ſponſo, talẽq; Matrẽ tantò filio decere. Vndè Cant. 3. de pingitur: Hæc domus, quã ſibi fabrefecit Deus ſub nomine ferculi, cũ dicitur: Ferculũ fecit ſibi Rex Salomõ de lignis lybani; colũnas eius fecit argenteas, reclinatoriũ aureũ, aſcenſum purpureũ, me dia charitate cõſtrauit, propter filias Hieru ſalẽ. Iã ſuprà diximus, per Salomonẽ opti mè intelligi Chriſtũ: nã de Salomone nuſquã legitur tale ſibi feciſſe ferculũ. Nomen autẽ ferculũ deducẽdo ab Hebræo, & Græ co, propriè lecticã, vel carriculũ, quo Regũ vxores, aut pueruli portari ſolẽt, ſignificat. Igitur hoc ferculũ beata Virgo fuit, quã ſibi in matrem elegit Deus, vt eſſet ipſa lecti ca qua per mundum veheretur, carriculus quo adhuc puer ambulare diſceret per ter-
Pſal. 131. ram. Locus vbi primò poſuit pedes vterus Mariæ fuit: Adoremus ergo locum vbi ſte terũt pedes eius. In hoc ferculo vel lectica, ad Ioannem properauit, quem ex codẽ loco in præcurſorem ſuum cõſecrauit, quem & in matris vtero etiam ſaltare fecit, vt am bularet ſicut & ipſe ambulauit. Fuit vterus Virginis templum, in quo nouenarum deuotionem compleuit filius Dei: quia nouẽ ibi mẽſes latuit. Fuit etiã nouitiorũ domus, in qua ſui nouiciatus annũ expleuit Chriſtus cũ primũ habitũ noſtræ humanitatis aſſumpſit. Imò & ibi hunc habitum profeſ ſus eſt: nã ex quo illũ cœpit, nunquã amplius exuit, iuxta theologorũ ſententiam. Chriſtus quod ſemel aſſumpſit, nunquã dimiſsit, nã nec ipſa mors, quæ animã à corpore eius ſeparauit, diuinitatẽ tamen nullatenus ſeiungere valuit. Imò & anima ipſa quaſi in depoſito ipſi diuinitati cõmendata fuit, vt eã tertia die eidem corpori reſtitueret. Sibi ergo verus Salomon hoc fabricauit ferculũ, de lignis lybani: Ligna alba, odori- *Exodi.* fica, ac incorruptibilia erant: nã integra ac incorrupta perſeuerauit Virgo ſemper. Cũ enim arca Dei deberet eſſe, quã ex incorruptibili materia lignorum fieri præcepit Deus; decebat vt nullatenus eã corruptionis macula tãgeret, atq; hanc munditiã redolebant ligna illa lybani. Vnde Pſal. 44. *Pſal. 44.* Myrha, & gutta, & caſsia à veſtimẽtis tuis, à domibus eburneis. Domus eburnea virgineo candore præfulgens Virgo mater eſt, quæ ſtatim myrhã redolet, quæ incorruptionẽ ſignificat, & hic odor nimius erat in veſtimentis eius, hoc eſt in carne quę nunquã ſenſit corruptionẽ. Et hic odor ab anima etiã ortũ habuit, quã nunquã fœtor vllius criminis coinquinauit. Erãt etiã alba li gna lybani propter niuẽ, quę ſignificat animarũ candorẽ. Iuſti quippè cõparãtur niui: quia int⁹ & extra alba eſt, etiãſi ad intima *Simile.* penetres niuis, nihil niſi albedinẽ reperies. Sic iuſti intũs & extrà albi ſunt, vtraq; fulgẽt ſanctitate. Econtrà mali exteriùs tantũ apparent mundi, cũ intus ſpurtũijs ſcaturiant. Quare Paul. Quẽdam peccatorẽ pa- *Act. 23.* rietẽ dealbatũ dixit: Percutiet te Deus pa ries dealbate. Quippè qui tantũ in ſuperfi tie alb⁹ eſt, & ſtatim lutũ apparet. Veſtimẽta etiã Chriſti dñi alba in trãſfiguratio- *Matth. 17* ne apparuerunt ſicut nix. Quæ veſtes ſigni *Eſai. 49.* cant iuſtos, quib⁹ induitur Deus: Secundũ illud. Viuit Dñs quia his omnibus, ſicut veſtimẽtis veſtieris. Virgo tamẽ ſuper lybanũ fuit exaltata, ſicut ſuprà dixìmus: Quia ſuper omnes ſanctos excedit. Vndè & dicit ad filiũ: Lauabis me, & ſuper niuẽ de alba- *Pſal. 50.* bor. Id eſt ſuper omnes ſanctos me ſanctiorẽ, ac candidiorẽ feciſti. Quo circa eã vidit Euangeliſta Ioan. habentẽ ſtellarũ coronã *Apoc. 12.* ſuper caput ſuũ & lunã ſub pedibus eius: vt oſtẽderet Angelorũ, ac cœlicolarũ munditiẽ ſuper caput ſuũ, tanquã coronã portare;

ſanctos

ſanctos vero omnes, qui in terra ſunt, ſub pe dib⁹ tãquã inferiores habere. Fuit ergo fer-
Prouer. 9. culũ de lignis lybani. Colũnas ei⁹ fecit argẽ teas. In Prou. dicitur: Sapientia ædificauit ſibi domũ excidit colũnas ſeptẽ. Septenarius numerus vniuerſitatẽ ſignificat, quia in dieb⁹ ſeptem cõſumatũ eſt vniuerſum: vt oſtẽderet Virginẽ vniuerſitatẽ omniũ virtutum, donorum, ac gratiarũ habuiſſe, omneſque fundamentales virtutes, ſuprà omnes puras creaturas, ſuper quas tale ſurgeret ædificium. Sunt autem hæc fundamentales virtutes tres theologicæ, nempè Fides, Spes, Charitas, in quibus ſuper omnes emicuit Virgo. Acceſerunt cæteræ tàm Cardinales, quàm Morales, quas in gradu heroyco poſediſſe quis dubitet? Quod ſi tale ſubſternitur fundamentum, quale putatis fore fabricã, quę indè conſurgere debet? Si fundamenta ciuitatis cœleſtis Hieruſalẽ
Apoc. 18. ſunt ex optimis margaritis, vt ait Ioannes Qualis erit quæ ſuper ædificabitur domus indè colligetis? Si argenteæ columnæ, quid niſi aurum ſuper eas conſtrui licebit? Si columnæ argenteæ reclinatorium fuit au-
Eſai. 66. reum, ſuper quem requieſcit Spiritus Domini (ait Eſai.) niſi ſuper humilẽ, & manſuetum? Super hanc ergò humilitatẽ Ma-
Luc. 1. riæ requieuit Chriſtus: Quia reſpexit humilitatem Ancillæ ſuæ, quæ adeò placuit Chriſto, vt in ipſa reclinaret caput ſuum. Quare ego credo, quòd quando Dominus in Cruce caput ſuum moriendo reclinauit, verſus illud latus, qua Mater eius erat reclinaſſe illud, quaſi diceret. In tua viuẽs humilitate, ac manſuetudine requieui, ô Mater mea, in ipſa & moriens requieſcere volo.
Matth. 8. Ipſemet dixerat: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos; filius autẽ hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet. Hoc eſt dicere. Ipſi dæmones animas habent, in quibus reclinantur, & quieſcunt; ego tamen, quia animam manſuetã & humilem quæro, & ipſam non inuenio, nõ habeo vbi caput meum reclinem. Ecce Domine habes Matrem tuam, quæ reclinatorium aureum eſt, ad ipſam ergo inclina caput tuum. Non in-
Geneſ. 8. uenit columba vbi requieſceret pes eius in terra, ac ideò reuerſa eſt ad arcã. Non adeò alium humilem, ac manſuetum reperies ſpiritum, quàm illum quem habet Mater tua, quæ arca tua fuit, ad ipſam ergo conuertere, & inclina caput tuum. Aſcenſum eius fecit purpureum, hoc eſt ſanguine tinctum. Guttæ enim ſanguinis, quæ ex corpore filij in Cruce pendentis deffluebãt ſanguineas veſtes Matris, ac linteamina fecerãt. Vel per gradus purpureos in-
D. Bened. telligamus gradus humilitatis, quos D. Benedictus in ſua Regula docet: Humilitas, quippè animũ, ac faciẽ rubere facit pręverecundia. Sicut quandò Beata Virgo ab
Luc. 1. Angelo tã altè ſalutata eſt, ex humilitate erubuit, ac rubicũda eius Virginea ora vi-
Ad Eph. 3. ſa ſunt. Media charitate cõſtrauit. (*La bonedad lo interior dela camara.*) Interiora quippè charitate lucida erãt, hæc enim eſt animarum ſplendor, ac decus. Charitas verò ipſam animam perficit, interioraque omnia occupat: nam in intimis animæ fita eſt, ſecundum illud Pauli: In charitate radicati, & fundati, id eſt, non ore tenus eam habere debetis, ſed intus in radicibus animæ, ſecundum illud Ioannis: Fratres diligamus, non verbo, nec lingua, ſed opere & veritate. Tunc enim verum opus eſt, quandò ex intima veritate procedit. Si enim aliud lingua proferas, aliud mente teneas, iam illud opus mendax eſt, cùm contra mentem ſit. Vt cùm manus voce, vel ore oſcularis, quas velles cernere truncas. Propter filias Hieruſalem, id eſt, propter animas fideles, quæ talem, ac tantam adiutricem coram filio ſuo haberent. Magnum enim fidelibus ſolatium eſt ſcire ſe patrocinijs tantæ Virginis adiuuari. Eſt enim hæc Beatiſsima Domina vniuerſalis omnium aduocatrix, ac patrona. Illum Diuum pro peſte aduocatum habemus, alium pro febribus, vel pro dẽtium dolore, &c. Prædicatorum ordo ſuum patrem Dominicum aduocatum habet, ſuum Diuum Franciſcum Minoritæ, alij alios ad ſuas inuocant opportunitates; at Beata Virgo omnibus, & per omnia aduocatrix eſt, nec eſt ſtatus, aut ſexus, qui illam in ſuis neceſsitatibus, quotquot illæ ſint celerẽ adiutricem non ſentiat. Inuocet eam coniugatus: quoniam & ipſa viro, licet caſtiſsimo iuncta fuit. Clamet ad eã Virgo: nam, & ipſa flos virginum eſt. Accedat ad eã religioſus: quoniã & ipſa perpetuæ caſtitatis, etiã votũ edidit. Ad ipſam etiã currãt, & Reges: quoniã & ipſa ex Regali pgeniæ genita fuit. Nec ipſos etiã infimos fabros dedignabitur: nã & ipſa fabro deſponſata fuit. Animabus ſautijs medebitur, quæ ſemper ſanam continuit mentem. Corporibus etiam ægris aderit, cuius ſemper caro integra fuit.

Deniq; diues eſt in omnes, qui inuocant illam. Quare optimè de ea Spiritus Sanctus
Cant.4. in Cant. aiebat: Sicut turris Dauid collum tuũ, quæ ædificata eſt cum propugnaculis mille clypei pẽdent ex ea omnis armatura fortium. Recte collo Beata Virgo comparatur: quoniam ſicut collum caput membris coniungit, ſic in eius puriſsimo vtero caput, quod eſt Deus, membris, id eſt creaturis coniunctum eſt. In collo eſt arteria vbi vox formatur; ſic Virgo eſt organum, quo voces noſtræ, ac preces in auribus Dei inſonant. Per collum alimenta in ſtomachum veniunt, atq; deinde per ſingula diuiduntur membra, vt ea nutriant. Sic ſicut per Virginẽ aſcendunt preces noſtræ ad Deũ per eam, tanquàm per ſcalam Iacob, etiam
Gene.28. & Dei munera ad nos deſcendunt. Rectè ergò collo hæc Domina comparatur, & eſt ſicut turris Dauid, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium (*El armeria es la Virgẽ donde ay armas ofenſiuas, y defenſiuas.*) Erat enim turris Dauid armamentariũ Regis. In hac ergo Beata Virgine, tanquàm in quodam Caſtro (eſt enim ipſa Caſtellum) illud, in quo introiuit Ieſus) eſt omnis
Luc.10. generis armatura, contra omnigena peccatorum, ac dæmoniorum monſtra. Carnis illecebris ſtimularis, ad hoc curre propugnaculum, atq; Angelica eius puritate ſubuentus victor euades. Quis tam impudicus oculus vultum huius puriſsimæ Dominæ aſpiciet, qui non erubeſcat, & tremat? Noſtræ Hyſpaniæ hiſtoriæ referunt de maximo illo viro Roderico de Viuar, qui à Saracenis dicebatur, *El Cid*, tantùm in eius vultu terrorem fuiſſe, vt nullus Maurorum illum vnquàm ſine tremore aſpexerit, & pallore. Tanta gratitas, tanta maieſtas, tanta ſeueritas, atque honeſtas in facie huius noſtræ heroes ſplẽdet, vt omniũ impudicos oculos eã intuentes tremere, ac erubeſcere cogat. Si ſuperbia eleuatus tumes, huius reſpice humilitatem, & humiliaberis. Si motus iræ te exagitat, huius almæ Virginis manſuetudine mitigaberis. Deniq; quiſquis es, & in quacunq; te inueneris præſura, ſiue animæ, ſiue corporis, ad hanc turrem cõfuge,
D. Bern. & ſaluus eris. Vndè Diuus Bernardus de hac alma Virgine ſic ait: In ea inueniet triſtis conſolationem, æger curationem, captiuus redemptionem, peccator veniam, Angelus lætitiam, filius Dei noſtræ carnis ſubſtantiã, deniq; tota Trinitas gloriam. Quot enim hęc Virgo in ſe continet virtutes, tot ora habet ad deprecandũ pro nobis. Ioan. in Apocal. eam vidit veſtitam, calciatam,
Apoc. 12. imò & velatam luce. Erat enim amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius ſtellarum corona. Lux hæc virtutes ſignificat, quibus tota effulgebat Virgo. Sic enim ad Rom. eas appellat Paul. cùm dicit:
Ad Rom. Induamur arma lucis, id eſt, virtutum opera, quæ & animam lucidam faciunt, & exterius per fructũ boni operis in oculis etiam aliorum ſplendẽt. Erant igitur virtutes veſtimenta Virginis. Sed Spiritus Sanctus in Cant. ad eam dicit: Odor veſtimentorum
Cant. 4. tuorum, ſicut odor thuris. Per thus autem in diuina Scriptura oratio deſignat, ſecundũ illud Pſal. Dirigatur Dñe oratio mea, ſicut
Pſal.140. incẽſum in conſpectu tuo, id eſt, placeat in conſpectu tuo, accepta ſit oratio mea, ſicut
Eccl. 50. olfactui placet thus redolẽs in diebus æſtatis. Quid igitur erit veſtes huius almæ Virginis, quæ lucidæ virtutes ſunt, thus redolere, niſi id apertè ſignificare, ꝙ virtutes eius orãt pro nobis ante Deũ, totq; ora habeat ad deprecandũ ꝓ nobis, quot virtutes? Sua puritas pro noſtra intercedit impuritate, vt tantæ puritatis interuentu, ac contemplatione noſtras miſereatur, atq; detergat ſordes Deus. Sua humilitas pro noſtra interuenit ſuperbia: vt tantæ intuitu humilitatis humilitatem, & veniam cõſequamur. Sic de pacientia, atq; alijs virtutibus dicere poteris. Rectè ergò Spiritus Sanctus eam
Cant.4. alloquens dicit: Mel, & lac ſub lingua tua, & odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris. Dulces pro nobis preces effundis, ô Beata Virgo, & ideò mel, & lac ſub lingua tua. Et quia virtutes tuæ, quibus induta es voces pro nobis ſunt apud Deũ: ideò odor veſtimẽtorum, ſicut odor thuris eſt. Diuus Paul. inſtruens in officio Epiſcopatus diſci-
1. Ad Timoth 2. pulum ſuum Timotheum docet, vt hortetur
2. Ad Cor. 1. populum, vt publicè fiant preces, ac orationes: eò quòd id maximè vtile eſt, vt ex multarum perſonis facierum (ait) gratiæ agantur pro omnibus Deo. Facies (ait Diuus Thom.) vocat hic Paul. peculiares vir-
D. Thom. tutes, in quibus aliqui Sancti præfulgerunt: nam illis veluti per faciem cognoſcuntur, vt Abraham præceluit fide, Iſaac obedientia, Iob pacientia, Moyſes, & Dauid manſuetudine, Diuus Franciſcus humilitate, Diuus Dominicus animarum zelo, & ſic de alijs. Nam pro iſtis ſingularibus virtutibus, in quibus aliqui Sancti præceluerunt dicitur

dicitur de quolibet. Non eſt inuentus ſimi-
Eccleſ.44 lis illi, vt in mãſuetudine nullus ſicut Moyſes, de quo dicit Scriptura, quòd fuit mitiſſimus ſuper omnes homines, qui erant ſu-
Num. 12. per terrã: & in fide quis ſimilis cũ Abrahã
Gene. 17. cui propter fidem promiſſus eſt Chriſtus, atq; Pater omnium credentium appellatus eſt? & Iob patientiſsimi nomen ſortitus eſt. Ait ergò D. Paulus quod communes orationes gratiores ſunt Deo, propter perſonas diuerſarum virtutum, quæ ibi conueniunt, in quibus ipſe ſpecialiter gratæ fuerunt Deo. Sed virtutes omnes, quę in alijs ſanctis diuiſę fuerunt, in Beata Virgine vnitę
D. Dionyſ. atq; congeſtæ ſunt, ſecundum D. Dionyſi. doctrinã, quod ea, quæ in inferioribus ſunt diuiſa, in ſuperioribus vniuntur. Sunt ergò omnium ſanctorum ſpeciales virtutes in Maria copulatę, & hoc in perfectiſsimo ac heroico gradu. Quapropter omnes virtutes in ea congeſtæ validiores, ac gratiores ſuas reddunt orationes coram Deo. Igitur hanc talem ac tantam fœminam condi
Pſalm.45 dit Deus, vt eſſet refugium noſtrum, & virtus, adiutrix in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis, aduocata atq; patrona noſtra coram filio ſuo Domino noſtro. Et ideò dicit hoc ferculum feciſſe ſibi Rex Salomon, propter filias Hieruſalem: vt per eam quaſi per lecticam vehamur ad Deum. Credo enim (nec vanam in hoc reputo fidem meam) multos huius Sanctæ Virginis orationibus, tanquam per media eſſe prædeſtinatos, vt conſequantur vitam. Sicut de Bea
D. Aug. to Paulo, ait Auguſt. mediante ſancti Stephani oratione, qua pro inimicis deprecatus eſt fuiſſe electum. Nam dicit in libro de prædeſtinatione ſanctorum. Si Stephanus non oraſſet Eccleſia non haberet Paulum. Sic & per Beatæ Virginis merita, ac ſuffragia multi ſalui fiunt. Quare cùm ego aliquos video deuotione affectos ad Beatam Virginẽ, atq; ad eius roſeum Pſalterium, non immerito exinde coniector eos tali medio ſalutem conſequuturos. Nam Virgo pro eis interueniet vt rectè viuant, & rectè viuendo ſalui fiant: nam malè operando, etiam ſi millies roſarium dicant, non effugient inferi ſupplicia. Sed vt has Beatiſsimæ Virginis laudes vna claudam ſententia, videndus eſt D. Anſel. de laudibus Virginis, vbi ſic dicit. Mira res inquam ſublimi contemplor Mariam locatam. Omnis natura à Deo eſt creata, & omnis Dei natura ex Maria eſt nata. Deus omnia creauit & Maria Deum genuit. Deus qui omnia fecit & creauit, ipſe ſe ex Maria fecit, & ſic omnia quæ fecerat refecit. Qui potuit omnia de nihilo facere noluit ea violata ſine Maria reficere. Deus igitur eſt Pater rerum creatarum, & Maria Mater rei increatæ. Deus eſt Pater conſtitutionis omnium, & Maria eſt Mater reſtitutionis omnium. Deus enim genuit illum per quem omnia ſunt facta, & Maria peperit illum, per quem omnia ſunt ſaluata. Deus genuit illum ſine quo penitus nihil eſt, & Maria peperit illũ, ſine quo omne nihil bene eſt. O vere Deus tecum, cui dedit Dominus vt omnis natura tantum tibi deberet ſecum. Boni conſulat pius lector, ſi in huius ſacratiſsimæ Virginis memoria, quaſi aliorum oblitus aliquantulum iminoratus ſum; quoniam poſt hoc capitulum non iterum redibit ſermo de ea, totq; ſunt eius merita ac virtutes, vt etiam ſi exaltemus eam quantum valemus ſuperualebit tamen adhuc. Quarè concedendum eſt mihi, vt in hoc capite, cùm iterum de ea habendus eſt ſermo alia quæram, quæ de eius puriſsima integritate dicere queam.

De ea igitur natus eſt Ieſus qui vocatur Chriſtus. Nobis natus eſt Chriſtus, nobis datus ex hac intacta Virgine, datuſq; nobis eſt, non quomodo cæteris rebus, quibus de nihilo conditis ſuum eſſe creatum tantum contulit, quod eſſet ſimile ſuo eſſe in creato, ſed longè aliter. Non enim humanitati Chriſti Deus largitus eſt eſſe creatum, ſed ſuum ipſiſsimũ eſſe in creatum dedit, ità ꝙ humanitas in Chriſto non in ſuo eſſe ſubſiſteret, ſed illo eodemq; eſſe ſubſiſteret quo ſubſiſtit ipſe Deus, quod nos conſequi poterimus per gratiam. Vt ſicut ipſe Chriſtus quatenus homo eſſe diuinum habet, nos qui ſumus eius membra id conſequi poſsimus per gratiam, vt diuinæ ſimus conſortes naturæ. Certè ſicut in Adam omnes ſumus formati, nam omnes in illo peccauimus vt ait Paul. Roma. 5. ità in Chriſto pij 2. Pet 1.
omnes reformati ſunt: vt per eum conſe- Roma. 5.
quantur vitam & plenitudinem benedictionum Dei.

De qua natus eſt Ieſus. Audiſti huius ſanctiſsimę Matris dignitatem, qua ad tantam euecta eſt celſitudinẽ, vt Mater Dei dicere tur & eſſet. Vis tu mi frater vt dem tibi conſilium bonum, quo hanc tam grandem adipiſcaris dignitatem, vt non ſolum mater, verum & pater & frater Chriſti & Dei dica-

dicaris? Fac voluntatem Dei, & hæc omnia
Matt. 12. bona conſequeris. Cùm Chriſtus aliquãdo
Marc.3. loqueretur ad turbas acceſsit ad eũ quidam
Luc.8. dicens: Ecce mater tua, & fratres tui foris
ſtant quærentes te. At ipſe reſpondens dicenti ſibi ait: Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Et extendens manum in diſpipulos ſuos dixit: Ecce Mater mea, & fratres mei. Quicunq; enim fecerit voluntatẽ Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt. Carnis quidẽ propinquitas ad Chriſtum, nõ eſt quæ nos
Ioan.7. beatos faciet certè: multi enim conſanguinei Chriſti damnati ſunt, cùm Euangeliſtæ referant, quòd fratres ſui non credebant in eum, imò & deridebant, dicentes eum in
Marc.3. furorẽ verſum. Propinquitas ergo ſpiritus eſt, quę nos verè Deo iungit & beat, ſecun-
Ioan.1. dum illud Ioan.1. Qui non ex ſanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Igitur quod Beata Virgo, per carnis propinquitatem conſequuta eſt, poterit quilibet per ſpiritum adipiſci, nimirùm Dei faciendo voluntatem. Mater Chriſti ipſum carnaliter concepit, ac genuit, cùm Dei legationi obediuit, quæ ei per Angelũ nuntiata eſt, cùm
Luc.1. dixit: Ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum; deindè ſuo tempore peperit, atq; in lucem edidit Saluatorem. Sic & tu, ſi verba Dei cordis aure audieris, in deſiderioq;, ac voluntate acceperis, iam concepiſti Dei verbum. Voluntas quippè vterus eſt animæ, in quo omnia deſideria
Eſai.26. concipiũtur. Quare Eſai.c.26. dicebat. A facie tua Domine concepimus, & quaſi parturiuimus ſpiritũ ſalutarem. Hoc eſt, à legatione Dei, quãdo per Angelos bonas nobis affert inſpirationes, ſi eas acceptamus, iam Deum in corde concepimus. Quando autem poſteà ſancta deſideria concepta in bona opera exteriùs prodeunt, iam partus edimus, iam in lucem proferimus Deum, quem antea in mente conceptum portabamus. Iſtæ enim ſunt ceruæ illæ, de quibus
Iob.39. Dñs ad Iob dicebat: Nunquid parturientes ceruas obſeruaſti? Incuruantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt. Ceruæ iſtæ animæ ſanctæ ſunt, quę agiles, ac promptæ veluti ceruæ ad cœleſtia ſaliunt. At cùm ſancta deſideria per bona opera pariunt incuruantur per humilitatẽ, & rugitus emittunt, hoc eſt, ſuſpiria edunt, lachrymas fundunt, propter vim, quã caro infert ſpiritui, atq; diabolus, & ſatellites eius nè in iniuſta opera iuſtus prorumpat. Quare opus eſt humiliari corã Deo, proſterni, atq; curuari, de profundis clamare, atq; rugitus emittere, quatenùs fœtus integer prodeat in lucẽ, & nec abortiuus ſit, nec diminutus. Vel ſecundò dic cum Diuo Bernardo: Generatio Bernard.
carnalis facit carnalem propinquitatẽ, ergo generatio ſpiritualis faciet etiam cognationem ſpiritualem. Qui ergo, vel exẽplo, vel doctrina Deũ in corde proximi genuerit, iam pater eius erit, cùm illum in alterum generauerit; & mater etiã. Nam velut partu editum, in alium tranſmiſsit, ſecundum
illud Paul. Filioli mei, quos iterũ parturio, Galat. 4.
donec formetur Chriſtus in vobis. Et ille, qui opera veri Chriſtiani operatur, cur non frater Chriſti dicetur? Quoniam adquirit ius ad hæreditatem fraternã, quam quidem Chriſtus iure primogenituræ ſecundum ſe habet, nos autem tanquàm fratres eius ad paternam hæreditatẽ aſpiramus. Nam illi dicuntur fratres apud homines, qui ad paternam hæreditatem ius habent, hoc ius per fidem Chriſti habemus cõiuncti etiam ei operibus bonis ex charitate factis ſecundum illud Paul. Si filij & hæredes, heredes Roman.8.
quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: vides quomodo adimplendo Dei volũtatem, tantam dignitatem adipiſcaris. Operæpretium igitur erit agnoſcere, quę ſit hæc voluntas Dei, quæ talibus nos titulis ornat. Paul. eam nobis explicat. 1. Theſ. 4. dicẽs. 1.The.4.
Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra. Id eſt, vt ſitis ſancti. Sanctitas autẽ ſecundum D. Tho. 2.2.q.81.art.vltim. duo dicit. D.Thom.
Alterũ rem puram, & à terra, quæ coinquinat ſeiunctam: idem enim eſt dicere ſanctum Latinè, quod Græcè dicitur Agios, hoc eſt, ſine terra. Secundum quod ſignificat ſanctitas rem ſtabilem, firmam, immobilem. Quare leges ſancita dicebantur, quaſi dicerent res permanſuras, immobiles duraturas. In his ergo duobus Dei volũtas ſecundum Paul. doctrinam conſiſtit. Nimirum, vt mundi & abſq; terra ſimus, ſtabileſq; ac firmi in bono perſeueremus. Seiungendus eſt animus à terra, vt mundus ſit: nihil enim adeò coinquinat animam, quam amor ac ſolicitudo terrenorum. Quem- Simile.
admodum argentum illud ſordidum eſt, quod ſtanno plumbeovè commiſcetur, illud autem purum, quod auro ſuperioris naturæ metallo ligatur, ſecũdum illud Eſai. 1. Eſai. 1.
Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam. Si ergo anima his terrenis cupiditatibus miſceatur

miſceatur impura erit, ac indigna diuino conſpectui, quem ſoli mundi oculi intueri
Leuit. 11. & Deut. 14. poſſunt. Quare animalia, quæ reptant ſuper terram, qualia ſunt colubri, atq; ſerpentes, immunda tàm ad æſum, quàm ad ſacrificia erant. Quoniam anima, quæ his proſternitur terrenis, nec manu ſolùm haurit aquam, ſed pectore toto procidens, quaſi adorans ea, tanquàm immundus à Dei ar-
Iud.7. cetur conſpectu. Quid ergò faciet anima, vt ſancta ſit. Diuellatur à terra, & carne, quæ terra etiam eſt, atq; ſe multò inferior, copuleturque ſuperiori metallo, quod eſt Deus, & ſic ab immunditia, quam à terra contraxit, ſanctificabitur, ſimulq; puriori iunctus purior erit. Quod facit citò, ſi carnem ſpiritui ſubiungauerit, & ſpiritũ Deo: nam ſic & caro tranſit in puritatem ſpiritus, & ſpiritus in puriſsimam Dei ſimilitudinem aſcendit. Interrogatus quidam quomodò diſcipulus Magiſter fieret, reſpondit: Audiendo Magiſtrum. Sic caro fiet ſpiritus, ſi dicto audiens fuerit illi, audiendo, ſcilicet, & obediendo illi. Hoc fuit conſilium, quod dedit Angelus Agar ancillæ Sarai, cùm fugeret à facie Dominæ ſuæ, quod ſequens conſequuta eſt benedictionem ſibi, & filio ſuo. Nam cùm eam offenderet Angelus Domini fugientem, in ſoli-
Gene. 16. tudine dixit ei: Agar Ancilla Sarai, vndè venis, aut quo vadis? Quæ reſpondit: A facie Sarai Dominę meæ ego fugio. Cui Angelus ait: Reuertere ad Dominam tuam, & humiliare ſub manu illius. Et rurſus: Multiplicãs (inquit) multiplicabo ſemen tuum, & non numerabitur præ multitudine. Id fiet, ſi caro, quæ ancilla ſpiritus eſt, humilietur ſub manu illius, & ei obediat, nec vellit ſibi vſurpare imperium. Tunc enim multiplicabitur ſemen bonorum operum, cùm caro, & ſpiritus in bonum ipſum conuenerint, & poſsit de illis dici: Iam nõ ſunt duo, ſed vnus ſpiritus non vna caro. Ecce primum. Secundum autẽ, nempè firmitatem ac ſtabilitatem in bonum, apprimè neceſſarium eſt. Quid enim proderit bonum incepiſſe, ſi ſtatim demiſſeris illud? Nemo enim mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retrò aptus eſt Regno Dei.
Amos.5. Vndè Amos.5. Dicunt filij Iſraẽl ſe quadris lapidibus ædificaturos, Aegyptij verò rotũdis petris ædificia conſtruũt. Petra rotũda motui maximè apta eſt, nec quieta cõſiſtere poteſt: nam ſi vel paululũ contigeris eam ſtatim moueri incipiet. At lapis quadratus, cum quatuor lateribus ſigatur difficilè mobile erit, ſtabilius, ac firmius ſtabit. Sic Aegyptiorum, id eſt, mundanorum, ac peccatorum animæ rotundis ædificant lapidibus: quoniam facilè à bono diuelluntur, vel minima occaſione mouentur, bonumq; virtutis, quod heri inceperant hodie dimittunt. Sed filij Iſraël, id eſt, iuſti quadris ædificant ſaxis: quoniam ex propoſito, & perſeuerantes operibus ſtudioſis aſsiſtũt, nec facilè ab eis ſeiungere poteris. Nam audi Paulum conſtanter dicentem: Rom.8.
Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio, an anguſta, an nuditas, an fames, Luc.10.
&c.? Et Maria Magdalena, vt viam iuſtitiæ ingreſſa eſt, ſecus pedes Domini ſedẽs audiebat verbum illus, non mobiliter, ſed ſedens (*De aſsiento y de propoſito*) viam ſtudioſam agreſſa erat. Ecce quomodo mater, & frater Chriſti eris. Caue tamen, nè fias diaboli genitor tuo peſsimo exemplo, atq; doctrina, illum in aliorum cordibus generando, & ſedens in cathedra peſtilentiæ animas aliorum tua peſte inficias, nè diſcipulis tuis dicatur vos ex patre diabolo eſtis,
Nec ſis frater eius particeps in hæreditate- Ioan.8.
tem noſtram non hæreditabis, niſi ſerpentes, & beſtias, & vermes, nimirum vermen illum conſcientiæ, qui ſemper viſcera tua paſcat, nec conſumat aut quieſcat, ſed velut vultur Ticium (quod Poëtæ fingebant) ſemper intima tua corrodat, atq; ore feriat, dilaceret, exugat, & nunquàm ceſſet. Improperium, & contumeliam malus hæreditabit, ait Sapiens: Ecce quid conferat voluntatem Dei adimplere. Quinimò hoc fecit Virginem in cœlo beari facere voluntatem Dei. Quoniã Matrem Dei fieri non cadit ſub merito propriè loquendo, vt docet Diuus Thom. 3.p.q.2. artic.11. ad.3. & D.Thom.
Caiet. in vltimis verbis ibi: Nam ſicut prima gratia nõ cadit ſub merito, ſed eſt prin- 3.p. Caiet.
cipium merendi; ſic nec author gratiæ, qui fuit Chriſtus Deus & homo potuit, propriè loquendo à nobis mereri, vt veniret, cùm ipſe ſit initium, & cauſa totius noſtri meriti. Quid ergo Beatam in gloria fecit eſſe Virginem? Certè merita ſua, opera ſua, Dei obſequi volũtati eius adimplere mandata. Vndè mulieri clamanti ad Chriſtum, & dicenti: Beatus venter qui te portauit, & Luc.11.
vbera quæ ſuxiſti, reſpõdit: Quinimò Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Licet illa particula, quinimò, non ſit ibi aduerſatiua, ſed ſenſus eſt. Non nego Beatum

Beatum vterum eſſe, qui me portauit, benè ſit ita; tamẽ qui beatam vitam aſſequuturi ſunt, illi erunt qui audiunt verba mea, & opere complent. Si igitur tàm excelſa dignitas non præſtat ad fœlicem vitam, ſine adimpletione diuinæ voluntatis, quid cætera conferent, quæ multò minora ſunt? Etiam ſi Rex, Papa, Dux, ſapiens, diues, magnus concionator, magnus doctor fueris, ſi Dei non obedias mandatis, nihil tibi proderit, imò maius tibi lucrabuntur ſupplicium.

Magnamoralitas pro multis cõtionibus. At verò hæc, quæ hucuſq; dicta ſunt de Chriſti generatione carnali diximus, ſupereſt modò de generatione ſpirituali agere, quæ ab hac carnali originẽ traxit. Ideò quippè filius Dei naturalis, homo factus eſt: vt homines deos faceret, & in diuinam transferret ſimilitudinem, atq; cognationem, vt & eſſemus filij Dei ſecundum id
1. Ioan. 3. 1. Ioan. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis Pater: vt filij Dei nominemur, & ſimus. Et Ioan. 1. Dedit illis poteſtatẽ filios
Ioan. 1. Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius: & Verbum caro factum eſt; vbi, &, pro quia, ſumitur, ſicut mos eſt aliquando in nouo teſtamento. Hoc eſt, quia Verbum caro factũ eſt: Ideò homines in Dei transferimur propinquitatẽ. Adoptamur quippè
Roma. 9. in filios Dei, ſecundum D. Paul. quorum adoptio eſt filiorum: Tamen hoc oportuit, quòd fieret per filium Dei naturalem, ſub noſtræ tamen ſimilitudine naturæ. Quoniam adoptiua filiatio fundatur in naturali, & ad eius ſimilitudinẽ fit: quare iura cauẽt, nequis adoptare poſsit filios, niſi qui filiũ naturalẽ habuerit, vel habere potẽs ſit, quare eunuchi, & impotentes adoptare non poſſunt ſecundum iura: quoniam filium naturalem habere nequeunt, quia deficit eis fundamentum, nempè filiatio naturalis ad cuius ſimilitudinẽ fiat adoptatio. At Aeternus Pater benè potuit filios adoptiuos facere: quoniam filium habet naturalem naturali generatione (licet ſupra omnes noſtras naturales) totius ſuæ poteſtatis hæredem, quare ad eius ſimilitudinem nos adoptamur: nam qui eius geſſerit ſimilitudinem hæreditatis eius particeps fiet. Ob
Roman. 8. hoc quippè nos vocat Paulus hæredes Dei, & cohæredes Chriſti: quoniam adoptati per ipſum, & ad eius ſimilitudinem filij facti, per ipſum & cum ipſo hæreditatem pa-
2. Pet. 1. ternam accipimus. Quod & Petrus Apoſtolus docet, dicens: Per quem maxima & pretioſa promiſſa nobis donauit; vt diuinæ ſimus conſortes naturæ, *Hijos y parientes de Dios.* Quæ filiatio, atq; propinquitas nobis per gratiam Chriſti contigit, quæ nos in diuinæ naturæ conſortium, ac ſimilitudinem transfert. Vndè Iacob. 1. Voluntariè *Iacob. 1.* genuit nos in ipſo, vt eſſemus initium aliquod creaturæ eius, *Començaſſe en noſotros eſta generacion, y parenteſco eſpiritual.* Quarè ſub hac generatione carnali Chriſti, quã nobis recenſuit Euangeliſta, generatio hæc ſpiritualis adumbrata, atq; delineata fuit. Ob hoc quippè ab Abraham incipit, cui primo facta eſt promiſsio Chriſti: vt in illo inciperet hoc nouum genus filiorum, ac cognatorum Dei. Nam ideò qui anteà Pater excelſus vocabatur aucto nomine dictus eſt Pater excelſæ multitudinis: quoniam ab eo oriri incipiebat hæc excelſa generatio per gratiam & fidem Chriſti, ſub qua prædeſtinatorum multitudo includebatur. Quem ſenſum Paul. magnificè extollit per aliquot capita epiſtolę ad Rom. *Rom 9.* ſignanter. c. 9. vbi ſic dicit: Non enim omnes, qui ex Iſraël, ij ſunt Iſraëlitæ, nec qui ſemẽ ſunt Abrahæ omnes filij, ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen, id eſt, non qui filij carnis hi filij Dei, ſed qui filij ſunt promiſſionis extimantur in ſemine. Habuit quidem Abraham alios filios ſecundum carnem, vt Iſmaëlem, & filios Cethuræ, at ſolus Iſaac promiſsus eſt, & ex eius ſemine proditurum Chriſtum. Sic ergo illi computantur inter filios Abrahæ, qui huic promiſsioni Chriſti credentes, atque ei per fidem, & charitatem adhærentes in filios Dei per gratiam, & adoptionem tranſeruntur. Vndè ſecundum hunc ſenſum horum tantum Pater Abrahã vocatur. Quare & ante Circuncisionem, & poſt facta eſt ei huius tantæ paternitatis promiſsio, vt patet Geneſ. 17. &. 18. vt eſſet Pater omnium *Geneſ. 17. & 18.* credentium tàm per Circunciſionẽ, quàm per Præputium, vt Paul. infert Roman. 4. *Rom. 14.* Igitur ideò ab Abrahã Matth. ſeriem hanc generationis incepit: quoniã ab ipſo etiam hæc altior generatio exorta eſt, & ab eo incepit Circunciſio, per quam à cæteris differrent gentibus: quoniam hi filij Dei, quorum iam generationem texere incipimus, & carnem & ſpiritum circuncidunt, intùs *2. Cor. 4.* prauas amputantes affectiones, & ſuperfluas colligentes curas, extrà etiam mortificationem Chriſti in corpore circunferentes. Quapropter in hac ſerie non computatur

tur Adam, quia in eo lex concupiſcentiæ incepit, in Abraham autẽ per ſpiritualem circunciſionem, quam carnalis exprimebat, hæc concupiſcentiæ lex ſubijci incepit, ac amputari. Quare, vt D. Auguſt. lib.
D. Aug. 18. de Ciuit. c. 1. adnotauit, quando primò incepit reproborum Regnum, ac ciuitas: tunc Abraham Pater iuſtorum natus eſt, nempè regnante Nino apud Babylonios, à quo terrenũ cepit Imperium: vt in Abraham hæc cœleſtis, ac noua generatio ſegregari inciperet à terrena, ac vetuſta corruptione primi peccatoris Adam: Induentes
Coloſ. 3. enim hunc nouum Adam, ſcilicet, Chriſtum (per quem in hãc ingredimur ſeriem) veterem cum ſuis actibus exuimus. Prima ergo generatio, quæ hîc ponitur, hæc eſt. *Abraham gẽnuit Iſaac.* Per Abraham fides ſignificatur: quoniã per fidem accepit pro-
Rom. 4. miſsionem iuſtitiæ, fidei, vt ait Paul. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Quoniam primum, quod neceſſarium eſt ad hãc nouam generationem fides eſt vnius mediatoris, nempè Chriſti.
Hebr. 11. Sic Paul. Hebr. 11. Accedentem ad Deum oportet primùm credere, quia eſt, & quia remunerator eſt. In quo fides Chriſti includitur, per quem & gratiam, per quã eſt meritum & gloriam, quæ eſt, præmium conſequimur. Hęc eſt radix huius arboris fides, hæc fundamentum huius nouæ fabricæ,
1. Cor. 3. iuxta illud Paul. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. At in Abraham hæc fides viua fuit, nempè quæ per charitatem operatur. Hæc enim eſt fides iuſtificans, & quæ Abrahæ reputata eſt ad iuſti-
Rom. 4. tiam, & per quam conſequimur ius ad hæreditatem. Vndè cum Paul. diximſſet Abraham per fidem iuſtificatum, intelligens per ſpiritum Iacobus hæreticos prauè intelle-
Iacob. 2. cturos de ſola fide, atque charitate, & operibus dixit cap. 2. Nonnè Abrahã ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac, &c.? Imò ſacra Scriptura, cùm de fide iuſtificante agit, ſemper de fide formata per charitatem intelligenda eſt. Nam cùm de fide ſola abſque operibus agit Scriptura, cum addito loquitur, vel fidem mortuam eam appellando, vel fidem ſine operibus. Vnde & Eccleſia abſolutè dicit ſine addito: Tu deuicto mortis aculeo aperuiſti credentibus Regna cœlorum, intelligens de fide formata, & perfecta, de qua ſemper loquitur Scriptura, niſi cum ſe aliquo addito declarat: hæc ergo fides perfecta eſt, quæ generat Iſaac. Vnde ſubditur: *Abraham autem genuit Iſaac.* Id eſt obedientiam mandatorum Dei, quã ſignificat Iſaac obediens patri vſque ad mortem. Ex eo eſt enim, q̃ quis Deum cognitum per fidem ſuperna-
turaliter amat, protinùs eius obedire mandatis deſiderat, ac dicit: Legem pone mihi Domine, id eſt, præcipe quidquid libuerit, in omnibus obſequens ero. Deſidero, vt vo *Pſal. 118.* luntas tua mihi innoteſcat, vt videas quàm promptè eam exequar. Et alibi: Inclina cor *Pſal. 26.* meum, vt faciam voluntatem tuam. Et iterum: Vnam petij à Domino hanc requirã: vt videam voluntatem Domini. Sed obſerua, quòd oculi Iſaac velati erant, atque operti, nè videret gladium ferientem ſuper ſe: oculi tamen Abraham aperti erant, illiſq; videbat quid faceret. Quoniam oportet quidem oculos carnis operire, vt Dei obſequamur mandatis, ſoliſq; oculis Abrahæ, id eſt, fidei videre: aliàs timore concuſi retrocedemus. Si enim ſolùm humana ra- *Moralitas* tione perſpexeris, iniuſtum tibi apparebit inimicum diligere, in ipſum beneficũ eſſe, alteram maxillam percutienti, ſi opus fuerit, prebere. Nimis arduum rigidumq; alij homini tua ſcelera pandere, tuas aperire cogitationes, atq; pleraq; alia, quæ in lege Dei continentur. Cæterum ſi id oculis fidei attenderis, nihil iuſtius, nihil ſuauius, nihil facilius tibi videbitur, quòd ea, quæ ſunt bona, & à Deo in proximo meo, quiſquis ille ſit, diligam. Quod meipſum non vindicem, nec Dei mihi auſus ſim vſurpare iudicium. Quod iniuriæ immemor paratus ſim pro Chriſto plura alia ferre, vt ipſi vices rependam, qui pro me maiora perpeſſus eſt, quod Iudici delegato à Chriſto mea fateor delicta, vt ipſe vice ſupremi Iudicis me abſoluat ab eis ſalutarem iniungendo pœnitentiam, cæteraq; alia, quæ fides docet perpendam. Tantùm abeſt, vt iniquã, aut crudelem legem Dei iudicem, quod potiùs tanquàm æquiſsimam, imò & æquitatem ipſam benigniſsimamq;, atque amoris dulcedine plenam eam amplecter, atque ſummopere diligã. Claudantur ergo oculi Iſaac, id eſt, rationes humanæ hîc ſileant, & oculi Abrahæ videãt quid faciant. Fides ipſa conſideret optimum eſſe filios, imò ſeipſum hoſtiam viuam offerre Deo, atque ſciens, & prudens carnem ſuam cru- *Galat. 5.* cifixere ſatagat, cum vitijs, & concupiſcen- *2. Cor. 10.* tijs, redigendo in captiuitatem omnem intellectum

tellectum in obsequium fidei; & sic obedientia est cœca non considerando humanas rationes videns autem per diuinas, & æternas, & per eas se suasque actiones gubernando, quod voluntariè, & hilariter facere oportet. Debet enim obedientia esse sic cœca, & sic videns. Debet etiam esse alacris deuota, & prompta. Vnde Isaac risus interpretatur: quoniam nõ ex tristitia, aut necessitate obedire debemus, sed prom
2. Cor. 9. ptè & delectabiliter operari. Hilarẽ enim
Eccles. 35. datorem diligit Deus, consilium Sapientis
Psalm. 53. sequentes, qui dicit: Fili, in omni dato hi-
2. Matt. 1. larem fac vultum tuũ. Et Regius Propheta dicebat: Voluntariè sacrificabo tibi. Et hic erat modus antiquitus apud Sanctos se salutandi: Det Dominus vobis cor, vt faciatis eius voluntatem corde deuoto, & animo volenti.

Isaac autem genuit Iacob. Iacob luctatorem significat: quoniam protinùs ille, qui obedire Deo incipit, inimicos obuios habebit, qui illum impedire contendent, cum quibus congredi, atq; luctari necessarium erit, secundum illud consilium Sapientis
Eccles. 2. Eccles. 2. vbi dicit: Fili, accedens ad seruitutem Dei sta in patientia, & timore, & præ-
Psal. 44. para animã tuam ad tentationẽ. Accingere statim gladio tuo super femur tuum potentissimẽ: sume scutum fidei, & galeam spei, & loricam, ac thoracem iustitiæ, *Echa mano, y embraça el escudo.* Nec enim ociosos seruos, aut ingauos vult Dominus, cui seruire statuis: nam omnes, qui piè volunt vi-
2. Tim 3. uere in Christo Iesu (ait Paul.) persequutionem patiuntur: Considera Beatam Magdalenam, protinùs vt ad Deum conuersa est innumerabiles contra eam insurgunt hostes. Phariseus illam peccatricem iudicat, Iudas & discipuli alij murmurabant de ea, Martha soror eius querellas contra eam fundebat ad Christũ, deniq; lapides ipsi (vt dicunt) videntur insurgere contra eum, qui nouam & religiosam inceptat viam. Attende ad luctatorẽ hunc Iacobum suum fratrem germanum, & vterinum inimicum ab vtero matris habuit, socrum cognatosq; persequutores sustinuit, quinimò quãdo iã hostes cæteri cessasse videbantur, Angelus Domini luctabat cum eo tota nocte. Nam nè ignauia, ac desidia molescat ser-
Genes. 32. uus Dei, quando alios hostes non habuerit, ipsemet Deus ipsum incitabit ad bellum, & mittet Angelum, qui pugnet cum eo:
Eccles. 33. otiositas quippè multa mala decuit. Dormiebat Samuel in domo Domini, nec quiẽtos passus est Deus eũ carpere somnos, sed 1. Reg. 30.
semel & iterum, & tertiò illum excitauit, atque à lecto ipsum resilire fecit. Non patitur somno torpere seruum suum Deus, sed nè dormiat ipsum excitat, & vigilare facit. Sed ex hac lucta Iacob cum Angelo, quid successerit audi: remansit Iacob vno claudicans pede. Nam ex assiduis prælijs, Gene. 32.
quæ gessit Dei seruus cum hostibus suis manet sinister eius pes claudus. Ipsa prælia ipsum ad spiritũ frequenter recurrere fecerunt, & ea, quæ carnis sunt obliuisci. Pes dexter spiritus est, sinister caro, illo innititur seruus Dei, illo ambulat, illo se mouet quocunque pergit caro, quia non prodest quidquã, nihil nisi quod summè necessarium est facit. Sic Paul. docet spiritu Galat. 5.
ambulate fratres, & desideria carnis nõ perficietis, id est, spiritu ducemini non carne, quæ ad interitum vos ducet. Qui claudus vno pede est super sanũ pedem innititur, illumq; fortiùs in terra figit, vt stet, aut ambulet; cum infirmo vix tangit solum, nec multum illi innititur, aut fidit. Verus filius, aut seruus Dei veri Iacob imitator, non carni, sed spiritui innititur (nã spiritus est, Ioan. 6.
qui viuificat, caro non prodest quidquam) 1. Tim. 6.
de carne minimè curat, nisi quatenus ad transigendam vitam necessarium est: amplexans illud consilium Paul. habentes victum, & quibus tegamur, his contenti sumus. At homines carni dediti, ac animales carnis pede omnia peragunt negotia, cum spiritu nec passum dãt, ad spiritualia claudi, ad carnalia agiles ac celeres sunt. Non defatigantur circumeundo plateas, tribunalia, agros, vineas, nauigando maria, currendo, & ad exteras vsque nationes proficiscendo; & si parum à domo sua distet Ecclesia, vbi verbum Dei prædicatur, vel hospitale, vbi pauperes, ac infirmi sunt, ad hoc podagra impeditos habent pedes. Ad carnalia ferreos pedes, quicunq; lassantur, ad spiritualia lancos, qui statim deficiunt, habent. Qui ergo in hanc nobilissimam filiorum Dei generationem intrant pugiles, ac strenui bellatores oportet quòd sint.

Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius. Iudas confessionem sonat, quæ alia laudis est, alia peccatorum, vtramq; assumat seruus Dei. Confiteatur Deo illi gratias referendo, quod victor ex tot prælijs suo opportuno adiutorio euaserit, confiteatur etiam peccata sua, cùm opus fuerit, & ad hoc

hoc assumat etiam fratres Iudæ, hoc est, comites veræ confessionis, nempè quòd sit integra, simplex, lachrymosa, &c.

Iudas autem genuit Phares, & Zaran de Thamar. Phares diuisionẽ significat, Zaran oriens, Thamar amaritudinem. Nam vera cõfessio generat diuisionem à vitijs, & ortum virtutũ de Thamar, id est, amaritudine
Ansel. pœnitentiæ, vt hic docet B. Ansel. Sed Zaran, qui dicitur oriens, funiculũ coccineum habet ligatum in manu: quoniam, vt omnia hæc mysteria sint & prosint, à fide sanguinis Christi, in cuius virtute Sacramenta operantur, oriri debent.

Phares autem genuit Esron. Hic Esron iam sub onere Aegypti gemebat: quia super viros gementes signatur thau, id est, Crux
Ezech. 9. Christi, & vocẽ turturis habet sponsa, quæ gemitum habet pro cantu: Nam sub hac corporis sarcina gemũt Sancti, cùm videãt se propter eius opera à sacrificijs Dñi impediri, & in colligendis palleis lateribusq; coquẽdis occupari. Nam necessitates huius vitæ plures sunt, ac terrenæ, & nihil habẽt ponderis, vt palleę impediunt nihilominus animam, nè ad terram properet promissio-
Rom. 7. nis. Hinc illa vox Pauli, quasi sub onere gemẽtis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis? Non dicit absulutè de corpore, sed de corpore mortis huius, id est, mortali, & corruptibili: nã sic onus est ani-
Sapien. 9. mæ, secũdum illud Sapientis: Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Nam quia in resurectione corpora, nec erũt corruptibilia, nec mortalia; non erunt animæ oneri, sed potiùs eorum consortio delectabitur. Esron autem interpretatur sagitta. Nam postquàm aliquis diuisus est à vitijs, & secularibus debet effici sagitta, vt in alijs vitia prædicando puniat, & corda hominum amore Dei pungat. Esron autem genuit Aram, qui interpretatur sublimis: quia per hæc anima ad sublimia ascendit.

Aram autẽ genuit Aminadab. De Aminadab dicũt Hebræi, quod cum esset Dux filiorum Iuda, & mare rubrũ esset diuisum, in exitu Israël de Aegypto, nec auderent alij transire videntes aquas à dextris, & à sinistris: ipse primus assumpto vexillo tribus Iuda, in quo erat insigne leonis (quia
Gene. 49. eum Iacob leonem dixerat, in benedictione qua benedixit ei) assumpto (inquã) vexillo, tanquàm fortis signifer primus mare siccum ingressus est, quem postea cæteræ tribus intrepidè subsequutæ sunt, quare ex consensu totius populi Ducatus ad eum translatus est. Generatio filiorum Dei fide aucta, spe nutrita, charitate firmata, obedientia prompta, seipsam immolare solita, confessione mundata à vitijs, & pessimis concupiscentijs, separata assumpto vexillo Crucis, intrepidè per mare rubrum viam inueniens transit: vt ad terram promissam properet, à cæterisq; timorem transeundi longè repellat. Nam cum reliqua, quæ diximus transegerint, ad martyrium intrepidè properãt, & per rubeas aquas sui proprij sanguinis ab Aegypto, id est, mundo: hoc ad cœlum transitum faciunt. Nam vt inuenirentur illæsi in aquis validis, terra apparuit arida, & in mari rubro via sine impedimento. Quare Aminadab spontaneus populus interpretatur: quoniam Martyres spontè & intrepidè, seipsos ad mortem obtulerunt, quod & Beata Lucia, cùm torqueretur à Præsule sic dicit: Ego per tres annos non cessaui sacrificare Deo quidquid habui, modò quia nihil superest me ipsam offero, faciat quod voluerit de hostia sua.

Post transitum maris rubri *Aminadab genuit Naasson.* Nam post luctum sequitur exultatio, secundum illud: Beati qui nunc fletis, quia ridebitis, & quia filij Dei
Hebr. 11. etiam in deserto generant. Nam diuisi à
Esai. 43. seculo nequam in solitudinibus errantes,
Psal. 62. in montibus, & speluncis, & in cauernis
D. Hier. terræ magnos pœnitentiæ fructus gignebant, iuxta illud vaticinium Esaiæ. 43. Ponam in deserto viam, & in inuio flumina, tàm gratiarum, quàm lachrymarum: & Dauid aiebat: In terra deserta, inuia, & inaquosa, sic in Sancto apparui tibi. Quare Diuus Hieronymus narrat se cognouisse in deserto Aegypti viginti mille cellas Eremitarum. Vide quot generationes in deserto producunt augurantes (id enim significat Naasson) promissionis terram optimam filijs Dei præparatam. Ingressi autem promissionis terram. *Salmon*
Iosue. 2. *genuit Booz de Raab, & Booz Oberh ex Ruth:* vbi vides dilatationem seminis sancti in exteras nationes: quia ipsæ commixtæ sunt semini sancto. Raab enim habitauit in medio filiorum Israël, & pependit funiculum coccineum ad fenestram domus suæ, id est, credidit in Christum crucifixum, & Ruth dixit: Deus tuus Deus meus, & adimpleta est promissio, quæ facta est primo huius sancti seminis Patri, nempè Abraham. Futurus est Abrahã in gentem

Gene. 18. robustissimã. Et id quod Paul. docet Ephe.
Ephes. 2. 2. Vos qui eratis longè, facti estis propè.

Obeth autem genuit Iese: quod significat incendium. Semper enim in incendio diuini amoris proficit sancta generatio: vt de
Sap. 4. ea dicatur: O quàm pulchra est casta generatio cum charitate: *Iese autem genuit Dauid Regem.* Sic progrediendo in vitam hanc, ac generationem spiritualem, tandem euades in Regem, non solùm quia in futura vita coronaberis, verùm & in præsenti eris compos tui, atque in Regno tuo, hoc est, in te ipso tu dominaberis non caro tua, eritque spiritus rex non caro, anima non corpus, hoc est enim Regem esse. Se-
Prouer. 16 cundùm illud Prouerb. 16. Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore vrbium, Dauid autem Rex manufortis interpretatur, qui & leonem, & vrsum, & gigantes interfecit. Sic tu facies, si carnem tuam necaueris, cum vitijs & concupiscentijs. Sic enim facies
Rom. 6. quod Paul. Rom. 6. docet: Vt non regnet peccatum in tuo mortali corpore: Non dixit, vt non sit, sed non regnet. Impossibile quippè est omnia peccata venialia cauere: possibile tamen est nè peccatum regnet, id est, nè fomes peccati, quæ passim peccatum in Scriptura appellatur, tyrannidem exerceat contra spiritum, velitque vsurpare sibi animæ Regnum, & coronam, ac sceptrum eius tollere, & colaphis eam cedere, vt faciebat amica illius Regis,
3. Esdr. 4. quam depinxit Zorobabel. De quo consule (si placet) commentarios nostros, quos super Psal. 118. edidimus, tract. 5. fol. 185. Vide etiam hunc Regem Dauid peccantem, & tamen à peccato resipiscentem: quoniam si imitatus eum fuisti peccantem, imitari debes & pœnitentem, eritq; filius tuus sapiens, sicut fuit Salomon Regis Dauid filius, si carni dominaberis tuæ. Nisi posteà in stultitiam degeneraueris, iterum filium gignẽdo Roboan, qui stultitia gentibus dicetur, sequendo iuniorum consilium, hoc est, carnis tuæ, quæ tecum in delitijs nutrita est, eius consilijs crudelibus acquiescendo, & eius prudentiæ innitendo, quæ, secundum D. Paul. stultitia est apud Deũ. Et aduerte, quòd in hoc
1. Cor. 3. Roboan cœpit Regnum Iuda in duo diuidi; alterum Israël, quod possederunt Idolatræ; alterum Iuda, in quo habitauerunt vnius veri Dei cultores, licet aliqui maximi peccatores. Nam etiam generatio filiorum Dei diuisa est in hæreticos, & fideles: quoniam hæretici ex hac sancta generatione, nẽpè ex Catholicis exierunt, secundum illud
1. Ioan. 2. Ioan. Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis. Quare omnes Reges Israël pessimi fuerunt peccatores, ex Iuda autem aliqui fuerunt iusti, licet nonnulli peccatores. Quoniam ex hæreticis nullus bonus, sed omnes detestabiles, & pessimi sunt: ex Catholicis fidelibus, tamen etiam si multi peccatores sint, & mali, nonnulli iustitiam colunt. Ex his autem est Christus secundum spiritum: quoniam semper Christus in Ecclesia Catholicorum est. Tamen diuiso Regno vterq; populus, tàm Iuda, quàm Israël captiuus ductus est, ille in perpetuum, hic ad tẽpus: hæretici quippè in sempiternum pereunt, at Catholici sæpè cùm fidem habeant, quæ radix est Christiani ædificij resipiscentes à peccatis, in pristinã dignitatem redeunt. Vnde & post transmigrationem Babylonis, nunc recẽsentur generationes. Quoniã electi fideles, etiam si aliquando transmigrẽt in montẽ, sicut passer,
Ioãn. 8. atq; à gratia ad peccatũ descisciãt, quod est miserabilis seruitus (quia qui facit peccatũ seruus est, ac mancipium peccati, quã captiuitatem plorauit Esai, dicens: Propterea
Esai. 5. captiuus ductus est populus meus, quia nõ habuit scientiam) tamen si electi sunt tandem resipiscent, & iterũ gignent, id est, bonis operibus incumbent, veluti Dauid post peccatum, quod commisit cum Bethsabe, in quo genuit filiũ, qui & mortuus est. Post pœnitentiam genuit Salomonẽ, qui dictus est amabilis Dño: quoniam & si opera, quæ facit peccator, dum est in mortali mortua sint, nec viuificari possint; sed post pœnitentiã potest opera meritoria, & quæ Deo placeant operari. Sic ergo per has quadraginta duas generationes (quæ significatæ sunt in quadraginta duabus mãsionibus, in quibus manserũt filij Israël per desertum) perueniens tandem ad Christũ filium Mariæ, qui est, & author, & consummator, & principiũ, & finis huius generationis, per quem ascendes ad Deum, vbi & in æternam hæreditatẽ, simul cum Christo & omnibus filijs Dei, in sempiternum recipiaris. Nunc ad literam reuertamur.

Omnes itaq; generationes ab Abrahã vsq; ad Dauid generationes quatuordecim, & à Dauid vsq; ad trãsmigrationẽ Babylonis generationes quatuordecim: & à trãsmigratione Babylonis vsq; ad Christũ generationes quatuordecim

Sumam

Sumam eorum omnium, quos in genealogia posuit Saluatoris, in tres redigit Euangelista quaterdenas, quæ diuersis modis sumi possunt. Primùm quidẽ coniunctim sumendo, videlicet pro capite secundæ quaterdenæ illum, qui in prima est infimus, itidẽ pro initio tertiæ sumendo eum, in quo secunda desinit, atq; ita non nisi ad Ioseph extendetur tertia quaterna, & Iechonias tantùm filius constituitur omisso patre Ioakim. Ordo autem iste talis erit.

Ordo primæ tessaradecadis.

Abraham, Isaac, Iacob, Iudas, Phares, Esron, Aram, Aminadab, Naasson, Salmon, Obeth, Booz, Iese, Dauid.

Ordo secundæ tessaradecadis.

Dauid, Salomon, Roboan, Abia, Asa, Iosaphat, Ioran, Ozias, Ioatan, Achaz, Ezechias, Manasses, Amon, Iosias.

Ordo tertiæ tessaradecadis.

Iosias, Iechonias, Salathiel, Zorobabel, Abiud, Eliachim, Azor. Sadoch, Achim, Eliud, Eleazar, Mathan, Iacob, Ioseph.

Hic vide tres quaterdenas sic ad inuicem coniunctas, vt finis præcedentis initiũ sit sequentis, atq; huic computationi satis ipsa textus verba videntur fauere, in quibus dicitur, vsque ad Dauid quatuordecim, & à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis quatuordecim. Dum eim in priori dicit, vsq; ad Dauid, & iterum in posteriori à Dauid; videtur finẽ prioris initium constituere posterioris. Alio modo asignari poterunt hæ quaterdenæ diuisse, vt finis prioris nõ ponatur posterioris initiũ, atq; hoc modo tertiæ quaterdenæ erit vltimus Christus, & sub Iechoniæ nomine duos oportebit intelligere; patrem priori loco, in posteriori filium, atque sic vltimus primæ tessaradecadis erit Dauid: primus secundæ Salomon, & vltimus Ioakim: sed primus tertiæ erit Iechonias filius eius: vltimus autem
D. Hier. Christus, & hæc est verior. Nam D. Hieronymus super primum capud Danielis indubitanter asserit, aliũ fuisse istum Iechoniam tertiæ quaterdenæ à priori, & per generationes hic intellige personas genitas: quarum prima, scilicet, Abraham non numeratur, vt genita. Vnde sensus est, quòd omnes personæ secundum singulas generationes ab Abraham vsq; ad Dauid sunt quatuordecim, & similiter à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis, nempè vsque ad Ioachim filium Iosiæ sunt quatuordecim, & à transmigratione, hoc est, à Iechonia, siue Ioachim nepote Iosiæ, vsq; ad Christũ inclusiuè sunt etiam quatuordecim, & sic omnia consonant: & in hos tres ordines hãc seriem generationis Christi diuisit Matthæus, vt Regiam dignitatẽ segregaret à reliquis, quippè quæ media est inter has tres quaterdenas. Igitur ab Abrahã vsq; ad principium Regni Dauid fluxerunt anni. 942. A Regno autẽ Dauid, vsque ad transmigrationẽ Babylonis anni 484. ab hac vsque ad Christum. 596. *Christi autem generatio sic erat.* Quasi diceret, (ait Ansel.) cæteræ generationes sunt ex D. Ans. concupiscentia carnis, sed generatio Christi fuit diuersa ab illis, quæ fuit tantùm de Spiritu Sancto. *Christi autem generatio sic* D. Hier. *erat.* Hieronym. Thom. 4. de vera circuncisione sic ait. Hic est liber ille scriptus Apoc. 5. intus & foris, secretus & publicus, apertus & opertus, paginis superioribus videndus, interioribus non videndus, quia incomprehensibilis est. Intus scriptus cùm Propheta dicat, generationem eius quis enarrabit? Esai. 53. Foris, cùm Euangelista dicit, liber generationis Iesu Christi: Intus, cùm ait Psalmista: Eructauit cor meum verbum bonum. Psal. 44. Foris, cùm ait Euangelista: Ecce Virgo concipiet, &c. Intus, cùm dicit Ioannes: In principio erat Verbum. Foris, Ioan. 1. cùm ait Matthæ. Christi autem generatio sic erat.

Cùm esset desponsata Mater Iesu Maria Ioseph. Nullus hominum tale habuit suæ natiuitatis exordium. Salomon ditissimus, potentissimus, atque sapientissimus Rex, hæc de sua (tametsi tantus Rex) generatione sic profert: Sum quidem, & ego mortalis homo similis omnibus, & ex genere Sap. 7. terreno illius, qui primus formatus est, & in ventre matris figuratus sum caro, decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine ex semine hominis, & delectatione somni conueniente: nemo enim ex Regibus aliud habuit natiuitatis initium. Christi autẽ nostri generatio sic erat. Cùm esset desponsata, &c. Quid mihi narras mirã aliquarum rerum generationem. Corallum enim in profundo maris, è rupibus sensim emergit, & suas radices & ramos habet, etiam si tandem ad rupis duritiem accedat. Sed & noua quædam de plantarum creatione referunt, qui earum describunt naturam. At talis generatio, nec visa,

nec audita eſt aliquando. Cùm eſſet deſponſata, & c. Hæc ſunt mirabilia, quæ homo olim cõcupierat fieri, cùm dicebat: Innoua ſigna, immuta mirabilia: & ecce in re reſponſum quod Dominus dedit, dicens: Nouum faciet Dominus ſuper terram fœmina circundabit virum. Hoc eſt, ipſa ſola fœmina, ſine viri adiutorio virum hunc mirabilem, in ſuo circundabit vtero. Fœminam dicit, abſq; mentione viri: quoniam ipſa ſola abſque viro cooperante Spiritu Sancto concepit, & peperit talem virum. Vnde Leo Martyr, ſermone. 10. de Natiuitate ſic ait: Agnoſcendum ſanè dilectiſsimi, & toto corde' conſitendum, quòd hæc generatio, qua & Verbum & caro, id eſt, Deus & homo, vnus Dei filius, vnuſque Chriſtus efficitur ſuprà omnem originem humanæ creationis excellit. Nec enim aut Adæ de limo terræ formatio, aut Euæ de viri carne plaſmatio, aut cæterorum hominum de vtriuſque ſexus permixtione conditio Ieſu Chriſti poteſt ortui comparari. Genuit Abraham ſenex diuinæ promiſsionis hæredem, & tranſgreſſa fœcunditatis annos ſterilis Sara concepit. Iacob dilectus eſt à Deo antè quàm natus, & præueniente gratia voluntarias actiones, ab Hiſpida congeniti fratris aſperitate diſcretus eſt. Malach. 1. Roman. 9. Hierem. cap. 1. dicitur: Priùs quàm te formarem in vtero noui te, & antequàm exires de vulua ſanctificaui te. Anna diù fœcunditatis aliena Samuelem Prophetam, quem Deo offerret enixa eſt: vt & partu clara eſſet & voto. Zacharias Sacerdos de Eliſabeth ſterili ſanctam prolem cœpit, & præcurſor Chriſti futurus Ioannes ſpiritum Propheticum intra viſcera matris acceperat, & nondùm æditus puer genitricem Domini ſigno clauſæ exultationis oſtenderat. Magna hæc omnia, & diuinorum operum ſunt plena miraculis, ſed hoc ipſo immoderatiùs ſtupenda, quò plura. Natiuitas enim Domini noſtri Ieſu Chriſti omnem intelligentiam ſuperat, & cuncta exempla tranſcẽdit, nec poteſt vlli eſſe comparabilis, quæ eſt inter omnes ſingularis deſcripta. Igitur conſuetà, ac naturali generatione Patrum, nunc noua, ac ſupernaturalis Chriſti generatio deſcribitur: *Chriſti autem generatio ſic erat.* Tanquàm dicat: Prædicti ſolito modo generati ſunt, per ſeminis deciſionem; Chriſti autem generatio ſingulari modo, ac ordine facta eſt. Vnde Petrus Chrylogolus ſermone. 146. ait: Non dixit generatio ſic facta eſt, ſed ſic erat: quia Chriſti generatio erat apud Patrem, quando generabatur ex Matre. Quod erat ſemper erat, quod factum eſt hoc reddebatur. Erat Deus reddebatur homo, ex vtero nos ſuſcipit ille, qui nos plaſmauerat ex luto. Salientem in montibus, tranſilientem colles videt eum ſponſa (ait Diuus Bernard. ſermone. 1. de Aduentu) quoniam per Patriarchas, Reges, ac Duces deſcendens, tanquàm tranſiliens omnes, atque tranſcendens ad vterum vſque Virginis veniens, ibi hac mirabili generatione ſe abſcondit.

Eccleſ. 36. Hierc. 31. Leo mart. Geneſ. 21. & 22. Malac. 1. Roman. 9. Hierc. 1. 1. Reg. 1. Luc. 1. P. Chrylo. Can. 2. D. Bern.

Cùm eſſet (inquit) *deſponſata Mater Ieſu Maria Ioſeph inuenta eſt in vtero de ſpiritu Sancto habens.* Studioſorum gratia aliqua priùs inueſtiganda ſunt, quàm ad literam accedamus: & primò quæritur cuius ætatis Beata Virgo fuerit, cùm Mater Dei effecta eſt. Circa quod ſunt duæ opiniones. Prima eſt vulgatiſsima, nempè Beatam Virginem fuiſſe. 14. annorum. 6. menſium &. 18. dierum. Toſtatus quæſt. 91. in. 2. caput. Matth. huic ætati addit annum vnum. Dicit enim veriſimilius videri Beatam Virginem fuiſſe. 15. annorum. Sed vt hoc intelligatur ſciendum primò eſt parentes Beatæ Virginis fuiſſe Annam, & Ioachim, hunc ex tribu Iuda illam ex tribu Leui, vel ſecundum alios Iuda. Hi diuina reuelatione ab Angelo factã ad Ioachim, qui in deſerto paſcebat greges coniuncti ſunt, votoque ſe obſtrinxerunt, ſi prolem habuiſſent eam ſe oblaturos Deo imitantes aliam Annam Prophetæ Samuelis matrem. Hanc traditionem reperit Damaſcen. 4. de Fide. cap. 15. & Epiphani. libro. 1. contra hæreſes. cap. 78. & 79. & apud Nizephorum Clodius diſcipulus Beati Petri. Parentes autem eius memores voti quod vouerant, cùm Beata Puella eſſet ablactata, & eſſet trium annorum eam in templo obtulerunt, vt diuinis laudibus vacaret. De hac oblatione meminit Gregor. Nizenus in homil. de Humana Chriſti generatione. Damaſcen. lib. 4. & apud Nizephorum Euodius Metaphraſtes, in oratione de ortu & educatione Beatæ Virginis. Erat autem locus deputatus virginibus in templo, inter altare & templum. Hoc tradit Orig. tract. 26. in Matth. & Cyrillus. Alex. lib. contra Anzo-

Dubiũ. 1. Toſtatus. Damaſc. Epiphani. Greg. Niz. Orig. Cyril.

Anzotromorphitas. c. 15. Theophilactus in cap. 23. Matth. & Ambroſ. 2. de Virginitate. Quod etiam colligitur ex illo Exod. 38. vbi legitur Moyſem feciſſe labrum æneũ cum baſi ſuo, ex ſpeculis mulierum, quæ excubabant ad oſtium tabernaculi. De quo etiam fit mentio in. 2. libro Mãchabæorum, & Lucæ. 2. legitur de Anna, quòd nunquàm diſcedebat de templo. Igitur Beata Virgo manſit in templum vſq; ad quatuordecim annum, & deinde per manus Sacerdotum data eſt in vxorem Ioſeph, & quarto mẽſe poſt deſponſationem cum illo venit Angelus Gabriel ad eam, & Mater Dei facta eſt, & hoc tradunt ſuprà dicti Doctores, & quòd menſe Nouembri deſponſata fuit Ioſeph. Secunda opinio eſt Caiet. ſuper primum caput Lucæ, eſt ſingularis, & quæ certè mihi magis placet, in qua ait ſibi videri Beatam Virginem fuiſſe tunc ad minimum. 20. vel. 24. annorum. Cuius fundamentum eſt hoc. Veriſſimile eſt Beatam Virginem nõ fuiſſe traditam marito, niſi in ætate matura, atq; ad matrimonium apta, hæc autẽ vt minimum debet eſſe completum tempus augmenti. Nam tempus totum augmenti eſt indiuiduo neceſſarium, natura autem non tribuit ſpeciei, niſi ſuperfluum indiuiduí, nõ quòd illi neceſſarium eſt. Vnde docent Philoſophi tunc eſſe aptum aliquem ad generationem, cùm eſt perfectus, quando expletur tempus augmenti, quod in fœminis eſt ad minimum anno. 19. Verùm ad edendos partus opus eſt habere firma latera, vt & fœtus capere poſsit, & faciliùs effundere, quod fit quartoſeptenario, id eſt, expleto vigeſimoquarto anno. Plato etiam. 4. de Repub. precipit, non dandas virgines nuptui ante vigeſimum annum: eò quòd ante illam ætatem, non adeò aptæ ſint ad generationem. Et Ariſtot. 7. Politic. cap. 16. docet, non eſſe dandas virgines viris ante. 18. annum. Cùm ergo Chriſtus homo, ea, quæ ſunt perfectiora in natura, quam aſſumpſit etiam elegit; credendum eſt in fœmina integra, atq; matura, & apta ad generationem voluiſſe concipi, ac generari.

Theophil. Ambroſ. Exod. 38. Luc. 2. Caiet. Reſolutio dubij. Plato. Ariſtot.

Secundò quæritur, cuius ætatis fuerit Ioſeph cùm ei tradita eſt Beata Virgo. Epiphanius contra hæreſes cap. 31. & 78. ait fuiſſe pene decrepitum octoginta annorum, & forte ſenior, & poſtquàm Beatam Virginem duxit ait vixiſſe. 12. annos, & mortuum eſſe anno. 92. Sed quidam Georgius Cedunus in compendio hiſtoriarum ait fuiſſe octogenarium, cùm duxit Beatam Virginem, ſed poſtea vixiſſe. 30. annos. Chryſoſt. homil. 5. in Matth. ait, Ioſephum vixiſſe vſque ad tempus Paſsionis, atque ideò Chriſtum Matrem Ioan. Euangeliſtæ commendaſſe, vt oſtenderet Ioſephum tantùm fuiſſe cuſtodem Virginis, qua cuſtodia iam grandeua non indigebat. Ambroſ. in. 1. & 13. cap. Lucæ hoc innuit. Sed dico primò, id quod compertum eſt in Euangel. Lucæ, hoc eſt, Ioſeph vixiſſe duodecim annos poſt acceptã Virginem: quia cùm Chriſtus duodecim annorum remanſit in tẽplo, ipſe, & B. Virgo ipſum dolentes quærebant, vt patet Lucæ. 2. vltrà tamen quandiù vixerit non ſcitur: quia nulla amplius de eo fit mentio in Euangelio. At tamen vulgaris opinio, quòd fuerit ſenex mihi non probatur. Primò, quia regulariter, nec octogenarij ducunt vxores, nec generare poſſunt, quod eſſet occaſio maxima data Iudæis, vt Chriſtum dicerent ſpurium, & ex adulterio natum: cùm omnes exiſtimarent illum eſſe filium Ioſeph, & ſic non obuiaretur per tale coniugium huic ſcandalo, cùm tamen hæc fuerit ratio, quare decuit Virginem eſſe deponſatam, vt ſtatim videbimus. Et licet proditum ſit Catonem exacto. 80. anno genuiſſe filium, & Maſaniſſam Regem annos natos. 86. accepiſſe etiam filios; tamen quia id rarò contingit non ſatis eſſe ad tollendam ſuſpicionem, ex Iudæorum malitia procedentem. Prætereà parentes Beatæ Virginis, non traderent eam viro tàm grandeuo, de quo dubitari poterat, quòd non poſsit generare, nec per eum ſuæ poteſtati prouidere valerent, quinimò nec pudori Virginis ſatisfuiſſet prouiſum, vt diximus, videntes iuuenculam pregnantem, & tamen virum exactæ ætatis habentem. Poſtremò Ioſeph traditus eſt Beatæ Virgini, in eius ſolatium, atque adiutorium, vt eſſet ei adiuuamen, ad nutriendum filium, ad ſolatium, ad perferendos itineris labores, eundo, & redeundo in Aegyptum, & ab Aegypto, ad ſuſtinendam paupertatem, reliquaque peragenda negotia, quæ pudoratæ mulieres, nec poſſent facere, nec deceret, vt facerent: hæc autem homo tàm prouectæ ætatis preſtare non valeret, quinpotiùs vice verſa ipſe indigeret ſponſæ ſuæ adiutorio, atque miniſterio, & cura.

Dubiũ. 2. Epiphan. Chryſoſt. Ambroſ. Reſolutio ſecũdi dubij. Luc. 2.

Quapropter ego credo illum fuiſſe ætatis maturæ, & aptæ ad matrimonium, illã autem vulgarem opinionem increbruiſſe propter authoritatẽ Epiphanij. Sed q̃ non tot annos poſt Chriſtum natum vixerit, quod aſſerũt alij etiam mihi veriſimile apparet, ex eo quod Matth.13. & Marc.6. dicitur, q̃ audientes turbæ eius mirabilẽ doctrinam, ac ſapientiam, dicebant: Nonnè hic eſt faber? Nonnè mater eius, & fratres, & ſorores apud nos ſunt? Nullam autem mentionem faciebant de patre, cùm hoc dicebant, ex quo coniectari poteſt ipſum tunc non fuiſſe ſuperſtitem: alioquin ſicut dicebant matrem eius, fratres, ac ſorores, apud eos eſſe, dixiſſent etiam de Patre.

Matth.13. Marc.6.

Dubiũ.3. Tertiò quæritur, cuius cõditionis fuerit Ioſeph. Et ex Euangelio clarè colligimus fuiſſe fabrũ, vt ex teſtimonijs modò citatis patet. Tamen, quia (faber) tã Græcè, quàm Latinè eſt nomẽ genericum ad omnes artes, quas dicunt mechanicas, ideò opinandi relictus eſt locus, cuiuſnam artis fuerit faber. Diuus Hilar. Can.14. in Matth. tradit fuiſſe fabrum ferrariũ, cui cõſonat Beda ſuper.c.6. Marci: quoniam faber ferrarius tribus vtitur ad ſuam artẽ, nempè aqua, igne, ac aëre: Chriſtus Dominus venit, vt emoliret ferrea hominũ corda, atq; vſus eſt aqua Baptiſmi, igne amoris, ac ipſo Spiritu Sancto, qui flatu ſuo diuino calefaceret aquas. Hæc tamen ſententia non placet D. Tho. ſuper.c.13. Matth. D. Aug. ſer.1. de Natiuitate, tradit Ioſephũ fuiſſe fabrum cemmentarium, & non ſine magno myſterio: vt qui ſecundum diuinam generationẽ filius erat eius, qui ex nihilo mundũ fabricauerat, ſecundum generationem humanam æſtimaretur filius fabri cemmentarij, maximè qui tam pulchram domũ fundaſſet, qualis eſt Eccleſia. At verò magis placet D. Thomæ id, quod communiter tenetur, nimirùm Ioſephum fuiſſe fabrum lignarium, cui opinioni antiquæ figuræ maximè fauent, quæ ſolẽt eſſe antiquitatis memoriale, in quibus tanquàm faber lignarius depictus apparet. Et dicunt Chriſtum Dominum, ideò dictum à Iudæis fabrum: quoniam adiuuabat patrem in hoc opere, & iuga & aratra faciebat, vt qui ad proſcindenda corda, & imponẽdum ſanctiſsimũ iugũ ſuæ legis ſuperceruices hominum venerat; priùs ea veluti in figura fabricaret, & qui in ligno Crucis tot tantaq; opera fabricare venerat, rectè faber lignarius diceretur.

Hilarius. Beda. D. Thom. D. Aug. Resolutio dubij tertij. D. Thom.

Quarta maioris põderis quæſtio eſt hęc. An Ioſeph vnam tantùm coniugẽ habuerit Beatam Virginem, & an Virgo ad eius nuptias venerit. Vetus eſt opinio à plurimis ſcriptoribus, & glorioſiſsimis probata Ioſephum fuiſſe bigamum, & antè coniugium Beatæ Virginis aliam vxorem habuiſſe, ex qua ſuſcepit filios. Huius ſententiæ eſt Nizephorus lib.2. Eccleſ. hiſtoriæ. imò & laudat eius authorẽ Hyppolitum Martyrem, à quo proditũ eſt Ioſephum à priore vxore habuiſſe quatuor filios, Iacobum fratrem Domini, Iudam, Simonem, & Ioſeph: duas item filias, Heſther, & Thamar. Similia ſcribit Epiphanius contra hæreſes cap.51. & 78. & Hilar. Can.1. in Matth. & Euſeb. 2. hiſtor. Eccleſ. cap.1. & Ambr. de Inſtitut. Virgini. c.6. & author Comment. in epiſt. ad Galat. cap.1. Præ. et eos eſt Carimenius, & Caiet. in.1.c. epiſtolę ad Gala. Euthimi, in.1.cap. Math. Theophil. in. 13.c. Matth. & 19. Ioan. Vbi non ſolùm probat hanc ſententiam, ſed addit Ioſeph habuiſſe fratrem Clopam, ſiuè Cleopham, quo ſine liberis defuncto Ioſeph, ſecundum legem Moyſis duxit vxorẽ eius, & ſuſcepit dictos filios. Hæc opinio præter antiquitatẽ habet tot Doctorum authoritatem. Accedit ratio nam in Euangelio reperimus, quoſdã dici fratres Domini, apud Matth.12. & .13. cap. & apud Marc. cap.6. apud Luc. Act.1. apud Ioan. cap.2. & apud Paul. ad Galat.1. Si ergo fratres habuit, cùm ex alio eſſe non poſsint eius fratres, niſi ex Ioſeph, ergo ipſius Ioſeph erant filij. Hanc ſententiam inaluerunt ſequi antiqui Patres, quàm conſentire cum impio Heluidio, & alijs, qui dicebant intemeratam Virginem alios habuiſſe filios. Diuus Hierony. & Beda contrariæ ſententiæ ſunt, quorum ille dicit ſuper.12. cap. Matth. eſſe deliramẽtum aprocriphorũ: & Beda ait ſententiam hanc eſſe ortam ex corde hæreticorum, & Arrianorum. Et certè ego ita credo horum ſententiam ſaltim eſſe falſam, & ex ipſo Euãgelio manifeſtè probo. Nam iſti dicũt Iacobum, Simonem, Iudam, & Ioſeph fuiſſe filios Ioſephi, ex alia vxore, ſed ipſemet Marc.c.15. ait fuiſſe filios cuiuſdam Mariæ, quæ tempore Paſsionis ſtabat iuxtà Crucẽ Domini cum alijs, ergo viuebat mater iſtorum cum Beata Virgine, ergo Ioſeph habuiſſet duas vxores ſimul Beatam Virginem, & aliam. Quòd certè non eſt veroſimile, ergo non erant filij Ioſeph. Quare eſt aliorum ſententiæ

Dubiũ.4. Nizeph. Epiphan. Euſeb. Ambroſ. Hilar. Euthim. Theoph. Carimen. Caiet. Matt. 12. & .13. Marc.6. Ioan.2. Et Act.2. Galat.1. D. Hier. Beda. Marc.15. Resolutio quarti dubij.

ſententia Sanctum Ioſeph vnicam Beatam Virginem habuiſſe vxorẽ, & Virgo venit ad eius nuptias, atq; Virgo ſimul cum ea permanſit. Hanc habuit Hieronym. contra Heluid. quia Ioſeph ante coniugium Virginis nullam habuit vxorem: quia nec ex Euangelio, nec ex hiſtoria probata habetur: ergo Virgo venit ad nuptias Virginis, & virgo permanſit. Niſi vellis dicere illum in adulterium, & fornicationẽ prolapſum, quòd de tanto viro nephas eſt affirmare. Accedit authoritas Auguſt. ſer.14. de Natiuitate, vbi ait; Mariam, & Ioſeph virgines fuiſſe, idem Beda in cap.2. Ioan. Rupertus in.1.cap. Matth. & probat ex Cant. Quia dilectus paſcitur inter lilia, *Fue el niño Ieſus criado entre dos flores.* Idem tradit Hugo de Sancto Victore, de coniugio Virginis. D. Thom. in.1. cap. ad Galat. hac ratione, quia ſi Dominus noſter Ieſus Chriſtus Matrem ſuam iam proiectæ ætatis noluit commendare, niſi Virgini nẽpè Ioanni, quantò credebilius eſt eam puellam non commendaſſe, niſi Sancto ac Virgini? Et hæc opinio eſt pijſsima, & tenenda, & ad argumentum, quod Chriſtus dicitur habuiſſe fratres dupliciter à Patribus reſpondetur. Quidam dicunt fratres fuiſſe Domini: quia filij fuere ſororis Beatæ Virginis. Aiunt enim Beatam Annam tres habuiſſe viros, ex primis nuptijs genuiſſe Beatam Virginem, ex ſecũdis genuiſſe Mariam Salome vxorem Zebedei, matrẽ Iacobi, & Ioannis Euãgeliſtæ, ex tertijs nuptijs peperiſſe Mariam Cleophe vxorẽ Alphei, quæ fuit mater Iacobi minoris Iudæ, Simonis, & Ioſeph. Cui opinioni videtur fauere Hieronymus ſuper.28.c. Matth. & in lib. contra Heluid. & Beda ſuper.15.c. Marc. & Iſid. lib. de ortu, obitu, & vita Sanctorũ. Dicunt enim hi Patres Mariam Iacobi fuiſſe ſororẽ B. Virginis. Hæc tamen ſententia non eſt habenda pro certa: quoniam Theophil. & Euthim. ſuper.c. Ioannis dicũt, quòd Beata Virgo fuit vnigenita ſuorũ parentum, nec alios habuiſſe fratres, aut ſorores. Præterea Nizeph. lib.1. hiſtor. cap.6. & colligitur ex quadã Homil. quę aſcribitur Euſebio, & ex Epiphanio contra hęreſes. c.79. dicit, quòd Parentes B. Virginis vixerunt vſq; ad ſenectutem ſine prole, & poſt quaſi per miraculum acceperunt B. Virginem, & vixit Ioachim duodecim annos poſt eius ortũ, & mortuus eſt octogenarius, & Anna cum peperit B. Virginẽ erat ſexagenaria, quomodò ergo potuit poſt ad ſecundas, & tertias tranſire nuptias. Et tertiò, quoniam apud Hebr. nulla erat lex, quæ cogeret, vel hortaretur ad ſecundas, & tertias nuptias, imò in pretio habebat mulier, quæ vni viro tantùm adhæſiſſet, quo mortuo in continẽtia permanſiſſet, vt patet de Iudith, & de Anna Prophetiſa filia Phamelis, de qua Luc. 2. fit mentio. Vndè tertiò dicitur Ioſephũ habuiſſe germanũ fratrem nomine Cleophani, huius vxor ſoror appellatur B. Virginis, & filij eius vocantur fratres Domini, erant enim ſecundum hominũ extimationem cõſobrini Chriſti, & Scriptura omnes deſcendentes ex eadẽ ſtirpe fratres vocat, vt omnes filij Iſraël fratres vocantur. Huius ſententiæ eſt Euſebius. 3. hiſtoriæ Eccleſ. quod confirmat authoritate Egeſippi, ad quod accedit teſtimonium Epiphanij contra hæreſes. cap. 78. & Theoph. ſuper.19. cap. Ioan. & illa Maria Cleophe eſt, quæ vocatur ſoror B. Virginis. Poſſet etiam dici, q̃ licet B. Virgo non habuit ſorores: tamen Anna habuit ſorores. Hyppolitus enim Martyr referẽte Nizephoro lib.2.c.3. tradit fuiſſe tres ſorores germanas; nẽpè Anna, quæ genuit B. Virginem; ſecũda Maria, quæ genuit Salome; tertia Sobam, quæ genuit Elizabeth: & iſti, qui dicuntur fratres Domini erant conſobrini B. Virginis.

Hierony. Auguſt. Beda. Rupertus. Can.2.& 6. Hugo. D. Thom. Hierony. Beda. Iſidorus. Theophil. Euthim. Nezeph. Iudith.15. Luc.2. Euſebius. Epiphani. Theophil.

Tandem quæritur, an inter Mariam, & Ioſeph fuerit verum matrimonium: & reſpondetur. Et ſi multi Patres tenuerint partem negatiuam, vt Hilar. in Matth. Cyrill. Hieronymus. Matth.1. Epiphanius contra hęreſes cap.78. Theophil. Matth.1. tamen ſine dubio verum fuit & legitimum inter vtroſq; coniugium, vt docet D. Auguſt. de conſenſu Euangeliſtarũ, cap.1. & ferè omnes Theologi poſt Magiſtrum in.4. diſtin. 30. D. Thom. 3.p. q.29. Nam in Euangelio Ioſeph dicitur vir Mariæ, & Maria coniux Ioſeph: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Pro quo breuiter eſt notandũ, quòd matrimonium tripliciter conſideratur, & inchoatum per verba de futuro, quod dicitur ſponſalia. Secundò perfectum quoad ſubſtantiam, quando contrahitur matrimonium per verba de præſenti. Tertiò eſt matrimonium conſummatum, & dicitur perfectum quoad actum ſecundũ, & hoc matrimonium habet iunctam copulam carnalem. Matrimonium Beatæ Virginis cum Ioſeph fuit verũ primo & ſecundo modo, non tertio, & Beata

Dubiũ.5. Resolutio dubij. D. Aug. M. sentẽ. Verũ matrimoniũ fuit inter Mariam, & Ioſeph.

Virgo consensit absolutè in copulā coniugalem, in carnalē tamen conditionaliter, si id Deo placeret, cui perpetuā virginitatem vouerat: nam in omnibus instruebat eam Spiritus Sanctus, cuius erat templum. Imò
D. Aug. vt addit August. vbi suprà, præter substantiam matrimonij fuerunt etiam alia accidentia, scilicet, perpetua cohabitatio, mutua officia, quibus sibi inuicem deseruiunt coniuges. Fuerunt etiam tria bona matrimonij, nimirùm Proles, Fides, & Sacramentum: quia non fuit diuortium factum inter eos. Et his distinctionibus conciliantur illi Patres, quos suprà citauimus. Scito tamen, & pro certo habe, quòd quando Beata Virgo nupsit Ioseph, sequuta Spiritus Sancti afflatum commisit se diuinæ prouidentiæ, certò sciens, nec ex petitione debiti ex parte sua, nec ex parte Ioseph se habituram aliquando commertium viri. Id
Luc. 1. enim voluit dicere Lucæ, 1. ad Angelum, virum non cognosco, id est, quomodo fiet istud, vt ego concipiam: quoniam firmo proposito statui abstinere à congressu viri, & scio, quòd ex parte viri mei hæc voluntas nunquàm violabitur. Secundò scito, q̃ eximia & peculiaris fuit prouidentia Dei in conseruanda puritate Virginis Mariæ, & ista prouidentia explicata fuit ab An-
Luc. 1. gelo, Lucæ. 1. cùm dixit: Dominus tecum. Ita consuetum est in sacris literis, vt prouidentia Dei asistens rebus humanis, & quæ exoptatur, vt asistat explicetur hoc modo
Iud. 6. loquendi. Iud. 6. dicitur Gedeoni Dom-
Ruth. 2. nus tecum virorum fortissime. Et Ruth. 2. dicit Booz messoribus suis: Dominus vobiscum.

Cùm ergo esset desponsata Mater Iesu Maria Ioseph. Plures ad hoc rationes adduci solēt, an conueniens fuerit Christū ex Virgine desponsata nasci, quas videre licebit apud
D. Thom. D. Thom. 3. part. quæst. 29. art. 1. Primò ex parte ipsius Christi, nè ab infidelibus, tanquàm illegitimus abijceretur. Secundò, vt consueto modo eius genealogia per virum describeretur. Tertiò ad tutelam eius, nè diabolus contra eum vehementiùs nocumenta procurasset. Quartò, vt à Ioseph nutriretur: quare pater eius, hoc est, nutritius dictus est. Ex parte Virginis etiam decuit. Primò, nè lapidaretur quasi adultera. Secundò, vt ab infamia liberaretur. Tertiò, vt ei à Ioseph ministerium exhiberetur. Ex parte nostra id etiam conuenientissimum fuit, vt ab ipsomet marito haberemus tantę puritatis testimoniū. Secundò, quia per hoc magis credibilia redduntur verba Matris suam virginitatē asserentis. Tertiò, vt tolleretur excussatio virginibus, qui propter suam incautelam non vitant infamiam, vt
dicit Ambro. Ambros. Quartò, quia Beata Virgo, & fuit despōsata & Virgo: vt in eius persona, & virginitas simul, & matrimoniū honorarētur. Sed præter has optimas rationes accipito alias. Prima, nè matrimonium, quod ipse Christus vnū ex septem Sacramentis facere volebat, careret optimo, ac excellentissimo fructu, qualis fuit Iesus; sed vt hoc fructu maximè decoraretur matrimonium, eximioque honore afficeretur. Nam licet non est conceptus ex vsu talis matrimonij, sed ex Spiritu Sancto; tamen quoniam durante tali legitimo matrimonio, Christus non ex alieno viro, sed ex propria coniuge ipsius Ioseph natus est, inter fructus illius castissimi matrimonij computatur, ac proindè ipsum matrimonium in summam euectum est celsitudinē. Alia ratio est Ignatij Ignatius.
Martyris, atq; Anselmi, vt partus eius dia- Anselm.
bolo celaretur: Videns enim ex muliere coniugata nasci Christum, non aduertit an integra, vel corrupta mansisset. Ac sicut
1. Reg. 16. 1. Reg. 16. quadam figura occultare voluit Dñs vnctionem Dauid, nè Sauli innotesceret. Nam cùm præcepisset Samueli, vt impleret cornu oleo, & in Bethleē pergeret ad vngendū Dauid, & ipse responderet quomodo vadā, audiet enim Saul, & interficiet me, ait illi Dñs: Vitulum de armēto tolles in manu tua, & dices: Ad immolandum Dño veni, vt hac veluti simulatione occulta esset vnctio Dauid in Regem. Sic cùm misit Dñs Christum suum in vterum Virginis, vbi eius sacratissima humanitas vncta est oleo lætitiæ præ consortibus suis, vt diabolo talis partus, ac conceptus celaretur eam voluit esse desponsatā Ioseph: quatenùs diabolus videns eam cum viro simul habitare Dei Sacramentū nō intelligeret. Quod & potuit fieri. Quoniam diabolus nō ad omnia aduertit, & videns eos coniunctos in matrimonio nulla illi suspicio oriri poterat, q̃ Virgo conciperet, aut pareret. Et licet experire poterat claustra pudoris clausa permanere, nō tamen ad id attendit, cū id sibi non appareret necessarium considerare. Itaq; ex eius inaduertētia, hoc ab eius notitia fugit mysterium. Præterea nō omnia, quæ diabolus facere potest, permittit Deus, vt exequatur: aliàs totus mundus non posset

posset eū ferre, cū non sit potestas in terra quę cōparetur ei, sed frequēter impeditur à Deo per vim sanctorum Angelorum, ne faciat omne quod vult, aut facere potest, secūdum illud Iob, qui dissipat cogitationes impiorum, ne possint implere manus eorū quod cæperant. Postremò ab ipsa mysteriorum celsitudine obrutus est, ne ea videre aut intelligere posset. Quid enim poterat cogitando indagare, cùm & videret virum & vxorem cohabitantes simul, fœminam coniugatam prægnantem parere, filiū nutrire ac secum habere. Etiam si sua subtilitate eius carnem integram esse intellexisset, à qua tamen causa id prouēniret omnino ignorasse certum est: cùm & effectus & causa supernaturalia fuerint, atq; sine Dei reuelatione nulla creatura pertingere
Psal. 18. valuit. Vnde Psal. 18. dicitur. In sole posuit tabernaculum suum. Quia sicut Sol nimio splendore suo reuerberat oculos intuentium; ita fulgor mirabilium huius natiuitatis reuerberat intellectum nè capere
Similes. posset. Inter ipsos radios super naturalis luminis ac diuini hæc mysteria celebrata sunt, atq; oculi omnium creaturarum, nec respicere valent, nec attendere: protinus enim ab ipsis splendoribus superantur, atq; recutiunt multò validius, quàm oculi nocte à radijs Solis. Imo & Angeli ipsi oculos suos suis alis tegunt confitentes; quod notitia eorum, quà celeriter super omnia volant, ad Dei cernenda sacramenta cœca
Eccl. 11. est operta quæ sunt ab eis, & longè ab oculis eorum. Vndè Eccles. 11. dicitur: Quomodò ignoras, quæ sit via spiritus, & qua ratione compungantur ossa in ventre prægnantis; sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium. Nesciuit diabolus quæ esset via Spiritus sancti segregantis, & congregantis, & conuertentis, & formantis spiritus in beata Virgine, & qua ratione membra Christi compingerentur, & simul animarentur, & vnirentur cum deitate. Nam
Esai. 24. omnia hæc clauso ostio facta sunt, ille minimè videre potuit cùm Dominus Esai. 24. dixerit. Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Idest, secretum in matris pudore, & secretum in filij incarnatione. Et-
Thob. 2. enim sacramētum Regis abscondere bonū
Chrysost. est, vt dicitur Thob. 12. Alia ratio est secun-
Ioann. 3. dum D. Chrysosto. quoniam fideles sumus filij Ecclesiæ, quæ quidem sponsa est Christi, secundum illud testimonium quòd dedit Ioan. de illo dicens: Qui habet sponsam sponsus est. Et Oseæ. 2. Sponsabo te mihi in Osee. 2.
fidem. Et Apocal. 19. Date gloriam Deo: Apoc. 19.
quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se, & eadem quæ hic dicitur
vxor appellatur sponsa cap. 21. Igitur ne fi- Apoc. 21
lij adoptiui qui sumus nos aliquid amplius, vel melius in nostra regeneratione, aut natiuitate haberemus, quam filius naturalis; si nos ex sponsata nasceremur: & ille non: ideo etiam (vt per omnia similis fratribus esset) ex matre desponsata nasci voluit, ad cuius similitudinem nostra etiam deberet
esse natiuitas. Deniq; vt doceret nos, non moralitas
posse Christum nasci in anima orbata viro. Vir & sponsus animæ Christus est, secundum illud Paul. despondi vos vni viro Vir- 2. Cor. 11.
ginem castam exhibere Christo, vir autem dicitur à virore Christus autem est, qui virorem ac vigorem nostris animabus per suā gratiam confert. Igitur anima quæ hoc viro orbata fuerit, nec concipere, nec parere optimos fœtus poterit, nec in se habere filium Dei, nec opera quæ illum referant,
facere iuxta illud quod ipse dixit Ioann. Si- Ioan. 15.
ne me nihil potestis facere. Mollis & effœminata est anima, quæ non habet hunc virum, nempè Christum in se, carnisq; fragilitati potius obnoxia quā Deo. Id autē
volebat Pharao, vt viri interirent, fœminæ Exod. 1.
viuerent, sic Demon hunc virum vult perire, & suffocari in nostris animabus, qui & spiritui robur conferebat, & animæ tenebat imperium, vt carni fragili vsurpante sceptrū fragilia omnia, ac debilia opera no- Esai. 3.
stra, ac nullius roboris sint, & adimpleatur in nobis maledictio illa cōtra AEgyptum: Mulieres dominabuntur eis.

Cùm esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph. Mater Iesu Maria, ò inefabilis Marię Maria celsitudo.
celsitudo, quæ mater Iesu appellari meruit sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam nescio; quia quem cœli capere non poterant tuo gremio contulisti, vt excellentiam Christi super omnes Angelos ostenderet Paul. ad Hebræos. 1. ait.
Cui enim dixit aliquando Angelorum, fi- Hebr. 1.
lius meus es tu, ego hodie genui te? Cui etiā creaturarum, vel stellarum, vel Angelorū, vel quorumcumq; cœlicolarū, aut terrigenarum vnquam dixit Deus, Mater mea es tu, ego hodie elegi te? Et tamen de hac fœlicissima fœmina dicit hodie Euangelista. Cùm esset desponsata mater Iesu Maria. Meritò ergo exaltata est sancta Deigenitrix super choros Angelorum. Tu enim es

fortis illa mulier, quã procul quærebat Salomon, & tamen in ſuo genere adinuenit.
Prouer.13. Cùm dicebat Prou.31. Mulierem fortẽ quis inueniet? Procul & deultimis finib⁹ pretiũ eius. Finis & extrema Deus ſunt, & homo, & tamẽ ſi duo fines, hæc duo tanto interuallo inter ſe diſtantia extrema, in vtero Virginis in vnum reperiuntur coadunata ſuppoſitum. Quare ex iſtis finibus pretium Virginis æſtimandum eſt ſi enim per eam Deum & hominem reperimus, quorũ primo nihil altius in cœlo, ſecundo nihil maius in terra, quo digno pretio æſtimãda tãta fœmina erit. Attingit enim à fine vſq;
Sapien.8. ad finem fortiter. Hęc duo in ſuo vtero attigit extrema, & in vnam eocuntia perſonã in ſe ipſa recepit.

Mater Ieſu Mariã. Poſt dulciſsimum nomẽ Ieſu (de quo ſtatim dicturi ſumus, quod
Mariano men excel ſum. eſt nomen ſuper omne nomen) nullũ aliud nomen dultius, gratioſius, vtilius, ac deuotius nominari poteſt, quam Maria. Maria luminare, ac Stella dicitur, Stellam dicto illam quæ oritura erat ex Iacob: ſignifi-
Num.24. cat etiam mare amarum, & in lingua ſiriaca Dominam. Mundi luminare Maria eſt,
Maria mari compa ratur. ac maris, orbis huius polus, ad quem reſpicientes nautę ad portum ſecuritatis appellunt. Vndè Eccleſia hoc nomine frequentiſsimè eam ſalutat, cùm dicit: Aue maris ſtella. Amarum etiã mare dicitur: quoniã amaritudine repleta eſt, cùm dilectiſsimũ filiũ ſuum in cruce pendentem vidit. Tũc enim cum vſuris exegit ab ea natura gemitus ac dolores, quos in partu negauerat, & quia tunc ab illis eã preſeruauit Deus; nũc natura exigit, vt ſeptuplum reddat. Quare multò maior fuit dolor, quẽ tunc iuxta crucem pertulit, quàm omnes parturiẽtis dolores, vndè verè mare amaritudinis dicitur:
Simile. Mare mediterraneũ ex reddundãtia aquarum maris Occeani adimpletur: tot enim congregantur aquæ in Occeano, vt ex ſuperabũdantia earum aliud mare fiat. Occeanũ dolorum Chriſtus fuit in cruce, vbi tot congregatæ ſunt aquæ, ideſt, tot genera tormentorũ, iniuriarũ ac dolorũ in corpore, tot cauſæ mœroris in anima; vt magnũ mare tribulationum videretur, ità vt ipſe
Pſal. 68. clamaret ad Patrem, Pſalm.68. ac diceret: Saluum me fac Deus: quoniam intrauerũt aquæ vſq; ad animam meam veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me. At ſuperabundantia harum aquarum, hoc eſt tribulationem & dolorum in mare Mediterraneum, ideſt, in cor Virginis redundarunt, ibiq; aliud mare mœroris, ac doloris fecerunt. Omnes quippè dolores filij in cor Virginis reſonabant, atque in cruce Chriſti vnum erat corpus, ſed duæ animæ, nempè corpus ſolius Chriſti, ac anima eius, & anima Matris eius. Tunc enim verè ad-
Luc.2. impletum eſt vaticinium Simeonis, cùm ad Virginem ſanctam dixit: Tuam ipſius animam pertranſibit gladius. Quid gladio crucis penetrantius? Qui & Chriſti corpus, & animam Virginis pariter ſcindebat ac vulnerabat. Pertranſiuit autem gladius vſq; ad crucem, vt dicitur, *Metiole la eſpada haſta la cruz.* Cor enim Virginis confixum erat in cruce, & crux ipſa configebat viſcera eius, vndè dicere poterat id
Ruth.1. quod Nohemi Mater eius dixerat ad Betheleemitides mulieres. Non vocetis me Nohemi, ideſt, pulchram, ſed euocate memaram, ideſt, amaram, quia amaritudine valdè repleuit me Dominus. Et ad animas tranſeuntes iuxta crucem videtur dicere
Thren.1. illud Thren.1. O vos omnes qui tranſitis, per viam attendite, & videte, ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus. Eſt etiam Domina
Beata Maria Regina cœlorũ eſt mundi, cœlorum Regina, quam videntes
Cant.6. filiæ Syon vernantem in floribus roſarum, & lilijs conuallium beatiſsimam prædicauerunt, & Reginæ & concubinæ laudauerunt eam. Reginæ ac Dominæ, eam tanquàm ſupremam omnium venerabantur reginam, omnibus imperantem vt Domina. Igitur ſi te circumfuſum peccatorum tenebris perſpexeris, ad hoc luminare magnum eleua oculos, & in credibili lucè perfunderis, qua profligatis tenebris quid actu-
Beata Maria inuocanda. rus ſis videas. Si tempeſtas ingruerit tentationumque procellas ſuper te inſurgere ſenſeris, ad hunc reſpice polum ſtellamq; maris in voca, & ecce omnia placata tibi videbis. Si iam iam te obrui à carnis illecebris videris, quæ velut tumentes fluctus te ſuffocare nituntur, in hoc amaritudinis mare te ablue, eius dolores in memoriam reuoca, & iam te mundum inuenies. Deniq; ſi præualere inimicos ſenſeris, teque iam victum iri timueris; eleua mentis oculos ad hanc omnium Dominam ac Reginam, & illa præcipiente confuſus inimicus recedet.

Mater Ieſu Maria Ioſeph. Ioſeph augmen
Ioſeph. tũ interpretatur, ſicut Iacob benedicens filio ſuo Ioſeph dixit filius accreſcẽs Ioſeph filius accreſcẽs, *Hijo crecido, q̃ ſiẽpre yua en au-*
Gene.49 *mento.*

mento. In illo quippè Mariæ & Ioſeph ma-
Ioann. 1. trimonio naſciturus erat ille, qui in cremẽta ac plenitudinem gratiarum nobis protulit, ſecundum illud Ioann.1. Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis, & de plenitudine eius omnes accepimus. Qui & in altero Ioſeph tãquã in typo preſiguratus fuit, qui fuit filius Patriarchæ Iacob, vir omni ſapientia, decore ac prudentia præditus, qui tempore famis horrea frumenti ſeruabat, quo mũdus famelicus aleretur. Sic & viro huic noſtro Ioſeph in cuſtodiam traditus eſt venter ille, in quo tanquam in camera quadam ſeruatum eſt granum illud frumenti, quo mundus alendus erat tempore quò ſpiritualis fames vniuerſam terrã premebat, atq; eo ſaturarẽtur animæ, pinguefcerent ſpiritus, alerentur corpora, deniq; vniuerſis noſtris indigentijs ſubueni-
Gene. 39. retur. Imò plus illi creditum fuit, quã primo. Nam vt ipſe Dominæ ſuæ impudicè illum allicienti reſpondit: Vniuerſa quæ in domo Domini ſui erant ſibi tradita fuiſſe præter vxorem eius; huic tamen noſtro Ioſeph, & mater & ſponſa ſui veri Domini ſibi tradita, atq; cõmiſſa eſt, quod vt ſtatim videbimus, maximè virtutis indicium fuit. Ipſe enim fuit cuſtos optimi theſauri; ac pretioſiſsimæ margaritæ. Illum iure optimo dicimus Deum in plus habere, cui maiora ac pretioſiora dona credidit, ſicut & apud Reges terræ illum crediimus in maiori eſſe pretio, cui & maiora committuntur munera. Volẽs Paul. oſtendere nobis excellentiam Iſraëlitici populi, ſuper cæteras
Rom.3. gentes, quæ tunc in mundo degebant ſic ait: Quid ergo amplius Iudæo eſt, aut quæ vtilitas circuncíſionis? Multum per omnẽ modum. Primũ, quia credita ſunt illis elo-
quia Dei. Quid maius quam credere illis
Rom.9. Deus promiſsiones ac verba ſua? Et rurſum cap. 9. Optabam ego ipſe, ait, anathema eſſe pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem, qui ſunt Iſraëlitæ, quorum adoptio eſt filiorum, & gloria, & teſtamentũ, & legiſlatio, & obſequium, & promiſſa, ex quibus eſt Chriſtus ſecundũ carnem, qui eſt Deus ſuper omnia benedictus. Quoniam Iſraëlitæ tanti erant apud Deũ volebant ego pro illis meipſum ſacrificium offerre, atq; ſicut hoſtia, quæ olim diuis mactabatur, ſegregabatur ab alijs; ſic & me ſeparatum tamquam holocauſtum volebã. In hoc autem oſtendam vobis, quanti ſunt apud Deum Iſraëlitæ. Illis enim credidit Deus & gloriam ſuam, & filiorum adoptionem, & legem ſuam, & teſtamentum, & ceremonias, quibus ipſum colere deberent, deniq; vnigenitum filium ſuum ex eorum progenie carnem accipere voluit. Si ergo ex hoc colligis eorum apud Deum pretiũ, vide quid huic ſancto viro Ioſeph crediderit Deus. Non promiſſa ſed promiſſum, nõ legem ſed legiſlatorem, non arcam teſtamenti ſed illam in qua ipſe teſtator nouem latuit menſes, non futurorum vmbram ſed ipſam rerum veritatem. Vide quod margaritum eius confidentiæ crediderit. Cùm eſſet (inquit) deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph. Mater illi credita eſt. At quæ Mater? ait Origenes. Mater immaculata, Mater intacta, Mater incorrupta, Mater ma- Origenes.
tris dolorem neſciens. Mater immaculata: quoniam immaculati agni Mater eſſe debebat, de qua & ſcriptum erat: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Mater intacta, cuius virgineum pudorem nunquam aliquis læſit. Quæ enim peperit florem de radice Ieſſe, circumſepta floribus oportebat vt eſſet & diceret ſponſus: Lectulus noſter floridus. Vndè & ad eam dicit Eccleſia: In prole Mater, & in partu Virgo, gaude interiùs, & lætare exteriùs Virgo Mater Dñi. Mater incorrupta: quia virgo poſt partum, Mater matris dolorem neſciens: nã mutauit nomẽ AEue, in aue: Vndè Eccleſia: Sumẽs illud aue, &c. mutãs nomen AEue, in nomine AEue: eſt, ve, aue, ideſt, ſine ve: cætere mulieres filiæ AEue, cum ve, & gemitu parturiunt filios; at beata Virgo ſine ve, ſine gemitu, ſine dolore ſuum infantulum Ieſum edidit. Vndè Eſai.35. Germinans germinauit, & exultauit lætabunda, & gaudens, *Pario floreciendo.* Cum flore ipſa germina protulit, ac Eſai.35.
ideò ſine ve, ac dolore, Iſaac, ideſt, riſum, cum riſu & gaudio peperit: & ideò exultauit lætabunda & gaudens. Non Benoni, ideſt, filium doloris vocauit filium ſuũ: quia nullum dolorem in pariendo pertulit, nec gemitum edidit; ſed Beniamin, ideſt, filiũ dexterę: quia proſperè fortiter talis partus ſucceſsit. Talis ergo fuit mater, cuius erat Ioſeph ſponſus. Inuiolata, intacta, & caſta es Maria. Quæ es effecta fulgida cœli porta. At cuius fuit Mater, talis Mater Ieſu, ideſt, Saluatoris, qui debebat ſaluum facere populum à peccatis eorum. Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus? iuxta illud Proph. Ego Deus qui deleo iniquitates Eſai. 43.
tuas,

tuas. Ergo ſi mater talis Saluatoris erat, Mater Dei erat. Mater illius, qui in cœlo Deum patrem habet, & in terra Virginẽ Matrem. Ecce quæ Mater illi credita eſt.

Figura. Dedit Iacob filio ſuo Ioſeph partem vnam
Genc. 48 extra fratres ſuos, quam tulerat de manu Amorrei, in gladio, & arcu ſuo, hæc autẽ pars fuit ager ille vbi erat fons Iacob, cui inſidens Dominus mulierem Samaritanã conuertit, vt dicitur Ioan. 4. In hoc etiam noſter Ioſeph inter cæteros viros ſingulariter ditatus eſt: quoniã illi datus eſt fons ille ſignatus, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de lybano. Aquæ mundæ, ex mundiſsimo fonte manentes, vbi Samaritana, & cæteri peccatores ſalutem inueniunt, vbi enim debet eſſe filius, niſi propè Matrem? vbi aqua, niſi iuxtà fontẽ? vbi debet reperiri flos, niſi in horto. Ad Matrem accede inuenies filium. Ad fontẽ reperies aquam: nam tibi dicitur; Omnes ſitientes venite ad aquas. Ad hunc hortũ propera, & inuenies florem, quam tulit de
Eſai. 55. manu Amorrei Iacob, in gladio & in arcu ſuo: quoniam Deus ſua omnipotentia, qua omnia poteſt ipſam Matrem ſuam à peccati, atq; corruptionis legibus immunẽ reddidit, ne iuxtà conſuetudinem aliarum pareret mulierum. Rectè ergo filius accreſcẽs
Genc. 49. dicitur iſte Ioſeph, filius accreſcens, cùm adeò auctꝰ atq; meliratꝰ fuerit à Deo, cui tanta Mater credita fuit. Ideò filiæ diſcurrerunt per murum, vt de alio Ioſeph dicitur, quòd mulieres ſuper feneſtras ac muros ſe erigebant, vt eius ſaltẽ aſpicere poſſent pulchritudinem. Ità & nos, vt intueamur mirabilia, in hoc viro facta diſcurrere poſſumus. Imò & cum Moyſe, qui videbat ardentem rubum, nec tamen combuſtum;
Exod. 3. dicere. Vadam & videbo viſionem hanc
Figura. Ioſeph fuit virgo magnam, quare non comburatur rubus. Quod ſit maritus puellamq; ſibi deſponſatam habeat, in eadem domo cohabitantẽ ſibi, & tamen quod virgo vterq; ſit, nec flamma illum concupiſcentiæ tangat, ſtupenda res dignaq; ſpectaculo apparet. Vadam & videbo viſionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. Cur ergò non comburitur rubus? Quoniam vt ipſe Moyſes Ioſeph benedicens dixit. Benedictio eius, qui apparuit in rubo deſcendit ſuper caput Ioſeph, ideſt, ipſe filius Dei, qui in vtero Virginis tanquam in rubo apparuit (faciẽs etiam mirabile hoc vt Mater heret, nec tamen ardore concupiſcentiæ combuſta, & Virgo, & Mater extiterit, ità vt de ea poſſet Eccleſia canere ac dicere: Rubum quem viderat Moyſes incombuſtũ conſeruatam agnouimus tuam laudabilem virginitatem) ipſe etiam faceret hãc ipſam benedictionem, ad Ioſeph deſcendere; vt *Eſai. 5.*
& maritus eſſet, & Virgo. Quoniam ſi ad vaſa Domini deferenda iubebantur mundari ſacerdotes, cùm ad eos clamabat Dominus dicens: Mundamini, qui fertis vaſa Domini, quæ mundicies ad hoc puriſsimũ vas perferendum oportebat, vt eſſet in Ioſeph, cũ Virginis vterus vrna illa aurea eſſet, in qua illud dulciſsimum Mannà teruabatur? rectè ergo accreſcens Ioſeph dicitur, cùm talis Matris ſponſus ac maritus extiterit. Sed iterum etiam accreſcens dicitur: quoniam tanti filij pater meruit appellari, ac verè nutritius ac pedagogus eius fuit, & ſi non pater natura, officio tamen, *Similes.*
ac nomine fuit. Cùm quis alicuius magni Principis eligitur in pedagogum, quot curę trahuntur, quot examinationes fiunt, vt talis ſit qualis ad tantum munus oportet, vt ſit. Si ergo vt hominem & filium corruptibilis hominis in cuſtodiam accipiat talis debet eſſe, quanto magis, vt tali officio fungeretur cũ filio Dei? Imò vt pater eius *Ioſeph, pater Chriſti fuit appellatus.*
diceretur. Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te; dixit beata Virgo ad filiũ ſuũ. Pater tuus & ego inquit. Ego vera Mater tua, & meus vir, qui & ſi pater tuus naturalis non eſt; eſt tamen pater tuus officio, *Luc. 2.*
amore, ac fama. Quotiens Ioſeph puerum Ieſum Filium appellabat? Quotiens & puer Ieſus eum etiam Patrem nuncupauit? videte qualem charitatẽ dedit nobis pater (ait Ioan.) vt filij Dei nominemur & ſimus. Vi- *1. Ioan. 3.*
dete qualem dedit huic viro Ioſeph; vt Pater Dei diceretur: & cura atq; officio eſſet, vt oſtenderet Rex magnus Aſſuerus, quãti fecerit ſeruum ſuum Amã, ſic ſcripſit de *Heſter. 16*
eo ad populos, Tantam in ſe expertus eſt benignitatem, vt Pater noſter vocaretur, & adoraretur ab omnibus poſt Regem ſecundus: hanc expertus eſt in ſe Ioſeph, vt Pater Chriſti diceretur, vt ab omnibus poſt Reginam, ideſt, poſt matrem Virginem, tanquam alter Pater Chriſti veneraretur. Accipiat eum in vlnas ſuas, ſanctiſsima oſculabatur ora, lachrymulas nõnunquam detergebat, in cunabulis inclinabat, atq; ibi ſuis blanditijs dormire faciebat, nutricis ac gerulæ officium multoties exercens, cùm ſanctiſsima ponſa ſua alijs neceſsita-

ceſsitatibus domus vacabat: nec enim familiam ſeruulorum, aut ancillarum habebant, ſed vt pauperes ac egeni, vel ſoli erant, vel ſola vna ancillula præ egeſtate vteban-
Ruth. 4. tur. Quemamodum & Nohemi cùm accepit Obeth ex Ruth eum accepit in ſinum ſuum, & nutricis ac gerulæ fungebatur officio. Sic cum Chriſto Ioſeph; ita vt poſsit
Oſcæ. 11. dicere illud Prophetæ & ego quaſi nutritius Ephraim portabat eũ in brachijs meis ſemel accepit eum Symeon in vlnas ſuas, & tanto eſt affectus gaudio, vt benedicens
Luc. 2. Deum diceret: Nunc dimittis ſeruum tuũ Domine, ſecundùm verbum tuum in pace. Quid Ioſeph diceret? Quæ gaudia in cor eius aſcendebant, cùm crebrò Chriſtum in
Luc. 3. ſuis proprijs brachijs cernebat? Magna Ioann. Baptiſtæ dignitas, quòd pro Chriſto habitus eſt; magna Ioſeph excellentia, quòd pro Patre Chriſti reputatus eſt. Ecce quiſnam fuerit iſte Ioſeph beatæ Virginis ſponſus.

Cùm eſſet (inquit) *deſponſata Mater Ieſu Maria Ioſeph antequam conuenirent.* Iſtæ dic-
D. Hiero. tiones (antequam) ſiue (priuſquam) vt eleganter diſſerit D. Hierony. tom. 2. in Apologia aduerſus Heluidium negantem perpetuam virginitatem Mariæ, non deſignant ſemper euentum rei ſubſequentis, quæ explicatur in particula annexa dictioni (antequam) ſed ſignificat illud quidem exiſtimari, vt faciendum illud (inquam) quod cõtinetur in particula annexa dictioni (antequam). Itaq; ſicut cùm dicimus antequam in portu pranderem nauigaui, volo quidẽ dicere, quod non pranſi, nec manducaui; non tamen quod poſt nauigationem comederim. Sic in propoſito, cùm Euangeliſta dicit: Maria inuenta eſt habens in vtero de Spiritu ſancto, antequam vir eius & ipſa conuenirent, hoc eſt, haberent commercium maritale, vult dicere: Maria extitit grauida, non interueniente hoc commercio. An verò poſteà illud commercium extiterit nihil dicit: Sed nec neceſſarium eſt, quod exiſtat ad veritatem illius aſſertionis, ſatis eſt quod ſecundùm legem coniugum commercium illud tunc æſtimabatur futurum. Itaq; ſenſus eſt: Cum ſecundum conſuetudinem coniugum deberent conuenire, quaſi præuenta eſt à Spiritu ſancto, qui
D. Hiero. eam grauidam facit. Eſt aliud exemplum in D. Hieron. Si diceres: Heluidius antequam pœniteret mortuus eſt, non intelligitur quod poſt mortem pœnituerit, vel ſecũdo dic: hunc eſſe modum loquendi, ac ſi di-
ceres: Iudex antequam cauſam cognoſce- *Simile.*
ret protulit ſententiam, ideſt, dicere non cognita cauſa protulit ſententiam, ideſt, cũ ante cauſam cognoſcere debuiſſet non fecit, ſed abſq; cognitione cauſæ condemnauit. Similiter antequam conuenirent inuẽta eſt in vtero habens, ideſt, abſq; eo quod conuenirent, ſed cum ſecundum conſuetudinem naturæ deberent prius conuenire non id fecerunt, ſed abſq; tali commercio inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto. More Græco eleganti pro hoc quod nos dicimus eſſe grauidã, & pro eo quod etiã Latinè eleganter dicitur geſtare vterum, pro hoc quod eſt grauidã eſſe, & participiũ habens pro infinitiuo ſumitur; ideſt, habere in vtero. Ne autẽ quis turbaretur, quod audierit ipſam eſſe grauidã adiecit, de Spiritu ſancto. Nec tamen hæc oratio coniungi poteſt, cum toto illo præcedenti, inuenta eſt habens in vtero. Nam Ioſeph qui eã reperit grauidam, non intellexit quod eſſet de Spiritu ſancto, ſed poſtea reuelatum eſt ei ab Angelo. Sed debet tantum coniungi cum participio habens, inuenta eſt habens in vtero, & poſt modum Euangeliſta quaſi ſe ipſum explicans adiecit, habens (in quã) de Spiritu ſancto, non ex viro. Obſerua modum loquendi Euangeliſtæ. Inuenta eſt inquit, &c. Etenim de rebus inſolitis, & quæ maxima fœlicitate obueniunt ſolemus dicere, quod inueniũtur, vt eſt illud Matt. *Matth. 13.*
13. Simile eſt Regnum cœlorum theſauro abſcondito, quem qui inuenit homo abſcõdit, &c. Similiter Ioſeph ignorans ſupremam fœlicitatem, quæ illi conceſſa eſt inuenit in vtero ponſæ ſuæ infinitum theſaurum, nempè filium Dei incarnatum. Itaq; *2. Cor. 4.*
poteſt dicere virgo Deipara illud 2. Cor. 4. Habemus theſaurum iſtum, in vaſis fictilibus. Inuenit quidem Adam vxorem ſuã, ſed cum ſerpente colloquentem, imò & ſeductam ab ea. Inuenit Ioſeph coniugẽ ſuã, non cum ſerpente, ſed cũ eo qui venit ſerpentem pellere, non ſeductam, ſed ab Angelo ſalutatam, à Spiritu ſancto illuminatã, de Spiritu ſancto, non ſuſcepto ſemine viri ſicut aliæ fœminæ, ſed ab extrinſeco habẽtem de Spiritu ſancto: non ex virili ſemine ſed miſtico ſpiramine, vidiſti feraces, ac vberes terras aliquas, quæ nullo tacto ſemine, ſed ſolùm radijs ſolis percuſſæ ac cœleſtibus influentijs madefactæ, aurum, argẽtũ, gemmas pretioſiſsimoſq; lapides ferunt? *Simile.*

Talis

Talis mihi vterus Mariæ apparet. Qui nullo ſuſcepto ſemine viri ſolo Spiritus ſancti afflactu, Deum & hominem genuit, illum nempe ad quem collatum aurum arena eſt exigua, & tanquam lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius, qui pretio ſior eſt cunctis opibus nec quidquam deſiderabile ei valet comparari. Quid mirum ſi opus hoc fuit Spiritus ſancti, qui optimus artifex in omnibus rebus eſt? vt ſic dicamus nos de hoc filio Dei eſſe filiũ fabri, nõ blaſphemè, vt Phariſæi dicebant, ſed fideliter profitentes illum filium fabri, qui fabricatus eſt auroram & ſolem, qui & ſciuit & potuit facere hanc carnalem generationem ſimilem illis generationibus, quas Sol operari ſolet. Qui cum cauſa ſit omnium generationum, quæ ſub ſole fiunt, nec tamen illis alteratur, aut inficitur, ſed cum murem, araneam, muſcam liuidosq; ſerpentes generet, nec his maculatur generationibus, nec aliquid claritatis ſuæ aut puritatis amittit. Sic beatiſsima Virgo, verè genuit ac peperit filium ſuum, ita propriè ſuum, ſicut eſt alterius fœminæ filius, quem genuit ac peperit, & tamen nihil eam læſit genitura, ſed purior quam anteà permanſit. Cœlum, ait philoſophus, non patitur peregrinas impreſsiones: Virgo cœlum eſt, ſecundum illud Pſalm. Cœlũ cœli Domino, Virgo ſua puritate cœlum eſt, venter ſuus itidẽ cœlum eſt, in quo nouem menſibus habitauit Deus. Hoc ergo cœlum cœli, ideſt, vterus qui fuit cœlum Dei, & Virginis, quæ etiam ob puritatem fuit cœlum Domino, ideſt, Chriſto paratum, non recipit peregrinas impreſsiones: quia non ex virili ſemine: ſed miſtico ſpiramine, in eo verbum Dei factũ eſt caro, & fructus eius vteri flos fuit non corruptio: vt ſic artificis ſubtiliras in hoc opere nobis innoteſceret: De Appelle & Protogene celeberrimis in arte pingendi artificibus fertur, quod vnus aliũ quærens, cum non inueniſſet illum in domo ſua accepto inſtrumẽto lineam rectam tenuem, ac delicatiſsimam in tabula delineauit dicens ſeruis alterius: Dicite Domino veſtro, quòd qui hanc lineã duxit quæſuit illum. Cùm alter veniens eam vidiſſet alteram lineam delicatiorem per medium prioris duxit, abſq; hoc quod prima deleretur, & dixit ſeruis ſuis: Dicite homini illi, ſi reuerſus fuerit, quod hunc quærit artificem, qui hanc figurauit lineam. Subtiliſsima linea fuit tam puram creare fœminam, vt nec ſcintilla quidem, aut veſtigium aliquod corruptionis, nec leuis vlla culpa in ea vnquam viſa fuerit. At ſubtilior quidem, ac delicatior ſecunda linea fuit Chriſtum in medio vẽtris eius generari, abſq; præiudicio prioris lineæ, ſed manẽte in ſua priori mundicia, Deum verum ac hominẽ concipere: vt de ea canere poſſet Eccleſia ac dicere: Sicut ſidus radium profert virgo filiũ pari forma. Sicut enim ſidus illas lineas, vt radios lucis à ſe emittit, quæ illud ſplendidiùs ac fulgentiùs reddunt; ſic Virginis primam puritatem radius lucis, quæ in vtero eius apparuit ſplẽdidiorem ac clariorem reliquit. Ecce quid inuenta eſt beata Virgo habere in vtero de Spiritu ſancto. Quare quędam mulier deuota audiens concionantem Chriſtum exclamauit voce magna & dixit: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. Beatũ dixit beatæ Mariæ Virginis vterum. Habet enim neſcio quam ſimilitudinẽ cum beatitudine. Beatitudo enim ſtatus eſt, in quo quidquid boni ac perfectionis in rebus creatis eſt, inuenies; ſemotis tamen imperfectionibus, quibus in hac vita hæc bona miſcentur: vt ſi quęris voluptatem in cœlo, inuenies quidẽ, ſed puram abſq; ea fœditate, quam hic habet, reperies honorem, tamen ſine onere, diuitias ſine cura, vitam ſine dolore tamen, aut amittendi timore, hoc beatitudinis ſpecimen vterus Virginis habet. Habet enim id quod bonum ac perfectum eſt in vtero, nempè fœcunditatem ac prolem, abſq; fœditate tamen ac corruptione, quæ in vteris aliarum mulierum contingit. Quod ſi ex fructu arbor agnoſcitur; fructus quidẽ perfectiſsimus eſt, qui vitam dat æternam ſumentibus: vndè ipſa Virgo arbor vitæ in medio paradiſi poſitus eſt. Videntes ergo talem fructum dicamus cũ Elizabeth. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Contemplantes etiam talẽ arborem, qui hunc fructum protulit, nempè Virginis vterum, exclamemus cum hac deuota fœmina, ac dicamus: Beatus venter qui te portauit, vt ſic arborem propter fructum, & fructum propter arborem laudemus, matrem propter talem filium; filium qui talem ſibi præparauit matrem. Nam neſcio quid laudis aut honoris (vt ſupra diximus) filio accreſcit, ex hoc quod tantæ matris ac Virginis filius dicitur. Vndè in quodam hymno in eius laudẽ dicimus Virginis proles. Beatus ergo venter qui talem filium

Sapien. 7. *Prouer. 3.* *Pſal. 73.* *Similę.* *Luc. 11.* *Cur vẽter beatæ Virginis dicatur beatus.* *Aristot.* *Pſal. 113.* *Beata Virgo dicitur dicitur cœlum.* *Similę.* *Luc. 1.*

filium genuit: nam ad modum beatitudinis quidquid boni de vtero ſperatur habuit, abſq; tamen fœditatis corruptione, vt ſic benedicta dicatur inter mulieres. Inter dicit: Quia quaſi medium eſt inter illas. Medium (aiunt Philoſophi) eſt quod participat extrema, vt inter colores, album, & nigrum, ſunt extrema medij: colores ſunt cæteri, pallidum, viridẽ, &c. hi enim ex extremis participant: nec enim omnino alba, nec omnino nigra ſunt, ſed media aliquid ex vtroq; extremo ſumentes. Inter mulieres extrema ſunt Virgines, & coniugatæ, medium beata Virgo. In Virginibus eſt flos, in coniugatis fructus. Eſt ergo beata Virgo velut medium inter vtrumq; extremum, ab vtriſq; participãs quod melius eſt. A Virginibus ſumit flores, à coniugatis fructus, ab illis integritatẽ, ab iſtis fœcunditatẽ accipiens: vt ſic de illa canẽtes dicamus cum Eccleſia: gaudium matris habens, cum virginitatis honore: & ideo nec primam ſimilem viſa eſt, nec habebit ſecundam, & Spiritus ſanctus in Cãticis dicat: Sicut liliũ inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Nam ſicut lilium inter pungentes, & fœtentes ſpinas ſuo candore lucet, ſuaueſq; aſpirans odores fragrat; ſic Deipara Virgo inter ſpinas concupiſcentiæ, quibus cæteræ mulieres in concipiendo punguntur, inter corruptionis fœtores quæ in parturiendo patiũtur, ſicut liliũ ſuę puritatis cãdore ſplẽdet. Cõcepit enim ac peperit illũ, qui cãdor dicitur lucis æternæ, ac integra inter corruptas permanens ſuauiſsimos ſuæ puritatis aſpirat odores, cùm aliæ puerperæ fœtores emittant: eo quod flores eius fructus ſunt honoris & honeſtatis. Et quoniam hæc cura cõmiſſa fuit Spiritui ſancto, qui ventrẽ eius filio Dei præparauit habitaculum, vt hic ait Euangeliſta, ideo in Cant. hanc ſolicitudinem nobis exprimit dicens. Capite nobis vulpes parvulas, quæ de moliũtur vineas; nam vinea noſtra floruit: vinea ſanctiſsima Virgo eſt, ex cuius vtero vitis illa proceſsit cum botro cipri, qui in prælo crucis expreſſus ſuauiſsimum hauſtrum Angelis, ac animabus ſtillauit: vulpeculæ paruulæ fomitis ſtimuli ſunt, ac ſenſualitatis & concupiſcentiæ motus, quæ flores reliquarum mulierum paſcunt: has Spiritus ſanctus iubet in Virgine capi, atq; captiuas teneri; ne flores huius vineæ demoliantur; & ita factum eſt. Nam antequam Virgo conciperet filium Dei ligatum, ac captiuũ tenuit fomitem; ac poſtquam concepit procul ab ea profligatus fuit: nam omnino deletus, atq; ablatus eſt, & ſic nullus eius demolitus eſt flores, ſed inter ſuæ puritatis flores Nazarenum, ideſt, floridum nobis protulit puerum Ieſum. Ergo beatus vẽter, qui talẽ nobis detulit fructum. Fœlix vterus tuus, ò Deipara Virgo certè, & quia locus in quo fuit filius Dei conceptus, folium ac liber, in quo verbum hoc ſcribendũ erat, fuit menſura ad quam ſe colligens verbum Dei æquare debebat, prelum in quo imago illa inuiſibilis Dei maieſtatis ſumere debebat imaginem hominis; thalamus in quo Deus humanæ naturæ in vnitatem perſonæ coniunctus eſt, arca vbi theſaurus ille ſapientiæ & ſcientię Dei ſeruatus fuit, capſula in qua gemma hęc pretioſiſsima incluſa eſt, vrna vbi eſt Manna; regalis domus in qua cœlorum Rex habitauit, cubiculum vbi noſtro indutus eſt habitu, hortus in quo radix Ieſſe plantata eſt: Quis non fœliciſsimum talem vterum proferat. In eo quippè conceptus eſt filius Dei, atq; ideò ab omni macula conſeruatus. En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiũt, ex fortiſsimis Iſraël. Cœleſtium curię Angelorũ cuſtodia ventrem eius circundant, ne vel minima illum contaminare poſsit macula. Et Cant. 7. Venter tuus, ſicut acerbus tritici; vallatus lilijs. Nam ex ſanguineis ac puriſsimis guttulis, quas Virgo in conceptu miniſtrauit acerbus ille membrorum confectus eſt, qui fuit frumentum, quo animæ noſtre nutriri debebant; ſed tamẽ vallatus eſt lilijs ac floribus; totus puritate circundatus, vt nullus locus vacuus à munditia in eo inueniatur, quo ſe poſſet intromittere turpitudo: vndè de eo dicit Filius: Lectulus noſter floridus. Fuit etiam folium illud album, in quo Dei verbum ſcribi debebat, de quo ad Eſai. dictum eſt: Sume tibi librum grandẽ, & ſcribe in eo ſtillo hominis. Strictus fuit vterus Virginis, ſed grandis propter magnitudinem myſterij, quod in eo celebratũ eſt. In hoc autẽ libro calamo, quo homo ſcribere ſolet ſcriptũ eſt, ideſt, quod ibi Deus homo factus eſt: nam quod ibi ſcribitur eſt hoc verbum factũ caro, vt nobiſcum habitet & viuat, atq; inde egreſſus eſt tanquam ſponſus procedẽs de thalamo ſuo, cũ gloria ac maieſtate, quę Patris vnigenitũ decebat: Fuit etiam menſura, ad quam verbum hoc abreuiatum eſt, ſecundum quod Deus per Eſai. prædixerat: Verbum

Cant. 2. *Eccleſ. 24* *Cant. 2.* *Cant. 3.* *Cant. 7.* *Cant. 1.* *Eſai. 8.* *Pſal. 18.* *Iob 1.* *Eſai.*

Verbum abreuiatum faciet Dominus ſuper terram. Debebat enim in vtero Virginis lucerna hæc, tanquam ſub modio abſcondi: vt indè exiens ſuper candela-
Matth.5. brum Eccleſiæ poneretur. Debebat enim ſe commenſurari puerulo, quem ſuſcitaturus erat, velut alter Heliſeus, & ex ina-
4.Reg.4. nire ſe ipſum formam ſerui accipiens, atq; in vtero Virginis, tanquam in lectulo quo Heliſeus ſe colligit ſuper puerum, ſe ipſum admenſuram hominis facere, *Alli ſe hizo al talle del hombre*. Et ibi, habitu inuentus
Ad Ph.2 eſt, vt homo, *Alli tambien ſe viſtio de ſu librea*. Fuit enim cubiculum, vbi noſtro indutus eſt ſacco Regis filius, atque menſura ad quam ſe adæquauit, fuit humilitas Virginis, ſecundum illud: Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Qui enim ſe
Luc.1. metipſum humiliare venerat vſq; ad mortem crucis, humile etiam habituculum ele-
Luc.19. git, & qui in domo Zachæi ingreditur qui erat puſillus ſtatura, in ventre puſillæ Virginis præ humilitate etiam tabernaculum ſibi quærit: quoniam ſtatura ſponſæ aſſimilata eſt palmæ, quæ non multum in altum ſe erigit, licet frondoſa & fructuoſa
Cant.7. ſit. Sic humilis, qui ſe Deo ſubmittit magnos fructus bonorum operum profert. Fuit etiam vterus Virginis prælum, in quo ille
Ad Hebr. 1. qui ſplendor gloriæ Dei, & figura ſubſtantiæ eius noſtram accepit figuram. Præparauit Mater eius ceram, eùm puriſsimum, ac Virgineum ſanguinem protulit, in quo ſigillo noſtræ carnis ſignatus eſt Deus. Vndè ille qui ex vtero Patris, in ſimilitudinem Dei ab æterno procedit, ſecundum
Pſal.109. illud Pſalm. Ex vtero ante Luciferum ge-
Ad Phi.2 nui te: nunc ex vtero Matris in ſimilitudinem hominum factus prodijt: vt quia ipſe hominis imaginem accipit nos viciſsim in Dei imaginem trãsformemur, quę in nobis per peccatum deleta erat. In hoc vtero etiã tanquam in arca theſaurus ille reconditus
Baruch 3. eſt, de quo Baruch. 3. dicitur. Quis inuenit locum eius, aut quis intrauit in theſau-
Prouer. ros illius? & Salomon in Prouer. ait. Theſaurus deſiderabilis requieſcit in corde ſapientis, licet in hac Virgine & in corde, & in ventre requieuit. In qua & reſeruatum eſt margaritum illud ineſtimabile, quod Pater in ſinu eius ſemper ſecum ſeruatum habuit: vt & nos videntes in Virgine hunc theſaurum reconditum, hanc margaritã ſeruatam, demus omnia noſtra, vt eius nobis reconciliemus fauorem. Eſt enim illa Materfamilias, quæ profert de
Luc.13. theſauro ſuo noua, & vetera. Illum nempè, qui ab antiquo Deus erat noua noſtræ carnis natura indutum nobis protulit. Beatus ergo, ò bone Ieſu, venter qui te portauit. Portauit Symeon in vlnas ſuas, portauit & crux in brachijs ſuis, portauit & Maria in vtero ſuo, ſed per crucis brachia ſanguis eius effluebat, Virgo in ventre ſanguinem colligebat, quo caro Chriſti forma-
Cant.7. retur. Beata etiam vbera quæ ſuxiſti. Beata vbera quæ lactauerunt Dominum: quia non de terra, ſed de cœlo plena erant. Ideo enim in Cantic. dicitur ei: Vbera tua ſicut botrus, qui de cœlo illo liquore adimpletur. Sic ipſum Regem Angelo-
Luc. rum ſola Virgo lactabat, vbere de cœlo pleno. Vndè gratia illa quæ diffuſa erat in labijs Ieſu, ad quam omnes concurrebant mirantes verba gratiarum, quæ de labijs eius effluebant, ex his vberibus, quæ ſuxit forſan accepit, à quibus puerulus Ieſus
Cant.1. pendebat, & inebriatur, atque cùm illi diceret Mater ſua: Oſculetur me oſculo oris
Cant.1. ſui; ille quaſi ludens cum Matre ad virginea vbera confugiebat dicens: Meliora ſunt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis.

Ioſeph autem vir eius, cum eſſet iuſtus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam. Iuſtus eum Euangeliſta vocat, qui tamen per Spiritum ſanctum loquebatur: quoniam non qui ſe ipſum commendat ille probatus eſt, ſed quem Deus commen-
2. ad Cor. dat. Quare hoc ſpeciale habet beatus Io-
10. ſeph, quod in Euangelio ab Spiritu ſancto canonizatus eſt. Iuſtus autem dicitur à iuſtitia prout eſt virtus generalis omnium virtutum actus comprehendens, ſicut in iuſtitia ei oppoſita omnia vitia includit. Ori
Origenes genes quem ſequitur Anſelmus, & alij antiqui patres, ſit intelligunt hunc locum piè interpretantes in beatæ Virginis fauorẽ, quòd Ioſeph quidem ignorauit beatæ Virginis vterum eſſe ab Spiritu ſancto impregnatum. Quo modo enim rem tangrandem abſq; reuelatione ſcire poſſet; tamen cùm exaltera parte ſibi conſtabat ſponſam ſuã eſſe nimia ſanctitate præditam, & expertus erat in illam Spiritum ſanctum habitare. Tanta enim Spiritus ſancti abundantia beatiſsimam eius repleuerat mentem, vt per ſenſus, ac membra eius ebulliret, ita vt ſe paſsim in ſponſi oculis proderet, nam in ipſius oculis vultuq; lucebat, in

in ipſo indeſſu, geſtu, ſermone quæ ſeſe manifeſtabat: quoniã Spirituſſanctus non eſt ocioſus, ne tarda molimina nouit. Nun-
Prouerb. 6. quid poteſt quis abſcondere ignem in ſinu ſuo (ait Sapiens) vt veſtimenta illius non ardeant? Quomodo ignis hic cœleſtis in corde ardebit, quin etiam in veſtimentis, hoc eſt, in carne ardor eius appareat? Denique Ioan. Baptiſta lucerna ardens, &
Ioann.1. lucens dicitur. Nam ex cordis ardore extra etiam relucebat in carne. Quis enim celauerit ignem? (ait quidam Poëta) lumine qui proprio proditur ipſe ſuo. Multi ſe de Spiritu & Euangelio iactant, ſed in opere nihil niſi caro cõſpicitur. Hinc Pau-
Ad Rom. 8. Roman. 8. Si ſpiritus Chriſti in vobis eſt corpus quidem mortuum eſt propter peccatum. Hinc D. Ezech. 36. cùm promiſi-
Ezech.36. ſet ſe ſpiritum ſuũ daturũ hominibus adiecit. Et auferet à vobis cor lapideũ, & dabit vobis cor carneum: vt timeatis eũ. Quaſi dicert: Hoc erit ſignum ſpiritus. Conſpiciebat igitur Ioſeph in Maria, quid homi-
Chryſ. ne maius, nota ſibi ex euidentibus ſignis eximia ſanctitas eius erat. Vnde Chryſoſ. in imperfecto ſuper hunc locũ ſit ait: Videbat Ioſeph in Maria cõpoſitiſsimos mores: non enim erat vinolenta, quoniam omnis mulier quæ vinolenta & cõmeſſatrix eſt meretrix eſt. Non leuis, nõ iocoſſa, non cantatrix, non turpium verborũ amatrix: nam licet aliquæ puellæ erubeſcant dicere tamen delectantur audire. Non ſuper virũ oculos ſuos extulit, nec infixit aſpectum:
Eccleſ.26. nam hæc documenta meretricis ſunt. Eccleſ. 26. Fornicatio mulieris in extollentia oculorum eius: è contrario multa bona, & ſuper homines in ea videbat. Omnibus igitur documentis, quibus fornicatio mulieris intelligi & argui poteſt deficientibus, ſola apud eum remanebat ſuſpitio gratiæ Dei. Propter hæc omnia exiſtimabat eam habere in vtero de Spiritu ſancto: nam nulla res ſic caſtitatem mulieris viro commendat,
Inſignis laus beatæ Virginis. ſicut vita eius diſciplinata, pudica, &c. O ineſtimabilis laus Mariæ, magis credebat ſanctitati eius, quam vtero eius, & plus gratiæ quan naturæ, poſsibilius eſſe credebat mulierem ſine viro poſſe concipere, quam Mariam poſſe peccare. Aliarum vxorum viri etiam ex his quæ non ſunt ſuſpitiones fingunt; Mariæ ſponſus & ab eo quod videbat tollebat eas. Nam & maritalem zelum, & vt eri clamantis accuſationem ſola præteritæ conuerſationis documenta vincebant. Hactenus Chryſ. Fortè in mentem ſancti viri venerat ſcripturum eſſe Meſsiam ex Virgine naſciturum, atque intra ſe dicebat. Quid ſcio ego an hæc ſit Virgo illa, ex qua Chriſtus naſciturus eſt? Id enim eius eximia ſanctitas præſagire videbatur: hæc etiam ex ſanctitate ipſius Ioſeph procedebant: Quoniam vera probitas ſuſpitionem non habet, quia charitas non cogitat malum, nec præceps eſt ad vindicandum. Igitur cùm tantam rem animo concepiſſet ſuo
1. ad Cor. vir Dei, tanta ad Mariam reuerentia in
13. eo genita eſt, vt non auderet illam in domũ ſuam traducere, indignum ſe reputans tantæ conſortio mulieris. Sicut Petrus cùm aliquandò vidit Chriſtum miracula perpetrantem indignum ſe reputabat, vt apud ſe tantus vir maneret, & ex maxima reuerentia ac timore dixit ei. Recede à me Domine: quia homo peccator
Luc.5. ſum. Et ille alius Centurio reſpondit Chriſto: Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meũ. Et Moyſes trepidabat ac-
Matth.8. cedere ad rubum, quandò vidit in eo maieſtatem Dei. Verùm hæc interpretatio licet pia ac ſancta videatur: veritate tamen hiſtorię non adeò congruere vide-
Exod. 28. tur. Ad quid enim ei ab Angelo facta eſt poſteà reuelatio, quod de Spiritu ſancto eſſet id quod coniux eius habebat in vtero: ſi ipſe iam iſtis ſignis cognouiſſet? Nec traducere ſignificat in domum ducere. Nam vt ait Ambro. cur dimittere volebat quam nunquam in domum acceperat? Nec ſatis prouiſum fuerat pudori Marię, ſi antequã ipſa impregnata appareret, non cohabitaſſet cum viro. Igitur vt ex verbo Græco cõſtat, quod eſt (paradigmatiſſe) traducere ibi ſignificat exemplificare, ſeu infamare
Pagninus. *No quiſo auergonçar à la Virgen*. Id enim ſignificatum habet apud Paul. cùm dicit: Spolians principatus & poteſtates traduxit illos palam triumphans illos in ſe metipſo, vbi traducere pro infamare & exemplificare ſumitur. Ideſt, *Truxolos a la verguença*, & Pagninus transfert, & nollet eam vituperare. Cùm ergo eſſet iuſtus noluit vxorem ſuam infamare, & tamen ob id ipſum etiam quia erat iuſtus, non oportebat vt adulteram teneret, cuius adulterium omnium hominum iudicio conſtare poterat, ex manifeſtiſsimo ſigno vteri impregnati.

sed voluit occultè dimittere illam. Non quidem eundo in exilium, patriam, hæreditatem proprioſq; lares relinquendo, ſed potius dando ei libellũ repudij. Hoc enim apud Iudæos etiam ſecretò fiebat abſque teſtibus, & publicis inſtrumẽtis. Sic enim lex aiebat. Dabit libellum repudij in manu eius. Vnde trãſlatio noua Vatabli ſicait: Voluit repudiare eam. Nam conuenire cũ illa non expediebat, cùm ſcriptum ſit, Prouerb. 18. Qui expellit mulierem bonã, expellit bonum, qui autem tenet adulterã ſtultiſsimus eſt: hoc eſt, maximus peccator. At in hoc manifeſtatur ſancti huius viri iuſtitia ac pietas, qui cùm coniugem ſuã grauidam inueniret, certus quod ipſe eam non cognouiſſet, cùm poſſet eam acriter ſecundum legem punire, id non fecit ſed zelotypiæ motum in ſe ipſo repreſsit, qui tamen grandis ac crudelis eſſe ſolet. Nam vt ait, Salom. Zelus viri. ſicut infernus eſt inexorabilis, & alibi. Plenã furore eſt zelus viri: & non parcit in die vindictæ. Nã multos zelotypia impullit ad crudeliſsimã vxorum necem, ad amiſsionem bonorũ, ad voluntarium exilium, ad inſaniam & deſperationem; & tamen vir ſanctus omnia hæc pietate tẽperauit, & in id quod minus erat malum declinare decreuit. Eam aſſumere non ſibi licitum eſſe videbatur, erat enim conſentire cum peccato illius quod ille probabiliſsimè exiſtimabat perpetraſſe, at illam vel occidere, vel infamare atrox pio animo etiam apparebat, id quod mitius eſt elegit, atque eam repudiare decreuit. Ecce iuſti ſententiam in miſericordiam ſemper declinare exemplo illius qui dixit: Eſtote miſericordes ſicut & Pater veſter miſericors eſt. Si tanti patris vos filios eſſe gloriamini imitamini mores ac opera, & quem videtis in omnes miſericordem, ac mitem tales vos in veſtris actionibus oſtendite. Nam in hac vita miſericordia Dei (ait Iacobus) ſuperexaltat iudicium, ideſt, ſuperat, atque vincit iuſtitiam, vel ſuper exaltat iudicium, vt alia litera habet, ideſt, *Triunfa de la juſticia*, ſicut exultant victores capta præda, quando diuidunt ſpolia: hunc ergo miſericordiarum Patrem imitari ſatagit iuſtus ſe mitem ac pium, in omnibus & omnibus quibus poteſt tribuens. Non ſic hodie viri, quibus vxores talem faciunt iniuriam, ſe habent, ſed protinus ad necem & carceres ac gladios truculentiſsimè currunt, nec vlla in eas, nec in complices miſericordia flectuntur, plus ſe vindicare exiſtimãtes, quam Dei optimi Maximi imitari naturam. Sed quid mirum? Scriptum quippè eſt, quod vera iuſtitia compaſsionem habet, falſa indignationem: vndè quia impij in alios homines ſimiles ſibi peccatores ſunt; Dei miſericordiã non impetrabunt: homo homini reſeruat iram, & à Deo querit medelam? In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis de precatur? ait Sapiens, Repõdebit illi Dominus ſuus ac dicet: Nonnè, ergo oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? At in hoc turbine cogitationum quæ premebant Ioſeph virginis animus ſecurus incedebat. Præſentiebat quidem Virgo, geſtibus vultuque diſcernebat, quas coniux ſecum cogitationes volueret, at cùm conſcientia eã ſecuram faceret, nihil aduerſi trepidabat. Nam ſecura mens (ait Sapien.) quaſi iugæ conuiuium: vbi nihil triſtitiæ eſſe ſolet. Non contriſtabit iuſtum quidquid ei acciderit. Nam cũ ad conſcientiæ ſuæ tribunal recurrit, nullumque crimen accuſans inuenerit, nihil ſibi timendũ exiſtimat, nec iudicem, nec lictorem, cum nullum intus accuſatorem ſentiat, ſed ſcit ſibi dicendum à iudice: Nemo te condemnabit mulier. Nemo Domine. Nec ego te condemnabo: Vade in pace. Quem propria non carpit conſcientia intrepidus procedere debet: nam non inuenit cogitationes accuſantes, ſed defendentes. Vndè Paul. 2. Corint. 1. hæc eſt gloria noſtra teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Vbi Bernardus, nihil hac lucè clarius (ait) nihil hoc teſtimonio glorioſiùs, cùm veritas in mente fulget, & mens in veritate ſe videt: ſed qualem? pudicam, verecundam, pauidam, circunſpectam, nihilque admittentem quod euacuet gloriam conſcientiæ atteſtantis, in nullo conſciam ſibi quo erubeſcat in conſpectu veritatis. Ideſt, cùm ante tribunal veritatis poſitum, cor non habet de quo erubeſcat, aut confundatur. Quare Ioann. Apoſt. Filioli, ſi cor noſtrum nõ reprehenſit nos fiduciam habemus ad Deum, *Es nueſtro ſaluo conducto el no nos reprehender la conciencia*. Ideſt, eſt maximum in hac vita ſolatium: per hoc enim habemus non minimam coniecturam, ex his quæ in hac vita habere poſſumus quod ſumus filij, & amici Dei: quia nos cor non reprehendit. Non loquor de illis qui ſibi metipſis men-

Vatablus. Prouer. 18 Prouer. 6. Iacob. 2. Luc. 6. Grego. Eccleſ. 28. Matth. 18 Prouer. 15 Conciẽtia bona. Ioan. 8. 2. ad Cor. 1. D. Bern. 1. Ioan. 3.

mentientes, atque corda propria fallentes præſumptione quadam diabolica, ac phariſaica ſe ipſos iuſtos exiſtimant, atque hac cœcitate deluſi nihil ſibi videtur in ſe ipſis eſſe, quod malum ſit. Sicut & Phariſæus ille tumidus, qui Deo gratias referebat propter bona opera, quæ in ſe inueniebat, cũ tamen intus in corde peior eſſet, quam publicanus. Hoc accidit præcipuè illis, qui hominibus placere contendentes, vel queſtus vel honoris gratia, in exteriori iuſtitia amplius confidentes, cùm apud homines teſtimonium bonum habeant, interius teſtimonium nec exquirunt, nec formidãt, imo quod peius eſt ſibi metipſis perſuadentes q̃ iuſti ſint, omnia ſibi quæ faciunt opera iuſta videtur. Sic Phariſæus ille fecit, quĩ cũ exteriora opera quę apud homines iuſta videtur ſibi videretur habere, interius nõ requirens teſtimonium, tanquam iuſtus ſe coram Deo iactabat publicanum iudicans ac contemnens, qui tamen iuſtificatus diſceſsit ab illo. Quare Dominus Lucæ. 15. ad Phariſæos dixit: Vos eſtis qui iuſtificatis vos coram hominibus, Deus autem eſt qui nouit corda veſtra: quoniã quod apud homines altum eſt abominatio eſt apud Deũ. Nec etiam de alijs loquor, qui curis ac cupiditatibus huius ſeculi depreſsi, quaſi necatum habent conſcientiæ vermen, nec aliquando ad eam recurrunt, nec impulſum aliquem interiorem habent, adeò à mente alienatos ſeculi eos detinet ſolicitudo. Sed de iuſtis intelligo, quibus ſui cordis cura atque ſolicitudo maxima eſt, qui illum conſilium Moyſi approbant dicentis: Cuſtodi igitur te, & animam tuam ſolicitè. Quare iſtum nihil contriſtat, aut conturbat, impium autem omnia contriſtant, ſecundùm illud Prouerb. Fugit impius nemine perſequente, iuſtus autem ſicut leo confidens abſque terrore erit. Impiũ omnia conturbant: quoniam intus habet ſuæ nequitiæ teſtem, qui non patitur eum multa mala perpetrare. Peccauit Adam ædendo de ligno vitæ, & audiuit Dei vocem deambulantis in paradiſo, ac protinus fugit & ſub ficu delitescere voluit. Quid agis Adam? Cur fugis? Quis te perſequitur? Quis aduerſum te currit? Quis te accuſſat, aut rationem facti adhuc poſtulat? Hem. quid dicitis? A meipſo fugio, mea me ipſum conſcientia ferit. Hæc eſt lictor, & prætor qui me perſequũtur. Dum me ipſum mecum fero, à me ipſo veluti ab hoſte recedo. Ab hac mei facti conſcientia me ipſum erubeſcere didici. Ab hac intelleximè eſſe nudum, & ideo ex folijs ficum perizomata mihi feci. Fugit impius nemine perſequente: quoniam ſecum fert ſui criminis accuſatorem. Vndè Seneca dicit: Prima & maxima pœna peccantium eſt peccaſſe. Et Epicureus ait: mala facinora propria conſcientia flagellari. Quod magnum argumẽtum eſt, quod natura ipſa nos à ſcelere abhorrere iubet. De quo conſule ſi libet ea quæ nos diximus, in noſtris Commentarijs ſuper Pſal. 118. tractatu. 10. verſu. 6. fol. 145. 146. Videt fur à tergo viatorem & fugit: quia æſtimat quod illum querat. Quod ſi baculum paſtoris, aut agricolæ à longè proſpexerit iam virgam iudicat adeſſe lictoris, ac nemine perſequente fugit: teſtimonium enim reddit illis cõſciẽtia ipſorum, cogitationibus accuſantibus eos. Vndè Sapien. 4. dicitur: Venient in cogitatione peccatorum ſuorum timidè: nam ſæpe præſumit ſeua perturbata conſcientia. Vndè alludPoëtæ, degeneres animos timor arguit, & Paul. Cauteriatam dicit eos habere conſcientiam. Hoc eſt, ſignatam ac ferro peccati inuſtam, quo mancipia eſſe diaboli cognoſcantur, ſicuti ferrum quod fert mancipium ſignum eſt rebellem ac fugitiuum fuiſſe. Fugit ergo impius nemine perſequente, iuſtus autem ſicut leo confidens abſq; terrore erit. Leo fortiſsimus beſtiarum (dicit alibi Sapiens) ad nullius pauebit occurſum. Leo quaſi ceterorum animalium rex, impauidus alia expectat animalia. Tranſit lupus à quo ſe abſconderet ouis, leo autem nihil curat. Pertranſit vrſus, pardus, aliæque ferociſsimæ beſtiæ; & tamen leo abſque terrore vllo intrepidus perſeuerat. Sic iuſtum non contriſtabit quidquid ei acciderit. Veniat ſuper eum tentatio, fames, nuditas, gladius; perſequutio, inſtantia, futura, Angeli, dæmones eodem eos aſpicit vultu, idem conſtans in omnibus perſeuerat. Quis credidit puellarem animum, tanta viri ſui nouitate non turbandum, & tamen quia ſecuram ſecum mentem gerebat, quaſi leo confidens abſque terrore erat. Animus innocens etiam inter corporis cruciatus hilarem ſemper vultum ſeruat. Videmus in æſtate aliquando ſolem nigris nubibus operiri, mugire tronitua, corruſcare fulgura, homines pauidos latibula quærere, pluuiam, gran-

Luc. 18. Luc. 15. Deut. 4. Prouer. 18 Gene. 3. conſciẽtia mala. Seneca. Epicureus. Simile. Prouer. 30 Prouer. 12 Simile.

grandinemq; totas replere regiones; tamẽ omnis illa turbulenta commotio, in media aëris regione fit, non ſolem tangit aut percutit: ipſe enim in ſua ſphera ſuis micatibus lucet, ſuiſq; radijs omnes illas nebulas percutit: ſic in iuſto euenire conſidera. Cũ tentatur animus, cũ corpus doloribus quatitur, cũ emittit gemitus, cũ clamat & plorat; non ad mentẽ hæ voces pertingunt, in ſua ſe claritatecõſcruat, tranquillus animus patiẽter extera ſufert, ſuiſq; radijs diaboli tẽtamẽta diſpergit: videmus ſtellas ſcintillare per noctem, nũquid titillatio illa in illis eſt? minimè gentiũ: quoniã ipſæ fixæ in firmamento ſtãt. Debilitas proſpectus noſtri, qui tã alta nõ poteſt aſpicere in cauſa eſt, quod ita nobis appareat. Imbecillis oculus carnis, qui ſpiritus interiora non penetrat, cũ hæc mala quẽ apparent conſiderat titillare putat internã mentẽ, quẽ tamen infirmamento diuini amoris immota perſeuerat. Vndè Sapiens. Iuſtorũ animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illas tormentũ mortis, non ad illas pertingebat mors, aut tormẽta, quẽ corpus tantũ eorũ affligebãt. Sic animus Virginis immotus in omnibus his ſtabat: erat enim cor eius fidutiam habiens in Dño, vt de Suſanna, Daniel dicit. In quo imitata fuit patris ſui Abrahã fidẽ, qui tot acceptis repromiſsionib⁹ in filio ſuo Iſaac; tamen cũ Deus vt immolaret illũ præcepit, non hæſitauit deffidentia, nec dixit, Dñe quid eſt hoc quod mandas? Num oblitus es pollicitationis tuæ. Ad quid in eũ vocandũ mihi ſemen dixiſti, ſi antequam ex eo filios accipiam præcipis, vt interficiam illũ? ſed fidens in Domino, ſciens quod potens eſt à mortuis ſuſcitare quem vellet, quod iuſſerat intrepidè exequebatur. Sic beata Virgo, vt vera Abrahæ filia fecit. Poterat enim ad Deum dicere: Cur me ancillam humilem intui filij matrem elegiſti, & ſemel ad tantum euectam munus hoc ignominiæ genus in mei viri corde permittis, vt patiar? ſed fidẽs in Deo, illi talem curã commiſit memorans dictum illud Dauid: Iacta cogitatum tuum in Domino, vel volue cogitatum tuum, aut curam tuam in Domino, vt legit Hebræus, ideſt, in Deũ reflecte curas tuas: quoniã ipſi cura eſt de omnibus, quanto magis illius cui tantum iam commiſerat filium: vndè nec ſponſus cum ea expoſtulare de hac re auſus eſt, nec ipſa illum præuenire aperiendo veritatem, cum tanti miraculi ei non eſſet adhibenda fides;

Simile.

Sapien. 3.

Daniel. 13

Gene. 22.

Pſal. 54.

ſed omnia hæc in Deum reflectens abſq; vlla heſitatione eius expectabat auxilium. Quod & rei probauit euentus. Nam hæc eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph dicens. *Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam.*

Hæc eo cogitãte. Rectè dicitur Deus adiutor in opportunitatibus: cùm ad id tempus ſuppetias ferat, cùm maximè neceſſarium eſt, *A la mayor fazon acude*: vnde & per Hieremiam dicit: In tempore placito exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te. Tunc enim plus placet adiutorium cùm magis illo indigemus, nempè cũ in maiori periculo verſamur, cùm iam iam deficiebant vires. Quare nunquam debes animum deſponderè: quoniam etſi videatur diuinum auxiliũ tardari, tandem ad extremum venit, ideſt, cùm iam tuæ exauriebantur vires, & anteà non venit: quia adhuc erant in te vires ad reſiſtendum, vt reſiſtendo tua accreſcant merita: vndè Propheta, Si moram fecerit expecta eum: quia veniens veniet & non tardabit. Veniens, ait, veniet, ſemper diuinum auxilium venit, ſed venit veniendo, ideſt, expectando certamen tuum: vt diſcas cum hoſtibus prælíari, vſq; quo obrigeſcat gladius: tunc enim palam ſe manifeſtauit, qui anteà velut occultus expectator aſsiſtebat. Sicut & beato Antonio apparuit, cũ poſt conflictum eũ dæmonibus, quaſi deficiens viribus laſſus remanebat: & cùm illi dixiſſet Antonius: O bone Ieſu vbi eras? Reſpondit Ieſus: Antoni hic eram, ſed expectabam videre certamen tuum. Fidelis quippè eſt Deus, qui non permittet nos tentari, ſupra id quod poſſumus, hoc eſt quod nec in duratione, nec in quantitate, non ſuperabunt tentationes vires noſtras, ſed tunc adderit diuinum auxilium, vt ſic faciat cum tentatione prouentum, vt poſsimus ſuſtinere: vndè Ioſepho hæc cogitanti.

Pſal. 19.

Hierem.

Abacu. 2.

1. ad Cor. 10.

Angelus Domini apparuit. Domini ait non Sathanæ, qui ſe aliquando transfigurat in Angelum lucis, vt dicitur 2. Cor. 11. Nec ſpiritus mendax qui decepit Achab. 3. Reg. 6. Sed cur Deus per ſe ipſum non fecit hanc reuelationem. Dion. reſpondet adeò Deũ diligere ordinem naturæ quem inſtituit, in quo ordinauit per ea quæ ſunt priora ea quẽ ſunt media, & per ea quẽ ſunt media ea quẽ ſunt vltima diuinis illuminationib⁹ illuſtrare; ꝙ etiã quãdò filius Dei vltimam naturã ſibi coniungit, hoc eſt, humanam

2. Cor. 11

3. Reg. 6.

Dionyſ.

manam, etiam eos qui circa eum erant in hoc vltimo gradu naturæ, ſecundum quam dicitur in Pſal. 8. Eſſe minorem Angelis, nempè homines, voluit tamẽ per mediam naturam, ideſt, per Angelos illuminare. Angeli quippè medij ſunt inter homines, & Deum, vt vnaquæque naturarum in gradu ſuo miniſtraret circa Sacramentum redemptionis. Vndè Alexander lib. de motu cordis dixit: Quod anima humana illuminationum quæ ſunt à primo, nempè à Deo, vltima reuelatione eſt perceptiua. Angelus autem ex conditione ſuẽ naturæ prima reuelatione ea recipit. Ideſt, dicere quod Angeli primò illuminãtur à Deo quam homines, qui per Angelos illuminantur. Vndè Eſai. 6. Cũ propheta ſtaret iuxta thronum Dei, non tamen illuminabatur à Deo ſed volauit ad eũ vnus de Seraphin, & illuſtrauit ac purgauit eum. Et Daniel. 9. dicitur: Gabriel fac intelligere iſtam viſionam, patribus autem Angeli apparebant, ſed in perſona Dei. Non enim eſſet ratio, quare Deus ſapiens ordinem deſcenſus illuminationum confunderet, quem ipſe ſua ſapientia diſpenſauit. Pſal. 75. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. Ideſt, à verticibus Angelicis tuã æternitatem participantibus. Hoc dicit Dionyſ. ſignificari per ea quæ dicuntur Eſai. 6. Ibi enim Seraphin ſtabant iuxta thronum, ſine medio coniuncti, & ea quæ ſub ſolio erant replebant templum. Ad deſignandum, quod illi qui erant iuxta thronum illuminabant inferiores Angelos: vt illi templum, ideſt, Eccleſiam ſuis illuminationibus replerent. Nam cũ de Angelis dicat Dominus Matt. 18. Quod ſemper vident facient Dei ipſo intuitu recipiunt has illuminationes, quas ſuo ordine, & ſuis gradibus ad Eccleſiã perferunt, & ad ſanctos. Vndè Iob. 25. Numquid eſt numerus militum eius? & ſuper quem non ſurget, vel fulget lumen illius? hoc eſt, omnem militiam Angelorum replet lumine, vt ab ipſis & homines illuminentur, vt ſic non ſit qui ſe abſcondat à lumine eius. Cùm ergo huius luminis fons ſit Deus, non poteſt tenebras erroris habere: quia origo omnis veritatis Deus eſt.

Pſal. 8.

Alexan.

Eſai. 6.

Daniel. 9

Pſal. 75.

Dionyſ.

Eſai. 6.

Matth. 18

Iob. 26.

Apparuit in ſomnis Ioſeph. Quia tunc animus iuſti Ioſeph (ait Caietanus) cùm magnis fluctuaret cogitationibus præparabatur maximè ad diuinum lumen ſuſcipiendum. Sicut animus Nabuchodonoſor cogitans quid poſt ſe futurũ eſſet, præparatus eſt ad ſuſcipiendum ſomnium futurorum preſagium. D. Th. ſuper hunc locum duo in Ioſeph cõmendat ſapientiam, ſcilicet, & clementiã. Sapientia quidem in eo fuit: quia priuſquam rem tã arduã aggrederetur, diù apud ſe deliberauit, quid potius cõueniret facere, ſecundũ illud Prouer. 4. Palpebrę tuę procedant greſſus tuos, hoc eſt, nihil ſine iudicio facias, nã inſipientes & ſtulti ſtatim proferunt quę habent in corde, de quibus Prou. 25. dicitur. Sicut vrbs patens & abſq; murorum ambitu; ita vir qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum. Ea propter Ioſepho Angelus Dñi opportunè affuit. Aug. in Enchi. ad Lauren. c. 9. ait. Quis autẽ explicet, quo modo ſpirituali potẽtia quaſdam viſiones nõ oculis corporeis ſed ſpiritualibus, vel mentibus ingerãt Angeli, vel dicant aliquid non ad aurem foris ſecus, ſed intus in animo hominis etiã ibidẽ conſtituti, ſicut ſcriptum eſt in prophe. lib. Zach. 2. & dixit mihi Angelus qui loquebatur in me. Non enim ait qui loquebatur ad me, ſed in me. Vel appareant in ſomnis, & colloquantur more ſomniorũ, ſicut & apparuit Ioſeph. Cùm iſta queruntur, & ea ſicut poteſt quiſq; coniectat, quid opus eſt vt hęc atq; huiuſmodi affirmẽtur, aut negẽtur, vel difiniantur ſine diſcrimine, quãdo ſine crimine neſciuntur: hęc ille. Aduerte etiã Angelũ ſic apparuiſſe Ioſeph, vt manifeſtauerit ſe eſſe Angelũ Dñi, alioquin ille verbis eius nullam adhibuiſſet fidem. Vndè D. Th. hic ait. Apparere propriè eſt illius rei, qui de natura ſua eſt inuiſibilis: in cui⁹ tamen poteſtate ſitum eſt vt videatur, ſicut eſt Deus vel Angelus. Sed Dion. Carthuſ. art. 3. in Matth. c. 1. ait. Apparuit autem ei apparitione viſionis imaginarię, & hoc tempore ſomni, in quo reuelationes diuinę atq; propheticæ fieri ſolent: quia tunc anima aptior eſt ad talium receptionem, propter externorum ſenſuum clauſuram, & à ſenſibilium perceptione vacantium, & præſertim propter imaginationis ampliorem quietem. D. Tho. dicit, quod quia ſecundũ doctrinam Paul. 1. Corinth. 14. prophetia data eſt fidelibus, ſigna autem in fidelibus, prophetica autem reuelatio propriè fit in ſomnis, ſecundum illud numer. 12. Si fuerit propheta Dñi inter vos, per ſomniũ loquar ad illum, cũ Ioſeph iuſtus eſſet, & fidelis ipſi tãquam fideli debuit fieri apparitio, non quidem corporalis qualis eſt miraculoſa, ſed prophetica, & in ſomnis.

Caietan.

D. Thomas

Prouer. 4.

Prouerb. 25.

D. Aug.

Zachar. 2.

D. Thomas

Dion. Carth.

D. Thomas

1. Cor. 14.

Num. 12.

Caiet. Quare Caie. ait, q̃ hæc appatitio preſtare videtur, aut æquiualere omnibus apparitionibus Angelorum, in veteri teſtamento. Quoniam hæc fuit cum tanta claritate mentis, quod nulla interuenit hęſitatio. In apparitionibus autem factis
Gene. 18. Abrahæ, ad Illicem Mambræ Iacob, Io-
Gene. 32. ſuæ & cæteris, imo etiam in apparitio-
Ioſuæ. 5. ne facta Zachariæ patri Ioann. Baptiſtæ
Luc. 1. interuenit aliqua hęſitatio. Quidam Doctor dicit, quod eſt duplex ſomnium
Ariſto. quod accidit dormienti. Quodã naturale, vt eſt phantaſma in ſomno factum exterioribus ſenſibus ligatis, quod ſit multiplici de cauſa, vt docet Philoſophus lib. de ſomno, & vigilia, aliud verò ſomni in non pendet ex motu phantaſmatum, ſed eſt quædam recordatio præteritorum, præſentium vel futurorum, im-
Gene. 28. mediatè à Deo vel ab Angelo ſecluſis phã-
Gene. 20. taſmatibus, quales permultæ leguntur in ſcripturis, vt quando Iacob vidit ſcalam, & quandò Abimelech in ſomnis eſt admonitus, ne tangeret vxorem Abrahæ, & Salomon in ſomnis accepit ſapientiam, & multa alia, &c. Non ergo mirum ſi Ioſepho in ſomnis appareat. Hæc autem ſomnia diuiſit Deus ab alijs, quæ ex corporis diſpoſitione proueniunt: nam certam habent veritatis notam, vt hic Ioſeph habet adiunctam ſacræ & prophe-ticæ ſcripturæ probationem. Vltimò hic aduerte quæ ſit Dei erga ſuos prouidentia, qua dormientes etiam paterna vigilantia quid agendum ſit, quidvè cauendum inſtruit, ciuiſque illos extra ordinario hoc modo docturus eſt, quam vt errare periculoſè permittat, ſecundum illud
Iob. 33. Iob. Per ſomnum in viſione nocturna, quandò irruit ſopor ſuper homines, tunc aperit aures virorum & erudiens eos inſtruit diſciplina. Virorum ait, qui tanquam viri dormiunt bonis præparati cogitationibus, non vt mulieroſi laſciuientes inſtratis ſuis. Sed cur beatæ Virgini, & paſtoribus in vigilia apparuit Angelus, Ioſepho autem in ſomnis: ratio eſt, quoniam Virgo ante rem ipſam inſtruenda erat de tanto myſterio per apertiſsimam reuelationem, paſtores quoque tantò debuerunt inſtrui manifeſtiùs, quantò magis ab eiuſmodi eruditione per agreſtem vitam remoti erant. Attamen exauſida ſunt ſomnia, nec illis fides præceps adhibenda eſt, ſed probandi ſpiritus ſi ex Deo ſunt, cùm Sathanas transfiguret ſe *2. Cor.* 11
in Angelum lucis: verũ audiamus, quid ad eum Angelus dixerit.

Ioſeph fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Blandè alloquitur Angelus Ioſeph, vt eum demulceat ac deliniat, eum proprio nomine nuncupando, quaſi notum ac amicum Dei, ac reducendo in memoriam progeniem Dauid, ex qua Chriſtus naſciturus erat. Ac ſi diceret: (ſecundùm Origenem homil. prima in diuerſis) Ne timueris, ne contabueris, ſed ſecurus & intrepidus accipe eam, ſicut cõmendatum cœleſtem theſaurum, vt Deitatis diuitias, & pleniſsimam ſanctitatem. *Origene.* *Euſe. Emi.*
Et Euſeb. Emiſſ. humil. in vigilia natitatis Domini ait. Noli dubitare, tolle hanc zelotypiam, tolle omnem ſuſpitionem, non eſt vt cogitas: ipſa enim eſt templum Dei, ipſa eſt porta cœli, ipſa eſt Domina tua, quam putas eſſe ſponſam tuam. *Noli timere.* Timor (ait Caietan.) eſt reſpectu mali. Ioſeph timebat offendere *Caiet.*
Deum ſi acciperet adulteram, quia quaſi patronus adulterij efficeretur, atque hunc timorem ab eo propellit Angelus. (Accipere) Quid eſt autem accipere? (ait Euthimius) intus retinere, vel ad ſe ipſum *Euthim.*
rurſus capere: iam enim mente ab ipſo diuiſa erat, accipere verò non ad nuptias, ſed ad cuſtodiam (Mariam) cuius nomen notum eſt Angelis, vtpotè *Eſai.* 26.
quia ſcriptum erat in cœlis. Eſai. 26. Nomen tuum & memoriale tuum in deſiderio animæ. *Coniugem tuam*, hinc liquet quod ita erat deſponſata, quod erat coniux: erat enim inter eos verum coniugium, quia erat vera copula coniugalis: vt ſupra dictum eſt.

Quod enim in ea natum eſt de ſpiritu ſancto eſt. Natum in ea dicit: quoniam opus naturæ ſignificat, & confutat errorem Valentini dicentis: Chriſtum corpus cœleſte habuiſſe, & per vterum beatæ Virginis, quaſi per fiſtulam tranſiſſe (in ea) ideſt, in vtero eius. Nam eſt duplex natiuitas: alia in vtero, qualis eſt iſta, alia ex vtero qualis fuit cùm peperit eum: vbi aperitur naturale opus maternum. Nam ex eo quod hic dicit in ea natũ eſt, & eam vocat matrẽ eius, quod in ea natũ eſt & quod pariet filium; manifeſtiſsimè ſignificat naturale opus maternũ, intra viſcera Beatę Virginis interuenisse, quo eſt Mater & pariet filiũ: & hoc oportet ſcire, vt intelligamus beatã Mariã,

vt

vt naturalem Matrem Chriſti, ſicut reliquæ matres ſunt naturales matres ſuorum filiorum, hoc ſolo dempto, quod non ex virili ſemine concepit, ſed de Spiritu ſancto, vt Angelus ſubiungit dicendo: Quod in ea natum eſt, id quod eſt naturæ ex parte matris oſtendit. Dicendo, de Spiritu ſancto, id quod eſt miraculi ex parte Dei manifeſtat. Dicit autem natum in ea: quoniam Chriſtus ab inſtanti ſuæ conceptionis fuit verus, & perfectus homo factus, ac proinde in illo inſtanti fuit vera natiuitatis in vtero. *De Spiritu ſancto eſt.* Hæc dictio (de) ſignificat principium effectiuum, & conſubſtan-
D. Thom. tiale, vt docet D. Thom. 3. part. quæſt. 82. articul. 2. & vtrumque verum eſt, ſi conſideremus quod corpus Chriſti effectum eſt à Spiritu ſancto, & tamen ſuppoſitum quod eſt Chriſtus genitus ratione Deitatis à Patre; eſt conſubſtantiale Spiritui ſancto. Nihilominus, vt ibidem docet D. Thom. articul. 3. Spiritus ſanctus non debet dici Pater Chriſti, ſecundum humanitatem: quoniam ille eſt Pater qui gignit filium in ſimilitudinem eiuſdem naturæ, attamen Chriſtus ſecundum quod homo eſt, non eſt eiuſdem naturæ cum Spiritu ſancto. Sed notandum eſt ex D. Thom. ſuper hunc locum, quod in conceptione aliarum mulierum eſt virtus formatiua cuius ſubiectum eſt ſemen, & per hanc virtutem formatur fœtus, & vegetatur in corpore mulieris; ſed hanc virtutem ſeminis ſupleuit virtus Spiritus ſancti, & ideò aliquandò inuenitur dictum à ſanctis Patribus, quod Spiritus ſanctus fuit ibi pro ſemine. Aliquando tamen dicitur quod non fuit ibi ſemẽ, & hoc eſt quia in ſemine viri duo ſunt, nempè ipſa corpulẽta ſubſtantia, quæ deſcendit à corpore viri, & ipſa formatiua virtus. Igitur Spiritus ſanctus fuit ibi pro ſemine, quantum ad virtutem formatiuam, ſed non quantum ad corpulentam ſubſtantiam: quia non de ſubſtantia Spiritus ſancti facta eſt caro Chriſti: & ideò patet quod Spiritus ſanctus non poteſt dici pater Chriſti, nec ſecundum diuinam naturam, nec ſecundum humanam. Secundum Diuinam quidem; quia quamuis Chriſtus ſit eiuſdem gloriæ cum Spiritu ſancto filius tamen nihil ab eo accipit, cùm interim proprium ſit filio vt accipiat aliquid à Patre. Similiter ſecundum humanam naturam: quia Pater & Filius debent conuenire in ſubſtantia, quod ſecus eſt in Spiritu ſancto, & Chriſto homine: hactenus Diuus Thom. At verò queri *Dubium.*
poteſt cur potius hæc operatio tribuatur Spiritui ſancto, cum actiones ad extra cõmunes ſint toti Trinitati. Quidam Berra- *Berratus Carmelit.*
tus Carmelita. lib. de Incarnatione verbi, capit. 9 has reddit rationes. Primò propter cauſam Incarnationis, quæ conſideratur ex parte rei. Eſt namque Spiritus ſanctus *Ioann.* 3.
amor Patris, & Filij. Sic autem Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret. Tam magnus quippè effectus in quam aliam cauſam reduci poterat niſi in amorem, cuius operari magna ſi adeſt? Secundò hoc conuenit ex parte naturæ aſſumptæ: quia cùm dicitur facta cõceptio per Spiritum ſanctum, innititur, quod natura humana aſſumpta eſt à Filio Dei in vnitate perſonæ, non ex aliquibus meritis noſtris, nec propter dignitatem naturæ humanæ; ſed ex ſola gratia quæ Spiritui ſan- *2. Cor.* 12.
cto congruit, iuxta illud. 1. Corinth. 12. Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem Spiritus. Tertiò ex parte obiecti & finis Incarnationis, vt ſicut homo ille qui cõcipiebatur ſanctus erat & Filius Dei; ita & nos & ſancti & filij Dei perficeremur, quod per Spiritum ſanctum perficitur. Galati 4. *Ad Gal.* 4.
Quoniam eſtis filij Dei, miſsit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra clamantẽ Abba Pater: & idẽ Spiritus ſanctificationis nuncupatur. Obſeruãdum etiam, quod primus locus in quo ſpiritus Dei nominatur ſanctus eſt hic, qui ſemper ſolebat nuncupari ſpiritus Domini, hic Spiritus ſanctus dicitur. Quod minimè vacare myſterio credendum eſt: Nam ex hoc operẽ, quod in Maria Spiritus ſanctus operatus eſt (quod reuerenter cogitandum eſt) maximè claruit ſpiritus Domini, quod vere ſanctus ſit: & etiam quoniam opus hoc omni ſanctitate plenum eſt, nec vlla in eo ſe immiſcet impuritas: ideò ſpiritus à quo factum eſt ſanctus oportuit appellari. Hoc etiam aduertendum eſt, quia dum Spiritus ſanctus eſt Dominicæ carnis Creator Spiritus ſancti, hinc maieſtas oſtẽditur. Quod vero Deus maieſtatis de Maria in carne natus eſt, non eſt ſordidatus naſcendo de Virgine, qui non fuit pollutus hominem condens de puluere. Ergo Ioſeph fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum eſt de Spiritu ſan-

ſancto eſt, nec alienus vir tuam ſacram maculauit ſponſam. Spiritus ſanctus accepit eam, non quo te iniuria afficeret; ſed vt maximo decoraret honore. Nec tu negligẽs
Gene.3. cuſtos huius terreni ſimul & cœleſtis paradiſi fuiſti, cui datus es in cuſtodem, vt alter Angelus ſimilis illi, qui cuſtodiebat illum terreſtrem. Hortus hic concluſus à quo flos Ieſſe prodire debet, in ſuo virore ac odore perſeuerat: Spiritus ſanctus eam impregnauit, abſq; ſuæ puritatis dedecore. Nec enim eſt Deus vt homo, qui neſcit vnum tibi conferre donum, quin aliud à te auferat priùs, nec te maiori donauit honore, niſi minorem à te tollat, nec fructum confert niſi conculcet florem, quod ſi matris homines preſtant honorem, integritatem prius pudoris rapiunt. Deus autem qui omnipotens, purus, liberalis atque vndiq; perfectus eſt maius confert, & minus non tollit, & ſponſam tuam Matrem fecit, nec tamen virginitatis furatus eſt florem, ſed vt ipſa integra manente dulciſsimum nobis proferat fructum, vt gaudium Matris habeat cum virginitatis honore, & nec prima ſimilis viſa ſit, nec habere ſequentem. *Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt.* Particula (de) po-
Eſai.53. teſtatem dicit, vt non credas in hac generatione eſſe alicuius patris ſeminalem materiam, ſed ſicut dicitur Eſai. 53. Erit ſicut radix de terra ſitienti: radicis enim, non eſt alia radix: & ideò radix prima generationis Chriſti fuit verbum filius Dei, non alia radix, ſicut ſemen quod dicitur radix generationis. Quare vterus virginis terræ ſitienti ſiue arenti comparatur: quia nullo humore virilis ſemi-
Eſai.11. nis eſt infuſus. Vndè Eſai.11. dicitur, & flos de radice eius aſcendet. Non ab alia extera ſeminali radice prodiet, ſed de Spiritu ſancto de virtutis Deitate, ſicut flos qui cœleſti rore perfuſus gignitur. Quare dicitur Chriſtus aſcendiſſe nubem leuem, hoc eſt, vterum Virginis nullo virilis ſeminis onere grauatum. *De Spiritu ſancto eſt*, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te (ait Angelus ad Mariam) & virtus altiſsimi obumbrauit tibi, ne calor in or-
Luc.1. dinatæ concupiſcentiæ ſubrepat tuamq; nec in minimo maculet puritatem virtus altiſsimi obumbrabit tibi, ideſt, faciet tibi vmbram ſub qua videre poſsis hoc prorſus inacceſsible Sacramentum. Vmbra quippè temperamentum viſus eſt: tempe-
rat enim lucem atque vnit, vt ſic vnita fortior ad videndum ſit: hinc natura nobis ſupercilia nigra conceſsit, quibus vmbra oculis fieret, vt aptius videre poſsint lu- *Simile.*
ce ſub illis collecta atque coadunata. Quare qui ſupercilia habent alba minus vident: quia non eis faciunt vmbram: hinc manum ſuper oculos extenſam ponere ſolemus, vt melius videre poſsimus. Sic Spiritus ſanctus vmbram in Virgine fecit, vt hoc videre poſsit myſterium, atque lucem diuinitatis inacceſsibilem radioſque, & calorem eius temparauit, ne à tanta luce ſuperata fragilis eius natura deficeret. Nubes internos, & ſolem interpo- *Simile.*
nuntur, vt vmbram nobis faciant, ne radij caloris nos feriant, ne ſplendoribus eius viſus noſter obruatur. Quis cernere poſsit immenſum diuinitatis lumen, quin ad ipſius radios cœcutiret? ad hoc enim Seraphim oculos ſuos operiunt, ne à tanto lumine obruantur. Quis autem ſuſtinere poſſet vim diuini radij quin peri- *Eſai. 6.*
ret, niſi Spiritus ſanctus vmbram nobis faceret in vtero Virginis, interponendo nubeculam iſtam carnis Chriſti, quæ nobis immenſum illud lumen temperaret, atque quaſi ſub lucerna includeret, vt ſic ſub vmbra illud videre valeremus? Nam *Humanitas Chriſti dicitur vmbra diuinitatis.*
Eſai. cap.33. ait. Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? Quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis? *Eſai.33.*
Deus autem noſter ignis conſummẽs eſt. *Deut. 4.*
Intermediet nubes iſta carnis pueruli Ieſu, ſol hac carne tegatur, ità vt poſſemus *& Heb.12.*
dicere: Vere tu es Deus abſconditus, & *Eſai. 45.*
ſic Mater in vtero portare poterit, & homines ſuper terram illum conſpicere va- *Eſai.19.*
lebunt. Aſcendet Deus nubem lucẽ (ait Propheta) (leuem quia ſine onere peccati, atque ideò nec Matris vterum grauabat) & ingredietur AEgyptum, ideſt, *Ezech.32.*
mundum: & Ezech. 32. Dicitur ſolem nube tegam, quatenus homines ipſum cernere poſſent, & dicat ſponſa in hac vita: Sub vmbra illius quem deſideraueram ſedi: hoc eſt, ſub humanitate Chriſti, quæ *Cant.2.*
velut vmbra eſt diuinitatis: ergo quod in ea natum eſt de Spiritu ſancto eſt, cuius virtus obumbrauit Virginem; & etiam quia vmbra effigies quædã eſt illius cui? eſt vmbra, vnde imago quæ in ſpeculo reflectitur vmbra dicitur. Dicit ergo Orig. Quod ſi fingeremus hominem, ità magnum vt to- *Origene.*
tus mundus eum capere non poſſet; ſicorã ſpecu-

ſpeculo poneretur, totus in ipſo ſpeculo videretur, præcipuè ſi ſpeculum eſt res viua. Quare perſpectiui aſſerunt, quòd tota vmbra magni montis in oculo muris cernitur.
Simile. Attenuantur quippè radij, ac ſpecies viſibiles, quæ ex ipſo reflectuntur ad oculum muris, & in modũ pyramidis effecti paruulum oculum muris ingrediuntur, vt cùm lucem à longè videmus nocturno tempore experimur. Fecit ergo Spiritus Sanctus vmbram in vtero Virginis; quoniam ibi formauit imaginem, ac figuram immenſi illius gigantis, ac altiſsimi montis: ita quòd totus Deus ibi eſſe abſque hæſitatione aſſerimus, imò & Virgini ipſi canentes dicimus: Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Sed vt tenues hominis oculi ipſum cernere valerent, ita ſe attenuauit, ac exinaniuit formam ſeruuli, ac infantuli accipiens, vt in vmbra Virginalis vteri totus clauderetur Deus. Nam ad modum ſpherulæ, ac orbiculi corpuſculum illud effectum eſt: ita quòd oculi muris, ac hominis eum iam videre poſſunt. Iſtę enim ſunt ſpherulæ illæ ſimul, ac lilia, quæ in opere candelabri aurei olim ſculpta erant, ſigni-
Exod.37. ficantia corpuſculũ pueruli Ieſu in florido Virginis vtero in modum ſpherulę orbiculatum, ac ſtrictum manere. Ecce ergo quomodo quod in Virgine natum eſt, ſit de Spiritu Sancto, qui in eius vtero hanc vmbram fecit.

Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Ieſum: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Obſerua, non dixit pariet tibi filium, quemadmodum dixit Zachariæ, ſed pariet filium: quoniam Chriſtus
Eſai.9. omnibus natus eſt, ſecundum illud Eſai.9. Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Nobis datus, nobis natus ex intacta Virgine, & vocabis nomen eius Ieſum. Ac ſi diceret: Iam officium tibi Patris iniungo, vt & ipſi nomen imponas, quemadmodum & patres facere ſolent: *Vocabis nomen eius Ieſum.* Obſerua propter tria nomẽ aliquod excellens dicitur. Primò, habet excellentiam ab impoſitore: nam ſi ille, qui nomen alicui imponit, eſt aliqua regalis perſona, vel magna pluris nomen illud æſtimatur. Ideo nomẽ Ioſeph celebre factũ eſt in vniuerſa terra Aegypti: quoniam à Pharaone impoſitum eſt illi, vt diceretur Saluator
Gene.41. mundi. Ob hoc enim in pretio tale nomen eſt, quoniam Regem quaſi patrinũ habuit, maximè quando nomen importat, vel dignitatem, vel ſtatum, quod per tale nomen conſequitur, vt quando Rex aliquem appellat Comitem ſtabilẽ, vel Marchionem, vel Ducem: nam in hoc Principes ſunt talis conditionis, quòd dando nomen ſimul dant ſtatum, vel dignitatem quam ſignificat nomen. Quæ authoritas incomparabiliter maior reperitur in Deo, in quo & dicere, & facere, pari paſſu currunt, *Corren à las parejas*, ſecundum illud Pſalm. Ipſe di- *Pſal. 148*
xit & facta ſunt: vnde D. Thom. 3. p. q. 27. *D. Thom.*
art. 2. docet, quòd vbicunq; in ſacra pagina legimus Deum alicui impoſuiſſe nomen, ſemper intelligitur ſimul dediſſe illi aliquam gratiam, non qualemcunq;, ſed ſupernaturalem, qua nominis illius ſignificatum impleret. Vt quia mutauit nomen Abrahæ (nam qui priùs dicebatur Abram, poſt promiſsiones Meſsiæ dictus eſt Abra-
ham, id eſt, Pater excelſæ multitudinis) *Gene. 17.*
ſimul & cõceſsit ei, vt eſſet Pater omnium credentium in Chriſto. Similiter & Beato Petro, qui antea dicebatur Simon dedit nomen, in quo recepit pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus in deficientẽ Spiritus Sancti aſsiſten- *Matt.16.*
tiam, vt in doctrina Fidei, & morum compoſitione errare non poſſent. Igitur ſi hæc nomina celſitudinem quandam ſortiuntur, quia à Regibus impoſita ſunt, quantò magis dulciſsimum Ieſu nomen omnibus excellentius erit, qui non à Rege terreno, aut mundi Imperatore, vel Monarcha, ſed ab ipſo Deo, cuius volũtati poteſtas ſubeſt, cui idẽ eſt dicere ac facere nominatũ eſt. Non enim nomen hoc impoſitum eſt à Ioſepho, aut Maria, ſed ab Angelo, qui à Deo accepit. Non enim ipſe ex ſuo capite tantum nomen auderet imponere, ſed impletum eſt illud Eſai. 62. Vocabitur tibi nomẽ *Eſai.62.*
nouũ, quod os Domini nominauit. Nouum dicitur quantùm ad effectum: quia nullus ex his, qui vocati ſunt hoc nomine ſaluum fecit populum Dei à peccatis ſuis, vt ſtatim videbimus. Imò (vt aliqui ex peritis linguæ Hebreæ dicunt, inter quos Galatinus qui- *Galatinus.*
dam de arcanis Fidei) cæteri, qui hoc nomine nuncupati ſunt vna litera redundabat nomẽ eorum à noſtro Ieſu, nempè (he) quare dicebãtur, Iheoſuac, quod ſignificat Deus ſaluabit, Chriſtus autem dicitur Iheſuac abſq; (he) & ſignificat Saluatorẽ. Primus, qui hoc nomine appellatus eſt, fuit Ioſue Dux. Secundus dictus eſt Ieſus Sacerdos: tertius Ieſus filius Sirac præceptor,

qui librum Eccleſiaſtici ſcripſit. Ieſus autem noſter, ipſe eſt Dux noſter, ipſe Legifer noſter, ipſe Præceptor noſter, atq; Sacerdos, ſecundum ordinem Melchiſedec: Vocabis nomen eius Ieſum, ecce nomen Domini venit de longinquo, ait Propheta. Quoniam de cœlo à Patris maieſtate deſcendit. Hinc illa Patrum vox apud Eſai. Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtũ aperiatur terra & germinet Saluatorem. Nam ſicut ros de cœlo per os Angeli hoc nomen Ieſus ad nos deſcendit. De longinquo etiam venit: quoniam per tot Patrum theſaradecades ad noſtram notitiam peruenit. Nam poſt quadraginta duas generationes, ab Abraham vſque ad Chriſtum, tandem finit eas Euangeliſta, ac dicit: De qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus. Et non ſolùm à Prophetis, ac Patriarchis hoc nomen ad nos reuelatum venit: verum etiam ab origine mundi cœpit: quoniam nec religio vſquàm incepit, aut coaluit, niſi ſub hoc nomine Ieſus. Geneſ. 4. loquens Scriptura, de Euos filio Seth ait: Iſte cœpit inuocare nomen Domini. Quomodo hoc verum eſt? Nonnè anteà inuocatum fuerat? Nonnè Chaim, & Abel fratres in nomine Domini primitias & hoſtias obtulerunt Deo? Quomodo ergo dicitur Euos primum inuocaſſe nomen Domini? Fortè nouum hoc nomen Saluatoris primus inuocare cœpit, quod forſam tunc reuelatum eſt ei. Quoniam in illo incipiebat iuſtorum generatio, de qua naſciturus erat Chriſtus. Anteà quidem, vt D. Thom. & alij docent, reueuelatus fuerat Chriſtus Adæ tanquam Glorificator: operæpretium erat, vt poſt peccatum reuelaretur tanquam Iuſtificator, ac Saluator: vt ſcirẽt homines iam peccatores, ad quem confugere pro venia deberent. In Seth autẽ, & Euos filio ſuo oriri incipiebat iuſtorum generatio, quæ duratura erat vſque ad Chriſtũ: nam illa Chaim & impiorum in diluuio deleta eſt, ita vt nulla eorum in poſterum memoria perſtaret. Vnde ſpecialiter, cùm Scriptura refert generationẽ Seth, ait: Genuit autẽ Adam Seth ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Quoniã in illo, ac ſucceſſoribus ſuis, nempè Noe, & filijs eius, permanere deberet imago hominis: nam cæteri ſuffocandi, ac delendi erant. Quod ſi verum eſt, quod Hebræi aſtruunt, nimirum quod nomen illud, quod tunc cœpit inuocare Euos fuit nomẽ Tetragrammaton, ſeu Iheouah: cuius inuocationi mirabiles effectus Hebræi tribuere ſolebant: tamen hoc etiam fauet noſtræ ſententiæ, eò quòd in nomine Iheouah tres perſonæ diuinæ includantur; & ſecunda, quæ eſt filius ſub duabus literis h h, ſignificatur: quoniam duas debebat habere naturas Diuinam, ſcilicet & humanam, vt ſuprà explicatum dedimus. Igitur ſi Euos reuelatum fuit nomen Iheouah, etiam myſteria quæ ibi includuntur reuelari ei debebant: quoniam vt dicitur Dani. 10. in Prophetia debet eſſe intelligentia, ibi autem nomen Ieſus includitur, vt dictum eſt, conſequens ergo ſit hoc nomen etiam ei reuelatum fuiſſe, ac proinde ipſe primus tale nomen inuocauit, & inuocandum poſteris docuit. Nam nomen Græcum, quod noſter interpres vertit, inuocare, etiam ſignificat profanare, ſeu diuulgare. Primus ergo Euos hoc nomen Ieſus manifeſtum alijs fecit, ac diuulgauit, nam nomẽ hoc (vt dicit Sponſa) eſt oleũ effuſum. Ab initio ergo mundi oportuit, quòd diffunderetur in corde, & ore, ſaltem aliquorum Patrum, qui initium huic ſanctæ generationi dabant. Dixerat paulò ante Moyſes filios Chaim, id eſt, reprobos inueniſſe muſicam, arma, atque paſtorale miniſterium, & protinùs de electis infert inueniſſe inuocationẽ nominis Dei: vt inſinuaret diuerſa vtrorumq; ſtudia, ac curas. Filij nequam nihil niſi quod ad delitias carnis pertinent, quærunt, ac inueniunt: at iuſti, quod ad cultum attinet Dei potiùs adiuenire laborant: vt vel noua inueniant, vel inuentis addant. Quare forſam Euos nouis ceremonijs, ac ritibus docuit Deum colere, vnde auctus fuit tunc cultus Dei ſub hoc nomine Ieſus nouiter iuſtis reuelatum, ſicut & ſub eodem nomine creuit in Abraham, cum huius Ieſu ei facta fuit repromiſsio, & amplius tẽpore Moyſi, cùm ſuper frontem in lamina aurea ſcriptum ferebat hoc nomen Summus Sacerdos: quoniam nec cepit, nec creuit religio, niſi ſub hoc nomine Ieſus. Benè ergo dicitur hoc nomen de longinquo venire, cùm à primis parentibus, vſque ad nos deriuatum ſit. Addè, quòd ante Chriſtum natum tempore Conſulum Romanorũ fuit Rabbinus quidã Haccados nomine, qui Antoniũ cõſulẽ alloquẽs hæc de ipſo nomine inter cætera dicit: Quia Meſsias homines ſaluabit, vocabitur Iheſuac, gẽtes autẽ alterius nationis, quæ fidem eius ſectabuntur, vocabunt eum Ieſum. Et. 4. Eſdræ. 7. clarè dicitur:

Pſal. 109. *Eſai. 30.* *Eſai. 45.* *Geneſ. 4.* *D. Thom.* *Geneſ. 5.* *Dani. 10.* *Cap. I.* *Geneſ. 4.* *Moralitas* *Exod. 28.* *4. Eſd. 7.*

tur: Reuelabitur filius meus Ieſus cum ijs, qui cum eo ſunt, & iucundabuntur, qui derelicti ſunt, in annis quadringentis, & poſt hos annos morietur filius meus Ieſus, & conuertetur ad me ſeculũ. Sed & Sibylla Erichtrea, quæ circa tempora Ezechiæ vaticinata fertur de Chriſto carmina Græca compoſuit; quorũ primæ literæ conſtituunt hæc verba. Ieſus Chriſtus filius Dei Seruator. Aut hoc eſt Auguſtinus lib. 18. de Ciuitate Dei, cap. 23. Et vide Lactantium lib. 3. cap. 18. Et quoniam fertur Marcum Tullium Ciceronem in Latinũ vertiſſe verſus illos, cum ijſdem literis capitalibus, ſtudioſorum gratia libuit illos hic ſcribere. Sunt autem numero. 27.

D. Aug. *Lactant.* *Cicero.*

Ieſus Chriſtus Dei filius Seruator.

I Vdicij inſignum tellus ſudore madeſcet,
Et Rex æternus Summo deſcendet olympo,
Scilicet vt carnẽ mundumq;, vt vindicet omnẽ.
Vnde Deum fidi diffidenteſq; videbunt,
Summum cum Sanctis in cœli ſine ſedentem
Corporeum, animas hominum quo iudicet olim,
Horrebit totus cum denſis vepribus orbis,
Reijcient ſimulacra viri gazaſq; repoſtas,
Igniſq; exuret terram, cœlumq; ſalumq;
Incendetq; fores anguſti carceris orci,
Sanctorumq; omnis caro libera reddita lucem
Tunc repetet, ſemper cruciabit flamma ſceleſtos.
Vtq; quis occultè peccauerit omnia dicet,
Sub lucemq; Deus reſerabit pectora clauſa.
Dentes ſtridebunt, crebreſcent vndiq; luctus,
Et lux deficiet ſolemq; nitentiaq; aſtra.
Inuoluent tenebræ tum Luna ſplendor obibit,
Foſſas attollet, iuga deprimet ardua montes,
Impedietq; nihil mortales amplius altum,
Longa carina fictũ non ſcindet montibus, arua
Ipſa æquabuntur, nam fulmine torrida tellus,
Vnaq; & ſicci montes & flumina hiabunt
Sidereiſq; ſono triſti tuba clanget ab oris.
Stultorum facinus mœrens mundiq; dolores
Et chaos oſtendet, & tartara terra dehiſcent,
Regeſq; ad ſolium ſiſtentur numinis omnes,
Vndaq; de cœlo fluens ignea ſulfure miſto
Atq; omnes homines ſignum præſigne notabit.
Tempore eo lignum, cor nuper amabile fidis
Oppoſitus mundo caſſus ſed vita piorum
Reſpergendo lauans duodeno fonte necatos.

Ecce ergo primam huius nominis dignitatem ab impoſitore. Secundò ſumitur excellentia alicuius nominis, ex eo, quod acquiſitum eſt propter aliquod ægregium facinus benè perpetratum, ſicut apud Romanos Scipio, vnus ſortitus eſt nomen Affricani, ac dictus eſt Scipio Affricanus: propter deuictam Affricam, Auguſtus etiam, quia auxit Rempublicam. Hiſpaniarum Reges Ferdinandus, ac Eliſabeth Catholici dicti ſunt à deſtructione Maurorum, ab exilio Iudæorũ, à zelo fidei, quo ardentes ſanctum Inquiſitionis Officium in Hiſpania primi inſtituerũt. Sic Chriſtus Dominus hoc nomẽ Ieſus ſuo ſanguine acquiſiuit, ob rem benè geſtam redemptionis noſtræ, ſecundum illud Paul. Philip. 2. Humiliauit ſemetipſum Dominus noſter Ieſus Chriſtus factus obediens vſq; ad mortem, mortem autẽ Crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen ſuper omne nomẽ, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. In vexillo Crucis pro Patris obedientia, & populi ſui acquiſitione, & augmento moriens: hoc tantum nomen lucratus eſt, ad quod omne genu flecti debet, omne genu ait, vnde ſanctus Vincentius Ferrer nos docet, quòd ad Regem temporalem inclinare debemus ſiniſtrum genu, ad Papam deſtrum, ad Chriſtum vtrumq;. Quare quaſi Chriſti honorem vſurpare videntur, qui homines genu flexos antè ſe ſtare patiuntur. Quod ſi id Rex, aut Papa fortaſsis facerent, aliquantulum tollerabile eſſet: cùm vterq; diuinum referat Imperatorem; vnus in temporali regimine; alius in ſpirituali: at quòd vxor, aut mercatoris diuitis, aut alterius ſingularis perſonæ, etiam in titulo aut dignitate conſtitutæ hoc vellit: intollerabile penè ſacrilegium eſt, atq; à Chriſtiana abolendum Republica: Mihi (ait) incurbabitur omne genu, me adorabunt omnes gentes. Quid tu id, quod diuinum eſt, tibi propter corruptibiles diuitias arrogas? Flecto genua mea (ait Paul.) ante Patrẽ Dñi noſtri Ieſu Chriſti. Genua dicit, non genu: quoniam toto corpore, ac omnibus membris Chriſtus à nobis adorandus eſt. Tertiò, aliquod nomen excellit, propter id quod ſignificat. Sicut hoc nomen Rex excelſum ac magnũ nomen eſt, propter id quod ſignificat: nam eius ſignificatum eſt perſona Regalis, quæ omnibus alijs tãquàm ſubditis imperat, ac vitæ & mortis habet poteſtatem. Hoc nomen Ieſus celſitudinẽ ſuper omnia alia nomina includit, ſignifi-

Ad Phil. 2. *D. Vinc.* *Ferrer.* *Moralitas* *Ad Rom. 14.* *Ad Ephe. 3.*

ſignificat enim perſonam diuinam totam
in ſe Dei continens maieſtatem, ſecũdum
Ioan.1. illud Ioan.1. Vidimus gloriam eius quaſi
vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veri-
tatis. Importat etiam iucundiſsimum opus
noſtræ ſalutis, ſecundum illud quod dixit
Luc.2. Angelus paſtoribus Luc.2. Annuntio vobis
gaudium magnum, quod erit omni populo:
quia natus eſt vobis hodie Saluator. Et in
Act.4. Act. Apoſtolorũ dicit Petrus: Non eſt aliud
nomen datum hominibus, in quo oporteat
nos ſaluos fieri, præter nomen Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti, vnde Sponſa cõparat hoc
Cant.1. nomẽ oleo effuſo, dicens: Oleum effuſum
Simile. nomen tuum. Oleum effuſum cuicunque
alio liquori ſupereminet, atq; ſuper cæte-
ros liquores ſedet: ita virtus huius nominis,
ſcilicet, gloria, notitia, & fides Ieſu Chriſti
effuſa per prædicationem in toto orbe ter-
rarum, tandem omnibus legibus ſuperemi-
Ad Ephe. 1. net creditus Deus, vt docet Apoſt. Ephe-
ſ. 1. Conſtituens illum ad dexteram ſuam in
excelſis ſuper omne nomen quod nomina-
tur, non ſolùm in hoc ſeculo, ſed etiam in
futuro. Sed & nobis dulciſsimum nomen
eſt ſuper omne nomen. Nam olim Deus no
mina ſibi impoſuit à crea ione: vt oſtende-
ret ſe eſſe fontem ac principium eſſendi,
quod ſignificabat nomen Iheouah, quo an-
tiquitus Deus, vt plurimum nuncupabatur.
At quoniã in nouo teſtamento voluit Deus
cognoſci tanquàm Saluator, ſicut in veteri
cognoſcebatur tanquàm Creator: ideò à ſa-
lute nomen accepit, & Ieſus, id eſt, Salua-
Eccleſ.36. tor nuncupatus eſt. Hæc enim erant illa
noua ſigna, quæ ab antiquo poſcebant ho-
mines, cùm dicebant: In noua ſigna. Ac ſi
dicerent terribilibus appellaris nominibus,
quæ nobis potiùs timorẽ incutiant, quàm
amorem excitent (diceris enim Deus Ze-
lotes, Dominus, Iudex, Deus vltionũ, vin-
dicans peccata patrum in filios, vſq; ad plu
res generationes) optamus, vt nomen aliud
nouum nobis reueles, quo te mitem ac
placidum nobis oſtẽdas, quo audito timore
excuſſo, ad te potiùs amore properemus.
Ecce modò nuncupatur Ieſus, id eſt, Salu-
ator, vbi plenitudo diuini amoris erga nos
manifeſtatur, cùm propter nos Ieſus, hoc
Ezech.1. eſt, homo Saluator factus ſit. Vidit Eze-
chiel virum quemdam ſimilem electro, cu-
ius extremitates erant igneæ. Electrum ſe-
D. Grego. cundum D. Gregor. *Es el ambar quajado*,
nempè mixtio quædã ex auro & argento,
& ſignificat Chriſtum ſub duabus naturis,
diuina ſcilicet & humana, quarũ vna auro,
altera argento comparatur. Sed extremi-
tates eius ſunt igneæ: quoniam in nouiſsi-
mo tẽpore, quando homo factus eſt igneos
eius amores erga homines plus patefecit,
nam in nouiſsimo caloris illius quis poterit
ſuſtinere? Eccleſ.43. vnde nomen claritate Eccleſ.43.
plenum accepit, nam vocatus eſt Ieſus, id
eſt Saluator. Quod nomen ſuauius infirmo
poteſt eſſe, quam ſalus? Aut quæ dulcior
vox captiuo, quàm libertas? Quid verò pla-
cidius auribus intonat cœci quàm lux? Et
tamen omnia hæc in dulciſsimo nomine
Ieſus incluſa reperies. Vnde D. Bern. ait: D. Bern.
Ieſus mel in ore, melos in aure, & in corde
iubilus. In ore enim memoria eius, quaſi
mel dulcorabitur, ibiq̃ dulciſsimè diſtil-
latus in corde liqueſcit. Melos in aure: quia
quaſi muſica in conuiuio vini. Vox exulta-
tionis, & ſalutis ægroto: vox vitæ, ac reſu-
rectionis mortuo. Vox autẽ libertatis vin-
cto. Et in corde iubilus. Quoniam vſque ad
cor oleum hoc diffunditur, atque omnia in-
teriora penetrans gaudio, ac lætitia implet.
Vnde cùm Beatum Ignatium tortores ex-
cruciarent: Ieſus tamen nomen ab eius ore
non deficiebat. Cùmque illum carnifices
interrogarent, cur nomen illud nunquam
caderet de ore eius? repondit: Quoniam il-
lud in corde literis aureis ſcriptum gero.
Quod vt experirentur tortores eo mortuo
cor eruerunt, atque nomen Ieſus aureum
ibi ſculptum repererunt: quoniam oleum
hoc illuc vſq; penetrarat, atq; pertingerat.
Eſt ergo Ieſus in corde melos atque lætitia.
Vnde Auguſt. ait: Quid eſt Ieſus niſi Sal- D. Aug.
uator? Ergo propter temetipſum eſto mihi
Ieſus. Noli Domine, noli ſic aſpicere malũ
meum, vt obliuiſcaris bonum tuum. Infir-
mus enim ſum, ideò ad te propter ſalutem
curro. Vaſculum quoddã eſt (ait D. Bern.) D. Bern.
iucundiſsimum nomẽ Ieſus, in quo tiriaca
continetur, atque medicamina cætera, quę
contra ſerpentis venena cæteroſq; animæ
morbos nobis medeantur: quoniam nõ ſo-
lùm Saluator, verũ ipſamet ſalus eſt. Quare
nulla iam plaga incurabilis eſt, nec Pro- Mich.
pheta amplius dicet: Incurabilis plaga tua.
Quoniam nulla eſt peſtis, nullum vulnus,
vlcera vlla, vel cicatrix, quæ hoc oleo fota
non conualeſcat. Ieſus (ait Petrus de Ra- Petrus de
bena) præbuit lumen cœcis. Ieſus conſoli- Rabena.
dauit claudos. Ieſus ſanauit ægrotos. Ieſus
dedit vitam mortuis. In nomine Ieſu pro-
ſligati fuerunt dæmones, illuminati cœci,
mundati

mundati leproſi, mortui in vitam reuocati:
quoniam in hoc nomine ſalus, vita, lumen,
ſaturitas, vigor ac virtus animæ continen-
tur. Hoc dulciſsimum nomẽ Ieſus fortaſsis
eſt nomẽ illud, quod antiquis Patribus oc-
cultatum fuit: quoniam non habebant ſa-
lutem præſentem, quare non nominabatur
tunc hoc nomen Ieſus, niſi tantùm in vm-
bra ac ſpe, & ideò vacua erant eorum vaſa,
Ad Gal. 4. quæ Paul. vocat infirma ac egena elemẽta.
Quoniam oleum hoc non adimplebat illa,
ſicùt modò noſtra Sacramenta, quæ vaſa
ſunt plena hoc ſalutifero liquore. Hoc eĩm
nomen vas eſt illud olei, quod nunquam
4. Reg. 4. defecit, quoaduſq; vas, in quo æliquaretur
defecit: vt legitur. 4. Reg. Cum quo pau-
percula mulier, & creditoribus quod debe-
bat ſoluit, & ſibi filioque ſuo abundanter
ſuperfuit quo viuerẽt. Quoniam in hoc bal
ſami ac pretioſiſsimi liquoris vaſculo, adeò
gratiæ, ac miſericordiæ ſuperabundanter
effluũt: vt & reddere Deo debita, ac ſatiſ-
facere valeamus, & corda noſtra diuitijs
plena ac lucupletata remaneant. Non ſtat
oleum hoc, niſi cum vas vacuum deeſt, in
quo diſtillet. Quia corda vacua terrenis cu-
piditatibus ac carnis curis deſunt: ideò ſtat
D. Bern. oleum hoc. Quare (vt D. adnotauit Bern.)
ideò in die circuncíſionis hoc nomẽ puero
Ieſu imponitur, vt ſciamus quòd non eſt
ſalus, niſi tantùm illis, qui circuncíſi ſunt
ſpiritualiter, non carnis pelliculam ampu-
tantes, ſed ſuperflua ac noxia à corde reſe-
cantes. Ideò dicitur oleũ effuſum, vel ex-
inanitum (vt alij legunt) quoniam exina-
Ad Phil. 3. niuit ſemetipſum (vt ait Paul.) formã ſerui
accipiens: In forma Dei non potuit exina-
niri: quoniam in illa non rapinam arbitra-
tus eſt eſſe ſe æqualem Deo, at accipiens
formam ſerui potuit exinaniri, hoc eſt,
euacuari ac effundi: quoniam potuit plagas
ac vulnera ſuſcipere, per quæ tanquam
per foramina hic pretioſiſsimus liquor ex-
inaniretur, ac ſuper vulnera noſtra æliqua-
Eſai.53. tus ſanaret ea, vt verum eſſet Eſai vatici-
nium, quo dicit: Et liuore eius ſanati ſumus.
Quare vbi nos legimus apud Eſai. Vidimus
eum nouiſsimum virorum. 70. legunt vi-
rum deficientẽ præ omnibus, hoc eſt, ple-
num pœnis, ac vulneribus, per quæ diuinus
humor euacuatus ſuper noſtra vulnera ef-
funderetur. Hoc eſt ergo nomẽ quod præ-
cepit Angelus Ioſeph, vt imponeret puero,
dicens: Vocabis nomen eius Ieſum: ipſe
enim ſaluum faciet populum ſuum à pec-
catis eorũ. In hoc eſt ſpeciale nomen Ieſus:
quoniam nullus alius, qui hoc nomine vo-
catus eſt talem attulit ſalutem, ſed nec po-
tuit: quoniam ſolius Dei eſt remittere pec-
cata, vt ſuprà docuimus. Nam cæteri ſalua-
tores à corporis hoſtibus ſaluabant popu-
lum, at noſter Ieſus à peccatis animæ, qui-
bus alij ſaluare non poterant. Quare poſt-
quàm Iacob moriturus filios benedicens
alios prophetaret eſſe iudices, alios ſalua-
tores; vt doceret, non illos ad animæ ſalu-
tem ipſum expectare ſubdit: Salutare tuũ Gene.49.
expectabo Domine. Ac ſi diceret: Adhũc
Meſſiam tanquam verum animæ Saluato-
rem expectabo, etiam ſi alij futuri ſint, qui
populum ab inimicis vindicent: quoniam
iſti non ſaluabunt animam à peccatis. Et
certè ſaluando à peccatis, à cæteris inimi-
cis nos ſaluat noſter Ieſus: quoniam radix
omnium malorum eſt peccatum, qua abſ-
ciſſa & reliqua mala ceſſabunt. Quoniam
propter animæ peccata hoſtes cæteri ad-
uerſus nos inſurgunt, quæ ſi eradicẽtur nul-
lus erit qui perturbet nos. Vnde Eccleſia
in quadam collecta petit à Deo, vt à nobis
auferat peccata ſubdens pro ratione ac di-
cens: Quia nulla ei nocebit aduerſitas, ſi
nulla dominetur iniquitas. Id Achior ille
Princeps filiorum Ammon dixit ad Holo-
fernem Ducem Regis Nabuchodonoſor,
cùm contra filios Iſraël pergeret ad debel-
landum eos, vt legitur apud Iudith cap.5. Iudith. 5.
Nunc ergo mi Domine (ait ad Holofernẽ
Achior) perquire, ſi eſt aliqua iniquitas eo-
rũ in cõſpectu Dei eorũ, & aſcendamus ad
illos: quoniam tradens tradet illos Domi-
nus eorum tibi, & ſubiugati erunt ſub iugo
potentiæ tuæ. Si verò non eſt offenſio po-
puli huius coram Deo ſuo, non poterimus
reſiſtere illis: quoniam Deus eorum defen-
det illos, & erimus in opprobrium vniuer-
ſæ terræ. Radix ergo omnium malorum,
quæ nobis euenìunt peccatũ eſt, vel illud
primum originale, ad quod penalitates ho-
minum conſequutæ ſunt, aut actuale no-
ſtrum, quo iram Dei ad vindictam pro- Ad Hebr.
uocamus. Vnde & nomine radicis appel- 12.
lauit peccatum Paulus cùm dixit: Nequa
radix amaritudinis ſurſum germinans, &
per eam inquinentur multi. Hanc radicem
Chriſtus euulſit, cùm nos ſaluos fecit à pec-
catis. Iob ait: Extendit manum ſuam ad ſi- Iob 28.
licem, ſubuertit à radicibus montes. Silex
eſt Chriſtus, qui dicitur petra, ex quo tan-
quàm ex ſilice igneę ſcintillę amoris egreſ-
ſæ ſunt.

ſæ ſunt. Nam percuſſus in Cruce clauibus, lancea, & tormentis, quot guttas ſanguinis dedit, tot charitatis ſcintillas, quæ noſtra adurerent corda emiſit. Sed hunc ſilicem nempè Chriſtum hominē Pater aſſumpſit tanquam inſtrumentum manus ſuæ, quò radicibus ſubuerteret montes, hoc eſt, quo deleret iniquitates omnium noſtrum. Nam humanitas Chriſti inſtrumentum coniunctum diuinitatis fuit, quo hæc opera fecit. Per mōtes autē intelligo ego iniquitatuum cumulum, ac vniuerſitatē peccatorū, quæ omnia per Chriſtū ſubuerſa ſunt. Niſi etiā vellis per montes intelligere ſuperbos, qui tanquā montes in ſuo cogitatu eleuantur, quos etiam Chriſtus ſua humilitate ſubuertit. Radix autē peccati ſuperbia eſt. Eccleſ. 10. Initiū oīs peccati ſuperbia. Et Thob. 4. dixit Thobias filio ſuo: Superbiam nunquā in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dominari permittas: in ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio. Hanc ergo radicē Chriſtus euellere conatus eſt ſua maxima humilitate". Quod in imagine illa, quā vidit in ſomnis Nabucho. Dani. 2. nobis expreſsū fuit. Habebat quippè imago illa caput aureum, pectus argenteū, ventrē æneū, crura ferrea, pedes tamen erant lutei, quibus cætera innitebantur: vidit autem petram de monte, abſque manibus eradicari, & percutere pedes luteos, atque illo ictu cætera metalla omnia in fauillam conuerti ac reſolui. Imago hæc typus eſt hominis peccatoris, qui cūex luto ac puluere conditus ſit: tāta tamē ſuperbia intumuit, vt à pedibus luteis ad caput aureū aſcendere præſumpſerit, & eſſe ſicut Deus, qui omnibus præeminet ſicut aurū cæteris metallis. Nec hoc ſatis eius arrogātiæ fuit, ſed voluit ſplendorē habere in mundo, ſicut argentū, atq; ſuper omnes ſonare, vt argentū quod ſonorū eſt, *Queria ſonar, y tronar y hazer ruydo en el mundo.* Deinde ventrē habere æneū, hoc eſt, ventri ac cupiditatibus eius ſeruire, ex quo in crura ferrea declinauit: quoniā durus ac immiſericors factꝰ eſt: impietas quippè ad diuitias, & luxū ſequitur, vt apparuit in diuite illo Epulone. At lapis ille angularis, hoc eſt, Chriſtus à mōte cœli, vſq; ad nos deſcēdit, & in ventre Virginis abſq; manibus, id eſt, abſq; viri opere Spiritu Sancto afflante, factꝰ eſt homo, & pedes luteos percuſſit: quoniam paupertatē, præſepe, fœnū, ſtabulūq; amplexus eſt, & ſic ſubuertit à radicibus montes: quoniam ſuperbos omnes hac tanta humilitate comminuit, hancque radicem omnis mali ſubuertit. Quomodo pulluis aſcendere audebit, cùm Dei maieſtatem in præſepio humiliatam videat? Vel ſi vis. Tunc dedit in pedibus luteis hic lapis, cùm lutulentos pedes diſcipulorū ſuis manibus abluit, vt ſic omnia ſubuerteret alta. Quomodo enim hyſopus aſcendere præſumet ad montes, ſi cedrus alta Libani in valle deſcendit? Ecce ergo à quo impoſitum hoc iucunditſimum nomen Ieſu, nempè ab hoc maximo effectu, quod eſt nos liberare à peccato, quod radix omniū malorum eſt. Nomina enim imponimus ab effectibus, at ipſam rei ſubſtantiam ſignificat nomen. Sicut lapidem nominamus à lædendo pedem, qui eſt effectus eius, & tamen lapis ipſam rei ſubſtantiam ſignificat: & Adam cùm vidit ex coſta ſua formatam mulierem, ab hoc effectu Iſcam, id eſt, virago vocauit eam: quia de viro ſumpta fuit. At cùm poſteà conceptus eius conſiderauit Heuam nuncupauit ab hoc effectu, quia Mater omnium viuentium hominum futura erat. Et tamen vtrunq; nomen ipſam perſonam ac naturam Heuæ ſignificabat, licet à diuerſis effectibus impoſitum. Sic nomen Ieſus diuinam ſignificat perſonam, ſub duabus naturis exiſtentem, licet ab effectu ſaluandi nos à peccatis impoſitum ſit: & ideò nomen eſt ſuper omnem nomen, cui omnes genua flectere debemus. Cæterum nomen hoc iucundiſsimum & admirabile, cùm oleum effuſum ſit, ſi ſupra vulnera cordis apponitur ſanabit ea, at ſi ſuper terram effundatur lapſus ac lubricitas fiet, quibus ipſe qui effudit labatur, acvulneretur. Ea enim eſt olei conditio, vt ſuper vulnera poſitum mœdeatur, in terram effuſum lapſum gradientibus paret. Quare illi qui Ieſus nomen ſuper cor appoſuerit, vt Beatus Martyr Ignatius, ſanabit vulnera eius. Cæterum ſi tanquam rem inutilē in terram proiecerit, ac contempſerit, tanquam in lubrico loco labetur, & vulnerabitur, nam ideò dixit Simeon de illo: Ecce hic poſitus eſt in ruinam, & reſurectionem multorum. Accipientibus & venerantibus nomen eius erit reſurectio à peccatis: proijcientibus ac contemnētibus (vt faciūt hi qui ſantiſsimū eiꝰ nomē blaſphemāt, vel paſsim in ore ſerūt iurantes falſum in nomine eius, vel incautè aut ſine cauſa in eius nomine teſtificātes) erit in lapſum & in ruinam. Nam ideò dicit Sa-

Eccleſ. 10.
Thob. 4.
Dani. 2.
Figura.
Luc. 16.
Geneſ. 2.
Geneſ. 3.
Luc. 2.
Similes.
Moralitas

cit Sapiens Eccleſ. 23: Vir multum iurans replebitur iniquitate, & à domo eius non recedet plaga. Et Paul. Quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinē teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt. Sed de hoc infrà Deo dante, cùm de iuramentis ex propoſito fiet ſermo. At verò in hoc quod dicit: Saluū faciet populū ſuum, eſt obſeruandum quod ſi loquamur de ſalute, quoad ſufficientiam nomine populi ſui, intelligitur totum genus humanū, iuxta illud. 1. Ioan. 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, & non ſolùm pro noſtris, ſed etiam totius mundi. Cæterum ſi fiat ſermo de ſalute quoad effectū ſubſequutum: nomine populi ſui intelligitur collectio electorum, de quibus dicitur Ioan. 10. Oues meæ vocem meam audiunt, & ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum. Sed quoniam diximus modò, quòd in hoc quod ſaluat nos Chriſtus à peccatis noſtris, ab omnibus nos redimit malis. Vt vltimam huic doctrinæ addamus lineam conſiderandum eſt præterea, quòd ſub hac vna ſalute triplex ſalus inſinuatur. Nam cùm neceſſe ſit vt medicina morbo reſpondeat, & ſit triplex captiuitas in peccatore, triplex & debet eſſe ſalus. Hæc autē triplex miſeria atque captiuitas eſt. Subiectio peccati, ſubiectio diaboli, & ſubiectio mortis æternæ. Hac triplici ſubiectione ſubiectum erat genus humanum, à quibus per Chriſtum liberatum eſt, ita vt poſsit dicere Paul. Rom. 8. Nihil ergo nunc damnationis eſt his, qui ſunt in Chriſto Ieſu. Id eſt, nulla iam reſtat captiuitas, ſiue miſeria redemptis per Chriſtum, qua damnentur. Nam lex ſpiritus vitæ, in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati & mortis. Et quemadmodum ſub peccati ſubiectione includuntur duæ aliæ, nempè ſubiectio Diaboli, & obligatio damnationis: ita in ſalute à peccatis continetur ſalus à poteſtate diaboli, & damnatione mortis æternæ. Vnde & ipſe dicit: Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis: quia liberat vos à peccato, ad quod cæteræ captiuitates ſequuntur, quā extirpata verè liberi erimus, vt ſic videtes omnem ſalutem ab hoc dulciſsimo Ieſu nobis prouenire dicamus cum Pſalmiſta. 47. Secundum nomen tuum, ita & laus tua; quoniam Saluator eſt qui nos ab omni infirmitate & miſeria liberat, atque radicem omnium malorum à nobis euellit.

Eccleſ. 23.
Ad Hebr. 10.
1. Ioan. 2.
Ioan. 10.
Triplex ſalus.
Roman. 8.
Ioan. 8.
Pſal. 47.

Hoc autem totum factum eſt vt adimpleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam, &c. Cùm non, niſi vnam tantùm rem præmiſerit, nempè Chriſti conceptionem, ita loquitur modò ac ſi multa prædixiſſet, cùm dicat: Hoc totum factum eſt &c. Verum id magis ad magnitudinem rei & profunditatem Sacramenti, quàm ad multitudinem narratorum referendum eſt. At ſi dicat hoc tàm admirabile Sacramentum, tàm grande myſterium factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam: Obſerua quòd hæc particula, vt, in hoc & in alijs multis conſimilibus locis, non ſignificat finalem cauſam, ſed tantùm cōſequutionē. Nec enim hęc, aut illa, quę facta ſunt in tēporis plenitudine, ad eū finē ſic peracta ſunt, vt illa, quæ multò ante prædicta fuerant adimplerētur, ſed potiùs ēcontra idcircò Prophetæ illa prædixerūt; Quoniam ſic erāt in temporis plenitudine fienda. Finalis ergo cauſa hic non ſignificatur, ſed quid conſequutum ſit ex tali re geſta indicatur. Cùm ergo ſecundum modum ſacris Euangelijs vſitatum dicitur hoc, aut illud factum, vt hæc aut illa Scriptura impleretur, ſic intellige. Huius aut illius rei exhibitione conſequuta eſt impletio Scripturæ, vel hoc aut illo facto impleta eſt hęc aut illa Scriptura, quæ id aliquando futurū prænuntiauit: *Quòd dictum eſt à Domino per Prophetam.* Rectus diſtributor vnicuique quod ſuum eſt tribuit, vt Deum omnis prophetiæ & Scripturæ ſanctæ primarium authorem & efficiēs principium aſſerat eſſe, ipſum verò Prophetam, vt inſtrumentum tantum, & miniſtrum ſancti ſermonis ſecundo loco conſtituens. Quod & Propheta Dauid Pſalm. 44. his verbis mirificè expreſsit: Eructauit cor meum verbū bonum dico ego opera mea Regi: lingua mēa calamus ſcribæ, velociter ſcribentis. Diuinum namq; ſpiritum ſcribam velociter ſcribentem, ſuam verò linguam talis ſcribæ tātum calamum aſſerit. Sed dubitatur, an hæc verba fuerint ipſius Euangeliſtæ, an Angeli, qui loquebatur ad Ioſeph. Nam multi dicunt, quòd ſunt verba Euangeliſtæ, volentis inſinuare myſteria Chriſti ex oraculis Prophetarum. Sed alij exiſtimant verba fuiſſe ipſius Angeli, quaſi diceret: Ioſeph tu audiſti, ecce Virgo concipiet, &c. ab Eſaia dictum: aduerte hoc eſſe impletum in tua coniuge Maria. Nam Auguſt. ſermone. 15. de Natiuitate Dñi ait: O Ioſeph tu audiſti hoc

Pſal. 44.
Dubium.
Eſai. 7.
D. Aug.

Pſal. 47. D. Chryſ. hoc vaticinium, nunc vides impletum, dic ergo cum Dauid. Sicut audiuimus ſic vidimus, &c. in Ciuitate Dei. Ita tenet Chryſoſtomus homil. 5. in Matth. Theophilact. & Euthimius in Matth.

Ecce Virgo concipiet & pariet filium, &c. In argumento huius operis diximus, intentum Euangeliſtæ eſſe probare Chriſtum Dominum eſſe verũ Meſsiam, in lege promiſſum & prophetatũ, & id probat ex ſignis & notis aliquibus, quibus verus Meſsias in lege præfigurabatur: quarum prima fuit, quod deberet eſſe ex ſemine Dauid, quod iam ex dictis ſatis conſtare poterit. Secũda verò eſt, quòd deberet naſci ex virgine, quod ex hoc teſtimonio Eſaiæ probat, & manifeſtat virum ſuũ non cognouiſſe eam ante partum: & ſtatim docebit, quòd nec poſt partum. Hoc autẽ teſtimonium Eſaiæ perfidi Iudæi nobis inficiari conantur. Dicunt enim nõ debere legi, ecce virgo concipiet, ſed ecce adoleſcentula concipiet. Quoniam ibi eſt alma, quæ ſignificat adoleſcentulam. Nam vocabulum, bethula eſt quod ſignificat virginem adoleſcentulam. D. Hiero. Sed tamen D. Hieronym. ſuper hunc locum, & in alijs locis probat nunquam in Scriptura inueniri nomen hoc, Alma, quin Gene. 42. ſignificet virginem: vt Geneſ. 24. vbi dicitur de Rebecca: Virgo pulcherrima & incognita viro, eſſe pro virgine, alma. At hoc nomẽ, bethula, licet ſignificet virginẽ, etiã ſignificat adoleſcentulam corruptam: vt Ezech. 23. Ezech. c. 23. vbi nos legimus ibi fracta ſunt vbera, & ſubactæ mammæ pubertatis earum, pro pubertate earũ Hebraicè eſt bethula, vbi bethula adoleſcẽtulam corruptã ſignificat: nam agit ibi de meretricib⁹ duabus. Imò non ſolùm ibi bethula ſignificat adoleſcentulam corruptam, verum & meIoel. 1. retricem in proſtibulo poſitam. Et Ioël. 1. dicitur: Plange ſicut virgo accincta ſacco, ſuper virum pubertatis ſuæ: vbi virgo quæ luget maritum cui nupſerat puella, id eſt, adoleſcentula iam viro iuncta, quæ maritum luget lugubri veſte amicta, à Ioële bethula dicitur: Ecce vbi bethula adoleſcentulam corruptam ſignificat. Alma verò niD. Hiero. hil tale, ſed ſemper virginẽ integram ſignificat, aliàs (vt ait Hiererony.) dent ipſi locum in vniuerſa Scriptura, vbi ſit alma, & non ſtet pro virgine. Imò aliqui dicunt, q̃ Gene. 24. in illo loco Gene. 24. vbi primùm fit mentio de puella Rebecca, ponitur alma ſolùm, ſed in ſecũdo loco ponitur bethula, & ideò addit Moyſes, incognita viro, quod non dixit primo loco, vbi erat vocabulum, alma, vt oſtenderet quòd alma ſemper ſignificat virginẽ, & ideò nõ opus erat addere incognita viro, ſicut in alio loco vbi ponitur bethula, quia ſignificat etiam adoleſcẽtulam corruptam, licet D. Hierony. dicat, quòd D. Hiero. vtrobiq; ponitur alma, quæ ſignificat adoleſcentulam abſconditam, ſummoq; ſtudio cuſtoditam, ſicut virgines veræ eſſe ſolent. Imò addit D. Hierony. quòd etiam lingua D. Hiero. Punica, quæ ab Hebræa duxit originẽ, virginem vocat alma. Et hoc ex contextu huius cap. Eſaiæ patet. Nam pro ſigno hoc datur Regi Achab, & pro ſigno magno potentiæ Dei, quod non ſolùm eſſet potẽs ad liberãdos eos de manu Regis Siriæ, & aliorum, ſed quod etiam poſſet dare virgini Eſai. 7. conceptum: nam corruptam concipere & parere, quodnam miraculum eſt? Signa autem quæ promittit Deus ſemper ſuprà naturam ſunt, vt in Moyſe, Samuele, & Helia viſum eſt. Igitur prouidens Scriptura huic calumniæ, ibi non bethulam, ſed almam poſuit: quia nos damus illis Scripturæ loca, in quibus, bethula, pro adoleſcentula corrupta ponitur, illi autẽ non dabunt locum, in quo alma, nõ ponatur pro virgine. Nam vt ait Epiphanius libro. 2. contra Hæreſes, Epiphan. quando diſputat cõtra Theodoſianos: Circunſpectiſsimus eſt Spiritus Sanctus, cauet omnia, & proſpicit omnia. Scio quidẽ Iudæos illum locum Prouerb. 31. Viam viri in adoleſcentula, vt ſunt impudentes interpretari de ſcorto, quod eo faciunt conſilio, vt hunc locum Eſaiæ labefactent, & nobis præripiant. Ego verò exiſtimo etiam de adoleſcentula, & innupta, & virgine eſſe ſermonem in illo Salomonis loco, nec per me vnquã efficient, vt aut de viro adoleſcẽtulam peremitem loquatur Sapiens, aut de iuuene in adoleſcentia, aut de viro rem cũ ſcorto habente. Nam præter hoc, quod cõtextus ſeries, & Sacræ ſcripturæ authoritas has interpretationes vix benè admittunt: vſus ipſe vocum illas damnare videtur. Oſtẽdant namq; oportet, vbi vox illa, quæ in Hebræo eſt ſcortum notet. Nam vt quidam Neothericus Hebrææ linguę non modicum eruditus ſuper hunc locum Eſaię adnotauit, vſquam illa vox in tali ſignificato reperitur, aut quomodo amor ille iuuenum poſsit his vocibus explicari, via viri in adoleſcentula. Quare ſi contextus, & ſimilitudines expendantur myſterium partus

tus virginei, ni fallor, explicat. Multò enim difficiliùs eſt cognoſcere, quà vir ille tranſierit, quã qua nauis, aut ſerpẽs, aut aquila. Singula enim iſta aliquid efficiunt, aliquid ſcindũt, aut diuidũt, in partu vero virgineo adeò nullũ veſtigium trãſitus remanſit, vt ſi negare vellet Mater ſe peperiſſe; non eſſet vnde mẽdatij conuinci poſſent, non ſecùs quã adulterę ſi dicãt ſe nihil mali perpetraſſe. Et hæc eſt redditio cõparationis, quæ in Salomone ſequitur. Conſule Neothericos aliquos ſuper hunc locũ, & præcipuè Leonẽ, ac Foreyrũ, & multa circa hoc inuenies. Aduertendũ etiã, quod iuxta veritatem Hebraicã ſic legitur hic locus. Ecce virgo prægnãs, vel fœta pariens ens: vbi ſimul cum virginitate, & conceptũ & partũ iungit: vt explicetur virginitas ante partũ, & in partu. Quod ſi iungeris huic loco Eſai. illũ Ezech. 44. Et cõuerti me ad viã portæ ſanctuarij exterioris, quæ reſpiciebat ad Orientẽ, & erat clauſa, & dixit Dñs ad me: Porta hæc clauſa erit, & non apierietur, & vir non trãſiet per eã: quoniam Dñs Deus Iſraël ingreſſus eſt per eã, eritq; clauſa Principi, Princeps ipſe ſedebit in ea, habebim⁹ perpetuã V. Mariæ integritatẽ, cõtra Heluidiũ & alios perfidos hæreticos. Nam hũc D. Amb. locũ D. Ambr. de inſtit. virginum. c. 7. de B. Virgine explicat, quæ dicit via ſanctuarij: quoniã per illã intrauit atq; exiuit ille, qui Sanctificator eſt animarum: vel vt dicit D. Aug. D. Aug. ſicut Heua eſt mater omniũ viuentium: ita Maria Mater eſt ſanctorũ viuentium hac vita ſpirituali, ſicut Heua illa fuit 1. Cor. 15. mater viuẽtium vita animali: prius autẽ eſt animale, deinde qd̃ ſpirituale, vt ait Pau. & ideò illa prior typũ geſsit huius ſecũdæ, & hæc porta erat clauſa: quia virgo erat, ait Ambroſ. Princeps ipſe ſedebit in ea. Vbi D. Amb. Ambr. c. 12. de inſtit. virginũ ait: Ipſe Dux loan. 1. ſedit in ea, quãdo verbum caro factũ eſt, & habitauit in nobis, quaſi Rex ſedẽs in aula Regali vteri Virginalis. Et vt oſtẽderet, q̃ hæc ſeſsio deberet eſſe abſq; reſeratione, & præiudicio ſuæ integritatis, ait: Princeps ipſe ſedebit in ea, id eſt, Deus ipſe ad cuius ingreſsũ non eſt opus reſerare vterũ. Vnde Hebræa lectio dicit: Et Princeps, Princeps ipſe ſedebit in ea. Princeps autem eſt, ipſe, ſubaudi Deus Iſraël, de quo ſermo erat precipuè, cùm apud Hebr. ipſe, ſolitariè ſumptum Deum referebat. Vnde diſcipulos Pithagoræ mutuatos putò illud de ſuo præceptore ipſe dixit. Quod cùm dicebant præceptorẽ Pythagorã ſignificabant. Tãta erat hominis arrogantia, vt ſe honore Dei affici vellet. Habebat enim originem à Iudæis, & ideò ex libris ſacris multa eſt mutuatus. Ergo ex vtroq; loco Eſai. & Ezech. Virgo deſcribit in partu, ante partũ, & poſt partũ. Vnde & Eccleſia de ea canit & dicit: Inuiolata, intacta, & caſta es Maria. Intacta ante partum, inuiolata in partu, caſta & integra poſt partũ. Et Eccl. 24. dicit in ꝑſona Vir- Eccleſ. 24 ginis: Ego quaſi libanus nõ inciſſus euaporaui habitationẽ meã, & ſicut balſamũ non mixtũ odor meus. Libanus cãdidatio interpretatur, per quod ſignificat puritas ac integritas Mariæ nunquã inciſſa. Balſamũ autẽ non mixtũ ſignificat puriſsimũ ſanguinem eius viri ſemini impermixtũ: talis enim eſt odor eius, & talis euaporatio habitationis eius, quã filio Dei exhibuit, quibus odorib⁹ ad ſe allexit eum. Decebat enim, vt ea quã ſibi filius Dei in Matrẽ accipiebat, & virgo eſſet ac permaneret: vt ſicut Deus de Deo, & homo de homine, ita & virgo de virgine naſceretur. Et quia Deus voluit facere natiuitatẽ hanc ſecundã, qua filius ex Matre homo factus naſcitur, quã ſimillimã illę primę natiuitati, qua ex Patre procedit Deus, quoniam vtrobiq; idẽ Verbũ naſcit. Vt verificaretur, q̃ Abacuch de hac natiuitate, & egreſſu ab vtero Virginis dixerat. Et egreſſus eius ſicut ab initio à diebus æternitatis. Hoc eſt. Hic ſecũdus egreſſus à Matre, quã ſimillimus eſt illi priori, quo à Patre ab æterno procedit. Et in prima generatione habet Patrẽ ſine Matre, in ſecũda debuit habere Matrẽ ſine Patre. Ibi nã ſcitur ſicut candor de luce, cũ filius ſit candor lucis eternæ, hic ſicut flos de terra. Flos enim ait Abrutal. Philoſoph. habet in cœlo Abrutal patrẽ ſine matre, nimirũ Solẽ in terra matrem ſine patre, nẽpè ipſam terrã. Sic flos iſte de radice Ieſe in cęlo habet patrẽ ſine matre, nempè Deũ, & in terra matrẽ ſine patre, ſcilicet Mariã Virginẽ, de qua dictũ eſt: Ecce virgo cõcipiet, vt etiã. 70. transferunt. Eſt eim verè alma, id eſt, abſcondita virgo: quoniã ſemp publicos vitauit aſpect⁹, in cubiculoq; ſuo cũ Deo latebat, ita vt oportuerit Angelũ ad illã intrare, vt alloquereſ eã ex parte Dei, vt ait Luc, vt doceret iuuẽculas virgines, aliter nõ poſſet virginitas ſeruari, niſi ſe à publico abſtineant conuictu. Talib⁹ nãq; (ait Hier. de aſſumpt. virginis D. Hiero. ad Pau. & Euſth.) Decebat virginẽ oppignerari munerib⁹, quæ dedit cęlis gloriã, terris

dominum,pacemq; refudit, fidem gẽtibus, finem vitijs, vitæ ordinẽ, moribus diſciplinam. Eſt & alia ſimilitudo huius tẽporalis cũ illa ęterna natiuitate. Quoniã ibi filius abſq; fœditate aut corruptione procedit à Patre, velut ſplendor à Sole. Sic de Virgine naſcitur in ſecũda natiuitate integra atque pura permanẽte, ſicut radius à ſidere, vt Eccleſia dicere poſsit. Sicut ſidus radiũ profert Virgo filium pariforma, nec ſidus radio, nec Mater filio fit corrupta. Sed ſicut radius Solis per vitreã feneſtram tranſit ea integra ac lucida permanente: ſic filius à Matre, &c. Vnde Hiero. vbi ſuprà ait: Sanè
D. Hiero. vterus Virginis, quãuis mundus, quãuis impollutus, & alienus à contagione peccati, quãuis ſanctus: tamẽ adhũc vilitate humanitatis induitur, vt ita dicã, ac ſi lana candiſsima ſuoq; colore dealbata: ad quã ſanè
Simile. cùm acceſsiſſet Spiritus Sanctus, quaſi ipſa eademq; lana, cùm inficitur ſanguine conchilij, vel muricis vertitur in purpurã verſa eſt & ipſa ſine coitu in matrẽ, vt nõ ſit iam à modo quod fuerat, ſed purpura veriſsima ad indumentũ, & gloriã ſummi Regis diuinitus aptiſsimè dedicata: vt nulli deinceps ea vti vſu fœmineo licuerit, niſi ſoli Deo. Item illa prima natiuitas abſq; vllo dolore, & cum infinito gaudio eſt: in hac ſecunda natiuitate filius procedit ex vtero Virginis ſine vllo dolore: imo ſumma cũ lætitia & gaudio. Vnde Eſai.35. Germinãs germina-
Eſai.35. bit, & florebit ſicut liliũ & exultabit lætabunda & gaudẽs. Et Pſal.71. Deſcẽdet ſicut
Pſal.71. pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillãtia ſuper terrã. Vbi D. Hierony. vbi ſuprà ait:
D. Hiero. Vellus cũ ſit de corpore neſcit corporis paſſionẽ: ſic & virginitas cũ ſit in carne neſcit vitia carnis, nec Virgo, quæ verbũ caro fa-
Simile. ctum peperit dolores carnis ſenſit, ſed ſicut cœleſtis imber in Virginis vellus placido ſe infudit illapſu, & tota diuinitatis vnda ſe contulit in carnẽ quando verbum caro factum eſt, ac deinde per Crucis patibulum
Ioan 1. expreſſum terris omnibus ſalutis pluuiam effudit, & ſtillicidia gratiæ humanis preſtitit mentibus. Et quidẽ hoc priuilegium ſoli Mariæ debebatur, vt abſq; dolore pareret
Sola Maria abſque dolore pepe nit. vnigenitum Patris: quoniam ſi inter homi-
Simile. nes mos eſt, vt ille liber ſit à vectigalibus, quæ cæteri ſoluũt, qui nouas fruges primus ad ciuitatem adduxit, cur B. Virgo à tributis, quæ aliæ mulieres in cõceptibus ac partibus ſoluunt libera nõ erit, quæ prima nouum ac ſaluberrimum fructũ in terris protulit? Et florebit ſicut lilium, ait Propheta. Vbi Simmachus ponit nomẽ ſignificãs reſam clauſam, antequam aperiantur flores, teſte Hiero. ſuper illud. c.35. Eſai. Vt ſignificaret, quòd ita florebit B. Virgo clauſtris pudoris permanentibus. Eſt & alia ratio, quare decuit vt Mater Chriſti Virgo eſſet, nempè vt in hoc myſterio ſumma atq; infinita Dei potẽtia ac fortitudo manifeſtaretur. Inauditũ quippè ac ſuprà omnem naturæ ordinem eſt, vt remanẽte priuatione ad actum actus nuncietur ineſſe, vt, v.g. cœcus priuationẽ dicit ad videndum, qua manente videre impoſsibile eſt: tamen ſi ei miraculoſè dentur oculi naturaliter videbit illis oculis, quos ſupnaturaliter accepit. Miraculũ quidẽ fuit cœco oculos prebere poſteà tamen naturaliter videt cũ eis. Idem de homine mortuo dices: Quãdiù mortuus eſt viuere nequit, at ſi per miraculũ detur ei vita naturaliter viuit. Illud tamen ſuprà omne mirabile eſſet, ſi cœcus abſq; viſu videret, & mortuus ſine vita viueret, perinde enim eſſet ac ſi cœcus permanẽs cœcus videret, & mortuus permanens mortuus viueret. Virgo quãdiù virgo eſt priuationem habet conceptus, ac inhabilis eſt ad partus edendos. Si deſinit eſſe virgo, & cõcipit ac parit, nihil mirabile eſt. At ſi permanens virgo concipit, ſi manens virgo parit, & fit mater, hoc ſuprà omnia mirabilia erit. Perinde quippè eſſet, ac ſi cœcus permanens cœcus videret, & mortuus manens mortuus viueret. Hoc ergo admirandũ & ſtupendũ miraculũ in B. Virgine accidit. Quippè & quæ mater eſt, & virgo permanſit, & gaudium matris habet & virginitatis honorẽ. Quare & ipſa natura miratur, cùm omnes ſuas leges hic fallere videat. Vnde quidam Neotericus Poëta dixit.

Miratur natura ſuam euaneſcere legem.
Hac vna præter ſecula cuncta dic.

Potẽtia ergo Dei ſumma ac fortitudo eius, maximè in tali oſtẽditur myſterio, & ideò Gabriel, qui fortitudo Dei dicitur, ad illud annuntiandũ venit. Sunt & aliæ rationes plures, ex quibus duas tantũ accipito. Pri-
Luc.1. ma ex D. Bonau. 3. ſent. diſtinct. 21. nempè
D. Bonau. propter perfectionẽ & complementũ vniuerſi, vt implerẽtur omnes modi poſsibiles generandi hominem. Primus modus eſt ex viro & fœmina & hic eſt cõmunis. Secũdus nec ex viro, nec ex fœmina, ſicut Adam. Tertius ex viro, & non ex fœmina, ſicut Aeua. Quartus ex fœmina, & nõ ex viro, ſicut

ſicut Chriſtus. Ad quod & poteſt accõmodari illud, quod dixit Dñs ad Abraham
Gene. 15. Geneſ. c. 15. futurum, vt poſteri ſui quartã generatione in terrã promiſionis reuertantur. Hoc eſt tẽpore Chriſti, in quo fuit hæc generatio. Secũda ratio, vt oſtẽderet Chriſtus Dñs quantũ amaret, & honoraret virginitatem. Naſcitur ex virgine, ipſe eſt virgo, dilectum habuit diſcipulum virginẽ, in cœlo ſequũtur illum canẽtes ſolæ virgines. In ſtatu innocentiæ fuerũt virgines, in veteri lege preſtantiores fuerunt virgines, vt
D. Ignat. ait D. Ignat. in epiſtol. ad Philadelphium, dicens: Virgo fuit Abel, Melchiſedech, Maria ſoror Moyſi, Ioſue, Daniel, tres pueri, Helias, & Helyſeus, Ioannes Bapt. Innouo teſtamẽto fuerunt innumerabiles virgines:
Zach.9. quoniã Chriſtus in Euangelio vinũ propinauit germinãs virgines, vt ait quidã Propheta: Nec ſolùm apud populũ Dei, ſed & apud Gentiles etiã fuit maximo honore habita virginitas Minerua Dea ſcientiarum dicebatur virgo, Pithia, quæ reddebat oracula, fuit virgo, Sybillæ etiam fuerũt virgi-
D. Hiero. nes: & vt ait Hiero. propter donum virginitatis illa prædicebãt, apud Romanos veſtales etiam erant virgines, quæ in ſummo ho-
Plinius. nore habebantur. Plinius lib. 28. c. 2. refert vnam ex veſtalibus virginibus, falſò accuſatam, de inceſtu miraculo quodam ſe purgaſſe. Et licet quidã exiſtiment illud factũ
D. Thom. fuiſſe per dęmonis poteſtatẽ: tamẽ D. Tho. in diſput. q. 6. de potentia. art. 5. ad. 5. proponens hoc prodigium reſpõdet, ſibi admodum probabile videri, illud verũ fuiſſe miraculũ & factũ à Deo miniſterio boni Angeli, non quidem in confirmationem religionis illius, ſed ad demonſtrationem veritatis, tùm etiam ad defenſionẽ innocentiæ, & in honorẽ virginitatis. In collationibus Patrum collat. 14. refert Caſsianus, q̃ cùm adduxiſſet quẽdam oppreſſum à dæmone, ad Abbatẽ Ioannẽ, qui nimia pollebat ſanctitate, non potuit curare illũ. Ad aduentũ autẽ cuiuſdam agricolæ ſecularis expulſus eſt dæmon. Quod factum admirans Abbas Ioannes agricolam illũ ſecretò alloquẽs interrogauit eum, ſi aliquod bonũ opus feciſſet, ob cuius virtutẽ illud miraculũ factũ eſſet. Qui ex humilitate dixit ſe nihil boni habere niſi peccata. Tamẽ cũ inſtaret ſanctus Abbas dixit ſe ſemper cũ ibat & redibat ad ſuum laborẽ iter facere per Eccleſiã, Deo per omnia gratias redditurus, & q̃ antequã grana in horreis ſeruaret decimas & primi tias ſoluebat, nemini vnq̃ læſiſſe, ſed ſi iter faciebat per aliena ſata os boũ occludebat, nè vel minimum damnũ faceret in alieno. Hæc omnia parua viſa ſunt Ioãni ad tantũ miraculũ, quod nec ipſe facere poterat, atq; iterũ obſecrationibus illũ interrogãs, ſi alia bona opera haberet: tandẽ faſſus eſt ſe vxorem habere, & tamẽ virginem permanere, vxorẽq; ſuam tanquã ſororem habere: quoniam ſolũ propter obedientiã parentũ eam duxerat, & vndecim annis intactã eam habebat. Et tũc huic tãtę virtuti hoc miraculũ attribuit S. Abb. Nam faſſus eſt ſe in ſeipſo tantã hanc virtutẽ non inueniſſe, ſi ſeſe talis occaſio obtuliſſet. Præterea apud ſanctos magna paſsim ſunt virginitatis præconia, ex quibus vnũ ex D. Hiero. loco proxi-
D. Hiero. mè citato accipito: Sẽper eſt Angelis (ait) cognata virginitas: nam in carne pręter carnem viuere nõ terrena vita eſt, ſed cęleſtis. Vnde in carne Angelicã vitam acquirere maius eſt meritũ, quàm habere. Eſſe enim Angelũ felicitatis eſt, eſſe verò virginẽ virtutis: dũ hoc obtinere nititur virgo viribus, cum gratia, quod habet Angelus ex natura. Vtrũq; tamen & eſſe virginẽ, & Angelũ diuini muneris eſt officiũ, nõ humani. Huius autẽ rei, q̃ filius Dei naſciturus erat ex Virgine multæ præfuerũt mirabiles figu-
Gene 2. ræ ab exordio mũdi. Prima figura fuit Adã formatus ex terra virgine, quæ nec fuerat
Ad Hebr. 7. cõpluta, nec culta ab homine. Secũda Melchiſedech ſine patre & matre. Tertia rubus in combuſtus. Quarta virga Aaron ſine
Exodi.3. humore florẽs, & fructificãs. Quinta vellus
Num.12. Gedeonis. Sexta lapis Danielis exciſſus de
Iud.6. mõte ſine manibus. Septima porta Orien-
Daniel.2. talis, quã vidit Ezech. quę erat clauſa Prin-
Ezec.44. cipi, de qua modò diximus. Et quia ideò dicitur Chriſtus flos cãpi. Nam ſicut flos cãpi
Cant.2. naſcitur ſine cultura, & Pſal. 21. dicit Chri-
Pſal.21. ſtus: Ego ſum vermis & non homo. In quæ verba ait Euthim. & S. Pagnin. Chriſtum
Euthim. Pagninus. propter admirabilẽ generationẽ dici vermen. Non enim generatur vermis ex mare & fœmina, ſicut nec Chriſtus. Cæterũ tria fuerũt inſignia virginitatis B. Marię, quib⁹ longè alias omnes virgines excellit. Primũ inſigne fuit quod prima ab orbe condito vouit virginitatẽ. Secundũ non ſolùm fuit virgo, ſed habuit ſummã puritatẽ virginitatis, quæ poteſt eſſe in pura creatura. Vnde ſapiẽter dixit Anſel. lib. de cõceptu Virg. Domina noſtra, ex qua filius Dei carnem ſumpturus erat, tãta puritate eſſe decebat,

vt maior ſub Deo eſſe non poſſet. Tertium fuit, quòd virginitas illius non fuit ſterilis, ſed fœcũda. Vnde Epiphan. contra Hæreſes: c.78. ait fuiſſe antiquiſsimum morem Eccleſiæ, & omnium fidelium, qui mos ſuo etiam tẽpore durabat, vt nunquã nominaretur Domina noſtra Maria, quin adiungeretur Virgo. Ecce ergo explicatũ hoc teſtimoniũ Eſai. Ecce virgo concipiet & pariet filium. *Et vocabitur nomen eius Emanuel.* Aliqui legunt: Et vocabit, nempè vel Ioſeph, vel virgo Maria, qui tanquam parentes nomen filio imponebant. Licet Petrus Galat. lib.3. de arcanis Fidei, inthalmut inuentis. c.18. ad fœmineum ſexum referri obſeruat Verrath, vt ſic transferamus. Et vocabit ipſa nempè Mater Virgo filium ſuũ Emanuel. Ex quo dabatur intelligi Chriſtũ non habere Patrẽ, ſed Matrẽ. Nam apud Hebr. patres imponebãt nomina filijs, vt vidimus in Ioan. Bapt. cui nunquã impoſitũ eſt nomen, etiã ſi mater dixerit, quoaduſq; pater poſtulato pugillari ſcripſit, dicẽs: Ioannes eſt nomẽ eius. Atverò, quia Chriſtus nõ habuit patrẽ in terra, in Matre remãſit ius imponendi ei nomen. Et vocabitur nomẽ eius Emanuel. Hic eſt dubium, quoniam Dñs noſter, nunquam tale nomen habuit, non enim appellatur niſi Ieſus. Sed reſpondetur, quòd Propheta in illo vaticinio nihil aliud voluit dicere, niſi inſinuare, quòd hoc ipſum, quod eſt nobiſcum Deus, id enim deſignat Emanuel, veriſsimè & propriè ac commodandum eſſe Chriſto. Quoniam cùm ipſe ſit filius Dei incarnatus, veriſsimè eſt nobiſcum Deus, ſecundum illud Ioan.1. Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Tum etiam, quoniam Deus eſt nobiſcum per operationem ſalutarem cuiuſmodi eſt ſalus generis humani. Ita ſolemus dicere: Si tuiſtud facinus egregium fueris exequutus, vocaberis *Hombre de bien y de valor*, non quia hoc circunloquium ſit nomen impoſitum; ſed quia res ſignificata per ipſum, verè & propriè adaptatur illi perſonæ inſigni. Ad iſtum modum loquendi dicit Eſai.c.8. faciens verba de Chriſto: Voca nomen eius accelera ſpolia detrahere, feſtina prædari. Non quia Chriſtus habuerit iſtam nomenclaturam, ſed idcircò, quia res ſignificata per iſta vocabula accommodentur Redemptori noſtro, cum veritate & proprietate conſiderando efficaciam ipſius, & celeritatem in ſaluando genus humanum, in detrahendis ſpolijs, quibus infernus & diabolus fruebantur. Hoc eſt dicere, *Tendra fuerças y preſteza para deſpojar al infierno y à la muerte: Quod eſt interpretatum nobiſcum Deus.* Felix profectò, atq; beata promiſio omnibus alijs, quæ homini contingere poſſunt altior, vtiq, vt nobiſcũ ſit Deus, non illa tantũ generali aſsiſtentia, qua omnibus aſsiſtit rebꝰ, nẽpè per præſentiam, potentiam, & eſſentiam, ſed quod ſua diuina perſona præſentialiter nobis adſit noſtræ vnita humanitati. Omne hominis bonum in hoc ſitum eſt, vt Deum ſecum inhabitantem ac preſentem habeat, & vniuerſum damnum ac malum hominis eſt, vt diuina careat aſsiſtentia. Vnde & cõſequitur nullum aliud bonum, quod verè hoc nomine gaudeat homini obuenire poſſe, præter Dei aſsiſtentiam ſecum, nec aliquod ei poſſe contingere malum, quod verè malũ ſit, præter carentiã Dei. Vnde etiam conſequens ſit nullam rem per ſeipſum neceſſariã homini eſſe præter Deum, nec eſſe, nec viuere, nec ſalus, nec diuitiæ, poſtremò nec ipſa virtus per ſe homini neceſſariæ ſunt, niſi in ordine ad Deũ, nempè in quantum per ipſas conſequimur Deum. Hãc veritatẽ tradere voluit Chriſtus Dominus Marthæ, cùm querenti de ſorore ſua Maria, quia ſolam illam reliquerat miniſtrare, reſpondit: Martha Martha ſolicitaes, & turbaris erga plurima. Porrò vnum eſt neceſſarium. Maria optimam partẽ elegit, quæ non auferetur ab ea. Ac ſi diceret, & ſi bona ſint opera erga que ſolicitaris, tamen per ſe neceſſaria non ſunt, ſed quod per ſe & abſolutè neceſſarium eſt Deus eſt, quem ſoror tua elegit in partẽ, que ſola conſiſtere poteſt: nam cætera omnia fugacia ſunt. Quid enim homini prodeſt, vel eſſe aut viuere, ſi abſque Deo deberet eſſe? De homine quodã, quẽ Deus ob ſua peccata deſerturus erat dictũ eſt. Bonũ erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. Ac ſi diceret. Meliùs foret illi, nec eſſe habuiſſe, nec vitam, quàm eſſe aut viuere ſine Deo. Nam non eſſe nihil eſt, eſſe autẽ & ſine Deo ſumma miſeria computanda eſt: quoniam nec eſſe, nec viuere preſtãt homini, niſi cum eis lucretur Deum. Ad hoc deſideria illa tendere videbãtur, quæ Iob verbis ſuis explicabat, quibus videbatur appetere, nec fuiſſe nec vitã habuiſſe: quoniam loquebatur ibi de peccato originali, in quo homo & concipitur, & naſcitur ſine Deo, id eſt, abſq; eius gratia. Et videbatur illi optimum, nec concipi,

Epiphan. *Eſai.7.* *Galatinꝰ.* *B. Virgo nomẽ filio ſuo impoſuit.* *Luc.1.* *Dubium.* *Ioan.1.* *Simile.* *Eſai.8.* *Moralitas ſeu contio alia de eodem.* *Moralitas* *Luc.10.* *Matt.26.*

cipi, nec naſci, nec eſſe, quam hæc abſque Dei gratia habere. Vnde & cap.3. dicitur: Poſt hæc aperuit Iob os ſuum, & maledixit diei ſuo, & loquutus eſt: Pereat dies, in qua natus ſum, & nox in qua dictum eſt conceptus eſt homo. Quare non in vulua mortuus ſum, egreſſus ex vtero non ſtatim perij? Quare exceptus genibus? Cur ablactatus vberibus? Et alibi: Quare de vulua eduxiſti me, qui vtinam cõſumptus eſſem, nè oculus me videret? &c. Quare miſero data eſt lux, & vita his qui in amaritudine animæ ſunt? Ac ſi diceret: Quid vita confert peccatori, ſi illam abſque Deo tranſigere debet? Bonum ei erat non viuere, aut eſſe: quam id abſq; Deo habere: quoniam nihil horum ſibi neceſſarium eſt, niſi vt per ea lucretur Deum. Quod cùm perpendiſſet Deus protinùs, vt hominem ineſſe conſtituit, ei ſimul & gratiam contulit, ac cùm inſuflaſſet in faciẽ eius ſpiraculum vitæ, quo viueret corpus, ſimul & ſpiritum gratiæ ſpirauit in anima, quo & ipſa viuificaretur: vt hic intelligeret homo ſibi nec eſſe, nec viuere, aliquid conferre, niſi per illa lucraretur Deum. Hinc etiam fit ad nullum aliud obiectum hominis voluntatem neceſsitari, niſi ad ſolum Deum, quod euidens ſignum eſt ſolum Deum ſibi nẽceſſarium fore, cætera omnia & velle & nõ velle poteſt, Deũ autẽ ipſum nõ poteſt nõ velle, & ſæpè putans ſe aliud velle Deum etiam ſi id ignoret ibi vult: quoniã in quocunq; bono diligibili illud ſummum ac neceſſarium bonũ eſt. Hoc autẽ ex ipſa propenſione potentiarum ad propria obiecta colligere poſſumus. Viſus enim nihil aliud, quam colorem videre poteſt, qui proprium eius obiectum eſt, & vbicunq; color fuerit ſibi præſens, ſi in actũ prodeat, non poteſt non videre illum. At ſi viſui præſentetur res quædam, quæ partim ſit colorẽ habens, partim illo careat: illam ſolam partem, quæ colore circũfuſſa eſt neceſſariò videbit aliã colore carẽtem minimè. Obiectũ adæquatum voluntatis eſt bonum, ſiue verum ſit, ſiue apparens. Si ergo illi proponas rem, quæ nõ tota bona eſt, ſed in parte ſit bona, & in parte mala: eam ſolùm, in qua bonitas eſt neceſſariò volet (quoniam ibi ſolum ratio ſui obiecti reſplendet) alterã autem nõ obligabitur ad volendum. At ſi tale ei proponas bonũ, quod vndiq; bonum ſit, nec quidquã habeat admixtũ mali: non poterit nõ diligere illud totũ: quoniam voluntas non poteſt non velle bonum vbicunq; illud reperiat, ſicut nec viſus non poteſt nõ videre colorem vbicunq; illum offendat, vnde vbi totum obiectum eſt coloratũ, totum neceſſariò videbit. Sic voluntas, vbi totum quod ei offertur bonum eſt, totum neceſſariò amabit. Nullum autem bonum purum eſt, niſi ſolus Deus: nam cætera entia creata, quæ de nihilo condita ſunt, & in nihilum tendunt mixta potentiæ, ac alijs imperfectionibus ſunt. Deus autem pelagus quoddã bonitatis eſt, vbi nihil aliud quam bonitatem reperies: quare ſolum Deum neceſſariò vult voluntas, quoniam in illo ſolo tota ſui obiecti ratio abſq; vlla impuritate reſplendet. Quocirca beatorum voluntas, quibus ipſe Deus ſummè bonus, ſicut eſt præſentatur, neceſsitatur ad amandum Deum, nec poteſt non diligere illum: ex quo ibi tota ſui obiecti ratio in ſummo ſuo eſſe ſplendet. Ex his ergo conſequitur ſolum Deum eſſe homini per ſe neceſſarium: cætera minimè, niſi in ordine ad conſequendũ Deum, ſecundum quod D. Aug. ſæpè in ſuis meditationibus dicit: Domine qui te habet beatus eſt, ex hoc quod te habet, etiam ſi cætera non habeat. Qui autem alia habet, & te nõ habet infœlix eſt. Qui autem te & alia habet, nõ ideò beatus eſt, quia alia habet, ſed quia te habet, in quo omnia bona, & ſumma beatitudo eſt. Hoc autẽ prouenit ex hoc quod Deus eſt finis hominis, & ideò non poteſt quiete viuere donec hunc cõſequatur finẽ, ſicut nec lapis quieſcit niſi in centro, atq; ibi ſemper ſuo põdere vadit, ſicut & flãma ſurſum. Vnde Aug. ait: Feciſti nos Dñe ad te, & inquietum eſt cor noſtrũ donec perueniamus ad te. Igitur omne bonum hominis ſolus Deus eſt, ſolus Deus per ſe neceſſarius eſt homini. Sit ergo nomen Domini benedictum in ſecula, qui fecit hãc miſericordiã nobiſcũ, vt diceretur Emanuel, quod eſt interpretatum nobiſcum Deus. Gaudete homines & exultate: quoniã Deus qui propter peccata à nobis aberat, iam hodie in Virginis vtero reſtituitur vobis, nobiſcũ Deus. Quod & Angelus Mariæ nomine totius humani generis annuciauit, dicẽs: Dñs tecũ. Ac ſi diceret: Per te Deus homini reſtituitur, qui propter aliã fœminã ab eo ablatus fuerat. In lib. Ruth refertur, q̃ tempore meſsis, cũ meſſores Booz inclinati in medijs æſtibus ſudore reſperſi meterẽt agrũ eius, vt eos in tanto recrearet labore dixit eis: Dominus vobiſcum,

Iob.3. *Iob.10.* *Iob.3.* *Gene.2.* *Simile.* *D. Aug.* *Deus finis hominis eſt.* *D. Aug.* *Luc.1.* *Ruth.2.*

vobiscum. Sic cùm homines calore concupiscentiæ depressi incuruati terrena respicerent, nec auderẽt oculos ad cœlũ leuare, nihil aliud potuit eos magis in tãto refrigerare labore, quã hoc verbũ, vobiscũ Deus. Expergiscimini homines, respicite & leuate capita vestra: quoniam iam Dñs vobiscum est, non solùm ea generalitate, qua omnibus assistit rebus, sed sua propria persona vestræ vnita naturæ, vobiscum adest. Vnde iam Ecclesia sæpissimè nos hac voce salutat, dicens: Dñs vobiscum. Hoc modo nobiscũ est, quo erat necessarium, vt nos à peccatis saluaret. Vnde hoc nomen Emanuel, quasi explicatio nominis Iesu est, qui dicitur Saluator à peccatis. Modus autem quo nos saluare debet hic est, nimirùm ad nos in carne veniẽdo, & pro nobis nascendo morti se tradere pro nostra salute. Hoc autẽ apprimè conueniens ac necessarium fuit, vt Deus ipse, qui hominem condiderat ipsum à ruina repararet. Error hominis maximus fuit, quoniam fuit error circa principia qui omniũ maior, & irreparabilior est. Fuit enim error circa Deum, qui finis & principium nostrum est, nam sicut principium in speculabilibus, ita finis in operabilibus. Quoniam sicut ex principijs illationes conclusionũ facimus, & per veritatem principiorum regulamus conclusionũ veritatem: ita ex fine tanquam ex principio ad media deuenimus, & ex bonitate vel malitia finis bonitatem, vel malitiam mediorum iudicamus. Igitur error hominis fuit circa principium: error autẽ circa principium intollerabilis est, vnde cõtra negantes principia docẽt Philosophi non esse arguendum. Quapropter oportebat, vt ipse Doctor, qui principia docuerat hominem, qui fuit Deus, ipsemet ad illa ipsum hominem reduceret, & ab eorũ errore reuocaret. Quod insinuabat, cùm clamãs dicebat: Venite ad me omnes. Ac si diceret: Redite ad principium, qui ab illo longè errabatis. Artifex eadem arte qua fecit opus reparat si corruerit. Omnia per verbum facta sunt, tanquam per artem ac sapientiam Dei: per ipsum ergo reparãda omnia erant, vt Paul. dicit: Per ipsum placuit recõciliari omnia. Cùm peritus artifex in pingẽdi arte aliquã perfecit imaginẽ, in qua omnem suæ artis industriã ostendere voluit; si posteà vel deletur, vel aliqua in parte deficit: ipsemet emendare debet defectũ addendo vel delendo, quod redũdat aut deficit: aliâs fœda

Matth.11.

Ioan. 1.

Colos. 1.

Simile.

remaneret imago si additamentum ab alia fieret manu, *Echarsehia de ver el remiendo.* Deus eleuauit manum suam ad cõdendum hominem super alias res, in hoc inferiori orbe creatas, atq; in eius conditione maximè opificium decorauit suũ. Fecit quippè ipsum ad imaginẽ & similitudinem suam. At per peccatũ deleta est hæc decora imago, atq; fœdata. Quisnam illam emendare posset, nisi ille qui primo condidit eam? Quisnam artifex Dei artificium corrigere auderet, vel quæ manus omnipotentis adæquaret manum? Appelles peritus pictor iussu magni Alexandri Veneris depinxit imaginem, atq; cùm faciem adhærentem collo summo decore perfecisset obiit, ac imperfectã reliquit. Accersiuit Rex omnes artifices, quos in illa arte præstare nouerat, sed cùm vidissent tanto decore deliniatam faciem timuerunt cætera membra addere confitentes se non posse corpus adæquare capiti, nisi velent humano capiti ceruicem iungere æquinã, dissimiliaq; membra pulcherimo adiungere vultui. Hominẽ Deus condidit ad imaginem suam cæterarũ rerum inferiorum caput, & quamuis Deus eam perfectã conderit, tamen propter peccati mortẽ fœda ac obscura remansit. Quis nisi primus artifex eam in pristinũ decorẽ reducere poterat? Quis talẽ abluere fœditatem, nisi primus cõditor Deus? Quis potest facere mũdum de immundo conceptũ semine? Nonnè tu qui solus es? Ad hos ergo defectus resarciendos est nobiscũ Deus. Et vt præsentia hæc perpetua ac inamissibilis esset suam diuinam personã nostræ copulauit naturæ: nam natura ipsa Dei nobis cõmunicari non poterat. Hoc enim fieret vel suã in nostram conuertendo naturam, vel nostram in suam, quorum vtrumq; per quamcunq; potentiã fieri non potest. Nam diuina natura est incorruptibilis, & incommutabilis, quomodo in aliam conuerti poterit. Nec nostra in diuinam transire valet, propter infinitã distantiam inter vtramq; & infinitũ impertansibile est. Restabat, vt persona hoc ineffabili modo, possibili tamẽ Deo, nobis cõmunicaretur, ac ita factũ est, vt Deus homo, & vicissim homo Deus dicatur: & Deus mortalis, egenus, vulneratus, despectus dicatur, ẽcontra homo diues, æternus, omnipotens, infinitus nominetur: eò quòd vnamet persona diuina vtriusq; sit naturæ suppositum, & ratione diuinæ hæc prædicata, ratione humanæ illa

Gene. 1.

simile.

Iob. 4.

Simile. illa de illo verissimè pronuntiantur. Veluti si Rex pauperculæ nuberet mulieri, illa Regina, ille pauper diceretur. Vnde Paul. incunctanter dicit: Cùm diues esset, pro nobis egenus factus est. Vide Commentaria nostra super Psal. 118. tract. 15. fol. 447. in illo verbo non desunt tamen.

2. Cor. 8.

Exurgens autem Ioseph à somno fecit sicut præcepit ei Angelus (vide promptam obedientiam Ioseph protinus Angelo credidit) *& accepit Mariam coniugem suam.* Accepit eam ad perpetuum conuictum, quam à sua conuersatione cogitauerat repellere. Dignum autem consideratione est, quid tunc Ioseph Beatæ Virgini diceret. Certè flens ad pedes eius prouolutus veniam petijt, quod talem coniugem non agnouerit, gratias referẽs Deo, quod in sua domo promissiones Messiæ Patribus factæ adimplerentur. Interrogabat eã millies? Quomodo Angelus ad eã intrauerit? Quid cum ea alloquutus fuerit? Quid spiritus eius in tali cõceptu senserit? Quid modò vterus eius tãto imprægnatus fœtu haberet? An molestè ferret, vel non? Ipse etiam narrauit quid ei Angelus in somnis dixerit. Atque his sanctis, ac pudicis confabulationibus Angelicam vitam summo cum gaudio inter se agebant, conuenientes simul, non vt homines in carne victitantes, sed sicut Angeli Dei, iam in cœlestibus conuersatione, ac desiderio habitantes.

Et non agnoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum. Hic obstrepit Heluid. perpetuam virginitatẽ Mariæ labefactare volens, ac sic arguens: Non cognoscebat eam donec peperit filiũ suum, &c. ergo posteà cognouit eam: id enim videtur exprimere aduerbiũ illud donec. Sed nos negamus consequentiam. Falsissima ac impudẽs est illatio. Nam verba hæc Euãgelistæ negant quidẽ carnalem commercium Ioseph cum Maria vsq; ad partũ: non tamen affirmant illud post partum. Fatemur ingenuè verba hæc & Euangelistæ non affirmare, q̃ post partum non cognouit eam Ioseph, nec tamen id negare, neutrũ ex his verbis colligi potest. Quoniam Euangelistæ solicitudo hæc sola fuit ostẽdere Christũ non solùm natum in Virgine, sed etiã ex Virgine, id est, q̃ Mater virgo peperit eũ. Hæc enim duo cadere poterant sub dubio: quoniam ambo supra vires naturæ sunt, & valdè mirabilia, reliquũ autem dimisit intelligentiæ nostræ, qui nisi desipiamus intelligere debemus, quod cognitis & visis tot mysterijs à Ioseph, quæ Dñs in coniuge sua exercuerat, nec cogitauerit quidẽ illã tangere, nè sanctissimum diuinitatis tabernaculum fœdaret. Nec imprudentiæ arguendus est Euãgelista, quia sic loquutus fuerit: cùm & Dauid etiam dixerit: Dixit Dñs Domino meeo sede à destris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Manifestum quippè est, quod non minus sedebit à dextris Dei filius post inimicorũ subiectionem, quã antea, sed id de quo dubium esse poterat expressit, nempè quod ante inimicorum suorũ vindictam sederet à dextris Dei, cùm nõdum subiecta ei fuerint omnia, tanquàm vero Regi: nam post omnium subiectionẽ, nõ relinquebatur ratio dubitandi, q̃ filius iam omnib⁹ sibi subiectis sederet ad dexterã Maiestatis, super omnia Imperium exercẽs. Similiter Euangelista id de quo maximũ poterat esse dubium expressit, nempè, quòd virgo conciperet & parerẽt, nam si nec in conceptu, nec in partu virgo esse defuit, quod impossibile secundum naturam videbatur, nullus deinceps relinquebatur dubitandi locus. Similis loquutio est illa. Igitur Michol non est natus filius vsq; in diẽ mortis suæ. Non asseritur hic quòd post mortem habuerit filium. Cuiusmodi loquutiones plures inuenies in Scriptura, si legeris D. Hierony. Tho. 2. in Apolog. contra Heluid. Sed dicetur Matth. non expressit nobis clarè perpetuam Mariæ virginitatẽ, vt os impudentibus obstrueret hæreticis? Respondetur Euangelist. non assumpsisse prouintiã scribendi vitã Beatæ Virginis, sed solùm Iesu Christi filij Dauid, à cuius carnali generatione exordium sumpsit, qua descripta officio suo functus fuerat, nec tenebatur de matre sua plura dicere, nè metas sui muneris videretur excedere. Nihilominus secundò potest dici, q̃ in isto loco implicitè continetur, quod nec post partũ Ioseph carnaliter cognouerit B. Virginem, vt dictũ est: & quod fuerit perpetua virgo colligitur ex traditione Apostolica, & ratione manifesta, quam explicat S. Tho. 3. p. q. 28. art. 3. nempè, q̃ cùm Virgo Maria cognouerit perfectè donũ virginitatis sibi concessum in concipiendo & pariendo: credendum est nisi vellimus maximam absurditatem admittere, quod si virginitas Mariæ tanto miraculo in conceptu & partu cõseruata est, minimè illam amplius violauisse, sed ad di-

Heluid.

Psal. 109.

2. Reg. 6.

D. Hiero.

Dubium.

Resolutio dubij.

D. Thom.

uinam iam expectabat prouidẽtiam in illo virginali proposito, magis ac magis ſanctiſsimam Mariam ſtabilire.

Et peperit filium ſuum primogenitum. Nomine primogeniti (vt explicat Hieronym. in Apologia citata contra Heluid.) non intelligitur filius, poſt quem ſequuntur alij, ſed ante quem nullus eſt genitus. Et hoc patet (ait Hieronym.) nam illud præceptum Exod. 13. Sanctifica mihi omne primogenitum implebatur, cùm naſcebatur filius ante quem nullus præceſſerat, etiam ſi alij nunquam naſcerentur: aliàs expectare deberet, an haberet alios filios reſpectu quorũ diceretur primogenitus.

D. Hiero. *Exod. 13.*

Et vocauit nomen eius Ieſum. Hoc nomine vtuntur omnes Euangeliſtæ, quia erat nomen proprium perſonæ Chriſti, & conſuetum eſt apud Hiſtoriographos vti nomine proproprio perſonæ.

Cap. II.

CVM natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudæ, in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab Oriẽte venerunt Hieroſolymam, dicentes: Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorũ? Vidimus enim ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Aliud ſignum Meſsiæ fuit, quod Reges adoraturi erãt eũ venientes ab Oriente, & oblaturi munera ſecundũ illud Pſal. Reges Tharſis, & Inſulæ munera offerent, quod in hoc cap. Euangeliſta manifeſtat adimpletũ fuiſſe in Chriſto. Et prætermiſſa Natiuitate eius, quam Lucas narrat, & manifeſtatione, quæ facta eſt paſtoribus ab Angelo in illa nocte, vtpotè, quæ nota erat Hebreis ad quos Matth. ſcribebat; manifeſtationem, quę facta eſt gentibus in hoc ſecundo cap. nobis oſtendit, dicens: *Cùm natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudæ.* Ad differentiam alterius Bethleẽ, quæ erat in Galilea in ſorte Zabulon, vt patet Ioſue. 19. Quare arbitratur D. Hieron. legendum eſſe Iudę, non Iudeæ: eò quòd Iudeæ appellatione contineatur tota Iſraëlitarum hæreditas, ac proinde etiam Galileæ, ita vt nomine Iudeæ addito non poſſet diſtingui iſta Bethleem, quæ erat in tribu Iudæ, ab ea quæ erat in Galilea. Quare legendum putat Iudæ: vt ſignificetur ſola terra tribus Iudæ, maximè cùm poſteà dicatur: Et tu Bethleem terra Iuda. Verum eſt hanc rationem D. Hieronym. non conuincere: nam quamquam nomine Iudeæ nonnunquã ſignificetur tota Iſraëlitarum hæreditas, non nunquã tamẽ ſola ea pars hoc nomine deſignatur, quæ ſorte obuenit tribui Iudæ, vt cùm poſteà hoc eodem cap. dicitur Archelaum regnaſſe in Iudea, ac propterea Ioſeph timuiſſe illò ire, & ſecesſiſſe in Galileam. Et aduertendum eſt, quòd hæc Bethleem priùs dicta eſt Ephrata ab vxore Caleb, ibi ſepulta. Sed cùm acciditſſet fames ibi, vt dicitur Ruth. 1. poſteà tãta vbertas frugum in ea fuit, vt veluti horreum circumadiacentis regionis eſſet, ac proinde mutato nomine Bethleem, hoc eſt, domus panis dicta eſt. Quod figurabat poſt diuturnam famen verbi Dei panem de cœlo ibi naſciturum, qui omnem famen ab humano genere ſua abundantia profligaret. Vbi enim naſciturus erat panis de cœlo, panis Angelorum, panis viuus, panis vitæ, niſi in domo panis, quæ Bethleem eſt? Et vbi debuit naſci germen, & fructus terræ ſublimis, niſi in Ciuitate frugifera? Ipſa eſt Bethleem Ephrata, quæ domus panis & frugifera dicebatur: vt videntes beſtiæ, hoc eſt homines, qui à prima conditione degenerantes, in pecorum, ac iumentorum naturam tranſierunt ſecundum illud Pſalm. Homo cùm in honore eſſet non intellexit, cõparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis, videntes (inquã) homines iumenta effecti, in domo panis preſepe plenum, nec rugiant, nec mugiãt amplius, ſed poſſet dicere Iob: Nunquid rugiet onager, cùm habuerit herbam, aut mugiet bos cùm ante præſepe plenum ſteterit? Fœnum habet onager, id eſt, peccator, abſq; iugo, quod comedens ad priſtinam hominis dignitatem redibit. In fabulis eſt Circem in horto ſuo homines in iumenta conuertere, ſi ex certis herbis, ac fructib⁹ comederẽt. At ſi ex alijs æderent floribus, iterũ eos ad hominũ naturã redire. Diabolus ſuis incantationibus, ac mẽdatijs hominẽ in beſtiam conuertit, faciens eum ędere de ligno vetito. At ſi modò ex fœno hoc, quod eſt in præſpio comederit, iterum in hominis naturam euadet. Flos quippè iſte de radice Ieſe, non ſolũ iumẽta in homines vertit, ſed & homines Deos facit factus homo; quare nec bos mugiet, quia preſepe plenũ habet, id eſt, homo qui labore ſuo Deũ cognouit, ſecundũ illud: Cognouit bos poſſeſſorẽ ſuũ.

Ioſue. 19. *D. Hiero.*

Pſal. 7.

Mich. 5. et Matth. 2. *D. Hiero.* *Matthæ. hoc. 2. cap.* *Ruth. 1.* *Moralitas* *Pſal. 48.* *Iob. 6.* *Simile.* *Eſai. 1.*

Inda-

Indagando quippè per naturam Deus ab hominibus inuentus: ſi ergo antè hoc præſepe ſteterit nihil ei deficere poterit: quia plenum diuinitate eſt, ex quo, & per quẽ, & in quo omnia ſuſtinentur & ſunt. Nam de hoc pane dicitur Geneſ. 49. Aſer pinguis panis eius, & præbebit delitias regibus, vt nobis hic manifeſtat Matth. quia Reges iſti à longinquo venerunt, vt hoc pane reficerentur. & quia Bethleem erat hęditaria ciuitas Dauid, vbi & ipſe & filius eius ſibi promiſſus naſci debebat, ſecundũ illud Ioan. 1. In propria venit. Vndè &. 1. Paralip. 20. dicitur de Dauid à Deo datus, Bethleemites, filius ſaltus. Chriſtus filius Dauid à Deo datus fuit: nam paruulus datus eſt nobis à Deo. Filius ſaltus: quia in cœleſtibus ſaltibus generatus eſt à Patre; & ibi vſq; in Bethleem ſalijt, vt de eo dicat ſponſa: En iſte venit ſaliens in montibus. Nam quaſi ſaliens ad nos venit incarnata maieſtas, cùm à ſinu Patris in ventrem Matris ſalijt, & à Matris vtero in præſepium, à quo & in crucem, inde in infernum, & in ſepulchrum alium dedit ſaltum, ac de infernо iterum anima eius in ſepulchrum ſalijt, à quo cum corpore exiens ſaliens à Iudea in Galilæam diſcipulis ſuis multoties apparuit, & indè ad montem Oliuarum veniens, inde ſaliens vſq; ad Patris dexteram aſcendit, à qua alio ſaltu iterum venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Ideò dicitur filius ſaltus, Bethleemites: nam ibi ſecundũ oracula natus eſt ipſe. Tanquam tenerrimus ligni vermiculus, *Como la carcoma*, quæ cor ac duritiẽ ligni rodens ipſum leue reddit: ſic Chriſtus duritiem præſepij, ac lignũ crucis rodẽs nobis leues omnes labores efficit, cùm & paupertatẽ in diuitias, lachrymas in riſum, eſuriem in ſaturitatẽ, ac demum mortem in vitã tranſtulit. Ecce quare in Bethleem Chriſtus naſcitur. *In diebus Herodis Regis*, vt omnia oracula quę de Chriſto dicta erãt adimplerentur: & Iacob prędixerat tunc defecturum ſceptrum de Iuda, cum Meſsias iam iam veniret: & ecce cum Chriſtus naſcitur alienigena Herodes regnat, cùm antea vel iudices, vel Reges, vel Duces proprios habuiſſet Iudęa. Herodes autem fuit filius Antipatris Aſcolonitis, quem latrunculi ex Idumea captiuum duxerunt, atq; ibi ex vxore Arabæ genuit Herodem, qui dictus eſt magnus, quem pater fecit regnare in Hieruſalem authoritate Pompei, & Caſsij, quem poſtea Antonius, ac demum Auguſtus in regno confirmauerunt, vt refert Ioſephus antiq. lib. 14. per aliquot capita. Atq; hic fuit primus Rex alienigena, qui. 37. annis regnauit in Iudęa: & Daniel. cap. 9. ſecundum. 70. dixerat: Cùm venerit Sanctus ſanctorum ceſſauit vnctio veſtra, id eſt, Reges qui Chriſti, id eſt, vncti dicebantur. Tunc ergo venit plenitudo temporis, quando Deus decreuerat filium ſuum mittere natũ ex muliere, factum ſub lege: vt eos qui ſub lege erant redimeret. Et vt hęc videas myſteria temporum vide D. Auguſt. lib. 12. contra Fauſt. cap. 9. vbi dicit, quòd abinitio mundi vſq; ad Chriſti natiuitatem fluxerũt anni. 3096. & in his ſeculis longiſsimis extiterunt quinq; ætates. Prima ab Adam vſq; ad Noe. Secunda à Noe vſq; ad Abraham. Tertia ab Abraham vſq; ad Dauid. Quarta à Dauid vſq; ad tranſmigrationem Babylonis. Quinta à tranſmigratione Babylonis vſq; ad Chriſtum. Et iſtę quinq; ætates reſpondent illis quinq; diebus, quibus Deus creauit vniuerſum excepto homine, nam ſextus dies creationis hominis correſpondet ætati ſextæ, in qua filius Dei eſt natus, & perſeuerat Euangelicum lumen in mundo. Nam ſi in ſexto die homo creatus eſt, in ſexta ætate redimendus erat, ac ideò in menſe ſexto Angelus Gabriel ad Mariam miſſus eſt à Deo, & in die ſexto conceptus ac paſſus eſt vt omnia tempora cum myſterijs conſonarent. At poſt iſtam ſextam ætatem ſuccedet beatitudo aut gloria corporum, & animarum, ſicut & à principio ſcriptum eſt, quod poſt ſextum diem requieuit Deus ab omni opere quod patrarat.

Gene. 49. *Ioann. 1.* *1. Paralp. 20.* *Eſai. 9.* *Cant. 2.* *Simile.* *Gene. 49.* *Ioſeph.* *Daniel. 9* *Galat. 4.* *D. Aug.* *Luc. 1.*

In diebus Herodis Regis. Ad differentiã aliorum, qui hoc nomine nuncupati ſunt, & tamen non fuerunt Reges. Tres enim ſic appellati ſunt. Primus hic filius Antipatris, qui dictus eſt magnus, & Aſcalonitas qui ab Aſcalone originem duxerat. Sub hoc natus eſt Chriſtus, & hic occidit innocẽtes. Secundus dictus eſt Herodes Antipas, qui Ioannem Baptiſtam decollauit, & Chriſtũ ludibrio habuit in paſsione, cum illum indutum veſta alba remiſsit ad Pilatum: hic fuit filius primi tetrarchę Galileę. Tertius fuit Herodes Agrippa à Ioſepho ſic dictus nepos prioris, & filius Ariſtobuli, quem pater Herodes interfecit: hic occidit Iacobum fratrem Ioannis gladio, & appoſuit apprehendere & Petrum, vt habetur Act. 12.

Gene. 2. *Luc. 23.* *Act. 12.*

Et quia ſolus primus nomine Regis potitus eſt, ideò eum vocat Regem Euangeliſta, ad differentiam aliorum.

Ecce Magi ab Oriente venerunt. Multa dubia cira hanc hiſtoriam ſtudioſorum gratia tractanda ſunt, quæ prætermittere nequaquam poterunt. Primum eſt quidnã hoc nomine (Magi) ſignificetur. Nam non deſunt Doctores, qui hoc nomen hic in malã partem ſumant, vt magia ſit illa ſcientia, quæ pactum includit cum dæmone, vt mira arte diabolica faciant, vt magi Pharaonis. Alfonſus Toſtatus ex hac eos eſſe magia putat. Chryſoſtomus, etiam Auguſtinus, & Hilarius; vt eò magis ſplendeat Dei bonitas, quod deditos maleficis artibus ad ſe miſericorditer attraxerit. Alij tamen probabilius meo iudicio, exiſtimant non maleficos eſſe ſed ſapientes. Triplex enim eſt magia. Altera naturalis, quæ & Aſtrologia iudicialis dici poteſt, quãdò ex motu, ſitu, atq; alijs Planetarũ ſignis, vel pluuiã, vel ſiccitatẽ, famem aut vbertatẽ coniecturamus. De qua Virgilius in Georgicis ait.

Primũ dubium.
Toſtatus.
Chryſoſt.
Auguſt.
Hilari.
Reſolutio dubij primi.
Virgilius.

Hinc tempeſtates dubio prædicere cœlo
Poſſumus, hinc meſſiſq; diem tũpusq; ſerẽdi
Et quando infidũ remis impellere marmor:
Conueniat, quãdo armatas deducere claſſes.
Aut tempeſtiuã in ſylvis euertere pinũ, &c.

Alia etiam eſt naturalis altior tamen quam hæc prima, vel potius ipſamet ad maiora extenſa, quandò ex cognitione proprietatum herbarum, ac lapidum, applicando actiua paſsiuis fit aliquid quod mirabile apparet, & præter rerum ordinem. Nã ea quæ diabolus ſic operatur naturaliter operatur. Si ergo homo aliquis has penetrans naturas, ac proprietates rerum ea ſuo ordine applicaret, etiam faceret quæ diabolus facit. Vt magi Pharaonis veras ſerpentes, veras ranas, verumque ſanguinem fecerunt arte diaboli: ſed ſi ipſi illas proprietates actiuas ac paſsiuas, & eorum applicationes calerẽt, quod certè poſſent cum naturalia ſint, illa etiam mirabilia patraſſent. Hanc dicunt habuiſſe magiam Pitagoram, Empedoclem, Democritum, Platonẽ, cuius parentes dicunt fuiſſe Zamolxidem, & Zoroaſtum. Hæc ſcientia includit Phiſicam, Aſtrologiam, & Mathematicam. Hanc & noſtrum Albertum Magnum caluiſſe ferunt, imo & Noe ſuos filios, & illos alios docuiſſe. At quoniã hęc ſcientia ſubtiſsima eſt, & difficilis, nec homines valent omnes rerum naturas penetrare, ſicut Angelus, nec ita facile aut citò actiua paſsiuis applicare; hinc factum eſt, vt diabolus in his ſe intromiſerit, ſeducens aliquos homines quos nimium curioſos in his indagandis cernebat, atq; hinc cœpit magia malè audire, apud viros probos, nec huius diabolicæ magiæ credendum eſt hos magos ſtetiſſe. Nam ſi dæmoniacis artibus adicti fuiſſent, & in malignos ſpiritus iuraſſent, ad Chriſtum adorandum non accesiſſent: cùm nihil niſi illorum conſilio facturi eſſent. Quæ enim conuentio Chriſti ad Belial? Quæ luci ad tenebras? Nemo poteſt duobꝰ Dominis ſeruire. Nemo Deũ & dæmones colere. Nõ admittit regia Chriſti incantores, dæmones, Ariolos. Admittant Aulici, admittant Reges terreni, non admittit Chriſtus, nõ Eccleſia. Hæc enim Domini lex poſita eſt: Anima quæ declinauerit ad magos, & ad Ariolos ſeparabo eam de medio populi mei. Quin etiam Regibus & Principibus male ceſsit, quoties huic magiæ crediderũt. Sic Iannes & Mãbres Pharaonem, ſic Sedechias & Pſeudo prophetæ Achab Regem deceperunt: ſic Sauli male ceſsit, cùm phitoniſſam conſuluiſſet. Quod ſi ad Chriſtũ conuolarunt, hi qui fuerant prius curioſa ſectari, ità tamen vt libros ſuos comburerent (teſte Luca in Act. Apoſt.) & magicum Dæmonum cultum adiurarent. Ciprianus Martyr primum quidem dæmonum cultor erat, magiq; infamiæ, & Sathanicæ addictus, verum vbi nihil ſe ſuis incantationibus ad inducendam Chriſtianam Virginem proficiſſe vidit; dęmones abiurauit, vt Chriſtum profiteretur: ſed & vt ſcribit Gregorius Nazianzenus oratione in laudem eius magicos libros publicè propoſuit, amentiã prędicauit, ingentem ex illis flammam excitauit. Relinquitur igitur illos, qui Chriſtũ adorauerunt in poſturis magicis minimè ſe adiunxiſſe, ſed rerum naturalium cognitione prędito fuiſſe, maximè cùm hoc nomen illis Chriſtum adorantibus deferatur. Quod autem non omnis magia vituperabilis ſit, author eſt D. Hieronym. Daniel. 1. Nam ibi præfecit Rex Danielẽ ſuper omnes Ariolos, & Magos: vbi magia, ait Hieronimus, in bonam partem accipitur: nec enim peſsimis artibus, ac lege vetitis vacaturus eſſet Daniel ſanctiſsimus Propheta Domini.

Magia naturalis eſt & in bonã partem accipitur.
Magia malè audit apud viros probos.
2. Cor. 6.
Matth. 6.
Leuit. 20.
Exod. 7. & refertur 1. Ath. 3.
3. Reg. 22. & 2. Paralip. 18.
1. Reg. 28.
Act. 18.
Ciprianus
Gregor. Nazian.
D. Hiero.
Dani. 1.

Et hinc poterimus ſecundam ſoluere dubitationem, circa hanc hiſtoriam nempè an magi iſti fuerint Reges, quia Euangeliſta non Reges ſed magos eos nominat, non autem tacuiſſet ſi Reges eſſent, cùm id ad Regis nati dignitatem pertineret, quod Reges eum tanquam ſupremum Regem adoraſſent: & quia Herodes magnificè eos ſuſciperet: nec ſic eos abire ſineret, ſed tamẽ ex dictis conſtat fuiſſe Reges. Quoniam olim apud Perſiam ſapientes regnabant, vt fœlices eſſent reſpublicæ ſecundum quod Plato dixerat: Tunc demum fœlices fore reſpublicas, ſi vel ſapientes regnarent, vel Reges ſapientiam addiſcerent. Author eſt Tullius. 1. lib. de diuin. vbi dicit: Olim ſapientes gubernaſſe reſpublicas, imo & Thob. 1. amici illi Iob Reges appellãtur, & tamen Chald. paraphra. eos magos vocat, vt. c. 15. Vbi nos legimus, nunquid ſapiens reſpondebit tibi. dicit Chald. magos: & in eodem cap. vbi nos dicimus ſapientes confitentur, dicit paraphra. Chald. dixerunt magi. Si ergo ſcriptura eos Reges appellat, & alij magos, pro eodẽ videtur ſummi eſſe magos aut eſſe Reges. Ac ideò forſan apud Perſas magus fuit nomẽ regale, ſicut apud AEgyptios Pharao, omnes enim Reges dicebãtur Pharaones, & apud Romanos omnes Imperatores Cęſares, ſic apud Perſas omnes Reges fortè dicebantur magi. Adde quod vt habetur Heſter. cap. 1. ſeptem ſapientes aſsiſtebant ſemper Regi Aſſuero, quorum conſilio omnia gubernabantur, vndè conſtat vel magos fuiſſe Reges, vel coadiutores Regum, quorum cõſilio cuncta fiebant. Huius ſententiæ nempè quod fuerint Reges, eſt D. Cipria. ſerm. de baptiſmo, & de Trinitate Athanaſiꝰ ad ſecũdã quæſtionem antioqui. Chryſoſt. homil. 7. Theophil. ſuper hunc locum. Hieronym. ſuper Pſal. 71. D. Tho. hic, & Albertus & Lyra. Claudianus etiam quidam Poëta gentilis, cuius verſus citat D. Auguſt. lib. 20. de ciuitat. qui ſic habent.

Dubiũ. 2.
Reſolutio dubij.
Magi reges fuerunt.
Plato.
Tullius.
Iob. 15.
Pro eodem ſumitur rex, & ſapiens.
Heſter. 1.
D. Cipria.
Athana.
Chryſoſt.
Theophil.
Hierony.
D. Thom.
Alber. Lyra.
D. Auguſ.

Dant tibi Chaldæi prænuntia munera Reges
Myrham homo, Rex aurũ, ſuſcipe thura Deꝰ.

Et in miſſali qd̃ dicit moçarabe, qd̃ fert eſſe B. Iſidori, in præfatione huiꝰ feſtiuitatis vocãtur Reges & Chriſtianꝰ Drut Marius antiquus author Matth. 2. ait magi Reges fuerunt, de tribus regnis, & terra Ebilac, vbi Moyſes dicit eſſe aurum optimum. Accidit & longa iam conſenſio fidelium, & quaſi traditio ab antiquo ad nos deriuata. Imo ipſa vetus pictura, quæ ſolet loco authenticæ hiſtoriæ aliquando haberi id etiam nos docet. Quare ſcandaloſum videretur in publico ſuggeſtu populum docere, non fuiſſe Reges. Adduci ſolet etiam ad hãc veritatẽ confirmandam illud Pſam. Reges Tharſis, & inſulæ munera offerent, Reges Arabum & Sabba dona adducent, & adorabunt eũ omnes Reges. Et illud Eſai. Surge illumina re Hieruſalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt: & ambulabunt gẽtes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui: licet aliquibus videatur hoc non eſſe adeò magnum argumentũ ac firmum: quoniam Eccleſia non vſurpat has ſentẽtias, quo teneat per illas deſignatos fuiſſe iſtos magos: non enim illis conueniunt, quippè qui nec fuerunt Reges Tharſis, nec inſulæ, nec Arabum & Sabba, quia hoc regnum Arabum erat auſtralis Iudeæ, vt de Regina Sabba patet, & iſti venerunt ab Oriente: & illud teſtimonium Eſai. nõ de iſtis magis, ſed de Eccleſia gentium dictum putant. Sed vſurpat illas ſententias Eccleſia: quia per illas prædicta fuerat cõuerſio Principũ, & Regum Gentilitatis ad Chriſtum: & quia iſti magi fuerunt primitiæ gentiũ ideò illorum feſtiuitati accommodat Eccleſia. Ego tamen cui ſemper antiqua placuit traditio, exiſtimo illa teſtimonia etiam de iſtis Regibus loqui. Nam plurimi exiſtimant inter quos D. Thom. vt iam videbimus, de vltimis finibus terræ veniſſe, vndè venit Regina Sabba, ac proindè de illis loqui Prophetam. Et licet terra illa reſpectu Iudeæ ſit auſtralis, ſecundum ſuum ſitum poterat eſſe Orientalis. Qua propter licet alij dicant illos non fuiſſe Reges ſed regulos, qui aliqua oppida propria haberent, ſicut potentatus Italiæ modo, quia ſic videtur ſentire Ambroſ. lib. 4. de officijs de amicis Iob. & quod eſſent viri potentes & diuites, & de ſtirpe Regia nati; mihi tamen ſemper magis arridet communis ſententia, quod verè fuerint Reges. Et ad id quod in contrarium obijcitur ſi Reges fuiſſent id Euangeliſtam non ſilentio præteriiſſe, reſpondetur primo ſecundum dicta, quod nomine illo magi eos Reges appellauit: quia illud erat inter Perſas, & illas nationes, à quibus iſti venerant, nomẽ regale: & ſecundò quoniam non exiſtimauit Matthæus Euangelij teſtimonium Regio apparatu cumulandum eſſe, quod magorum, ideſt, ſapientum grauitas ampliſsimè ornauerat. Adde, quod vt tyranorum Græcis, ità Regum Romanis nomen diſplicuit,

Pſa. 71.
Eſai. 60.
D. Tho.
3. Reg. 10. & Mat. 12.
Ambr.

euit, non poteſt autem nomen ſapientum nõ omnibus acceptiſsimũ eſſe. Et ad teſtimonium veritatis, plus valet teſtimonium ſapientis, quam Regis. Quod ſi Herodes eos magnificè tractauit, vel non, id Euangeliſta non curauit narrare: quoniam potuit contingere, quod ex ſuperbia ſua & inurbanitate eos non vt Reges acciperet, vel forſan id fecit, nec ad Euangelij authoritatem id pertinebat docere. Ad aliud autem quod obijci ſolet, ſi regalia munera, & digna Regibus obtuliſſent, beata Virgo diuitum etiam oblationem ad templum deferre debuiſſet in ſua purificatione, & tamen turtures obtulit, quæ erat pauperum oblatio, ſignum ergo fuit, non tanquã Reges munera magna dediſſe. Ad quod reſpondetur, vel quod beata Virgo in pauperes erogauerit filium ſuum intelligens paupertatis amatorem, ac ſuaſorem futurum, vel Dei nutu ac prouidentia ad iter AEgypti ſeruaſſe, quo poſſet & in via & in exilio filium, ſponſum, & ſe ipſam alere, vel tertio exiſtimans id non ſibi licere, quę ſemper tanquam pauper & fabri coniux habita fuit.

Dubiũ. 3. Hinc oritur alia dubitatio, an fuerint tres iſti Reges. Leo Papa in contionibus huius feſtiuitatis tres eos dicit eſſe, quod & pictura antiqua, ac communis fidelium conſenſus comprobat, vt tria munera quæ obtulerunt id videntur indicare. Et hoc etiam habet aliam non minimam probabilitatem. Nam cùm ſepulti eſſent Mediolani in eccleſia ſancti Euſtorgij Ordinis Prædicatorum, Federicus Imperator, qui eam ciuitatem deuaſtauit ipſorum tria corpora in Coloniam tranſtulit, vbi & nunc requieſcunt. An autẽ vnus fuerit AEthiops nullam aliam habet probabilitatem præter picturam, & vſum niſi huic rei vellis adaptare illud Pſalm. Coram illo procident AEthiopes, &c. Magiſter hiſtoriæ ſcolaſticæ, & Iacobus de Voragine aſſerunt nomina eorum Hebraicè hæc eſſe, ſcilicet, Appellius, Amelius, & Damaſeus, in Græco Galaath, Magalath, Saratim, & in Latino, Gaſpar, Balthaſar, Melchior.

Pſal. 71.

Dubiũ. 4. Alia quæſtio eſt, ex qua terra fuerint, ideſt, de qua natione. Chryſoſtom. Theodoretus, Euthimius, in hoc loco dicunt eos fuiſſe Perſas. Prudentius Poëta in carmine de Epiphania ait, ex Perſico ſinu eos veniſſe. Iuſtinus martyr in dialogo cum Triphone, & Turtulianus aduerſus Iudęos ait fuiſſe Arabes, ex Arabia fœlice. Hieronymus in ſecundo capit. Daniel. & Leo Papa ſermone de Epiphania iudicant eos fuiſſe Chaldæos. Alfonſus Toſtatus & Lyra dicunt eos fuiſſe Aſsyrios, ſeu ex Meſopotania. Fuerunt autem poëtæ, quia magi appellantur: quoniam apud Perſas poëtę floreſcebant, & ſcriptores poëtici, vel oratores Perſarum ſapientes Magos eſſe dicunt. Quo argumẽto conuictus Caietan. aſſerit eos eſſe Perſas: quoniam apud illos ſapientes appellantur Magi. Nam ſi eſſent ex India, diceret eos Gimnoſophiſtas, vt per proprium idioma exprimeret patriam ex qua erant. Sed hoc argumentum non conuincit: quoniam etiam apud alias gentes ſapientes dicuntur Magi, vt patet apud Philoſtrat. lib. 1. Appollonij. capit. 18. vbi dicit, apud Babylonios ſapientes appellari Magos: & Plinius lib. 15. cap. 2. ſapientes Arabiæ, & AEthiopię appellat Magos: & apud Danielem ſapientes, qui erant in Babylonia appellantur Magi, cap. 2. 4. & 5. & aliquando ſcriptura videtur nomen Perſidis ſumere pro Babylonia, & Chaldęa. Nam. 2. Machab. 1. dicit ductos eſſe Iudęos captiuos in Perſide, cùm tamen conſtet captiuitatem fuiſſe in Babylonia, ſed quia Rex vnus erat vtrorumque, tam Perſarum, quam Chaldęorum; ideò pro eodem vtroſque vſurpat ſcriptura. Et Chryſoſtom. homel. 6. ſuper hunc locum ait Iudæos eſſe liberatos à captiuitate Perſica. Alij dicunt Reges iſtos fuiſſe, ex Aſsyria, vel ex Meſopotania, & Syria: quoniam multi patres dicunt poſteros fuiſſe Balaam, de quo fit mentio num. 24. qui fuit ex Meſopotania. Et certe hęc videtur probabilior ſententia. Nam hęc prouintia eſt vicinior Iudeę, Perſia autem diſtat 300. milliaria, quod iter non poterant in tã breui tempore pertranſire. Et etiam quia in hac prouintia maximè floreba nt Aſtrologi, de quorũ numero iſti magi fuerũt, quod maximè probat Stella per quam Chriſti natiuitas eis manifeſtata eſt, quaſi per rẽ cõuenientiorem ſuorum ſtudijs. Et vt hoc melius intelligatur aduertendum eſt, in ſcriptura nunquam nominari terram Orientalem, quæ ſit vltra ſinũ Perſicum, cuius extremitas eſt vbi euphrates influit in eũ: diſtat à Hieroſolymis menſura mathematica 12. gradibus: vt ait Ptolomeus: Quare attribuendo cuilibet gradui. 60. milliaria faciunt

Chryſoſt. Theodor. Euthim. Prudent. Poëta. Iuſtinus martyr.

Tertulia. Hierony. Leo papa. Toſtat. Ly. Caiet. Philoſtra. Plinius. Daniel. 2. 4. & 5. 2. Mach. 1. Chryſ. Num. 24. Ptolome.

ciunt. 720. milliaria, per lineam rectam ab extremo ſinu Perſarum, verſus Iudeam & Armeniam. In ſcriptura dicitur Orientalis Aſsyria, Perſia, Chaldea, Meſopotamia, & aliæ quæ ſunt viciniores regiones. Vnde mare rubrum, & ſalſum, ſiue mortuum dicitur eſſe in Oriente. Idumei, Moabitæ, Ammonitæ, Amalechitæ, & Madianite dicuntur Orientales, & Meſopotamia etiã. Et Gene. 29. profectus eſt Iacob Meſopotamiam terram Orientalem: & nu. 23, dicitur Balaam veniſſe à montibus Orientis, ex Aram, quæ ciuitas in Meſopotamia: hoc ergo loco ſignificat, ex Oriẽte, ex Syria, & Meſopotamia, quæ ſimpliciter reſpectu Iudeæ appellatur Oriẽs. Quod myſterio minimè caret. Nã homo qui in Oriẽte conditus eſt (ad Orientẽ quippè fuit paradiſus poſitus) & ibi à Deo ob peccatum expulſus, ab Oriente ab ipſo Deo reuocaretur ab exilio paradiſi, vt recuperaret per gratiam, & vocationem Chriſti, quæ per peccatum amiſerat.

Gene. 29. Num. 23.

Moralitas

Dubiũ. 5. Epiphan. Alia quæſtio eſt quanto tempore poſt ortum Chriſti iſti magi venerunt Hieroſolymam: ſunt quatuor opiniones. Prima eſt veniſſe bienniò poſt Chriſtum natũ. Hæc eſt Epiphanij contra hæreſes cap. 51. Licet contrarium ei attribuant, ſermone de Epiphania. Nam ſermone. 4. bis affirmat eodẽ die quo natus eſt Chriſtus Stellam apparuiſſe in Oriẽte. Poſt ſermonem ait magos adoraſſe Chriſtum biennio poſtquam illis apparuerat Stella. In eadem ſententia fuit Zacharias Hieroſolymitanus Epiſcopus, & Faber. Et probãt: Quia Herodes occidit infantes ſecundum tempus, quod à magis exquiſierat, ſed occidit ab imatu & infra, ergo Magi dixerãt q̃ biẽnio antè apparuerat eis Stella. Secundò probant, quia venerunt ab extremis partibus Oriẽtis. Contra hanc opinionẽ tamẽ eſt ipſe Euangeliſta Matth. qui dicit eos veniſſe ſtatim poſt natiuitatẽ, cùm ait. Cum natus eſſet Ieſus in Bethleẽ Iudæ. Quod tamen de re præſenti ac ſubita dici ſolet, non de re iam diù tranſacta, ſicut Geneſ. 24. dicitur: Necdum intra ſe verba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur: & cum Angelus dixit ad Mariam ecce concipies in vtero & paries filium, intelligens quod ſtatim conceptura erat, reſpondit: Quo modo fiet iſtud quoniam virum non cognoui. Ac ſi diceret ſi iam iam conceptura ſum, quo modo fieri poterit, cùm me non cognouerit homo: & Poëta quidam ait,

Matth. 2. Gene. 24. Luc. 1.

Audiat hæc aliquis, vel qui venit, ecce Palemõ.

Ergo recens natus erat puer, quandò Magi iſti venerunt, & quia Luc. 2. dicitur: Parentes pueri Ieſu poſt purificationem iuiſſe in Nazareth ciuitatem ſuam, nec in Bethleem habebant proprium domicilium, cùm nec in diuerſorio fuerit eis locus. Ad quid ergo biennium traſegiſſent in Bethleem. Poſtremò iſti Patres dicũt Magos Chriſtũ reperiſſe in præſepio, quomodo tanto tempore in tam iniquo loco fuerunt. Ad argumentum autem eorum infra reſpondebimus, cum explicabimus illum locum.

Secunda opinio eſt eos veniſſe. 13. die à natiuitate Chriſti, ſed Stellam illis apparuiſſe multò ante Chriſti natiuitatem, vt tempus ſuppeteret illis præparandi ſe ad tam longum iter. Hanc D. Thom. 3. part. queſtio. 36. attribuit Chryſoſt. & Auguſtino, licet aliqui viri docti dicant id modo nõ reperiri in eorum operibus. Fundamẽtum huius opinionis eſt, quod venerunt ex vltimis partibus Orientis, vndè. 13. diebus nõ poterant venire. Contra hoc eſt quia Herodes diligenter didicit, à Magis tempus Stellę, ideſt, tempus quo Stella indicauit Chriſtum eſſe natum, ergo cùm Stella apparuit indixit eis iam Regem illum eſſe natum: nam & hoc Magi declarauerunt dicẽtes: vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum? Vidimus enim Stellam eius in Oriente.

D. Thom. Matth. 2.

Tertia opinio eſt, quod venerunt ex vltimis partibus Orientis, & quod. 13. diebus venerunt, & quod Stella eis apparuit die natiuitatis Domini, ſed dicunt hoc miraculoſè factum eſſe, ita Remigius, & alij. Hoc autem improbatur quoniam non ſunt fingenda miracula ſine neceſsitate, quæ ſcriptura non tradit, vel ponit: & quia ſi miraculoſè veniſſent poterant vno die venire, ſicut & Abacuch in momento trãſlatus eſt, ab Angelo à Iudea in Babyloniam.

Danic. 14

Quarta opinio, quæ nobis plus arridet, ac probatur eſt magis apparuiſſe Stellam ſtatim cùm natus eſt Chriſtus, & protinus eos iter arripuiſſe, ac tertiadecima die poſt Chriſtum natum veniſſe in Bethleem. Primò quia magi dederunt pro ſigno Chriſti nati Stellam, quam viderant dicentes: vbi eſt qui natus eſt, &c. Vidimus enim Stellam eius in Oriente. Secundò quia Herodes queſierat à magis tempus Stellę, quę apparue

ſententia authoris.

Matth. 2.

paruerat eis, vt inde noſceret natiuitatem pueri. Deinde Magi Chriſtum inuenerunt in Bethleem, vbi ſolos quadraginta dies demorati ſunt parentes eius, nempè vſq; ad purificationem, nam poſt purificationem in Nazareth perrexerunt, vt docet Luc. cap.2. Præterea id habet antiqua traditio Eccleſiæ, quæ aduentum & adorationem Magorũ tertiadecima die poſt Chriſti ortum celebrat, quod mihi ſemper maximũ fuit argumentum. Sed tamen aduerſus hãc veritatem duæ ſe offerunt difficultates. Altera quo modo potuerint Magi, tantum itineris ſpatium tredecim diebus conficere. Reſpondetur potuiſſe, & commodiſsimè id facere: quoniam (vt ſupra diximus) illi ex Meſopotamia & Syria venerunt, quæ in ſcriptura dicitur Oriens, & diſtantia talis eſt, vt.13. diebus peragrari poſsit. Nam Geneſ.31. habetur Laban perſequutum fuiſſe generum ſuum Iacob ex Meſopotamia, & ſeptimo die comprehendiſſe illum in monte Galaad, qui mõs diſtat ab Hieroſolymis itinere duorum dierum, præſertim ſi Camelis aut Dromedarijs vſi ſunt in itinere, vt cõmunis habet opinio, quibus illa regio maximè abundat. Nam vt author eſt Philoſtratus lib.2. de vita Appollonij. c.3. illius iter deſcribens cameli vna die conficiunt mille ſtadia, ideſt.120. milliaria. Ariſt. lib.9. de hiſtoria animal. dicit camelos eſſe velociores equis. Et Caietan. refert vna die camelos tantum itineris conficere, quantum veloces equi tribus diebus. Secunda difficultas eſt: Nam ſi antè purificationem veniſſent; vtique Beata Virgo, ex auro quod ab eis acceperat habuiſſet vnde emeret agnum, quæ erat oblatio diuitum, & non offerret pauperũ oblationem, ad quod tamen iam ſupra reſpondimus.

Luc.2. *Geneſ.31.* *Philoſt.* *Ariſto.* *Caietan.*

Alia quæſtio eſt cur Magi Hieroſolymã venerunt, cum Chriſtus ibi nõ eſſet natus. Quatuor à ſanctis patribus rationes reddũtur. Prima quia ità congruit hiſtorię: quia cum Magi attigerunt Iudeam deſeruit eos Stella, qua propter derelicti ductu Stellæ recta via Hieroſolymã petierunt, quę erat Regni caput exiſtimantes ibi natum eſſe Regem Iudæorum, vel ſaltim quod ibi haberetur notitia de eo. Secundò vt Magi, & miraculo Stellæ, & prophetiæ teſtimonio à Iudeis tradito confirmati Chriſtum ardẽtiori fide quererent. Tertiò vt Iudæorum Principes eſſent inexcuſabiles, qui nec miraculo Stellæ, nec prophetiæ teſtimonio, nec Magorum fide commoti ſunt, vt Chriſtum quærerent. Has tres rationes D. Auguſ. & Leo Papa tangunt in ſermonibus huius feſtiuitatis. Nam Auguſt. dicit: Stella quæ Magos perduxit, vbi erat cum matre ſemper Virgine Deus infans poterat eos ad ipſam perducere ciuitatem Bethleem, in qua natus eſt Chriſtus, ſed tamen ſubtraxit ſe donec de ciuitate, in qua Chriſtus naſceretur etiam Iudęi teſtimonium perhiberent: vt ſic geminato teſtimonio confirmati (ſicut Leo Papa dicit) attentiori fide expectarent, quem & Stellæ claritas, & prophetiæ manifeſtabat authoritas. Ità ipſi annuntiabant Chriſti natiuitatem (ait Auguſt.) & interrogabant locum. Credunt & quærunt tanquam ſignificantes eos qui ambulant perfidem & deſiderant per ſpem. Iudæi autem indicantes eis locum natiuitatis Chriſti ſimiles facti ſunt fabris arcæ Noe, qui alijs vbi euaderent præſtitetunt, & ipſi diluuio perierunt. Audierunt, & abierunt inquiſitores; dixerunt & remãſerunt doctores, ſimiles lapidib⁹ milliarijs, qui viam alijs oſtendunt, nec ipſi ambulãt. Diuino autem nutu factum eſt, vt aſpectu Stellæ ſubtracto Magi humano ſenſu in Hieroſolymam venirent quęrentes in ciuitate regia Regem natum: vt in Hieruſalem primum Chriſti natiuitas publicæ annuntiaretur, ſecundum illud Eſai.2. De Syon exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem, & etiam ſtudio Magorum, de longe venientium damnaretur Iudęorum pigritia propè exiſtentiũ. Quarto vt hoc facto doceremur ad cõfirmandum aliquod dogma fidei, non ſatis eſſe priuatam reuelationem etiam firmatam miraculo, niſi Eccleſiæ approbatio & Pontificũ declaratio accedãt. Tunc enim Pontifices Iudęorum erant Hieroſolymis, nec improbitas Pontificum & Sacerdotum obſtat definitioni veritatis.

Dubiũ.6. *D. Aug.* *Leo papa.* *Ratio ob quam Stella ſubtraxit ſe ab oculis Magorum.* *Auguſ.* *Simile.* *Simile.* *Eſai.2.*

Eſt etiam alia quęſtio, qualis fuerit iſta Stella, & reſpondetur fuiſſe longè diuerſa ab alijs in ſplẽdore & fulgore. Ignatius martyr epiſtola ad epheſios, Et Leo Papa ſermone.1. de Ephipania, & Auguſtinus etiã dicunt iſtam fuiſſe ſplendidiorẽ omnibus alijs Stellis. Quod dictum cum grano ſalis eſt intelligendum. Nam re vera Stella iſta multò ſplendidior erat, quam quę in octauo cœlo ſitę ſunt. Attamen ſi aliqua ex illis iſtis Regibus tam propinqua foret, quãm quę apparuit eis fulgentior eſſet illa: quia vel totam terram occupaſſet, cũ multę earum etiam quælibet per ſe ſumpta maior ſit tota terra. Vndè intelligendũ eſt, quod erat fulgentior Magorum oculis, propter vicinitatem ad illos, vt cometæ aliquæ ob propinquitatem lucidiores alijs ſideribus nobis apparent. Secundò erat diuerſa in ſubſtantia: quia non erat ex materia cœli, ſed ex corruptibili materia de nouo eſt facta, & poſt tredecim dies peracto officio, in præiacentem materiam eſt reſoluta: Quia lumine inuento alio lumine non indigemus: & ideò etiam fides quæ eſt ex parte deficit, quando per ſpeciem contemplamur Deum, vt dicitur.2. Cor.13. ſecundum illud Eſai.60. Nõ erit tibi amplius Sol ad lucendum per diem, nec ſplendor Lunæ illuminabit te, ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, &c. Tertiò fuit diuerſa ſecundum apparitionem. Nam cæteræ Stellę apparẽt nocte, hęc autem die ac nocte prefulgebat. Quartò ſecundum motum: quia mouebatur ab Oriẽte, verſus ſeptentrionem declinans ad meridiem: iter enim à Meſopotamia in Iudęam i: a ſe habet. Præterea mouebatur motu progreſsiuo & vniformi, aliquandò lentè, aliquãdo vniformi prout Magi ambulabant, aliquãdò ſe attollebat quando pertranſibant mõtes, & aliquandò ſe demittebat, cùm in planitiè ambulabant. Aliquandò mouebatur, aliquandò etiam ſtabat, nempè quando Magi nocte quieſcebant. Tendebat ergo per lineam rectam verſus Iudeam, cùm tamen reliquę Stellæ in circuitu rotentur: & ideò dicitur oriri ſuper Iudeam: quia ortu ſuo tendebat ad eam, vt ad Solẽ, ſicut omnis Stella declinaret ad ſolẽ ſi poſſet relicto aquilone frigido & tenebroſo. Ad meridiẽ calidam & luminoſam ſanctorum habitationem feſtinabat, & quaſi alloquens ad Hieruſalẽ dicebat illud Eſai. 60. Venit lumen tuum Hieruſalem, & gloria Domini ſuper te orta eſt, & ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui. Quinta differentia fuit ſecundum ſitum: quia hęc non erat in cœlo, aliàs non potuiſſet ità oſtendere eis iter, ſed erat in aëre, vt poſſet commodè demonſtrare Magis viam, ad modum quo ſolent apparere Stellæ errantes Iob. 38. dicitur: Nunquid noſti ordinem cœli, aut pones rationẽ eius in terra? Huius quidem Stellæ ratio, in terra in ſpatio huius aëris poſita eſt: quia incorruptum lumen cœli ad nos aëre circundatum venerat ſecundum illud Baruch.3. Poſt hęc in terris viſus eſt, & cum hominibus cõuerſatus eſt: & Malac.4. Vobis autem timentibus Deum orietur Sol iuſtitię, & ſanitas in pennis eius, ideſt, in radijs huius ſolis, quæ ad modum pennarum videntur. Differebat ſexto Stella hæc à cæteris aſtris, ſecundum ſignificationem. Nã cœleſtia ſidera nihil niſi naturales & vniuerſales effectus ſignificant, hæc vero nouum & ſupernaturalem & cunctis retro ſeculis inauditum effectũ annuntiabat, nempè natiuitatem Dei in humana carne. Erat enim ſimilis columnæ quę ductabat filios Iſraël in deſerto, à qua tamen differebat tripliciter. Primò figura: quia hęc erat in modum Stellę, illa in modum columnę. Secundò officio: quia illa tantum prẽmõſtrabat iter, hęc autem id faciebat, inſuper & Chriſtũ natum oſtendebat. Tertiò quia mota columna mouebantur Hebręi, & quieſcente quiescebant; hęc verò ad motum Magorũ mouebatur, & eis quieſcentibus quieſcebat.

Ignatius martyr. *Leo papa.* *Auguſt.* *Stella quæ apparuit Magis quo modo fuerit cæteris ſplẽdidior* *Stella hæc ex corrupti bili materia fuit facta.* *2.Cor.13.* *Eſai.60* *Eſai.60.* *Stella quæ magis apparuit in aëre ſita erat.* *Iob.38.* *Baruch.3.* *Malac.4.* *Hæc ſtella fuit ſimilis columnæ quæ ducẽbat filios Iſraël.*

Sed queres iterum à quo mouebatur hęc Stella. Abſq; dubio ab Angelo. Nam motus eius non poterat eſſe naturalis, ſi quidẽ accõmodabatur motui Magorum, qui erat voluntariùs & variabilis, ſicut mouebatur columna in deſerto ab Angelo. Et ſic eſt intelligendus Chryſoſtom. cum dicit Stellã iſtã fuiſſe virtute quadã inuiſibilem & intelligentem, non quod ſubſtantialiter ipſa eſſet intelligens, ſed quia regebatur ab intelligentia. Nec eſt putandum quod Angelus aſſumpſiſſet Stellam tanquam corpus: quia nuſquam legimus Angelos aſſumpſiſſe corpora inanimatarum rerum.

Dubiũ.8. *Chryſ.*

Adhuc autem queres quãdo Magi quieſcebãt in hoſpitijs, quid faciebat Stella, manebat nè, an occultabatur? & ſi à ſolis Magis videbatur, an etiam ab alijs, ante quorũ occulos erat. Ianſenius putat tantum apparuiſſe cum Magi iter facerẽt: quia aliàs fruſtra appareret, & quod à ſolis Magis videbatur. Nam ſi omnibus conſpicua foret totus mundus fuiſſet commotus. Alfonſ. Toſtat. in cap.2. Matth. q.14. tenet contrarium, & probabilius certè: quoniam non ſunt multiplicanda miracula ſine neceſsitate, dicere autem quod toties apparebat & occultabatur, quod à magis & non ab alijs videbatur eſt multiplicare miracula, & de columna quę precedebat filios Iſraël per deſertũ diceba-

Dubiũ.9. *Ianſenius* *Toſtat.*

dicebatur, quod ſemper apparebat, & quod ab omnibus videbatur. Quod & in Chriſti maximè reſultat gloriã, quod natiuitas eius, quæ poſteà erat prædicanda, iam antea celebraretur, & hęc eſſent velut præuiæ diſpoſitiones cordiũ, vt poſteà ſuauius eius prædicatio reciperetur.

Dubium. 10. Alia dubitatio eſt cur Chriſtus voluit manifeſtari Magis per Stellam. Ad quod reſpondetur cauſam veram & propriã fuiſſe, quod cum omnia Deus ſuauiter diſponat, atq; rerum ſe naturis ac conditionibus accõmodet, voluit per ſignum maximè illis familiare, & eorũ profeſsioni conuenientius illis manifeſtare. Illi autẽ vt diximus Aſtrologię inter alia dabant operam. Item quia non poterat melius declarari conditio Chriſti nati, quã per Stellam: vt intelligatur claritas, & ſublimitas eius, cuius regnum non tantum terrenum, ſed & cœleſte futurum erat. *Leo papã.* Tertiò quia vt dicit Leo Papa: Abrahę promiſerat Deus multiplicationẽ ſui ſeminis ad ſimilitudinẽ multiplicationis Stellarũ quę ſignificat multiplicationẽ iuſtorũ imitãtiũ fidẽ Abrahæ, cum iuſti apud Dan. *Daniel. 12* Stellis firmamenti comparãrentur, hoc autem iuſtorum incrementũ præcipuè ex gẽtib⁹ aſſumendum erat, propter Iudęorũ incredulitatem. Iſti autem Magi fuere primitiæ gentium. Igitur, vt oſtenderetur multiplicationem iuſtorum imitantium fidem & *Geneſ. 31.* iuſtitiam Abrahæ, ex gẽtibus aſſummendã eſſe iſtis Magis, qui nomine gentilis populi recipiebant Chriſtũ Regem apparuit Stella, quæ de tali eos myſterio certiores faceret. *D. Auguſt.* D. Auguſt. docet obſeruatione dignũ eſſe naſcente Chriſto nouum lumen oriri, moriente autem Chriſto antiqua lux ſolis obſcurari, ſignificabat enim Iudæis ſua incredulitate excœcatis, ac in tenebris incredulitatis permanentibus gentibus nouũ lumẽ oriri, ſecundũ illud quod Chriſtus Dominus cœco nato dixit. In Iudiciũ ego veni in mundum, vt qui non vident videant, & qui vidẽt cœci fiãt. *Ioan. 9.* Sed cur dicitur Stella eius? Dicunt enim Magi: Vidimus Stellam eius. Primò dicitur eius quia fuit ab ipſo Chriſto condita, præter aliarum Stellarum ordinem: vt oſtẽderet ſe eſſe Stellifer cõditorem cœli: & ſicut à principio cœlum, quod habitatio eius debebat eſſe lucentibus Stellis ornauit, ſic modo qui terrã in habitationem ſuã eligebat, velut alterũ cœlum nouis etiã decoraret ſideribus, atq; nouo lumine ſuæ cognitionis illuſtraret, ſecũdum illud. 2. Cor. 4. Deus qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere ipſe illuxit in cordibus noſtris, ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei, in faciem Chriſti Ieſu: & *2. Corin. 4.* etiam quia famulabatur Chriſto adducẽdo ei primitias gentium, ſecundũ quod ad Iob *Iob. 38.* cap. 38. dixerat: Vbi eras, cũ me laudarẽt ſimul aſtra matutina? Vel quia iſta Stella ab antiquis fuerat prædicta, quod ea naſcẽte Redemptoris mundi natiuitatem oſtenderet: ſic enim prædictum fuerat à Balaam *Num. 24.* num. 24. (iſti autem Magi poſteri eius creduntur, ex terra Orientali; vnde venit Balaam) orietur Stella ex Iaceb, & conſurget virga de Iſraël, hoc eſt, cùm videritis Stellam talem exortam ſcitote Regem Iſraël, qui virgam dominantem accepturus eſt in natum eſſe. Vndè hoc eſt aliud ſignũ quod Chriſtus Dominus ſit verus Meſsias: quia in eo adimpletum eſt hoc vaticiniũ. Aſtrologi ac priſcilianiſtæ hæretici docuerunt, quemlibet hominẽ natum ſub aliqua Stella, vel Stellarum diſpoſitione quæ ſit illi ſatalis, hoc eſt effectrix, & præmonſtratrix omnium, quæ euentura ſunt homini, in tota vita ſua. Tamẽ hic error dãnatus eſt in concilio Bracharenſi. *Cõci. Bracar.* Volunt autem ſuæ adiungere ſententiæ exemplum Stellæ, quę apparuit Magis, quod tamen nulla probabilitate fulcitur. Quoniã Stella hęc non fuit de numero cœleſtium, quas fatales illi vocant. Suetonius narrat in vita Cęſaris *Suetonius* Auguſti, Aſtrologum quemdã contemplata cœli diſpoſitione in die quo Auguſtus natus eſt exclamaſſe Dominum orbis eſſe natũ. Quantò magis iſti Reges Magi viſa Stella pro Chriſto exclamare potuiſſent, verè natum eſſe Regem orbis. Sed dices: Vndè Magi nouerunt illam Stellã ſignificare eſſe natum in Iudea Regem Iudæorum, nam Stella illa tantum poterat monere aliquid effici, vel futurum inuſitatum, vel nouum. Author operis imperfecti in Matth. qui citatur à D. Thom. nomine Chryſoſtomi nar *D. Thoma.* rat quandam traditionem ſeu fabellã, quæ tunc temporis abſq; authoritate circumferebatur. Quod in regione Orientis, quo die natus eſt Chriſtus apparuit Stella, in qua erat infans nouiter natus, & ſuper illum effigies crucis, de qua Stella exijt vox ad Magos dicẽs: Ite in Iudea natus eſt enim Rex Iudæorum. Leo & alij tradunt, præter Stel- *Leo papa.* lam alia via nouiſſe omnium Dominũ eſſe natum. Nam Leo Papa ait, illud fuiſſe reuelatum Magis interiori lumine, & illuſtratione

Auguſ. tione mentis. Aug. docet eis fuiſſe reuelatum, per Angelum. Nam ſicut poſteà fuerunt ab Angelo moniti in ſomnis, ne reddirẽt ad Herodem; ſic anteà vt venirent ad Chriſtum, alij dicunt Magos id nouiſſe, ex traditione magni Iob, qui fuit Oriẽtalis Idumeus, & circa illam regionem verſatus fuit. Qui ſicut de vltima reſurrectione apertè vaticinatus eſt, ità & de Chriſti ortu plura diſſeruit. Licet nõ omnia eius vaticinia apud nos extent. Alij ſi *Euſeb.* cut Euſeb. lib. 1. de peremni philophia. c. 13. & 22. à Sybilla Chaldea filia Beroſi id acce *Iuſtinus.* piſſe hos Magos aſſerit: vt ait etiam Iuſtinus in exortatione ad gentes. Nã multa de Chriſto, & de eius natiuitate vaticinata eſt. *Cicer.* Cicer. lib. 2. de diuinatione refert: ſuo tempore interpretes Sybillarum admonuiſſe ſenatum, venturum eſſe Regem, quem niſi adorarent. & appellarent ſaluos fieri non poſſe. Quod tamen Cicero vt adularetur ceſſari, de illo interpretatus eſt. Multorum tamen patrũ ſen- *Num. 24.* tentia eſt, ex illo vaticinio Balaam iam citato id illos intellexiſſe, nihilominus præter Stellam opus fuiſſe noua reuelatione. Quod autem veriſimilius apparet, ideſt, quod Caieta- *Caietan.* nus docet illos motos fuiſſe aliqua antiqua traditione, ſiue hac, ſiue illa, ſimul cum interiori mentis illuſtratione facta à Deo, ac ideo tantopere turbatum fuiſſe Herodem. Nam ſi quærenti Herodi quomodo per illam Stellam id nouiſſent, ſolùm reſpondiſſent, ità in ſomnis habuimus, ità eſt nobis reuelatum; irrideret quidem illos, nec timore illo turbaretur. Atſi diximſſet id antiqua traditione nouiſſe rationabiliter timeret, ac turbaretur. Cæterum ſtudioſorum gratia refferre hic libet, id quod Petrus de aliaco in quæſtio. ſuper *Petrus de Aliaco.* Geneſ. quæſtio. 30. & lib. de legibus tradit, nempè potuiſſe tunc temporis noui Regis natiuitatem cognoſci ex poſitione ſiderum. ſub quibus fuit natus Chriſtus. Ait enim quod eo tempore, quo Chriſtus natus eſt duo fuerunt in cœlo indicia, quæ portendebant natum aliquem, virum inſignem potentia & gloria, qui eſſet dominaturus orbi, atque nouam conditurus religionem. Quoniam primò erat inſignis coniunctio Iouis cum Saturno, in ſigno Cancri, quæ facta eſt circa tempus natiuitatis Chriſti, qua inſpecta omnes Aſtrologi dixerunt eſſe ſignũ portendens magnam rerum mutationem, in vniuerſum. Secundum indicium fuit, quia Chriſtus natus eſt ante mediam noctem vigeſimoquinto die Decembris, anno quadrageſimo ſecundo imperij Auguſti, in quo articulo temporis aſcendebat Virgo ſuper Orizontem tali comitatu ſiderum, vt eum oſtenderet. Albertus Magnus. in libr. ſpeculum *Albertus Magnus.* citat Albumazarem, qui hoc ipſum tradit de natiuitate Domini, ſub aſcenſu Virginis. Hæc tamen tanquã ineptiæ abijciendæ ſunt à mentibus pijs. Primò quoniam iſti non potuerunt cognoſcere punctum temporis, quo natus eſt Chriſtus, ergo vana eſt huiuſcemodi obſeruatio. Quia conceſsione ipſorum *Chriſti nãtiuitas ex poſitione ſiderũ cognoſci non potuit.* ſingulis momentis, variantur poſitiones ſiderum, & ipſi pro certo dicunt fuiſſe Chriſtum natum, ante mediam noctem cùm tamen communis opinio ſit, quod poſt mediam noctem. Secundò, demus eis compertum fuiſſe tempus & poſitionem ſiderum; tamen nihil obtinebunt. Nam quia multi alij nati ſunt illo puncto temporis in orbe, imò in Iudea & in ipſa Bethleem, & vnus tantum eſt Chriſtus, ergo id non potuit cognoſci. Tertiò non potuerunt cognoſcere, quod illa poſitio ſiderum eſſet ſignum alicuius talis qualis fuit Meſsias. Nam vel iſta poſitio ſiderum fuerat ante aliquando, vel nunquam fuerat. Si primum oportẽt alium Chriſtum natum anteà, ſi vero nunquam fuit: vnde ſciunt Aſtrologi quod talis poſitio habet talem effectum, vel ſignificationem: obſeruatio enim Aſtrologiæ vtitur experimentis: vt ipſi fatentur. Quare vanè imò & præſumptuoſè, & ſacrilegè. & abſque vlla cauſa dicunt iſti potuiſſe Magos, ex poſitione cœli cognoſcere Chriſti natiuitatem, ſicut per illam Stellam. Vndè Diuus Au- *D. Aug.* guſtinus contra Fauſtum ſic ait: Si autem ſub fato Stellarum nullius hominis Geneſim ponimus liberum arbitrium hominis, ab omni neceſsitatis vinculo vindicemus, quanto minus illius temporalem generationem, ſub Aſtrorum conditione credimus factam, qui eſt vniuerſorum æternus Creator, & Dominus. Itaque illa Stella quam viderunt Magi Chriſto ſecundum carnem nato, non ad decretum dominabatur, ſed ad teſtimonium famulabatur. Non ideo Chriſtus natus eſt, quia illa extitit, ſed illa extitit, quia Chriſtus natus eſt. Ipſe quippè illi, non illa huic naſcendi attulit cauſam. Hactenus Auguſt. accedit ad hoc ꝙ propter *Idem.* velociſsimum curſum ae motum cœli vix poteſt percipi punctũ quo quis naſcitur: cum enim modi attendis iam hoc punctum tranſactum eſt, imò & millia alia puncta, vt dicebat Nigidius quidam, quem citat Auguſt. li. 5. de ciuit. Dei. c. 3. vbi videre ad longũ poteris.

Vndecimũ dubiũ. Alia difficultas eſt, an ſtella iſta tantum apparuerit Magis in Oriẽte, an etiam eos toto itinere comitata fuerit quaſi Dux. Caietã. & Ianſenius affirmant tantum in Oriente apparuiſſe, & non fuiſſe in eorum comitatu, vſque in Iudæam. Primò quia Magi cum de ſtella loquuntur tantum nominant apparitionem eius in Oriente, & non in comitatu. Vidimus ſtellam eius in Oriente. Et Matthæ. etiam ait: Stella quam viderant in Oriẽte antecedebat eos. Non dicit quæ comitata fuerat quod non tacuiſſet Matthæus, quia admirabilius eſſet, ſicut dixit antecediſſe eos ab Hieruſalem vſque ad Betheleem. Adde inſuper quoniam comitatus ſtellæ vſq; in Iudeã erat ſuperuacaneus: Nam Magi venerunt ex Meſopotamia. Vndè iter in Iudæam erat notiſsimum, & ipſi erant diuites, & facilè homines quærerent itineris gnaros. Non improbabilis hęc opinio videtur, illiq; forſam adheſiſſem, niſi me quaſi prẽhenſa manu ab ea deduceret tàm Patrum authoritas, quàm Eccleſię, qui omnes dicunt ſtellam iſtam toto itinere fuiſſe illis Ducem ac Comitem. Sic Leo Papa ſermone. 1. & 4. Auguſt. ſermone de Epipha. & lib. 2. contra Fauſt. c. 5. vbi dicit ſtellã iſtam non ſolũ indicis, ſed & Ducis functam eſſe officio. Chryſoſto. Homel. 6. ſuper hunc locum egregiè confundit aſtrologos ex motu iſtius ſtellæ ducentis Magos. Et quod grauiùs eſt ità ſentit Eccleſia in Hymno de Epiphania cùm dicit: Ibant Magi quã viderant ſtellam ſequentes præuiam. Et licet alij dicant hoc carmen eſſe Claudij Poëtę, tamen Eccleſia illo vtitur tanquam rem veram aſſerente. Quod etiam hac ratione fulciri apparet. Nam Euangeliſta cùm dixit: Ecce ſtellam quam viderant in Oriente antecedebat eos; Satis innuit hoc idem officium toto itinere prẽſtitiſſe. Nam plùs indigebant Magi, quod ſtella comitaretur eos à Meſopotania in Iudæam, quàm ab Hieroſolymis in Bethleem, qui tantũ per tria milliaria diſtat ab Hieruſalem. Quod ſi dicas ad indicandum locũ pueri id opus fuiſſe, reſpondeo ſatis fuiſſe, quod ingredientibus Betheelem illis apparuiſſet ſuprà vbi erat puer, non ergò comitatus eos fuiſſet ſtellà tantillo itinere, niſi idem anteà officium præſtitiſſet, vt continuaret illud. Et ad argumentũ aliorũ reſpondetur ſtellam fuiſſe Comitẽ, non propter ignorantiã tantum Magorum, ſed potiſsimum ad maiorem confirmationem eorum atq; lætitiam. Erat enim eis in itinere, non minimum ſolatium ſtellã ſemper tãquam Ducem ante ſe proſpicere, quod etiam in maiorem gloriam Chriſti cedebat.

Caieta. Ianſeni. *Leo Papa. Auguſt.* *Chryſ.* *Eccleſia in Hymno Epiphania*

Duodecimũ dubiũ. Et vt omnes dubitationes quæ ad literam pertinent ſimul expediamus, vt deindè ad abditiora myſteria miſtici ac tropologici ſenſus nobis ſuppetat locus, quæritur poſtremò quomodo Euangeliſta in hoc cap. citauerit teſtimonium illud Micheæ. 5. nõ ſecũdũ alijs verbis verum etiam contrario ſenſu, ſicut prima facie legenti apparebit. Nã apud Micheã ſic legimus. Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſraël. Euangeliſta autem ſic refert: Et tu Bethleem terra Iuda nequaquã minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Iſraël. Hierony. tom. 6. ſuper Miche. ca. 5. dua adhibet ſolutiones. Altera eſt quod ſortiam Sacerdotes, & Scribę perperam citauerunt teſtimonium Micheę, & Euãgeliſtę ſine aliquo errore ex parte ſua retulit illud ſicut illi citauerunt. Tamen hæc ſolutio non ſatisfacit: quoniam Phariſæi non ſunt à Chriſto reprehenſi, quod Scripturę teſtimonia corrumperent, aut infideliter citarent, aut ſcriberent. Et cũ alia minora vitia in eis reprehẽderit, hoc maximum minimè tacuiſſet. Altera ſolutio eſt, quod ſi forſitam aliquis error imputandus eſt Euangeliſtæ, non eſt magni momenti: quoniam fuit lapſus memoriæ in Matthæo. Sed hæc ſecunda ſolutio intollerabilis eſt, & erronea, nec eſt ſententia D. Hierony. ſed aliorum quorum placita ac interpretationes in Commentarijs ſuis referebat, vt ipſemet fatetur reſpondens Rufino in Apolog. contra illum. Et quod ſit intollerabilis ac falſitate plena patet, quoniam Euangeliſtæ, vtpote ſcriptores Canonici in omnibus partibus Scripturę ſuę, ſiue paruis ſiue magnis Spiritu ſancto ſuggerente diriguntur, ne labi poſſint: alioquin ſi aliquando lapſi ſunt, periret authoritas eorum, nec eſſet irrefragabilis veritatis: maneret enim ſemper rationabilis ſuſpitio ac timor quod ſicut in vna parte errauerunt, & memoria lapſi ſunt poterant & in alijs ſic errare. Lingua autem Canonici Scriptoris dicitur velox: quoniam ſequitur ſine cunctatione Spiritus ſancti inſtinctum. Ita. 1. Eſdrę. cap. 7. vocatur Eſdras velox Scriba. Et Pſalm. 44. dicitur. Lingua mea calamus Scribæ, velociter ſcribentis. Quę authoritas explicatur à Diuo Ambroſio in commentarijs ſuper Lucam à principio ſuper illud. Quoniam multi conati ſunt, & cætera. Non conatus eſt Lucas (ait Ambroſio.) nec etiam conatur aliquis ſcriptor canonicus, ſed

Duodecimũ dubiũ. *Micheæ. 5* *D. Hiero.* *1 Eſdr. 7.* *Pſal. 44.* *D. Amb. Luc. 1.*

ſed diuino ſpiritu vbertatem dictorum rerumque omnium adminiſtrante, ſine vllo molimine cœpta compleuerunt. Quare iure optimo malè audit Eraſmus quoniam in annotationibus huius loci multis diſſeruit, nõ eſſe maximum incõmodum ſi fateamur Euãgeliſtã erraſſe in rebus leuiculis. Alij dicunt quod ſcribæ retulerunt illam ſententiã Herodi, non ſicut erat ſcripta, ſed ſicut ipſi intelligebant eã, & ita ſicut illi retulerunt eã nobis ſcripſit Matth. Nã ſecunda oratio eſt prioris cauſa ac ſi diceret: Non es minima: quoniã ex te exiet Dux, &c. Nã illi ita intelligentes, ita dixerunt ſcriptum eſſe, nõ eſſe minimam Bethleem: quoniã ex ea Chriſtus ortum acciperet, quorũ verba fide qua oportuit Matt. retulit: Et hæc ſolutio, non mihi diſplicet, quę eſt Cano. 2. de locis cap. 14. Vltima ſolutio quæ probabilior cæteris apparet hæc eſt. Quod ſiqua mutatio eſt in hoc teſtimonio citato ea Euangeliſtæ aſcribẽda eſt, ſed ad eius intellectũ aduertẽdũ eſt, ex Euthim. Matt. 3. & ex Hieron Eſai. 7. & Ad Eph. 2. & de optimo genere interpretandi ad Pãmach. Quod Chriſtus, & Euangeliſtæ, & Apoſtoli, cum citant teſtimonia veteris teſtamenti, non alligantur verbis rigore nimio, ſed ea referunt quadam libertate paraphraſtica, nihil tamen à ſententia diſſidentes. Eſto exemplum Zacha. 13. habetur: Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum, & virum coherentem mihi. Percute paſtorẽ, & diſpergentur oues. Hoc teſtimoniũ citat Chriſtus Matth. 26. Percutiã paſtorẽ, & diſpergentur oues gregis. Eſt quædã varietas in verbis, ſed eſt idẽ ſenſus. Similiter Zach. 11. cum fit ſermo de pretio, quo venditus eſt Chriſtus dicitur: Proijce argentũ inſtatuarium decorum pretium quo apretiatus ſum ab eis: & tamen Matth. 27. cum refertur iſte locus citatur ſic, & acceperunt triginta argenteos pretium apretiati, quẽ apretiauerũt à filijs Iſraël, & dederunt illud in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi Dñs: vbi facile eſt intelligere eſſe aliqualem verborum diſcrepantiũ, ſine mutatione ſententiæ. Similiter id q̃ habetur Eſai. 64. A ſeculo non audietur, oculus non vidit Deus abſq; te, quæ præparaſti diligentibus te. Citat D. Pau. 1. Cor. 2. aliqua li verborum diſſimilitudine. Nec oculꝰ vidit, nec auris audiuit, nec in corde hominis aſcenderunt, quę præparauit Deus his qui diligunt illum. Igitur ſequẽdo iſtum canonẽ dicimus, q̃ Euangeliſta citauit teſtimonium Mich. ad ſenſum Prophetę. Nã primò cũ dicitur: Bethleẽ terra Iuda, ibi dicitur Bethleem ephrata; nã vtrãq; habuit nomenclaturam, vt ſupra diximus. Primò enim dicebatur ephrata, ideſt, frugifera, poſteà dicta eſt Bethleem, ideſt, domus panis, & hic additur terra Iuda, ad differentiam alterius Bethleem, quæ erat in Galilea. Mich. autem ob id dixit ephrata: quoniã illa quæ erat in Galilea, nuſquã hoc nomine appellata eſt. Secundò hic dicitur, nequaquã minima es: ibi dicitur paruula es, ſed non eſt repugnantia. Nam quoad paruitatem loci dicitur minima, quoad natalẽ vero Dauid & Meſsiæ non erat minima: vel vt illud paruula es, legatur cum interrogatione, paruula, nè es in millibus Iuda? Ac ſi dicat: Minima, vel quia Hebræi carent genere neutro, & alij quando vtuntur maſculino vel fœmino pro neutro, vt ibi vnã petij à Domino, ideſt, vnũ: & in Geneſ. vbi legimus: Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, in rigore linguæ Hebraicæ legendum erat, non eſt bonus. Igitur ſecundum. 70. legendum erat: & tu Bethleem ephrata minimum eſt, vt ſis mihi in millibus Iuda. Ideſt, parũ eſt hoc ad id quod ego æſtimo tecum facere. Nam ex te exiet mihi Dux qui paſcat populum meum Iſraël. In Hebræo autem eſt in fœmenino, quoniam caret neutro vel ſic. Paruula mihi es, ideſt, ſecundum ea, quæ ego cogito in te facere paruula es modò: decreui enim magnifacere te ortu Chriſti mei. At ſi Rex cupiens honorare aliquem dicat in noſtro ſermone, *poco es lo que tiene fulano para lo que yo pretendo hazer en el*. Tertia differentia hic habetur, inter Principes Iuda, ideſt, inter Principes ciuitatis Iuda. Ibi dicitur in millibus, ideſt, in pluribus. Ponitur numerus indeterminatus pro determinato, vt in ſcriptura fit frequenter. Quarta differentia eſt. Ex te exiet dux, qui regat populum meũ, ideſt, ex te exiet, qui ſit dominator in Iſraël. Idẽ enim eſt regere ac paſcere in Hebr. vt ibi Dñs regit me. Hebræi: paſcit me. Chriſti autẽ regimen fuit admodum paſtoris, ſecũdum q̃d ipſe dixit Ioan. 10. Ego ſum paſtor bonus: & Ezech. 34. Suſcitabo paſtorem ſuper eos, qui paſcat eos. Dicitur autẽ, ex te exiet, vt ad notauit Theophilactus, quia tantũ in Bethleẽ natus eſt Chriſtus, non tamen ibi habitauit: & licet Iudæi teſtimonium hoc ad Zorobabel torquere contendant, nulla tamen probabilitate fulciuntur, cum non in Bethleẽ, ſed in Babylonia natus ſit, vt patet ex nominis ſignificatione, ſignificat enim in Babylonia ſeminatus: & nec illud q̃d ſequit ei poteſt adaptari, nam ſubdit Propheta: egreſſus eius ſicut ab initio à diebus æternitatis. Quaſi dicat:

Eraſmus. *Euthim.* *D. Hiero.* *Can. delo.* *Zach. 13.* *Matth. 26* *Zach. 11.* *Matth. 27* *Eſai. 64.* *1. Cor. 2.* *Pſal. 26.* *Geneſ. 2.* *Mich. 2.* *Pſal. 22.* *Ioan. 1.* *Ezech. 34.*

cat:Licet in tẽpore ſecundũ naturã aſſumptã in Bethleẽ natcetur; tamẽ nequis hunc Principẽ tantũ eſſe hominẽ exiſtimare poſſet, aut tũc primũ eſſe incepiſſe ſciat egreſſum ei⁹ eſſe abinitio, à die⁹ æternitatis, licet in Hebr. ſit in plurali, nẽpe egreſſiones ei⁹: quia ſemp à Patre iugi, pceſsione & emanatione ꝓcedit, vndè erit ver⁹ Deus à Patre procedẽs. Vndè Rabenos hocados, ex his verbis Chriſtũ fuiſſe Deũ, & hominẽ cõfitetur, in lib. galerazeya petit. 7. Quia duę inquit ſunt egreſsiones, altera diuinitatis quę eſt ęterna, ideò dicit à diebus æternitatis: altera humanitatis, quę in ſuę Matris ſubſtantia extat. Quæ verba, vt rectè intelligantur, legendus eſt Galatinus de arcanis linguę Hebręæ. lib. 7. c. 2. & 3. & Chryſoſ. in lib. quod Chriſt⁹ ſit Deus, hiſce verbis (inquit) diuinitatẽ & humanitatẽ indicat. Nã dũ dicit & exitus eius ab initio, & à diebus ſeculi ſubſtãtiã declarauit, quę ante ſecula fuit. Cũ autẽ dicit egredietur dux, qui regãt populum meũ Iſraël, natiuitatẽ ſecundum carnem docet. Idem aſſerit. Pſal. 44.

Galatinus Chryſ.

Pſal. 44.

Maiora iã nos aduocant myſteria, poſtquã Dei gratia quæ ad literã attinẽt difficultates pro captu noſtro abſoluimus. Myſteriũ quippè hoc memoriale noſtrũ eſt, quandò primò gentes quę Deũ ignorabant manus Deo vero dederunt, atq; primitiæ gentiũ in odorẽ Deo primũ oblatæ ſunt. Præceptũ erat in Leuitico Hebręis, vt primus dies quo fructus terræ colligerent ſanctus, ac venerabilis eſſet, faceretq; ex primis fructib⁹ manipulum ſacerdos, atq; Deo offerret, quaſi profitẽtes Deo à quo acceperũt, & accepta referre ſic hodie primi fructus gẽtiliũ terræ, quę hucuſq; arida ac ſterilis fuerat Deo offeruntur. Iſte triũ ſpicarũ manipulus, ſimul cũ alijs donis Deo vero, in ſtabulo ac præſepio oblata reddũtur: vt & nouos ac primos ſibi fructus accipiẽs vẽturos augeat atq; benedicat. Hodie flos de radice Ieſſe procul odorẽ ſuũ effudit, atq; nomen eius ꝓ oleũ effuſum ab ſpõſa dicitur, vſq; ad Oriẽtalia penetrans regna à ſolis ortu vſq; ad occaſum magnũ effectũ eſt: vnguenta odorifera ſi clauſa in pixide ſint odorẽ ex ſe emittere nequeunt; at ſi aperiuntur, & effundantur à longè ſua fragrantia delectãt. Olim clauſum erat nomen Ieſu, in vmbraticis illis veteris legis ſacramentis; at cũ iã èclauſtris Virginis prodijt, in quæ pręſepe effuſum eſt, etiã gentes quæ lõgè erãt ſuo affecit odore, velociſq; ad adorãdũ eũ veniunt dicentes: In odorẽ vnguentorũ tuorũ currimus. Eſt quidẽ nõ Iudæorũ tantũ Deus, verũetiã gentium, quibus aliquando innoteſcere parerat. Accepit Gedeõ pro ſigno quod prima noẽte vellus tãtum rore perfunderetur, reliqua parte terræ ſicca permanente. At ſecunda noẽte è contrario petijt, vt accideret, nẽpè vt vellere ſicca permanente terra quæ in circuitu eius erat madefacta appareret. Per vellus populus Iudaicus intelligi debet, qui tot ſacrificijs arietũ, ouiũ, & hyrcorum, & aliorũ animaliũ, quæ vellere teguntur abundabat. Primùm ergo verus Deus imò & Chriſtus annuntiatus eſt illis, cæteris gẽtibus in idolatria permanentibus: vndè illi rore fidei & agnitionis filij Dei erant perfuſi, gentibus in ſua ariditate relictis. At poſteà commutatæ ſunt manus, & relictus eſt Iſraël ad ſiniſtrã, & gentilis populus applicatus eſt ad dexterã veri Iacob. Nã cum Iudæi increduli ſuũ verũ Meſsiã, ac Regẽ accipere renuiſſent; populus gentium illũ ſumma deuotione recepit, atq; ſic cõmutata ſorte vellus, ideſt, Iudæorũ populus aridus apparuit, cum tamen gratia ac vnctio Chriſti gentilium populum humectauerit, vt Pſa. 45. dixerat Dauid: trãſferendos, ſcilicet mõres in cor maris, hoc eſt, prædicatores Euãgelij ſignificati per mõtes, ꝓpter altitudinẽ doctrinę & ſanctitatis trãſferendos eſſe ad gẽtes, quę velut marevarijs errorib⁹ fluctuabãt. Id etiã Petr⁹ Apoſ. Iudęis dixit: Vobis quidẽ primum oportebat prædicare Euangeliũ, ſed quoniã repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitę, ecce conuertimur ad gentes. Quod & Apoſt. Paul. in primis capitibus in Epiſtola ad Rom. docet: Quomodo incredulitas Iudæorum occaſionalis cauſa fuerat fidei gentilium. In cuius ſignum prima noẽte qua Chriſtus nat⁹ eſt paſtorib⁹ Bethleemitis apparuit: quia primum oportebat apparere Iudæis, iuxta illud: Notus in Iudea Deus. At poſt tertiumdecimum diẽ gentibus ibidẽ reuelatus eſt, inſinuans quod poſt Iudæos gentes ad ſui agnitionẽ aſciturus eſſet. Fuit quippè lapis ille angularis, qui fecit vtrãq; vnum, & vtrumq; parietẽ in vnum copulauit ædificium. Erexerat quidẽ vnum parietẽ, cũ Iudęorum primitias, nempè paſtores ad ſe adorãdũ atraxerat, nunc alterum erigit, cũ ad ſe primitias gentium vocat, vt in ſui agnitionẽ coeuntes ambos in vnũ coniũgat opus. Fœlix vtiq; imò & fœliciſsima cõmutatio adumbrata per illã, quando Abigail priori viro Nabal ſtulto mortuo nupſit Regi Dauid: ſic gentilitas ſtultitia idololatriæ relicta ac mortua Chriſto cõiuncta eſt, & ipſe Chriſtus qui & Dauid dicitur relicta priſtina vxore, nempe Synagoga, ob multa perpetrata adulteria gentium Eccle-

Leuitic. 23

Figura.

Eſai. 11.

Cant. 1.

Simile.

Cant. 1.

Iud. 6.

Figura.

reprobatio Sinagogæ & vocatio gentium.

Pſal. 45.

Act. 13.

Pſal. 75.

Epheſ. 2.

1. Reg. 25.

Figura.

ſiæ nupſit. Fuit autẽ Stella veluti nuntius, qui gentiliũ populum ad has nuptias inuitaret. Nã hęc Stella, quæ ſupra naturã in aẽre formata eſt fidei cognitionẽ ſignificat, quæ ſupra naturã noſtrã eſt. Myſterium enim Chriſti, & nouum & ſupra totã noſtrã naturã eleuatum, noua ac ſupernaturalis lux illud nobis indicare debebat. Nam licet per naturale lumen ad cognitionem vnius veri Dei pertingamus, & ꝓ ſit vnũ primũ principium ac cauſa, à quo cuncta ſunt & ſubſiſtunt æternũ, infinitum, immutabile, ac cætera his ſimilia quæ lumine naturali cõſtãt cognoſcamus; tamen ꝓ Deus ſit trinus & vnus, quod homo factus ſit, quod natus, ꝓ paſſus & cętera quę fides docet, nec per naturale lumen, nec per creaturarum notitiã, nec per effectus aut motus, nec per aliquem humanũ aut Angelicũ diſcurſum ſciri aut perueſtigari poſſunt. Quare opus fuit, vt hoc cœleſti ſidere mẽs illuſtraretur noſtra, quo de his altiſsimis reb⁹ certiores nos faceret Deus. Nec enim nobis hæc diuina proportionata ſunt, ſed in immẽſum excellũt, tanquã res alterius generis, quæ captum noſtrũ lõgè exuperãt. Ex quo colligere licebit nullo modo hominum potuiſſe adinuentũ, aut figmentũ forè. Ea quippè homines fingunt, quæ norunt. Nã quia mõtes & aurum nouerunt, hinc montes aureos fingere poſſunt. At ea quæ fides docet nunquã mortaliũ animos aſcenderunt, nec cogitari vnquã ab aliquo intellectu creato potuit, ꝓ Deus in vnitatẽ ſuppoſiti diuini potuerit aliã copulare naturã, nec quod ad hominũ reparationẽ oportuerit Deũ pati, aut mori: adeò remota hæc à mente omnis creaturę erant, vt nec Angelos ipſos finxiſſe credendũ ſit: vndè reſtat id nobis ſola diuina reuelatione conſtare. Quare & neceſſariũ fuit, vt cœleſte ſidus hęc Magis reuelaret myſteria. Cæterũ, vt quantũ fuerit iſtud beneficiũ hodie nobis à Deo collatũ ſatis exploratè ſciam⁹; oportet animaduertere in quanta caliginẽ errorum gentiliũ populus tunc tẽporis verſaretur. Noctẽ illã in qua Deus filios Iſraël de tenebris ac captiuitate AEgyptiorũ eduxit pręcepit memorabilẽ eſſe populo illi, ac ſanctã, vtq; cęremonijs quibuſdã coleretur quę memoriã tãti beneficij in eis excitaret. Nã cũ dura pręmerentur ſeruitute, per columnã ignis ſplendentis, ab AEgyptiorũ tenebris eos ſegregauit: ſic dies iſta in qua gentium populus, qui in tenebris & in vmbra mortis ſedebat nouo ſplendore illuſtratur obſeruabilis debet eſſe nobis magniſq; cæremonijs colẽda, ne vnquam à noſtra memoria excidere queat, vt Paul. ad Epheſ. ad monet gentes dicens: Propter ꝓ memores eſtote quod aliquãdo vos qui eratis gentes in carne, qui dicebamini pręputiũ, ab ea quæ dicitur circũciſio, in carne manufacta, qui eratis illo tẽpore ſine Chriſto alienati à conuerſatione Iſraël, & hoſpites teſtamẽtorũ, promiſsionis ſpẽ non habentes, & ſine Deo in hoc mundo: ecce ſtatũ in quo tunc tẽporis erãt gentes, quo illis Stellã ſuã miſit Deus. Erãt enim omnino ſegregati à populo Dei, qui circunciſionis ſigno profitebãtur ſe ſperare hoc lumen, quod de eis oriri debebat, ſecundũ illud nu. 24. orietur Stella ex Iacob. Vos autẽ nec ſigno, nec profeſsione aliqua, hanc ſperabitis lucem ſine Chriſto: nec enim Chriſtiani eratis, nec Chriſtũ cognoſcebatis, nec nomen eius vnquã veſtris aurib⁹ inſonuerat. Alienati à cõuerſatione populi Dei, & hoſpites teſtamẽtorũ facti: quia nec habebatis ſcripturarum promiſsiones, nec Prophetarũ oracula, ſed in his quaſi peregrini, & extranei habebamini: & ſine Deo in hoc mundo. Deniq; tãta caligine effuſcati, vt ſine Deo viueretis, in hoc mundo. Quo quid ſtultius excogitari poteſt? Nã licet plures Deos colebatis illi tamen nõ erãt Dij, & verum Deum omnino ignorabatis: cũ ergo in tali ac tanta verſaremini miſeria, nunc autem (ſubdit Paul.) in Chriſto Ieſu vos qui eratis longè facti eſtis propè, in ſanguine Chriſti. Proſpicite à quibus tenebris in quantã peruenerit is lucẽ, à qua captiuitate in quã erecti ſitis libertatẽ. Propter quod iã nõ eſtis hoſpites & aduenę, ſed eſtis ciues ſanctorũ & domeſtici Dei. Iã nõ peregrini & alieni, ſed familiares Dei, & promiſsionum eius participes effecti. Eratis aliquãdo tenebræ, nunc autẽ lux in Dño. Iocundam ergo talis diei memoriam facite, nec vnquã ingrata obliuio eã à mentibus veſtris diuellat. Solẽt amãtes magna cũ iocunditate ad memoriam reuocare ſæpiuſq; repetere initia ſuorũ amorũ. vbi & quando, & quomodo inceperunt, qui ſucceſſus, quę incrementa, quæ inter eos iocunditates accideriint. Ita videtur Deum id facere voluiſſe, cùm ſe ſinagogæ amatorem oſtendẽs, quaſi gaudens ad memoriã reuocat, quo tẽpore ſe illius amore captum ſenſiſſet, cum per Hieremiam dicebat: Recordatus ſum tui memorãs adoleſcentiã tuã, quãdo ſecuta es me in deſerto: hoc eſt, tẽpus iuuentutis tuæ ad memoriã reuoco, quãdo in deſerto primũ mihi tanquã vero ſpõſo manũ de-

Stella fidei cognitionẽ ſignificat.

Exod. 14.

Ad eph. 2

Num. 24.

Ad eph. 2

Ad eph. 2

Ad eph. 5

Simile.

Hieremi. 2.

Apoc.2. diſti, meq; in tui amorẽ vinctũ tunc maximè oſtẽdi. Et Apoc.2. quærebatur Deus de illo, qui primos oblitos fuerat amores cũ dicit: Habeo aduerſum te pauca, q̃ charitatẽ primã dereliquiſti, *Olvidaſte los primeros amores.* Cũ igitur hoc primũ die Deus Eccleſiæ gentiũ dederit manus, atq; eiꝰ amore ſe capi inceperit, donaq; ac pignora pro arrabone ſibi mutuo cõferãt, ſpõſaliaq; inter eos celebrata ſint, celeberrimus, atq; memoria dignus in Eccleſia debet omnibus poſteà ſeculis dies iſte eſſe, ſæpiuſq; oportet illũ in memoriã reducere. Id nobis oſtendebat ſpõſa cũ Cãt.3. ex ꝓpoſito narrare incipiebat, Cant.3. quando ſpõſo obuiã iuiſſet, quomodo capta eius amore fuerit, quibus vijs, qua ſolertia, quot paſsibꝰ ipſũ in ciuitate queſiuiſſet, ait quippè: In lectulo meo per noctes quæſiui, quẽ diligit anima mea. Queſiui illũ, & non inueni. Surgã & circuibo ciuitatẽ, per vicos & plateas quẽrã quem diligit anima mea. Queſiui illũ, & nõ inueni. Inuenerũt me vigiles, qui cuſtodiũt ciuitatẽ. Nũ quẽ diligit anima mea vidiſtis? Paululũ cũ pertrãſiſsẽ eos; inueni quem diligit anima mea. Tenui eũ nec dimittã, donec introducã eũ in domum Patris mei, & incubiculũ genetricis meæ. Hoc animæ accidit, cũ Deũ quærere ſatagit, imo hoc idẽ homines fecerũt, vt inuenirẽt eũ, id ipſumq; Reges iſti, qui hodie illũ ad tantũ bonũ ſuũ atq; noſtrũ in Bethleẽ inuenerunt. Inſatiabili ardebant homines deſiderio inueniẽdi Deum, quippequi quoniã centrũ omniũ rerũ eſt, omnes illũ inuenire appetunt. Sed tamen illũ in iſtis rebus quærebãt, quæ minimã quidẽ notitiã illius referebant, & hanc longo tẽpore adquiſitã, multisq; cõmixtã errorib⁹. Nã primũ Deũ in ſeipſis quæſierũt homines in lectulo ſuo, hoc eſt, in mẽte, & in interioribus eius. Solẽt enim lectula homines in interioribus domus habere. At cum homo ad imaginẽ Dei Gen.5. ſit conditus, per ſeipſum quaſi per Dei optimã facturã aliquãtulũ factorẽ agnoſcere poterit. Cæterũ vt id cõſequatur in intima intellectus ſui introire oportet, hoc enim eſt intelligere, quaſi intus legere, ab exterioribus rebus, imo à ſeipſo ſegregatus, intus in penetralibus mentis ſuæ ſuper omnes alias res eleuatus contẽplari debet, qui ſui conditor ac artifex fuerit. Attamẽ ſcrutiniũ hoc q̃d hoc per ſeipſũ ſolũ de ſeipſo facit, in tenebris fit, ac ſine luce: vndè dicit ſpõſa: In lectulo meo per noctes, id eſt, in tenebris, abſq; cœli ſuperno lumine; quare multis mixtũ erat errorib⁹, ac mendatijs. Quod liquidè cõſtat animaduertendo mõſtruoſas, ac varias ſententias, quibus philoſophi illi ſuos decipiebant diſcipulos. Quare regius Propheta: Feras arundinis hos appellauit Pſal. 67. philoſophos, cum dixit: Increpa feras arũdinis. Nã ſicut aper ſiluester in arundineto Simile. deliteſcens arundines, hinc & indè moueri facit, ſic iſti philoſophorũ Principes in diuerſas homines flectebãt ſentẽtias falſitate ac mendacijs plenas, & quaſi attoniti circũſerebant omni vẽto doctrinę, veluti arũdines vento agitatę, nec vllã ſolidã veritatẽ agnoſcebãt: quoniã in nocte & in tenebris erãt, nec huius Stellæ radijs illuſtrabãtur. Vndè Eſai. dicebat: Quia ecce tenebræ operient Eſai. 60. terrã, & caligo populos. Homines tũc in caligine, & in tenebris verſabãtur, nec erat exortũ ſidus, q̃d eas à mẽtibꝰ hominũ profligaret. Quare tũc dęmõ, qui fur eſt: & in nocte ambulat, vt in tenebris mortales cõprehẽdat innumeras in eis exercebat cœdes, ac latrocinia perpetrabat, ſecũdũ illud Pſa.103 Pſal. 103. Poſuiſti tenebras & facta eſt nox, in ipſa pertrãſibunt oẽs beſtiæ ſylu̧ę catuli leonũ rugiẽtes, vt rapiãt, & quærãt eſcã ſibi. Hoc eſt, quia homines tũc in tenebris erãt: ideò in eis diabolus veluti leo ſęuiſsimas prędas excercebat. Quare ſpõſa fatetur ſe ſpõſum in lectulo ſuo quęſiuiſſe, nec inueniſſe: & nõ inueni ait. Quoniã modicũ lumen adhuc erat, nec ſufficiens ad inueniendũ dilectũ. Quid ergo faciẽdũ? ſurgã & circuibo ciuitatẽ, per vicos & plateas, quẽrã quẽ diligit anima mea. In lectulo ſuo nõ inuenit dilectũ, nec p ſui ipſiꝰ cognitionẽ omne, q̃ de Deo inueſtigare quęrebat reperit: ideò decreuit totũ hunc mudum perluſtrare per vicos & plateas eius. Mundus hic inferior plures habet vicos. Vnus eſt terra vbi animalia reſpirantia habitãt, oues & boues vniuerſæ, inſu- Pſal.8. per & pecora cãpi, in cuiꝰ ſupremo loco homo viuit, cui reliqua ſeruiũt, ſecundũ illud omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Alius vicus eſt mare, vbi piſces natant, alius aër, vbi aues volãt, volucres cœli & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris. Nõ ſolũ vicos peragrauit homo Deũ ſuũ quęrẽs, verũ etiã plateas huiꝰ ciuitatis deambulare decreuit: hæc ſunt magna illa corpora cœleſtia, quæ amplitudine ſua mundũ hũc inferiorẽ ambiunt, & ideò plateę dicuntur contẽplãtes motꝰ, ſydera, ac luminaria eius. Omnia hęc circuibãt, perluſtrabãt, ac deambulabãt homines; tãta eos fames inueniẽdi Deũ augebat, ſecundũ illud Pſa. Famẽ patiẽtur, vt canes, & circuibũt ciuitatẽ, & tamen nec ſic Pſal. 113. inuene-

Ad Rom. 1. inuenerũt: quoniã etſi verũ ſit ſecũdũ Pau. doctrinam, q̃ inuiſibilia Dei per ea quę facta ſunt intellecta cõſpici poſſunt, tamẽ id â paucis, & per longũ tẽpus inueſtigari poteſt. Imo nec ab iſtis paucis pura veritas inueniebatur, ſed multis erroribus mixta. Deniq; ſupernaturalis notitia Dei, quę homines beat, hac humana inquiſitione nullatenus ab hominibus reperiebatur: deerat enim illis Stella, quæ ſapiẽtes noſtros illuſtrauit, ac de myſterijs gratiæ inſtruxit. Pſal. 126. Vndè Pſal. 126. Vanum eſt vobis ante lucẽ ſurgere. Etiã ſi manicarent homines, tamen ſine Dei luce, nihil illis ꝓderat. Tenuis eſt enim quęcũq; humana diligẽtia, niſi eis ſupernũ ſidus effulſerit. Cũ ergo vidiſſet ſpõſa, ſe nec per ſui notitiã inueniſſe dilectum Iob.9. ſuũ, ſecũdũ illud Iob. Si venerit ad me nõ videbo eũ, nec per creaturarũ cognitionẽ, ea quæ ſunt diuinæ gratię pertingiſſe interrogare ſapiẽtes ac doctores huiꝰ mũdi decreuit, & dicit: Inuenerũt me vigiles qui cuſtodiunt ciuitatẽ. Hi enim erãt ſapiẽtes ſeculi huius, qui libris ſuis ac ſtudijs inuigilabant: & dixit ad eos: Nũ quẽ diligit anima mea vidiſtis? Nec expectato ab eis reſpõſo, quippè quod etiã inſufficiens erat ſubdit. Paululũ cum pertrãſiſſem eos inueni quẽ diligit anima mea. Sic enim oportuit, vt eos ſapiẽtes præteriret, ac poſt ſe relinqueret, vt ea quæ de Deo inueſtigabat haberet: & quamuis dicit paululũ, nõ ob id intelligas propè ſapientiũ illorũ cognitionẽ hanc ſupernaturalẽ fuiſſe: quoniã longè altior eſt, quã illa. Sed vt oſtenderet, quod poſtquã homo diligentẽ fecerit inquiſitionẽ, nẽpè eã quæ ex parte ſua fuerit ſibi poſsibilis, atq; accõmoda inquirendi Dominũ ſuum, protinus Deus apparebit illi, quod in Cornelio, ac Act.10. Eunucho Reginę Chãdaciæ factũ legimus, Act.8. in actibus Apoſtolorum. Quod & in Magis iſtis cõſiderare licebit. Erant ſapientes in ſeipſis ac in cætetis rebꝰ à Deo cõditis ipſum Deũ quærebant, prędeceſſores ſuos ſapientes interrogabãt, eorũq; traditiones tenebant, & libros legebãt; & tamen nunquã ad hanc pertingiſſent veritatem, quã modo cõſequuti ſunt, niſi eos Stella deſuper illuſtraret tãtęq; rei eos certiores feciſſet. Quare ingredientes Hieroſolyman dicunt.

Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorũ? Quod dupliciter poteſt conſtrui. Primò ſic: Vbi eſt Rex Iudæorũ, qui natus eſt? Sed melius ſecundo modo dicendo ſic: vbi eſt ille, qui Rex Iudæorum natus eſt, ſolus enim Chriſtus natus imo & conceptus fuit Rex plenus ſapiẽtia, & decore, quæ ipſum dignum Matt. 28. reddebant imperio. Solus ergo Chriſtus, & & Marc. natus, & mortuus eſt Rex. Ecce recentẽ na- 15. & Luc. tũ Reges ipſum vocant Regẽ, & cum cruci 23. & Ioa. fixiſſent eum, in morte ſua ipſum Regẽ ap- 19. pellant ponentes titulum ſuper crucẽ, qui ipſum Regem Iudæorum referret. Tã naturale eſt Chriſto Dño Regem eſſe, vt naſcẽs & moriens Rex ab hominibus appelletur. In quo Iudæorum perfidia cõdemnabilior apparet. Nã cum à gentibus, & alienigenis Rex profiteatur, ipſi naturales ipſum ab negauerunt. Magi gentiles illũ Regem nominant, Pilatus ait, etiã ad illos, cum eius clamoribus expeterent mortem. Regẽ veſtrũ crucifigã. Qui tamen renuentes dixerunt. Non habemus Regem niſi Cęſarẽ: cuius infidelitatis figura, in ipſis Iudæis pręceſsit, Ioann. 1. quãdo multis retroſeculis Samuelẽ reſpuẽ- Figura. tes, Regẽ ſibi petierunt cõſtitui dicẽtes: Da nobis Regem. Et Dñs dixit ad Samuelem: Nõ abiecerũt te, ſed me, ne regnẽ ſup eos.

Audiẽs autẽ Herodes Rex turbatus eſt. Nec cœlũ duos ſoles, nec terra plures patitur Reges, ſed vnus alium expellere nititur, *Et omnis Hieroſolyma cũ illo.* Optimè Deus capita noſtra ſeruat, quoniã ſi illa tremunt mẽbra, ſimul cũ illis cõmouebuntur: ſi Rex, ſi Prælatus, ſi Princeps turbatur, & omnes cũ illo turbabuntur: ſi fundamenta tremunt, quomodo ſtabit ędificiũ, quin etiã & ipſũ moueatur & ruinã minetur? Percute cardinem, (ait Dñs per Amos proph.) & cõmouebũtur Amos. 9. ſuperluminaria. Vnde Rex Greçè Baſeos dicitur (ideſt) vaſis ac fundamẽtũ omnium. Parua licet ęgritudo, in capite tamen graui dãno cætera mẽbra afficit: quoniã ab ea ſpiritꝰ vitales, ac ſenſationes in mẽbra alia diffundunt, quibꝰ & mouẽtur, & viuũt. Vndè Eſai.c.1. dicit: Omne caput lãguidũ, & om- Eſai.1. ne cor merens à plãta pedis vſq; aduerticẽ capitis nõ eſt in eo ſanitas. Lãguidũ nõdum ægrotũ, nõ dum valido afflictũ vulnere, ſed languidũ tantũ, hoc eſt, paululũ à bona diſpoſitione reflectens. Quęcumq; enim, vel parua turbatio, aut ſiniſtra diſpoſitio in Rege; ſubditis tamen maxima peſtis eſt. Et omne cor mœrẽs, cor eſt fons vitæ, atq; lætitiæ, quocumq; quãtumuis minimo mœrore afficiatur cor, cætera triſtantur membra. Siue temporales Reges turbantur, qui per capita ſignificantur, ſiue eccleſiaſtici Prælati qui corda ſunt populi à quibus ſpiritualis lætitia in ſubditos diffunditur, mœrore

aliquo; aut in deuotione tepeſcant, maximum dãnum inferioribus inferent. Quare
Eſai. 10. Eſai.10.hoc cõminatur nos malo Dominus dicens: Ponam in pinguibus eius tenuitatem. Nam ſi illi qui pinguedine deuotionis veluti adeps abundare debebãt, fide ac charitate repleti, in tenuitatem ac tepiditatem deſciſcãt, quid reliquũ vulg⁹ faciet? Si imbecilles in fide, in Dei ac proximi amore tepidi extiterint, amore proprio pleni, ſecularibus negotijs implicati fuerint, quid alios minores facturos æſtimabis, niſi vel eadem vel peiora? Nam ſi pingues ita ambulant, quid tenues facient? Si tali ſe modo habẽt capita, qualiter ſe mẽbra habebunt? Igitur ſi turbatur Rex, qui caput eſt, nihil mirum quod turbetur populus: *Audiens autem Herodes Rex turbatus eſt.* Ad hoc quippè venerat Chriſtus in mundum, vt turbaret eum nouam, ac optimam religionem condendo antiquoſq; errores depellendo. Quod ipſe
Matth.10 met nos docuit, cùm dixit. Nolite putare quod pacem venerim mittere in terra: nõ enim veni pacem mittere ſed gladium: veni enim ſeparare filium aduerſus patrem ſuum, &c. turbatus eſt, imo diabolus in ip-
Chryſoſt. ſo Herode turbatus eſt: ait Chryſoſ. ad hoc enim venit Chriſtus, vt diabolum turbaret, & diſſolueret opera eius, longèq; ab hominib⁹ profligaret eum. Nunc iudicium eſt mundi, nunc Princeps huius mundi ejcie-
Ioan. 10. tur foras: ait ipſe. Extraham te draco mag-
Ezech.29. ne de medio fluminum in quibus habitas, comminatur ei Deus per Prophetam. Quod
Eſai.11. ab ipſis incunabulis incipit facere, vt Eſai. 11. prædixerat dicens: Delectabitur infans ab vbere ſuper foramina aſpidum: ſugens vbera matris faſcijs ligatus puerilibus, tamen aſpidum foueas ſcrutatur, vt indè ſerpentes educat ac ſuffocet: vna manu mammillam matris ſugens tenebat, alia ſerpẽtes à caueis effugabat. In ſtabulo poſitus matris vbera præ fame ſugens eſt, & iam à gentibus ſerpentes deterret, dæmones fugat, eliminat tenebras, eoſq; noua luce perfundit. Quid ergo mirum ſi diabolus in Herode turbatur, cũ iam ẽ regno quod in gentibus poſsidebat deturbatur? Quid magnũ ſi conturbetur mundus, quem renouare vult Chriſtus? Eius turres euetere, vireſq; diminuere, ſceptra, vexilla, ac ſtẽmata ei⁹ tollere, vt hui⁹ infantis vexillum accipiat, quod eſt ſignum crucis.

Et congregans omnes Principes ſacerdotum ſciſcitabatur ab eis, vbi Chriſtus naſceretur.

Non vtiq; malum eſt Reges ac maiores cõſilia cum ſapientibus ac doctoribus habere. Doctores autem dico, non qui leges Vlpiani, aut interpretationes tãtum Bartoli norũt; Sed qui in lege Chriſti docti, quæ ſint illa bona cognouerint. Euangelium regula eſt, qua Principes ſuos ſubditos regere, ac gubernare debent: quare primùm conſiliũ à lege Dñi accipiendum eſt, ſicut & Rex
Dauid faciebat, vt ipſe de ſe dicit: Nã & te- Pſal. 118.
ſtimonia tua meditacio mea eſt, & conſiliũ meum iuſtificationis tuæ: & certè omnium rerũ iudex, qui optimè legẽ Chriſti nouit deberet eſſe, quẽ & omnes Principes, etiã ipſi auſcultare deberent, ſecundũ illã Pau.
1.Cor.2. ſententiã. Spiritualis iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicat. Cui⁹ ratio eſt: Quoniã rectũ iudex eſt ſui & obliqui. Sicut qui vigilat, & quod ipſe vigilat iudicat, & ꝙ alius
Simile. dormit, qui vero dormit neutrũ iudicare poterit. Sic ſpiritualis & ſeipſum per Euãgelij doctrinã iudicat, ꝙ altiſsimã ſapientiã continet, alioſq; etiã iudicare valet: quoniã illuminatos ac vigilantes oculos habet mẽtis ac ſupernaturali luce illuſtratos, quib⁹ peccatores (quos ſtultos ac cœcos ſcriptura dicit) carent, ſecundũ illud Eccleſ.22. Cũ dor
Eccleſ.22. miẽte loquitur, qui narrat ſapientiã ſtulto.
Sapien. 3. Et Sapient.3. dicitur: Quod ſancti iudicabunt nationes. Cumq; Reges iſti conſuluiſſent ſacerdotes, ac doctores Hieruſalẽ, vbi naſci deberet Chriſt⁹, poſtquã ab eis inſtructi ſunt, quod in Bethleem eſſet naſciturus, exeunt ab Hieruſalem, vt illum in Bethleẽ quærerent.

Et ecce ſtella quã viderant in Oriente antecedebat eos, vſq; dũ veniẽs ſtaret ſupra vbi erat puer. Antequã ingrederentur Hieruſalẽ, vt Doctores conſulerent Stellã viderunt, & poſt egreſſum iterũ eã viderunt: quoniã tã ad conſulendas ſcripturas, quã ad credendas opus eſt ſuperno lumine.

Et procidentes adorauerunt eũ. Vide quid fides ſentiat ac poſsit, vt homo ſeipſum vincat ac contra propriã ſententiã ac cogitatũ hisque fides docet ſe ſubijciat. Quis dubitat quin Reges iſti alia cogitabãt, quã quæ nũc vident? Quærebant quippè Iudeorũ Regẽ Dauidis, ac Salomonis potentiſsimorũ regũ prolẽ ac hæredẽ, quẽ opinabãtur in magna domo optimis ornata tẽtorijs inuẽturos eũ. Seruis, ancillis, nutricibus, ac puerulis ſtipatũ. At nunc eũ in ſtabulo vident, in præſepio reclinatũ, fœno coopertũ, aranearũ telis circũſeptũ. Propè eũ vident pauperem puellã

puellã, pauperib⁹ inductã pãnis, ſolã ipſam abſq; alijs ancillis puerulo miniſtrantẽ. Nã fortè tunc aberat Ioſeph dicunt multi authores, ne virũ iuxtã eã videntes de ſuo dubitarent pudore: & tamen quoniã Stellã & fides illos intus docebat illũ eſſe, quẽ quærebãt Regẽ procidentes adorãt eũ, & de Theſauris ſuis miſticas ei obtulerunt ſpecies, redigentes omnẽ intellectũ in obſequium fidei, ſuiſq; opinionibus abiectis, his quæ fides eos docebat aſentiunt.

Obtulerũt ei munera aurum, thus, & mirrham. Per aurũ bona temporalia modò in-
Moralitas telligo: quoniam in auro omnia includuntur cùm ſit inter metalla primum. Per thus orationem accipio, ſecũdum illud Pſalmi: Dirigatur Domine oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo. Ac ſi diceret. Oratio eſt veluti thus, quod odorem gratum de ſe emittit, ſic oratio Deo gratiſsima ac ſuauiſsima eſt. Per mirrhã autẽ carnis mortificationẽ ſume: quoniã mirrha amara eſt, & opera pœnitẽtiæ ſignificat & ſicut mirrha corpora à corruptione ſeruat, ſic pœnitentia animam à corruptione peccati cuſtodit. Habes ergo tria dona, quæ debet offerre Deo anima. Obſerua non ſolùm thus obtulerunt Magi, ſed ex vno latere circundatũ auro, ex alio mirrha: vt intelligas nõ ſolùm orationem Deo gratam exiſtere, ſed coniunctam eleemoſynæ ac ieiunio. Altiſsimũ quidem ſtudium orationis eſt, & acceptiſsima oblatio Deo, maximèq; ad ſalutẽ neceſſaria viro Chriſtiano: ſed tamen nec ſola ſufficit, neque eius authoritati condecere videtur, ꝙ tàm nobilis ac ſublimis dña ſola è domo exeat, & abſq; ancillis in conſpectu Regis appareat, ſed his duabus ſtipata puellis, eleemoſyna ſcilicet ac ieiunio.
Eſther.15. Hæ enim videntur eſſe puellæ illæ duæ, quæ Reginam Eſther comitabantur, cùm ante Regis Aſueri thronũ apparere decreuit, quapropter illi aureã virgam inclinauit Rex in beneuolentiæ ac manſuetudinis ſignum. Sic illam acceptam fert orationem Deus, quæ ſimul cum eleemoſyna ac ieiunio offertur, nempè ſi erga proximum miſericors cõtra te rigidus ac aſperus ſis. Durus mihi ſermo videtur, qui hiſce temporibus inter fideles circunfertur, qui paſsim homines inter diuorum cathalogum collocant, ob hoc ſolùm quod tot horis in oratio-
1. ad Thi. ne perſiſtunt. Quod ſi vltra quæritis, an in
1. pauperes miſericordes ſint, an pœnitentiæ & abſtinẽtiæ cultores: inuenietis illos erga pauperes duros ac tenaces, erga ſe liberales ac prodigos, auaros nimis ac delicioſos. Qui certè intollerabilis error eſt totum nomen virtutis vni tantùm parti tribuentes, quæ licet pars principalis ſit, alia tamen principalior exiſtit, nempè charitas quæ ſubſtantia Chriſtianæ vitæ eſt, ac finis omniũ præceptorum, ſecundum illud Paul. Finis præ-
1.Thim.1. cepti eſt charitas, cætera omnia etiam ipſa oratio medium ad conſequutionẽ illius eſt. Fateor orationem ad amorem Dei, & proximi aſſequendum aptiſsimũ eſſe medium, ac fini ipſi propinquiſsimum. Solet enim amor Dei maximè in oratione feruere, ſola tamen ipſa expers fructus, ac meriti eſt. Quare thus, mirrha, atq; aurum conſtipare debent, id eſt, orationi eleemoſynã ac ieiunium comites dare: quæ adeò bona doctri-
Tob. 12. na eſt, vt ipſam Angelus Dei Tobiam docuerit cùm dixit: Bona eſt oratio cum ieiunio, & eleemoſyna. Ecce noſtram canonizatam doctrinam, vt credatis non eſſe hominum commentum, ſed veri Dei docu-
D. Aug. mentum, & has duas alas D. Auguſtinus tribuit orationi, quibus vſque ad thronum Dei volare poſsit.

Per aliam viam reuerſi ſunt in Regionem ſuam. Hoc eſt dicere. Si homo receſsit à Deo per ſuperbiam, debet redire per humiliationem, ſi per inobedientiam per obedientiam, ſi per luxuriam per caſtitatem.
D. Chryſ. Chryſoſt. ait: Si venis per viam luxuriæ ad Herodem: ambula de cætero per viam caſtitatis. Veniſti per viam auaritiæ; ambula de cætero per viam eleemoſynarum.
Cant.6. Si enim per primam viam redieris, iterum ad Regnũ Herodis vadis. Vnde Can.6. dicitur: Reuertere reuertere Sunamitis reuertere, vt intueamur te, hoc eſt, ſi vis, vt Deus te placidè reſpiciat reuertere à vijs tuis peſſimis ad vias Dei quæ ſunt pulchræ, & ad ſemitas eius quæ ſunt pacificæ, vt dicitur
Prouerb.3. prouerb.3.

Alia moralitas, ſecundum. Sed obſeruandum etiam eſt, quòd in hac die tria contigerunt myſteria, quæ Eccleſia ſimul in ea celebrat. Primum hoc quod tractamus: nam tertiadecima die à natiuitate Pueri, Magi ad illum adorandum venerunt. Secundum autem myſterium eſt Baptiſmus Chriſti. Nam cum eſſet viginti & nouem annorum ac tredecim dierum baptizatus eſt. Erat enim incipiens quaſi annorũ triginta. Tertium eſt primum miraculum, quod in nuptijs fecit aquam conuertendo in vinum, quod contingit cùm eſ-

ſet triginta annorum, & tredecim dierum in quo id primum nobis inſinuatur, nempè tot fuiſſe miſericordias, quas Deus ſuo aduentu nobis attulit, vt in vna die plures debeãt accumulari nec ſatis eſſe. Id enim ſignificat veniſſe Ieſum in Hieruſalem per montem Oliuarum, id eſt, per cumulum miſericordiarũ, quæ per oleum ſignificantur. Secundò docemur tres miſericordias magnas, quas Deus hac die operatus eſt in nobis. Prima fuit cœcos illuminare, non ſolùm in corpore, verumetiam in anima, quales tunc temporis erant Gentiles omni
Luc.1. ſuperno lumine orbati. Sic enim & Zacharias pater Baptiſtæ de eo prædixerat: Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mor
Ioan.3. tis ſedent. Et Ioan.1. dicitur de eo: Erat lux vera, quæ illuminat omnẽ hominẽ venientem in hunc mundũ: & ideò rutilantẽ ſtellam illis mittit, qua illuminati verã lucem cognoſcentes adorent. Secunda miſericordia fuit regeneratio ſpiritualis, quæ fit per Baptiſmum, qua filij Dei naſcimur, ſecundum illud Ioan.3. Oportet vos naſci denuò, vel deſuper, vt alia litera habet. Hac enim noua natiuitate, qua veterẽ hominem ſuffocamus in nouum renaſcimur, vt filij Dei nominemur & ſimus. Id enim fit in Baptiſmo, quod etiam in aquis maris Rubri contigit, vbi ſuffocati ſunt Aegyptij, filij autem Iſraël liberati. Ibi enim peccata pereunt, & nos filij Dei per adoptionẽ effecti à morte & à peccatis ſaluamur. Tertiũ fuit aquam in vinum conuertere, hoc eſt, fragilitatem noſtram in ſuam conuertere for-
3. Eſdr.3. titudinem. Nam aqua debilis eſt, vinum autem forte, ſecũdum illud nihil fortius vino. Accepit ergo ipſe infirmitatem meam, vt ſuam mihi viciſſim virtutem conferret. Sicuti quãdo à principio homines Deus creauit, coſtam viri in mulierem conuertit, ſed repleuit carnem pro ea. Coſta quæ durum os eſt fortitudinem, caro autem fragilitatem ſignificat. Tullit ergo Deus virtutem ſuam & eam nobis contulit, & pro ea noſtram aſſumpſit carnem, ac fragilitatem induit. O magnum pietatis Sacramentum, quod Deus in filio ſuo reuelauit nobis. Magna bonitas tua erga nos, ô bone Ieſu. Pauper efficeris, vt ego diues euadam. Meos aſſummis labores, vt ego in perpetua ſim requie. Lachrymas fundis, vt os meum impleas riſu. Infirmus efficeris, vt ego fortis
2. Cor.8. ſim, ſecundum illud Paul. teſtimonium: Qui cùm diues eſſet pro nobis egenus factus eſt: vt illius inopia vos ditaremini. Vbi Ambroſ. ſic ait: Meum ergo paupertas illius D. Amb.
patrimoniũ eſt: & infirmitas Domini mea virtus eſt, me illius infantiæ vagientis abluunt fletus, mea lachrymæ illæ delicta labũt. Nam ideò meas ille aſſumpſit miſerias: vt ſuas mihi viciſſim diuitias cõferret. Meam ſecum copulauit infirmitatẽ: vt ſuam mihi condonaret virtutem. Quod ergo tenera puella mundum, carnem, tormenta, diabolum, tyrannoſq; deuinceret, ex coſta & fortitudine Dei fuit. Quod ille lachrymulas fundat, & frigore tremat, quod fame crucietur, ex carne & ex fragilitate mea eſt, Fortitudo ergo mea ex te, infirmitas autem tua ex me. Ecce tria habes myſteria, quę in vno hoc ſanctiſsimo concurrunt die. Tamen in primo ſe totam effundit Eccleſia, gaudens gaudio magno: quoniam vſque ad gentes peruenit hoc verbum Dei factum caro, vi-
Luc.2. dens adimpleri quod Sanctus Simeõ prædixit: Puerum hunc eſſe lumen ad reuelationem gentium, ſibiq; nimis gratum videtur, quòd tantillus Puer, qui pridiè ex vtero Matris prodijt, iam diabolum deprædetur, ſpoliaq; eius diripiat ſibi. Hoc enim videntur ſignificare nomina illa, quibus illũ appellari præcepit Deus Eſaiæ.8. dicens: Eſai.8.
Voca nomen eius, accelera ſpolia detrahere, feſtina prædari: quia antequàm ſciat Puer vocare Patrem ſuum, & Matrẽ ſuam *antes que ſepa dezir tayta*, auferetur fortitudo Damaſci, & ſpollia Samariæ coram Rege Aſsyriorum. Tam citò prædas iam ex Iob.20.
inimico exercet, & diuitias quas deuorauerat, euomere facit, & de ventre eius extrahit illas Deus. Vnde Pſalm.68. dicitur: Et Pſal.68.
placebit Deo ſuper vitulum nouellum: cornua producẽtem, & vngulas. Nimio ſe gaudio affectum oſtendit Deus, quod nouellus hic vitulus, qui expiationis ſacrificium futurus eſt, iam vngulas producat, quibus leonem, ac vrſum dilaniet, & de ore eius extor queat prædam, cornuaq; iam oſtendat, quibus è mundo propellat diabolũ. Quod etiam Michæ. cap. 4. prædixerat, dicens: Mich.4.
Cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas, & commines populos multos: & interficies Domino rapinas eorum, & fortitudinem eorum Domino vniuerſæ terræ. Hoc ergo myſterium eſt, quod nobis in hoc cap. Euangeliſta narrat, cùm dicit: *Cùm natus eſſet Ieſus in Bethlem Iuda.* Nihil aliud de tanta natiuitate nobis reſers, ô ſacer Euangeliſta? Ita feſtinanter per hoc tantum

tantum myſterium tranſis, vt nihil aliud dicas niſi hoc tantum modũ verbum. *Cùm natus eſſet Ieſus.* Id ideò Euangeliſta facit, vt tacitè nobis oſtenderet celſitudinem, ac excellentiam huius inefabilis natiuitatis, de qua meliùs exiſtimat ſilere, quàm aliquid loqui: cùm nec multis verbis explicari poſsit. Eſt enim veluti fluuius ille, quem vi-
Ezech. derat Ezech. qui in ipſa ſtatim ripa profun
Luc.2. ditatem magnam præſefert. Quare Lucas etiam nihil aliud dixit, quàm peperiſſe Mariam ſuum filium primogenitum, quem & pannis inuoluit, & in præſepio reclinauit: vt oſtenderet, quòd ſine dolore aut alia quauis infirmitate peperit Puerum, quem ſtatim potuit inuoluere, ac lactare. *Ecce Magi ab Oriente venerunt.* Iam ſuprà oſtendimus Magos iſtos fuiſſe Reges, in quo oſtẽ
ditur Puerum iſtum Deum eſſe, qui Reges
Prouer.21. ad ſe adorandum attrahere potuerit. Prouerbiorũ.21. dicitur: Sicut diuiſiones aquarum, ita & cor Regis in manu Dñi, quocunq; voluerit inclinabit illud. Homines, nec corpus Regis in ſua habent poteſtate, quantò minus cor. At Deus etiam cor Regum ſub ſua habet dictione: vt quocunque voluerit, inclinet illud. Sicut diuiſiones aquarum, id eſt, ea facilitate qua diuiduntur aquæ. Nam aqua facillimæ diuiſionis eſt. Vel ſicut hortulanus per areolas diuidit aquas, vt partem in hanc, partem in illam emittat: ſic Deus cor Regis vbicunq; vo-
Gene.1. luerit, trahit. Vel tertio, ſicut diuiſiones
Pſal.103. aquarum, hoc eſt, ſicut à principio diuiſit Deus aquas, & ſeparauit eas à terra, & terminum poſuit quem non tranſgredientur, nec conuertentur operire terram: ſic cùm Deus cor Regis in manu ſua habet, ipſum ſicut aquam liquefacit, vt nec durus nec iniuſtus ſit, ſed ſeipſum contineat, nè vel iniuſtis bellis, aut tributis terras occupet, aut ſuffocet, nè vltra terminos ſuos, ſibique à Deo præfixos ſe extẽdere vellit Rex temporalis. Et nè in ſpirituale Regnum, quod Summus Pontifex Eccleſiæ gubernat, velit ſceptrum ſuæ poteſtatis extendere, ſed ſe ipſum in temporalibus contineat, ſpiritualibus ſpiritualia relinquens, nè mittat falcem in alienam meſſem: nè aliorum vſurpet iura, ſed ſua ſibi data ſorte contentus viuat. Hoc autem vt Reges faciant ſolus Deus, qui eorum corda tenet potens eſt.
Iob.38. Vnde dicit cap.38. Iob: Quis cõcluſit oſtis mare, quando erumpebat, quaſi de vulua procedens? Cùm ponerem nubem veſtimentum eius, & caligine illud quaſi pannis infantiæ obuoluerẽ? Circundedi illud terminis meis, & poſui vectes & oſtia, & dixi: Vſq; hûc venies, & non procedes ampliùs, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Habet enim Deus mare obuolutum, quaſi pannis infantię, hoc eſt, ſicut faſcijs ligatur infans, vt nec manus nec pedes extendere poſsit, ſic precepto ſuo quaſi ligatum habet Deus mare, *Atado de pies y de manos*, nè vltrà præfixas ripas ſe extendere poſsit. Ita & Deus corda Regum, ac volũtates ſuis ligat legibus: vt vltrà imperium, quod eis commiſſum eſt non pergant, legibus iuſtitiæ aſtricti, quas prætermittere ſcelus immane ſit. Ex quo colligere poteris, quãtùm ſubditis expediat, vt Regum noſtrorum corda ſua manu moderetur Deus, ac inclinet illa, vbi voluerit, quòd ſemper in bonũ, ac vtilitatem ſubditorum erit. Quod ſi cor Regis à ſe dimittit vt feratur quocunq; voluerit irati ſignum eſt numinis, quaſi mare relinquens trãſire terminos ſuos: vt terrã, & omnia viuentia obruat, ac ſuffocet, & perdat, ſecundum illud Prophetæ: Dabo eis Oſea.13.
Reges in furore meo, & Principes in ira mea. Per Reges ipſos, qui ſummam Imperij tenent intelligens, per Principes verò, vel Regum miniſtros, vel inferiores dominos ab illis. Nam tam Regum, quàm iſtorũ corda oportet, & Deus moderetur: vtrique enim exercentes poteſtatẽ, ſiue propriam vt Reges, ſiue ab illis acceptam vt alij, in tyrannidem erumpere poſſunt, niſi Deus corda & manus eorum teneat nè faciant. Nam peſsimi Reges titionibus fumigantibus comparantur in Scriptura. Per Eſaiam Eſai.7.
dicit Dominus: Noli timere à facie iſtorum duorum titionum fumigantium: A Zaele Rege Siriæ, & Phacec filio Fromeliæ. Nam ſimile.
ſicuti boni Reges per iuſtitiam & æquitatem ſplendent, flammaſq; placidas ſubditorum oculis emittunt: ita è diuerſo peſsimi ac tyranni ſtincto ſplendore iuſtitiæ ac æquitatis, fumo malorum operum oculos ſubditorum plorare faciunt, vt titiones fumigantes. Quare non immeritò D. Paul. nos admonet vt pro Regibus preces fundamus, dicens: Primum obſecro petitiones 1. ad Thi.
fieri pro Regibus, & omnibus, qui in ſublimitate ſunt: vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate. Id petere ac obſecrare debemus Deum, vt corda noſtrorum Regum ſua manutenentia dirigat. Et Rex ipſe cor ſuum ſoli Deo tradere

tradere debet. Nobiliſsimũ cor Regis eſt, nec res aliqua inferior à Deo meretur illud: aliàs ſibi ipſi iniurius erit: vnde Dauid Rex dicebat: Tibi dixit cor meum: tibi ait non alteri tradidi cor meum: quia cor Regis in manu tua debet eſſe. Et ipſe Dñs id petit, dicens: Fili, prębe mihi cor tuum. Igitur quoniam iſti Reges corda ſua in manu Dei tradiderant: ideò inclinauit illa, vt ſequerentur ſe, ſecundum illud: Quis vocauit ab Oriente iuſtum: adduxit illum vt ſequeretur ſe? Cùm ergo vidiſſent ſtellam in Oriente, & intellexiſſent ſignum magni Regis eſſe (eo modo quo ſuprà explicuimus) aſcenderunt dromedarios, & arripuerunt iter verſus Hieruſalem, quo eos ſtella ductabat. Calcaribus beſtias præmebant, oculoſq; in ſtellam fixos habebant, ſcientes quoniam illûc erat iter ad inueniendum Chriſtum Regem. Sic quilibet fidelis debet facere. Pungere beſtiam, & aſpicere ſtellam: quoniam illûc eſt iter ad cœlum. Anima eſt eques, corpus dromedariũ, punge beſtiam & aſpice ſtellam: quoniam illûc eſt iter ad Deum: verbera corpus, atq; ſpiritui ſubdere illud ſatage animaduertens, quoniam fides docet hanc eſſe viam in cœleſtem Hieruſalem. Nulla res orthodoxo viro adeò poterit in ſuis laboribus plus ſolatio eſſe, quàm hoc animo fideli conſiderare Si enim durum tibi videtur à carnibus abſtinere ieiunijs, ac inedia macerare carnem, iniuriam ab altero illatam pacienter ferre, percutienti vnam maxillam alteram prębere, & plura alia ad quæ lex Chriſti nos obligat aciem mẽtis in ſtellam fige, hoc animo pio animaduertẽs: quoniam per multas tribulationes oportet nos introire in Regnum Dei. Et quoniam omnes, qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu perſequutionem patiuntur, & reſpiciendo finem, qui ex tali tibi prouenit opere, nempè æternã beatitudinem facile tibi, qui quid pateris fiet, & dices. Non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Cùm Dominus ex Rubro loqueretur ad Moyſem pręcepit illi, vt virgã quam habebat in manu in terrã proijceret, quæ verſa eſt in colubrum, & faciem dirigebat contra Moyſem, ita vt terga verteret præ metu, ſed clamãs Dñs dixit ei, vt per caudã ſerpentẽ acciperet, & ſtatim iterum in virgam verſa eſt. Sic viro Chriſtiano cõtingere ſolet. Si enim facie ad faciem labores conſideres, quod teipſum negare debeas tuæ aduerſus voluntati ac libidini, inimicum diligere debeas, quod alteri homini facta ac cogitata patefacere obligeris: ſi hæc omnia facie ad faciem conſideres, nihil aliud animaduertens timore concuſſus fugies, ac veluti à facie colubri terga vertes. Si autẽ caudam acceperis, hoc eſt, finem operis conſideraueris (cauda quippè extremum ac finis eſt ſerpentis) quòd per talia opera properas ad vitam, & requiem, iam leuis virga tibi omnia hæc apparebũt. Punge ergo beſtiam, & reſpice ſtellã. Verbera corpus & reſpice finem, quæ te docet hoc eſſe iter, quo inbeatitudinem pergas. Hoc Paulum in ſuis laboribus fixũ ac conſtantem continebat, cùm dicebat: Propter quod non deficimus, ſed licet is quis foris eſt noſter homo corrumpatur: tamẽ qui intus eſt renouatur de die in diem hoc ſcientes: quoniam momentaneum hoc & lenæ tribulationis noſtræ, ſuprà modum ſublimitate æternum gloriæ pondus operabitur in nobis. Sic iſtis ſanctis Regibus cõtigit, qui ſtella duce facilè itineris incommoda perferebant, & placuit Deo nè abſque magno labore Chriſtum inuenirent: quoniam res pretioſæ non abſque pretio vendi debent. Nullus ſciens pretium alicuius rei eam minoris diſtrahet, niſi venditor ſit ſtultus. Deus ſeipſum comprehendit, ſeipſum ponderat ac metitur. (Si tamen pondus, aut menſuram ſua infinita ſubſtantia habere poteſt) cur gratis & abſque pretio ſe tibi tradere vellit? Non æquum vtique eſſet, ſed quidquid habes debes dare, vt Deum conſequi poſsis, nempè voluntatem tuam, vitam, rem familiarem, honorem, & reliqua omnia quæ poſsides: cùm opus fuerit perdere debes, vt Chriſtum lucrifacias, vel ſaltim ad id voluntatem promptã habere. Eſt enim pretioſum illud margaritum, & theſaurus, quo adinuento homo vendit omnia quæ habet vt emãt illud.

Psal. 26. — Prouer. 23. — Esai. 41. — 2. Cor. 4. — Ad Phil. 3. — Matth. 13. — 2. ad Tit. 3 — Acto. 14. — Roman. 8. — Exodi. 3.

Cùm igitur Magi ſua via pergerẽt ſtellã ſequentes præuiam, ecce cùm ingreſsi ſunt Hieruſalẽ diſparuit ſtella. Quid hoc miraculis eſt fratres? Per totam viam viderunt ſtellam, & in Hieruſalẽ euanuit. Tres (præter alias) vobis de hoc rationes tradam. Prima, quoniam cùm homines, ac Doctores ſint, qui nos de via Dei inſtruant, non oportet miraculoſas reuelationes expetere: quoniam Deus per viam tritam pergit, nec vnquàm nouitas illi placuit. Magi iſti dum eſſent in patria ſua, non habebãt homines, aut

aut Magiſtros, qui eos hæc myſteria docerent. Et ideò miſit Deus illis ſtellã ſuam, quæ eos intus illuminaret. At in Hieruſalem Doctores ac Scribæ erãt in ſacris Scripturiſ docti, qui eos de Chriſti natiuitate inſtruerent, & idcircò iam illis non erat neceſſaria ſtella, & diſparuit. Hæc eſt ordinaria via, qua Deus homines ſuas vias ac myſteria docet. Pater filio ſuo reuelauit, filius homo factus Apoſtolos ſuos docuit, illi Eccleſiam quæ & ſanctos Doctores inſtruit, ab illis nos quæ prædicamus accipimus. Dum hic ordo in Eccleſia perſeuerauerit, non indigemus noua aut miraculoſa reuelatione. Iam enim hanc viam & ordinem nobis reuelauit Deus, vt Paul. dicebat: Ego accepi à Dño quod & tradidi vobis. Ac ſi diceret, nos ſumus veluti ſtellę, quæ corda veſtra hac luce ſuperna perfundimus. Nam Daniel Doctores ſacros ſtellas vocat. Quare Pater Abraham diuiti illi auaro, qui ex medijs cruciatibus ipſum deprecabatur, vt mitteret Lazarum, qui moneret fratres ſuos, quos in mũdo reliquerat, nè in illũ locũ tormentorũ deuenirent, reſpondit illi. Habẽt Moyſem, & Prophetas, illos audiãt. Et rurſum replicãti auaro, ac dicenti: Non, Pater Abrahã, ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Reſponſum eſt. Si Moyſem, & Prophetas non audiunt, nec ſiquis ex mortuis reſurrexerit, credent. Quia ergo & Hieroſolymis erãt legis Doctores, qui Magos inſtruerẽt, euanuit ab oculis eorum ſtella, atque ita factum eſt, vt illi eos docerent vbi Chriſtus naſceretur. Secunda ratio hæc eſt. Hæc fuga ſtellæ ſignificat eam, qua Deus in hac vita à nobis ſe abſentat, nec clarè ſuam nobis oſtendit lucem, nec vultum demõſtrat niſi velatum. Hoc autem Deus facit ſuo prouidens honori, ſciens inuerecundiam noſtram, nè in eius faciem expueremus. Deteſtabilior quippè eſſet iniuria, quæ Deo fieret, ſi eius faciem videntes ipſum contemneremus. Cùm Rex inter cortinas latet, vel in triclinio eſt, ſi quis ante fores perſtreperit, vel aliquid indignũ geſſerit pœnæ reus eſt læſæ Maieſtatis: & ſi corã facie eius id faceret, multò graui⁹ crimẽ eſſet. Sic quidquid malè geſſeris in templo coram Deo, qui intra albas illas cortinas latet: impium, ac temerarium crimen eſt, quod ſi Deus clarè ibi videretur intollerabile facinus eſſet. Vt ergo ſuo honori cõſuleret Deus, videns nos tantæ maieſtati irreuerentes: quaſi fugiens à nobis abſcondit vultum ſuum: nè tantam irreuerentiam videatur conſentire. Olim Deus præcipiebat, vt ante fores propitiatorij, vbi gloria ei⁹ ſolebat apparere, pẽderet velum, quod propitiatorium cooperiret: nè videretur Deus eorum irreuerentiam aſpicere, nec punire. Indignum eſſe facinus cenſeo, vt homines Chriſtiani in templo Dei irreligioſè ac irreuerenter aſsiſtant, nec tantam vereantur maieſtatem, ante cuius aſpectum fugiunt cœli, columnæque eius contremiſcunt: ibi vermiculus audeat garrire, chachinum mouere oculos impudicos gerere, verba vel turpia vel leuia dicere. Deniq; vbi iudicis clementiam interpellare deberet, eius potiùs iram ampliùs prouocare? Vt de illo querelam poſsit Deus habere dicens: Quid eſt quod ſoror mea in domo mea commiſit ſcelera multa? Manducare & bibere, quæ ſecundum ſe rectè actiones ſunt in templo factæ, penè ſacrilegium reputantur, ſecundum illud Paul. Nunquid domos nõ habetis ad manducandum & bibendum? Aut Eccleſiã Dei contemnitis? Quãtò magis opera illa ibi facere, quæ de ſe mala ac irreligioſa ſunt. Vidit Eſai. cherubim coram throno Dei alis ſuis, pedibus ac facie velatis aſsiſtere, inſignum (vt ait Chryſoſt.) reuerẽtiæ, quam ad præſentiam Dei gerũt: quod nec oculos leuare, nec pedes mouere audeant: adeò compoſitè ac reuerenter ante tãtam maieſtatem aſsiſtant: & hoc eſt tremere poteſtates ante eum, magnã cum grauitate, ac reuerentia ibi eſſe. Quod & facit homo, cùm coram Rege terreno adeſt, & ante Deũ cœli, cui omnia ſubdita pauent parum pudicè ac religioſè, audet ſe gerere homunculus, qui certè, ſi id attentè conſideraret, cùm ad templum Dei venit, nec dum attingeret limen, & iam tremefactus deberet attendere, ad quem accederet adorandum, & demiſsis oculis corde compuncto ſe humiliter proſterneret ante Deum, in cuius conſpectu, ſi nõ oculis corporis, tamẽ mẽtis, ac fidei, videt Angelos ſumma cum reuerẽtia, ac religione aſsiſtere. Hac ergo ratione fugit ſtella, & Deus abſcondit vultum ſuum à nobis, nè maiori ſimus digni ſupplitio, ſi tantę ſimus irreuerentes maieſtati. Tertiò, ſe abſcondit Deus à nobis aliquando, vt cùm iterum ad nos venerit maiori perfundamur lætitia, ſicut & ijs cõtingit Regibus. Qui cùm poſteà iterum viderunt, ſtellam gauiſi ſunt gaudio magno valdè. Ideò enim dicit

Simile. — Exod. 26. — Iob. 26. — 2. Cor. 11. — Esaiæ. — D. Chryſ.

dicit illos gauiſſos gaudio: quoniã gaudium
Ad Phil. 4. illud erat Dei, de quo Paul. dicit: Gaudete in Domino ſemper gaudium ſpirituale, non carnale (quod quidem magnum eſſe ſolet.) Nam gaudia huius vitæ exigua ſunt, quo-
Prouer. 14 rum extrema luctus occupare ſolet. Stella iterum illos duxit, vſque dum veniens ſtaret ſuprà vbi erat Puer. Ibi ſtatum fecit ſtella: quoniam ſola fides ibi ſiſtere poſſet. Quod in paruo vico Iudææ, nempè Bethleem, & in pauperiori caſula illius vici, qualis erat porticus ille dirutus, & in obſcuriori loco domunculæ, nimirum in ſtabulo, & in minori loco ſtabuli, ſcilicet, præſepio ibi Deus naſceretur, ad firmãdum cor ſyncerum, in huiuſcemodi myſterio ſola fides
Fides Regum. ſufficit. Quare procidentes adorauerunt eum ſubſternẽtes, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium
2. Cor. 10. fidei: quoniam vbi fides loquitur, hominum & Angelorum linguæ ſilere debẽt. Et procidentes has ſupremas veritates adorant, profitentes ſe illis ſubmitti, atq; ſuprà omnem
D. Aug. captum ſuum eſſe. Ideò paruulũ Reges in præſepio adorant: quoniam fide quid magnum in illo latere videbant. Vnde & Auguſt. ſermone de Epipha. ſic dicit: Cùm autem multi nati, atq; defuncti eſſent Reges Iudæorum, nunquid quemquã eorum Magi ad adorandum quæſierunt? Quia nec quemquam illorum de cœlo loquentẽ didicerunt. Nec enim huius ætas erat ſaltem cui adulatio humana ſeruiret. Non de membris purpura, non in capite diadema fulgebat, non pompa famulantium, non terror exercitus, nõ gratioſa fama præliorum hos ad eũ viros ex remotis terris, cũ tanto voto ſupplicationis attraxerunt. Iacebat in præſepio Puer, ortu recens, exiguus corpore, contemptibilis paupertate, ſed magnum aliquid latebat in paruo, quod illi homines primitiæ gentium, non terra portante, ſed cœlo narrante didicerant.

Et reſponſo accepto in ſomnis, nè redirent, ad Herodem: per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam. Alia via aggrediendum eſt iter, poſtquam Deũ inueniſti, nec vllo modo ad priſtina vitia, nec ad eorum occaſio-
Exod. nes reuerti debes. Ideò quippè præcepit Deus filijs Iſraël poſt egreſſum de terra Aegypti, vt non ampliùs viam illam repeterent, per quam venerunt, vt docerent Chriſti fidelem, quem de tenebris Aegypti
1. Pet. 2. in admirabile lumen ſuum vocauit Deus: non ampliùs ad priſtinas vilitates eſſe reuertendum, ſicut canis ad vomitum, & ſus lota inuolutabro luti, nec vitia, de quibus
2. Pet. 2. iam abſolutus eſt, iterum eſſe repetenda: ſed nouam debere inceptare vitam, nouos mores adinueniẽdos nè illi dicatur à Deo:
Ezech. 2. Et nunc populè meus quid tibi eſt cum via Aegypti, vt bibas aquas turbidas? Adhùc tenellus eſt Puer Ieſus in mente tua, nè illum ante Herodem præſentes, ne perimat illum, & tu ſine illo pereas, ſed fuge ab illo, & per aliam viam perge. Hoc enim nos ad-
Ad Tit. 2. monet Paul. dicens ad Tittum. 2. Apparuit gratia Saluatoris Dei omnibus hominibus erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & ſecularia deſideria ſobriè & iuſtè, & pie viuamus in hoc ſeculo expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei. Ad hoc venit Chriſtus in mundum, vt abnegates priorem ſeculi viam, quæ in impietate, & vanis deſiderijs erat ſobriè erga nos, iuſtè circa proximos, piè & religioſè ad Deũ viueremus, expectantes non temporalia, ſed æternam beatitudinem. Nam ibi ſpes pro re ſperata ſumitur. Et aduentum gloriæ magni Dei. Quoniam ibi premiandi iuſti ſunt coram Deo, Angelis, & hominibus. Coram paruulo Ieſu erant Angeli, paſtores, ac Magi. Nam qui infantem iſtum adorare meruit, debet eſſe purus veluti Angelus ſimplex ac humilis cum paſtoribus, ſapiens ac intelligens ceù iſti Magi.

Cæterum, quoniam myſterium hoc magnum eſt: altius etiam tertiò repetendum *Alia moralitas ſecundo.* cenſeo. Nam & cum Angelis erat etiam bos. Si enim non ita ſubtiliter penetrare poſſumus myſteria hæc veluti Angeli pertractare, ac ruminare veluti bos, ac animalia munda debemus. Iam enim incipit puer Ieſus manifeſtare nobis intentum, quod proſequi debet vſque in diem mortis ſuæ. Exordium hodie facit illius prolixæ orationis, quam in ſuæ vitæ curſu debet perorare: cuius finis ac concluſio erit verbum illud vltimum, quod loquutus eſt in Cruce, dicens: Pater in manus tuas commẽdo Spi-
Luc. 23. ſimile. ritum meum. Cùm quis orationem rethoricam in publico ſuggeſtu dicit in ipſo orationis exordio proponit ea quæ in tota dicturus eſt: vt animos ſtatim attẽtos reddat. At in ipſo curſu, ac proſequutione orationis auditores, quaſi ſuſpenſos ac attonitos tenet expectantes quidnam illis rationibus concludere vellit. Verum in peroratione, ac epylogo claudit, ac concludit omnia illa, quæ in toto ſermone perorauerat. Sic Chriſtus

Chriſtus Dominus fecit. Tota eius vita quaſi quædam prolixa oratio fuit, in qua niſus eſt, tàm verbis quàm exemplis homines ſuadere, vt ad ipſum accederent, ſi vitam beatã, ac verum lumẽ aſſequi vellent. Vnde in ipſa infantia, quæ fuit veluti exordium, ac narrationis initium intentũ ſuũ nobis patefecit. Nam antequam ſciat loqui nutibus nos id manifeſtat. In ipſa quippè
Luc. 2. ſuæ natiuitatis nocte Angelum circumſæpitum luce ad paſtores miſit: quos quaſi primitias Iudæorum ad ſui cognitionẽ traxit. Deinde poſt dies tredecim Reges ac ſapientes hoc ſydere illuſtrat: vt eos ad ſe tanquã primitias gentium adduceret. Ecce intentum ac thema, quod in toto hoc ſermone proſequendum eſt. Ecce narrationem, ac exordium totius huius prolixæ orationis. At poſteà proſequutus eſt ſermonem hunc. Ferè triginta tranſegit annos nihil dicens aut faciens, quò homines intelligere poſſent, quiſnam eſſet. Incepit poſteà prædicare innumerabilia miracula edere, homines ſuſpenſos & quaſi attoni-
Matt. 21. tos poſt ſe trahere, dicentes: Quis eſt hic? Quid ſibi vult mirabilis homo iſte? Nam
Luc. 4. de illo refert Luc. 4. Quod cùm prædicaret in Synagogis oculi omniũ intenti erant in illum, quaſi ſuſpenſi ac attoniti. Alij di-
Ioan. 10. cebant: Quouſq; animam noſtram tollis? *Para què nos tracs ſuſpenſos?* Si tu es Chriſtus dic nobis palam. Et cognati eius dicebant
Ioan 7. ad eum: Manifeſta teipſum mundo, *declarate concluye.* At poſteà in epylogo ac pero-
Matth. 27 ratione in illis ſeptem verbis, quæ in Cruce
Luca. 23. protulit concluſit, ac clauſit quidquid in
Ioan. 19. tota vita dixerat, oſtẽdens illud fuiſſe propoſitum ſuum, vt morientem homines il-
Luca. 23. lum faterentur Deum, vt fecit latro, atque Centurio ille cœcus, cuius in vltimis verbis Chriſti aperti ſunt oculi ac dixit: Verè hic homo filius Dei erat. Quod veluti in typo
Mar. 15. viſum eſt in Helyſeo, cùm ſuſcitare voluit filium viduæ, qui dolore capitis mortuus
Figura. fuerat. Nam intrauit cubiculum, & clauſit
4. Reg. 4 oſtium poſt ſe, & menſus eſt ac incuruatus ſuper puerũ, & continuò calefacta eſt caro pueri. Deinde hũc illũcq; ambulauit, & iterum mẽſus eſt, ac collectus ſuper puerũ, & oſcitauit puer ſepties, apertiq; ſunt oculi eius, atq; viuum illum tradidit Matri ſuæ. Puer hic qui ex dolore capitis obierat genus humanum eſt, quod propter primi parentis peccata, quod caput noſtrum fuit, mortem incurrerat animæ & corporis: ſed clamoribus ac precibus hominum adductus eſt ad nos verus noſter Helyleus Chriſtus Dñs qui clauſo hoſtio intrauit in hoſpitiũ vbi mortuus iacebat puer: atq; menſus & incuruatus eſt ſuper illũ. Quod tunc factum eſt quandò homo factus in vtero Virginis tanquam in hoſpitium introiuit, quod clauſa porta fecit: quoniam clauſtra pudoris in Virgine permanſerunt. Menſus eſt autem & incuratuus ſuper puerum: quoniam Gigas ille immenſæ magnitudinis factus eſt Infans vnius diei, atq; ad eius quantitatis menſuram coarctatus eſt. Et protinus cale-
Luc. 1. facta eſt caro pueri: Nam cùm vnitus eſt noſtræ ſubſtantię Deus ſtatim accepit calorem humanã natura. Et adhũc in Matris vi-
Luc. 2. ſceribus exiſtebat, & præcurſorem ſuum in vtero etiam materno latentem ſua gratia calefaciebat, ipſaq; nocte qua natus eſt popu-
Marci. 6. lus Iudeorum iſtum calorem ſenſit cum Paſtores in præſepio ipſum adorauerunt. Po-
Acto. 10. pulus etiam gentium eadem hora ab ſtella calefactus eſt. At deinde ambulauit hũc, atq illũc, cùm villas, atq; caſtella circuibat, prædicando, & ſanando omnes oppreſos à
Luc. 13. diabolo, & à varijs langoribus curando. Sed poſtremò iterum mẽſus eſt ſuper puerum, cùm in brachijs crucis commenſuratus eſt. Et tunc oſcitauit puer ſepties, cùm illa ſeptem verba protulit, ad quorũ vltimũ aperti ſunt oculi Centurionis, & reuixit homo. Hoc autem totum tanquã in figura quadam adumbratum eſt, Gene. 24. quãdo Abrahã
Gene. 24. miſit ſeruũ ſuum in Meſopotamiã, vt quæreret vxorẽ filio ſuo Iſaac nolens vt acciperet coniugẽ ex filiabus Chanaã. Qui aſcendens ſeptẽ camelos Domini ſui Abrahãm, perexit iter ſuũ. Cùmq; in Meſopotamiam
Figura. perueniſſet ſedit circa fontem, vbi deprecatus eſt Deum Domini ſui Abraham, vt indicaret illi quænam ex illis puellis, quæ ad fontem veniebant, deberet eſſe coniux filij Domini ſui. Et ecce Rebecca veniebat ad hauriendam aquam, virgo pulcherrima, & incognita viro. Quam intelligẽs eſſe illa quæ Domino ſuo vxor debebatur poſuit in aures, in auriculis eius, & armillas in manibus, atq; impetrans illam à parentibus ſuis adduxit ad Dominum ſuum. Fortè tunc Iſaac exierat ad meditandum in agrum, quem cùm vidiſſet Rebecca ex camelo, ſe projecit procidens coram Iſaac. Quam accipiens in coniugem introduxit in tabernaculum ſuum, tantoq; amore ille coniunctus eſt, vt obliuiſceretur doloris, quem de

morte Matris cõceperat. Æternꝰ Pater ſpõ
ſam ex populo Gẽtili vnigenito filio ſuo quę
rebat, poſtquã ob incredulitatẽ ac idolorũ
fornicationes, primã vxorẽ, nempè Syna-
gogam repudiauerat, ſecundum illud quod
Eſai.50. per Hierem. dixerat: Quis eſt iſte libellus
Hierem.3. repudij, quẽ ego dedi matri tuæ? Et ad hoc
miſit ſeruum ſuum, nimirum ſtellam. Nam
quando homines ſuppetunt, qui reuelent
myſteria: illos miſit Deus, quando verò illi
deficiũt, per Angelos homines docet. Nunc
autem homines ibi aberãt, qui hæc myſte-
ria docerent. Et ideò ſtellã ſuam miſit. Et
prope aquas inuenit eos, hoc eſt, in libris ſa-
pientium legentes, ac ſtudio literarum va-
cantes. Nam per aquã in Scriptura, ſapien
Prouer.18 tia intelligitur. ſecundum illud Prouer. 18.
Aqua profunda verba ex ore viri. Nam
per ſapientiã, ſicut per aquã perſpicua fiũt
hominibus ea, quæ anteà difficilia erãt, iu-
Prouer.27 xta illud: Quomodo in aqua reſplendẽt vul
tus proſpicientium: Sic corda hominũ ma-
nifeſta ſunt ſapiẽtibus. Et inaures ponit in
auribus eius. Primũ, quod Dei & hominis
Ad Hebr. Chriſti. Nam accedentem ad Deum opor-
11. tet primum credere. Fides autẽ ait Pau. ex
Ad Rom. auditu eſt, auditus autẽ per verbũ Chriſti.
10. Vnde Eſai. dicit: Dñs Deus aperuit mihi au
Eſaiæ.50. tem: ego autẽ non cõtradico. Vide nẽ ſint
Cant.1. inaures iſtæ illæ, quas ſpõſus promittebat
ſponſæ, cùm diceret: Murenulas aureas fa-
ciemus tibi, vermiculatas argẽto, *haremos te
vnas arracadas de oro, labradas de guſanillo de
plata.* Quod ſignificat fidem diuinitatis, &
humanitatis Chriſti. Nam diuinitas per au-
rum, humanitas verò per argentum ſignifi-
catur. In hac autẽ cognitione noſtra beati-
tudo conſiſtit imperfecta, cùm id per fidẽ
cognoſcimus, perfecta cùm in patria vide-
Ioan.17. bimus, ſecundũ illud quod Dñs dixit: Hæc
eſt autẽ vita æterna, vt cognoſcant te Deũ
verum, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum. Sed
eſt obſeruãdum, quòd aurũ hic dicitur tegi
argento: quoniam diuinitas ſub humanitate
occultabatur in Chriſto: tamẽ non omnino
quoniam ad modũ vermiculi virgã auream
cingebat; ita vt per partes etiam aurũ appa
reret. Vt ſi cõſideres vermiculum cingen-
tem virgã aliquã, & extentũ, videbis quòd
relinquat partes vacuas, quibus ipſa virga
videatur: quoniam & ſi humanitas tegebat
diuinitatem in Chriſto: tamen loca relin-
quebat veluti vacua: quibus ipſa diuinitas
tanquã aurũ relucebat. Vides illum ex mu
lieri naſci, ſicut & cęteri homines ex mulie
ribus naſcimur: hoc quidẽ orbiculus quidã
vermis argẽtei videt humanũ quippè eſt ex
muliere naſci. At ſi cõtempleris illũ ex mu
liere quidẽ, ſed virgine: hoc diuinũ eſt cer-
tè, & ſuprà hominũ vſum. Ecce vbi aurũ in
argento ipſo ſplendet: quoniã inter huma-
na opera Chriſti diuina perlucebat natura.
Vides illum in præſepio poſitum, frigore,
ac fame cruciatum; hoc certè humanũ eſt.
Eleua tamen oculos paulliſper, & Angelos Lucæ.2.
concinentes ei laudes videbis & Reges co-
ram ipſo procidentes ipſum tanquã verum
Deum adorare; quod diuinũ vtiq; eſſe non
dubites. Si illum vides tanquã hominẽ ex-
urire: ipſum conſidera tanquam Deũ infi-
nitam quinq; panibus multitudinẽ paſcen-
tem. Vides virgã auream ſub vermiculo ar Ioan.6.
genteo. Vnde D. Hierony. ſuper. cap. 3. ad D. Hiero.
Epheſ. ait: In Eccleſia eſt multiplex fides,
& multifaria ſapientia; vt non ſolùm va-
ria ſit, ſed multa varietate diſtincta. Reſpi-
cis cunas Chriſti vide pariter cœlum. Va-
gientem in præſepio intueris infantẽ; An-
gelos ſimul auſculta laudãtes. Herodes per-
ſequitur, ſed adorant Magi. Ignorant Pha-
riſæi, ſed ſtella demonſtrat. Baptizatur à
ſeruo, ſed vox deſuper Dei intonans audi-
ditur. Aquis mergitur, ſed columba deſ- Matth.3.
cendit, imò Spiritus in columba. Quid
hac ſtultitia prudentius? varietate diſtin-
ctius? ſapientia obſcurius? Quam fecit Deus
in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Hactenus
Hieronymus. Chriſtus autem ſecundũ hu-
manitatem vermis dictus eſt, ſecundum il-
lud Pſalmi: Ego autẽ ſum vermis, & nõ ho- Pſal.21.
mo; propter puritatẽ carnis eius, quæ abſq;
ſemine ſicut vermiculus generata eſt. Et
quia ſicut vermis circuncinxit Crucẽ, cùm
in ea appenſus eſt. Et propter hanc purita-
tem dicitur vermiculus argenteus. Igitur ijs
inauribus, id eſt, hac cognitione Dei, & ho-
minis Chriſti, aures huius ſponſæ ornauit,
& armillas poſuit in manibus eorum. Ad
opera etiam diſpoſuit eos, nempè ad fidem,
quæ per charitatem operatur. Et accoptis
theſauris ſuis aſcendunt ad literam came-
los pergẽtes quo eos ducebat ſeruus, nẽpè
ſtella. Exierat noſter verus Iſaac ad medi-
tandum in agrũ iuxta aquas, quæ ſignificãt
culpas, quas & ſi Chriſtus nõ accepit, ſum-
ſit tamẽ pœnalitates, quæ conſequutæ ſunt
culpam: & ideò prope illã videbatur am-
bulare: quoniam in ſimilitudinẽ carnis pec
cati venerat. Meditabatur autem ea quæ ad
pacem

pacem noſtram erant, ſicut & ipſe dixerat:
Ad Rom. Ego cogito cogitationes pacis. Quas cogita-
8. tiones, & Angeli manifeſtas fecerũt, cũ ipſa
Hiere.29. nocte qua natus eſt per aëra cãtabant: Glo-
Luc.2. riam Deo & pacem hominibus. Cumq; per
ſtellæ ductũ cognouiſſent illũ eſſe Regem,
quem quærebant; è camelis exilientes, corã
ipſo procidunt, adorantes eũ. Qui eos in Ec-
cleſia ſua introducẽs, oblitus eſt doloris, quẽ
de interitu veteris Synagogę cõceperat, prę
amore nouæ nuptæ, id eſt, Eccleſiæ gentiũ.
Ecce totum myſterium hoc in hac figura
optimè adumbratum.

Cùm ergo natus eſſet Ieſus in Bethleẽ Iudeæ: ecce Magi ab Oriente venerũt. Protinùs vt cog-
nouerunt vbi erat Deus eorum, arripuerunt
iter, atq; intra. 13. dies appulerũt Hieruſalẽ:
quoniam ſtatim quo Deus ſe animæ mani-
feſtat, ipſamque intus de hac inſtruit veri-
tate: omni excluſo torpore ipſum attentiſ-
ſimè quærit; neſcit enim tarda molimina
Spiritus Sancti gratia. Vnde ad literam de
Eſai. 60. iſtis Magis dixerat Eſai. Qui ſunt ij qui vt
nubes volant, & quaſi columbæ ad fene-
ſtras ſuas? Nam ſicut nubes percuſæ à vento
auſtro, leuiſsimè ab vna in aliam regionẽ vo-
lant: ſic iſti, quos Spiritus Sanctꝰ ſuauiſsimè
aſpirauerat, in tàm breui tẽpore venerunt.
Quos nec viarũ difficultas terruit, nec diſtã-
tia loci detinuit, quin in tã breui tẽporis ſpa-
tio, tantas peragrarent regiones. Et ſicut co-
lũbæ ad feneſtras ſuas, eo impetu, quo colu-
ba ſonãtibus alis aërẽ fortiſsimè verberans
in ſua ſe colligit foramina, vbi pullos ſuos
famelicos reliquerat; ſic iuſti in ſuis actioni
bꝰ ſunt. Veluti nubes volãt: nubes ex vapo
ribꝰ quæ de terra in aëris regionẽ aſcendũt,
quæ dicitur cœlũ, generantur, ibiq; à vento
percuſæ vniuerſam irrigant terrã, vt fructi-
ficet. Sic nimirũ iuſti eleuati à terrena con-
uerſatione in cœleſtiũ amorẽ rapti, ſui ipſo-
rum compotes, ſua deſideria vſq; ad cœlum
efferunt, vbi ab Spiritu Sancto percuſi vni-
uerſum peragrãt orbẽ, Euangelica doctrina
irrigãtes animas: vt Deo fructũ acceptabilẽ
reddãt. Sic Apoſtoli, ſic & multi alij prædi-
Ad Rom. catores fecerunt. Vide Paul. vſq; ad illiricũ
15. volantẽ, orbemq; totũ Euangelio Chriſti re-
2.Cor.5. plentem: charitas enim Chriſti vrgebat eũ,
Matth.4. vt ſicut nubis volaret. Sicut & de Chriſto
Dño dicitur, q̃ expulit eum Spiritus in de-
ſerto. Agiles eĩm ac prõptos reddit Spiritus,
quos inhabitat. Et quaſi columbæ ad fene-
ſtras ſuas. Simplices abſq; felle & amaritu-
dine, nec cũ proximo, nec ſecũ, ſed ſumma
cum alacritate, ac deuotione iuſtus ad diui-
nas aſcendit conſiderationes, ex quibus cœ-
leſtia contẽplatur, atq; auſpicatur myſteria.
Ideò ergo tàm propere Magi iſti venerunt;
quoniam Deus ſe illorum cordibus fortiter,
atq; ſuauiter manifeſtum fecerat. Et prop- Ezech.8.
terea in cincinno capitis eos trahit, tãquàm
Abacuch. At cum intraſſent Hieruſalẽ ſtella
diſparuit. Cur Deus nõ continuauit miracu-
lum quod fecerat? Miraculoſè eos in ſuis do-
mibus illuminauerat, atque ſtella duce, eos
vſque Hieroſolymam perduxerat. Cur hoc
modo miraculum ceſſat? Dicam libenter.
Hoc facit Deus, vt oſtendat ſuam liberali-
tatem in creaturis ſuis, quibus ſuum etiam
vult impertiri honorem. Miraculoſè Deus
pluuiam miſit in terram per Elyam, quam 1.Cor.13.
etiam abſq; nubibus immittere poterat. No-
luit tamen hoc cauſas ſecundas honore pri-
uare; ſed voluit vt & ad hæc miracula fa-
cienda ſeruirẽt ſibi, taliſq; eſſent conſortes
honoris. Id etiam & in myſterijs gratiæ fa-
cere voluit; vt homines quaſi adiutores eius
eſſemus, & poſsit dicere Paul. Dei adiutores 1.Cor.3.
ſumus. Quare per hominum prædicationẽ
mundum illuminauit, & per Ananiam in-
ſtruit, poſteà Paulum, quem tamen ipſe mi-
raculoſè ad ſe conuerterat. Imò & in iuſtifi-
catione impij (quod opus maximum inter
opera Dei eſt) id etiam placuit Deo, vt ho-
mines vice eius peccatores abſolueremus à
peccatorũ vinculis; & quod nos ſolueremus
in terris eſſet ſolutum & in cœlis. Sic modò
cõtigit vt Deus, q̃ primus hos Reges ſua luce
illuſtrauerat, etiam homines quaſi adiuuan-
tes eum, & opus ſuum continuantes illos de
eadem veritate & inſtruerent, & docerent,
quod & factum eſt. Nam ipſi dixerunt: In
Bethleem, Chriſtum quem quærebant naſ-
citurum.

Et obtulerunt ei munera, aurum, thus, & mirrham. Et nos etiam aliquid offerre debe- Moralitas
mus Deo. Nam præceptum eſt in lege, quæ Exod.23.
dicit: Non apparebis in conſpectu Dñi Dei &.24.&
tui vacuus. Quod ſi non habemus corporale Deut.16.
aurum, thus, aut mirrham; optimum erit of-
ferre ei cor noſtrum, quod preſtantius eſt
auro. Vndè & Pſalm. dicebat: In me ſunt Pſal.55.
Deus vota tua; id quod tu cupis in me eſt,
nempè cor meum. Hoc enim eſt deſidera- Prouer.23.
bile oculorum tuorum. (Fili præbe mihi cor
tuum) dicit Deus. Vnde D. Aug. 4. lib. de Auguſt.
virtutibus cardinalibus, ſic ait: Quod Abra-
ham dictum eſt: Da mihi vnicum dilectum
filium tuum, tibi dicit ſapientia: Da mihi fili

cor tuũm. Ipſe eſt dilectus vnicus tuus. Quid
Pſal.05. metuis offerre cor tuum? Offer ſacrificium,
Pſal.44. contritionẽ Dño Deo tuo, & dic ei cum Propheta: Holocauſtis non delectaberis, ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Et alibi: Holocauſta medullata offerã tibi. Medulla autẽ animæ cor, id eſt, voluntas eſt. Et hoc ſignificat aurũ quod Magi obtulerunt. Sicut enim aurum præſtat alijs metallis, ſic cor & volũtas præſtat in homine. Atq; cùm prius aurum, id eſt, cor tuum obtuleris Deo, tunc & thus & mirrha placebunt. Nam niſi prius teipſum tradideris Deo, reliqua nõ ac-
Gene.4. cepta ei erunt. Ideò enim reſpexit Deus ad Abel, & ad munera eius, & non ad munera Chayn: quia Abel priùs ſe obtulerat Deo, deinde ſua; Chayn autẽ ſolus fructus terræ obtulit, ſeipſum autẽ ſibi reſeruauit. Quod inſinuat Scriptura cũ dicit: Reſpexit Deus ad Abel, id eſt, prius ipſum acceptauit Abel, quem vidit cor ſuum ſibi tradere.

Sed obſeruandum hic etiam cenſeo ſtultitiam magnam Regis Herodis, qui ad hos Magos dixit: Ite & interrogate diligẽter de puero, & cùm inueneritis renunciate mihi, vt & ego veniens adorẽ eum. Volebat enim illos laborare in quærendo Deũ, & ipſe remanere in palatio ſuo; & quod abſq; vlla difficultate Deus ipſe ſe illi offerret. Sic multi ſtultiſsimi Chriſtiani faciunt, *Querrian que Dios ſe les entraſſe por ſus puertas ſin buſcarle ellos*. Dicunt enim quærãt alij Deum, & inuentum adducant ad nos. Ieiunet Monachus, oret Clericus, me autẽ deſinãt in meis permanere delitijs. Sufficit vnam Miſſam in domo mea audire, & aliquando ex lecto, in quo cum coniuge ſua cubat. Quo quid ſtultius, aut nequius excogitari poteſt? Quãre eis contigit, ſicut Herodi; quod alij ad quos remiſit hoc negotium quærendi Deũ, ipſum inueniãt: ipſe autẽ in peccatis ſuis moriatur.

Et circa illud, *Gauiſi ſunt gaudio magno valde*, poteris etiam conſiderare, quòd ſi ſolùm videre ſtellã, quæ Deũ demonſtrabat, tantum iſtis hominibus attulit gaudiũ, quid faceret viſio illius quẽ oſtendebat ſtella? Si ſolum hic videre Deũ in ſpeculo, & in enigmatibus, ac vmbris; ſicut illum nobis oſtendit fides, quæ eſt ſtella, hæc affert cõmoda; quid erit ipſummet videre Deũ clarè in diuinitate, ac maieſtate? Si ſic delectat ſidus, quid faciet Sol à quo accepit ſuã lucẽ ſidus.

Et inuenerũt illum in ſtabulo, vbi ea, quæ habentur tanquã immunda, & quæ à domo expellentur ſunt: quoniam Chriſtus in illis rebus, quæ mũdus tanquam immũda reijcit, ibi inueniturin paupertate, in fame, in lachrymis, in ſufferendis iniurijs, & alijs quæ mundus tanquã ſtercora expellit à ſe. Ideò
1. Cor.4. Paulus ait, Apoſtolos eſſe omnium peripſema id eſt, excrementa, quæ corpus à ſe expellit: quoniam ſequebantur hæc quæ mundus tanquàm immunda abhorret.

Recurrere operæpretium iudico etiã hac *Alia moralitas.* vice totũ hoc Euangelium, vt ſi fortè aliquid per obliuionẽ, aut negligẽtiam relictum eſt, tàm ad literam, quàm ad mores, aut myſterium pertinẽs, in hac quarta animaduerſione dicamus. Et primò obſeruãdum eſt figuram huius myſterij extitiſſe id quod narratur. 2. Paralip. c. 32. nempè cùm Rex Baby-
2. Par. 32. lonis miſit legatos in Iudæã, vt ſciſcitarentur, & recognoſcerent de portento, quod acciderat ſuper terram, cùm Sol ad petitionem Regis Ezechiæ per decem lineas retroceſit. Illi Magi ex Caldæa veniunt, vt recognoſcerent portẽtum factum ſuper terram, quod Sol iuſtitiæ deſcendens de cœlo, tranſiliens nouem Angelorum lineas, in decima, hoc eſt, in vtero Virginis, vmbram fecerit, ac ſteterit homo factus. Nam nuſquàm An-
Hebr.2. gelos apprehendit, ſed ſemẽ Abrahæ apprehendit. Hoc enim longè maius portentũ fuit, quàm illud. *Cùm ergo natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudæa*. Bethleem domus panis dicitur.
Moralitas Per panem autẽ doctrina Euangelica ſignificatur, quæ paſcit animas, ſicut panis corpora: quoniam ſapiẽtia in corde iuſti requieſcit, vbi naſcitur Chriſtus. Quod ſi dicat illud Eſai. Non ſum medicus, & in domo mea
Eſai.3. non eſt panis: pulſet fores vicini ſui, & petat accommodatos panes. Quærat à ſapientibus ſapientiam, qua & ſeipſum paſcat, & amicũ de via venientem in hoſpitio recipiat ac cibet. Vel ſecundò, in domo panis naſcitur Chriſtus: quoniam in anima illa eſt, in qua eſt panis miſericordiæ, qui pauperibus erogetur. In qua & mittitur panis ſuper tran-
Eccleſ. ſeuntes aquas, vt poſt tempora multa inueniatur. *Ecce Magi ab Oriente veniunt*. Ab Oriente vbi duxit originẽ genus humanũ. Nam in paradyſo eſt homo cõditus, qui tamen erat ad Orientem: vt vbi incepit carnis
Hiere.1. generatio, ibi etiam & initium ſumat ſpiritalis regeneratio; & quoniã ab Aquilone pandetur omne malum; ab Oriente quod eſt contrarium illi bonũ oriatur, quo poſsit malum aliud profligari.

Vbi ex qui natus eſt Rex Iudæorũ. Intrepidè

pidè de Rege Iudęorũ quærunt; ſcientes tũc aliũ eſſe Regẽ, qui hoc æquo animò audire nõ poſſet: quoniã vbi Deus per fidẽ charitati vnitã inhabitat, omnis abeſt timor, procul ſunt pudor ac metus. Ferũt ſecũ veritatem,
Simile. quæ eos ab omni timore liberos facit. Qui fert ſecũ diuinã veritatẽ, habet in ſuo comitatu quaſi virum fortẽ armatũ, cui nemo reſiſtere poteſt, & q fortior omnib⁹ eſt. Quare tali comite ſtipatus, nõ eſt cur timeat Herodem, nec Principes aut ſcribas. Fateor cũ id quod verũ ac iuſtũ eſt, doceo vel proſequor, nihil, quod me retrocedere faciat timeo, ſed tali comite omnib⁹ me ſuperiorẽ reputo, talique munitus auxilio hoc ſchemate contra-
3. Eſdr.3. rios refuto, ac ludifico, dicẽs: Veritas ſuper
Ioan. 8. omnia vincit, & veritas liberauit vos. Nam
Ezech.1. ideò animalia illa ſancta ibãt, & non reuertebãtur: quoniã ſpiritus veritatis inſufflabat in eis. Cũ ergo ſancti iſti Reges veritatẽ quærerent, intrẽpidè de ea loquũtur in ciuitate.
Acto.2. Sicut & Apoſtoli Chriſti poſtq̃ hac veritate repleti ſunt; cũ fiducia loquebantur verbum Dei. *Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum*. Id quærebat ſponſa: Indica mihi vbi paſcas, vbi
Cant.1. cubes in meridie? Hoc eſt, in veritate, quæ luce plena eſt, vt meridies.

Vidimus enim ſtellã eius in Oriente, & venimus adorare eũ. Hic noſtra cœcitas reprehenditur. Illis ſtella fulſit, nobis ipſe Chriſtus ſplẽdet; at illi tã longũ iter arripiunt, nos nec pedẽ mouemus. Illos calefacere potuit ſtella etiã in media Hyeme; nos nec ipſe Sol iuſtitiæ calefacit, nobiſcũ ſemper in euchariſtia manens. Et ſtella viſa nõ quieuerũt, ſed protinus iter aggreſsi ſunt: ſic & nos fide edoctos, atq; illuminatos de terra noſtra, & cognatione exire debemus ad quærendũ Deũ. Sicut & qui theſaurũ reperit, non eſt piger effectus; ſed ſtatim abijt & vendidit omnia ſua, & comparauit eum.

Audiens autẽ Herodes Rex turbatus eſt, &
Simile. *omnis Hieroſolyma cũ illo*. Arbores quæ in cacumine montiũ ſunt, quocunq; vento cõcutiuntur, at quę in vallibus plantãtur, ſolũ magna vi vẽtorũ cõmouenẽ. Reges, Principes, & Duces, & q in ſublimitate conſtituti ſunt cito turbãtur: habẽt enim multa quæ paueãt; ſi deſcendit Turca, ſi pyrata Indię naues depredabitur; ſi Mauri in maritimis populis impetũ faciẽt; ſi vulgus ſcãdalizaẽ; ſi magnates conſpirẽt, & plura alia eos ſolicitos habẽt. Et qcũq; rumor eorũ vel turbat, vel exagitat animos. At q in humiliori loco ſunt ſecuriores viuũt, nec eos quelibet cogitatio cõcitat; ſed magna dẽbet eſſe cauſa quę eos cõturbet.

Et oĩs Hieroſolyma cũ illo. Nã qualis eſt Re-
Eccleſ.10. ctor ciuitatis, tales & miniſtri eius. Subditi
ſimile. eĩm ſunt veluti vmbra Principis, q eũ in omnibus imitantur; ſi ait, aiunt; ſi negat, negãt; ſi triſtatur, & ipſi mœrent; ſi lætatur, & ipſi gaudẽt: imò ſi ipſe peccator ſit vel hęreticus, id ipſum vt plurimum & ſubditi imitantur. Quod in Regę Angliæ Henrico. 8. patuit, vt Prou.29. dicit: Rex impius oẽs miniſtros
Prouer.29 habet iniquos. Quare & de illis Iob dicit:
Iob.40. Operient vmbræ vmbrã eius. Vmbra Principum peccatũ eſt: nam peccatũ tenebræ, ac vmbra mortis eſt; hoc ſubditi alijs vmbris cooperiunt, vel imitantur eadẽ mala, vel aſſentationibus Principum peccata tegunt, ea tanquàm virtutes laudibus efferentes.

Et oĩs Hieroſolyma cum illo. Hic per ſynedochem pars pro toto accipitur, vel quia precipua pars (nẽpè Principes, ac maiores, qui vt plurimũ Regibus adulãtur, eorũ affectantes fauores) turbati ſunt, vel quia alij ex admiratione turbati ſunt. Nã vt Aug. & Chryſ.
Auguſt. Chryſoſt. dicunt, pugnantibus inter ſe vẽtis cõtrarijs,
ſimile. mare verberat, & diuexatur. Sic in diſcordia Principũ, magnis cladib⁹ afficitur populus. Obſerua: Turbatur mũdus adueniẽte Chriſto: qa venit tanq̃ Imperator & Dux, indicens bellum grę mũdo, diabolo, & carni; cũ quibus hi erãt coniuncti. Secundò, quia venit vt medicus curaturus animorũ morbos; medicina autẽ qua curat, licet ſalutaris ſit, eſt tamẽ amariſsima, cum amara autẽ medicina neceſſariò turbãtur viſcera. Tertiò venit vt agricola, vt ſpargeret ſemina gratiæ, & doctrinæ in hominũ corda; reperit ſolùm incultum, & horridum, ſpinis confectũ, herbiſq; infructiferis plenũ, quare illud debebat proſcindere, arare, atq; turbare. Vnde
Ioan. 5. in Euangelio Ioannis narratur, quòd probatica piſcina erat in Hieruſalem, ad quam deſcendebat Angelus de cœlo, ſecundum tempus, & turbabat aquam, & qui primus intrabat ſanabatur. Sic qui vult ſanari, turbari debet. Huius figura fuit, quando Deus
Figura voluit liberare Hebræos ab Ægyptijs, creuit
Exod.5. turbatio, & afflitio Hebræorum, & poſt per decem plagas turbat inimicos Hebræorum.

Et cõgregans oẽs Principes Sacerdotũ, & ſcribas ſciſcitabatur ab eis, vbi Chriſtus naſceretur. Ita cõuenit Sacerdotes, ac Põtifices adire, vt de rebus pertinentibus tàm ad fidẽ, q̃ ad mores nos inſtruant. Scriptum quippè eſt apud
Malac.2. Prophetã: Labia Sacerdotis cuſtodiũt ſcien-
Epheſ.4. tiam; & legem requirunt de manu eius. Et
1. Thi.3.

Paul.ait:Poſuit Deus in Eccleſia alios quidẽ Apoſtolos, alios Paſtores, & Doctores. Et Thim. inſtruit, debere Epiſcopũ eſſe doctũ in ſcriptura, vt potẽs ſit inſtruere in doctrina ſana, & eos qui cõtradicũt reuincere. Sed ſcire oportet, quinã ſint iſti ſcribæ, ac Principes Sacerdotũ. Et primò id qd Latinè dicitur ſcriba, Hebraicè nominat ſopharim, qd vel deducitur à nomine ſophar, ſignificãs librum vel literã, & tunc ſopharim ſignificat hominem literatũ & ſapientẽ. Poteſt etiam deduci à verbo ſophar, quod ſignificat enunciare & narrare: quare ſopharim, ſeu ſcribæ erant, qui diuinam legem annunciabant, & enarrabãt populis. Sicut cãcelarius dicitur, qui Regni ſcripta tenet, & exponit ſuo tẽpore. Sic dicitur ſcriba Dauidis, Salomonis, & Eſdras dicitur ſcriba velociſsimus, id
1.Eſdr. 7. eſt, expeditiſsimus, & promptiſsimus ad explicandam legem, & ſcripturas aperiendas.

Erant autẽ apud Iudæos duo genera hominũ, quibus erat poteſtas explicandi ſacrã Scripturam, ſcilicet, ſcribæ & phariſæi: & hi dicebantur ſedere in cathedra Moyſis: quia
Hieron. interpretabantur legem. Hieronymus adinuenit hoc diſcrimen, q̃ ſcribæ interpretabãtur ſcripturã, ſecundũ ſenſum literalẽ, & curabant vt aſſeruarentur ſcripturæ; ſed phariſæi eas interpretabãtur ſecũdũ Allegoricos, & Tropologicos ſenſus. Et iſti habitu, & vitã magnã ſanctitatẽ præſeferebant, vnde dicebantur phariſæi, id eſt, ab alijs diuiſi. Itaque ſcribæ habebantur doctores. Vnde Chriſtus
Matth. 13. infrà. 13. Omnis ſcriba doct⁹ in Regno cœlo-
1.Cor. 1. rum. Et Pau. Vbi ſapiẽs vbi ſcriba? Sanctiores autẽ habebãtur phariſæi. *Et Principes Sacerdotum.* Scito, q̃ apud Iudæos fuerunt olim tria genera eorũ qui verſabantur in miniſterio diuini cultus, nimirũ Leuitę, Sacerdotes, & Pontifices. Leuitæ erant oẽs qui ex tribu Leui veniebant, ſed hi nec intrabant tabernaculũ, nec offerebãt ſacrificia. Sed Sacerdotes erant oẽs, qui ex ſemine Aaron deſcendebãt: & quia Aarõ habuit duos filios Eleazarum, & Ithamar, oẽs poſteri eorum fungebantur ſacerdotio. Erat autẽ maxima multitudo iſtorũ, quæ à Dauide fuit diuiſa in. 24.
1. Par. 24 familias. 1. Paral. 24. Quarũ decẽ & ſex erãt ex Eleazaro. 8. autẽ ex Ithamar: & prętereà omnium caput vnũ fuit, ſicut fuit Aaron, & Eleazarus. Iſte autẽ, qui dicebatur Põtifex, multis præcellebat rebus alios Sacerdotes. Primò appellatione; nã dicebat Princeps Sacerdotũ, Sacerdos magn⁹, Summ⁹ Põtifex, Princeps populi, & Præpositus domus Dñi. Secundò, numero; quia vnus tantũm erat. Tertiò, cõſecratione; nã plures & ſanctiores cæremoniæ in eius conſecratione, q̃ in
aliorũ adhibebãtur, Exo. 29. Num. 8. Quar- Exod 29.
tò, habitu; qa Sacerdos tãtum quatuor veſtes Num. 8.
habebat: Pontifex verò iſta, & quinq; alia
maioris p̃tij, & dignitatis; Exod. 28. Quintò, Exod. 28.
redditibus; nã Sacerdotũ redditus conſtabãt ex oblationibus, primitijs, votis, redẽptionibus primogenitorũ, & partibus ſacrificiorũ: Pontificis verò erat centeſsima pars omniũ fructuũ totius populi Iſraël. Nã Deus iubebat, vt populus daret decimas omniũ Leuitis, & de illis daret Leuitæ decimas Pontifici. Nu. 18. Sextò, obſeruãtijs & abſtinẽtia, Num. 8. Leuit. 21.
vt patet Leuit. 21. Septimò, officiò; nam Pontifex poterat fungi omnib⁹ officijs Sacerdotum; & p̃ter hoc habebat quædã, quæ ſolus poterat obire, ſolus poterat intrare in Sanctaſanctorũ, ſolus in die expiationis, ſolus de Leuit. 16.
cima die mẽſis ſeptimi, Leuit. 16. & Hebr. 9. Hebr. 9.
Octauò, Priuilegijs honoris, & dignitatis; nam qui propter homicidium caſuale erant exules, non poterant reuerti in patriam, viuente Pontifice, Num. 21. Nonò, Pontifex nulli debebat aperire caput; deinde poſt Regem habebat ſummam poteſtatem in popu-
lo. Noſter verò Pontifex in lege gratiæ, D. Thom.
omnes Reges præcellit excellentia & honore. Quã differentiam pulchrè à D. Tho. inuenies explicatã, d̃ regimine Principũ. c. 14. Quia ille Põtificatus erat carnalis, nullũ habebat ſpiritale officiũ: atverò Pontifex Euãgelic⁹ eſt ſpiritalis. Vltimò, Põtifex decebat Dubium.
eſſe primogenit⁹, ex omnib⁹ familijs Aarõ.

His autẽ ſuppoſitis orit̃ dubiũ, quomodo hic dicat̃ Herodẽ cõgregaſſe Principes Sacerdotũ, cùm tantũ eſſet vnus. Aliqui dicũt, q̃ hic ſumitur ſingulare pro plurali, quod familiare eſt ſacris ſcripturis. Atverò ſimplicius dicit̃, q̃ ipſe Herodes cõmutauit ordinẽ & vſum ſummi Põtificatus. Nã ante eã primo genitus erat p̃cipius; ſed tẽpore Herodis erat quẽ ipſe volebat vel primogenitus vel alius, & erat ſolũ annualis. Et oẽs illi qui functi fuerant hoc officio ſemp retinebãt nomen, etiã ſi tũc non eſſent ſummi Sacerdotes; & tunc idẽ erit ac ſi diceret: Congregauit oẽs Principes Sacerdotũ, id eſt, tàm illũ qui tunc erat, q̃ qui ante eũ ſuo anno functi fuerãt illo primatu. Et ſic intelligitur illud Lucæ. 3. ſub Principibus Sacerdotum Ana, & Caipha: Non quod ſimul fuerint Sacerdotes, ſed vnus tunc erat, alter iam præfuerat. Vel reſpõdetur, quòd quælibet familia habebat ſuum

ſuum caput, & omnes illi dicebantur Principes ſacerdotũ, quilibet in familia ſua. Sed dices malè fecerunt iſti reſpondentes Regi impio, ac alieno, qui indignus erat cui Prophetarum ſecreta panderẽtur. Et ſecundò, cur tacuerũt, id quod ſtatim ſequit̃ in Pro-
Mich. 5. pheta, & egreſſus eius ab initio, à dieb⁹ æternitatis? Sed reſpondetur, q̃ illi non potuerunt reſiſtere Regi, qui ſuper eos habebat poteſtatẽ. Et quia proſelitus fact⁹ fuerat, & erat circunciſus, & tranſlatus ad ſuam legẽ.
Moralitas Aliud autẽ tacuerunt: quia nõ erat ad rem, quam ipſe Herodes interrogauit. Docemur autẽ per hoc factum Magorũ, qui etiam ſi ſtellam ducẽ habuerint, tamẽ Sapiẽtes interrogauerunt; q̃ ſi tu habes reuelationes, & mirabiles in mẽte tua illuminationes, nõ tamẽ ita credas illis, quin & viros ſapientes conſulas, nè fortè ſit aliqua dęmonis illuſio,
2. Cor. 11. cùm Paul. dicat, q̃ ipſe Sathanas trãsfigurat ſe in Angelũ lucis. Pròh Deũ immortalem, quot homines hac nr̃a tempeſtate, has patiuntur dæmonũ illuſiones ac illuminationes, ex quibus peruerſa dogmata, ac intollerabiles errores prodeunt. Quod ſi doctos homines, ac ſapientes cõſuluiſſent; fortaſsis non in tantã dementiam incidiſſent. Sed quoniam hæc longiorẽ exigebant tractatum: de his hæc dicta ſufficiant.

Tunc Herodes clam vocatis Magis. Clam dicit, nè Iudæi videntes illũ cum Magis tractantẽ ſuſpicarentur ipſum machinari necẽ puero. *Diligenter didicit ab eis tẽpus ſtellæ.* Vt cognoſceret tẽpus natiuitatis Chriſti, vt poſteà eum poſſet cognoſcere, & occidere. *Et mittens eos in Bethleẽ dixit: Ite & interrogate diligenter de puero.* Hic ſuperbia eius oſtenditur, nominans puerũ, quẽ Magi Regem Regum prædicabãt. Imò & hìc obſeruandum eſt, q̃ vbicunq; Euangeliſta puerũ nominat, in Græco eſt, puerulus; ad oſtendendum Chriſtũ Ieſum ita puerulum effectum in teneritudine, in quãtitate, in neceſsitate, ac infirmitate ętatis, ſicut alij pueruli ſunt. Et deinde hìc inſinuat̃, q̃ Pater Æternus ita cũ filio ſuo Chriſto ſe gerebat, quaſi pater carnalis cũ filiolo, qui præ teneritudine amoris ipſum ſuũ puerulum, filiolum ſuũ, paruulũ, ac reliqua blãdientis nomina dicit. *Et cùm inueneritis renunciate mihi.* Credendum eſt ipſos obſtrinxiſſe fide, & iure iurando, vt redirẽt. *Vt ego veniens adorẽ eum.*
Fulgẽtius. Vbi Fulgẽtius ait: O callidiſsime tyranne, ex nece puerorũ patet adoratio & reuerentia, quam exhibere cupiebas. Credidit autẽ Herodes ſimplicitati Magorũ: & ideò non miſit cũ illis alios ex ſeruis ſuis, & nè ſuſpectum ſe redderet vel illis, vel Iudæis. Et deinde id prouidẽtia Dei factum eſt, nè puer
Ieſus periclitarẽt. Et ecce ſtella, &c. Hæc Simile.
ſtella, ſtatim vt puerũ Ieſum inuenerunt, diſsipata eſt; ſicuti adueniẽte luce Solis ſtellarum ſplẽdor euaneſcit. *Et inuenerũt puerũ cum Maria matre eius.* Non dicit cũ Ioſeph: quia diuina diſpoſitione factũ eſt, vt illa hora abſens eſſet: nè crederẽt de ipſo Chriſtũ
natum. Vnde dicit Hyllarius ſuper locum Hyllarius.
iſtum, q̃ Ioſeph non legitur poſt natiuitatẽ Chriſti, vir Mariæ dictus, in quo innuitur, q̃ ante natiuitatẽ vir eius dicebatur, quaſi nuntius ad officium. Sed poſt natũ puerum nõ eſt dictus vir; vt per hoc inſinuaretur, q̃ Chriſto nato poterat Matri pueri ſolatium ſufficere. *Et procidẽtes adorauerunt eũ.* Fortè in puerulo viderũt aliquod magnũ ſignum, quod tantã referret maieſtatẽ. Poſsẽ ego dicere illis: O Magi magna eſt fides vr̃a. Quid
inueniſtis in puero dignũ adoratione? Fides Hebr. 11.
ait Paul. eſt argumentũ nõ apparentũ. Sed iſti Magi non ſolùm cõtraria adorant; verùm contraria in contrarijs. Adorant enim in infantia æternitatẽ, in infirmitate omnipotẽtiam, in humanitate hominis Dei maieſtatem: vt ait Leo Papa. Leo Papa.

Sed dices. Quidnam Magos mouerẽ potuit, vt in tanta infantiæ humilitate puerũ illum, tanquã verum Deũ adorẽt? Primò põt dici, q̃ miraculũ ſtellę id eos perſuaſit. Secũdò, intelligẽtia prophetię: Ex te enim exiet Dux, qui regat populũ meum Iſraël, & egreſſus eius ſicut ab initio, à diebus æternitatis. Tertiò, mouit eos illuſtratio Spiritus Sancti, qui docuerat eos illum infantem eſſe verũ Deũ, ſicut docuit Simonem, & Andreã. Quartò ait Toſtatus q̃ vi- Toſtatus.
ſo infante, ex eius vultu emicabat quid diuinum, oſtẽdens, q̃ lateret in eo diuina maieſtas. Nam & cum poſteà miracula magna faceret, aliquando ſe terribilẽ aſpectu præbebat hominibus, vt Hieron. ait: Nam hoc Hieron.
modo fugauit è tẽplo funiculo ementes & vendentes, nonnunquã deterrebat viros, & proſternebat eos, vt cùm in horto dixit his
qui ad comprehendendũ eum venerãt: Ego Ioan. 18.
ſum, ſtatim ceciderũt retrorſum. Aliquãdo Matth. 9.
emittebat quandã virtutẽ attractiuã, ſicut Luc. 5.
cum vocauit Matthæum, & Petrũ, & alios Matth. 4.
Apoſtolos. Nunc etiã radios quoſdã ex ſe fortaſsis emiſit, quibus percuſi eius agnouerunt diuinitatẽ. Pulchritudo etiam pueruli

talis ac tanta erat, vt quã intus gerebat maieſtatẽ referret. Vnde D. Aug. ſuper Pſal. 44. ſic ait: Pulcher in cœlo puer Ieſus, pulcher in terra, pulcher in ſinu Patris, pulcher inter vbera Matris, pulcher inter Angelos, pulcher inter paſtores, pulcher inter thronos, pulcher in præſepio, pulcher in Cruce, pulcher in ſepultura, vbiq; pulcher.

D. Aug.

Et procidentes, &c. Ecce ad literam vaticinium Eſai. c. 49. adimpletũ, in quo dixit: Et erunt Reges nutritij tui, & Reginæ nutrices tuæ. *Parece que vienen à criar y à regalar el niño.* Vultu in terrã demiſſo adorabunt te, puluerem pedum tuorum lingent. Quod ad literã fecerunt Magi. *Et apertis theſauris ſuis.* Hic colligi poteſt magnos attuliſſe theſauros, quandoquidem in tecis eos ferebãt reconditos. *Obtulerunt ei munera.* Narrat Seneca lib. 2. epiſt. 17. fuiſſe hunc morẽ apud Reges Perſarũ, vt nemo poſſet eos ſalutare ſine munere aliquo. Actus autẽ ſalutandi Reges erat procũbentes, & proſtratos adorare. Iſti Magi erãt ſub imperio Parthorũ, tunc enim Parthi dominabantur Meſopotamiæ, vſq; ad Orientem, quare morẽ patriæ ſequentes, hęc munera compararũt ad adorandum Chriſtũ. *Aurum, thus, & mirrham.* Horum trium munerũ cauſa & ratio quadrupliciter poni poteſt. Primò, hiſtoricè: ſecundò, anagogicè: tertiò, alegoricè: quartò, tropologicè. De literali ait D. Tho. hic quod Magi tria circa infantẽ aduerterunt. Primò, locum ſordidum, ſcilicet ſtabulum, deinde paupertatem parentũ eius: tertiò, imbecillitatem membrorũ infantilium. Ad loci fœtorem expellendum, obtulerũt thus: ad ſubleuãdam paupertatẽ aurum, ad confortanda infantilia membra mirrham. Secũda ratio, quia in regione Orientis hęc tria abũdant, & in his poſitæ ſunt opes & diuitiæ Principum orientalium: & cùm volunt offerre munera, vel Regi ſuo, vel alieno, hæc offerunt: vt Regina Saba, hæc obtulit Salomoni, quæ ſua regio ferebat, quæ cùm partim ſit Orientalis, partim Auſtralis illa omnia gignebat.

Eſai. 49.

Seneca.

3. Reg. 10.

Dubium.

Sed poteſt quæri, quo pacto Magi hæc munera obtulerint? Potuit enim fieri vnò ex trib⁹ modis, vel vt quilibet obtulerit hęc tria munera, vel quilibet vnũ ex his tribus muneribus, vel tertiò, q̃ omnes coniunctim obtulerint iſta tria, hoc eſt, vnũ munus à tribus oblatũ; conſtãs ex trib⁹ iſtis munerib⁹. Sed quia Matth. dixit obtulerunt munera, videtur congruentius, q̃ quilibet hæc tria obtulerit. Ratio allegorica, quæ pertinet ad fidẽ poteſt triplex afferri. Prima hac oblatione aſtruitur fides ac myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis, quæ prædicanda erat apud gentes, & mirrha eſt inſignis propter potentiam quã habet conſeruandi corpora à corruptione. Quare hæc offertur Patri, cui attribuimus potentiã. At in Scriptura aurũ ſapientiam ſignificat, cui eam cõparat frequenter Salomon, per quod profitentur filium, cuius attributum eſt ſapientia. Porrò thus ex ſe emittit ſuauiſsimum odorem, ac amabilẽ, qui odor tribuit Spiritui Sancto, cui attribuimus amorem. Et prætereà thus deſignat orationẽ, vt ſupràdiximus, & orationis Magiſter, ac Doctor in Scriptura appellatur Spiritus Sanctus. Quid oremus ſicut oportet neſcimus. Ipſe autem Spiritus poſtulat pro nobis. Et Galat. 4. Miſit Deus Spiritũ filij ſui in corda noſtra, clamantem Abba Pater. Poteſt etiã hęc ratio ipſi Chriſto applicari, de quo tria confitemur. Diuinitatem, animã, & carnẽ. Has tres ſubſtantias Chriſti hæc munera profitentur. Aurũ ſignificat diuinitatẽ; thus animã, quæ ſemper erat eleuata in Deũ, pars ſuperior erat beata; mirrha autem ſignificat corpus eius mortale. Triplex etiã dignitas Chriſti deſignatur; Regia per aurũ; Sacerdotalis per thus; Officium redemptionis per mirrhã. Tertia eſt anagogia, quę pertinet ad beatidinem, & hæc eſt duplex. Nam conſumata fęlicitas hominis comprehẽdit animam, & corpus, fęlicitatem animæ aurum pretio & ſplendore ſignificat, mirrha immortalitatẽ corporis. Thus ſignificat vtranq; fęlicitatẽ à Deo eſſe; vel quia fęlicitas æterna habet tria bona. Prima eſt plena ſufficientia, quæ deſignatur p aurũ; per thus ſuauitas, voluptas, & iucunditas. Tertiũ bonũ eſt, q̃ ſit incorruptibile, & hoc denotatur per mirrhã. Tropologica ſignificatio præter eas quas ſuprà diximus, hæc erit. Per thus ſignificatur fides ſurſum tẽdens; ſpes per mirrham, quæ eſt circa ardua, & nobis robur præſtat nè frangamur in aduerſis; charitas per aurum. Nam has tres virtutes offerre debemus Deo. Erga proximũ etiam per alia tria ſic nos gerere debemus. Adiuuare illũ noſtris diuitijs, quæ per aurũ ſignificantur, & per orationes quas ſignificat thus, & per admonitionem, licet ſit amara, vt mirrha. Iuſtitia etiam erga nos hæc tria habet. In intellectu ſapientiam, per aurũ ſignificata, in affectu deuotionẽ, per thus, in ſenſualitate mortificationem,

D. Thom.

Rom. 8.

Galat. 4.

cationẽ; per mirrhã denotãta. Prælati etiã hæc tria offerre debẽt. Aurũ, id eſt, ſapientiam in docẽdo, & prædicãdo ſubditis, thus, ſcilicet deuotionẽ orando pro ipſis, mirrhã in corrigendo Principes ſeculares etiã hæc tria reddere debent. Aurũ, id eſt iuſtitiam; thus, id eſt, religionis cõſeruationẽ; mirrhã, hoc eſt, moderantiam & continentiã. Item hæc tria offerant Religioſi; aurũ, id eſt, paupertatem; thus, id eſt obedientiã; obediendo Prelato propter Deum; mirrham, ideſt, carnis puritatem, & incorruptionem, cum obſeruantiæ cuſtodia.

Et reſponſo accepto in ſomnis, nè redirent ad Herodem. Vox, reſponſo, ſignificat Magos dubitaſſe, num deberẽt redire ad Herodẽ, quia narrauerunt Mariæ, & Ioſepho, quod Herodes eis dixerat, quibus ipſi dixerunt ſubeſſe dolum in illis verbis Herodis: tamẽ quia fidẽ dederant, erant in dubio; & ideò reſponſo accepto in ſomnis, per aliã viam reuerſi ſunt. Decipitur hic Eraſmus, qui dicit non deberet verti reſponſo, ſed oraculo, quod nomen Græcũ (Cismos) id ſignificat; ſed tamen quod redditur petẽti & conſulenti rectè reſpõſum dicitur per Angelum. Primò docuit eos Deus per ſtellã: ſecundò per Prophetã: tertiò per reuelationẽ interiorem. *Reuerſi ſunt in regionẽ ſuam.* Veriſimile eſt eos reditſſe per mare: nam à Bethleẽ diſtat Ioppe decẽ leucis; illic naues cõſcenderunt, & petierunt Syriæ Maritimã. Lege Greg. in hom. huius Euangelij, in qua docet, q̃ fides & gratia Chriſti nõ prohibet nos tenere quod anteà tenebãmus, vt diuitias, honores, & alia, ſed iubet vt per aliam viã redeamus, ideſt, vt aliter vtamur his rebꝰ. Nã ante fidẽ Chriſti homines vel ponebant finẽ in his bonis, vel referebãt ad cultum & honorem idolorum. Prætereà ante Chriſti gratiam: his rebus homines vtebantur ſine modo, ſed in lege gratię modus adhibetur, vt temperatè & modeſtè his vtamur rebus.

Eraſmus.

Gregor.

Moralitas

Qui cum receſsiſſent, ecce Angelus Dñi apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens: Surge & accipe Puerũ, & Matrẽ eius, & fuge in Ægyptum, & eſto ibi vſq; dum dicã tibi. Futurũ eſt enim vt Herodes quærat puerũ ad perdendũ eum. Qui conſurgens accepit puerũ, & matrem eius noctẽ, & ſecceſſit in Ægyptũ, & erat ibi vſq; ad obitũ Herodis: vt adimpleretur quod dictum eſt à Dño per Prophetam, dicentẽ: Ex Ægypto vocaui filiũ meum. Primò, vt in more habemus ea, quæ ad hiſtoriam attinẽt, expedi emus. Incertũ eſt, an fuga hæc in Ægyptũ præceſſerit reuerſionem in Gallileam, an reuerſi ſint ſtatim poſt purificationẽ in Nazareth, & inde profecti ſint in Ægyptũ. Nam Lucas poſt exacta legalia circa puerum Ieſum, quæ in purificatione ſunt finita, dicit illos in Nazareth fuiſſe reuerſos. At Matthæus dicit, q̃ poſt ſeceſſum Magorũ facta fuit hæc reuelatio Ioſepho; & ſtatim, profectos eſſe in Ægyptũ. Sæpè emim dũ aliquid poſt aliud factũ narrant Euangeliſtæ, ita narrãt quaſi mox poſt illud factũ ſit, cùm multa tamen interceſſerint. Quoniã autẽ Lucas videtur voluiſſe ſignificare nullã aliã cauſam fuiſſe, quare à partu nõ ſtatim redierint in Nazareth vnde venerãt, quã obſeruatio dierũ purificationis, & quoniã dixit reuerſos poſt q̃ omnia perfecerũt, veriſimile videt, in Nazareth reuerſos fuiſſe, antequã in Ægyptũ fugerent. Rurſus ex eo, q̃ Ioſeph, ſecundũ narrationẽ Matthæi, rediẽs ex Ægypto cogitauit redire in Iudæam, admonitus autem in ſomnis ſeceſsit in Gallileam; appareat è Iudæa, & nõ è Gallilea ipſum fuiſſe; alioquin enim, vt videtur eò non dubitaſſet redeundũ vnde fugerat, maximè cùm ibi etiã domum haberet propriam. Et hãc opinionem ſequitur Aug. quã etiam Caiet. habet: Vnde dicit debere intelligi hanc reuelationem Angeli ad Ioſeph factã fuiſſe poſt cõſumatũ receſſum Magorũ, non quod eo die quo cœperunt recedere nec altero, aut tertiò: ſed poſtquã iam omnino à tota Iudæa receſſerant, & tranſacti erant illi quadraginta dies, quibus exactis lex purificationem præcipiebat fieri.

Oſee. 11.

Auguſt. Caiet.

Sed quæritur, cur Dñs fugere voluerit, cùm aliàs potuiſſet nullo negotio euadere manus Herodis, vel illũ deſtruendo, vel ſe inuiſibilẽ faciẽdo? Quatuor ad hoc rationes reddi ſolent. Prima, vt demõſtraretur veritas humanæ naturæ, quã aſſumpſerat. Nam nõ poterat manere & defendere ſe ab Herode, niſi faciendo miracula, quod tamẽ illi ætati minimè cõueniebat. Secundò, vt iam inde ab ortu præmõſtraretur, qualẽ vitam acturus eſſet Chriſtus in terra, nempe laborioſam multis ob noxiã periculis, ac erumnis; ſimulò; vt oſtenderet, q̃ Regnum eius non erat de hoc mundo, & quòd primo aduentu vt ſe ſubderet paſsionibus veniebat. Tertiò, vt exẽplo ſuo ſerui Dei intelligerẽt iuſtorũ vitã in hoc mũdo mixtã proſperis, & aduerſis trãſigendã eſſe, & q̃ potẽtia Dei aliquãdo in ipſis miracula faceret, aliquando eos

Dubium.

do eos in ſua relinqueret infirmitate, vt ſic & Dei potentiam, & ſuã ſimul agnoſcerent imbecillem naturam. Vltimo vt Eccleſia exemplo Chriſti doceretur, ſeruos Dei aliquando & poſſe & debere fugere infideliũ perſequutionẽ: quod quatuor modis oſtendi poteſt. Primò exemplo Sanctorum, qui tyrannos fugerunt, Moyſes fugit Pharaonem, Dauid Saulem, Helias Iezabelem Reginam, Paulus à Damaſco per murum demiſſus eſt, Petrus liberatus ab Angelo fugit. Et Paul. ad Hebr. de Sanctis dicit: In ſolitudinibus errantes, & in montibus, & in ſpeluncis, & in cauernis terræ. Deinde exẽplo Chriſti, qui infans iſtum Herodem, vir factus alium fugit Herodem, & ſæpè Iudæorum inſidias fugiendo euaſit. Quod etiam verbis docuit ſuos, dicens: Si vos perſequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliã. Et ratio naturalis id etiã ſuadet. Quoniã ſicut naturale eſt conſeruare vitam, & amplecti ea quæ eius conſeruationem conſequuntur: ita eſt naturale fugere mortem, & quæ eam afferunt. Diuus Auguſtinus in libro de doctrina Chriſtiana hanc circa hoc docet veritatẽ: Siquis ſeruus Dei vereatur, nè captus tormenta ſuſtinere non poſsit, & timeat quòd in fide deficiat: benè ſibi conſulit fugiendo. Secundò ſi verè intelligat plus profecturum Eccleſiæ Dei, ſi vitam ſuam conſeruauerit, ſecundum quod Paulus dicebat, manere ipſum in carne eſſe magis neceſſarium propter illos, quibus prædicabat Euangelium vitæ. Vltima ratio eſt Athanaſij, ni mirũ quando ſerui Dei neſciunt finẽ vitę ſuæ præfinitũ à Deo, non debent temerè committendo ſe periculis agere cõtra Dei prouidentiam & ordinẽ. Nec vero tantũ priuato Chriſtiano, verum etiã Prelato licet aliquãdo fugere, & deſerere gregẽ, nẽpè quãdo ſcit aduerſarios mortem ſuã expetere, nõ propter cauſam fidei publicã, ſed ob priuata odia quæ cũ illo gerunt. Tunc enim etiã ſubditi deſiderare debent vt fugiat, vel quãdo intelligunt Prælati ipſorũ vitã ideò peti, quo liberius poſsint in gregem debacchari, & in oues ac greges graſſari, & hac ratione fugit Athanaſius, & ſcripſit apologiã de hac re, contra caluniatores ſuæ fugæ, vide Aug. Epiſtola. 180. ad Honoratum.

Actꝰ, & 2. Cor. 11. *Acto. 12.* *Ad Hebr. 11.* *Matth. 10* *Simile.* *D. Aug.* *Philippẽſ.* *Athanaſ.* *D. Aug.*

Secundò quæritur, cur fugerit in Egyptũ? Duplex eſt ratio, altera literalis, altera mixtica: Literalis eſt vt eſſet occultior ſeceſſus parẽtũ Chriſti Herodi, nec poſſet ſcire quo abiſſent. Nã ad alia regna finitima Iudeæ, erat breuior, & frequẽtior acceſſus hominũ: ad Egyptum vero lõgior via & magna ex parte propter vaſtas ſolitudines interiectas, minimè frequentabatur. (Aiunt enim) à terra Chanaã ad Egyptũ eſſe iter ſeptuaginta leucarum: ex quibus viginti habitãtur, alię vaſta ſolitudine protẽdũtur. Sed dices: Quare Ioſep non fugit per mare? Nam portus Ioppe à Bethleem tãtum aberat decẽ leucis, vndè erat facillima nauigacio in Egyptum: Sed reſpondetur primo, quòd quia loca maritima ſunt valde frequẽtata ab hominibus, & præcipuè à Regũ miniſtris, non erat ibi refugium tutum. Et Secundo: quia veritus eſt Ioſeph, ne nauſea, & moleſtia maris, ipſi Infanti vel Virgini officeret. Myſtiçæ rationes ſunt plures Chryſ. Theoph. & Euth. duas excogitarũt. Altera, quia duæ nationes maximè in mũdo abundabant ſuperſtitionibus, nẽpè Caldęa, & Aegyptus: quare voluit Chriſtus ita tim poſt ortum ſuum oſtẽdere ſe veniſſe in mundum, vt idolatriam ac cæteras dæmonum illuſiones ſuperſtitioſas exterminaret, ac ab hominibus longè fugaret. Quare per Magos cœpit expiare Chaldæã, & ſua præſentia Aepyptũ conſecrauit. Secundò, quia primus agnus Paſchalis fuit occiſſus in Aegypto, cuius cædes fuit expreſsiſsima figura immolationis Chriſti pro generis humani redemptione: & ideò fugit in Aegyptum, vt oſtendat ſe eſſe verum agnũ illum, quo phaſe, id eſt tranſitũ facimus à tenebris Aegypti ad lucem columnæ cœleſtis: nam ipſe de tenebris nos vocauit in admirabile nomen ſuum. Tertiò, vt renouaretur memoria quatuor Patriarcharũ, quibus fuerat promiſſus Chriſtus, & qui eius geſſerant figuram: qui omnes ex Iudæa fugerant in Aegyptum, nimirum Abrahã, Iſaac, Iacob, & Ioſeph. Quartò, vt hac figura ſignificaretur Regnũ Dei transferendũ eſſe ex Iudæis ad gentes. Moyſes, vt effugeret Pharaonem, fugit ex Aegypto verſus Iudæam: Chriſtus vt fugiat Herodẽ tendit ex Iudæa in Aegyptum. Per quod ſignificabatur aliquando fore, vt propter Chriſtũ Aegyptus fieret vera Iudæa recepta fide Chriſti propter multos Martyres, Eremitas, Cenobitas, & Anachoretas, qui ibi futuri erãt. At verò Iudæã futurã ſpiritualiter Aegyptum, & in ſua perfidia permanſurã: vndè Apoc. 11. loquens de ea Ioan. inquit, eſſe ſpiritualiter Sodoma & Aegyptus.

Dubium. *Exod. 12.* *Exod. 2.* *Apoc.*

Alia

Alia quæſtio eſt, quando Chriſtus fugerit, & quotannis in AEgypto fuerit? Nã aliqui dicunt, quod vno anno poſt, vel biennio poſt. Alij vt D. Thom. quod ſeptẽ annis fuerit in AEgypto, quę omnia niſi coniecturis minimis indagari nequæunt. Ianſenius dicit Dominum fuiſſe vno anno poſt ortum ſuum, & manſiſſe quatuor annis in AEgypto; quod ſine fundamento dicitur: Id autẽ procerto habetur, quod fugit antecędem innocentium, quæ ſi facta eſt paruo tempore poſt diſceſsionem Magorum, colligitur protinus poſt purificationem fugiſſe. Si autem exacto plus vno anno, vt ex Euangelio colligi poteſt dicente, occidiſſe Herodem infantes abimatu & infra, ſequitur quod plus vno anno tranſacto ab eius natiuitate fugit, de quo ſtatim diſſeremus. Secundũ certũ eſt, quod non fuit niſi vſq; ad obitum Herodis. Sed quod ego ex Ioſepho coniectare potui, vno tantũ anno fuit Chriſtus in AEgypto. Nam ſecundum cõputationem Ioſephi, Herodes iſte regnauit 37. annos, & incepit in Olimpiada. 174. Chriſtus natus eſt olimpiada. 193. quæ olimpiades à regno Herodis vſq; ad Chriſtum, conficiunt. 36. annos. Herodes autem poſt fugam Chriſti in AEgyptũ, regnauit vno tantum anno: nam regnum obtinuit. 37. & Chriſtus fuit in AEgypto vſq; ad obitũ Herodis, ergo illo tantũ anno ibi moratus eſt: & hoc credo certũ, ſi certa eſt Ioſephi computatio.

Dubiũ. *Ianſan.*

Alia quæſtio eſt; quidnam ibi contigerit, puero Ieſu & Matri eius. Magiſter hiſtoriæ ſcholaſticæ in hiſtoria Euangelij capit. 25. & Toſtat. q. 60. in. 2. c. Matth. Ricardus in deſcriptione terræ ſanctæ tradunt hæc miracula. Primum accedentibus Chriſti parentibus propè vrbem quę modo dicitur, *el Cayro*, palma quędam inclinauit ramos ſuos, vt poſſent capere fructus eius. Nizephorus lib. 10. hiſtoriæ Euangelicę cap. 31. ſed & fama apud AEgyptios adhuc obtinet (ait) Dei genitricem Ioſeph ductu Hermopolim veniſſe, & quam primũ portas vrbis attigiſſet Perſeam arborem aduentum Chriſti ferre non potuiſſe, & quamuis procera admodum eſſet, ad ſolum tamen ſe demiſiſſe, & paradiſi olim ſatorem adoraſſe. Fortè arbor illa Græcorum more, ab illis incolis diuino honore colebatur, & commota fuit: quoniam dæmon, qui ibi colebabatur commotus eſt, ex horreſcens ad præſentiam eius, qui aboliaturus & oppreſſurus eos erat omnino, & dæmone ex illa arbore pulſo, ad certum rei geſtæ indicium, prona & inclinata permanſit, fide accedentes ſanans: Harum rerum AEgyptij idonei, fideque digni teſtes ſunt. Eadem recenſentur à Sazomeno lib. 5. hiſtoriæ Euangelicę. cap. 21. Imò & ſupradicti authores referũt, cum primum, Heliopolim, ideſt, ſolis vrbẽ, ingreſsi ſunt, & diuertiſſent ad quodam tẽplũ, in quo (vt ait Toſtatus) tot idola erãt, quot ſunt dies in anno, ingreſſu tamẽ Chriſti omnia corruerunt; ſicut cum arca Dei in tẽplo dagon eſt illata, cõfractũ eſt ſimulacrum, & huic videtur adaptare illud Eſai. 19. ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem (ideſt, diuinitas ſuper humanitatẽ leuem à peccatis, quia nullum habebat) & ingredietur AEgyptum, & corruent ſimulacra: & ait Magiſ. hiſt. quod ſicut egredięte populo Hebræorũ, ex AEgypto Exod. 12. nulla fuit domus, in qua non iaceret mortuus, ita ingrediente Chriſto ibidem, nullum fuit templum, in quo no corruereet idolum. Dicitur etiam beatam Virginem, & Ioſeph habitaſſe in loco quodam 10. milliaribus à Cayro diſtanti, vbi eſt fons, in quo bea a Virgo dicitur lauaſſe pãnos, & ipſum puerũ Ieſum; & ibi eſſe lapidẽ vbi ſedebat; qui locus etiam à Sarracenis honoratur, & habent ibi accenſam lampadem, & in illo fonte ſe crebrò labant exiſtimantes, ibi ſordes eorũ ablui: & Brocardus ait ſe vidiſſe, & quod in loco illo, poſteà ortus eſt arbor Balſami, quę rigatur ex aqua illius fontis, & ideo melius eſt Balſamum illud quã alia omnia & noſtri Patres (ait) etiam viderunt, & narruerunt nobis. Nonnulli putant priora eſſe fabuloſa: nam non fuit conueniens, quod Chriſtus in illa ętate miracula ederet, ſed bono iudicio relinquamus. Verum eſt, quod Ioſephus lib. 2. antiq. c. 9. narrat, quemdam ſacerdotem & Magum AEgyptiorum prophetaſſe, quod de Hebræorum gente talis homo naſciturus eſſet, qui totam terram illam perderet, ac proinde Pharaonẽ de interficiendis maſculis cogitaſſe. Hoc autẽ ideò faciebat, vt ille vnus, qui quærebatur, vel ſic inter alios occidi poſſet, ſicut & modo fecit Herodes interficiens reliquos pueros, vt inter illos puerũ Ieſum perimere poſſet; ſed fruſtratus eſt ſicut & ipſe Pharao. Nec hoc mirum de AEgypto, cùm Auguſto Cæſari ſciſcitanti à Pythio, quis poſt ſe regnaturus eſſet (vt ſcribit Suydas) illa reſponderit.

Dubiũ. *Magiſt. hiſt. ſcho. Thoſtat. Ricard.* *Nizephor.* *Toſtat. 1. Reg. 5.* *Eſai. 1. 9* *Magiſt. hiſt. euã. Exod. 12.* *Brocardus* *Ioſeph.*

Me puer Hebræus, diuos denos ipse gubernãs
Cœaere sede iubet, tristemq; repellit ad Orcũ.
Aris ergo de hinc tacitus abscondito nostris.

Et Nizephorus lib.1.hist.Ecclesia.c 17. *Nizephor. Chrys.*
tali inquit responso accepto Cesar Rome est reuersus: atq; ibi in capitolio aram maximam extruxit, cum eiusmodi Latina inscriptura. Ara primogeniti Dei, sed & Chysost.in suis homil.in Babylam martyrem refert Appollo Daphneus Ob martyris illius cineres proximos conticuit. Quid facerent ad præsentiam Christi idola Ægypti? Vndè Origines homil.3.in diuer. fuge *Origenes.*
in Ægyptum(dixit Angelus) vt fugiant de Ægypto, qui ibi sunt dæmones, vt habitẽt ibi Angeli sancti, qui Deum consequuntur, qui sanctis iunguntur; vt pro multitudine templorum, atq; abominationum, multitudo exuberet Ecclesiarũ, pro vitijs & erroribus multis, multa sanctitas, castitas, & virginitas superabundet. Sensus autem literæ hic est, *Surge & accipe puerum.* Idest dicere. Sperrectus accipe puerũ, *Qui cum surrexisset:* hoc est, sperrectus fuisset, ita fecit & ita vertunt Va ablus & Pagninus, idest, *Vatab. Pagnin.*
surgens assume puerum. Itaq; secundum Caietan.non præcipitur, vt surgat, sed tantum vt postquã euigilauerit, accipiat puerum & fugiat. Verum ex facto Ioseph magis apparet, vt intelligatur Angelum præcipisse Ioseph, vt etiam surgeret. Vnde etiã quidam vertit surge & assume. Idem etiam accidit in secunda admonitione Angeli.

Hoc autem totum fructum est: vt impleretur quod dictum est à Domino per prophetam dicẽtem, ex Ægypto vocaui filium meum. Prima difficultas circa hoc testimoniũ est, quoniã non reperitur apud. 70. reperitur tamen, in Hebreo & in versione Hieronymi, Oseę. *Ose.11.*
11. quia puer Israël dilexi eum, & ex Ægypto vocaui filium meum. 70. vero eo loco non ita habẽt: sed ex Ægypto vocaui filios eius. Euthim. & quidam Græci quia hoc testimonium non reperiebant in.70. suspicati sunt illud esse à Iudæis ablatum inuidiosè, sed tamen iudæi habent, &. 70. omisserunt: Quo circa Hier. multis in locis hoc argumento conuincit, necessariã fuisse traditionem scripturę ex Hebræo præter illam quę dicitur.70. quoniam citantur aliqua testimonia ab Euangelistis & Apostolis, quæ nõ reperiũtur in.70. licet in lib. *Num. 23. 24.*
Num.cap.23.&.24. similis sententia reperiatur etiam apud.70. Eduxi Israël ex Ægypto, sed non est quam citat Matthæus: Secunda difficultas est, quoniam Matth. dicens hoc loco: vt impleretur quod dictum est per Prophetam; significat illud dictum Oseæ secundum literã dictum esse de Christo, & tamen secus esse videtur. Nam reuera Oseas ibi loquitur de populo Hebræo. cui Deus exprobrat beneficium, quod ei præstiterat liberando eum ex Ægypto, & carpit eius ingratitudinem. Quare Iulianus apostata lib.7.aduersus Christianos, vt refert Hier.super. c.11. Oseæ, & Hebræi etiã *Hieron.*
calumniãtur hanc citationem Matth. Hæc difficultas multos anxios tenuit. Iansenius *Iansenius.*
ait: aliquando scripturam dicere aliqua impleri in aliquo, non quia illud sit prædictũ in scriptura, sed quia quod vno loco ait scriptura, potest isti rei pulcherrimè applicari: sicut id quod dixit Dñs Pharisæis: Hypocritæ bene prophetauit de vobis Esai. Populus hic labijs me honorat, & tamen Esai.de hypocritis sui temporis dicebat: ita quod dictum est per Oseã de populo Iudaico, totũ istud accõmodari potest Christo, *Matth.15.*
vt fecit Matthæus: sicut si esset Pater valde diligens filium suum diceret aliquis huic *simile.*
potest accommodari illud Virgilij.

Omnis in Ascanio charistat cura parentis.

Hoc autem certe mihi nullo modo placere potest, imò maximè displicet: periret *Sententia authoris.*
enim maximè Euangelistæ authoritas, si sacræ scripturę testimonia, quibus ad conuincendum Hebræos corroborare nititur Euãgelium suum, solum per accomodationem Christo conuenirent. Quod si hoc solo modo hoc testimonium intelligit Matth. non dixisset, vt impleretur quod dictum est per Prophetam: nam non fuisset adimpletum, si hoc non diceretur de Christo. Hieron. *Hieron.*
super hoc cap. Oseæ dicit: hoc dictum secũdum literam pertinere ad populũ Hebræũ, sed secundum figuram, & typum dici de Christo, sicut & eggressio illius populi de Ægypto, fuit figura huius eggressionis Christi, & multa similia reperiuntur in scriptura Ad Galatas.4.quod scriptura narrat de *Galat.4.*
monte Syna & Hierosolyma, de Sarra & *1.Cor.10.*
Agar: Paulus accommodat ad duo testamẽta. Nam vt ait Paul. Omnia illis in figura *August.*
contingebant, & August. non solum illius populi lingua, sed & vita, prophetia & figura erat. Imo addere possumus hoc: omnia cæremonialia habebant duos sensus, vnum literalem historicum congruentem illis, alterum mixticum, quod erat figura eorũ quę erant ventura in lege Euangelica. Iubebat lex

lex vt non comminuerentur ossa agni paschalis, hoc secundum literam & historiam *Exod. 12.*
de illo agno, qui in paschate immolabatur dictum est; & ita seruabatur, aliud secundum figuram pertinebat ad Christum, *Ioan. 19.*
vnde Ioan. accommodauit Christo, vt impleretur quod dictum est os non cõminuetis ex eo. Et vt clarius intelligatur, sciendũ est, in scriptura poni quasdam personas, *Multi fuerũt figura Christi.*
quæ continent expressam figuram Christi inter alias, vt Salomon, & Dauid, vnde Messias nominantur in scriptura nomine *Hier.13.*
vtriusque, vt Hiere.30.& seruient Domino soli, & seruo meo Dauid, qui tamen iã erat *Ezech.34.*
mortuus. 400. annis ante, & Ezech. 34. mittam ad eos seruum meum Dauid loquitur de Messia. De Salomone in Cant. dicitur: Eggredimini filię Syon, & videte Regem Salomonem: sed obseruandum aliqua *Cant.3.*
dici in scriptura de istis, quæ ipsis solis conueniunt non Christo, vt Psal. 21. Longè à salute mea verba delictorum meorum, hoc ipsius est Dauid literaliter: quædam ipsi conueniunt Dauid in illo Psal. & Christo, vt Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti? Tertio quędã dicuntur in persona Dauid, sed soli Christo conueniũt, vt illud quod ibidem dicitur: Foderunt manus meas, & pedes meos, & dinumerarunt omnia ossa mea. Considerandũ ergo quod quædam illis conueniunt, secundum quod sunt tales personæ, quædam secundũ quod gerebant figuram Christi. Secundum quod sunt tales personæ, de illis loquitur historia & litera, misticè vero de Christo. At ea quę de illis dicuntur tantum secundũ quod gerebant figuram Christi, secundum literalẽ sensum cõueniunt Christo, vt plurima quę *Psal. 71.*
Psal.71, dicuntur de Salomone secundum quod erat figura Christi, nullo modo secundum literã conueniunt Salomoni, sed Christo, vt illud, regnauit à mari vsq; ad mare; & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarũ, & adorent eum omnes Reges, omnes gẽtes seruient ei: & stabiliam thronum eius in æternum, & alia quæ ibi inuenies, quę nullatenus Salomoni conuenire poterunt, sed Christo. Ad propositum ergo populus Hebræorum in hoc fuit figura Christi: quoniã *Figura.*
metu famis in terra Chanaam vbi habitabat, fugit in Ægyptum Iacob, scilicet, & *Gene.46.*
duodecim Patriarchæ: deinde monitu Dei, ex Ægypto iterum reuersus est in terrã promissam. Sic Christus metu Herodis fugit in Ægyptum: deinde monitu Angeli reuersus est Iudęam, vbi prædicatione sua promisit se dare vitam æternam, & in hoc adaptatur testimoniũ Oseæ, ac Matth. Tertia opinio est dictum Oseę habere duos sensus literales, secundum alterum pertinere ad populum Iudæorum, sed secundum alterũ ad Christum: non enim negandum est, eũdem locum posse capere plures sensus literales. Michaël Medina minorita lib.6. de *Michaël medina.*
recta fide cap.15. refellit hanc opinionem, eo quod ipse contendit vnius loci nõ posse esse nisi vnum sensum literalem, cæteros omnes mixticos inter quos est aliquis principaliter intentus ex quo licet argumentari. Hoc autem certè non placet mihi, cum *Sententia authoris. D. Aug.*
sit expresse contra D. August. lib.3.de doctrina Christiana &.10. confessio, & contra communem sententiam ferè omniũ doctorum, & ratione arguitur contra hoc. Nam aut sensus literalis diffinitur esse is qui per se intentus est ab authore scripturæ: & hoc modo non est dubium quin potuerit scripturæ author intendere multos *Multos sensus continet sæpe eadẽ literæ.*
sensus per eadem verba, secundum propriã significationem, si propriè sumantur, vel secundum metaphoricam, si metaphoricè vsurpentur, sicut in parabolis, sed possunt verba vnius loci secundum propriam significationem admittere multos sensus literales ergo. Exemplum est in illo, In principio *Genes.*
creauit Deus cœlum & terram. In principio, idest, ante omnia alia. Vel in principio, idest, abinitio temporis. Non ergo potest dici, quod vnus est literalis tantum: nam verba vtrumq; æquè admittunt. Sed quoniam sententia D. Hieron. ferè ab omni- *Hieron.*
bus amplectitur (etiam si mihi potius arrideat quod sit sensus literalis ille quem citat Euangelista, vt statim videbimus) tamen in gratiam tanti Doctoris, & illorum qui illius sententiã sequũtur, & q̃ doctrina hæc vtilis erit ad intelligentiã sacrarũ literarũ, quod mihi multũ in animo est docere, aduertẽdũ est primo, q̃ duplex est genus sensus mixtici. Alterum pro arbitrio cuiusq; confectũ qui sensus si habet veritatem & pietatem, non est contemnendus, verum talis sensus est inefficax ad probanda dogmata fidei (quoniam vt Hieron.super. c.13. Matth. & *Hieron.*
Augustin. contra Vincentium Donat. & *August.*
D.Dionys.docent. Theologia mixtica nõ *Dion.*
est argumentatiua. Quare cũ Hieronymus & qui eum sequuntur dicunt, dictum Oseę conuenire Christo secundum sensum mixticum, non intelligitur de hoc sensu: quia non

non diceret Matth. vt adimpleretur, iſte enim ſenſus eſt indefinitus, & nõ pertinet ad complementum ſcripturæ. Alius tamen ſenſus mixticus eſt, qui ab authore ſcripturæ intentus fuit, & voluit deſignari & ſignificari per illam hiſtoriam, & literam quam
Num. 21. narrat ſcriptura (v. g.) Exaltatio ſerpentis in deſerto, fuit figura intenta exaltationis
Exod. 12. Chriſti in cruce. Non eſſe comminuenda oſſa agni paſchalis fuit figura, nõ cõminutũ iri oſſa Chriſti in carne. Talis ſenſus mixticus pertinet ad complementum ſcripturæ; quia eſt intentus ab eius authore, & eſt efficax ad argumentandum, non ex verbis ſed ex intentione authoris ſcripturæ habet robur. Et hoc modo plerunq; Euangeliſtæ Apoſtoli, & ipſe Chriſtus, arguunt ſecundum hunc ſenſum mixticum, ſicut Paul. ad
Paul. Gal. 4. Galatas vbi illum ſenſum appellat allegoricum, &
1. Cor. 10. 1. Cor. 10. appellat illum figuratiuũ,
Hebr. 10. & Hebræorum. 10. adumbratiuum. Sed dices: Qua ratione diſcerni poterit, quis ſenſus mixticus ſit intentus ab authore ſcripturæ? Ad hoc cognoſcendum ſunt tres re-
Regula. 1. gulę. Prima eſt, quando in aliquo loco ſcripturæ multa dicuntur de aliqua perſona, vt Pſal. 2. & 21. de Dauid. & Pſal. 44. & 71. de Salomone, quæ ita conueniunt illi ſecundum hiſtoriam, vt etiam pulchrè conueniãt Meſsiæ, ſecundũ figuram, ſi in eo loco præter ea quæ ſunt communia illi perſonæ de qua loquitur hiſtoria, tradantur aliqua quæ non conueniunt illi ſed Meſsiæ: eſt argumẽtum illa cõmunia vere conuenire Chriſto, ſecundũ ſenſum mixticũ intẽtũ ab Spi
Pſal. 2. ritu ſancto. Sicut Pſal. 2. dicitur de Dauid: Filius meus es tu ego hodie genui te. Hoc certum eſt non conuenire Dauid, ſed Chri
Pſal. 21. ſto, & Pſal. 21. Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerũt omnia oſſa mea: Chriſto tantum hoc conuenit. Similiter
Pſal. 71. Pſal. 71. Adorabunt eum omnes Reges terræ. Hoc non conuenit Salomoni, & alia quæ ibi ſunt plurima: eſt ſignum manifeſtum, quod in iſtis Pſalmis author ſcripturę loquitur de Chriſto, in perſona Dauidis, & Salomonis. Secunda regula: ſi ſit aliquis locus ſcripturę, cuius ſenſus literalis eſt admodum humilis, & non valde dignus; ſenſus autem mixticus maximè conuenit grauitati ſcripturæ & ſapientiæ Dei, ille fuit
1. Cor. 9. intentus ab authore 1. Cor. 9. probare nititur Paul. prędicatorem Euangelij, alendũ eſſe à Chriſtianis, quia dignus eſt operarius cibo ſuo: & probat ex illa ſententia Deuteron. 25. non alligabis os bobi trituranti, & Deut. 25
ſubdit. Num quid Deo cura eſt de bobus? Significat in hoc D. Pau. quod non ſolum ſenſus literalis illius loci eſt intentus à Spiritu ſancto, ſed etiam mixticus, imò & poti- Regul. 3.
ſiſimum mixticus. Tertia regula eſt, quando ſenſus mixticus eſt receptus ab Eccleſia vel ſacris ſcriptoribus, vel à communi doctrina patrum, ille eſt habendus intentus ab Spiritu ſancto, vnde Euãgeliſtę & Apoſtoli ſępe argumentãtur ſecundum ſenſum mixticũ, argumẽtãtur tamẽ efficaciter: quia eo tempore, in ſinagoga erat receptus ille ſenſus mixticus, ſicut quod Dauid & Salomon erant figura Meſsię, & modo inter catholicos apud patres cõmuniter receptum
Eſaiæ. 14. eſt, quod illud Eſai. quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? ſecũdum hiſtoriam dictum eſſe de Rege Babylonis, ſed ſecundum ſenſum mixticũ de caſu Lu-
Sententia. ciferi. Attamen licet hæc rectè dicta ſint; ego tamen probabilius exiſtimo, illa verba prophetię in ſenſu literali dici de Chriſto. Caput. 11. ſic incipit. Sicut mane tranſit, ſic pertrãſijt Rex Iſraël, quia puer Iſraël & dilexi eum, & ex Ægypto vocaui filiũ meũ. Igitur pro huius loci intelligentia, reuocare oportet in memoriã, quod Chriſtus venit in hunc mundum, vt ſua præſentia, atq; doctrina doceret populum Iſraëliticũ, atq; illi innumera benefitia cõferret: ſecũdũ il
Zach. 9. lud Zacharię: Ecce Rex tuus tibi venit mã ſuetus, ſedens ſuper aſinam, & pullum filium ſubiugalis. Quæ verba Matth. 21. &
Matth. 21. & Ioa. 12. Ioan. 12. explicant de introitu Chriſti in
Matth. 15. Hieruſalẽ in die palmarũ, in ſuper Mat. 15. dixit Dominus mulieri Chananea: Nõ ſum
Rom. 25. miſſus, niſi ad oues quæ perierunt domus Iſraël. & Rom. 15. etiam cum dicitur, dico Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circunciſionis (id eſt Iudęorũ) ad confirmandas promiſsiones Patrum. Inſuper conſiderandum eſt Chriſtum ſæpiſsimè dici in ſacra ſcriptura Regem Iſraël. Zach. 9. Ecce Rex tuus ti-
Zach. 9. Oſeæ. 3. bi venit: & Oſeas: Poſt hęc filij Iſraël quę-
Matth. 21 & Luc. 19 rent Dauid Regẽ ſuũ. Matth. 21. & Luc. 19.
Ioan. 1. Benedictus qui venit Rex in nomine Domini. Et Ioan. 1. Tu es filius Dei, tu es Rex Iſraël. His conſtitutis explicatio noſtra facillimè cohęret, vt lignum nectitur ligno. Vult dicere Propheta: Sicut mane citiſſemè trãſit cum illuminat: ità etiam Meſsias Rex Iſraël, paucis diebus in mundo conuerſabitur, iuxta illud Luc. 13. Ecce ego hodie & cras, ſanitates perficio, & tertia die conſu-

mor. Attamen quoniã populus Iſraëliticus à me eſt dilectus, tanquam filius te-
Hierem. 31 nellus, & delicatus, ſecundũ illud Hier. 31. Si filius mihi honorabilis eſt Ephraim, ſi puer delicatus. Ego miſi filium meum in mun-
Eſai. 62. dum, vt illuminaret Iſraël, ſecundum quod prædixerat Eſai. 62. Propter Syon non tacebo, donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius, & Saluator eius, vt lampas accẽdatur; & hac de cauſa nolo, vt filius meus diù moretur extra populum Iſraël, quare ſublata occaſione fugæ eius in Ægyptum, ex Ægypto vocaui filium meum. Hoc eſt traduxi citò illum ab illa prouincia in terrã Iſraël. Iſtæc interpretatio ſuadetur etiam ex contextu Euangelico. Nam dicitur, & erat ibi ſcilicet, in Ægypto, vſq; ad obitum Hero-
Quo tẽpore fuerint occiſi Innocentes. dis. Vult dicere Euangeliſta: Tranſmigratio illius ſolum modo facta eſt, vt euitaretur Herodis ſæuitia; & ſubdit vt adimpleretur, quod dictum eſt. Ex Ægypto vocaui filium meum.

Tunc Herodes videſ quoniã illuſus eſſet à Magis, iratus eſt valde. Quæſtio eſt quanto tempore poſt ortum Chriſti, & poſt adorationem Magorum facta ſit iſta cædes. Primò ſtatuendum eſt tanquam certiſsimum, factam fuiſſe poſt purificationem, id eſt, poſt 40. dies ab ortu Chriſti. Nam ſi anteà facta fuiſſet cędes, Chriſtus fuiſſet deprehenſus: quia fuit in Bethleem vſque ad diem purificationis. Quod ſi arguas non eſſe credibile Herodem ante diem purificationis non intellixiſſe diſceſſum Magorum, quia Magi venerunt Bethleem tertiadecima die poſt ortum Chriſti, nec poteſt dici quod Chriſtus miraculoſè ſe defendit: quoniam illi ætati id non conueniebat, quod ſi feciſſet Euangeliſtæ id non tacuiſſent, & etiam quia ſuperflua fuiſſet monitio Angeli, vt fu-
Epiph. & Aguſ. gerent in Ægyptum, ſi miraculoſè euaſiſſet Herodem. Aliqui dicunt biennio poſt ortum Chriſti factã fuiſſe cędem. Nã aiũt Magos veniſſe biennio poſt, in qua ſententia ſunt Epiphanius, & Auguſt. quia Euangeliſta dicit, abimatu & infra, ſecundũ tempus quod exquiſierat à Magis. Secunda opinio eſt iſtam cędem factã fuiſſe biennio poſtquã apparuit Stella Magis, ſed aliquot diebus poſt purificationẽ, volunt enim ſtellam apparuiſſe biennio ante ortum Chriſti
mag. hiſt. ſchol. vnde Herodes arbitratus eſt fuiſſe ortum Chriſtum tempore apparitionis Stellæ. In
D. Thom. Ly. & Ca. hanc ſententiã veniunt Chryſ. & Euthim. Tertia opinio eſt quã Magiſt. hiſtor. ſchol. ſuper Euangel. cap. 11. ponit (cui ſubſcribunt D. Thom. Lyr. & Caiet. & alij) cædẽ hanc factam fuiſſe biennio poſt adorationem Magorum, & rationem quare tantum tempus hanc ſtragem diſtulit Herodes aiũt fuiſſe: quia coactus eſt Herodes Romam pergere conuentus à filijs proprijs, qui eũ coram Cæſare accuſarunt. Sed tamen huic ſententiæ videtur aduerſari quod Matth. dicit, nempè quod videns Herodes, quoniã illuſus eſſet à Magis, occiſionem illam puerorũ fecit, id eſt, protinus quod intellexit. Et ſecundò, quia profectio illa Herodis in tali tempore ex nulla autentica hiſtoria cõſtat: nam licet Ioſephus illam ſcribat; non tamen deſignat tempus, imò verò ſi quis Ioſeph.
attentè conſideret Ioſephum, reperiet in aliud tẽpus incidiſſe: & contra omnes iſtas opiniones ſimul eſt hoc argumentum. Si Herodes biennio poſt apparitionem Stellæ, vel ortum Chriſti feciſſet hanc cędem, non feciſſet ab imatu & infra, ſed potius ab imatu & ſupra: quia certo ſciebat trãſactũ biennium, & quod in aduentu Magorũ iã erat natus Domin? cũ ipſi Magi dixerint: Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudęorum? Quarta opinio eſt Bedæ ſuper hunc locum, hãc
occiſionem factam fuiſſe vno anno, & qua- Bedæ.
tuor diebus poſt ortum Chriſti: ſed hæc infirmo innititur fundamẽto, nimirum quod Eccleſia ita celebrat: nam nõ ex hoc ſequitur quod tunc fuerit, cum multas celebret feſtiuitates alio tempore quam fuerint, vt martyrium S. Stephani, S. Iacob. Deinde dicens fuiſſe eodem die, quomodo probat non fuiſſe altero anno. Quinta opinio eſt factam fuiſſe aliquanto tempore poſt purificationem, quanto autem poſt, incertum eſt: ſed hoc poteſt dici eſſe factã ante biennium ab ortu Chriſti, nam Herodes iuſsit occidi abimatu & infra. Et ad arg. quod ſupra fecimus (quia non tanto tempore potuiſſet latere Herodem diſceſſum Magorũ, cum Bethleem parũ à Hieroſolymis diſtet) reſpondet Toſtatus, quia exiſtimauit eos, in inquirendo de puero occupatos, non eſt percontatus de illis. At poſt purificationem videns eos longiores traheremoras, requiſiuit & intellexit eorum diſceſſum. Vel poteſt dici Herodem quidem cognouiſſe Magorum diſceſſum ante purificationem, ſed putaſſe præ pudore quia non inueniſſent puerum, non fuiſſe auſos redire ad illum. Sed quæres: Cur poſt purificationẽ, tanta exarſit ira Herodis? Reſpõdet fortè dela-

delatum ad illũ fuiſſe, quæ Symeon; & Anna de illo in templo publicè dixiſſent: nam hoc Hieroſolymis contigit, vbi & Herodes erat. Quare ille tunc cognouit ſe illuſum à Magis, conferens quæ Magi dixerant cum his quæ in templo contigerant. Exiſtimauit autem ſe à Magis illuſum, & quia promiſerant ſe illi renuntiaturos de puero, quod minimè fecerunt, & quia fruſtratus eſt ſpe ſua; nam ſperabat ſe per Magos deprehenſurum puerum & necaturum, *Iratus eſt valde*, de cuiuſq; hominis ira benè dixit Iacobus: Ira viri Dei iuſtitiã non operatur: cæterum Regis ira pernitioſior cũctis eſt. Vnde Prou. 20. dicitur: Sicut rugitus leonis, ita & Regis ira. & cap. 16. Indignatio Regis nuntij mortis. Illa autem Regum ira inextinguibilis eſt (ait Chryſ.) quam zelus Regni accendit. Nã Iud. 9. dicitur de Abimelech, quod vt ſecurus regnaret, occidit 70. fratres ſuper lapidem vnum, & ſimiliter Saul, cũ timeret ſibi regnum ablatum iri à Dauide, præ furore occidit vna die. 85. ſacerdotes; eo quod Abiathar receperat in domo ſua Dauid. Vnde & Iulius Cæſar dicere ſolitus erat. Si ius violandum eſt amore regnandi violandum eſt, in cæteris pietatem colas.

Iacob. 1. *Prouer. 2.* *Prouer. 16* *Chryſ.* *Iudith. 9.* *1. Reg. 22.*

Et mittens. Credendũ eſt Herodẽ prius quam mitteret vſum eſſe hac cautione. Miſiſſe qui explorarent ætatem puerorũ, à bimatu & infra, & hoc occultè, vel aliqua bona cauſa ſimulata; poſteà miſiſſe ſatellites ad cædem eorum perpetrandam. Niſi enim ita feciſſet indiſcreta ac confuſa fieret cædes multorum, *Iuſſit occidi omnes pueros, qui erant in Bethleem.* Immanis crudelitas & execranda. Tres legimus in ſcriptura Reges crudeliſsimos contra infantes Iudæorum. Primus Pharao, qui mares omnes ſuffocari præcepit, protinus vt nati eſſent. Secundus fuit Anthiocus Epiphanes, qui iubebat ſuſpendi infantes. 1. Mach. 1. Tertius iſte Herodes, *Et in omnibus finibus eius*, in finibus, ideſt, in agro, & in locis finitimis exiſtentibus in Bethleem. Vel in finibus, ideſt, in territorio Bethleem. Cauſa occiſsionis fuit: quia cognouerat Herodes ex vaticinio Micheę, Chriſtum in Bethleem naſciturum. Cauſa autem quare occidit eos qui erant in finibus eſt, prima, quia in ſcriptura nomen alicuius vrbis aliquãdo ſumitur, vel pro ipſa vrbe vel etiam pro agris ipſius vrbis, vt Ioſ. 5. iuxta Latinam verſionem, dicit Ioſue vidiſſe Angelum ſtantem in agro vrbis Hierico, & in Hebr. eſt in vrbe Hierico, ſed Ioſue erat tunc in agro, Herodes neſciẽs vtro modo ſumeretur cautionis cauſa occidit etiam infantes, qui erant in vrbe & in agro. Eſt etiam & altera cauſa quia ciues alicuius vrbis ſolent habere in agro villas ſuas, quo certis temporibus commigrare ſolent: ſic etiam in agro Bethleemitico erant domus, in quibus aliquando incola Bethleemitæ habitabant. Ideo Herodes ob maiorem cautionem, ne vlla in parte euaderet Chriſtus, etiam finitimos occidi iuſsit. Mihi admodum fit credibile Herodem cognouiſſe ex Bethleemitis, parentes Chriſti eſſe Galileos, & illuc veniſſe profeſsionis cauſa: quamobrem Herodem miſiſſe in Galileam viros, qui explorarent, an ibi poſſet inueniri Chriſtus, & cum non inueniſſent fecit occidi Bethleemitas: nam quia Chriſtus nõ eſſet tutus in Galileа fugit in Ægyptum. Quare eſt exiſtimandum; Herodem totam Iudeam luſtraſſe Chriſtum quærendo, *A bimatu & infra.* Tres ſunt opiniones quæ nulla fulciuntur veritate, circa hoc. Prima eſt quam ſtatim retulimus hanc cædem eſſe factam biennio tranſacto poſt apparitionẽ Stellæ, in qua ſunt plurimi Epiphan. Auguſt. Chryſoſ. Euthim. Mag. hiſtſchol. Lyranus. D. Thom. & alij, ſed hanc ſupra redarguimus nõ eſſe probabilem, ex contextu ipſo. Nam ſi iam erat tranſactum biennium ab apparitione Stellæ, debuiſſet potius occidere pueros, qui erant ſupra bimatum, & non infra. Altera opinio eſt dicentiũ fuiſſe occiſſos pueros à bimatu vſq; ad quinquenniũ, quo finitur pueritia: quia inter eſſa innocentium oſtenduntur quędã, quę arguunt ipſos fuiſſe grandiores bimatu. Sed contra hoc facit dictio infra, ad quam tamen ipſi reſpondent, in hoc loco hanc dictionem, infra, non ſignificare ordinem temporis, ſed numeri, & idem valere ac ſi diceres binarius numerus eſt primus, ternarius ſecundus, &c. Sed hoc nulla probabilitate fulcitur. Quoniam nuſquam nec in in ſcriptura, nec alibi ſic accipitur dictio ipſa. Præterea, quia nulla ratio eſt quare Herodes occidere vellet à bimatu vſque ad quinquennium, hanc refert Magiſter hiſtoriæ ſcholaſtic. & Toſtatus, ſed non nominant authores eius. Tertia opinio eſt Bedæ qui illud, infra, extendit vſque ad infantes vnius diei. Sed contra hoc facit etiam illa particula, infra, & illa, ſecundum tempus quod exquiſierat à Magis, ideſt, ſecundũ tempus apparitionis Stellæ: cum

Exod. 1. *1. Mach. 1* *et 2. Mac. 6.* *Toſtatus.* *3. Opinio.* *Beda.*

cum ergo iam multum tẽporis defluxiſſet ab apparitione Stellę erat irrationabile, & ſine propoſito occidere infantes vni⁹ diei. Reſpondet tamen Beda veritum fuiſſe Herodem, ne puer ille mutaret vultum ſuum, & indueret vultum pueri vnius diei: eo q̃ ſidera cœleſtia illi famulari videbat. Hoc autem confutat Toſtatus, quia Herodes nõ credidit Stellam illã mirabilem apparuiſſe Magis. Deinde ſi Herodes putaſſet Chriſtum poſſe mutare vultum ſuum, ſicut poterat vnius diei vultum fingere, ita & maioris ætatis; & ſi hoc credidiſſet Herodes, facile ſibi perſuaſiſſet puerum euaſurum manus ſuas. Igitur qđ mihi videtur poſſe quaſi certum affirmari hoc eſt: Cædem illam factã fuiſſe poſt purificationem, & ante biennium nauitatis Chriſti, ideſt, à bimatu. Sed ſi facta eſt ante biennium, quare ergo occidit bimulos? Reſpondet, nõ ſolum occidiſſe infantes quorum natiuitas congruebat apparitioni Stellæ, ſed etiam paulo ante natos: quia dubitare potuit, num Stella eo ipſo die natiuitatis apparuiſſet an antea, ideò vt tutius procederet, occidit omnes à bimatu, & infra. Itaq; conſtructio horum verborum ſecundum Euthim. & alios hæc eſt. Iuſsit occidi puerulos à bimatu, ideſt, bimulos, ſecuritatis & cautionis cauſa, & hic fiat punctum, & legatur deinde; & infra ſecundum tẽpus quod exquiſierat à Magis, ideſt, non omnes ſed eos quorum natiuitas conueniebat apparitioni Stellæ. Nã ſicut crudelitate ſua extendit locum, cautionis cauſa, vt non ſolum pueros quierant in Bethleem, ſed etiam finitimos occideret: ita extẽdit & tempus, vt non ſolũ trium aut quatuor menſium, aut vnius anni, ſed vſq; ad duos extendit tempus, vt nec tempore, nec loco euaderet Chriſtus, *Tunc impletum eſt eſt quod dictum eſt per Hierem. Prophetam: Vox in Rama audita eſt, &c.* Quæſtio eſt circa locum hunc Hierem. 33. an citetur ab Euangeliſta in ſenſu literali; ita quod voluerit vaticinari Propheta hãc necem in his verbis. Chryſ. Theoph. & Euthym. id affirmant, ſcilicet, quod in ſenſu literali citatur: vt oſtenderet Euangeliſta hanc necem à Deo præuiſſam & prædictam, nec à caſu factam: Caietan. dicit ad literam loqui de captiuitate decem tribuum, quæ nondum reſtituta eſt: nam vſq; in finem mundi non ſaluabunt reliquæ, & hic ſecũdum ſenſum mixticum, tantũ adduci à Propheta, quod etiã videtur inſinuare D. Hieron. in illud c. Hierem. Igitur intelligendum eſt Spiritũ ſanctum per illa verba Hierem. ſecundum hiſtoriam, voluiſſe deſcribere calamitatem & luctum captiuitatis, ſed in eadem hiſtoria voluiſſe ſignificare luctum futurum in Eccleſia, de cæde martyrũ, quorum primitiæ fuerunt Innocentes. *Vox in Rama audita eſt.* Obſerua, nomen Rama, aliquando ſignificat vrbẽ in tribu Beniamin, diſtantem duabus leucis à Hieruſalem, & quatuor à Bethleem. Hieroſolyma erat media inter Bethleem & Rama. Non ſic accipitur hoc loco: Nam non eſt ſenſus fletum Bethleemitarum auditum fuiſſe vſq; in Rama: nã in loco Hierem. non accipitur pro vrbe iſta, ergo nec hic. Deinde quia non eſt credibile fletum Bethleemitarum auditum eſſe vſq; in Rama, cuius vrbis fit mentio. Iud. 19. Aliquãdo autem hęc vox, Rama, ſignificat ſublime & excelſum, & eſt ſenſus. Tantus fuit luctus ac planctus, vt ſpargeretur per aërem. Vnde Hiero. vertit: Vox in excelſo audita eſt, & alij etiam ita vertunt. Miratur Toſtatus cur Latinus interpres reliquerit vocem Rama. Reſpõdeo feciſſe hoc ſequutus 70. qui in loco Hieremiæ ita vertunt. Vox in Rama, *Ploratus & vlulatus multos*: in Hebr. eſt fletus amaritudinũ. Cauſa nanq; magni doloris erat infantulos inſontes ad mortem crudeliſsimè trahi, & ſicut apud Ægyptios, cum omnium primogenita ab Angelo percuterentur, factus eſt planctus magnus; ita vt nulla eſſet domus in qua non eſſet fletus & luctus; quia nulla erat in qua non iaceret mortuus: ſic apud Bethleemitas factum eſſe cogita, *Rachel plorans filios ſuos.* Hieremias dixit Rachel, eo quod Principes decem tribuum de quarum captiuitate agebat, erãt de Ephraim. Nam Hieroboã primus eorum Rex de tribu fuit Ephraim, qui fuit nepos Rachelis. At Mat. multo cõmodiùs dixit Rachel pro Bethleẽ, quia Rachel erat ſepulta in Bethleẽ, vt patet in Gen. *Et nolluit conſolari quia non ſunt.* Nõ quaſi non eſſent, quia ſciebat illos eſſe in vita æterna, ſed Hieremias, & Matth. tantum dicunt fuiſſe dolorem, vt conſolationem nõ admitteret, ſicut & dolor Iacob pro Ioſeph, qui noluit filiorum conſolationem admittere. Eſt enim phraſis Hebræa, quia non ſunt, ideſt, quia erãt mortui. Sed quæritur quantus fuerit numerus horum Innocentium. Aliqui dicũt fuiſſe mille, & ad hoc accomodant illud Cant. dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus. Candi-

Beda. *Toſtatus.* *Hierem. 33* *Chryſoſt. Theoph. et Euthim.* *Caiet.* *D. Hiero.* *Iudic. 19.* *D. Hiero.* *Similitudo.* *Hier. 31.* *Gene. 35* *Cant. 5.*

Cãdidus in Ioanne, propter virginitatem: rubicũdus in Eſtephano, propter effuſionẽ ſanguinis, electus ex millibus propter innocentes: idcirco Eccleſia horum feſtiuitatem celebrat poſt natiuitatem Chriſti. Verum hæc ſentẽtia nihil firmum habet, quoniam mixtica eſt omnino: præſertim cum eſſe electum ex mille, ſit phraſis ſcripturæ ideſt, ex plurimis, licet poſsit in confirmationem huius ſententiæ afferri carmẽ Pru-
Prudentiꝰ dentij in carmine de Romano martyre; vbi dicit, mille pueros paruulos in Bethleem bibiſſe calicem Chriſti: ſed frequens eſt in ſacris & prophanis numerum mille, vel decemmillia vſurpari pro numero indefinito. Nam ſcriptura vtitur numeris ſepties, centies, & mille pro indefinitis, & ſic multiplicando, vt millia millium ſeptuagies ſepties. Alij dixerunt fuiſſe centum quadranginta quatuor millia, quia Eccleſia celebrat in eorum feſto viſionem Ioann. Euangeliſtæ
Apoc. 4. Apocal. 14. vbi dicit, ſe vediſſe centũ quadraginta quatuor millia ſignatos ſtantes cũ agno, ſed nullo modo eſt hoc credibile, tot pueros bimulos repertos fuiſſe in Bethleẽ, imò nec in tota tribu Iuda. Eccleſia autem vſurpat illud teſtimonium Ioannis fortaſsis per illum numerũ determinatũ volens exprimere indeterminatũ numerum innocẽtium, vel adaptat, non quia tantus fuerit numerus occiſſorum, ſed propter aliquod myſterium deſignatum illo numero, pertinens ad cædem, vel gloriam innocentium. Vel tertio poteſt dici: Ideo Eccleſia accõmodat illud Ioann. propter communia verba quæ ibi ſubduntur, quæ congruere iſtis infantibus valde videtur; nempe cum dicitur: Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: virgines enim ſunt. Hi empti ſunt ex omnibus primitiæ Deo & agno, & in ore eorum non eſt inuentum mendaciũ.
Numerus innocẽtiũ quos occidit Herodes incognitus. Dicimus ergo numerum iſtorum infantium eſſe hominibus incompertum, & ſoli Deo cognitũ. Attamen conueniens fuit, vt Chriſtus hos infantes permitteret occidi, etiam ſi eos ſeruare alias poſſet. Primò vt oſtenderet ſe eſſe Dominum vitæ & mortis. Nã vita cuiuſcumq; creaturæ, magis eſt Dei: quam vita gallinę eius qui poſsidet. Secundò, quia poteſt minus bonum exponi periculo pro maiori, maius autem bonum erat obſeruatio vitę Chriſti, quam omnium hominũ. Nam ſi Princeps pro defenſione vitę ſuæ poteſt exponere vitas ſubditorũ quanto magis Chriſtus. Et maius bonum accedebat infantibus: nam decedebant à vita tẽporali accedebat ad eos æterna, atq; beata vita, & inſignis palma martyrij. Vndè Hi-
D. Hilar. larius dicit: In profectum æternitatis, per martyrij gloriam offerebantur. Alia grauior queſtio eſt an poſsint iſti dici martyres
An innocentes propriè dicantur martyres. verè. Cauſa dubitãdi eſt, quia nullius virtutis actus cenſetur bonus & laudabilis, niſi fuerit voluntarius. Martyrium eſt præſtantiſsimus actus fortitudinis ergo requirit maximè voluntatem, iſti autem infantuli eam non habuerunt ergo. Pro huius difficultatis intelligentia aduertendum eſt perfectam martyrij rationem tribus conſtare. Primò debet concurrere perpeſsio mortis, ſi quis enim grauiſsima tormẽta perferat, niſi moriatur, non eſt martyr, ſed confeſsio & paſsio quæ faciunt martyrium, debent afferre mortem, vel paulatim, vel ſtatim. Secundò debet concurrere cauſa martyrij, vt ſit propter veram fidem Chriſti: ſi quis enim hęreticus, vel ſciſmaticus ſui erroris pertinax occidatur à paganis propter Chriſtum, non eſt martyr: ait enim Cyprianus martyrem
D. Cyprin. cauſa non pœna facit, & Auguſt. non ſuſcipimus in martyribus quod paſsi ſunt; ſed
D. Auguſt. propter quẽ paſsi ſunt. Non eſt eorũ pœna in laude, ſed fides eſt in honore. Scire ergo oportet quænã debet eſſe cauſam martyrij. Omnis actꝰ cuiuſlibet virtutis omnis peccati venialis euitatio ſi ex fide fiat propter Deum eſt iuſta cauſa martyrij. Nam ſi quis mortẽ oppeteret pro defenſione virtutis, vt eſt moralis virtus tantũ, vel politica non eſt martyr. Iſti autẽ pueri occiſsi ſunt propter Chriſtum; quia Herodes quærens Chriſtũ occidit illos. Tertiò martyrium debet eſſe voluntarium. ſic docet D. Tho. 2. 2. q. 124. art. 1. vbi dicit, dixiſſe quoſdam, iſtis puerulis acceleratum fuiſſe vſum rationis, vt ita fieri poſſent martyres, ꝙ tamẽ ipſe reprobat: quia non ſunt admittenda miracula ſine neceſsitate: & falſum hoc eſſe ex
D. Auguſt. D. Auguſt. arguitur. Qui in .1. ſermon. de innoc. attribuit eis vlalutum & planctum,
Chryſoſt. indicium naturæ repugnãtis & nolentis mori. Chryſoſ. homil. 2. de innoc. quæ habetur ſub fine. tom. 2. ait. Agnoſcunt & prædicant Dominum, quem non illos humana docuit perſuaſio, ſed quem illis diuinitas inſpirauit. Quæ verba ſic ſunt interpretanda, ſicut cum dicunt patres, ſidera & elementa luxiſse mortem Chriſti, & coarguũt perfidiam Iudæorum, ideſt, quod homines videntes illa intellexerunt maieſtatem Chriſti,

Chriſti, & perfidiam Iudæorum, ſic iſti innocentes prædicant Chriſtum: quia nos illum in morte eorum prædicamus. Alij dicunt propriè non conuenire innocentibus palma martyrij, ſed ex priuilegio eis
Innocẽtes verè fuerũt martyres. conceſſam fuiſſe à Deo, qui in hoc diſpenſauit cum illis, ſed tamen veritas eſt eos fuiſſe martyres, nec opus fuit proprio ar-
D. Benar. bitrio aut voluntate: quoniam vt docet Auguſtin. & Bernard. ſicut in infantibus baptizatis in Chriſto, vt ſalui fiant non eſt opus libero arbitrio, ſed per Chriſti merita ſaluantur; ſic in innocentibus iſtis non fuit opus libero arbitrio, ſed ſufficit mors
Auguſt. tolerata pro Chriſto. Vnde ait Auguſtin. Qui dubitant an innocentes fuerint martyres Chriſti, quia non habuerunt vſum liberi arbitrij: dubitant etiam an infantes baptizati decedentes à vita ſaluentur. Ratio
D. Thom. D. Thom. ad probandum quod fuerint martyres hęc eſt. Sicuti pueris configuratio mortis Chriſti per baptiſmum prodeſt, vt per meritũ Chriſti ſaluentur: ita imitatio realis mortis Chriſti eſt cauſa, vt habeant per meritum Chriſti martyrij coronam. Alia quæſtio eſt, an innocentes rectè appellentur primitiæ martyrum? Reſpondetur ſi abſolutè loquamur innocentes fuere primitiæ: vnde Prudentius, & Au-
Quomodo innocẽtes dicantur primitiæ martyrum Prudentiꝰ et D. Au. guſtin. appellant eos flores, primitias martyrum; primas erumpentes Eccleſiæ gemmas, quas pruina proſecutionis decoxit: Prudentius dixit (Vos Chriſti prima victima) Si vero loquamur de his qui voluntariè martyres ſunt, ſic ſanctus Stephanus primus eſt martyr. Sed contra: quia martyr Latinè interpretatur teſtis, ſed hi non fuerunt teſtes fidei Chriſti ergo, reſpondetur, quod iſti non ſunt teſtificati ore, ſed opere. Vnde Eccleſia canit, dicẽs: Deus cuius pręconium innocentes martyres, non loquendo, ſed moriendo confeſsi ſunt. Aliorum martyrum pretioſa mors fuit in confeſsione Chriſti, iſtorum vero in conſummatione martyrij. Tandẽ quæritur an fama tantæ necis ad exteras nationes peruenerit. Leo ſermo. 2. de Epiphan. ait or-
D. Leo. tum Chriſti fuiſſe diuulgatum, etiam apud nationes externas, tum propter miraculum ſtellæ, tum etiam propter crudelitatẽ Herodis. Macrob. lib. 2. Saturnal. mentionem
macrob. facit huius cædis, commemorans dicterium Auguſti Cæſaris, cum hanc reſciuit crudelitatem, & quod filium etiam ſuum inter alios interfecerit, dixit: Satius eſſe fuiſſe porcum Herodis, quam filium. Io-
Ioſeph. ſephus autem Hebræorum hiſtoriographus hanc non comemmorat cędem. Incertum eſt, an obliuione, an vero ignorantia facti id fecerit: nam & plura alia ex his quæ in ſcriptura narrantur tanquam memorabilia ipſe omiſit; nempe hiſtoriam Iob, Iudith, & Thobiæ: Ecce quæ ad literam attinent credo ſatis explicata dedimus, nunc admores alioſque mixticos ſenſus tranſeamus.

Et primo obſeruandum eſt, quòd ſicut
moralitas ſeu contio. Dauid fecit victimam ſolẽnem multorum animalium, cum arca Dei in Bethleem duceretur: ita Deus cum in hunc mundum introduxit filium ſuum Chriſtum ſignificatum per arcam; fecit victimam ſolennem, in innocentum martyrio. Nam de
Sapien. 3. martyribus habetur Sapientiæ. 3. Sicut holocauſti hoſtiam accepit eos; & quia hi
Apocal. 4. ſunt, qui ſequuntur agnum quocunque ierit. Ideo ſtatim poſt Chriſtum natum feſtum horum martyrum celebratur, quod ad ſplendorem & maieſtatem tanti Principis condecens maximè eſt. Non enim eſt Deus ſicut ſol, qui ortu ſuo aliorum aſtrorum operit luces. Chriſtus ſol iuſtitiæ ſic in orbe lucet, vt aliorum ſanctorum ſplendorem non occultet, qui tanquam ſtellæ in hoc ſpirituali cœlo, ideſt, Eccleſia lucent, & ſplendent; ſed etiam eorum lucem & ſplendorem apparere ſinit. Hoc enim etiam in gloriam Dei cædit, cum ſit ipſe à quo reliqui ſancti ac iuſti, tanquam à totius iuſtitiæ, ac ſplendoris fonte, ſuũ quiſq; lumen ac iuſtitiam ſortitus eſt. Recedentibus igitur Magis, *Ecce Angelus Dñi apparuit in ſomnijs Ioſeph.* Iuſtorũ ſomnia ex vehementiſsima depreſsione ſenſuũ exteriorum ad interiora contingunt. Veluti cũ ex quadã grandi attentione ad aliquam rem ſolent homines in ſoporem maximum rapi. In his ergo ſomnijs ſeſe iuſtis manifeſtat Deus. At impiorũ ſomnia ex nimio cibo ac potu proueniũt, ex quibus fumoſitates ab ſtomacho in cerebrum aſcendunt, à quo & frigiditates ad cætera membra deſcendunt, quæ ea quaſi paralipſi quadam oppreſſa immobilia reddunt: & in his ſomnijs ſeſe intromittit dæmõ, phãtaſmataq; cõmuni ſenſui offert cauſæ horũ ſomniorũ ſimilia. Quare id dormiẽtes patiuntur, quod vigilantes concupierant: & quoniam iuſtorum vita, imitatur naturam quæ vitam à corde inceptam, in exteriora membra diffundit; ita & iuſti vita à corde ac interiori mente oritur, atque

inde exteriora componit, ideo in exterioribus ſenſibus ſeſe illis reuelat Deus. At impiorum vita à carne incipit ad animam, quam ab origine carnalem reddit: ideo in phantaſmatibus, ac corporalibus figuris ſeſe illis repreſentat iniquitas. Vnde de iu-
Iob.33. ſtis apud Iob dicit: Per ſomnium in viſione nocturna, quando ſopor irruit ſuper homines, & dormiunt in lectulo ſuo. Tunc aperit aures virorum, & erudiens eos inſtruit diſciplina: id eſt, quando iuſti in lectulo mẽtis ſuæ quieſcentes, quietem etiam ac ſomnium ſenſibus afferunt; tunc mentis eorum aures aperit Deus quibus etiam dormiẽtibus diuina oracula percipere valent, vtpote qui
Cant.5. cum ſponſo dicere poſſunt. Ego dormio & cor meum vigilat. *Tolle puerum & matrem*
Petrus Chriſolog. *eius, & fuge in Ægyptũ.* Petrus Chryſologus ait, ſi pietatis eſſe diximus quod natus eſt Chriſtus, q̃ fugiſſe legimus quid dicemus? Fortè ſi natum diximus, vt repararet natu-
Geneſ. 3. ram: dicamus vt fugaces reuocaret aufugiſ-
Ioann.1. ſe: ſicut & Adam & Ionam à faciè eius fugientes reuocauit, *Fuge in Ægyptum*, iam vide quæ miſeria Chriſtum puerum & matrẽ inuadit, vt nec illis tutum fuerit manere in patrio ſolo. His olim afflictionibus probati ſunt electi Abrahã, Iacob, Moyſes, ipſe etiã Dauid toties adcircũuicinos populos tranſfugiens, quod ſe tyranni Saulis inſidijs vndiq; circũuentũ videret. Vnde & ait: quo
Pſal.38. niã & aduena ego ſum, & peregrinus ſicut omnes patres mei. Hęc tentatio nõ primos modo martyres, ſed & Athanaſiũ, Baſiliũ, Chryſoſt. & Hieronymum probauit: nam
Ouidius. vt Poëta quidam dicit,

Omne ſolum forti patria eſt, vt piſcibus æquor
Et volucri vacuo, qui patet orbe locus.

Ita redit ſecundus Moyſes in Ægyptum, non tamen vt illã perdat ſed reſtituat; eiq; & cæteris gentibus ſpem ingerat illius trãſmigrationis fidei, & prædicationis Euãgelij, *Futurũ eſt enim, vt Herodes quærat puerũm,*
Apoc.12. *ad perdendum eum.* Ioann. in Apoc. dixit, vidiſſe ſe mulierem pregnantem; quæ crutiabatur vt pareret, & peperit filium maſculũ & fugit cum eo, & draco miſit poſt illum fluuium magnum ab ore eius, vt ſuffocaret eũ. Beata Virgo eſt hæc mulier, cuius virgine partus à cunctis gentibus præſtolabatur; at poſt partum obmetum draconis, nẽpe Herodis, fugit cum puero ſuo in Ægyptũ; poſt quem miſit draco iſte, id eſt, Herodes fluuiũ ſanguinis innocentum quem fudit, vt in illo interimeret Ieſum. Quis eſt autem iſte Herodes propter quem Chriſtus fugit in Ægyptum, & qui tanta cæde in innocentũ ſanguinem graſſatus eſt? Hic vt ſupra diximus alienigena à populo Iſraël erat, nempe Aſcalonita, & Idumeus: tamẽ vt obtineret regnum Iudæorum, proſelytus factus, & circumciſus, in Iudęorum ritus tranſlatus eſt. Iſte ſignificat illos, qui vt obtineant Principatum in Eccleſia ſe in ſacerdotes ordinare faciunt, circunciduntq; ſe, atq; ſunt de illis qui ſemetipſos caſtrauerunt, à coniugio abſtinentes; nõ propter regnum cœlorum, ſed
Herodes ſignificat ãbitioſos. propter temporales prouentus; nempe vt pinguem venenturEpiſcopatum, dignitatẽ, aut beneficium, in choro pſalentes, non vt laudes Deo canant, ſed vt diuites ex bonis Eccleſię fiant, lautèq; ipſi viuentes, conſanguineos ſuos opulentos faciant. Hinc fit q̃ cũ hac ſeculari intẽtione ad Eccleſiæ Principatum venerint: ita in adminiſtratione eius ſegerant. Qui cum fortè extra Eccleſiam pompoſè viuere nequirent; atq; delicatè: id poſtquam dignitatem adepti ſunt exequantur. Penſandum quippe eſt (ait Gregor. lib. de cura paſtorali) ad culmem regiminis quiſq; qualiter veniat, qualiter veniat, ait, nam ſi ſeculari, ac profana intentione id appetat, eadem & munus eius exequetur. Taliter venit ad illud, taliter & viuet in illo: regulariter ita enim fit. Hi ergo ſunt, qui Herodẽ imitantes, propter tẽporalẽ dignitatem ſe circũcidunt; cumq; nihil niſi ſeculare ſapiant, regnum Chriſti, quod non eſt de hoc mundo, perditum eant, ſpiritualiaq; munia omnino obliti, ea tantum quæ ſunt carnis gerant. Proh Deum immortalem, quot ex hoc ſtrages in Eccleſia conſecutæ ſunt. Nam quia peſſimi homines in Eccleſia Principatum volebant, nec ob ſua demerita conſecuti ſunt; in eam poſteà iniquiſimè ſęuierũt, nouas hæreſes, ac dogmata, contrà orthodoxam fidem ſtatuẽtes. Sic Symon Magus Apoſtolorum tempore, quia
Act.8. non dederunt ei poteſtatem dandi viſibiliter Spiritũ ſanctum, quã poteſtatem lucri cauſa experiri volebat, ab Apoſtolis repulſus, in Chriſtianos poſteà maxime deſæuit. Sic Tertullianus quia à dignitate quadam repulſam paſſus eſt, in plurimas poſtea aduerſus Eccleſiã declinauit hæreſes. Quid de perfido Martino Luthero dicemus? Qui ob id in inſaniam contra Eccleſiã Catholicam verſus eſt: quia ei cruciatæ prædicatio non eſt commiſſa, ex qua prædicatione & lucrum & honorem, ſumma ambitione expe-

expectabat. Ab his relegatus eſt Chriſtus, à qua plurimis prouincijs, ab his fugit & deliteſcit veritas eius. Hi ſunt qui in ſanctos & innocentes deſæuiunt; quorum in culpabilis vita eorum arguit impudentem luxum. Imò hi ſunt qui non ſolum ab Eccleſia eliminant Chriſtum, verum quo & ſuis palsibus aduehunt Antichriſtum. Pręcurſores quippè eius ſunt. Nã hęretici omnes hypocritæ ſunt; qui ob lucrum temporale ſanctitatem vitę fingunt. Nam ex his hypocritis regulariter hæretici orti ſunt:
D. Auguſt. 2. ad The. 2. vnde & hi maximè ſedem præparãt Antichriſto. Quare D. Auguſtin. lib. 20. de ciuitat. cap. 29. ſic intelligit illud Pau. de Antichriſto loquens, quod etiam nunc iam myſterium operatur iniquitatis. Myſteriũ ait, ocultatur in hypocritis, qui turpis lucri cauſa vniuerſas penetrant domos, docentes quæ non opportet. Vide (ait Auguſtin.) cũ abundare hypocritis conſpexeris Eccleſiã, time, ne iam ille perditionis filius reuele-
Simile. tur hypocritarũ pater. Nã ſi videmus duos aut tres equites currere, nõdum ex illis colligimus Regẽ aduentare. At cum miniſtros videmus ſedes præparare, multoſq; ſimul equites conſpicimus; iam ex hic colligere licebit appropinquare Regem. Omnes peccatores quaſi miniſtri ſunt Antichriſti, hypocritæ quaſi hoſpitium ei parant, atque metantur ei locum: ſi videmus paucos in Eccesia eſſe, non ex illo colligimus aduentare Antichriſtum. At cum paſsim eos in vicis, domibus, ac plateis offenderis, iã ſuſpicari poteris ipſius pernitioſiſsimum aduentum appropinquare. Hi ergo, qui commoda temporalia quærunt veluti præmia
D. Aug. ſuæ virtutis, ſunt qui nouas confingunt hęreſes, vnde Auguſt. lib. de veritate credendi ait: Hęreticus eſt qui alicuius temporalis commodi, & maximæ gloriæ Principatuſq; ſui gloria falſas ac nouas opiniones, vel gignit, vel ſequitur. Ab his fugit Chriſtus in Ægyptum, quod ſignificat tenebras: nam cum huiuſmodi hypocritæ ac hæretici veram fidem ab Eccleſia pellunt, ad alias ſe trãsfert nationes, vbi antea fuit annuntiatus Chriſtus: vt illas ſuo lumine luſtret, fugetque infidelitatis tenebras, vt modo videmus nouas gentes ad Euangelium venire, quando illæ quæ illud receperunt appoſthatare ab eo cõſpicimus. Nã
Simile. cum fluuius aquarum abundantia redundat, ſi illum per vnam partem ſepias, per alias multas erumpet. Chriſtus eſt fluuius cœleſtibus gratijs abundans; hunc ſi erroribus ac peccatis compreſeris: in alias ſe dabit nationes, quas fonte baptiſmatis abluat: Hinc apud Iob dicitur: Venter
Iob.32. meus ſicut muſtum abſque ſpiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit. Vinum nouũ è cœlo nobis attulerat Chriſtus ſi in hac prouincia ipſum ſpirare non ſinas, nec eius veritatem prædicare permittis; nouos dirumpet riuulos, quibus in alias gentes influens ſuo ſanguine eas ſanet, ac roboret. Vnde Sponſa ait: Fuge dilecte
Cant.2. mi, & aſsimilare capræ hynuloque ceruorum, ſuper montes aromatum. Eum videtur monere ſponſa, vt fugiat ab hac generatione praua, & aſcendat aromatum montes, nempè eas adeat gentes, quæ poſt diuinitatis eius odorem currant. Ab hoc ergo Herode monet Angelus vt fugiat Ioſeph, cum puero Ieſu & Matre eius, *Qui conſurgens accipit puerum & matrem eius nocte, & fugit in Ægyptum.* Hic animaduerte promptam ſancti Ioſeph fidem, ac obedientiam. Qui ſtatim audita Dei
Fides Ioſeph. voluntate obediuit, nihil cunctatus. Nec cauſabatur itineris longitudinem, nec de victu ſollicitus erat. Simile legis de ipſo
Gene.12. Abraham Gen. 12. Deinde obſerua ipſius fidem quanta immobilitate ad hęſit verbo Angeli, quantumcunque contrarium videbat. Audierat Chriſtum verum mundi Saluatorem eſſe, nunc autem videbat quod nec ſeipſum ſeruare poterat; nec tamen dubitauit, aut malè quid cogitauit. Poterat enim intra ſe dicere. Quomodo credam illum ſeruatorem mundi, qui modo nec ſeipſum ſeruare poteſt? Si Deus eſt, quid opus ei fuga tam longinqua? Nihil horum cogitauit, ſed ſimpliciter credidit: hæc enim eſt natura fidei, quæ etiam in tentatione manere ſolet, quantumcumque omnia videantur diſparata. Solet enim
Aliquando Deus tẽtat fidem noſtram. Deus tentare fidem noſtram, non quod ipſe neſciat qui permanſuri ſint, vel non: ſed vt nos ipſi diſcamus qui ſimus, & vt alijs exempla fidei rectè oſtendat. Promittit & contrariũ infert, vt videatur de reli-
1.Reg.2. quiſſe, deducit ad inferos & reducit, hoc eſt ita tentat, vt omnibus deſperatis, vbi nihil poſſumus tribuere viribus noſtris: magis ad mirandã nobis cõmendet ſuã prouidentiã. Sic Abrahæ promiſerat, per Iſaac filium ſuum, multiplicandum ſemen ſuum; interim

rim tamẽ eundem occidi præcipiebat. Sic
Geneſ. 13. & 22. populo Iſraël in Ægypto promittebat ſe
introducturum in terram lacte & melle
manantem, interim tamen in deſerto eos
Exod. 3. & 13. ducebat. Vndè non nulli eorum diffidentes
Moyſi dicebant. Verè induxiſti nos
Num. 13. in terram lac & mel fluentem. Sic Daui-
1. Reg. 16. & 20. di promittebat regnum, interim tamen
eundem à patria fugari permittebat: ſic
promittit ſe prouiſurum nobis; & tamen
Matth. 18 paupertatem immittit: ſic promiſit Chri-
ſtus, vobiſcum ſum, vſque ad conſuma-
tionem ſeculi; & tamen ſæpius viſus eſt, &
Eſaiæ. 38. videſ dereliquiſſe: vndè qui crediderit nõ
feſtinet. Eſai. 38. Verbum Dei firmiter in-
tueatur quantumcumque omnia diſparata
videantur: cœlum enim & terra tranſi-
bunt, verba autem Dei non præteribunt.
Luc. 12. Talem fidem habuit Ioſeph, talem Virgo
Maria, talem Magi, talem Abraham, Da-
uid, & alij. Vult enim Deus, vt verbo
eius credamus, & intellectum noſtrum ca-
2. Cor. 10. ptiuemus in obſequium Chriſti. Simulq;
Obedictia Ioſeph. conſidera promptam ſancti Ioſeph obediẽ-
tiam, qui nihil interrogans eorum quæ poſ-
ſent animum dubium reddere, protinus ex
ſomno conſurgens, præceptum Dei adim-
pleuit. Quoniam non eſt ſubditorum cau-
ſas indagare mandati maiorum; ſed ſim-
pliciter obedire. Epicheya quippè quæ in-
terpretatrix legum eſt, in Principe tantum
debet eſſe, ſecundum Philoſophi doctri-
nam, non in ſubdito niſi in caſibus quæ
maxima ſecum afferunt pericula, de qui-
bus ſuperior adiri non poteſt: Quare ſub-
diti ſimpliciter obedire tenentur abſque
alia cauſæ inquiſitione, dum modo man-
datum non præſeferat manifeſtam iniqui-
tatem. Quod & in lege veteri adumbratũ
Num. 4. fuit. Præceptum quippè erat, vt ſacerdo-
tes maiores vaſa tabernaculi in fundis coo-
perta & inuoluta imponerent humeris mi-
norum, qui non auderent ea ex coopertorijs educere, ſed id eſſet munus maiorum: at minores ita cooperta portarent. Vt intelligat inferior ſe non habere poteſtatem diſcooperiendi cauſas & rationes, quibus moti ſuperiores talia ſuper eorum humeros onera imponant; ſed ſimpliciter obedire, nec euoluere debent cauſas, ſed cum ſilentio & humilitate ſubijcere hume
D. Ben. ros ad portandum. Vnde D. Benedictus in ſua regula docet, quod etiamſi impoſsibile aliquando præciperet prelatus, ſaltim tẽtandum eſt facere, ne videatur impoſsibili repugnare, quo vſque eius impoſsibilitas appareat. Sic ergo fecit Ioſeph ſimpliciter Dei obſequẽs iuſſui. *Accipe puerum & matrem eius*, ait Angelus ad Ioſeph. Prius dicit puerum, ideſt, quoniam propter illum omnia illa gerebantur. Deindè vt oſtẽderet quod puer ille deberet eſſe primus in laboribus ſupportandis, & quod propter illum orta erat illa tempeſtas; & ideo mit-
Ioann. 1. tendus in Ægyptum, pluresque aliæ debebant oriri, quæ eum in mare omnium tribulationum ac dolorum iactarent, *Et matrẽ eius*. Quoniam propriè & vrbanè loquũtur Angeli, *Hablan corteſanamente*. Non enim ex nomine proprio Virginem vocat, ſed ex dignitate tanta ad quam Dei gratia euecta eſt, nempè vt Mater Dei diceretur: & eſ-
Simile. ſet ſicuti cum quis in Epiſcopum creatur aut in Comitem aut Ducem, iam illum nomine proprio appellari non licet, ſed nomine dignitatis aut hominis, vt quem anteà nuncupabas Petrum aut Ioannem, nunc Epiſcopum, vel Comitem appelles. Simul vt diſcamus, potius gloriari in his quæ ex
Vera gloriatio. gratia Dei habemus, quam ex noſtris, cùm vera dignitas noſtra in his quę ſuper naturaliter à Deo nobis collata ſunt, potius conſiſtat, quam in naturalibus aut fortuitis. Vnde & Pau. ſeruum ſe Chriſti & Apo-
Ad Rom. 1. ſtolum ac miniſtrum eius, potius quam Paulum noncupabat. Et Eſai. prædixerat
Eſai 16. de Eccleſia ac dixerat: Vocabuntur in ea fortes iuſtitiæ. Hoc nomine potius gaudebunt iuſti in Eccleſia quam ſuo. *Llamarſe han valedores de la juſticia. Et fuge in Ægyptũ,*
Occaſiones cati fugiẽda. Hic docemur fugiendas eſſe occaſiones, etiamſi opus ſit de nocte conſurgere: nam ſi in eis tantum moramur peribimus in eis
Eccleſ. 3. iuxta illud. Qui amat periculum peribit in
D. Hiero. illo: nam vt ait D. Hieronym. ſatius eſt non poſſe perire, quam in periculo non perijſſe: & Sapiens alibi nos admonet dicens: Quaſi à facie colubri fuge peccatum.
Eccle. 21. Protinus enim, vt ſerpentem venena aſpi-
Simile. rantem conſpicimus, pedem referimus, ter ga vertimus, nec iuxtà illam iter agere audemus, etiam ſi magnos circuitus porteat pertranſire. Peccatum coluber eſt, qui animum mortali veneno inficit, iuxta illud Sapient. de peccato loquens: Ingreditur
Prouer. 23 blandè ſed infine mordebit vt coluber, & tanquam regulus venena diffundet. A facie ergo eius fuge, quomodocunq; appareat

peccatum,

peccatum, ab illo auertere. Occaſio enim facies peccati apparet eſſe, nã in illa iã iam ſe inſinuare videtur peccatum, ab hac ergo terga vertere debes, in ea nullatenus immorari contendas, alias vt ſubinfert Sapiẽs
Idem. ſi in peccati occaſione perſiſtas, eris quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo, & dices: Vulnerauerunt me ſed nõ dolui, traxerunt
Simile. me ſed non ſenſi, quando euigilabo & rurſus vina reperiam? Cum nauis gubernator ebrius fit à vino deuictus dormit, amiſſoque timone nauis periclitatur in fluctibus, quare alij nautæ eum percutiunt ac per ſolum trahunt, nec tamen ipſe euigilat aut ſentit. Sic ſi peccator intuetur vinũ, quando ſlabeſcit in vitro color eius (vt antea dixerat Sapiens) ideſt, in peccati occaſione perſiſtit, aut delectetur, v. c. in aſpectu mulieris pulchræ, aut alterius rei veritæ, ibique tandiù immoretur, donec bibat & conſentiat in peccatum; periclitabitur anima à fluctibus libidinum tracta, nec ſentie tur malũ in quo eſt; ſed dicet: Quando euigilabo, & rurſus vina reperiam? ideſt, quãdo iterum vadam ad videndum illam mulierem qua potitus ſum: vel ſperat ſe iterũ habere pecunias; vt rurſus ad ludum, & ad cætera vitia reuertatur. Fuge ergo cito ab Herode, antequam puerum Ieſum, qui adhuc tenellus eſt in anima tua, perimat, *Fuge in Ægyptum*. Cur Chriſtus hac via ſibi laborioſa, imò & apud homines infami, ſibi voluit prouidere? Cur non alia vſus eſt? nempè, vel occidendo Herodem, vel alio damnã illum afficiẽdo? Certè vt nobis exemplũ præberet, vt talia nobis eligamus media, quæ licet aliquo modo nobis incommoda ſint, proximis tamen noſtris minimè ſint damnoſa, atque incongrua, vt v. c. ſi proximus teiniuria afficit, non tu teipſum vindicare debes, quantũuis mundus totus cõtrarium clamet: quoniam iuſtitia vindicatiua non eſt in homine priuato ſed in Principe, aut iudice eius vices gerente; quoniã
Deut. 32 *& ad Hebr.* 10. alias Dei iudicium vſurpare videris, qui dixit, mihi vindictam & ego retribuam. Nec id puſillanimitati aut timiditati tribuẽdum eſt, ſed fortitudini potius, cuius præcipuus
Ariſtot. actus, ſecundum Philoſophũ, eſt ſuſtinere. Nam Chriſtus & ſancti qui ipſum ſequuti ſunt in ſuſtinendo mortem ab inimicis illatam ſuam oſtenderunt fortitudinem, non in occidendo alios, niſi vitia eorũ. Vnde in die iudicij crux Chriſti in publico appare-bit, ad malorum confundendam ignorantiam, vbi clare perſpicient, quomodo ea quæ ipſi tãquam infirma ac ſine honore abijciebant; quod plena omni honore ac fortitudine fuerunt. Ibi etiam crateres ſancti Laurentij, gladius quo decollatus eſt Paulus, ac cætera quibus ſancti mortem ſuſtinuerunt, in eorum gloriam ac fortitudinẽ apparebunt eſſe: licet aliter ſtultus mundus iudicet, eſt enim ruſticus, ac inſipiens in iudicando: vt pote cœcus qui non iudicat de coloribus. Conſpicit ruſticanus haſti ludium, & cum videt aliquem equitem *Simile.* plures lanceas confringere, vociferatur, ac laudat; exiſtimans illius eſſe pretium ſtatutum, ſed iudices qui id melius norunt, alteri qui pautiores lanceas fregit dãt premium: quoniam iſte eleganter eas confringebat, dirigens ictum ad galeæ viſum, atque ad oculorum aciem, ibique ſubtiliter eas dirumpens. At alius & ſi plures fregit, ictus tamen non ita eleganter, vt induſtrij equites, ac ægregij ſolent dabat. Sic ſtultus, ac ruſticanus mundus, illum exiſtimat fortẽ, qui timidus ac imbecillis eſt. Nec enim cor habuit ad ſuſtinendum. Deus autem qui ſapiens, ac iuſtus iudex eſt alteri palmam tribuit, nempè illi qui fortiter mala ab alijs illata propter ſuum amorem ſuſtinuit, alterum tanquam imbecillum, & qui mulierum more ſe vindicare voluit immunem, imò & punitum reliquens: nam qui vindicari vult (ait Sapiens) à Domino inueniet vin-
Eccleſ. 28 dictam. Quod intelligens Dauid id antè oculos Dei proponebat, vt ipſi premia largiretur dicens: Memento Do-
Pſal. 131. mine Dauid, & omnis manſuetudinis eius.

Herodes autem videns quoniam illuſus eſſet à Magis iratus eſt valde, & mittens occidit omnes pueros, &c. Indignum certe faci-
Seuerian. nus, ac crudele nimis hoc fuit. Vndè Seuerianus Gabalanus Epiſcopus hom. de infantium nece ſic dicit: Dolet impietas ſe eſſe diluſam, dilatam ſe crudelitas furit, fremit doloſitas ſe deceptam, & in ſe
D. Hiero. fraus re vera colliditur: & Hieronymus hunc Herodem feræ rabioſæ comparat, quæ quicquid occurrit dilaniat. Quid enim ferocius excogitari poteſt, quam puerulos ex ipſis matris vberibus pendentes more pardorum dilaniare? Vnde idem Seuerianus vbi ſupra ſic ait:

Quorum lingua tacuit, oculi nihil viderunt, nihil audierunt aures, manus nihil fecerunt, & quibus actus nullus eſt vnde culpa? ſumpſerunt mortẽ, qui viuere neſcierunt, non tempus affuit, non excuſauit ætas, ſilentium non defendit, quibus apud Herodem ſolum quod nati ſunt hoc fuit crimen: & reuera quomodo nõ redderent naturæ creditum, à quibus cauſa exigebatur authoris. In fœlix homo, qui ſibi ad accuſationem parauit omnia, ad excuſandũ ſpacium non reliquit, ſed totum parauit ad pœnam. Quis excuſabit quẽ pulſat innocẽtia infantia impetit, lac vt ſanguis accuſat? Et paulò poſt arridebat (inquit) paruulus occiſori, gladio adiocabatur infantulus, nutricis loco attendebat lactans, percuſſoris horrorem, neſcia lucis ætas moritura gaudebat; ſiquidem infans omnem hominem non hoſtem reputat ſed parentem. Nec tamen hęc illos vicit ſimplitas, ſed omnis rationis, & humanitatis expertes ſibi ſatis eſſe putant, modo tyranni decretũ exequantur. Illa interim omnia cædunt, in paruulorum gloriam, in Chriſti confeſsionem, in tyranni perniciem, in cõmune totius Eccleſiæ gaudium: & Chryſoſtom. homil. 3. in varijs Matth. locis norunt, inquit, laudare Chriſtum infantes; qui loqui non nouerant, fiunt periti laudẽ, qui fuerant imperiti ſermone, fiunt ſine magiſtro diſerti, docti ſine doctore, agnoſcunt Chriſtum non quem perſuaſio humana docuerat, ſed quẽ diuinitas innocentibus inſpirabat. Neceſſe eſt enim terrena ſuccumbere, cum cœleſtia prædicantur, & naturalia ſilere cum virtutes loquũtur, dignus à dignis laudatur, & innocens innocentum teſtimonio prædicatur. Sed hoc teſtimoniũ iam ſupra nos explicuimus quomodo debeat intelligi, & D. Auguſtin. ſermone. 10. de ſanctis, aliorum (inquit) pretioſa mors martyrum, laudem in confeſsione promeruit; horum inconſumatione complacuit: quia incipientis vitæ primordijs, ipſe eis occaſus initium gloriæ dedit, qui præſentis terminum impoſuit, quos Herodis impietas lactãtes matrum vberibus abſtraxit. Qui iure dicuntur martyrum flores, quos in medio frigoris infidelitatis exortos, velut primas erumpentes Eccleſiæ gemmas quædam perſecutionis pruina decoxit: ideo dignum eſt interfectis pro Chriſto infantibus honores impẽdere, ſacramentis dare vota non lachrymis: quia ipſe illis cauſa fuit pœnę, qui extitit, & coronæ, ipſæ odium cauſæ qui premiũ. Vnde & Prudentius poẽta ſic eos ſalutat dicens.

D. Chryſ.

D. Aug

Prudentiꝰ

Saluete flores martyrum,
Quos lucis ipſo in limine,
Chriſti inſecutor ſuſtulit,
Ceu turbo naſcentes roſas.

Nizephorus hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 1. capit. 14. ait, quod dum hæc cædes patrabatur Ioann. Baptiſta vna cum matre Eliſabeth in ſpelunca quadam admontanam regionem delituit: ſed ex his omnibus liquet verè hos infantulos martyres extitiſſe, vt nos ſtatim explicuimus: quoniam ſiquis volens occidere hominem nobilem aliũ interfecit loco illius; tenetur ex æquitate nobilis ille in cuius perſona hic innocens interfectus eſt illum in morte honorare, atque in filios & conſanguineos eius beneficum eſſe. Cui non id liceat Dei nobiliſsimam naturam, vt his puerulis qui in eius perſona occiſi ſunt, honorem impertiatur ac vitam. Atque hoc ſolum Racheli ploranti filios ſuos reſtare potuit ſolatium, quod immortalem vitam ſine dubio cõſecuti ſunt. Quare ſubdit Propheta Hierem. vbi ſupra volens conſolari matres ob cædẽ horũ filiorũ: Quieſcat vox tua à plora tu, & oculꝰ tuus à lachrymis, quia eſt merces operi tuo, & ſpes in nouiſsimis tuis, ideſt ne fleueris tanquam mortuos in ſempiternum filios tuos: quoniã ipſi vitam immortalem in corporibus conſequentur. Hac de cauſa Sapi. 3. de iuſtis dicitur: Viſi ſunt oculis inſipientum mori, illi autem ſunt in pace: & Prouerb. 14. Sperat iuſtus in morte ſua. Quę ſententia quamuis omni iuſto veriſsime accommodatur, maximè tamen eſt martyri aſcribenda, qui mortem oppetit pro Chriſto. Etenim huiuſmodi mors vocatur ſua: quoniam cædit in maximum illius fructum, & commodum. Econtra autem mors peccatorum dicitur peſsima: quoniam ordinata in ſempiternam ipſius miſeriam: vnde & dicitur peccator mori in tempore non ſuo. Iuxta illud Eccleſia. 7. Ne impiè agas multum, ne moriaris in tempore non tuo. Sed & aduertendum eſt, quam irrationabilis ac ſtulta fuerit hæc Herodis indignatio: quoniam negotium illud quod tantæ molis erat alijs commiſit, & ipſe indelicijs palatij ſui remanſit. Hoc negotium quod eſt quærere

Nizeph.

moralitas ſeu contio.

Hierem. 31

Sapien. 3.

Prouer. 14

Eccleſ. 7.

Deum

Deũ tantę magnitudinis eſt, vt nulli alteri cõmittere debeas, tute ipſe profice, tu quære, tu labora vt inuenias, ſic enim & Sapiẽs admonet. Si quæſieris eum quaſi pecuniã, & quaſi theuſarum effodieris eam: tunc intelliges timorem Domini, & ſciẽtiam Dei inuenies. Ideſt dicere: Si ea cupiditate Deũ qui eſt ſumma ſapientia queſieris, qua auarus pecuniã quærit, qui vniuerſum voluit vrbem per ſaxa per ignes, vtrumq; vertit polum, nullum omnino lapidẽ non mouet, vt diues fiat, hac ergo cupiditate ac ſolertia theſaurus iſte cœleſtis quærẽdus eſt, & ea cura qua mineralia terræ ſuffodiũtur, vt vena auri, vel argenti inueniatur: & tũc intelliges timorem Domini, & ſcientiam Dei inuenies. Nondum eris perfectus, ſed incipies intelligere, in quo negotium hominis Chriſtiani conſiſtat. Vnde ego ſoleo id in publicis concionibus ſæpe admonere Chriſtianos, vt nunquam putent ſe intellexiſſe dignitatem ſtatus ſui, quoad vſq; ſint perſuaſi nullum alium negotium hominẽ Chriſtianum habere, niſi ſatagere vt ſaluus fiat. Hoc enim eſt negotiũ, quod nullũ compatitur otiũ; reliqua omnia reſpectu huius parui momenti æſtimet, & quaſi negotiola (vt ita dicam) reputet. Nam ſi hoc negotiũ tuæ ſaluationis perfeceris, etiãſi in reliquis infortunatꝰ fis, nihil refert. Quòd ſi in alijs tibi maxime fortuna afflauerit, hocq; perdideris, infœliciſsimus ac miſerrimus eris. Quare hoc negotiũ tuum proprium eſt, noli alteri rẽ tantã cõmittere, vt Herodes ſtultiſsimè fecit. Quid alios importunis precibus torques, vt in orationibus ſuis te Deo cõmendet, ſi tu in tuis vitijs, ſeculiq; inutilibus negotijs implicatus remanſeris? Tutemet ipſum expedi ab eis, & Deum pro te exora, & tunc aliorũ preces tibi proderunt. Ecce ſtultitiam Herodis, qui tamen innocẽtes ac teneros pueros occidit, in hoc referẽs diaboli typũ, qui quando perfectos ac robuſtos interficere nequit, in inſipiẽtes ac teneros debachatur; vt in eis primordia ſpiritus ſeccet ac perimat, ſecundũ quod Hier. dixerat: Impleuit ventrem ſuum teneritudine mea.

Prouer. 2.

Hierem. 51

Defuncto autem Herode ecce Angelus Domini in ſomnijs apparuit Ioſeph in Ægypto dicẽs: Surge & accipe puerum & matrem eius, & vade in terrã Iſraël, defuncti ſunt enim qui quærebant animam pueri. Aduertendum eſt pro literali explicatione, quod hic Herodes qui dictus eſt magnus defunctus eſt. 70. anno ætatis ſuæ, & 37. regni ſui, peri it autẽ miſerabili morte, vt crudelitatis ſuę iuſtiſsimas pœnas lueret. Nã vt refert Iuſtinus, & Ioſephus lib. 17. antiq. Paulo antequam moreretur inuaſit illud lenta febris, quę tamẽ torquebat viſcera eius, atq; in modum flammę vrebat. Secũdò cruciabatur inſaciabili voracitate & auiditate cibi. Tertiò ſumma difficultate anhelitus. Quartò fœdiſsima ſcabie totius corporis. Quintò exulceratione inteſtinorum. Sextò putrefactione verẽdorum. Septimo ſcaturigine vermiũ. Octauò contractione omnium membrorum. Nono intollerabili fœtore totius corporis, quẽ ſui tollerare non poterant, deniq; tãta erat vis dolorum, vt ipſemet tentauerit ſe occidere, niſi fuiſſet prohibitus a nepote. Nam tam iſte quam omnes alij, qui Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ perſecuti ſunt, habuerunt in fœliciſsimos exitus. Archelaus eius filius erat malo animo contra Chriſtũ, quod innuit euangeliſta cũ ait: Angelũ monuiſſe Ioſephum, ne iret in Iudeam: quia ibi Archelaus regnabat. Ideò ignominioſè priuatus eſt regno ab Auguſto, & relegatus Viennam Galliæ vrbem ibi obijt. Tertius fuit Herodes Antypas, qui & Ioannẽ decollauit, & Chriſtum dominum indutum veſte alba illuſit, & hic ſpoliatus regno miſſus eſt in exiliũ Lugduni, & ibi perijt. Quartus fuit Pilatus, vt narrat Euſeb. li. 2. hiſtor. accuſatus apud Caligulam, tantis malis eſt ab eo affectus, vt ſibi ipſi mortem conſciuerit. Cayphas (vt refert Clemens Papa lib. 8. conſtit.) præ dolore vitæ ſeipſum interemit. Phariſæi, Scribę, Sacerdotes, qui procurarunt mortem Chriſti, eadem morte, & ipſi perierunt, vt Nizephorus refert libr. 1. & 2. Denique vniuerſus populus Iudaicus magnis cladibꝰ affectus quadrageſimo anno à Chriſti morte, ſub Tito & Veſpaſiano perijt; & vſque in præſens tempus, exul ac timidus per vniuerſum mũdum diſperſus, tantis ſceleris pœnas luit: vt diſcas Deum timere, ejuſq; offenſas ſemper cauere, qui potens eſt & in præſenti ſeculo & in futuro delinquentes punire.

Iuſtin. & Ioſephus.

Luc. 23.

Euſeb.

Clemens papa.

Nizephor.

Sed quæritur, cur Dominus non manſerit in Ægypto vſque ad ætatem maturiorem? Reſpondeo, primò quoniam neceſſe erat parentes eius multa incommoda perpeti in Ægypto. Secundò, quia Iudæi exiſtimarent illam tanquam alienigenam & hac ſumpta occaſione ipſum repudiaſſent. Tertiò conueniebat vt à pueritia Chriſtus

inter Iudæos educaretur, vt eius egregiam indolē acvirtutē præ oculis haberent ſemper. Quarto ne exiſtimarent ipſum virtutē operandi miracula, & ſapientiam quā prædicabat, habere per artem magicam, quam didiciſſet in Ægypto, vbi hæc diabolica ſciencia maximè profitebatur.

Defuncti ſunt enim qui quærebant animam pueri. Vnus erat Herodes, quomodo in numero plur. loquitur Euangeliſta. Reſpondetur frequenter in ſcriptura numerū
Exod. 32. pluralem pro ſingulari poni: ſicut in Exodo, cū dicitur: Ecce Dij tui Iſraël; & vnum tantum vitulum conflauerant: & vnus tantum Pharao quærebat animam Moyſi, & tamen dictum eſt ad illum: Vade & reuertere in Ægyptum: defuncti ſunt enim qui quærebant animam tuam: & benè quidem
Exod. 4. iiſdem verbis præcipit Angelus Ioſepho reditum, quibus olim locutus fuerat Moyſi: quia Moyſes vt in alijs multis, etiam in hac fuga typum prætulit huius pueri. Vel dic ſecundò, quod ex hoc loco conijcitur non Herodem ſolum, ſed per multos eius conſiliarios Chriſto inſidiatos fuiſſe; ita manifeſta eſt Sapiētis ſententia. Qualis rector po-
Eccleſ. 10 populi, tales & conſiliarij eius. Verum in eos conuertit Dominus ipſius Principis ſeu ty-
D. Thom. ranni flagellum. Nam vt refert D. Thom. in hoc loco, qui ab Herode ante eius obitū interfecti ſunt fuerunt Hēi primoribus, qui in tāpeſsimo cōſilio occidendi Chriſtū ipſum Regem adhibuerunt. Succedit enim, vt qui cum Dei, religionis ac pietatis præiudicio blandiuntur, & ſibi ad tempus tyranuum conciliant Deo vindice & animum tyranni ab illis auertēte experiantur id verū eſ-
Pſal. 145. ſe quod Regius pſaltes ait: Nolite confidere
Simile. in Principibus in quibus nō eſt ſalus. Hoſtē ſentiant quem in contempū Dei amicum ſibi conſtituere nitebantur. Ita Deus ſimul cum vno capite plura ſubuertit, & facit vt hoſtes ſui ſeſeipſos interimāt, diſeminatis inter eos diſcordijs. Sic ſe inuicē Amalechi
Iudic. 7. tæ, & Moabitæ peremerunt, cū pugnarent contra Gedeonem: & hic eſt ſpiritus vertiginis, quem vbi dicunt, aut regno, aut exercitui immiſerit, efficit vt ipſi ſe inuicem, ad
Ad Gal. 5 inſtar nubium & fluctuum collidant. Si in-
Pſal. 54. uicem mordetis (ait Paul.) videte ne inuicē
Pſal. 67. conſumamini, ita ſe pridem inter ſe diuiſi
Pſal. 81. obruerunt, & ſubuerterunt. Sic pſaltes: Diuide linguas eorum. Et rurſus, diſipa gentes quæ bella volūt, & pone illos vt rotam & ſicut ſtipulam ante faciē venti. Quærebant hi animam pueri, vt Herodi blandirent; & ecce Herodes animas illorū effudit, aut ſaltim Deus ſuis illos ad inſtar gigantum montibus obruit, *Audiens autē quod Archelaus regnaret timuit illo ire*. Vt ſemel intelligas qui ſint iſti Herodes Reges ac Tetrarchæ, de quibus multotiens fit ſermo in Euangelio & in actibus Apoſtolorum; ſcito ex Io-
Ioſeph. ſepho. 17. l. antiq. quod Herodes ille innocentium interfector reliquit tres filios hēredes imperij, Archelaum cui reliquit regnum Iudeæ, & Idumeam, & Samariam, ex quibus regionibus capiebat per ſingulos annos ſexcenta talenta, quæ apud nos faciunt tercenta ſexaginta millia aureorum. Secundus fuit Herodes Antypas decollator Baptiſtæ, cui reliquit Galileam, habebatque ducenta talenta, quæ conficiunt centum viginti millia aureorum. Tertius fuit Philippus cui Herodes reliquit Calamitidem, & Traconitidē, & Bataneā prouincias, & habebat centū talenta. Reliquit & ſorori ſuæ quinquaginta talenta annui redditus, in certis vrbibus & caſtellis quæ ei dedit, itaque totum regnum Herodis redibat in ſingulos annos ad mille talenta, hoc eſt, ſexcenta millia aureorum. Archelaus tamen licet habuit regnum Iudeæ, non tamen habuit nomen Regis: quia Auguſtus noluit ei dare tale nomen, ſed promiſit ſedaturum ſi benè regeret, & ſic Matth. dicit audiēs quod Archelaus regnaret, ideſt, dicere quod habebat regnum Iudeæ, licet nomen Regis non habuerit. Notandum eſt etiam habuiſſe in animo Ioſeph ire in Iudeam, cum tamen ipſe habitaret in Gallilea, non quòd in Iudea haberet aliqua bona, ſed primo voluit ire in Iudeam, quia fortè putabat quod Chriſtus qui natus erat in Iudea eſſet etiā ibi educandus, maximè in ciuitate regia, quæ erat Hieruſalem: ſecundò, vt viſitaret gentem ſuam, Deoq; publicè gratias referret, & ſacrificia, quia eos incolumes in toto itinere redux erit, vel tertiò, quia euntibus ex Ægypto in Gallileam recto itinere media ſe interponebat Iudea. Sed cur non eſt veritus Herodem Antypā qui regnabat in Gallilea, & ſeceſsit in partes Gallileæ? Reſpondetur, Magis timuiſſe ire in Iudeam: nam Archelaus, vt regni, ita & ſæuitię, ac crudelitatis paternę hęres fuit: Antypas autem, mitior erat in moribus. Secundò, quia timuit, ne vel in Bethleem, vel in Hieruſalē agnoſceretur Chriſtus, & nuntiaretur Archelao, illum eſſe puerum quem tanto

tanto ſtudio pater ad occidendum quæſierat, at in Galylea non hoc inſtabat periculum. Vltimò nota, vt hæc Euāgeſij veritas ex authenticis hiſtorijs corroboretur, quod
Galatinus Petrus Galatinus lib. 8. de archanis fidei, in Thalmut inuentis. c. 4. docet prædictum & intellectum ab antiquis Iudæis fuiſſe, quòd Meſsias ex Ægypto reuocandus erat,
Pſal. 80. quod probat ex eo quod legitur Pſalm. 80. Vineam de Ægypto tranſtuliſti, & ex interpretatione Rabbi Moyſi Adarſan, qui ſcribens in Geneſim, per vitem Meſsiam interpretatur, & hæc vitis, quæ dicitur Chana, id eſt, benè præparata, & ordinata eſt Rex Meſsias ex Ægypto transferēdus. Ad prædicta quoq;, inquit, plurimum facit quod ſcriptum eſt in libro, Berachot, id eſt, benedictionū, quod vidit in ſomnio palmitem vitis, id eſt, Meſsiam, de quo ſcri-
Pſal. 80. ptum eſt Pſalm. 80. Vineam de Ægypto tranferes. Sic enim ipſi legunt, & ita habet textus Hebræus. Quod etiam Lucidius per Rabbeni Hecados expoſitionem oſtenditur in illo libro, quem Galeraztya, id eſt, reuelatorem archanorum nuncupauit, in ſeptima enim eiuſdem libri petitione legitur, quod cùm inter cætera ab eo Antonius vrbis Romæ Conſul petiuiſſet, quid ſibi vellet illud Pſal. 80. Vitem de Ægypto transferes, vel remouebis, reſpondit ei: Hic eſt Meſsias. Dixit ei Antonius, ergo Rex Meſsias in Ægypto naſciturus eſt, nonnè Micheas dicit, quòd in Bethleem? Reſpondit ei Rabbenus: Fateor Regem Meſsiam in Bethleem naſciturus, ſed dicit vitem de Ægypto transferes. Cùm enim natus erit Meſsias, Herodes qui in Hieruſalem regnauit, quæret eum ad necem: reuelatione autem diuina in Ægyptum fugere cogetur, vbi aliquandiù morabitur, & poſteà in Hieruſalem iuſſu Dei reuertetur; idcircò textus dicit: Vineā de Ægypto transferes.
Sibylla Erythrea. Hoc etiam Sibylla Erythrea lib. 1. oraculorum prædixit, dicens.

Cū lapis Ægypti fœlix ſeruatus ab oris venerit.

Moralitas ſeu cautio. Sed vt aliquid ad mores componēdos ac commodum dicamus, aduerte primò; quomodo impijſsimi Regis mortem cōmemoret Euangeliſta, vt omnes nos ingenitæ miſericordiæ commonefaciat, vt iuſtos conſo-
Iſai. 51. letur, ſecundum illud: Quis tu vt hominem timeas, qui vt fœnum areſcet? Et nolite ti-
Matt. 10. mire eos qui occidunt corpus, animam autem occidere nequeunt. Demum vt terrorem incutiat hominibus impijs, & Dei verbum perſequentibus. Dei enim virga ſunt impij ad correptionem iuſtorum, quibus emendatis virga in ignem proijcitur. Exi-
Rom. 2. ſtimas enim qui alium iudicas, quod tu effigies iudicium Dei? Vnde Eſai. 10. dicitur:
Eſai 10. Væ Aſſur virga furoris mei, & baculus ipſe eſt, in manu eorum indignatio mea. Et tamen eodem capite comminatur illi Dominus exitium: quoniam non bona intentione: ſicut Deus permiſerat, ſed crudeli, & aliena à recta ratione proſequutus eſt ipſe vindictam, vt ibidem dicit. Sic enim, & dæmones & mali omnes, quibus vt flagello vti ſolet Deus ad corrigēdos filios facere ſolēt. Deus eīm recta intētione id permittit, illi verò aduerſa, atq; crudeli exequuntur. Sed & per reditum iſtum pueri Ieſu ab Ægyptijs ad terram Iſraël intelligo ego reuerſionem illam, quam filij Iſraël facient ad verum Meſsiam ſuū in fine ſeculi: quan-
Rom. 11. do cùm iam intrauit plenitudo gentium,
Ioan. 10. omnis Iſraël ſaluus fiet, & fiat vnum ouile,
Gene. 11. & vnus paſtor: ſitque terra labij vnius, ac ſermonum eorundem, & omnes iurent in nomine Domini. Ad quē reditū & ſponſa illum vocat Cant. 2. dicens: Reuertere di-
Cant. 2. lecte mi, & aſsimilare capræ hinnuloq; ceruorum ſuper montes Bether, id eſt, diuiſionem. Petit vt ad terram diuiſam reuertatur, in vnumq; ouile omnes gentes congregatas conſeruet. Sed obſerua ſecundò, quomodò iam reuerſo puero Ieſu à terra Iuda, iterum in Galyleam quaſi fugiendo recludat. Nullam illum requiem patiuntur habere. A Iudæa in Nazareht reuertitur, indè in Ægyptum fugit, ab Ægypto iterum in Iudæam reuerti inſtituit; ſed inde timore Archelai exteritus iterum in Nazareht quaſi fugibundus redit. Hoc enim ſignificat perſequutiones multas, quas Eccleſia pati debet, in qua ipſe Ieſus reſidet. Nunquàm enim illam tranquillam eſſe peſsimi ac ſcelerati homines ſinunt. Vno enim mortuo alius contra eam inſurgit, nec dum ſopita eſt hæc hæreſis; & ecce iam alia denuò pullulaſcit, hic ſciſmaticus perijt, alius pro eo conſurget, qui crudeliùs impugnet Eccleſiam. In quo & firmitas Eccleſiæ, atq; Dei aſsiſtentia continua in illa perſpicuè cernitur. Dic mihi frater, ſi vidiſſes nauem lapideam ſuper aquas natare, vimq; tempeſtatum pati, atque vndiq; ab inimicis obſideri, qui eam tormentis, catapultis, ac cæteris machinis bellicis, ex omni parti quatiūt: at ipſam ſemper immotā, ac ſtabilem permanere,

manere, quid diceres? Nonnè mirareris, & obſtupeſceres ſuper tantæ rei miraculo? Tale miraculũ hic proſpice. Eccleſia nauis lapidea eſt, quia Dominus dixit Petro: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meã; fundamentũ eſt petra, imò Chriſtus ipſe petra eſt fidelis: qui ſuper hoc fundamẽtum conſurgunt; lapides viui vocantur à D. Petro: Vos autem ſicut lapides viui coædificamini, ait ipſe Petrus: Aquæ ſuper quas nauis hæc ſaxea natat, corda ſunt hominum, quę inſtabilia ſunt ac lubrica, ſicut aqua. Homo enim ſolium eſt arboris, quod à quolibet mouetur vẽto, nec vnquàm in eodem ſtatu permanet. Hanc nauem vndique quatiunt vent, procellæ, hoſteſq; multi eam ſubmergere nituntur, & tamen ſuper aquas ſemper immerſa præualet, ſecundum quod de illa ſcriptum eſt: Bellabunt aduerſum te, ſed non præualebunt. Hoc miraculum alijs verbis prædixerat Pſalm. cũm dixit: Qui fundabit terram ſuper aquas. Vbi Chryſoſt. ait: Fundamentum non debet eſſe lubricum, aut humidum, ſed ſiccum ac durum; verum vt Dei appareat potentia; terra ipſa quæ omnium elementorum grauior eſt, ſuper aquas videtur fundata. Sic Eccleſia quæ terra dicitur, & propter æternam durationem & ſtabilitatem, & quia in terra modò eſt; ſuper aquas perſeuerat ęterna, quod maius adhũc miraculum eſt. Vnde Sapiens: Generatio præterijt, & generatio aduenit; terra autem in æternum ſtat. Terra ſecundum ſe totam immobilis eſt, etiam ſi ſecundũ partes moueatur. Et ratio eſt: quoniam terra ſecundum ſe totam æqualiter reſpicit centrum, quoniam ſphericum corpus eſt: cuius definitio apud mathematicos hæc eſt, q̃ ſit cuius lineæ à centro vſq; ad circunferentiam æquales ſunt. Cùm ergo æqualiter reſpiciat centrum, non habet verſus quam partem ſecundum ſe totam moueatur: cùm motus grauium ſit ad centrũ, & ad appropinquandum illi. Secundum partes verò mouetur, quia partes omnes tendunt ad centrum. Sic Eccleſia eſt veluti terra fundamẽtum omnium motuum: quoniam ſuper illam fiunt tot mutationes ac generationes, veluti ſuper terram. Perijt Arrius, ſurgit Manichæus, illo ablato Mahumetus regnat, deinde Lutherus, &c. At verò quoniam ſecundum ſe totam æqualiter reſpicit centrum, ſcilicet, Chriſtum, qui in medio diſcipulorũ ſtetit, & eſt in medio eorum qui in nomine ſuo congregati ſunt, quales ſunt fideles, ſecundum ſe totam immobilis eſt, atque in ea ſemper fides recta in Chriſtum, & charitas perſeuerabunt; cæterum ſecundum partes mobilis eſt: nam vna vel altera Prouincia à Fide deficere poteſt, vt de facto defeciſſe videmus. Hoc etiam eſt, quod Dominus ad Ezechielem præcepit. c. 4. dicens: Fili hominis ſume tibi laterem, & pones eum coram te, & ſcribes in eo ciuitatem Hieruſalem, & ordinabis aduerſus eam obſidionẽ, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam caſtra, & pones arietes in gyro. Ciuitas Hieruſalem cœleſtis, quæ dicitur viſio pacis, in latere depicta eſt: quoniam hæc Eccleſia quæ in terra eſt, eadem eſt cum illa cœleſti, imò expreſsio quædã, ac ſculptura illius: illa enim quæ ſurſum eſt Hieruſalem mater noſtra eſt, & hæc Eccleſia quaſi expreſſa quædam ſimilitudo illius. Sed in latere, hoc eſt, in terrenis ac lateritijs cordibus, nempe in hominibus eſt, & obſeſſa ac impugnata ab hoſtibus; & tamen cùm in terrenis ædificijs ſit, & tantam hoſtium impugnationem patiatur, ſemper victrix ac integra perſeuerat: quoniam Chriſtus rogauit pro ea, vt nõ deficeret fides eius. Quare Eccleſia nauis quidem eſt: quia ſemper ſubiecta fluctibus, & ſicut nauis nunquàm eſt quieta; ſed ſiue in caumate, ſiue in tẽpeſtate hùc illùcque mouetur: ſic Eccleſiã quandiù in hoc mari eſt quietam eſſe nõ permittitur. Cæterum licet quantum ad hoc nauis ſit: tamẽ quantum ad firmitudinem petra eſt. Secundò, hæc pueri Ieſu perſequutio etiam ſignificat perſequutiones, quas iuſti (quorũ omnium perſonam egit Chriſtus) in hac vita patiuntur. Nam quando recenter Chriſtus in eius mentibus natus eſt (vt ſuprà diximus) tunc eum inſequũtur nè creſcat. Vnde Sapiens: Fili accedens ad ſeruiturem Dei ſta in patientia & timore, & præpara animã tuam ad tentationem. Cæterum cùm te videris ita ab hoſtibus impugnari, fuge in Ægyptũ. Ægyptus eſt locus, vbi populus Dei fuit acriter afflictus, & ſignificat pœnitentiam, vbi affligendo carnem ieiunijs, & animam fletibus augebitur Ieſus in corde tuo. Nam petra deſcribitur refugium herinatijs, hoc eſt, in aſperitate pœnitentiæ, illi qui ſub ſpinis ac ſentibus delitescunt: refugium ſibi parant. Hoc enim optimum remedium eſt, vt Chriſtus creſcat, ac cõſolidetur in nobis. Vnde Paul. dicebat: Filioli mei, quos iterũ parturio,

Simile. *Matt. 16.* *1. Cor. 10.* *1. Pet. 2.* *Iob. 14.* *Hiere. 1. et 5.* *Pſal. 135.* *D. Chryſo.* *Simile.* *Eccleſ. 1.* *Ezechi. 4.* *Ad Gal. 4.* *Luc. 2.* *Simile.* *Eccleſ. 2.* *Exod. 1.* *Pſal. 103.* *Ad Gal. 4.*

parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Dolores ſicut parturientis, qui grauiſſimi eſſe ſolent, debemus perpeti, vt Chriſtus formetur, & perficiatur in nobis. Vndè & Patres antiqui ad Ægypti deſerta confugerunt, & ibi operibus pœnitentiæ deuotiſsimè ſe dederunt. Cæterum poſteà poteris Nazareth adire, Nazareht quippè flores ſignificat: quoniam poſt pœnitentiæ opera ad flores contemplationis aſcendere poteris, vt Magdalena fecit. Sed ibi vt verus Nazareus non ociosam vitam agere debes, ſed radẽdo pilos, hoc eſt, ſuperflua omnia amputando, indies ſemper ad maiora cueharis: vt ſic vna manu teneas gladium, vel nouaculã reſecando mala, & alia opera fabrices virtutum, quibus ad perfectionem aſcendas.

Sed circa illud teſtimonium, quod citat Euangeliſta ex Prophetis, quoniam Nazareus vocabitur, eſt dubium: quoniam apud nullum Prophetarum inuenitur hoc teſtimonium. Hieronymus in hoc loco ſic ait: Si fixũ de ſcripturis poſuiſſet è exemplũ, nunquàm diceret quod dictum eſt per Prophetas, ſed ſimpliciter quod dictũ eſt per Prophetam. Nunc autem pluraliter Prophetas vocans, oſtendit ſe non verba de ſcripturis ſumpſiſſe, ſed ſenſum. Theoph. verò ait: Ecquis Propheta hoc dixerit nõ inuenitur nunc: per negligẽtiam enim Iudæorũ multi libri deſideratur, & ob continuas captiuitates; & fortaſsis abſque ſcriptura hoc dicebatur apud Iudæos. Quod autem multi libri deſiderentur manifeſtum eſt. Vbi liber iuſtorũ? Cuius tamen mentio fit Ioſ. 10. cùm de Sole ſtante iuſſu hominis agitur. Et Num. 21. cùm de Arnon torrentibus agitur? Sic enim legitur. Vnde dicitur in libro bellorum Domini; ſicut fecit in mari Rubro, ſic faciet in torrentibus Arnon. Demum vbi liber Ahiæ Prophetę, & cæteri, de quibus. 2. Paralip. 33. reliqua verborũ Manaſſes cùm pœnitentiam egit, & verba videntium qui loquebantur, ſunt in libro ſermonum Regum Iſraël, oratio eius, & mala quæ fecit ſunt in libro Hozai. 2. Paralip. 29. Liber Gad videtis, & liber Nathã Prophetæ, deſcriptis priorib⁹ & poſterioribus Dauid recenſentur, qui plenius narrant peccatum & verba & pœnitẽtiam Dauid. 2. Paral. 12. Liber Semei, & Ado de geſtis Roboam? Cùm autem hi omnes libri deſiderentur, quid mirum eſt ſi deſiderentur illæ ſententiæ, quæ dicuntur à Prophetis enunciari de Chriſto? Huius etiam ſentẽtiæ ſunt Chryſ. & Euthim. dicentes: Tempore Matth. hãc perſtare ſcripturam, quæ hoc dicit quæ tamen poſteà perijt. Contra hoc eſt argumẽtum. Nam ſi tempore Matth. fuiſſent talia ſcripta, quæ dicerent Meſsiam vocandum eſſe Nazarenum; non latuiſſet hoc ſapientes Iudæorum: qui tamen hoc argumento probant Chriſtum non eſſe Meſsiam, quoniam erat Nazarenus. Quo argumẽto reijcitur etiam opinio aliquorum, qui dicebant Matthæum non citare ſcripta, ſed dicta, & per Prophetas intelligitur ſapientes interpretes ſcripturæ, de quibus Paul. alij interpretatio ſermonum, vt ſit ſenſus, tempore Matthæi Doctores Synagogæ hoc dicere ſolitos. Difficultas huius rei in hoc conſiſtit: q̃ hæc dictio, Nazareus, poteſt ſcribi per literam, Zaim, id eſt. Z. vel per Saddi, id eſt. S. Per Zaim ſignificat ſeparatum & ſanctum: per Saddi, floridũ vel germinantem. Eſt autem incertum quando Chriſtus dicitur Nazareus ab vrbe, quomodo ſit ſcribẽdum. Et cauſa incertitudinis eſt: quia vrbs, Nazareht, nõ reperitur in toto veteri teſtamento ſic appellari, vel propter obſcuritatem loci; vel quia alio nomine habebatur. Hieron. ait ſcribi per Zaim, & ſignificare ſeparatum & ſanctum, & ita Dominum appellari Nazareum: quoniam autem non vnus, ſed omnes Prophetæ clamant Chriſtum fuiſſe Sanctum, & Sanctum ſanctorũ: ideò Matthæus dixit dictum eſſe per Prophetas. Facit pro Hieronymo: quia ipſe ait in vita Matthæi, ſe vidiſſe & legiſſe Euangelium Hebraicum ipſius, in quo poterat videre quomodo Nazareht ſcribatur. Alij dicunt Matth. non citare vaticinium Prophetarũ, ſed id vnde verè Meſsias Nazareus appellari poſſet: licet nullus Prophetarum prædixerit hoc vaticinium; tamen prædixerunt Meſsiam eſſe eum, qui verè dici poſſet Nazareus: vt Dani. 9. Sanctus ſanctorum dicitur, ideò vt impleretur ſcriptura, non quantũ ad vocem, ſed quantum ad ſignificationem intelligendum eſt. Nonnulli ex Neothericis dicunt Matth. reſpexiſſe ad illud quod dicitur Iudic. 13. de Samſone: Vocabitur puer Nazareus in vtero: & quia Samſon fuit in multis figura Chriſti, accommodatur hoc teſtimonium Chriſto, ſecundum ſenſum mixticum. Cæterum non deſunt qui dicant debere ſcribi per Saddi, & ſignificare germẽ ſeu florem: & quoniã Prophetæ prædixerũt Meſsiam fore

Num. 6. *D. Hiero.* *Theophil.* *Iosue. 10.* *Num. 21.* *2. Par. 33.* *2. Par. 29.* *2. Par. 12.* *D. Chryſ.* *Euthim.* *1. Cor. 12.* *D. Hiero.* *Dani 9.* *Iudic 13.*

fore germen & florem ſanctitatis, ideò Matth. dixit, vaticinia Prophetarum impleri in Chriſto, quod vocandus eſſet Nazareus. Eſai. 11. dicitur, & flos de radice eius aſcendet. Hebraicè eſt, Nether, quod ſignificat florem vel germen. Paraphraſis Caldaica ita vertit: Egredietur Rex de filijs Ieſe, & Chriſtus de filijs filiorum eius creſcet. Hierem. capit. 23. & 33. germen Meſsiam appellat. Zachar. 3. & 6. Oriens nomen eius, Hebraicè eſt germen pro oriens. Vnde Hieronym. ſuper hoc caput Eſai. ait, eruditos Hebraicorum tradere teſtimonium Matth. ex hoc loco Eſai. eſſe deſumptum. Hæc opinio eſt Lyræ, Burgenſis, D. Thom. & Ianſenij. Sed (vt diximus) difficultas eſt qua litera debeat ſcribi hoc nomen, cùm in toto veteri teſtamento non ſit mentio ciuitatis Nazareht; niſi dicas ſtandum eſſe D. Hiero. qui in libro de viris illuſtribus in vita Matthæi ait ſe legiſſe Euãgelium Hebraicum, quod ſcripſit Matth. & ibi per, Zaim, eſſe ſcriptum quod ſignificat ſanctum; & dicendum quòd Prophetæ dixerunt ipſum ſanctum eſſe vocãdum. Pagninus tamen contrarium aſſerit in titulo ſanctiſsimæ Crucis, per, Sadde, ſcribi hoc nomen Naſareus, non per Zaim; & citat antiquos Hebræos, qui ſic ſcribunt. Sed nihilominus reſtat dubium. Quod ſi Chriſtus fuit dictus Nazareus, quia fuit habitator vrbis illius, & Prophetæ dixerũt Chriſtum fuiſſe Nazarenum, provt ſignificat germen, vel florem, vel ſanctum; ſequitur Matth. vſum fuiſſe æquiuocatione. Poteſt reſponderi Matth. non citaſſe illud teſtimonium, quia Prophetæ, vel ſecundum literalem ſenſum, vel mixticum dixerint Chriſtum appellandum eſſe Nazarenum, id eſt habitatorem ciuitatis Nazareht; ſed eius intentio hæc fuit dicere: Chriſtus habitauit in Nazareht, & inde dictꝰ eſt Nazareus: quæ appellatio non caſu ei contigit, ſed ſummo Dei conſilio: nam, Nazareus, ſi expectes ſignificationem vocis, ſignificat germen, florem, vel ſanctum: cum hac autem ſignificatione conueniunt vaticinia Prophetarũ. Quaſi dicat: Benè euenit quod diceretur Chriſtus Nazareus propter ſignificationem vocis, quæ de Chriſto verificatur: & quaſi diceret Iudæis, quibus ſcribebat hoc Euangelium, non debere offendi, quòd Chriſtus dicatur Nazareus: quia iſtud nomen habet quandam ſignificationẽ prædictam de ipſo à Prophetis. Mihi quidem ex his omnibus opinionibus plus illa placet quæ dicit, hoc teſtimonium fuiſſe in aliquo Propheta tempore Matthæi, & temporum iniuria perijſſe librum illum Prophetæ. Fortè enim aliqua ex ſcripturis perierunt, quæ non adeò neceſſariæ erant, ſed ad ſuperabundantiam, vt populus ille rudior melius caperet ſacras ſcripturas, quæ modò poſtquàm plus edocti ſumus ab ipſo Chriſto, & Apoſtolis eius, nõ adeò neceſſarię nobis ſunt, vel illa quę ibi continebãtur vnita, fortè diſtinctè, ac ſparſim modò continentur in libris ſacris qui apud nos ſunt: quare etiam ſi illi deſint, non tamen deeſt nobis, quòd ad rectam fidem habendam in Deum neceſſaria ſunt: cùm multò meliùs prouiſum ſit Eccleſiæ, quã olim Synagogæ. Vel tertiò, q̃ illi libri qui perierunt, non habebãt totam Scripturæ ſacræ authoritatem; continebãt tamen aliqua quæ vel ex traditione, vel ex ſimilitudine ſententiarũ, cum his quæ erãt in ſacris libris tanquam canonica habebantur, & fortè potuit eſſe, quòd hæc ſententia quam citat Propheta ex his eſſet, quæ tanquàm ſacræ ac canonicæ habebantur tunc temporis. Scimus enim multa ſigna ſenſibilia in Prophetis eſſe de vero Meſsia dicta, quibus illum agnoſcere poſsint homines: vt quòd in Bethleem naſciturus eſſet, quod ingreſſurus eſſet Hieruſalem ſuper aſinam. Similiter poſſumus reſpondere, quod ad dignoſcendum Meſsiam erat Prophetatum, ipſum habitaturum in ciuitate Nazareht. Et ad id quod contra hoc adduximus, nempè ſi id verum fuiſſet, non latuiſſe ſcribas ac peritos legis inter Iudæos. Reſpondetur in hoc maximè cœcitatem ac inuidiam eorum apparere, qui idcircò exiſtimabant Chriſtum non eſſe Meſsiam: quia erat Gallyleus. Dicebant enim Ioann. 7. Nunquid à Gallylea venit Chriſtus? Nonnè dicit Scriptura, quòd ex ſemine Dauid, & de Caſtello Bethleem vbi erat Dauid venit Chriſtus? (Etenim vt omittam præſens teſtimonium, ſi forſam perijt) certiſsimum eſt, quod Eſai. 9. Prophetatum fuit Chriſtum moraturum in Gallylea gentium. Et ita refertur Matthæ. 4. quòd Chriſtus relicta ciuitate Nazareht, cùm eſſet iam iuuenis, imò initium iam ſuæ prædicationi dediſſet; habitauit in ciuitate Capharnaum, in finibus

Eſai. 11. — Hierem. 23. & 33. — Zach. 3. et 6. — D. Hiero. Lyra. — D. Hiero. — Pagninus. — Michæ. 5. — Zacha. 9. — Ioan. 7. — Eſai. 9.

finibus Zabulon & Nepthalim: vt adimpleretur quod dictũ eſt per Eſaiam: Terra Zabulon, & terra Nepthalim, via maris trans Iornanem Gallyleæ gentium, &c. Iudæi autem allucinabantur in cognitione Chriſti non expendẽtes, nec inter ſe conferentes varia teſtimonia Scripturæ. Nam ſi ſcriptum eſt Chriſtum naſciturũ in Bethleem, etiam reuelatum fuit à Prophetis habitaturum in Gallilea. Quocirca iure optimo admonet Chriſtus Iudæos Ioan. 5. Scrutamini ſcripturas, in quibus putatis vitam æternam vos habere: ipſæ enim teſtimonium perhibẽt de me. Tandem hic poſſumus illud de Iudæis dicere, quod aſſerit Auguſt. tom. 4. lib. de Fide, & operibus. c. 4. de hæreticis, dicens: Errant homines nõ ſcrutantes, non ſeruantes modum, & cùm in vnam partem procliuiter ire cœperint, non aduertũt alia diuinæ legis teſtimonia: vt poſsint in illa veritate quæ ex vtriſque temperata eſt conſiſtere. Sed & obſeruandum eſt, quòd idem nomen quod & Nazareum & Sanctum ſignificat; etiam cuſtodẽ ſignificare apud Hebræos compertum eſt. Nam à verbo Nathar, quod cuſtodire ſignificat, deducitur: vnde Iob. 7. Quid faciam tibi Natſer Haadam? id eſt, cuſtos hominum. Omnia autem hæc Meſsiæ cõuenire quis dubitat? Sileant ergo Iudæi, dicentes: A Nazareht poteſt aliquid boni eſſe? Ergo tantũ ex magnis vrbibus bona nobis emergunt, & non potiùs mala? Ex oppidis verò nonnunquam, imò dixerim ex ſolitudinibus, nihil quod in pretio eſſe poſsit enaſcitur? An non væ Babyloni, væ Carozaim, væ Bethaſaidæ, væ Hieruſalem? Securitas autem in indeſertis prædicitur. 24. Qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes. Ne glorieris in multitudine, quàm breuis peſtis conſumptura eſt: & bella ſubuertẽt, & fames. Sunt qui quod ex magnis vrbibus orti ſunt, aut illis imperent, glorientur? Chriſtus Nazareus vocatus eſt. Quot hominũ Principum inſignes tituli, vt dicantur Reges, Archiduces, Duces, Comites, Infantes, hæredes, vt olim Imperatores, Pontifices, Conſules, Patrici, Germanici, Galli, Iberi. Poterat quidem maiora ſibi nomina vindicare Chriſtꝰ Rex Regum, & Dominus dominantium; ſed ex eorum eſſe numero noluit, qui fecerunt nomina ſua in terris ſuis. Maluit Nazareus vocari à Prophetis, ab Euangeliſtis etiam ab Angelis: ſiquidẽ poſt reſurrectionem Angeli mulieribus dixerunt: Ieſum quæritis Naxarenum crucifixum. Deriſerit Iulianus, & Porphyrius, derideant & infideles; nos in hoc nomine Chriſti conceptionem, educationem, & magna myſteria agnouimus. Flos eſt, cuſtos eſt, & idem ipſe Dominus ſegregatus. Docemur autem hic præterea, quòd Chriſto vſu veniſſe videmus idem omnibus electis euenire. Nempè nihil tam minutum eſſe, quod fortuitò & non certa Dei prouidentia illis accidat. Quod meritò pios in omnibus rebus mirificè conſolatur & cõfirmat. Res enim leuicula, & nullius momẽti carni videtur; quod quis à loco educationis cognomen trahat: ſed Chriſto id adeò temerè non contingit, vt etiam à Prophetis ſit indicatum; & ex his omnibus collige Chriſtum eſſe verum Meſsiam; cùm in eo adimpleta ſint omnia ſigna hæc de vero Meſsia dicta. Nempè quod à Magis adorandus eſſet, propter eum innocentes occidendos, ipſe reuocandus ab Ægypto, atque Nazareus vocandus: quæ omnia mirificè in hoc noſtro Chriſtro adimpleta cernimus.

Ioan. 5. — D. Aug. — Iob. 7. — Ioan. 1. — Apoc. 18. — Matth. 11. & Luc. 10 — Matth. 24 — Moralitas — Pſal. 48. — Marci. 16

Cap. III.

POſtquàm de generatione carnali Chriſti Euãgeliſta ſermonem texuit; ad regenerationem noſtram ſpiritualem tranſit, cuius illa carnalis Chriſti cauſa fuit: ex hoc enim, quod verbum caro factũ eſt, dedit nobis poteſtatem filios Dei fieri. Et prætermiſsis illis annis, quos Chriſtus in pueritia & adoleſcentia tranſegit, ad præcurſoris hiſtoriam tranſit, per quam maximè probatur ipſum eſſe verum Meſsiam, ex Ioannis teſtimonio, quod multò antè prædictum fuerat, & ante conceptum eius, & ortum à Prophetis, & poſt ortum à proprio parente. Continentur autem in hoc capitulo duo teſtimonia. Alterum de terra, quod præſtitit Ioannes; alterum de cœlo, quod à Patre pclamatus eſt ſuus dilectus, ac naturalis filius, vt per hæc duo teſtimonia vtraq; nobis eius natura manifeſta fieret, & illa carnis quam in terra accepit, & diuina quam à Deo ſumpſit: vt ſic in ore duorũ teſtium omni exceptione maiorum ſtet huius verbi veritas. Pater Deus eſt, qui nec fallere nec falli poteſt, Ioannes homo eſt, ſed inter natos mulierum nullus maior

Ioan. 1. — Matt. 18. — Matth. 11.

Ioan. Baptiſtæ laudes. eo ſurrexit. Ea propter decuit, vt B. Ioan. ſumma polleret authoritate apud homines, ſingulariq; ac eximia ſplendeſcerat ſanctitate; quatenus eius teſtimonium ab omnibus maximè æſtimaretur. Quare Chriſtus Dominus, nec Matrem ſuam, nec aliquem ex ſuis Apoſtolis laudauit, niſi ſolum Ioannem Baptiſtam; cuius præconium coram omni turba Iudæorũ mirificis verbis præ-
Matt. 11. dicauit, infrà. 11. vt doceret Chriſtianos quantum debent æſtimare prædicatores, ſaltim ratione officij: quoniã teſtimonium perhibẽt veritati. Ideò enim ipſemet Ioannem tot laudibus extulit, vt authoritatem teſtimonio eius, quod de ſe ferebat conferret. Et ob id etiam ipſum Ioannem magnificis priuilegijs decorauit, in tantum, vt ea quę ipſi Chriſto propria erãt, Ioanni quantum fas erat præberet. Quid enim amplius Rex cum amico ſuo poteſt facere, quã ſuos ſeruos in ſuum occupare miniſterium? Vt qui ipſi Regi ſeruiunt etiam illi miniſtrẽt, ſuamq; illi ſupellectilem præbere, qua ipſe honoretur, & magnus appareat? Sic Chriſtus cum Ioanne Baptiſta fecit. Nam idem Angelus, vt putà Gabriel, qui cõceptionem ipſius Chriſti Virgini nunciauit, idem inquam, fuit nuntius cõceptus Baptiſtæ: nam
Luc. 1. vt Luc. refert: Ipſe Patri Zachariæ prænuntiauit futurum, atque in templo Dei fuit, vbi ipſe ſuam habebat ſupellectilem, vaſorum aureorũ, & plura alia, quæ ad decorẽ diuini cultus pertinebant, quaſi hæc omnia vellet etiam ipſi Ioanni deſeruire. Quid plura? Chriſtus ex Matre Virgine conceptus & natus eſt, hoc ipſum quantum fas fuit etiam contulit Ioanni. Nam ſi ex Matre Virgine non eſt natus, ex ſterili tamen, atque ex ea, quæ ſecundum naturam conceptus ferre non poterat, natus eſt: vt ſicut Chriſti conceptio fuit miraculoſa, eſſet &
Geneſ. 21. & 25. 1. Reg. 1. Luc. 1. Luc. 2. Luc. 1. Ioannis, ſuo modo tamen ſicut conceptus Sarræ, & Rebeccæ, & matris Samuelis, miraculoſi fuerunt. Fuit in vtero ſanctificatus, fuit ab ipſo Domino in ventre matris viſitatus, ac in præcurſorem electus. In Chriſti natiuitate Angeli miniſtrarunt, in Ioannis ortu ipſa Virgo, quæ Regina Angelorum eſt, officia, ac opera materna præſtitit: manſit enim tribus menſibus cum cognata ſua, vſq; ad ortũ pueri. Fuit etiam ſumma præditus ſanctitate: quoniam fuit in confinio vtriuſq; legis nouæ, ſcilicet ac veteris, ac perinde ex vtraq; quod optimum erat mutuauit. Antiquæ legis fuit veluti epylogus, nouæ tanquã exordium. In epylogo clauditur, ac præcingitur, quicquid in oratione dictum fuerat: in exordio etiam ſummatim & cõpendioſè apponitur omne id, quod tota oratione tractandũ eſt, vt ſtatim ab initio attẽtos reddat auditores. Antiquam legem Deus dedit in monte Sinay, *Exodi. 20.* magnis terroribus, ac miraculis, & vt ipſe qui eam condiderat perficeret, voluit in fine eius illam tanto viro decorare: in quo veluti in compẽdio quodã diceretur, quicquid illa, tot cœremonijs, ſacrificijs ac baptiſmatibus, dicebat. Paul. finem legis dicit *Ad Rom. 10.* eſſe Chriſtum, ad quem veluti ad ſcopum attendebat lex illa, *Era el blanco à quien miraua la ley.* Vel dicitur finis legis: quia conſummatio eius fuit, vt ipſe dixit: Conſum- *Ioan. 19.* matum eſt: quia omnia quæ in lege erant dicta, in Chriſto conſummata & adimpleta ſunt, vt & ipſe alibi dixerat: Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & conſummabuntur *Luc. 18.* omnia quæ ſcripta ſunt de filio hominis. Et *Luc. 22.* alibi ante paſsionem dixit: Omnia quæ ſcripta ſunt de me finem habent. Et alibi *Matth. 5.* de ſe ipſo dixit: Non veni ſoluere legẽ, ſed adimplere. Quoniam in Chriſto adimpleta ſunt omnia, quæ in lege erant ſcripta, & figurata, & ideò ipſe fuit complementum legis. Cæterum omnia illa quæ lex, & Prophetæ de Chriſto dicebant Ioannes vno cõcluſit verbo, cùm dixit: Ecce agnus Dei, *Ioan. 1.* ecce qui tollit peccata mundi. In hac vna ſententia tanquàm in epylogo perſtrinxit, quicquid lex tot ſacrificijs & cœremonijs adumbrabat, quicquid oracula Prophetarum cecinerant: Ecce agnus Dei. Ecce agnũ illum, quem & agnus Paſchalis, & cætera animalia, quæ lex iubebat mactari ſignificabant. Ecce qui tollit peccata mũdi, hoc *Exodi. 12.* omnes prædixerant Prophetæ hic eſt omnis fructus, vt deleatur peccatũ dixit Eſai. *Eſai. 27.* & Dani. prædixerat conſummandam eſſe *Dani 9.* iniquitatem tempore Meſsiæ. Ecce ergo illum, qui peccatum & peccata mundi tulit: quoniam tàm originale peccatum, quàm actualia ſua morte deleuit. Rectè ergo dicitur Ioan. epylogus veteris legis, digito oſtendens illum, in quo omnia quæ ſcripta erant conſummabantur, atque vno verbo quidquid lex prædixerat comprehendens. Inſuper ſancti as veteris legis in Ioanne, quaſi comprehenſa videtur. Fuit in veteri lege Moyſes, qui populum per deſertũ adduxit: monita ſalutis dando, & vſq; ad Ior- *Exodi. 16.* danem deducens, non in promiſſam terrã *Deut. 31.* intro-

introduxit illũ, ſed cuidam Ioſue, vel Ieſu commiſit populum, qui illum faceret tran-
Num. 12. ſidere Iordanem. Fuit autem Moyſes vir mitiſsimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra; ſic B. Ioan. Baptiſta vir patiens, ac mitis, per deſertũ deducens populum hortamenta dando ſalutis, atque in
Matth. 3. Iordane aſſuefaciens homines ad baptiſmũ Chriſti, ad illum verũ Ieſum omnes remittebat, qui per baptiſmum Iordanis homines in cœlum introducturus erat; dicens: Ego baptizo vos aqua, qui autem poſt me veturus eſt, ante me factus eſt, ipſe vos baptizabit in Spiritu Sancto & igne. Ac ſi diceret: Non meum baptiſma vobis aperiet cœlum, ſed illius qui ignẽ Spiritus Sancti tribuere poteſt aquis: vt remittant peccata, & trãſitum per aquas baptiſmi vobis præ-
Exod. 3. parabit ad cœlum. Item Moyſes cùm minaret gregem ad interriora deſerti, vidit in Rubo quod ardebat nec tamen comburebatur, gloriam Dei, & ſoluit calciamentum de pedibus ſuis, vt illum alloqueretur. Sic Ioannes in deſerto, vbi populum tanquàm paſtor oues ducebat, vidit Rubum incombuſtum, in quo erat gloria Dei, nempè diuinitatem, quæ ignis conſumens eſt, vnitam humanæ carni, & tamen non conſumens, nec comburens eam; in qua maieſtatem ac gloriam Dei adorauit, & non ſolum calciamentum ſuum coram eo ſoluit, imò & confeſſus eſt ſe non eſſe dignum, vt ſolueret
Ioan. 1. corrigium calciamenti Chriſti. Fuit alter
1. Reg. 17. Matt. 14. Dauid ſanctiſsimus, qui caput amputauit Giganti. Ioannes caput ſuum carnifici amputandum dedit propter veritatem. Vixit etiam lege veteri vnus Helyas veſtitus pel-
3. Reg. 18. & 19. libus à Iezabel Regina perſequutus, qui cõfidẽter idolatras, aciniuſtos Reges arguebat:
Marci. 6. Marci. 1. Luc. 1. Ioannes ab Herodiade cõcubina Regis Herodis perſequutus fuit, indutus pilis camelorum, & zona pellicea circa lumbos ſuos, anguens fiducialiter Reges, qui & venit in ſpiritu & virtute Helyæ. Fuit etiam ſterilibus parentibus genitus, at in ſtatu circunciſionis, quamplures quorum Patres ad generandum ſteriles erant, ex eis geniti ſan-
Gene. 21. ctitate maxima floruerunt. Sara ſterilis Iſaac obedientem filium vſq; ad mortem,
Luc. 1. qui riſus interpretatur peperit. Eliſabeht ſterilis & ad edendos fœtus impotens Ioannem concepit & peperit, qui gaudium ſuo ortu in mundũ attulit, cùm de illo prædixerit Angelus. Multi in natiuitate eius gaudebunt, qui & obediens Deo vſq; ad mortem exitit. Rebecca ſterilis Iacob peperit, *Geneſ. 25.* qui Luctator dicitur, & cum Angelo tota *Geneſ. 28.* nocte luctatus eſt. Sic Ioannes ſterili matre *Matth. 3.* natus, cum vero Angelo Chriſto luctabatur *Iudic. 3. et 16.* nolens ex humilitate baptizare illũ. Samſon ex matre ſterili natus, ſua magna fortitudine portas ciuitatis Gazæ è cardinibus rapiens, eas ſecum vſque ad montem deduxit. Sic Ioãnes cardines portarũ cœli con-
Matth. 3. Matth. 11. cutiens, prædicabat appropinquare Regnũ cœlorum. Vnde & de eo prædicabat Chriſtus, dicens: A diebus Ioan. Baptiſtæ vſque nunc Regnum cœlorum vim patitur. Hoc eſt dicere: Primus qui portas Regni cœlorum concutere cœpit, & diuitias eius oſtendere (Gaza quippè diuitiæ interpretatur) Ioannes Baptiſta fuit, *Fue el primero que comenzò à deſquiciar el cielo.* Samuel etiam ex *1. Reg. 1. et 10.* matre ſterili vngebat Reges: ſic Chriſtum vnctũ Regem à Patre aquis Iordanis Ioan-
Matth. 3. nes tingit. Ecce quomodo Ioannes veluti epylogus fuit, in quo ſanctitas veterum Patrum, quaſi in compẽdio redacta fuit: vt ſic
Eccleſ. 7. verificaretur illud dictum Sapientis: Melior eſt finis orationis, quàm principium. Vnde etiam fuit quaſi finis ac conſummatio antiquitatis. Nam cum in die circunciſionis eius, vellent eum vocare nomine Pa-
Luc. 1. tris ſui Zachariam; noluerũt parentes eius, ſed dixerunt: Ioannes eſt nomẽ eius. Quoniam filij ſolent nuncupari nomine parentum, vt in eis memoria eorum conſeruetur. At Zacharias Sacerdos erat, eius tamen ſacerdotium finẽ habebat: ſacerdotium enim Aaron transferebatur ad Chriſtum, qui fuit Sacerdos conſecratus à Patre, ſecundum ordinem Melchiſedech. Quia ergo ſacerdotium illud cõſummabatur, non opus erat vt Ioannes Patris nomine vocaretur; ſed vmbræ cedant corpori; figuræ veritati, & aduẽniente lumine fugiant vmbræ, & nec nomen perituri Sacerdotis remaneat in filio, ſed vocetur Ioannes, id eſt, gratia: quoniam ſacerdotium quod illam non conferebat, in illud quod eam abundãtiſsimè dabat transferendum erat & ille Sacerdos perituro ſuccedat, qui in æternũ duraturus eſt, iuxta illud: Tu es Sacerdos in æternum, ſe- *Pſal. 109.* cundum ordinem Melchiſedech. Et hinc forte mos inter Chriſtianos ortum habuit, vt in natiuitate Ioannis Baptiſtæ, domus veteres relinquant homines, & in nouas tranſeant ad habitandum; vnde dicitis de eo qui mutatur, *Haze ſan Iuan*: quoniam in aduentu Ioannis in mundũ; Deus veterem illam

illam Synagogæ domum, ac tabernaculum iam dimittebat, & ad noua Eccleſiæ ſatagebat tranſire ædificia. Iam enim priſtina domus illa præ veruſtate cadebat, ſtellicidijs plena; vnde quotidie ſarta tecta eius innouabantur: nam ſecundum ſententiam
Ad Heb. 8. Pauli, de ea loquentis, quod antiquatur & ſeneſcit prope interitum eſt. Nouam do-
Apoc. 21. mum fabricabat, de qua Ioan. Euangeliſta dicit: Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam deſcendentem de cœlo, tanquàm ſponſam ornatam viro ſuo. Veterem relinquit ſupellectilem, nouiſque ornauit veſtibus ſponſam ſuam Eccleſiam, nempè nouis ſacramentis, ſtatutis, nouis conſilijs, vt ipſe dicit: Veterа tranſierunt, ecce noua facio
2. Cor. 5. omnia. Quare Paul. mobilia bona vocat ea,
Ad Heb. 12. quæ in lege veteri continebantur. In Ioan-
Luc. 16. ne ergo hæc tranſlatio incepit, vt ipſe Dominus dicit: Rex & Prophetæ vſq; ad Ioannem. Ab ipſo quippè cœpit prædicari nouus Legiſlator, nouus Præceptor, & Dominus. Sic & nos etiam tranſitum debemus facere in Ioanne; à veteri corruptione peccati, ad nouam vitam gratiæ, decrepitum Adam ac putidum, iam præ nimia corruptione fœtentem exuentes, & nouum Chriſtum cœleſtibus fragrantem odoribus
Ad Gal. 3 induentes, vt nos docet Paul. Galat. 3. dicens: Nunc autē deponite vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonē de ore veſtro: Nolite mentiri inuicem, expoliantes vos veterem hominem, cum actibus ſuis, & induentes nouū hominem. Et declarans quis ſit iſte nouus homo, ſubdit: Induite vos ergo, ſicut electi Dei ſancti viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatē, modeſtiam, patientiam, ſupportantes inuicem in charitate. Et ſic debemus nos honorare Ioannē, *Haziendo*
Moralitas *S. Iuan de la culpa à la gracia.* Cæterū ſicut fuit finis ac epylogus veteris legis: ita fuit initium ac exordium nouæ. In exordio autem orationis compēdioſè includitur, quod in ea diffuſè continetur. Sic in Ioanne perfectio nouæ legis, tanquàm in quodā compendio reperitur: quoniam ipſe propoſuit thema totius doctrinæ Euangelicæ. In themate autem totum ſermonis intentum in-
Matth 4. cluditur. Thema prædicationis Chriſti hoc
Matth. 3. fuit: Pœnitentiam agite, appropinquauit
Marci. 1. enim Regnum cœlorum. Hoc etiam fuit thema prædicationis Ioannis. Vnde fuit veluti initium ac exordiū legis nouæ. Audi diuum Marcum Euangeliſtam, ſic ſuum inceptantem Euāgelium: Initium Euangelij
Malac. 3. Ieſu Chriſti filij Dei. Et ſtatim: Sicut ſcriptum eſt (inquit) in Eſai. Propheta: Ecce ego mitto Angelum meū, &c. Ecce vbi in Ioanne Baptiſta dedit initium Marcus Euangelio; quaſi ipſe fuerit exordium ac initium eius. Fuit quippè Angelus ille, quem Ioan.
Apoc. 10. Euangeliſta in Apoc. vidit, qui habebat pedem vnum in mari, alterum in terra. Per mare quod ſœuit procellis, & incōſtans eſt, ac mutabile, legem veterem intelligo, quæ aſpera nimis erat ac rigida & mobilis: quoniam ab ea debebat fieri tranſitus, ſicut per mare ad nouam: vnde poſt tranſitum maris Rubri data eſt lex illa. Cæterū per terram lex noua intelligitur, quæ perſtare debet
Eccleſ. 1. in æternum, iuxta illud: Generatio præterijt, & generatio aduenit; terra autem in
Malac. 3. æternum ſtat. Ioan. ergo, quē Malach. Angelum vocat, finitimus eſt vtriuſque legis; nam veteris eſt finis, & nouæ initium, &
Matth. 13. ſicut diues paterfamilias protulit de theſauro ſuo noua & vetera. Vnde ipſe cœpit prædicare Regnum cœlorum, quod in noua lege clarius promittitur: & ideò confluebant ad eum omnes gentes. Quare Ioannes dictus eſt qui ſignificat gratiā, quæ in noua lege datur, veluti pignus gloriæ. Vnde de eo dicitur: Scribā ſuper eum nomē nouum,
Matth. 3. & nomen ciuitatis nouæ Hieruſalem. Ipſe enim illam cœpit prædicare cœleſtē Hieruſalem, dicens: Appropinquauit Regnum cœlorum. Atque ipſe eſt later ille, in quo
Ezechi. 4. præcepit Dñs Ezech. vt ſculperet Hieruſalem: quoniam in ipſo vtriuſq; Hieruſalem deſcripta apparet imago: nam cœlicolarū vitā agebat, Angelus quippè vocatur, atque puritate carnis, & ſpiritus multos ſuperauit Angelos, nec comedebat, nec bibebat, vt Angeli. Secundū illud quod dixit Chriſt⁹: Venit Ioannes nō manducans nec bibens.
Matth. 11 Hieruſalem autē terrena, hoc eſt, Eccleſia hæc, quæ dicitur militans, etiam in Ioanne deſcripta eſt, ac veluti in exordio comprehenſa. Conſtātia martyrum in Ioanne viſa eſt, in eo etiam eſt virginum puritas, eremitarum auſteritas, atque ſolitudo cōtemplatiuorum. Charitas etiam in eo deſcripta apparet, atque via qua ad hanc altiſsimam vitam aſcenditur, nempè pœnitentia, aſperitas vitæ, eremi ſolitudo. Errant certè errant, qui docēt ad vitam contemplatiuam neceſſarias eſſe carnis delicias, ſcilicet, vt benè paſcatur corpus, vt poſteà fortis ſit ad contēplanda cœleſtia, nè carnis debilitas animam

animam etiā ad ima deijciat; errāt (inquā)
Luc. 3. toto cœlo, atq; mentiuntur. Ioan. Baptiſta contemplatiuorū pater, etiam à pueritia ad eremū fugit, publicos deuitans conſpectus, atque incredibili inedia macerabat corpuſculum adhūc puer: nā veſtimēta eius erāt
Matth. 3. de pilis camelorum, & zona pellicea circa lumbos ſuos; cibus autē eius erāt locuſtæ ac mel ſylueſtre. Chriſtus Dñs cùm contemplatiuæ vitæ voluit vacare in deſertū ſeceſ-
Matth. 4. ſit, & ibi ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Imò ipſemet Dñs, cùm de oratione ageret, cum ieiunio iun-
Matth. 1. gebat illam, dicens: Hoc genus dæmoniorum non eijcitur niſi in ieiunio & oratio-
Dani. 10. & 1. ne. Daniel vir deſideriorū, & contēplator diuinorū leguminib⁹ paſcebatur contēptis Regijs cibis. Deniq; omnes Sancti quotquot in nouo teſtamēto ſe verē contemplationi dare voluerūt; eremiticā vitam agere decreuerūt, atq; in deſerta Syriæ, & Ægyptij decedentes, ibi herbis tantū paſcebantur. Quomodò ergo tu dicis oportere corpus delicatè paſcere, vt attentius oret, &
Ad Phil. 3. contempletur? Mentiris certè in caput tuū: quoniam inimicus eſt Crucis Chriſti, cuius Deus venter eſt; & ideò etiam finis erit interitus. Igitur contemplatiui ſpecimen ſuæ vitæ in Baptiſta habent, & qui vacant vitæ actiuæ actiones eius imitentur, confeſſo-
Matth. 11. res in eo videant fidem ſuam, Prophetæ pluſquàm Prophetam reſpiciant; prædicatores zelum ac integritatem, qua coram Regibus, imò & contra Reges veritatem profitebatur imitentur, deniq; quicquid boni, ac optimi in noua lege videmus, in Beato Ioanne reſplendet, ac in eo veluti in exordio quodam inſinuatur, atque in ſuo themate doctrina noſtræ legis includitur. Fuit ergo finitimus harum duarum legum antiquæ finis & epylogus, nouæ verò exordium ac principium. Vnde Diuus Ambroſius ſerm 64. ſic ait: Quiſquis natus
Cyril. & Hierony. eſt de muliere, inferior eſt Ioanne. Cyril. & Hieron. cap. 3. in Matth. Ioannes maior (inquiunt) fuit Enoch in paradiſum tranſlato, Elia cœlum aſſumpto, Moyſe legiſlatore, Hieremia in ventre matris ſanctificato, Prophetarum maximus legis antiquæ terminus initium Euāgelij, Archidux noui
D. Auguſt. teſtamēti. Aug. ſuper Pſal. 29. Nihil maius
D. Chryſ. in genere humano fuit Ioan. Bapt. & ſerm. 4. de Ioan. Bapt. Quiſquis Ioanne plus eſt, non homo tantùm ſed etiam Deus eſt. Author operis imperfecti: in Matth. hom. 27. Omnibus Sanctis maior eſt Ioan. quo ſolus prior eſt Chriſtus. Cyril. Alex. l. 2. in com-
Cyril. Alexand. ment. in Iob. c. 39. & l. 2. theſauri. c. 4. Ioan. (ait) virtutis apicem tetigit, ad ſummā humanæ iuſtitiæ perfectionem prouectus eſt, & ad eum ſanctitatis terminum peruenit, ad quem humana natura peruenire poſſet.
D. Bern. Bernar. ſerm. de Ioan. ait: Non ſolùm nouē Angelorum choris inſertus eſt; ſed etiam vſq; ad ſeraphin culmē aſcendit. Ex quibus omnibus manifeſtum fit Ioanneni cōſenſu omniū fuiſſe omnibus Sanctis veteris teſt. maiorem, etiam ſi includas Patriarchas & Prophetas; fuit etiam maior omnibus Sanctis noui teſt. præter Apoſtolos. Controuerſia tamen eſt, ſi fiat cōparatio inter ipſum, & Apoſtolos; quæ dupliciter poteſt fieri: vel ratione dignitatis officij, vel ratione ſanctitatis & gloriæ. Anſel. ſup hūc locū Matth.
D. Anſ. cuius iudicium mihi modò placet, ſic dirimit hanc litem. Ioan. ratione miniſterij & officij inferior fuit Apoſtolis: quia primum & præcipuū miniſterium Eccleſiæ eſt Apoſtolatus. Quoidam (ait Paul. Eph. 4.) dedit
Ad Ephe. 4. Deus primū quidē Apoſtolos, ſed ratione Sāctitatis & glorię fortè illis nō eſt inferior. Et videtur hanc controuerſiā verſari poſſe inter iſtos quatuor Sanctos; inter Baptiſtā, & Euangeliſtā; inter Petrum, & Paulum, quis ſit maior alijs: quia vnuſquiſq; habet peculiaria argumenta, quibus eius dignitas probatur. Hæc enim erāt illa quatuor diffi-
Prouer. 30. cilia, quæ Sapiens confitetur ſe omninò ignorare, cùm dicit: Tria ſunt difficilia mihi, & quartū penitus ignoro. Viam colubri ſup petrā: hic eſt Paul. qui tot voluit greſſus, tot attriuit itinera, ſuper petrā gentilitatis, quæ peccatorū duritie preſſa tenebatur. Viam nauis in medio maris: hic eſt Petrus, huius nauis Eccleſiaſticæ primus Gubernator, & nauta: & difficultas eſt, quomodò nauis hec ſuper hoc pcelloſum mare perſtat: nec fluctibus vllis ſubmergit. Viā aquilæ in aēre: hic eſt Ioann. Euangeliſta qui velut aquila radios Solis intuitus eſt, in ipſamq; diuinitatem defixit oculos, cunctaque creata tranſcendens tulit medullam cedri, hoc eſt, diuinam ſubſtantiam nobis expreſsit. Eſt enim aquila illa magnarum alarum, quam vidit
Ezech. 17 Ezech. quæ venit ad libanū, id eſt, ad Chriſtum hominē, & tulit medullā cedri: quoniā nō ab humana ac tēporali natiuitate, ſed ab æterna, & diuina initiū ſui Euāgelij ſumpſit.

Sed quartũ se dicit penitus ignorare, nẽpè viam viri in adolescentia. Hic est Ioannes Baptista, qui à teneris annis ad eremũ properauit, ibiq; abdita Christi mysteria cognouit. Nam licet aquila, de qua modò diximus in tã sublime volatũ euexerit; tamẽ de hoc nostro puero dicimus: Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Quod enim ille alter Ioannes in senectute scripsit (nimirum Æternam verbi generationem) hoc noster Baptista adhûc puer intellexit, ac in ventre matris per os genitricis prophetauit, exultationeq; sua reuerentiam Christo intranti in vtero Virginis facere nullus est, quasi recognoscens diuinam ad se intrantis dignitatem, ac personam. Cæterum licet hæc ita dici possent: tamen temerarium videtur id nos velle dijudicare, cùm scriptum sit: Spirituum põderator est Dominus. Quod si Baptistam in sanctitate, ac meritis non inferiorem Apostolis facimus, qui tàm ipse, quam illi propinquissimi fuerunt sanctitatis authori, ac principio, qui fuit Christus Dominus, & quantò res propinquior suo principio, tantò perfectior erit; sicut calor quantò proprior accedit ad ignem, tantò perfectior est in illo genere, vt docet D. Thomas. 2.2. quæst. 1. artic. 7. ad. 4. & si id non incongruè dici posset; fatendum tamen est Diuum Petrum omnes alios in sanctitate excelluisse; quippèqui corã omnibus in charitate, quæ est meta omnis perfectionis à Christo examinatus inuentus est plus alijs diligens, atque proinde plus alijs sanctior, atq; perfectior. Igitur, quia testis tantæ rei debebat esse Ioãnes, oportuit vt esset omnni exceptione maior; & ideò omnibus alijs à Christo antefertur, cũ de eo dicit: inter natos mulierũ, non surrexit maior Ioãne Baptista. Et ideò omnes Euangelistæ de eo testimonium ferunt, nec tanta de B. Virgine, aut de B. Iosepho dicũt: Quanta de Ioanne Bapt. quoniã Ioan. in hoc missus fuit à Deo, vt ostenderet & probaret Iudæis Dñm nostrũ esse Messiã, sicuti testatur Ioan. 1. Fuit homo missus à Deo, &c. Testimonium eius fuit multò grauius & efficacius, quàm aliorum Prophetarũ. Non enim fuit aut dixit testimoniũ de futuro; sed de eo qui iam venerat, & in conspectu omniũ iam erat, nõ ambiguè & obscurè; sed clarè & distinctè digito demonstrando. Quantum autem valuerit eius testimonium, ac quantum in populo profecerit: patet Primò, quia vt dicit Ioannes. 10. Venientes Iudæi ad Christum dicebant: Quia Ioannes quidem nullum signum fecit: omnia autem quæcunq; dixit de hoc vera sunt, & multi crediderunt in eum. Secundò, primi discipuli, qui sequuti sunt Christum, authoritate Ioannis promoti sunt, & testimonio eius firmati, vt patet Ioan. 1. Tertiò, quantum emolumentum adducturus esset Ioannes prædixerat Angelus cùm dixit: Et multos filiorum Israël conuertet ad Dominum Deum ipsorum. Aduertendum insuper, quòd quatuor modis de Christo dixit testimonium. Primò negando se esse Messiam confessus est, & non negauit, & confessus est, quia nõ sum ego Christus. Secundò, declarando Christum esse filium Dei. Tertiò, testificando Christum esse verum Deum & Dominum nostrum, atq; peccatorum nostrorum victima, & expiatio cùm dixit: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Si tollit peccata ergo est Deus: nam nemo potest dimittere peccata nisi solus Deus. Si agnus, ergo homo immolandus pro nobis. Quartò, magnifaciendo Christum, seq; sub illo deprimendo, atque cum se illi confert minima de se dicendo: Qui post me venit prior, & fortior me est, illum oportet crescere, me autem minui; ille est sponsus, ego sum amicus sponsi; ego baptizo aqua, ille baptizabit vos in Spiritu Sancto; cuius ego procumbens non sum dignus soluere corrigiam calciamentorum eius. Sed quæres in quo apparet Ioan. fuisse testem idoneum & fidedignum? Primò notitia rei, de qua testatur Secundò, authoritas personæ, & fides apud eos, apud quos testatur. Tertiò, dignitas personę. Quartò, sanctitas, quę omnia in Ioanne excellentissimè claruerunt. Primò, habuit plenissimam notitiam Christi, quatenus de eo posset testimoniũ ferre, notitiam, inquam, non humanam, sed diuinitus reuelatam, quæ certior omnibus humanis est; vt ipse dixit: Et ego nesciebã eum, sed qui misit me baptizare, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum Sanctum descendentem, ille est qui baptizat in Spiritu Sancto. Et ego vidi, & testimonium perhibui, & hic est filius Dei. Secundò, erat in Ioanne maxima fides & authoritas apud Iudæos: nam Iudæi existimauerunt illum esse Messiam, quòd si ipse annueret, pro Messia illum accepissent omnes.

Psal. 102. *Luc. 1.* *Prouer. 16* *Similè.* *D. Thom. 2.2.q.1.artic. 7. ad 4.* *Ioan, 21.* *Matth. 11.* *Ioan. 1.* *Ioan. 1.* *Ioan. 10.* *Ioan. 1.* *Luc. 1.* *Ioan. 1.* *Matth. 3.* *Ioan 3.* *Matth. 3.* *Ioan. 1.* *Luc. 3.*

nes. Et Iosephus. l. 18. antiquit. refert tantam fuisse estimationẽ Ioan. apud Iudæos: vt in ore omniũ pro certo circucũferretur, ideò infœliciter pugnasse Herodẽ aduersus quẽdam Regem, atq; exercitum amisisse: quia talem occiderat virum. Imò & Pharisæi non ausi sunt respondere Christo cùm eos interrogauit de baptismo Ioannis, vnde fuerit, ex Deo an ex hominibus: quia timebant plebem, eò quòd omnes Ioan. tanquã Prophetam habebãt. Quod etiam maximè confirmatur; quia ipsemet Herodes, qui à Ioanne durissimè obiurgabatur, & qui eum vinctũ habebat in carcere; timebat illum, & libenter illum audiebat. Verumtamen quærere hic posset aliquis, an Christ⁹ egerit hoc testimonio Ioãnis? Respõdeo secundum quid, id est, ꝓpter Iudæos necessariũ fuit, simpliciter autẽ & propter Christum minimè, vnde id omnibus dicebat Iudæis Ioan. 5. Ego testimonium ab homine nõ accipio, id est, non egeo: habeo enim testimonium maius Ioan. Habebat autem Christus quatuor testimonia maiora testimonio Ioãnis. Primum fuit Dei Patris, quod dedit in baptismo, & in transfiguratione: vt & ipse dixit Ioan. 5. Ipse Pater testimoniũ perhibebit de me. Secũdum fuit testimonium sacræ Scripturæ, quare eodem cap. dicebat: Scrutamini scripturas, quia ipse testimoniũ perhibent de me: & si crederetis Moysi crederetis forsitã & mihi, de me enim ille scripsit: & Ioan. 10. dicitur de Christo: Huic testimoniũ perhibẽt omnes Prophetæ. Tertium testimoniũ fuit miraculorũ, quæ gessit, quibus conuincebantur ipsum esse verũ Messiam. Primò, quia faciebat eadem quæ Prophetæ prædixerãt facturũ esse Messiã, secundũ illud Esai. Tunc saliet tanquã ceruus claudus, & apertũ erit os mutorũ, &c. Secundò, quia faciebat ea ad cõfirmationẽ huius veritatis, ꝓ esset Messias. Si mihi nõ creditis, operibus credite, dicebat illis: Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatũ non haberent. Quartũ testimonium fuit ab Angelis, qui in eius natiuitate concinebant, atq; dicebant: Gloria in excelsis Deo, &c. Et ad pastores annuntio vobis gaudium magnũ, quod erit omni populo, quia natus est hodie Saluator, qui est Christus Dñs in ciuitate Dauid. Fuit autẽ necessarium testimoniũ Ioan. propter nos, vt assueti oculi nostri luci, qualis fuit Ioan. non obrueremur à tanto lumine, quod præferebat Christus verus Sol iustitiæ; & hoc lumine tanquã luce Auroræ spergefacti, ad radios Solis lucescẽtes aspicere valeremus. Nam ortũ Solis (ait quidam Doctor) sidus matutinum præcedit, ꝓ pecudes, volucres, cæteraq; bruta animalia, etiã homines, ad Solẽ ipsum ꝓmouet. Nec ea modò dixerim quæ sensibilẽ, sed quæ vegetatiuam habent animam, flores, plantas, & arbores, statim atq; illud apparuerit erigi, & quasi lætiora apparere videm⁹. Pet. Chriysol. serm. 77. ita inquit: In Ioan. accẽdit, & præmisit Dominus sui luminis lucernã, vt degustato lumine, in se iam diuini Solis iubar ipsum præferrẽt, & ipsam deitatis caperent claritatem, iuxta illud quod dictũ est de Ioan. Ipse erat lucerna ardẽs, & lucẽs; vt ille densas noctis placido lumine aperiret tenebras & nescium noctis diem desiderantibus ad lucem perpetem redonaret. Hinc est, quòd & Magos adhûc noctis incolas, & totis obstupescentes oculis, tenuiter micans stella assuefecit ad lucem, & gradatim pertraxit ad fontẽ luminis & dierũ. Ita q; sicut quæ nuper videndi facultatem acceperunt, paulatim educuntur ad lucem, & primum quidem vmbris, demũ maiori lumini assuefiũt; donec firmata oculorum acie Solis ipsius radios plenius intueri possunt. Ita quoque Deus cùm nos capaces cognitionis filij suĩ fecisset; paulatim in eum erexit, vt primũ eius typos & vmbras, Patriarchas, & Prophetas, & antiqua legis sacrificia seruaremus. Vbi verò confirmari sensus nr̃os oportuit, potius ad ipsum Solẽ Christũ, scilicet eduxit: ita tamen sub tenuiori ac faciliori lumine sub Ioã. scilicet anteà probaremur. Nec enim qui ad Reges accedunt, statim illos obuios habẽt, sed aut Comites, aut Duces: ita licet Christus inquãtum Deus omnia cõpleat, & omnia nostra perspiciat, vt aliquis nostræ infirmitatis præfiguretur ordo, quoad ipsum gradiremur, præmiserat viros pietate, & vitæ sanctimonia insignes, illum etiam quo maior inter natos mulierũ nemo surrexit, quorum fuit & iter ad Christum dirigere, & nos etiã ei parare; vt tandem tanquã ab elementis ad solidiorẽ doctrinam proueheremur. Hoc nos in ipso Ioan. dicturi sumus. Ille enim, vt conceptus ita & semestri ante Christum natus erat, eratq; omnium iuxta Patris oraculum spectatio, quod statim quod in virum euasisset præiret ante faciem Domini parare vias eius. Et D. Chrysost. homil. 3. in imperfecto sic ait: Sol appropinquãs ad processum, antequã

Iosephus. *Ioan. 10.* *Ioan. 1.* *Luc. 1.* *Matth 2.* *Marci. 16.* *Ioan. 5.* *Matth. 13.* *Ioan. 5.* *Ioan. 10.* *Ioan. 10.* *Ioan. 15.* *Luc. 2.* *Pet. Chry. Solog.* *Ioan. 5.* *Simile.* *Simile.* *Matth. 11.* *Luc. 1.* *D. Chrys.* *Simile.*

tequã appareat mittit radios ſuos, & facit albeſcere Orientẽ, vt procedens Aurora aduentum diei demonſtret. Sic Dñs natus in mũdo, antequã appareat Spiritus ſui fulgore tranſmiſſo illuminauit Ioannẽ, vt precedens ille aduentũ Saluatoris annuntiet, nè fortè ſubitò veniens & Dñs ſe eſſe filiũ Dei prædicet, propter ipſam magnã atq; terribilem indicationem rei, magis ſe incredibilem redderet, & oſtẽderet. Sic enim nec Chriſto per Ioannem filium Zachariæ Sacerdotis, & ipſe mirabilis in vita non crediderunt; quantò magis ſi nulla denuntiatio præceſſiſſet? Nam quantũuis fuerit perſona laudabilis, in ſua cauſa non poteſt eſſe teſtis idoneus. Venit Ioannes quaſi magni Regis præparator fidelis, qualis Rex talis, & Nuncius Regis, natus ex gratia non ex natura (hoc intellige, quia erant parentes ſteriles.) Sicut Chriſti conceptionem antè Angelus nuntiauit, ſic iſtius ſicut illius nomen antequãm conciperetur auditum eſt: ſic iſtius, ſicut & illius poteſtas antequàm
Luc.1. naſceretur oſtenſa eſt; ſic & iſtius virtus, &c. Hæc fuit inter illos differentia (ait ſtatim) quia Chriſto concepto fidelis mater confeſſa eſt gratiam Deo, dicens: Ecce ancilla Domini, &c. Ioanne autem concepto, incredulus pater obmutuit; quia Ioãne nato lex de cætero fuerat tacitura, Chriſto autem nato poſtmodum fuerat loquutura. Poterat hic quæri, an ſanctificatus fue-
D. Auguſt. rit in vtero D. Ioann. & licet Aug. epiſtola ad Dardanũ videtur de hoc dubitare; non tamẽ apparet ratio dubitandi, cũ expreſsè de illo dixerit Angelus: Et replebit Spiritu Sancto ex vtero matris ſuæ. Vinũ & ſicerã
Luc.1. non bibet, & præcedet in virtute, & ſpiritu
D. Amb. & Theophil. Eliæ. Imò vt Ambr. Theoph. & alij volunt, acceleratus fuit puero vſus rationis in vtero, atq; ex vtero adorauit Chriſtum. Quod
Luc.1. colligũt ex eo quod exultauit præ gaudio. Quã ſententiam videtur ſequi Eccleſia in Hymno, quẽ de Ioanne canit, dicens: Ventris obſtruſo poſitus cubili, ſenſeras Regem thalamo manentem. Et hoc fuit ſecundum miraculum quod fecit Chriſtus per poteſtatem excellentię. Nam primum fuit, Matrem excellentiſsimè ſanctificatam reddere; nempè vt non ſolùm ligatum haberet fomitem, imò omnino extinctum & ablatum. Secundum fuit per eam poteſtatem excellentiæ, ſuum præcurſorem in vtero ſanctificare, atque ei pro illo tempore accelerare, & conferre vſum rationis. Cæterum poſteà manſit puer Ioan. in illo ſomno & priuatione vſus rationis, quæ pueritiæ debetur; quoniam ſolus Chriſtus per modũ habitus permanentis habuit integrum iudiciũ viri ab inſtãti ſuæ conceptionis, ſecundum illud quod prædixerat Hiere. Nouum *Hierem.*
faciet Dñs ſuper terram; fœmina circundabit virum. Virum dicit: quoniam in actu iam operationes intellect⁹ ac rationis, quas viri ſolent exercebat ipſe in vtero Matris.

Dicit ergo noſter Euangeliſta: In diebus autem illis venit Ioannes Baptiſta prædicans in deſerto Iudæa, & dicens: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim Regnũ cœlorũ. In hac particula, *In diebus illis*, Matth. deſignare voluit tempus, quo Ioan. cœpit prædicare, non ſe tamen refert ad illud tẽpus, quo Chriſtus ex Ægypto redijt (fuit enim interſtitiũ ab illo tempore vſq; ad iſtud pluſquam viginti annorum: nam Ioan. cœpit prædicare incipiente Chriſto trigeſimum annum) ſed indefinitè ſumitur ſignificando totum illud tempus iam exactum, vſq; ad prædicationem Ioannis: & eſt iſte mos ſcripturæ, indefinitè notare tempus, vt cùm dicit in illo
tempore. Hoc autem tempus prædicationis *Luc.3.*
Ioan. Luc. diſtinctè ſignificauit. c.3. Nam oſtẽdit quãdo cœperit Ioan. prædicare, deſcribens tẽpus Imperatoris Romanorũ, qui tunc regnabat Præſidis Iudææ, & omnium Tetrarcharũ, & Sacerdotiũ nomina: functus officio optimi hiſtoriographi; cuius munus eſt in enarratione rerũ, præcipuè hæc tria explicare, Cronologiã, id eſt, notare & ſignificare tẽpora. Topographiã, id eſt, loca vbi res geſtæ ſunt. Proſopographiam, id eſt, deſcribere perſonas illuſtres illius tẽporis: quoniam multũ conferũt hæc ad intelligen
tiam Euangelij: *Factum eſt verbum Dñi ſuper* *Luc.3.*
Ioan. Baptiſt. Phraſis eſt hæc ſcripturę, cùm loquitur de Prophetis; ac ſi diceret: Ioannes Bapt. editus inſpiratè miſſus à Deo, cœpit prædicare Iudæis. Hoc autẽ quando, quo tempore factũ eſt? Anno.15. Tiberij Cæſaris, & hoc eodẽ anno baptizatus eſt Chriſtus, vt Luc. dicit. Tiberius fuit primus Romanorum Imperator poſt Iulium, & Auguſtum.22. &.6. mẽſibus, &.29. diebus: cœpit imperare.19. die Auguſti, qua mortuus eſt Auguſt⁹. Chriſtus Dñs cũ eſſet incipiẽs.30. annorũ, hoc eſt, exactis.29. annis, & præter ea.13. dieb⁹ baptizatus eſt anno.15. Tiberij, quod ſic intelligitur. Exacto.14. anno Tiberij, & tantum præter ea anni. 15. quantũ eſt à.19. Auguſti vſq; ad. 6. Ianuarij quando Chri-

do Chriſtus fuit baptizatus. Et quia Auguſtus imperauit quinquaginta ſex annis vno menſe minus, ſequitur, quòd Chriſtus natus ſit. 42. anno Imperij Auguſti. Ex quo apparet error Ioſephi hiſtorici Iudæorum, qui ait, Auguſtum imperaſſe per 57. annos &.6. menſes, quod eſt contra omnes ſcriptores rerum geſtarum Auguſti; & ex eo ſequeretur, vel quòd Chriſtus Dñs natus eſt. 44. anno Regni Auguſti, quod eſt contra omnes Eccleſiaſticos, vel fuiſſe baptizatum.32. anno, ſuæ ætatis, quod eſt contra Lucã. Nam mortuus eſt Dominus noſter. 18. anno Tiberij, id eſt, quòd præterierãt. 17. anni, & agebatur tunc octauus menſis. 18. anni. Lucas autem nominauit annum Tiberij: eo quòd tunc temporis totus penè orbis ſubdebatur Imperio Romano, & mos erat communis ſubditarum Prouinciarum, publica acta & ſcripta ſignare per annos Imperatoris tunc regnantis. Erat autem tunc Pontius Pilatus procurator Iudææ. Nam poſtquam Auguſtus relegauit Archelaum apud Vienam Galliæ ciuitatem, vbi & mortuus eſt, aſſumpſit ſibi populus Romanus adminiſtrationẽ Iudææ Prouinciæ, & miſit Præſides qui eam adminiſtrarent; quos Latinus interpres ſub nomine procuratoris, quia vtrunq; ſignificat nomen Græcum, comprehẽdit. Primus autem procurator Prouinciæ Iudææ dictus eſt Coponius, ſecundus Marcus, tertius Rufus. Hi fuerunt ſub Auguſto. Tiberius vero initio ſui Imperij miſit Valeriũ Gracum, qui exactis.11. annis deceſsit; & poſt eum miſſus eſt Pontius Pilatus; & præfuit Iudææ per decem annos integros, vſq; ad mortem Tiberij. Cœpit autem præeſſe Iudææ. 12. anno Tiberij, quare Ioan. cœpit prædicare.3. anno procurationis Pilati, & Chriſtus mortuus eſt.7. anno eius. Deſcribit etiam tres Principes Tetrarchas, nimirum Herodem Antypam Tetrarcham Gallilææ, Philippum eius fratrem Tetrarcham itureæ, & Traconitidis: tertium Lyſaniam Tetrarcham Abiliniæ. Et aduertendum hunc Lyſaniam non fuiſſe fratrem Herodis Antypæ, & Philippi: quoniam Ioſephus qui .l.17. antiq. totam progeniem Herodis diligẽtiſsimè deſcripſit de hoc nul lam facit mentionem; ſed quoniam tẽpore quo Luc. hoc ſcripſit Euangelium, Abilina regio erat ſub ditione Imperij Iudææ: quoniam Caius Cæſar, & Claudius eam Regi Herodi Agryppæ conceſſerunt, ſimul cum tota illa ditione Iudææ, quã Herodes magnus auus ſuus poſſederat, vt refert Ioſephus, *Ioſephus.*
ideò de illa mentionem facit Lucas. Quare falſum eſt, quod tunc dicit Ianſenius hunc *Ianſen.*
Lyſaniam fuiſſe filius Ptolomei Regis, cuius mentionem facit Ioſephus. Nam iſtum Lyſaniam Ioſephus refert. l. 15. fuiſſe occiſum à Cleopatra, ante victoriam Actiacã, hoc eſt, pluſquàm.30. annis ante natiuitatem Chriſti: nam hanc victoriam lucratus eſt Auguſtus, in initio Imperij ſui ab Antonio & Cleopatra in promontorio Actiaco, vbi & noſtri nuper alteram à Turcis adepti ſunt inſignem victoriam, captis ferè omnibus vaſsis eius regnante Philippo. II. ſub Duce Ioanne de Auſtria chariſsimo fratre ſuo. Quis ergo fuerit iſte Lyſanias incompertũ eſt; nam Ioſephus nullam de eo mentionem facit. Veriſimile tamen eſt, fuiſſe vel filium, vel nepotem illius Lyſaniæ occiſi à Cleopatra, de quo etiam meminit Luc. quoniam Abilina regio vicina eſt Trachonitidi. Dicit etiam Luc. quòd ſub Principibus Sacerdotum Anna, & Caypha fuerit hæc Ioannis prædicatio. Et dubitari poteſt quomodo potuerint eſſe duo Summi Pontifices ſimul in eodem anno: quia non poſſumus hoc loco per ſummos Sacerdotes intelligere Principes familiarum, quia erant plurimi. Quidam reſpondent eo tempore non benè ſeruari legem; & ideò contra legem erant duo ſummi Sacerdotes ſimul: quoniam & contra legem erat Pontificatus annuus, qui tamẽ debebat eſſe perpetuus. Et etiam quia non dabatur ſummum Sacerdotium ſolis deſcendentibus ex tribu Aaron. Sed hoc videtur abſque probabilitate dici: quia Ioſephus qui hos ab- *Ioſephus.*
uſus enarrat, non commemorat fuiſſe factum, vt ſimul eſſent duo ſummi Sacerdotes. Et ideò reſpondet Euſebius lib.1. hi- *Euſebius.*
ſtoriæ cap.20. quod Lucas numerando Annam, & Caypham non ſolùm voluit ſignificare hos geſsiſſe Pontificatum, quo tempore Ioannes cœpit prædicare; ſed etiam voluit definire totum tempus, quo durauit prædicatio Chriſti per duos Pontifices, ſub quorum vno cœpit prædicare, ſcilicet, ſub Anna, ſub altero vero paſſus eſt, ſcilicet, ſub Caypha. Nam prædicatio Chriſti durauit quatuor annos non integros, ſecundum Bedam. In primo fuit Pontifex *Beda.*
Annas, in quarto Cayphas, & probat teſtimonio Ioſephi .l. 18. &. 20. vbi ait, demptum fuiſſe Pontificatum Annæ, ſuc-

ceſsiſſe ei Iſmael; altero anno Eleazarus; tertio Simon; quarto Cayphas. Sed profecto non videtur in omnibus hæc ſententia tenere: quoniam dicunt Lucam hic voluiſſe deſcribere totum tempus prædicationis Chriſti: tamẽ ex Luca conſtat oppoſitum. Nam Lucas deſcribit quo tempore cœpit prædicare Ioan. non quando Chriſtus: nam ait: Factũ eſt verbũ Dñi ſuper Ioan. deinde dicit Luc. Ioan. prædicationẽ cœpiſſe anno 15. ergo eo anno erant Pontifices Annas, & Cayphas; non ergo inter hoc mediauit tempus quatuor annorũ. Deniq; Ioſephus illis aduerſatur: nam in citato loco dixit illam ſucceſsionem Pontificum, ab Anna vſq; ad Cayphã, fuiſſe factam à Valerio Graccho, priuſquàm Pilatus veniret in Iudæam. Ianſenius reſpondet, ideò nominare hos duos, non quia ſimul eodẽm anno geſſerint Pontificatum; ſed quia largitionibus, & pecunijs obtinuerunt à Pilato, vt toto eius tempore alternatim gererent Pontificatũ, vno anno Annas, altero Cayphas. Sed quia hoc etiam caret probatione, reſpondeo ideò hos duos nominari: quia revera Cayphas geſsit Pontificatum toto tempore Pilati, vt videtur innuere Ioſephus, nam initio procurationis Pilati fecit eum Pontificem, & decedente Pilato fuit priuatus à Vitellio. Annas verò vocatur Pontifex, non quia tunc gereret Pontificatum; ſed quia ſæpiſsimè geſſerat, non ſolùm ipſe ſed filij eius; & erat ſocer Cayphæ: & ideò fruebatur & nomine & honore Pontificis; ſicut & qui Conſules olim fuerunt, aut Duces idem nomen in perpetuum retinent. His iam circa literã iactis ad mixticos accedamus ſenſus. Rupertus ſuper hunc locum Matth. ſic ait: Quã pulchrè narratio hæc prophetiæ Danielis viſioni concordat: Aſpiciebam (ait) in viſione noctis, & ecce beſtia quarta terribilis atq; mirabilis, & fortis nimis dentes ferreos habens magnos, comedens, atque comminuens, & reliqua pedibus ſuis conculcans: aſpiciebam ergo in viſione noctis, & ecce in nubibus cœli quaſi filius hominis veniebat, & vſq; ad antiquum dierum peruenit, & in conſpectu eius obtulerunt eum, & dedit ei poteſtatem, & honorem, & Regnum, & omnes populi, & linguæ ſeruient ei; poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur, & Regnum eius quod non corrumpetur. Quid enim erat videre illam talem beſtiam, non ſolùm comedentem, ſed etiam comminuentem? Sed quod hic pulchrè commemorat Romanum Imperium, non ſolùm vt cæteras gentes Regnum Iudæorum ſuæ ditioni ſubdidiſſe, verũetiam Tetrarchis comminuiſſe. Vt enim Iudaici Regni cõminueret potentiam propter nimiam gentis illius inſolentiam: idcircò in Tetrarchas illud, id eſt, in quatuor Principes diſsipauit, videlicet Pontiũ Pilatũ, Herodem, Philippum, & Lyſaniam. Nec verò ſolummodò Regnum; verumetiam ſacerdotij Principatũ in duos, ſcilicet, Annam, & Caypham diuidendo comminuit. Futurum autẽ erat vt reliqua pedibus ſuis conculcaret; quod tunc fecit quando gentem, & locum tulit, & eos qui in bello ſuperfuerunt in captiuitate depoſuit. Nunc igitur leuemus oculos noſtros, oculos mentis, & proſpectum fidei; quia quod illic Propheta videbat in viſu noctis venientem in nubibus, quaſi filium hominis, dum comediſſet, atq; comminuiſſet illa beſtia, terribilis atq; mirabilis; & fortis nimis, hoc eſt, quod hic narrant Euangeliſtę veniſſe, & manifeſtum eſſe in Iſraël, hunc verè filium hominis, & initium veniendi feciſſe à baptiſmo Ioannis, dum Regnũ Iudaicæ gentis ſibi ſubdidiſſet, & in Tetrarchias (vt iam dictũ eſt) comminuiſſet magna potẽtia Romani Imperij. Incipiens enim (ait Petr. Apoſtolus) poſt baptiſmũ quod prędicauit Ioan. Ieſum à Nazareht quomodò vnxit eũ Deus Spiritu Sancto, & virtute, &c. vſque quia ipſe eſt Iudex viuorum & mortuorum. Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent, remiſionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. Initium ergo faciẽdi, veniens à baptiſmo Ioannis, qui eatenus latuerat habitans cum parentibus in Nazareht & ſubditus illis, quouſq; proceſsit? Vſque ad antiquum dierum peruenit, & in conſpectu eius obtulerunt eum, & dedit ei poteſtatem, & honorem, & Regnum, & ipſe eſt qui conſtitutus eſt Iudex viuorum & mortuorum: & ſicut ait Dauid: Gloria & honore coronauit eum, & conſtituit eum ſuper opera manuum ſuarum omnia ſubiecit ſub pedibus eius. Cæterum ea ego ratione dixerim: Euangeliſtã Lucam tanto ſtudio tempora, Regna, & Pontificatus notaſſe: quoniam res magnas, cunctiſque retrò ſeculis inauditas narraturus erat. Solent autem hiſtoriarum ſcriptores, quando aliquam rem magni ponderis, atque nouam ſcribere volunt, tempus, & ſigna cætera illius temporis (putà Reges, & mun-

Ianſenius
Ioan. 8.
Moralitas
Rupertus.
Dani. 7.
Actor. 10.
Luc. 2.
Pſal. 7.

& mundi Gubernatores notare. Quid autem maius excogitari poteſt, vel quæ res magis noua vnquã viſa eſt, quàm Virginẽ parere filium Dei, Deumque ipſum, & pati ac mori? Quod annuntiaturus erat Ioannes. Vnde Propheta Baruch poſtquam immenſam Dei maieſtatem ac potentiam declarauerat, quomodo & ſtellæ cœli, & ea quæ ipſius cœli ambitu continentur ad nutum eius obſequuntur Imperia, cunctæque res creatæ teſtimonium ſuæ infinitæ potentiæ perhibent; quaſi hæc omnia in nihilum reputaret, comparatione aliorum quæ dicere cogitabat, ſubdens dixit: Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Ac ſi diceret: Hic omnipotens omnium Dominus, cui ipſæ poteſtates ſubduntur, ante cuius conſpectum columnæ cœli contremiſcunt, cunctáque aſtra ſe inferiora fatentur: poſt hæc tàm magna fabricata opera, in terris viſus eſt, atque cum hominibus homo factus familiariſsimè conuerſatus eſt. Quid altius? Quid mirabilius? Quid iucũdius excogitari aut dici poterit? Sed quid dicam fratres mei? Quo me vertam? Ante quẽ lachrymans querelas meas effundam? Res tàm grandis hæc eſt, vt cætera omnia Dei mirabilia ſuperet, quam & Prophetæ, & Ioannes prædicauerunt; & tamen nobis, vel ex ipſa nimia familiaritate, qua res ſæpiùs tractatæ vileſcunt, aut certè ex ſocordia, ac ingratitudine noſtra, quaſi iam ex memoria excideriint, nec harum rerum recordamur, imò & loqui de eis, quaſi dedignamur. Non ſic certè non ſic diſcipulus ille dilectus faciebat, ſed ſæpiſsimè talia repetens in ſua prima epiſtola dicebat: Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ, & vita manifeſtata eſt, & vidimus, & teſtamur, & annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem. Vide quantis eadem repetat vocibus eiſdem terminis eadem iterum, atque iterum dicens, quaſi qui nunquàm tantam rem faſtidiret, nec ſaciaretur eadem millies repetere, prædicare, in mentem reducere, magis ac magis de ea ſtupeſcere ac mirari. Ecce ergo quantæ rei teſtimonium profert Ioan. quæ myſteria in deſerto prædicare gentibus vadit. Sed cur in deſertum ſecedit? Et cur Deus voluit, vt in tanta viueret aſperitate? Reſpondetur hoc quatuor de cauſis cõueniens fuiſſe. Primò, vt vita illius ſanctior, & mirabilior haberetur à Iudæis: vt ex hoc teſtimonium, quod ipſe de Chriſto reddebat, grauius & firmius apud Iudæos eſſet. Nam Ioannes Baptiſta aſperitate vitæ ſuperauit omnes Sanctos ante eum: quia nullum talem legimus, & hoc ob id conueniebat, cum Ioannes Baptiſta virtute miraculorum minor eſſet cæteris Prophetis; operæpretium erat vt eos aſperitate excelleret; ita quòd tota vita eius miraculum ac prodigium maximum videretur. Secundò, vt intelligereretur Ioannem fuiſſe non ab hominibus, ſed à Deo edoctum, ab eoque immediatè accepiſſe quæcunque prædicabat de Chriſto. Tertiò, nê teſtimonia, quæ de Chriſto reddebat Ioannes calumniarentur à Phariſæis, & dicerent ex affectu naturali ad Chriſtum procedere, & ex familiari conuictu cum illo: cum ipſemet fatetur nõ nouiſſe illum; nec etiam ex amicorum ſubornatione, cùm ipſe in deſerto cum nullo illorum conuerſatus fuiſſet. Quartò, vt mala, quæ ex conſortio hominum ſolent accidere euitaret, nec tangeret picem, vt inquinaretur ab illa. Id enim exoptabat Hierem. c. 9. cùm dicebat: Quis dabit me in ſolitudinem diuerſorium viatorũ, & derelinquam populum meum, & diſcedam ab eis? Quia omnes adulteri ſunt cœtus præuaricatorum. Extenderunt linguam ſuam, quaſi arcum mendacij, & non veritatis. Prouerbium antiquum fuit: Deus eſt homo homini; Id eſt dicere, quòd ſicut Deus omnibus diebus abundanter tribuit ea, quibus egent homines; id officium deberet homo alteri homini præſtare. At verò creſcente malitia, & charitate refrigeſcente, aliter iam dicitur, ſcilicet, lupus eſt homo homini. Vnuſquiſq; enim in proximum ſuum quaſi lupus rapax inſilit, vt decipiat, laceret, ac perdat eum. Quid ergo faciet miſer homo, niſi velut alter Timon Athenienſis hominum conſortia fugere, & cum feris commorari? Quæ ſaltem beneficijs manſueſcunt, quibus homines impij peiores euadere ſolent. Nam ſi ab ea, quæ in ſinu meo dormit monet Micheas Propheta; vt me ſeruem, & ſi ille qui ſimul mecum dulces capiebat cibos, & in cuius conſortio ambulaui cum conſenſu leuat poſtea contra me calcaneum ſuum, cuiuſnam fidei me cõmittere audebo? Deinde multa mala ex malorum conſortio adhærere

Baruch. 3.
1. Iuan. 1.
Eccleſ. 13.
Hierem. 9.
Mich. 7.
Pſal. 54.
Ioan. 13.

ſolent eis, quì illis cõmiſcentur: nam ita
D.Chryſo. comparatum eſt hominibus (ait Chryſ.) vt
ſi bonus malo adhæret eiuſq; conuictui ſe
commiſcet, nõ malo ex bono virtus, ſed po-
tius bono ex malo vitium adhæreat, ſecun-
Eccleſ. 13. dum illam Sapientis ſententiam: Qui tetigerit
picem inquinabitur ab ea; & qui com-
municat ſuperbo induet ſuperbiam. Quod
Simile. durius ferro? Et tamẽ ſi ſubtus terrã diù de-
liteſcat, in terræ mollitiem ſuam duritiem
cõuertit; quantò magis fragilis caro molle-
ſcet, ſi in terrenis cõuerſationibus diù per-
ſeueret. Hinc timores illi, qui B. Franc. an-
gebant, timens hominũ conſpectus, atque
conuictus, ita vt etiã ad prædicandũ, & do-
cendum eos ægrè è montibus deſcendere
vellet: dicebat enim ex Dei familiaritate
homines deos fieri, ex hominum conuictu
homines homines fieri: multum enim illis
humanitatis iungebatur: & quantò plus hu-
mana creſcebant, tantò diuina minueban-
Seneca. tur. Vnde & Seneca Gentilis hoc idẽ ſen-
tiens in quadam epiſtola dicebat: Auarior,
ambitioſior, luxurioſior, imò verò crude-
lior & inhumanior redeo, quia inter homi-
nes fui. Vnde & periculo ſuo doctus ami-
cum quemdam admonet, dicens: Quid tibi
præcipuè vitãdum exiſtimem? Quæris tur-
bam, nunquã tuto te illi commiſeris. Nun-
quãm à turba mores quos extuli refero: ali-
quid ex eo quod compoſui turbatur, aliquid
ex his quæ fugaui redit. Inimica eſt multo-
rum conuerſatio, nemo aliquod vitium no-
bis non ingerit, aut cõmodat, aut imprimit,
quò maior eſt populus cui miſcemur; hinc
periculi plus eſt. Et quid opus eſt cuiuſque
ſententias in medium afferre ad compro-
bandum quod nos experientia rerũ mater
docet? Qui enim cum mercatoribus tractat
dolos & vſuras dicit, qui cũ mulieribus eã,
quæ leuia ac turpia ſunt ex eorũ colloquio
trahit, qui in domibus Regũ commoratur,
ambitioſus ac vanus euadit. Quare Ioannes
adhũc puer, vt hæc incõmoda euitaret no-
bis tantũ præbens exemplũ, in ſolitudines
ſecedit, atq; ibi docet homines de Regno
D.Bern. Dei. Nam vt docet Bernard. ad fratres de
mõte Dei: Qui cum Deo eſt nunquã minus
eſt ſolus, quàm cũ ſolus eſt. Quintam tamẽ
rationem poteris addere, quare Ioannes ad
deſerta loca fugit, atq; ibi prædicat, quæ al-
legorica erit. Quia lex Moſayca data eſt
in deſerto Synai. Ioan. fuit terminus legis
Exod. 20. veteris, & initium nouæ (vt ſuprà diximus.)
Ioan. 1. Vnde & baptizauit in deſerto finẽ ponens
legalibus cœremonijs, & initiũ dedit Euan-
gelio ex deſerto ad vrbes exiens, vt prædi-
caret Chriſtũ. Cæterũ qui propter negotia
humana nõ poſſunt deſertum petere, eiuſ-
modi eſt pars maxima hominũ; debet ſe-
cedere in deſertũ ſpiritali quodãmodo, ni-
mirum fugientes ſolicitudines huius mũdi,
quę animã extra ſe rapiũt, iuxta illud Pau.
1.Cor.7. Qui vtuntur hoc mũdo tanquam 1.Cor.7.
nõ vtãtur. Volo vos ſine ſolicitudine eſſe.
In figura huius myſterij habetur Exodi. 5. Exod.5.
q̃ populus Dei eductus fuit ab Ægypto, vt
ſacrificaret Deo in deſertũ; & ſubdit dixiſ-
ſe Pharaonem: Vacatis otio, & ideò dicitis
eamus & ſacrificemus Dño in deſerto. Ita
enim comparatũ eſt, vt cùm homines ſpiri-
tuales amoueãt animũ à rebus huius ſeculi,
vt ſe totos tradãt obſequio Dei, & quodã-
modò (ut dixi) ſecedant in ſpirituale deſer-
tum reputãtur otioſi à carnalibus homini-
bus, qui perinde ac Ægyptij exiſtimãt ne-
gotia ſecularia eſſe magni momenti, ſimilia
operibus filiorum Iſraël, qui dum erant in
Ægypto occupabantur operibus luti & la- Exod.1.
teris, & in colligẽdis palleis. Thema autẽ
ſuæ prædicationis hoc fuit: *Pœnitentiã agite:*
appropinquauit enim Regnũ cœlorũ. Obſerua,
pœnitentia duplex eſt, altera mentalis, id
eſt, contritio; altera vocalis, id eſt, confeſ-
ſio: ſed prima includit votum ſecundæ in
noua lege, in qua nõ dimittitur peccatũ niſi
in ordine ad claues Eccleſiæ: nõ enim ſine
cauſa traditæ ſunt Petro claues Regni cœ-
lorum, vt ſuo loco videbimus. Itaq; confeſ-
ſionis ſacramẽtũ neceſſariũ eſt vel in re, vel Matth. 16
voto. Sumitur autem tertiò pœnitẽtia pro
actu pœnitẽtis, ſiue interno ſiue externo,
Ioan. autẽ pro illis quibus tunc prædicabat
primo & tertio modo ſumpſit pœnitẽtiam:
nondũ enim inſtitutũ fuerat ſacramentum
auricularis confeſsionis. Nobis autẽ quibus
hoc ſacramẽtum intimatũ eſt, neceſſarium
erit etiam ſic agere pœnitentiam, confiten-
do, ſcilicet, pecca noſtra. Cæterum pœni-
tentia interna eſt dolor de peccatis propter
Deum ſummè dilectum, cum propoſito ſa-
tisfaciendi. Eſt autẽ hic dolor duplex, alter
qui dicitur contritio, alter attritio, & vterq;
dolor cum ſacramẽto ſufficit ad placandũ
Deum. Sunt enim duæ puellæ illæ, quibus
innixa Eſther Regem Aſſuerum placauit. Eſther. 4.
Ea quæ erat ad dextris ſignificat contritio- &5.
nẽ, quæ ortum habet ex amore, qui eſt de- Figura.
xtera; ea verò quę à ſiniſtris refert attritio-
nem, quæ oritur ex timore, qui eſt ſiniſtra.

Sed

Sed tamen animę cum hoc comitatu ingre
dienti inclinat rex virgam auream, ideſt,
miſericordiam: ſunt enim irriguum illud ſu
perius & inferius quæ Axa filia Caleph
ſuſpirans petijt à patre ſuo. Irriguum ſuperius
Iudith. 1. eſt cõtritio, quę ex amore diuino naſ-
citur, eſt enim dolor & diſplicentia de pec-
catis propter Deum ſummè dilectum, irri-
guum inferius eſt attritio, quę ex timore
naſcitur. Dolet tamen de offenſis aduerſus
Deum commiſsis, propter inferni timorẽ,
& tamen in ſacramento vterq; dolor ſuffi-
cit, & his duobus irriguis anima irrigatur
atq; lauatur. Sunt etiam aquæ ductus il-
3.Reg. 18. li quos Elias fecit, vt humectaretur ſacri-
ficium, ſed ipſe prius compoſuit ligna ſin-
gula ſimul, atq; aquæductus ſuper ea indu-
Figura. xit, deinde petijt vt ignis deſcẽderet de cœ
lo, & conſumeret ſacrificium. Sic debet
peccator facere, prius ſingula in memo-
riam reducat atq; cõponat peccata; deinde
lachrymarum fletus ſuper ea effundat, atq;
à Deo poſtulare cõtendat, vt ſui amoris ig-
ne ea conſumat atq; comburat. Opus erit
tamen vt ſeipſum excitet peccator ad la-
chrymas atq; dolores, ſingultibus, gemiti-
Iudic. 14. bus, flagellis atq; alijs pœnitentiæ ſignis; ſi-
cut ſerui Holofernis ipſum plauſu manuũ,
atq; ſtrepitu excitare contendebant; voci-
bus etiam prædicatorum, atq; lectionibus
ſeipſum exitare conetur, ad ſeipſum ipſe-
met clamando, infernus, infernus, æterni-
tas, ignis, vide quid agas, ad mentem redire
non pigeat. Debet enim verus pœnitens ſi
Simile. cut hericius ſe gerere. Qui carnem ſuã in-
tra corium illud ſentibus plenum colligit,
atq; claudit, nihilq; videnti ac tangenti ni-
ſi pungẽtes illas ſpinas oſtẽdit. Sic ſic veræ
pœnitẽtiæ amator ſe gerere debet ſeipſum
ſub ſpinis ac ſentib? colligat, hoc eſt ſub ieiu
nijs, flagellis, cilicijs, ac cæteris pœnitentiæ
operibus, ſeipſum operiat atq; abſcondat,
vt nihil ex eo diabolo ac cæteris inimicis
appareat, niſi pungentes illi aculei ac ſpi
nę: vt in ipſis vulnerati recedant. Et ſic per
veram pœnitentiam iuſtificatus poterit di-
cere illud Pſalm. Renes mei cõmutati ſunt;
Pſal. 72. & ego ad nihilum redactus ſum & neſciui.
Vertitur enim incinerem, reſoluitur in fle-
tus, ipſe in ſuo aſpectu, quaſi nihil eſſet ſe re
putat. Commutantur renes, ideſt, deſide-
ria carnis in ſpiritualium rerum amorem;
Ad Gal. 2 mutatur in virum alterũ, ita vt dicere poſ-
ſet cum Paulo: Viuo ego iam non ego. Et
neſciui. Quoniam hæc noua cõmutatio abſ-
que Dei reuelatione, capi non poteſt, eſt Pſal. 76.
enim mutatio dexteræ excelſi. Vt iumen- &.72.
tum factus ſum apud te. Qui antea indomi- Iob. 11.
tus & abſq; iugo, tanquam filijs onagri am-
bulabat: iam ceruices ſuas iugo Dei liben-
ter inclinat, ſeq; domeſticum ac onerarium
iumentum ad quælibet Dei onera portanda
fatetur, & ſic per pœnitentiam Deus homi
ni copulatur, à quo tanquã fugitiuus & de-
uius receſerat. Vnde D. Hierony. in Epiſt: D. Hiero.
ad Chromatium ſic ait: Mors & vita ſibi
contraria ſunt, & tamen pœnitentia copu-
lantur. Quanta fœlicitas, vt de ſalute no- Luc. 15.
ſtra exultent cœleſtia: gaudium enim eſt in
cœlis ſuper vno peccatore pœnitentiã agẽ-
te. Septies in die cadit iuſtus, & reſurgit. Iu- Prouer. 24
ſti vocabulum non amittit; qui per pœnitẽ-
tiam ſemper reſurgit. Sunt tamẽ aliqui pec
catores qui ſeveluti baiuli ac onerarij homi
nes gerunt. Hi enim dum onera ſuper ſca-
pulas portant gemunt; at cum iam depoſue
rint ea rident atq; gaudent, & ſi illis pretiũ Simile.
ſoluas eandem vel alia grauiora reaſument.
Sic multi miſeri peccatores ſe habent: An-
tequam peccata confiteantur, veluti onera
gemunt ac ſuſpiria ſuper ea emittunt; cæ-
terum cum iam ad pedes confeſſoris exi-
ſtimant ea depoſuiſſe, lęti ac ſecuri proce-
dunt, & tanquam canis ad vomitum ad ea
protinus reuertuntur. Ecce ad quam pœni- Prouer. 26
tentiam per Baptiſtę vocem exhortamur,
Appropinquauit enim regnum Cœlorum, Reg-
na terrena tunc quidem proxima erant, &
in promptu, at regnum Dei longè ab homi
nibus tunc erat, procul quippe erat ab ho-
minum notitia & affectu, quinimò & ac-
ceſſu longiſsimè ab eis diſtabat. Cęterum Ioan. 1.
poſtquam verbum caro factum eſt, tunc pri
mò cœpit regnum cœlorum aperiri: quia
tunc homo aſſumptus in Deum primò bea-
tus fuit ſecundum partem ſuperiorem ani-
mę; & ideo quando Ioannes Baptiſta prędi
cabat, iam regnum cœlorum appropinqua
uerat, non tamen adhuc aduenerat; quoniã
regnum Dei non venit vſq; ad Chriſti mor-
tem & reſurrectionem; in morte, cum ipſe Luc. 23.
dixit latroni, hodie mecum eris in paradi- Matth. 28
ſo, in reſurrectione cum dixit: Data eſt mi-
hi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Nam
id fuit quod ante mortem ſuam prędixerat.
Non bibã à modo de genimine vitis huius,
donec vobiſcum bibam in regno Patris mei Matth. 6.
quando iam homo beatus etiam ſecundum
corpus fuit, ſed tamen cum his omnibus ad-
huc non aduenit palam vniuerſis regnum

Dei, ſed continuè oramus: adueniat regnũ
Luc. 11. tuum. Quare nonnulli codices legunt per futurum appropinquabit regnum cœlorũ. Quoniam niſi poſt Chriſti paſsionem, non omnibus hominibus patuit regnum cœlorum. Per hanc regni cœlorum prædicationem, intellige regnum illud vnum Meſsię, quod tunc ſpectabant Iudæi, non futurum regnum quoddam terrenum, ſicut illorum plerique ſomniabant, ſed cœleſte planè, ac proinde tanto præſtantius omni regno terreno, quanto præſtat cœlum terræ, tantoq; ſolidius & optabilius, quanto ſolidiora ſunt & magis optanda cœleſtia quam terrena. Vnde hic regnum cœlorum, vel pro fœlicitate æterna qua fruuntur beati, quam Chriſtus nobis contulit ablato impedimẽto peccati, vel poteſt ſecundo accipi regnum cœlorum pro eo regno, quod Deus per Euangelicam doctrinam & ſpiritum ſanctũ, cordibus fidelium infuſum regnaturus erat in electis, fracta diaboli poteſtate, & electi ſimul cum Deo regnaturi erant, in hoc mundo per fidem; dominãtes iam huic mundo, diabolo & carni, & hoc in vniuerſo mundo:
Pſal. 75. nam non tantum notus in Iudæa Deus, ſed
Luc. 3. iam vidit omnis caro ſalutare Dei. Quod rectè regnum cœlorum dicitur: quia regnum cœleſte ſicuti regnum terræ dicitur regnũ terrenum. Dicitur autem cœleſte eo quòd omnia quæ ad regnum iſtum pertinent cœleſtia ſint, cœleſtis enim qui in eo regnat
Luc. 17. Deus cœleſtis lex, & ſpiritus per quem regnat, cœleſtes ſecundum conuerſationẽ qui regni huius ſunt conſortes; & de hoc regno dicitur regnũ Dei intra vos eſt: quia Chriſtus regnat per fidẽ in cordibus noſtris. Vnde & Eccleſia hæc militans etiã dicitur regnũ cœlorũ, in qua ſpiritualiter regnat Deus
Ad Ph. 3. in cordibus fidelium, quorum conuerſatio in cœlis eſt, atq; hoc modo potiꝰ videtur accipi in hoc loco, ex eo quod pro eo ꝓ Matt.
Matth. 10 c. 10. Apoſtolis dictũ ſcribit, vt prædicarent
Luc. 10. appropinquaſſe regnũ cœlorum. Luc. 10. c. ſcribit diſcipulis dictum, vt dicerẽt recipiẽtibus Euangeliũ, appropinquauit in vos regnũ Dei. Cæterũ quoniã vnũ eſt regnũ cœlorum, quod hic per fidẽ initiũ accipit, poſteà per gloriã perficiendũ, ſicuti vnica eſt Eccleſia quę modo in terris militat, cum eą quę in cœlis triũphat, ideo vtraq; hæc acceptio ſimul cõprehẽditur appellatione regni cœlorũ: quia nõ ſolũ conſequitur ſecundus huius regni ſtatus priorẽ iſtũ, ſed & in priore poſterior iã ſaltẽ in certa ſpe obtinet, ſicuti & vita æterna hic in electis incipit. Si ergo tibi, ô homo regnũ cœlorum appropinquat, quid tu terrena tãta auiditate procuras. Si ſeipſum tibi Deus remuneratorẽ inſinuat, cur tu illũ iudicẽ punitorẽ tuũ tuis ſceleribus facere ſatagis? Ecce tibi regnũ cœlorũ appropinquat, cur nõ tanti prẽnij te prę
Ad Hebr. ſentia allicit tãta raptus conſolatione quan
10. to magis videris appropinquãtẽ diẽ, vt Pau. ad Hebr. te admonet. Quoniã antiqui patres nõ has acceperant repromiſsiones, ſed à lõgè eas ſalutabãt atq; oleſaciebãt: & ideo Ioan. Baptiſta dictus eſt pluſquã propheta,
Matth. 11. quoniã primus hanc vocẽ emiſit: Appropin quauit regnũ cœlorũ. Aliæ Prophetæ terrena promittebãt regna Iebuſeorum, & ammorreorũ, primus Ioa. regna nobis promittit cœleſtia. Quod ſi aliqui priſci patres de hoc cœlorũ regno aliqua polliciti ſunt, non præſentes ſed longiſsimè diſtabant pollicitationes illæ, Ioann. autem appropinqua-
D. Hiero. re clamat iam regnum cœlorum. Vnde Hieronym. ſic ait: Primus Baptiſta regnum cœlorum prædicat, vt præcurſor Domini hoc priuilegio honoraretur. Regnum cœlorum legitimum eſt, nam terrena regna rapina fuerunt: quoniem homines ea ſibi per tyrannidem rapuerunt, præter regnũ Dauidicum, quod huius legitimi regni
Eſai 46 prẽparatoriũ fuit. Ergo homines pœnitentiã agite, appropinquauit enim regnũ cœlorum. Præuaricatores redite ad cor: Quoniã iubilęi annus in forib⁹ eſt, in quo omnes ad ſuas redibãt poſſeſsiones, peccator autẽ extra ſeipſũ eſt, nec ſe poſsidet, qui tamẽ debet eſſe poſſeſsio ſua. ſed potiꝰ à diabolo & vitijs poſsidetur. Redite ergo ad cor, reſipiſcite, in veſtras poſſeſsiones reuocamini: quoniã appropinquat regnũ Dei, ac iubilęi
Matth. 24 & iucunditatis tẽpus: amen dico vobis cito eſt in ianuis. Igitur hæc Ioannis concio ad pœnitentes tantũ pertinet, non ad otioſos, aut ſecuros homines oblatam Chriſti gratiã
Luc. vlt. recuſantes: nã ſic Chriſtus inquit Luc. vlt. ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius remiſsionẽ peccatorũ in omnes gẽtes. Ex quo collige pœnitentiã & crucẽ eſſe viam ad regnum cœlorum. Collige etiam qualis debeat eſſe noſtra prædicatio, nec enim compoſita verba, aut prophanas fabulas prædicare debemus populo, ſed vt recedant à malo, & ſequantur bonum, quæ ſunt duæ partes integrantes iuſtitiam, has enim comprehendit hæc Ioannis concio:

Cum

Cum enim dixit pœnitentiam agite, à malo nos reuocat, vera enim pœnitentia mala ante acta dimittit, at cum ſubiungit appropinquauit regnum cœlorum, bona opera docet facienda, quibus appropinquamus
D. Chryſ. regno Dei. Obſerua quod Chryſoſtom. hom. 14. & eius abreuiator Theoph. legunt appropinquauit de prẽterito, nam Græci præterito vice præſentis nonnunquam vtuntur, appropinquauit pro appropinquat, hoc eſt inſtat ſiue adeſt regnum cœlorum, *Hic eſt enim de quo dictũ eſt per Eſai. Prophetam dicentem.* Ab hoc oraculo & antiquitate dignitatem & munus Ioannis Baptiſtę magnificat dicẽs: *Hic eſt de quo dictũ eſt*
Eſaia. 40 *per Eſai. &c.* Ne putaremus, vel illũ ibi hãc vſurpaſſe legationem, vel ab humana authoritate accepiſſe, ſed ab ipſo Deo Eſaiæ teſtimonium citat id dicentis. Quod teſtimonium cæteri omnes Euangeliſtę afferũt: vt Ioann. teſtimonia quæ de Chriſto tulit quam vera ſint hoc diuino oraculo compro
Marci. 1. bent. Licet B. Marc. duo teſtimonia alterum Malachiæ, alterum Eſai. in vnum conflet, ſub nomine Eſaiæ, quod quidẽ in vſu eſt aliquando ſacris ſcriptoribus, ex pluribus teſtimonijs vnum corpus efficere, vt in
Pſal. 13. Pſal. 13. videre licebit, quemadmodum hic
D. Hiero. docet Hieron. Licet nonnulla exemplaria apud Marc. legant. Sicut ſcriptũ eſt in Prophetis nec Eſaiæ mentionem faciant, & ſic
Theoph. et uthim. legunt Batablus & Pagninus cum Theop. ac Euthim. Cæterum teſtimoniũ hoc Eſai. de beato Ioann. Baptiſta ad literã intelligi poteſt; nam licet de libertate à ſeruitute Babylonica videtur agere propheta in illo 40. c. quo vaticinio conſolari vult tali captiuitate oppreſſos, tamen contextui etiam quadrare videtur, quod de captiuitate humani generis ſub tyrannide diaboli ibi fiat ſermo. Nam hanc captiuitatem nõ ſimplicibus verbis, ſed ſub typis frequenter prophetæ promunt: & non ſolum de hac captiuitate ſub figuris frequenter loquuntur prophetę, verumetiam deliberatione ab illa per Chriſtũ faciendaverba faciunt. Erat autem hominum genus ſub diabolo captiuũ, erant & Iudæi olim captiui ſub Rege Babylonio, ſoluta eſt eorum captiuitas, itidem & humani generis, hanc vtrãq; captiuitatẽ, & liberationẽ è captiuitate, ita miſcẽt prophetæ, vt ſæpe neſcias quo reſpiciant. Lęta ergo quę in hoc capitulo prędicuntur, etiã à nonnullis Hebræorum ad tempora Meſsiæ referuntur, intelligunt ſi quidem beneficia hæc maiora eſſe, quam quę conueniãt liberationi è captiuitate Babylonica. Videbantur enim ſub beneficio Cyri, maius aliquot beneficium, nempe Chriſti adumbratum eſſe, vnde ſubiungit vocem clamantẽ in deſerto, quę tanti boni nẽpe Chriſti vaiula erat, *Vox clamãtis in deſerto*. Hebraiſmus eſt ac ſi diceret, vox clamans: Filius dilectioins, filius dilectus. Huius vocis memores Scribę & Phariſęi, cũ audirent Ioã-
Ioan. 1. nem in deſerto docere populum, miſerunt ad eum Leuitas & ſacerdotes, vt ab eo ſciſcitarentur an ipſe eſſet Chriſtus, qui cum negaret ſe eſſe Chriſtum, aut Heliam, aut Prophetam, ſubiungit eſſe hanc vocem clamantem in deſerto, quam Eſaias prædixerat. Vnde indubiè aſſerendum eſt, de ipſo Ioann. ſingulariter prædictum fuiſſe, cum
moralitas ſubiungat in deſerto. Nã licet cæteri Apoſtoli voces fuerint, ſolus tamen Ioan. in deſerto Iudeæ hęc quę ſubiunguntur pro clamabat. Dixit igitur, ſe eſſe hanc vocem quã prędixerat Eſai. ac ſi diceret: Ego quidẽ nõ ſum conceptus ille ſupremus quẽ pater deſe concipit, & per quem ſeipſum totum intelligit ac comprehendit: ſed duntaxat ſum vox quę talem exprimit conceptum. Nec ſum verbum illud, per quod Deus ſibi loquitur, ſed ſum vox explicans verbũ iſtud. Voces (ait Philoſophus) ſunt ſigna conceptuum: nam ſi conceptus non deberent ex-
Ariſtot. 1. periher. cap. 1. plicari, ac manifeſtari, nequaquam neceſſarię fuiſſent voces. Cęterum quoniam cõceptus nobis occulti ſunt operę pretiũ fuit, vt voces ederemus, quibus occultos conceptus, ac cogitationes alijs manifeſtas daremus. Si conceptus iſte ſemper in patris intellectum deberet ſiſtere, nec vnquam nobis explicandus aut manifeſtandus foret, nequaquam voce hac indigeret: quoniã benè in patris intellectum exiſtebat, vbi clariſsimè intelligebatur ſecundum illud Ioan.
Ioan. 1. In principio erat verbũ, hoc eſt in Patre qui hoc verbum proferebat. Cęterum neceſſe fuit conceptum iſtum nobis manifeſtari, vt per illum, & Patrem etiam proferentẽ intelligeremus, neceſſaria etiam nobis vox fuit, quę tantum nobis diceret ac explicaret conceptum, adeoq; nobis manifeſtum daret: vt digito oſtenderet ac diceret: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Vnde ſicut vox eſt vehiculum verbi, nam
Ioan. 1. in aẽre illo percuſſo à voce verbum ipſum
Simile. vehitur ac profertur, ita & Ioann. vaiulus fuit huius verbi, & fuit veluti vehiculum

per

per quod nobis manifeſtum eſt, cum dixit,
Figura. Ecce agnus Dei. Hac voce vobis verbum
Gene. 41. oſtendo, vt audiatis ac intelligatis illud. Ipſe eſt preco ille, qui preibat ante Ioſeph clamans, vt omnes genua flecterẽt ante illum, & ſcirent ipſum eſſe Saluatorẽ mundi. Sic enim Pharao eleuauit Ioſeph, illum incurru ſuo ſecundo ſedere faciens, torquem aureum collum eius circundans, clamante præcone, vt omnes illum genu flexo adorarent, ſcirentq; ac cognoſcerent ipſum eſſe Saluatorem mũdi. Hic Ioſeph Chriſtus eſt, qui frumentum verbi Dei cum mundus hac fame periclitaretur, in horreis Euangelij ſui recondit, ne hac inedia totus periret orbis. In curru ſuo ſecundo ſedere illam fecit: nam humanitas Chriſti, poſt diuinitatem adoranda venit. Primus currus diuinitas eſt, in qua Chriſtus ab æterno permanet. Secundus currus humanitas eius eſt, in qua diuinitas per terram vecta eſt, quæ poſt diuinitatem altior cæteris rebus eſt: torques aurea circa colũ ei eſt lex ac Sapiẽtia eius, quibus ipſe decoratus etiã colla noſtra ſuo ſuaui ſubiecit iugo. Ipſe enim legifer
Eſaiæ. 33 noſter eſt ait Eſai. Cæterum præco, qui ante faciem eius præibat Ioann. eſt, qui in deſerto clamabat ipſum eſſe Saluatorem, qui tollere peccata mundi deberet, cui omnes deberent intendere, quem colere ac adorare tenerẽtur, cuius nec ipſe dignus erat cor
Ioan. 1. rigiam quidẽ calceamẽti ſoluere. At ſicut
Ioann. 1. prolato verbo vox deſinit, quæ eſt aër ille
Marci. 6. verberatus qui poſt prolationẽ verbi quieſcit; ſic Chriſto incipiente publicè predicare decollatus eſt Ioan. & deſijt vox cum adueniſſet verbum, ſecundum quod ipſemet
Ioan. 3. Ioann. teſtificatus eſt dicens: Me opportet minui illum autẽ creſcere. Audiamus autẽ quid vox hæc clamet. *Parate viã Domini rectas facite ſemitas eius*, Eſai. ſecundũ Hiero.
D. Hiero. dicit, rectas facite in ſolitudine ſemitas
D. Aug. Dei noſtri. Auguſt. tom. 10. in feſto ſancti Ioann. Baptiſtæ ſerm. 10. de ſanctis, mirabiliter interpretatur hunc locũ dicens: Videamus in quo deſerto paranda eſt via Domini, & in qua ſolitudine nempe in gentiljum populo: vacua enim timore Dei pectora & Spiritu ſancto carentia deſerto cõparantur. Deſertus enim erat hic mundus ab omni cultura fidei, & timoris Dei peccatorũ ſpinis obſitus ſqualebat tanquã ager incultus, nullam bonorum operum fœcunditatem afferebat, nullum imbrem gratiæ ſpiritualis acceperat; premittitur B. Ioann. lucerna ante ſolem, ſeruus ante Dominum: Sed quid eſt quod Ioann. vox dicitur, Dominus verbum? Vox ſonus eſt index cogitationis, cogitatio verbũ eſt. Quando ergo verbũ corde cõcipimus neceſſaria eſt vox quaſi quoddam verbi vehiculum, vt verbũ quod mente concepimus transferatur alio voce opus eſt. B. Ioan. quaſi vox fuit, per quam ad nos Dñs protulit verbum ſuũ iam incarnatum. Preco verbi fuit Ioann. & vox per quam declaratum eſt verbum caro factum. Et D. Hierony. ſic dicit in hoc loco.
D. Hiero. Animas credentium ſeparabat, in quibus ambulatur erat Dominus, vt purus in vijs puriſsimis ambularet dicens: Habitabo in eis, & inhabitabo, & ero Deius ipſorum, & ipſe erit mihi populus, hactenus Hieron. Quare conſultò dicit parate vias Domini, non veſtras; nam veſtræ viæ peccata ſunt,
Eſai. 55. meæ autẽ viæ virtutes. Sicut enim ſeparantur cœli à terra, ita viæ meæ à vijs veſtris, &
Prouer. 4. de malis dicitur in Prouer. Via impiorum
Prouer. 3 tenebroſa, & vocãtur peccatorũ viẹ polluti. De vijs autem Dei dicit, Viẹ eius viẹ pulchrẹ. Vias ergo Domini parare debetis: virtutibus animas prẹparantes. Via quippe prẹparatur humilia ſiue defoſſa exaltãdo, alta humiliãdo, curua dirigẽdo, polluta mundando, aſpera complanando. Primum fit cum timorem propellis humanum. Secũdum deprimendo ſuperbiam. Tertiũ cum ea quẹ curua ſunt, & per morum diſtorſionẽ deflexa, directa ac erecta reddim, pollutavitijs mũdãdo aſpera, hoc eſt ira & odio exaſperata molliendo, quẹ omnia in prẹdicta Eſai. ſententia continentur cum dicitur: Omnis vallis exaltabitur, & omnis
Eſai. 40 mons, & collis humiliabitur, & erunt plana in directa, & aſpera in vias planas. Vias ergo Domino parare debemus non pecuniẹ, vt queſtuarius; nõ mũdo vt faſtuoſus; non diabolo vt hẹreticus, ſed Domino vt ſerui eius. Hẹc autem via paratur etiam per pœnitentiam, quẹ & offendicula peccatorum tollit, & rectitudinem virtutum amplectitur. Nam via impiorum apud Salomo
Eccleſ. 21. nem in Prouer. dicitur complantata lapidibus, hoc eſt plena offenſionibus, & peccatis. Nec tolluntur per primam partem pœnitentiẹ, quẹ facit declinare à malo. Vnde Eſai. 62. dicitur prẹdicatoribus, vt prẹparemus hanc viam populo eligentes lapides de
Eſai. 62 ea, hoc eſt tollendo offendicula prẹdicando pœnitentiam, & cõplanando iter per rectitudinem virtutum; nã Plato docuit quod
Plato. rectum

rectum eſt quid breuiſsimum inter duo extrema poſitum, nã virtus in medio cõſiſtit, nempe in quadam indiuiſibiliter, vt nec ad hoc nec ad illud declinemus extremũ, ſed punctum illud indiuiſibile, nempe medium in quo eſt virtus, per totũ iter continuemus, vt ſic faciamus lineam rectam: nam punctum continuatum facit lineam, vt dicunt Mathematici, & ratio. quare ſic viam præ-
Eſai. 40 parare debeamus redditur à Propheta vbi ſupra dicendo: Ecce Saluator tuus venit, ergo præpara vias ſuas ei. Ecce quomodo præparanda eſt hæc via. Vnde idem eſt dicere parate viam Domino, ac dicere pœni tentiam agite, & ideo hoc clamabat in de-
Exod. 3. ſerto, quia locus aptus eſt pœnitẽtia & mœrori, vbi & Moyſes Dominum videt in rubo, ad interiora deſerti minando gregem, id eſt ſenſus, & ibi legem ſuam Deus ac ſecreta
Oſeæ. 2. docet, ſecundum illud: Ducam eã in ſolitudine, & loquar ad cor eius. Conſuleſi placet commentarios noſtros in Pſal. 118. tract. 1. verſu. 5. fol. 41. ab illo verbo, ſed vt ad moralia trãſeamus & deinceps. Et fol. 50. in illo verbo itaq; Propheta: tandem aduerte hoc
Iuſtinus martyr. eſſe aliud ſignum quod Chriſtus fuerat verus Meſsias. Nam vt Iuſtinus martyr in dialogo aduerſus Tryphonem docet, multa ſigna data fuere veteribus, vt Chriſtum veniẽ
Matth. 2 tem agnoſcerent, vt illud de Magis qui ve-
Matth. 21 nerunt Hieroſolymam Chriſtum adoratu-
Eſai. 53. ri, & quod in aſello ingreſſurus eſſet Hierusalem, cui acclamare deberent pueri, & quod eſſet reputandus nouiſsimus virorum, & alios huiuſmodi, inter quæ etiam eſt hoc ſignum, quod Ioan. futurus eſſet præcurſor eius, & quod ad eum deberet confluere vniuerſa Iudæorum terra, & coram eis hæc teſtimonia de Chriſto ipſe eſſet prolaturus, nempe quod ipſe eſſet vox, & alia quæ hic & in alijs Euangeliſtis referuntur, *Ipſe autẽ Ioan. habebat veſtimentum de pilis Camellorũ.*
Luc. 1. Quo ſignificatur veſtem Ioan. fuiſſe contextam de pilis camellinis, vt ſic etiam in ueſtitu redderet Eliam, qui ſimili vſus eſt veſte, quẽ & in ſpiritu & virtute referebat.
Iuuencus. Euthim. Quod Iuuenc poẽta in ſuo carmine ſic dicit:

Texta Camellorum fuerant velamina ſetis.

Euthim. quærit: quiſnã contexebat hãc veſtem Ioannis? & concludit eam eſſe factam ſingulari Dei prouidentia & miniſterio Angelorum. Veſtis hæc ſignificat habitum pœnitentiẹ, erat enim genus veſti-
Petrus Chriſologus menti aſperrimũ ac viliſsimum. Vnde Petrus Chriſologos ſerm. 167. ſic ait. Ioan: habitatione, veſtitu, & victu totus deniq; ad pœnitentiam incedit. Accepit enim pilos animãtis tortuoſiſsimi, nihil recti, nihil gratiæ, nihil decoris habentis, quod natura duro dedit labori, magno addixit ponderi, extremæ ſubiecit ſeruituti, tali magiſter pœnitentiæ indui debuit veſtimento. Adde quod veſtitus hic demoſtrabat conditionẽ populi Iudaici, cui Ioan. prædicabat, & hoc in duobus. Primum quia camellus eſt animal aptiſsimum ad onera & labores, ſic ille populus ad onera legis portanda. Secundũ, Simile.
quia camellus partim erat mundus quia ruminabat, partim inmundus, quia vngulas inferiores non habebat diuiſas, talis erat populus ille, mundus quidem ore, quia bonam habebat doctrinam ſed pedibus, id eſt, operibus & affectibus immundus incedebat, & Chriſtus Dominus hanc veſtium aſperitatem Ioannis oſtendit cũ dixit: Quid exiſtis in deſertum videre? Hominem molli-
Matth. 11. bus veſtitum? Vnde D. Hieron. hic ait: De
D. Hiero. pilis, inquit non de lana: quia aliud auſterẹ veſtis indicium eſt, & aliud luxuriæ mollioris, *Et Zonam pelliceam circa lumbos ſuos.*
Hanc etiam geſtabat Elias. 4. Reg. 1. Chry-
4. Reg. 1. ſoſt. ait: fuiſſe morem in Paleſtina, vt homi-
D. Chryſ. nes vterentur cingulis laneis, & qui erant nobiliores & ditiores cingulis magni pretij,
Prou. vlt. & colligitur ex ſcriptura, nam Prouer. vlt. dicitur; Cingulum tradidit Cananeo. Chananei autem præcipue mercatores tunc tẽ-
Eſai. 3. poris diuites, ac nobiles erant: & Eſai. 3. Minatur Dominus ſe ablaturum omnia pretioſa ornamenta. In illa die erit pro zona funiculus, &c. Ioan. vtebatur zona pellicea circa lũbos, id eſt, circa carnẽ, quo denotatur etiam habitus pœnitẽtiẹ: nam pellis eſt pars animalis mortui, in lumbis viget concupiſcentia, quo ſignificatur quod præcipua pars pœnitentiæ eſt carnis concupiſ-
Theoph. centias mortificare. Vnde Theoph. ait: In ſcripitura ſemper deſcribi ſanctos accin-
Luc. 12. ctos, ſecundum illud Luc. ſint lumbi veſtri prẹcincti; per quod ſignificatur viros ſanctos ſemper eſſe paratos ad bene agendum, ſemperq; Chriſti mortificationẽ in corpore ſuo circunferre eſſe ſolitos, *Eſca eius erant locuſtæ, & mel ſilueſtre.* Quidã greculus per has locuſtas ait ſignificari genus quoddam pomorum ſilueſtrium: quoniã nomen quod in Greco locuſtas ſignificat, vna immutata litera, poma etiã interpretatur: & ideo ipſe emendare vult codices, cum tamen in omnib. ſit aceridos, id eſt, locuſta, nõ aceradis, id eſt,

id eſt, poma, & ita legit Eccleſia, Epy curei
noſtri temporis dicunt ſignificari genus
Ariſtot. piſcis maximiè ſimile Cancris, de quo Ariſt.
libr. 4. de hiſtoria animalium: c. 2. Hoc au-
tem minus probabile eſt: quoniam hic deſ-
cribitur maxima Baptiſtæ pœnitentia, piſ-
cis autē ille delicatiſsimus cibus eſt. Dein-
de quis hos piſces illi afferebat in deſerto?
Ad quos parādos & coquēdos igne, aqua, &
alia neceſſaria forēt, quę in deſerto deerāt.
Tertia opinio eſt locuſtas has nō fuiſſe ani
malia, ſed genus herbę, q̄ naſcebatur in cā-
D. Atan. po præcipuè in paleſtina. Itā Atanaſ. in ſco
Euthim. lijs ſupno teſtim. Euth. ſup hūc locū, nec
Cayetan. hęc ſententia diſplicet Caye. Toſtatus Epi
Toſtatus. ſcopus Abulenſis in confirmationē huius
opinionis citat Ricar. in deſcriptione terrę
ſanctę, qui ait ſe fuiſſe in monaſterio circa
Iordanem, cuius monachi veſcebantur her
bis, quæ vulgo locuſtæ vocantur, eratq; fa-
ma publica & antiqua traditio, fuiſſe huiuſ
modi locuſtas eas, quibus Ioannes veſceba
tur. Nam in eiſdē locis habitauit Ioan. Hoc
teſtimonium Ricardi certè magni ponde-
rit eſſet, vt teſtatur Ianſe. ſi reperiretur in
illo, ſed tamen ne ipſe nec alij reperire po-
tuerunt. Quare opinio hæc non eſt tenen-
da: nam vox quæ hic ponitur, nunquā nec
apud Græcos; nec apud Latinos aut He-
breos, heruam ſignificauit. Quarta opinio
eſt, has locuſtas fuiſſe animalia terreſtria om
nibus nota, quæ vulgò ſic appellātur, de qui
D. Hiero. bus Hiero. ſuper. 4. c. Ionę ſic ait: Locuſta
eſt paruum animal infirmas habēs alas, de
terra ſurgens, ſed altiùs nonvalens auolare,
qd̄ plus eſt quam reptile, minus autē quam
auis. Huiuſmodi locuſtis multas veſci gētes
Plinius. ait Pli. lib. 11. c. 29. vbi ait: Locuſtas Parthis
in cibo gratas eſſe, &. lib. 6. c. 30. pars quæ-
dam Aethyopū, inquit, locuſtis tantum vi-
uit, fumo & ſale duratis in anuua alimenta.
Imo dicit aliquas locuſtas longitudine triū
pedū eſſe, & q̄ eas modò vulgò comedunt
D. Hiero. Aegyptij. Hier. etiā. l. 2. cōtra Iouin. Oriēta
les & Libię populos, inquit, quia p̄ deſertū &
calidam eremi vaſtitatē locuſtarum nubes
reperiuntur: locuſtis veſci moris eſt. Idem
Hermola. Barbar. doceт Hermolaus Barbarus lib. 1. corolario
150. in Dioſcor. Imò ait hoc cibo vſum
fuiſſe Ioann. Baptiſtam in deſerto, etiam ſi
Origenes. Ambroſ. Beda. Atanaſ. & alij aliter arbitrati ſint. Origen.
Hom. 11. in Luc. idem tenet, Ambroſ. lib. 2.
ſuper Luc. Auguſt. lib. 2. confeſ. c. 31. Beda
etiam, & ferè omnes Patres ita intelligunt
hunc locum. Et ratio eſt, quoniam hoc no-
men locuſta, Latinè & Acris, Græcè ſim-
pliciter nō ſignificat niſi animal terreſtre:
cùm ergò Matth. dicat Ioann. vſum cibo
locuſtarum, ſimpliciter intelligendus eſt.
Et Hiero. in. c. 12. Eccleſ. in illa verba flore *D. Hiero.*
bit agmidalus, diſipabitur capparis, impin-
guabitur locuſta, dicit quod vox Hebraica
Arbeh ſignificat locuſtam, vel brucum, id
eſt, ſpeciem locuſtæ paruam. Deinde ſi hu-
iuſmodi locuſtarum erat copia in deſertis
& locuſtæ erant in cibum alijs gentibus, &
Iudæis, qua ratione dicemus herbas fuiſſe?
Sed difficultas reſtat, quoniam locuſtę cru
dæ non comeduntur, quomodo ergò Ioan.
eas comedebat? Lyranus dicit quod locuſtę *Lyranus.*
oleo frixæ erant cibus pauperum, tamen
minimè credendum eſt Ioannem olei ha-
buiſſe delicias, nec commeditatem: aliàs nō
eſſet tanti habenda eius abſtinentia, præ-
ſertim cum Hieronymus dicat, eremitis in *D. Hiero.*
deſerto vti cibis coctis, in luxuriam reputa
ri, Ioan. autem Baptiſtæ auſteritas alias om
nes ſuperauit, Cayetan. dicit, quod etſi lo-
cuſtæ grandiores non poſſent crudæ come *Caiet.*
di, tamen paruulæ ſic; veluti videmus man-
ducari crancos tenellos marinos crudos.
Et mel ſilueſtre, Suidas ait per mel ſilueſtre *Suidas.*
ſignificari rorem ſilueſtrem vulgò dictum
Manna, & quod hic erat cibus Ioann. Sed
præter impropriam ſignificationem, Man-
na non eſt cibus, ſed lambitur. Deinde
Manna habet vim relaxandi ventrem. Ia-
Iacobus Faber. Plinius. cobus Faber ait fuiſſe ex tertio genere mel
lis quod deſcribit Plinius lib. 11. c. 16. ait em:
iſtud mel eſſe rude & ſilueſtre, & confici-
tur ex certo arbore, & gignitur pridiè idus
Septēbris: ſed hoc cōmentum videtur, &
deberet probare hoc mel reperiri in deſer-
tis Iudeę. *Gloſſa.* Gloſ. interlinialis ait hoc mel ma
nare ex truncis arborum, ad ſimilitudi-
nem gūmi lachrymæ adhærebat arbori,
& hunc liquorem Ioannes manducabat.
Rabanus. & Beda. Rabanus & Beda dicunt, fuiſſe ſuccum,
ex quibusdam folijs attritis expreſſum ad
modum mellis. *D. Tho.* Diuus Thomas in hoc
loco citat opinionem dicentium fuiſſe, id
quod vulgo appellamus cannas mellis,
& certe *Brocardus* Brocardus circa finem libri deſ-
criptionis terræ ſanctæ deſcribens vberta-
tem illius terræ, inter alia ait in ea eſſe ma-
gnam copiam harum arundinum mellis.
Vltima ſententia eſt intelligi mel quale eſt
noſtrum, ſed ſilueſtre, id eſt, non purga-
tū nec deſecatū, ab apibus agreſtibus & ex
herbis agreſtib⁹, ſine vlla cultura confectū *ſententia propria.*
huius

huiuſmodi autē mel abundare in deſertis il
lis ſatis liquet. Nam. 1. Regum. 12. traditur
1. Reg. 2. exercitū Saulis cum veniſſet in ſaltum quē
Deut 32. dā inueniſſe magnam copiam mellis, & in
Pſal. 80. Pſalm. dicitur: Vt ſuggeras mel de petra
oleumq; de ſaxo duriſsimo: & de petra mel
le ſaturauit eos. Nam vt ait Euthim. Apes
Euthi. agreſtes ſolent mella conficere in concaui-
tatibus arborum, & in cauernis, & in ſciſſu-
ris petrarum, maxime in illis partibus. Vn-
de hac deſcriptione ſignificatur Ioan. non
fuiſſe vſum cibis queſitis, ſed oblatis. Et licet
Euangeliſta nihil nobis de potu Ioan. dixe
rit, credendum eſt aquam fuiſſe: nam An-
Lucæ. 10. gelus prædixerat ipſum nec vinum nec ſi-
Eccliſia. 29 ceram bibiturum, & in Eccleſiaſtico dici-
tur, initium vitæ hominis eſſe aqua & ſal
& panis. Habebat autem hoc mel dulcedi-
nem mixtam cum aliqua amaritudine. Ob
ſerua hic, quod in ſacris literis vbicunque
recenſetur aliqua inſignis pœnitentia, ſem
per fit mentio aſperitatis veſtimentorum,
& abſtinentiæ in alimento. 3. Reg. 21. habe-
tur Acab cum pœniteret de peccato ſuo, op
3. Reg. 21. peruiſſe cilicio carnem ſuam, ieiunaſſeq; ac
dormiſſe in ſacco. Item Ioel. 2. cum populo
Ioel. 2. ſuaderet pœnitentiam inſolita quædā præ-
cepit: nempè vt ſanctificet populus ieiuniū
vſque adeò vt pueri ſuggentes vbera abſti-
neant à lacte. Id ipſum colligitur ex. 14. c.
Heſther. Nam illa Regina actura pœniten-
Heſter. 14 tiam, aſſumpſit veſtimenta vilia. Quem mo
Eſai. 3. dum pœnitentiæ depingit etiam Eſai. c. 3.
Nam poſtquàm multis verbis amplificarat
delicias & ornamenta filiarum Syon, cùm
vellet formam pœnitentiæ adumbrare di-
xit: Et erit pro ſuaui odore fœtor, & pro zo-
moralitas na funiculus, & pro faſcia pectorali ciliciū,
& pro criſpanti crine caluitium, demum ita
erat creber vſus cilicij & cineris in pœnitē
tia, vt dicat Chriſtus Matth. 11. Si in Tyro
Matt. 11. & Sydone factæ fuiſſent virtutes, quæ fa-
ctæ ſunt in te, olim in cilicio & cinere pœ-
nitentiam egiſſent. Sed quorſum hęc? Certè
vt intelligatur Ioan. Baptiſtam prædicatū-
rū pœnitentiā, ſcilicet, Spirit⁹ Sācti inſtin-
ctu egiſſe aſperrimā vitam, in uictu & in ue-
ſtitu. Nuſquam enim legitur ante Ioann.
extitiſſe aliquem, qui tàm eximium pœnitē
Theophi. tiæ ſpecimē exhiberet. Vndè Theoph. ait:
Ad pœnitentiam hortabatur Ioan. etiā ha-
bitu: lugubrem enim gerebat veſtem. Vt
enim veſtium aliæ nuptiales ſunt, aliæ pri-
mogenitorum, aliæ prædilectorum filio-
rum, alię viduarum. Itā ſaccus, & cinis olim
pœnitentium erat veſtis, vt manifeſtum eſt
in Achab Rege, Niniuitis & Dauidæ, pœ- *Tertulia.*
nitentia enim, vt ſcribit Tertulianus lib. de
pœnitentia, ipſo quoq; habitu atq; victu mā
Ionæ. 3. dat ſacco & cineri incubare, corpus ſordi-
bus obſcurare, animum mœroribus defice-
re, illa quæ peccauit triſti tractatione muta
re. Cæterum paſtum & potum pura noſſe,
non ventris, ſcilicet, ſed animę cauſa: ple-
runque enim ieiunijs pręces alere, ingemiſ
cere, lachrymare & mugire dies noctesq;
ad Dominum Deum tuum, pręſbyteris ad
uolui, & aris Dei adgeniculari, omnibus fra
tribus legationes deprecationis ſuę iniun-
gere. D. Bernad. ſermone de Ioann. Baptiſ.
reprehendens conſuetudinem Chriſtiano-
rum, qui cum celebrent feſtiuitatem Ioan- *D. Bernard.*
nis, delitijs & luſibus ſe totos dedunt; non
ſecus atque illi in quos inuehitur, Eſai. c. 5.
dicens: Cytara, & timpanum, & lyra in con *Eſai. 5.*
uiuijs veſtris, & opus Domini non reſpicitis
nec opera manuū eius conſideratis, mirabi
liter extollit pœnitētiā Baptiſtę. Ait enim.
Cōtemplare hominem Oraculo diuino pro
miſſum, mira culoſe conceptum, ſanctifica-
tū in vtero, & tamē ita affligentem & exte
nuātē corp⁹ propriū, vt pœnitētiaipſi⁹ videa
tur potiùs laudanda quam imitanda, ita
egreditur limites humanę fragilitatis, & cō-
munis perfectionis, etenim ait Paul 1. Thi-
1. ad Thi. 6 moth. 6. habentes alimenta & quibus tega-
mur his contenti ſimus. Hęc eſt perfectio
Apoſtolica, at Ioan. Bapt. vt fatetur Chri-
ſtus Matth. 11. nec manducauit nec bibit.
Matth. 11. Plane, inquit, Ber. nec habuit indumentū,
D. Bern. etenim ſicuti locuſta & mel ſilueſtre non
ſunt alimenta etiam pœnitentium, qui qui-
dem ſibi videntur ſatis corpus macerare, ſi
in pane & aqua ieiunent: ita ſimiliter veſti
mentum confectum de pilis Camellorum,
non eſt indumentum vſurpatum à pœnitē-
tibus, qui quidem cum cilicio induuntur,
vel ad tempus maximam videntur pręſe,
ferre aſperitatem. Itaq; Ioann. Bapt. qui ve
nit in ſpiritu Elię, magno interuallo reli-
Luc. 10. quit poſt ſe Eliam, quantum attinet ad pœ-
nitentiam de quo dicitur. 3. Reg. 19. quod
3. Reg. 19. aliquando habuit in deſerto pro alimento
panem ſubcinericium. Pręterea. 4. Reg. 1.
dicitur, quod Elias erat pręcinctus ad re-
4. Reg. 1. nes zona pellicea. Nihil tamen de cilicio di
citur. Ambroſ. etiam lib. de Elia & ieiunio.
D. Amb. ca. 3. Ioan. ait: humanę vitę poſsibililatem
abſtinentia ſupergreſſus fuit, ideò quod
non homo ſed Angelus appellatur, de
quo

Matth.11. quo & Dominus dixit: Venit Ioann. Baptiſta non manducans nec bibens. Vlterius & conſiderandum eſt, in ſacra Scriptura mentionem fieri primorum parentum poſt peccatum, & veſtimenti Ioan. & veſtimen
Geneſ.3. ti Chriſti. Geneſ.3. habetur: parentes poſt peccatum indutos fuiſſe tunicis pelliceis Ioan. Baptiſta vt hic refertur: Habuit veſti-
Ioan.19. mentum de pilis Camelorum, & Ioann.19. inter indumenta Chriſti Redemptoris fit mentio de tunica, quæ carni adhærebat, quæ quidē inconſutilis erat deſuper cōtexta per totum. In his tribus generibus veſtimenti deſignatur triplex ſtatus hominis. Primus poſt peccatum ante renouationem gratię. Secundus ſub lege veteri. Tertius in renouatione ſpiritus per gratiam iuſtificantem. Etenim in ſtatu peccati indutus eſt homo, & morte animæ per receſſum à Deo, & mortalitate corporis: & ita dicitur
Pſal.108. Pſal.108. Induit maledictionem ſicut veſtimentū. Hæc maledictio eſt mors animæ & corporis, quæ exprimitur per veſtimentum pelliceū, quæ detrahuntur de mortuis animalibus. Cæterum ſtatus ſub lege quæ fuit
Actor.15. iugum onerouſum, de quo dicitur Actor.15. quod nec nos nec patres noſtri potuimus portare, quibus verbis explicat Petrus difficultatē & onus veter. legis, talis ſtatus onerouſus declaratur per veſtimentum de pilis Camelorum: quoniā Camelus eſt animal ad onera portanda aptiſsimum. attamen
Ad Ephe. 4. cum dicat Paulus ad Epheſ. 4. Renouamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouū
Ioan.19. hominem, qui ſecūdum Deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate veritatis declarauit renouationem per gratiam eſſe quoddam indumētum diuinum & cœleſte, quod deſignauit tunica Chriſti in conſutilis: nam ſicut illa erat cōtexta mirabili artificio, ita in iuſtis eſt connexio virtutum omnium; verūtamen in Ioā. Bapt. (vt ſupra diximus) oportet conſiderare, & ea quæ expectant ad ſtatum legis veteris; & id quod pertinet ad ſpiritus renouationem: Quo circa vt cilicium ex pilis camelorum exprimit legis onus, ita per zonam lumbos ſtringentem intelligimus mortificationem Euangelicam, de qua dicit Paul. ſemper mortificationem
2.Cor.4. Ieſu Chriſti in corpore noſtro circumferentes. Nam (vt ſupra diximus) carnis mortificatio per lumbos pręcinctos intelligitur; ſe
Luc.12. cundum illud Luc.12. Sint lumbi veſtri pręcincti, &
Ad Ephe. 4. Epheſ.4. State præcincti lumbos veſtros in veritate. Et huius ratio eſt, quoniā in lumbis viget libido, vnde præcingere lumbos nihil aliud eſt quam mortificare carnis appetitus, hæc autem mortificatio maximè decebat Ioannē, ne quod verbis prędicabat moribus videretur impugnare, vt ait Greg.
Grego. Docet quippe Hilarius. 7. de Trinitat. dicēs, in principio: Oportet ità perfectū eſſe verbi Dei concionatorem, vt vita eius ornetur docendo: & doctrina viuendo, & ita
1.Thim.4 Paul. inſtruit Thimo. dicens: Eſto exemplū fidelibus in Fide, in Charitate, in Caſtitate, attende tibi & doctrinę, hoc enim faciens & teipſum ſaluum facies & eos qui te audiunt. Quod D. Ioan. contigit. Qui cum ſe exhiberet eximium ſanctitatis ſpecimen, prędicatio ſua populos conuertebat, nā ſubditur. *Tunc exibat ad eum Hierosolyma & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem.* Ecce vis verbi Dei quanta ſit, nam quaſi magnes ferrum, ità ad ſe trahit gentes. Simul & cōſidera quanta fuerit energia verborum Ioā. quandoquidem omnes ad vocem clamantis conſluebant, non ſolum ex vrbe Hieroſolymorum, verumetiam ex vniuerſa Iudęa, prę ſertim his regionibus quę ad Iordanem ſitę erant. Vbi aduertendum quod in Ioanne tria videbantur eſſe, quę populos ad ſe trahebant. Primum quod a ſecunda templi reędificatione ad id vſque temporis, Prophetis caruerat ille populus, ideo veluti Prophetam viſuri tanta ad illum auiditate concurrebant, vnde Chriſtus infra cap. 11.
Matth.11. Quid exiſtis in deſertum videre? Prophetā. Iudicio quippe Dei id factum fuerat, vt Prophetarum Oraculis priuarentur, quorum dum illorum eſſet copia, nullam rationem habuerant, vt poſtea ſentirent quantum bonum proprijs vitijs amiſiſsent, hinc illud Pſalm.73. Signa noſtra non vidimus, iam non eſt Propheta. & nos non cognoſcet amplius. Secundum fuit nouum prędicationis genus nullis retro ſeculis auditū. Nec enim vt priores Prophetę, nec ad mores legis & ſacerdotum, ſimpliciter pœnitentiam & legis obſeruantiam prędicabat, ſed viam iubebat parare Domino, & regnum cœlorum aduenilſe nuntiabat. Tertium fuit prodigioſa illa ſancti Baptiſtę pœnitentia ac auſteritas hominibus inſolita, nec vllis antè ſeculis
Matth.11. audita, de qua infra. ca. 11. Dominus dicit: Venit Ioann. Baptiſta non manducans nec bibens. His rebus ad ſe multitudinem hominum trahebat, eiſque verum Meſsiam annuntiabat: Sic enim prędictum fuerat à Ma-
Malac.4. lachia ca. 4. & ab Angelo Gabr. Luc. 1. quod
Luc. 1. mul-

multos filiorum Iſraël deberet conuertere ad Dominum Deum ipſorum, & illud: Ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ, vt conuertat cor patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iuſtorum, parare Domino plebem perfectam. Et aduerte quod hic conuentus vndique ad Ioannem ſpecimē quoddam fuiſſe videtur eius quod tunc incipiebat, & paulò poſt per Spi
Eſai4. ritus ſancti miſsionem in die Penthecoſtes
Matt.11. inplendum erat, de quo & Eſai. prædixerat reuelandam eſſe gloriam Domini, & quod omnis caro debebat videre ſalutare Dei. Indicat etiam hæc hominum frequentia ad Ioann. impleri illud quod dictum eſt, à diebus Ioannis Baptiſtæ vſque nunc regnum cœlorum vim pati & violenter, id eſt, ardentiſsimè innumeris irruentibus rapi fide & ardenti charitate. Aduertendum ſecundò hunc tantum populi feruorem, diuinitatem Euangelij ipſiusque potentiam indicare, quod tunc prædicari incipiebat. Sed quo hic populus primò fuit feruentior, eo paulò poſt fuit remiſsior: vtpote qui & Ioan. reliquerit, & Chriſtum aduerſatus fuerit. Omnia enim noua placent. Verum vbi carnis mortificationem ſui ipſius abdicationem, poſtremò crucem Chriſti ferendam prædi
Moralitas cant; permulti pedem referunt, ac abeuntes retrocedunt. Quo exēplo docemur, ne multum populis fidamus, vtpote qui variabiles ſunt, atque quam citò à propoſito deuiant. Deinde ne prædicator criſtam erigat, quia frequens populus ad eius conciones tumultuariè confluit: nam præterquā quod hoc eſt à Deo diſpenſante, & maieſtatem verbi Dei manifeſtante; cras illum deſerent, alioque ſe quam citiſsimè conferent, præcipuè ſi ea quæ ſolida atq; auſtera ſunt eos docuerit. Rurſuſque hoc declarat multos quidem vocatos paucos vero electos eſ-
Matth.10 ſe, qui audita & iniuncta cruce ſubſiſtere velint. Quare curare debet in primis prædicator ſolidos potiùs quam multos habere auditores; quod fiet ſi magis ſalutaria quam plauſibilia & placentia verba docuerimus, rei illi toti addicti, in qua legimus Ioan. verſatum fuiſſe, nimirum in prædicanda pœni-
Eſai.4. tentia, & clamando cum Apoſtolorū principe ex Eſai. ca. 4. Omnis caro fœnum & omnis gloria eius quaſi flos fœni, exſiccatum eſt fœnum & cecidit flos, verbum autē Domini manet in æternum. *Et baptizabantur ab eo in Iordane.* Hic à Doctoribus quæri ſolet quodnam fuerit hoc baptiſma Ioannis? An ſacramentum extiterit, veteris, vel nouæ legis? An gratiam conferret? An determinata verba habuerit? A Deo inſtitutum, vel præmonſtratum? Quæ omnia
D.Thomas quoniam dilucidè à D. Thom. in. q.38. 3.p. tractantur paucis abſoluemus. Primum certum eſt non fuiſſe ſacramentum nouę legis quoniā ea omnia immediate à Chriſto Domino inſtituta ſunt, & non ab alio homine; licet nonnulli dicant fuiſſe ſacramentum veteris legis, tamē probabilior eſt oppoſita
D.Thomas ſententia, quæ eſt D. Tho. quæſt. 38. art. 1. ad. 1. vbi dicit quod baptiſmus Ioā. nō erat per ſe ſacramentum, ſed tanquam quoddam ſacramentale diſponens ad baptiſmū Chriſti, & ideò aliqualiter pertinebat ad legem Chriſti, & non ad legem Moyſi: quia non erat cæremonia veteris legis, nec fuit inſtitutū ad ſignificandum, ſed ad præparandum ſeu aſſuefaciendum homines ad Chriſti baptiſma. Quare baptiſmus Ioannis, nec conferebat gratiam, nec remiſsionem
Matth.3. peccatorum, vt patet vbi dicit Ioannes: Ego baptizo in aqua in pœnitentiam, ſed qui poſt me venturus eſt, ipſe vos baptizauit in Spiritu ſancto, ſignificans ſe non baptizare in Spiritu ſancto, ſine quo non
Ioan.1. eſt remiſsio peccatorum. 2. Ioann. 1. dicit, dicit idem Ioannes: Ego baptizo in aqua, ſed ille qui miſit me baptizare dixit mihi: Super quem videris Spiritum deſcentem & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto. Tertius locus
Acto.19. eſt: Actor. 19. vbi ex mandato Pauli baptizati ſolum baptiſmo Ioannis, rurſus in nomine Chriſti ſunt baptizati: Ex quo lo-
D.Hiero. co Hieronymus contra Luciferianos colligit, baptiſmum Ioann. fuiſſe imperfectum, & remiſsionem peccatorum non contuliſſe. Dicitur autem Ioannes prædicaſſe baptiſmum pœnitentiæ in remiſsionem peccatorum, quia inducebat homines ad pœnitentiam, quæ ducit in remiſsionem
D.Hiero. peccatorum. Vel ſecundum Hieron: dices quod per baptiſmum Chriſti gratia datur, qua peccata gratis dimittuntur. Quod autē cōſummatur per ſponſum, initiatur per Paranimphum. ſ. per Ioan. vbi dicit q̄ prædicabat baptiſmū pœnitentię in remiſsionē peccatorū, nō quia ipſe perficeret, ſed quia prę parādo ad hoc homines diſponebat. Cęterū licet baptiſm⁹ Ioā. gratiā nō cōferret, habuit tn aliàs cōmoditates, ob quas rectè fuiſſe in inſtitutū aſſerēdū eſt. 1 quia op⁹ erat Chriſtū baptizari ab eo, vt baptiſmū cōſecraret.

Secundo vt manifeſtaretur Chriſtus cõcurrẽtibus eũ turbis ad baptiſmũ. Ioan. annuntiabat Chriſtum, quod quidem facilius ſic factum eſt, quam ſi per ſingulos diſcurriſſet. Tertio vt homines aſſuefaceret ad baptiſmum Chriſti, cum præcur.or eſſet. Quarto vt homines induceret ad pœniten iam, & ſic dignè baptiſmum Chriſti ſuſciperent. Et quia Ioannes non ſolum fuit Prophera, ſed pluſquam Propheta, vt dicitur infra
Matt. 11. 11. Fuit terminus legis & initium Euangelij, ideò magis pertinebat ad Deum Verbo, & opere inducere homines ad legem Chriſti, quam ad obſeruantiam legis. Excelluit etiam Phariſæorum baptiſmata baptiſmus Ioann. Nam Phariſeæorum baptiſmata erant inania, ſcilicet, ad ſolam carnis munditiem: Ioannis autem baptiſmus immunditiam ſpiritualem ablueuat, eò quod inducebat homines ad pœnitentiam, quã peccata delentur. Ex his etiam ſoluitur aliud dubium; an baptiſmus Ioannis habuerit determinata verba pro forma? & licet multi viri docti affirment, dicentes quod in nomine Chriſti venturi conferebatur hoc baptiſma. Tamen veriſimlius erit
Baptiſm. Iuan. non habuit determinata verba pro forma. dicere, nulla habuiſſe determinata verba, cũm non fuerit Sacramentum, & quia eodem baptiſmate baptizatus eſt Chriſtus à Ioanne, quo & cæteri Iudęi, & tamen certum eſt Chriſtum nullis verbis fuiſſe baptizatum: & quia tota virtus in ſacramentis eſt à verbis: quia ſe habent veluti forma, ſicuti tota virtus & actio in naturalibus eſt à forma. Baptiſma autem Ioan. nullam habebat actionem, quia nec conferebat gratiam, nec imprimebat characterem, ergo nullis indigebat verbis. Quod
Acts. 19. ſi adducas illud Actor. 19. Ioann. (inquit ibi Paul.) Baptizabat baptiſmo pœnitentiæ, populum dicens, vt in eum, qui venturus eſſet poſt ipſum crederent, vbi videtur inſinuare in nomine Chriſti venturi collatũ fuiſſe baptiſmum Ioann. Reſpondetur ex hoc teſtimonio non poſſe colligi, Ioannem
D. Chryſ. hac vſum fuiſſe forma; ſed quod inter baptizandum vt ait Chryſoſtom. Homil. 4. ſuper Matthæum prædicabat, vt crederent in eum qui eſſet venturus. Nam tametſi in carne venerat, nihilominus venturus erat ad baptitizandum in Spiritu ſancto. Sed an fuerit à Deo hoc baptiſma vel ab
D. Thom. hominibus? Diuus Thomas articulo. 2. reſpondet Ioannis Baptiſmum conſiderari, vel quoad ritum, vel quoad effectum. Quoad ritum quidem fuit à Deo reuelatum Ioanni, vt ipſe dicit Ioann. 1. qui me
Ioan. 1. miſit baptizare in aqua, ille mihi dixit, &c. Quoad proprium tamen effectum fuit ab homine: quia nihil efficiebat quod homo efficere non potuiſſet: quia, ſcilicet, non conferebat aliquid ſpirituale, quapropter ideò nominatur ab ipſo baptiſmus Ioãnis, quia in eo nihil agebatur quod ipſe
D. Thom. non ageret, vt docet Diuus Thomas. ad. 1. *Conſitentes peccata ſua.* Obſerua, duplex eſt confeſsio vna interior quæ fit Deo, & hęc omni homini & omni tempore fuit neceſſaria, quia nihil al ud eſt quam deteſtatio peccati coram Deo, petitio veniæ, & propoſitum deinceps vitandi peccata, de qua
Pſal. 31. Pſalm. 31. dixi: Et confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti iniquitatem peccati mei. Alia confeſsio eſt exterior, & hæc eſt triplex, vna moralis alia legalis & cæremonialis. Tertia Euangelica & ſacramentalis. Moralis eſt cum quis ſua delicta aperit alicui homini amico, vt eius conſilio regatur & iubetur, de qua Proberuio. 18. dicitur. Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur. Et Eccle.
Eccleſ. 4. 4. Non confundaris peccatum tuum confiteri, ſed nec te ſubijcias, omni homini pro peccato. Legalis rurſus erat duplex, vna generalis & publica, quæ fiebat à Pontifici in feſto expiationis, quando ingrediebatur Sanctaſanctorum, cum poſitis manibus ſuper hircum emiſſarium, confitebatur peccata populi in communi, vt pa-
Leuit. 16. tet Leuit. 16. Altera confeſsio erat particularis, qua quis confitebatur peccata ſua ſacerdoti, non omnia tamen ſed externa tantum, imò nec omnia externa, ſed quædã præſcripta lege Moyſi, & pręter confeſſionem offerebat certam oblationem pro pręuaricatione, & tunc remittebatur ei peccatum, non quoad interiorem iuſtificationem, ſed quoad exteriorem immunditiam & irregularitatem. Erat nihilominus alia confeſsio publica, quam priuata perſona pro proprio aliquo peccato debebat agere ſacerdoti, quæ præcipitur Leuit. 15. his verbis: Anima quæ iurauerit & protulerit labijs ſuis, vel malè quid fecerit, vel benè & non fecerit, & id ipſum iuramento & ſermone firmauerit oblitaque poſtea intellexerit delictum ſuum, agat pœnitentiã pro peccato, &c. Vbi pro eo, qd nos habemus, agat pœnitentiam pro peccato,
Cyril. litera Cyri. ſic habet: Pronũtiat peccatũ ꝓ pec-

peccauit. Cui conſonat hæbrea veritas quæ ſic habet, & confiteatur quod peccauit. Eſt & illud quod Numeror. 5. legimus in
Nume. 5. hunc modum: Vir ſiue mulier, cũm fecerint ex omnibus peccatis quæ ſolent homini accidere, & per negligentiam tranſgreſsi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint, confitebuntur peccatum ſuum. Nec dubium videtur eſſe poſſe, quin id facere præcipiantur, cũm de ipſo totum caput loquatur eique Deus iubeat offerre pro peccato, & de hac confeſsione ſacerdoti aut homini bono qui opem ſua oratione ferre poſſet facienda, diximus ſupra loqui Sapiens
Eccleſ. 4. cum Eccleſ. cap. 4. dicit: Non confundaris confiteri peccata tua, & ne ſubijcias te omni homini pro peccato. Nam à confeſsione ſoli Deo facienda, non reuocat pudor, ſed ab ea quæ fit homini. Vltima confeſsio eſt ſacramentalis, qua exponuntur omnia peccata ſacerdoti habenti poteſtatem ordinis, & iuriſdictionis: & per eam abſoluuntur à peccatis confitentes. His ſuppoſitis dico: quod confeſsio quæ fiebat Ioanni, non erat ſacramentalis, quia non remittebat peccata: nam poteſtas remittendi pecca-
Ioan. 20. ta data eſt à Chriſto Domino. Ioann. 20. Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis: fuit tamen veluti typus noſtræ ſacramẽtalis confeſsionis, ac præparatio ad eam, ſicuti veteris legis & Ioann. lotiones præparatoriæ erant ad verum & efficacem Chriſti baptiſmum, vnde aliqui dicunt, quod confeſsio illa quæ fiebat Ioanni, non conſtabat verbis ſed factis, nam petendo ab eo baptiſmum vt abluerentur confitebantur ſe ſordes habere, à quibus ablui petebant. Et etiã quando ab eo petebant conſilium Publicani, & milites, & hi qui ad ipſum concurrebant, interrogando quid deberent facere, hoc enim erat compunctionis ſignum,
Acto. 2. ſicut quando Actor. 2. prędicans Petrus Iudęis, peccatum mortis Chriſti eis impoſuit, qui corde compuncti dixerunt: Quid faciemus viri fratres? Certè hoc reſponſo ſe peccatores profitebantur. Vel dic quod fiebat hęc confeſsio verbis, ſed generalibus tantum, vel apperiebant Ioanni peccata ſecreto tanquam amico & viro probo, vt ab illo aliquod remedium, vel conſilium acciperent. *Videns autem multos Phariſeorum, & Saduceorum venientes ad baptiſmum ſuum dixit eis:* Obſerua, tres fuiſſe ſectas Iudęo-
Ioſeph. rum, vt Ioſephus libro. 2. de bello Iudaico. & ſecundo de antiquitate refert. Prima Saduceorum, qui non ſolum errabant in vita ſed etiam in doctrina, iſti enim negabant Dei prouidentiam, Reſurrectionem mortuorum, immortalitatem animę, orationem noſtram ſpiritualem & incorpoream, nec recipiebant libros ſanctos, niſi tantum Penthateucum, id eſt. quinque libros Moyſi. Huius ſectæ erant ditiores & voluptuoſi illius populi, quibus & Chriſtus dixit erratis neſcientes Scripturas. Hi contentioſè nimis aduerſus Phariſęos agebant: *Matth. 22.* eo quod Phariſęi traditionibus ſuis, ac nimia auaritia grauabant valdè populum. Fuit enim ſecunda hæc Phariſæorum ſecta, qui non adeò errabant in ſcripturis: nam Saduceorum errores omnes, qui ex eis erant habebant, erat enim ſecta eorum. Cęterũ Phariſęorum hæreſes erant aliquorum ſingularium, cũm plurimi ex eis ſancti viri extiterint. Ideo in Actis Apoſto-
Actor. 22. lorum, hęc ſecta rectior appellatur, de quibus & Chriſtus dixit: Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribę & Phariſęi, *Matth. 13.* quod dicunt facite. Errabant tamen in moribus, & Chriſtus exprobrat eis quatuor vitia, hypocreſim, auaritiam, ambitionem, & ſuperbiam, inanes & ſuperſtitioſas obſeruantias, poſt habita obſeruantia pręceptorum Dei. Tertia ſecta erat Eſſenorum, qui in multis ſimilis erant Monachis ac religioſis noſtris, ſimul habitabant cõmunes erant labores eorum, ex ęquo viuebant, & in agris morabantur. De quo videndus eſt Ioſephus. 2 libro bell. Iudęo. *Ioſeph.* capit. 7. &. 15. libro antiquit. capit. 8. & libro. 18. capit. 2. eius tempore Eſſeni fuerunt pluſquam quatuor millia, fato tribuebant omnia, Saducei nihil fato ſed omnia libero hominum arbitrio dabant. Phariſęi fatum cum libertate tamen noſtrę volũtatis agnoſcebãt. Eſſeni mirã abſtinẽtiam & continentiam profitebantur, ab vxoribus & ſeruis abhorrebant, illas iniquitatis, iſtos ſeditionis, occaſiones exiſtimantes, quos Porphirius libro de abſtinentia miris laudibus effert: Eos Vates ac Prophetas fuiſſe pronuntiat. Plinius etiam libro *Plin.* 5. naturalis Hiſtoria. capit. 17. mira de eorum abſtinentia refert, nullum Principem terrenum pręter Deum agnoſcebant. Hæc autem ſectarum & hęreſum varietas cœpit pullulare tempore Hieroboan Schiſmatici, qui populum â cultu veri Dei abſtraxit, quo tempore falſi Prophetæ multi fuere, qui falſa docebant,

quos veri Prophetæ Elias, Eliſeus, & alij damnauerunt. Deinde populus Iudæorum, qui in cultu veri Dei in Iudæa remanſerat, cœpit etiã in idolatriam, & alia quamplurima facinora declinare, atque tunc etiam ſectæ & hæreſes fuere, contra quas Eſai. Hierem. & reliqui Prophetæ inſurrexerunt, vſque ad captiuitatem Babylonicam, in quam ob hos errores traditi ſunt. Cæterum cum poſt reditum à captiuitate aliquot annis religioſè vixerint, ſtudioque ſacerdotum vera ac ſana doctrina in populo conſeruata fuerit, tamen cùm poſteà ipſi Pontifices inter ſe diſsidere cœperunt, atque de ſplendore ac maieſtati Imperij, de corona & diademate, de paludamento, & neſcio quibus Imperij ſignis altercari tunc demum defluxit religio vera, & exorti ſunt homines praui, qui tamen propter inſignem hypocreſim ſanẽti ac iuſti videbantur, qui & hæreſes, & diuiſiones in populo excitarũt, ac ſuis traditionibus & inſtitutis, ſacroſanctam Dei religionem obſcurarunt; & oppreſſerunt, vt Ioannes Baptiſta, ſimul & Chriſtus iam venientibus vera religio, & ſimplex veritatis doctrina parum fuerit cognita ipſorum traditionibus prorſus corrupta. Quam curruptionem manifeſtat
Matth.6. 7 &.8. Chriſtus infra cap. 6.7.&. 8. in quibus reprehendit Phariſaicas traditiones, & repurgat quæ ab ipſis infecta ſunt. Cœpit autem hæc corruptio Machabeorum, fermè tempore & perfecta eſt plenius in ſequentibus ſeculis, vt Ioſephus refert antiq. libro. 3. capit. 8. loquens de Ionatæ factis.
Ioſephus. Ex quo colligi poteſt, has ſectas præceſsiſſe Chriſti Domini aduentum, annis paulo minus centum quadraginta & octo, quibus, & adiuncti ſunt illi, qui tempore cenſus, quem induxit Auguſtus Cæſar ſequuti ſunt Iudam Gaulonitem. Igitur aliqui ex iſtis ſectis Phariſæorum, ſcilicet, & Eſſenorum, vel Eſſeorum veniebant ad baptiſmum Ioannis (vt quidam dicunt.) Simulata pœnitentia vt commendati teſtimonio Iannis Sanctiores haberentur à populo: hæc enim eos in omnibus ſuis actionibus exagitabat cupido. Alij dicunt quod veniebant malitioſè, vt obſeruarent in Ioanne, ſiquid aduerſus eum calumniari poſſent, vt cum Chriſto Domino faciebant. Nonnulli dicunt eos ſincero animo & bona fide ad Ioannem conueniſſe; ſed falſa æſtimatione rati, per Ioannis baptiſma, poſſe aſſequi ſuarum ſordium emundationem, & ſuorum peccatorum veram remiſsionem. Ego credo illos non recipiſſe baptiſmum Ioannis, ſed malitioſè ad baptiſmum eius veniſſe, vt aliquam aduerſus eum occaſionem calumniæ inuenirent. Quod patet ex ea legatione, quam miſerunt ad eum, quam refert Ioann. cap. 1. & Luc. 7. in qua interro- *Ioan.1.*
gauerunt ab eo, cur baptizaret, ſi nec Chriſtus nec Propheta eſſet. Et Luc. cap. 7. clarè dicit hæc verba: Et omnis populus au- *Luc. 7.*
diens, & Publicani iuſtificauerunt Deum baptizati baptiſmo Ioannis. Phariſęi autem & legiſperiti conſilium Dei ſpreuerunt in ſemetipſis non baptizati ab eo. Et ita tenent Rupertus Abbas ſuper h nc lo- *Rupertus.*
cum Matthæi. Phariſei autem dicti ſunt eo quod religione ac veſtitu diuiſi erant à reliquo populo, vel à verbo, Pharas, quod etiam ſignificat, exponere: quia eorum erat ſcripturas explanare. Saducei autem, qui in habitu cum Phariſęis conueniebant, dicti ſunt à Sadich, quod ſignificat ſanctitatem, in qua alios præſumebant excellere, ſiue à Sadoch, eorum hæreſi archa. Hæ duæ ſectæ quæ præcipue erant venerunt ad Ioannem ad quas dixit: *Progenies viperarum quis vos demonſtrauit fugere à ventura ira.* Multi putant hæc verba non eſſe obiurgantis, ſed quaſi admirantis: Mirabile quippe viſum eſt Ioann. quod Saducei & Phariſęi homines ſuperbia intumentes, qui cęteros ſanctitate ac ſapientia excellere præſumebant, qui nunquam interrogauerant ipſum quid deberent facere vt ſalui fierent, ſicut reliquæ gentes quæſierant, nunc quaſi concuſsi metu iræ venturæ, veluti pœnitentes ſe gererent. Admirabatur Ioannes Dei miſericordiam erga illos, quippe qui homines obduratos, & de ſua præſumentes iuſtitia ad pœnitentiam videretur reducere. Admirabatur etiam quam pauci ex omnibus veram agnoſcerent iuſtitiam, ac colerent: quod & mirabilius erat in Saduceis, ac Phariſæis, quippe cùm Saducei aliam non cognoſcerent vitam, Phariſæi autem quia ſe iuſtos exiſtimabant, alios omnes contemptui habebant.
Progenies Viperarum. Durus ſermo, ſed *Matt.5.*
aptus tam ei, qui dicebat, quam eis quibus prædicabat. Ideò quippe prædicator dicitur ſal terræ: quoniam acriter vulnera mordere debet, ſi tamen ipſe ea poſſit ſanctitate qua Ioannes: Nam qui carpit vitia, vitio carere debet: aliàs dicitur ei

Simile. tur ei illud Lucę: Medice cura te ipſum. Inciſsio quidem ſalutaris eſt, eam tamen non quilibet facere debet, ſed in arte curandi peritiſsimus. Reprehenſio peccatorum ſalubris ac neceſſaria eſt, ſed eam perit⁹ in exercitio virtutis faciat. Superbo etiã dura conueniũt verba, ſecundum illud Paul.
ad Titu.1. docentis Titum ſuperborum vitia, nempe hæreticorum carpere cum ait: Increpa eos durè, vt ſani ſint in fide. Fortem quippe virum oportet eſſe Sacri verbi concionatorem, vt intrepidè vitia carpere valeat, ſic
Eſai.58. enim ad Eſaiam Dominus loquitur dicens: Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum, grandis vox tubæ horrorem auribus incutit: Sic prædicatoris vox peccatores ter
Hiere.1. rere debet. Et Hierem. 1. Conſtitui te ſuper Principes & Regna, vt euellas & diſsipes, &c. Superiorem Regibus ac Regnis prædicatorem ſuum conſtituit Deus, & ibidem ait: Ego dedi te in ciuitatem munitam; & in columnam ferream, & in murum æneum
Ecechi.3. populo Iuda, & Principibus eius: Et ad Ezechiel. c. 3. ſic alloquitur Deus: Vt ad amantẽ & ſilicem dedi faciẽ tuã. Quibus in locis vt patet, declarat Spirit⁹ ſanct⁹, qua fortitudine ac libertate debeat pollere verbi Dei prædicator, vt nihil vereatur publica peccata carpere, ac ipſis peccatoribus firmiſsimo animo obuiam ire. Nam ita dicitur de Elia,
Eccle.48. Eccleſiaſt. 48. extitiſſe in perterritum, ante Reges, & Præſides. Similiter Paul. vt ipſe
Ad Gal.1 refert Galat. 1. in faciem reſtitit Petro, quia reprehenſibilis erat. Igitur Baptiſta hac animi fortitudine præditus, acriter Phariſęos, ac Saduceos peſsimos peccatores alloqui-
Matth.13 tur dicens: *Progenies viperarum.* Simili modo Chriſtus Dominus infra. c. 23. eos obiurgat dicens: Progenies viperarum. Vtitur autẽ Ioan. ſimilitudine viperarum: quoniam conſuetum eſt in ſacris literis homines ſceleri-b⁹ infectos, & maximis iniquitatib⁹ obuolutos, ſignificari per methaphorã vocabulis ferociũ animaliũ, ac virulentis & venenoſis
Eſai.30. ſerpentibus comparari. Sic Eſai. 30. dicitur
D. Hier. in terra tribulationis, (hoc eſt vt ait Hiero.
Eſai.35. in terra quæ digna eſt ſupplicio) Leena & Leo, Vipera, & regulus volans, &c. Et. c. 35. In cubiculis vbi habitabant dracones, hoc
Ezech.19 eſt maximi peccatores. Et Ezechiel. 19. Ma-
Sopho.3. ter tua Leena inter Leones acubuit. Et Sophon. 3. Principes vt Leones, iudices quaſi
Pſal.57. Lupi. Et Pſalm. 57. Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas. Nunc ergo viperis eos confert Ioan. cum dicit: *Progenies viperarum.* Multa & inſolita de viperis recenſet Plin. lib. 10. c. 62. licet aliqua eorum multis viris doctis fabuloſa videantur. Primo (vt *Plin.*
author eſt Chryſoſt. in imperfecto Hom. 3. *D. Chryſ.*
in Matth.) Vipera cum morſu lethali hominem premit, ad aquas currit, quas ſi non *proprietas*
reperit, & ipſa perit. Sic iſti Saducei & Phariſęi cũ multos venenoſa doctrina ac vita pe- *vipera.*
remiſſent, modò & ipſi veniunt ad aquas ſpe *Simile.*
ſalutis conſequendæ: verum cum ob ſua delicta eam non ſint conſequuti, in ſuis peccatis & ipſi pereunt. Secunda proprietas eſt, quam Baſil. in exam. tradit ſimul cum Am- *Baſilius.*
broſio lib. 5. in exam. c. 7. Nimirum Vipe- *Ambroſ.*
ram ſibilo murenam ad coitum vocare, & depoſito veneno cum illa coire, ſic iſti ad tempus deponere videbantur venenum ſuę malitiæ, vt adiungerentur Ioã. & circa hãc proprietatem nota quod Pli. lib. 39. c. 2. citat *Plinius.*
quendam Philoſoph. aſſerentem in murenis nõ eſſe mares ſed fœminas, & ideò multis alijs ſerpentibus miſceri & lib. 5. cap. 23. ait: vulgo dici murenas cum ſerpentibus cõmiſceri, ſed mox citat Ariſtot. dicentem, in murenis eſſe marem & appellari murimum vel mirimum. Quamobrem Ianſe- *Ianſenius.*
nius, & alij, non approbant hanc doctrinam Ambroſij & Baſilij, immerito tamen profecto: nam conſtat experientia fœminas vnius ſpeciei appetere congreſſum, cum maſculis alterius ſpeciei, vt Leena cum Pardo, & ità licet inter murenas ſint mares, nihilominus poſſunt alijs ſerpentibus commiſceri. Tertia proprietas traditur à Plinio, lib. 10. capi. 62. in coitu vi- *Plin.*
peræ, mas caput mittit in os fœminę, quod illa voluptatis dulcedine abſcindit. Petrus Chriſologus, ſermone. 137. dicit, quod id *Petrus Chriſo.*
fecit Synagoga cum Chriſto, quod Vipera facit erga maritum: nam Iudas blandè oſculatus eſt Chriſtum, vt eum morti traderet. Quarta proprietas eiuſdem Plinij ſic ab omnibus traditur, nempe quod Viperulę in vtero Viperę, eius viſcera dirumpunt, & cum interitu matris naſcuntur, cui proprietati videntur alludere antiquę leges duodecim tabularum; cum talem aſsignarunt parricidis pœnam, vt ſimul cum Vipera in vtre aſſueretur parricida, & in flumine mergeretur, vt qui Viperam in parricidio imitatur, ſimul cum illa pœnas luat, vnde Grammatici dicũt, ſic nominari quaſi vi pariat, vel vi pe-

reat, licet verius Ariſt: doceat ſic dici: quia ſola inter ſerpentes viuum pariat animal,
Matt. 23. ſic iſti parricidæ erant: quia patres & Prophetas occidebant, ſecũdum illud quod eis dixit Chriſtus: Hieruſalem Hieruſalem quæ occidis Prophetas. Tamen ſi verũ fatear, ego credo hanc eſſe fabulam, vulgòq; abſque vlla veritate dictam Secuti Plini. qui loco citato hanc docuit fabulam, citans
Ariſt. Ariſt. quem, vel malè intellexit, vel mendo ſe ſcriptum reperit. Nam vt ait Ariſt. lib. 5. hiſto. anim. c. 31. Vipera intra ſe gignit oua, & tertio die parit catulos, & viginti fœtus emitit per viginti dies, ſingulos ſingulis diebus, nonnunquam tamen poſteriores non ſuſtinentes moram extra vterum prodeundi, vt prorumpant vterum matris corrodũt
Plin. ac rumpunt, & ſic cum matris interitu pro-
Philoſtra. deunt. Imò Philoſtratus lib. de vita Apollonij. c. 8. ait: Apollonium dixiſſe viſam eſſe
Alb. Magnus. Viperam, linguam lambentem, & quaſi pol luentem catulos ſuos. Vnde Albertus Magnus, ſuper. 4. Luc. hanc vulgi ſententiam veluti fabulam abijcit. Videtur enim contra naturæ leges eſſe, vt non poſsint filij ſine parentum nece prodire, quod natura ipſa abhorret, dediſſetq; nobis crudelitatis exemplum natura magiſtra, quæ tamen ea ſemper quæ ſunt mitiora nos docet. Quare dicitur Viperã quidẽ pectus ſtrictũ habere, ventrem tamen ampliorem in pectore concipit ouum, & ex inde ad vẽtrem illud trãſmittit, vbi fit ſerpens, tamen quia in ipſo ouo incluſam quaſi in teſta parit ſerpentẽ & vi deprimit ouum, ideò dicitur quaſi vi pariens. Sic iſti faciunt & omnes hæretici ac praui homines. In pectore prius veneno ſam concipiunt doctrinam, quã adventrem tranſferunt: protinus enim quod prauam gignunt doctrinam in pectore, ardent deſiderio eam pariendi ac prædicandi, ac veluti prægnanti oneri eſt fœtus, vſque dum il-
Simile. lum pariat: ſic hæreticus niſi cito ſuam hæreſim extra doceat, quaſi prægnans onero-ſus incedit. Cæterum cum iam doctrinam foras per verba exprimere ac parere vult tamen à principio obuolutam ouo ac membrana eam tenent, hoc eſt non ſtatim clarè ac manifeſtè ſuam profert hæreſim impius; ſed quaſi obuolutam obſcuris quibuſdam verbis docet ne capiatur, quouſque Diſcipulorũ animos diſpoſitos videat, ſeque iam authoritate pollere in populo cognoſcat,
Eſai. 59. tũc enim oua aſpidum rumpit vt dicit Eſai. c. 59. Oua aſpidum ruperũt, velum rũpunt, & palã ſuam exerant hæreſim. Quinta pro Ariſt.
prietas quam tradit Ariſt. libr. 4. hiſt. c. 4. Viperas vſque adeo delectari vino vt inebrientur, & ſic ebriæ nonnunquam capiantur, ſic iſti malitia inebriati, in ſua malitia capti ſunt, vel quia multoties hæretici ac hypocritæ delitioſi ſunt. Sexta proprietas quam ibidem tradit Ariſt. c. 19. eſt, quod Vipera paſcitur venenoſis animalibus, & quod deuorat ſcorpiones, atq; ideò morſus eius hominibus lethalis eſt. Experientia quippe conſtat, ſerpentes quę venenoſis paſcuntur animalibus pernitioſiores ac mortiferos maximè earum morſus eſſe. Sic iſti & alij hæretici, qui venenoſis paſcuntur doctrinis diſcentes ab alijs hæreticis, & commertiũ eum eis gerentes maiorem Eccleſiæ pernitiem
Ariſt. quam alij inferre ſolent. Septima traditur ab Ariſt. lib. 10. proble. 44. Proble. nempe quod Vipera eſt de illis animalibus, quæ nunquam manſueſcunt, nec ferocitatẽ aliquando exuunt: nec enim domeſtica aut familiaris vnquam effici poteſt. Eodem modo iſti Phariſæi, nullis Chriſti beneficijs, vel verbis placari potuerunt, quin ſolita feritate in ipſum vſq; ad crucem ſæuirent. Octaua proprietas hæc eſt, quoniam & ſi Vipera ſit inter cæteras ſerpentes venenoſior, tamen occiſa ex eius carnibus frixis, antidotũ ſalutare conficitur contra omnia venena, Arabes Theriacam vocant, eoq; Viperam appellant Therion, quaſi beſtia mira. Sic iſti Phariſæi miſerabiliter pericrunt, & omnes hæretici cum puniuntur, ſicut antido-
Prouer. 19 tũ quoddã cõficit cõtra eorũ venenata dog-
Plin. mata: nã peſtilente flagellato, ſtult⁹ ſapiẽtior erit. Plin. lib. 29. c. 6. diſputat de multiplici vſu Viperę, & ait eſſe quaſdã gẽtes quæ incolũt montẽ Athion, quę viperinis tantum carnib⁹ paſcũtur, atq; ideo vſq; ad cẽteſimũ quadrageſimum annũ vitã producunt, nec
D. Chryſ. vllum animaliũ quæ cæteris venenoſa ſunt illis vnquã obeſſe. D. Chry. in imperf. hom. 3. dicit q̃ Vipera in pelle pulchra apparet, cũ tamẽ intus veneno maximè intumeſcat. Sic iſti hypocritę exterius mundi in pelle apparebãt, in mẽte tamen mortiferis ſcaturiebant peccatis. Vltimò q̃ magis ad propoſitũ accedit illos vocat progenies Vipera-
Plin. rũ *viuorez nos*, quoniã filij erant peſimorũ parẽtũ, quorũ moresimitabãtur. Nã refert Plĩ. lib. 11. c. 53. Scitas vſurpaſſe Sagittas infectas ſanguine viperarũ, vt vulnus ipſarũ abſq; vllo remedio mortẽ induceret. Sic iſti Sagittas infectas in ſanguine parentũ ſuorũ, hoc eſt in do-

in doctrina ac peſsimis eorũ moribꝰ iaciebãt aduerſus Chriſtũ Dominum, eorũ infideli-
Actor. 7. tatem ac immanitatem imitantes, vnde eis dicit Chriſtus: Quẽ Prophetã nõ ſunt perſecuti patres veſtri? & vos implete menſuram
Matth. 12 patrũ veſtrorum. Et Matth. 12. Generatio
Eſai. 10. mala & adultera. Et Eſaias 1. Væ gen-
D. Chryſ. ti peccatrici, ſemini nequã, filijs ſceleratis.
Simile. Hos ergo (ait hic Chryſ. in imperfe.) ex facie deprehẽdit Ioãn. quemadmodũ peritus medicus ex colore faciei, & ex oculorũ ſitu genus morbi, quo laborat infirmus deprehendit. Sic Ioan. interiorẽ mentis venenoſam ægritudinẽ, ex eorum aſpectu venatus eſt. (*Quis vos demõſtrauit fugere à ventura ira?*) Geminũ ſenſum hęc ſentẽtia paritur primus quẽ ſupra tetigimus, vt præſeferat admirationẽ rei factę, quomodo ſcelerati homines quaſi à tãta malitia reſipiſcentes, ad baptiſmũ venirent. Sed ſecundus ſenſus eſt, vt denotet impoſsibilitatẽ ex dificultate conuerſionis eorũ peruenientẽ, acſi diceret: Quis vos demonſtrauit, vel docuit, fugere à ventura ira? Quaſi dicat nullus. Et hæc ſecũda ex
Matth. 13. plicatio mihi magis arridet, eo q̃ conſonet ſimili ſentẽtię quam eis dixit Dñs infra. c. 23. Serpentes genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehẽnæ? Nã quod Ioã: dixit iram venturam: vocat Chriſtus iudicium gehennæ, id eſt, ſuppliciũ inferni, & illa dictio, quomodo, deſignat maximam diffi-
Ioan. 5. cultatẽ, quæ ſolet moraliter loquẽdo appellari impoſsibilitas, vt eſt illud Ioã. c. 5. Quomodo poteſtis credere, qui gloriam ab inui-
Eccleſ. 7. cem quæritis. Et Eccleſ. 7. Conſidera opera Dei, quod nemo poteſt corripere quem ille deſperit, *Ab ira ventura*. Nomine iræ,
Ad Ro. 1. intelligitur ſeueritas & vindicta ſupplicij æterni, vt eſt illud Roman. 1. Reuelatur
& 2. ira Dei de cœlo. Et cap. 2. Theſaurizas tibi
Sopho. 2. irã in die iræ. Et Sopho. 2. Dies illa dies iræ, die ſtribulationis & anguſtiæ, &c. Licet per venturã iram nonnulli intelligant excidiũ Hieroſolymitanum, quod cito ſuper illos venturum erat. *Fugere à ventura ira*. Obſeruate duplex eſt genus fugę ab ira Dei, vnum eſt vanum & irritum, quod eorum eſt qui corpore tantum fugam moliuntur, horum fuga vana eſt, vt in ipſis Iudæis eſt experimento cognitum, nam qui ab Hieroſolymis fugiebant, alibi capiebantur, vel occidebantur, aut in Syria, vel in Aſsia; aut Aegypto, ſiquidem paſsim in Iudæos iraſcente illis Deo ſæuiebatur. Et quidem qui
Amos. 5. ſic effugiunt non euadunt manũm Domini. Vnde Amos. 5. dicit: Quomodo ſi fugiat vir à facie Leonis, & occurrat ei Vrſus, &
Pſal. 138. ingrediatur domum, & innitatur manu ſuper parietem, & mordeat eum coluber. Et Dauid: Quo ibo (inquit) à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Alterum genus fugę ab ira Dei fit animo reſipiſcendi, & pœnitendi à peccato, de quo hic fit mentio cum dicit Ioannes: Quis vobis demonſtrauit fuge-
Ionæ. 3. re à ventura ira? Hęc enim vnica erat ratio euadendi diuinam vltionem, quam ſe-
Matth. 15. quuti Niniuitę non perierunt. Vnde Chri-
Chriſtian. ſtianus Druthmarus in Mattheum ſic ait:
Druthm. Quiſquis de peccatis ſuis ſolicitus eſt, vt ei dimittantur per opera bona, à ventura ira fugit: quia feſtinat ſe tollere à ſiniſtra parte hædorum, & fugit in deſteram cum agnis: nam hędi cruciabuntur, agni autem protegentur à Domino. (*Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ.*) Hoc eſt. Non ſufficit geſtu, habitu, aut verbis ſignificare pœnitentiam, ſed oportet facere fructus, & operibus illam demonſtrare. Sicut enim qui militiam
Simile. profitetur, oportet vt in ſuis operibus ſe militem oſtendat, & qui in Senatorem eligitur conuenit vt opera digna Senatoria dignitate faciat, ſic qui ſe pœnitentem profitetur opera conuenientia ad pœnitentiam tenetur facere. Sed obſeruandum dupliciter poſſe conſtrui hanc ſententiam. Primò vt genitiuus pœnitentię iungatur cum fructus, dignos vero abſolutè ſumatur, vt ſit ſenſus, facite fructus pœnitentiæ dignos. Hoc eſt non quoſlibet, ſed fructus ſo-
2. Cor. 3. lidos, plenos & optimos. Vera opera pœnitentię demonſtrat Paulus. 2. Corinthyorum. 3. dicens: Quę ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. Nam triſtitia ſecundum Deum operatur internam pœnitentiam, quę tribus actibus veluti fructibus integratur: nẽpe diſplicentia de homicidio, verbi gratia, commiſſo, velle iterum non commitere, & propoſitum ſatisfaciendi pro commiſſo. Deindè ſequuntur alij fructus, quos ibi Paulus ponit ſubinferens. Ecce enim hoc ipſum quod ſecundum Deum contriſtati fuiſtis vos, quantam in vobis operatur ſolicitudinem, ſed defenſionem, ſed indignationem, ſed timorem. Tria hęc circa malum præteritum, pręſens & futurum ſunt. Manet enim ſolicitus pœnitens ne iterum ruat, cogitat quomodo veris pœnitentię operibus ſe coram tanto iudice defendat,
D. Auguſt. indignatur ſibi ipſi. Nã ſic Aug. difinit verũ

pœnitentem dicens: Quid eſt pœnitens? Homo iratus ſibi ipſi, & cum timore & tremore ſuam ſalutem operatur. Sed tria quæ ſequuntur ſunt circa bonum cum ſubdit, ſed deſiderium, perfectionis boni, ſcilicet, ſed æmulationem, quodammodo certantium ad actiones bonas, ſed vindictã, nẽpe bonum iuſtitię exercẽdo. Sed ſecũdo poteſt conſtrui cum genitiuo; ſic vt dicat: Facite fructus dignos pœnitentiæ, id eſt, cõgruos & condignos pœnitentiæ. Et ſic explicat Ambroſ. Chryſoſt. & Gregor. qui dicunt Ioan. his verbis tradere doctrinam pręclaram. Non enim eadem debet eſſe ratio pœnitentiæ in omnibus, ſed debet pœnitentia reſpõdere peccatis. Pro grauitate & multitudine peccatorũ debet eſſe pœnitentia, vel grauior, vel leuior, nã ſecundũ menſuram delicti præcipiebat olim Deus, vt eſſet & plagarũ modus, & in Apoc. Ioã. quãtũ ait: Glorificauit ſe: & in delicijs fuit, tantũ datę illi tormentorũ & luctus. Grandis plaga ait Ambr. alta & prolixa indiget medicinar Grego. Talis (ait) ſit pœnitentia, vt opera virtutũ fiant contraria operibus vitiorũ. auarus liberaliter donando, libidinoſus caſtè viuendo. Et Chriſoſt. hi digni pœnitentię fructus ſunt (inquit) cum commiſsis peccatis aduerſa facimus. Aliena rapuiſti incipe donare propria: longo tempore fornicatus es, à legitimo quoque vſu coniugij ſuſpẽdere, ac perpetuam continentiam pauorum dierum caſtitate ſepius meditare. In iuria, vel opere, vel ſermone quemq; affeciſti, refert benedictionis verba, conuitijs te percutientem affeciſti? nunc officijs, nunc beneficijs placare contende: delitijs antea & temulenta defluebas ieiunio & aquæ potu vtrumque compenſa, vt famẽ ſuperes imminentem. Vidiſti impudicis alienum decorem oculis, fœminam omnino iam nõ videas, maiori tactus cautione poſt vulnera, ſicut enim ait ibidem: non ſufficit vulnerato ad ſalutem tantum eſpicula euellere de corpore, ſed etiam remedia adhibere vulneribus, ſic non ſufficit malum deſerere quod animam noſtram pungebat, niſi per bona opera medicamina adhibeamus, ſecundum illud Pſal. Declina à malo & fac bonũ, &c. & quoniam materia hæc vtilis eſt valde, ad componendum mores, obſeruandum eſt, quod peccata ipſa quæ committuntur, propter corruptionem appetitus ſunt oblectamenta quædam, quæ animas mortalium alliciunt, ſecundum illud Iac. 1. Vnuſquiſq;

Deut.25. *Apoc.18.* *Ambr.* *D. Grego.* *D. Chryſ.* *Simile.* *Pſal. 36.*

tentatur à ſua concupiſcentia abſtractus & illectus, & Auguſtin. 11. confeſſ. mirabiliter depingit, quomodo peccator ab his oblectamentis impeditur ne pœniteat & reſipiſcat à peccatis ſuis, quoniam difficultas maxima ineſt, vt animus ab his ſenſibilibus oblectamentis diuellatur. Cum ego vellem (ait) ad te conuerti Deus meus, detinebant me nugæ nugarũ, vanitates vanitatum, antiquæ amicæ meæ; & ſuccutiebant veſtem carnem meam. & dicebant mihi: Dimittis ne nos? ſi nos dimittis, iam in æternum nõ erit hoc & illud. Et Gregor. 3. p. paſt. admonitione tertia explicat illud Geneſ. 34. quod Sychen poſtquam Dinam filiam Iacob corrupit, triſtem poſtea deliniuit blanditijs, nam Diabolus poſtquam per peccatum corrupit animam, quæ erat virgo dicata Deo per fidem & charitatẽ deliniuit blãditijs ipſam animam, ne exuat peccatum & conuertatur ad Deum. Igitur contra iſtas blanditias & oblectamenta oportet tanquam remedium efficax pœnitentiam in corde radicari, quæ producat fructus doloris, & bonorum operum: Ira docet Paul. Roma. 6. Humanũ dico propter infirmitatẽ carnis veſtrę, ſicut exhibuiſtis mẽbra veſtra ſeruire iniquitati ad iniquitatẽ: ita nunc exhibite ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Huius legitimę & germanę pœnitentię exhibuerunt exemplar duo magni reges peccatores. Ezech. 5. & Dauid. Etenim primus de ſe ipſo dicit Eſai. 38. recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animę meæ Dauid autem Pſal. 76. dicit: Meditabar & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum, Et Pſal. 6. Per ſingulas noctes lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Ceterum quantum attinet ad fructus bonorum operum, in quibus excollendis maximè debet incumbere pœnitens, Eſai. 1. docemur cum dicitur: Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum, quieſcite agere peruerſe, diſcite bene facere, quęrite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate viduam, & venite arguite me dicit Dominus: Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur, & ſi fuerint nigra quaſi vermiculus, vel vt lana alba erũt. Quod ſi quæras vnde habebit anima peccatrix cauſam & motiuum tam perfectæ pœnitentię, que fructus legitimos producat? Reſpondetur, quod pœnitentia ſumit exordium tanquam à motiuo, ex conſideratione diuinæ maieſtatis, contra-

Auguſt. *D. Gregor.* *Genc. 34.* *Ad Rom. 6.* *Eſai. 38.* *Pſalm. 76 & 6.* *Eſai. 1.*

quam

quam offenſa perpetrata eſt, vt Iob. 42. dicebat: Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus vidit te. Idcircò ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Perpendens quippè homo quanta ſit Dei maieſtas quam offenſam habet, inde cõtra ſe ipſum iraſcitur, ac operibus rigidis punire contendit, tantæ maieſtatis offenſam. Nam & Dominus contra peccatores impœnitentes inuehitur, cùm per Prophetã dicit: Nemo eſt qui agat pœnitentiam, ſuper peccato ſuo dicens quid feci. Et D. Greg. homil. 28. ſuper. c. 7. Luc. cum admirabili quadã eloquentiæ vi commendaret pœnitentiam Magdalenæ, quæ in domum conuiuij nõ vocata ingreſſa eſt, & ſtetit ſecus pedes Domini, ait: Conſiderauit quod fecerat, & noluit moderare quod faceret. Et quidẽ quoniam hæc fœliciſsima peccatrix fuit in exemplum veræ pœnitentiæ data, legitimos fructus veræ pœnitentiæ fecit. Nam omnia illa quæ oblectamenta fuerant peccatorum, nempè vaniloquia, oſcula, ornamenta capillorum, odorum, & vnguentorum delitias conuertit in ſatisfactionẽ criminum cõmiſſorum; dum ore pedes Domini oſculatur, lachrymis irrigat, capillis tergit, odoriferis eos etiam vngit vngentis. Quem modum veluti per anthiteſim à contrarijs videtur depingere Dominus, cùm apud Eſai. cap. 3. ſic dicit: Et erit pro ſuaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro criſpanti crine caluitium, & pro faſcia pectorali cilicium. Hac enim pœna eos puniendos dicit, qui contraria faciebant. Præterea, vt optimè annotauit Orig. illud vnguentum effuſum à Magdalena ſuper caput & pedes Chriſti, vt refertur Ioan. 12. & Matth. 26. Ex cuius fragrantia domus impleta eſt, deſignat fructũ ſanctitatis in perfectè pœnitentibus, ex qua in tota Eccleſia redũdat odor. Deinde obſeruandum eſt etiam cum D. Greg. 3. paſt. admon. 30. explicans illud Thren. 3. Diuiſiones aquarum deduxit oculus meus ſuper contritione filiæ populi mei, quòd tũc diuiſiones aquarũ deducimus, cùm ſingulis peccatis diſpertitas lachrymas damus. Quemadmodum hortulanus, qui vult hortum perfectè irrigare aquam torrentis dirigit ad areas ſingulas; ita vt poſtquàm vna perfectè eſt irrigata aquam ducat ad aliam. Sic perfectus pœnitens, poſtquàm motu diuinæ gratiæ imbrem lachrymarum in ſe videt incitatum, debet ſingula peccata ſigillatim

Iob. 42. *Hiere. 8.* *D. Grego. Luc. 7.* *Origenes.* *Ioan. 12. Matth. 26* *D. Greg. Thren. 3.* *Simile.*

deflere; hoc eſt, inquit Grego. ſingulis peccatis diſpertitas lachrymas dare. Exemplo Eſther cap. 14. vbi depingitur perfecta pœnitentia illius Reginæ, quæ poſt humiliationem corporis, in cilicio & ieiunijs, ſubdit, Scriptura dicens; quòd ſingula loca, in quibus lætari ſolebat crinium laceratione compleuit; quod factum ſine dubio non potuit ſine magnis lachrymis & interno dolore fieri. Quare duplices fructus veræ pœnitentiæ à nobis exiguntur alij interni, quos ſuprà memorauimus; & alij externi, nẽpè hęc opera ſatisfactoria. Vnde Dominus apud Ioel. hæc à nobis expoſcit, dicens: Conuertimini ad me in toto corde veſtro; ecce internos fructus in ieiunio, & fletu, & planctu; ecce externa pœnitentiæ opera. Vide ſi placet, quæ in Comment. noſtris ſuper Pſal. 118. ſcripſimus tracta. 17. verſ. 8. fol. 541. Hos ergo fructus monet Ioan. Phariſeos vt faciant: & quoniam fundamentum veræ pœnitentiæ eſt fides Chriſti, cui noſtra ſatisfactio innititur, vt docet Auguſt. lib. de vera & falſa ſapientia. c. 2. admonet eos vt ſuum verum recipiant Meſsiam, hypocriſi, & reliquis fructibus impietatis relictis: *Et nè velitis dicere intra vos Patrem habemus Abraham.* Valet hoc ad adimendam Iudæis inanem fiduciam generis Abrahæ, qua freti non curabant agere pœnitentiam. Vnde vult dicere ad eos Ioan. Nè inani fiducia decipiamini dicentes, ſufficit nobis nos eſſe filios Abrahæ, hac vna re euademus omnia. Gloriabantur Iudæi primò de Dauide, tanquàm de potentiſsimo, ac glorioſiſsimo Rege; qui & Regno Iudææ initium dedit: gloriabantur & de Moyſe, tanquàm de Legiſlatore, & ſuæ religionis authore: ſed præter cæteros de Abraham tribus de cauſis plus gloriabantur. Primò, quia primus omnium Abraham ſegregauit ſe ab infidelibus, & cœpit eſſe pater populi fidelis, & ipſe primus appellatus eſt Hebræus Gene. 14. Secundò, quia Abrahæ datum eſt Sacramentum circunciſionis maximum omnium, quia eo purgabatur peccatũ originale, & veluti quadam nota diſcernebatur populus fidelis ab infideli. Tertiò, ppter promiſſa Meſsiæ, & de multiplicatione ſeminis, & de poſſeſsione terræ Chanaã; cuius primus ex eis Accola fuit: *Et nè velitis dicere intra vos Patrem habemus Abraham.* Chryſoſt. homil. 3. imperf. Quid enim prodeſt ei (ait) quẽ ſordidant mores, genera clara? Aut quid nocet illi genera-

Eſther. 14 *Ioel. 2.* *D. Aug.* *Gene. 14.* *Geneſ. 17.* *Geneſ. 22. & 16. & 17.* *D. Chryſ.*

generatio vilis, quem mores adornant? Ipſe
ſe vacuũ ab omnibus bonis actibus oſten-
Geneſ.9. dit, qui gloriatur in patribus. Quid profuit
Cham ꝙ filius fuit Noe? Nonnè ſeparatus
de medio filiorũ? qui ſecundum carnẽ fra-
ter natus fuerat, ſecundum animum factus
eſt ſeruus, nec familia eius ſancta potuit de
fendere impios eius mores. Aut quid nocuit
Geneſ. 11. Abrahę, quod patrem habuit Thare, luteo-
rum deorum cultorem? Nonnè ſeparatus à
genere ſuo poſitus eſt in caput fidelium? vt
iam nõ diceretur filius peccatorũ, ſed pater
ſanctorum, nec potuerunt gloriã eius ſordi-
Simile. dare paterni errores. Nam & aurũ de terra
naſcitur; ſed non eſt terra, & aurũ quidem
eligitur, terra autem contemnitur, & ſtan-
num de argento egreditur, ſed non eſt ar-
gentum, itaq; argentũ locatũ ſeruatur; ſtan-
num autem foras expellitur, melius eſt de
contemptibili genere clarũ fieri, quã de cla
ro genere cõtemptibilem naſci. Qui enim
de claro genere clarus naſcit, gloria clari-
tudinis eius nõ eſt eius ſolius, ſed quòd com
munis videtur cum genere, qui autem de
contemptibili genere clarus egreditur tota
gloria claritudinis eius, eius ſolius eſt. Item
qui de contẽptibili genere contẽptibilis na
ſcitur; turpitudo contemptibilitatis illius
non eſt eius ſolius, ſed etiam generis eius:
qui autẽ de claro genere cõtemptibilis au-
tem naſcitur; omnis turpitudo eius ſolius
eſt. Ideò melius eſt vt in te glorientur pa-
rentes, qui talem filiũ habent, quàm tu glo-
Luc.3. rieris in parentibus: Sic & vos nolite glo-
riari dicentes: Patrem habemus Abraham,
ſed magis erubeſcite, quia filij eius eſtis, &
ſanctitatis eius nõ eſtis hæredes. Ipſe enim
vos ſuo teſtimonio conuincit, quod velut de
adulterio nati non aſsimilamini patri. Ser-
monem dictum ad Iudæos cõuertamur ad
Chriſtianos: quia Iudæi putabãt ſe propter
hoc ſolũ eſſe ſaluãdos, quia erant filij Abra-
hæ; ſic & multi inſipientes Chriſtiani per
hoc putant ſolũ eſſe ſaluandos, quia ſunt
Chriſtiani, ad quos cõuenienter dicit Ioã.
nolite dicere, quia ſumus Chriſtiani; ſed fa-
cite fructꝰ pęnitẽtiæ dignos. *Dico enim vobis
quia potẽs eſt Deus de lapidibꝰ iſtis ſuſcitare fi-
lios Abrahæ.* Vult reprimere hanc audaciã
hac ratione, ſi vos peccatis, nihilominus ta-
men promiſſa facta Abrahæ de ſemine eius
non erũt irrita: quoniã poteſt Deus Abra-
hæ dare aliud ſemen ex lapidibus, in quo
impleantur promiſſa. Pro quo nota, quod
Ioſuæ. 4. vt ſcribit Ioſ. 4. poſtquàm Hebræi ſiccis
veſtigijs tranſierunt Iordanem: Ioſuæ im-
perauit, vt ex alueo Iordanis. 12. lapides
tollerentur, & figerentur in loco, in quo ca-
ſtrametati ſunt, vt eſſent in tanti miraculi
monimentum. Alios etiam. 12. lapides iuſsit
in medium aluei Iordanis collocari. Remi- Remigius.
gius, Toſtatus, & Lyra, imò & D. Thom. Toſtatus.
hic dicunt Ioan. cùm baptizabat propter Lyra.
Iordanem fuiſſe in eo loco, vbi erant iſti la- D. Thom.
pides; qui locus (vt ait Ioſeph. lib. 5. de bello Ioſephus.
Iud. cap. 4.) diſtabat ab Hierico. 60. ſtadijs,
ſeptem, ſcilicet, milliaribus & dimidio: ab
Hieroſolimis tamẽ. 220. ſtadijs. Igitur cùm
Ioan. dixit: potẽs eſt Deus de lapibus iſtis
ſuſcitare filios Abrahæ, illos. 12. lapides ſig-
nauit, vt ſignificet quod Deus ex. 12. Apo-
ſtolis ſuis, qui propter ignobilitatẽ & inſ-
citiam erant veluti lapides: poterat ſuſcita-
re veros filios Abrahæ ſecundum ſpiritum,
nempè ex gentibus per prædicationem
Apoſtolorum, filios fidei Abrahæ ſuſcitan-
dos eſſe. Sed dices quomodò verificatur
hoc dictum Ioan. nam licet poſsit Deus ex
lapidibus facere homines, ſicut ex nihilo
fecit, tamen filios Abrahæ non poteſt: nam
vt quis dicatur genus Abrahæ, debet ge-
nus habere ex illo. Quare ſi intelligimus vt
verba ſonant, non videtur poſſe fieri, niſi
Deus animas illorum qui fuerũt filij Abra-
hæ reuocaret ad corpora formata ex lapi-
dibus, & hac ratione iſti dicẽtur filij Abra-
hæ ſecundũ quid. Vel ſi cogitemus aliquos
de his qui fuerũt filij Abrahæ redactos in
puluerem, & conuerſum puluerẽ illũ in la-
pides, quos in homines conuerteret poſteà
Deus. Tamen non oportet nos in has inci-
dere anguſtias, nõ enim ſe cundũ quod ver
ba ſonant, vel ſecundũ carnem intelligẽda
ſunt verba hæc, ſed ſecũdum ſpiritũ. Quo-
niam, vt Paul. docet Rom. 9. Non omnes, Ad Rom.
qui ex ſemine ſunt Abrahæ oẽs filij, ſed in 9.
Iſaac vocabit tibi ſemen, id eſt, non qui filij
carnis hi filij Dei, ſed qui filij ſunt promi-
ſionis æſtimantur in ſemine. Iſaac enim
potiùs videtur filius fidei Abrahæ creden-
tis repromiſionibus: ideò illi dicuntur
filij Abrahæ per Iſaac, qui fidẽ & iuſtitiam
imitãtur Abrahæ, de qua admirabili pater-
nitate. c. 4. dixerat, vt ſit pater omniũ cre- Ad Rom.
dentium per præputium, vt reputetur & il- 4.
lis ad iuſtitiã, & ſit pater circuncíſionis, nõ
ijs tantũ qui ſunt ex circũciſione, ſed & his
qui ſectantur veſtigia fidei, quæ eſt in præ-
putio patris nri Abrahæ. Igitur vult docere
Ioan. pmiſſa facta Abrahę, nõ pertinere ad
filios

filios Abrahæ, ſecundũ carnem; ſed ad eius
filios, ſecundũ ſpiritum, fidem & obedien-
tiam, quod ad gentes poteſt acommodari,
qui erãt tanquàm lapides colentes ligna &
Pſal. 113. lapides, de quibus Pſal. dicit: Similes fiant
& 114. illis qui colunt ea, & facti ſunt à Deo filij
Simile. Abrahæ, ſecundum fidem & obedientiam,
mediãte Chriſto Domino. Nam lapis qui-
dem durus eſt ad opus, ſed cùm factum fue-
rit opus ex eo deficere neſcit: ſic & gẽtes cũ
difficultate quidẽ crediderunt; tamen cre-
dentes permanent in æternũ in fide. Vnde
Orig. Orig. hom. 22. in Luc. ait. Quod in his ver-
bis Ioannes prophetat expulſionem prio-
ris populi, & vocationem gentium, in cuius
Exod. 15. typum Exod. 5. dicitur, ſecundum Orig.
Vertantur in lapides, donec pertranſeat
populus tuus Domine, donec pertranſeat
populus tuus iſte quem poſſediſti: rogatur
Deus, vt pauliſper conuertantur in lapides
(nam ita verba Græca ſonant) donec per-
tranſeat populus Iudæorum; haut dubium
quin poſtquam illi pertrãſierint gentes la-
pideæ eſſe ceſſabunt, & pro duro corde re-
cipient in Chriſto humanã rationabilemq;
naturam. Poteſt etiam dici Ioan. alluſiſſe
his verbis ad veram hiſtoriam, & ad mira-
culum Abrahæ, & Saræ, qui propter ſteri-
litatem erant, vt duo lapides aridi, & infœ-
cundi; & tamen eis Deus dedit filium. Qua
Eſai. 31. ſimilitudine vſus eſt Eſai. cùm dixit: Atten
dite ad petram vnde exciſi eſtis; attendite
ad Abraham Patrẽ veſtrum, & ad Saram,
Simile. quæ peperit vos. Si ergo Deus ex Abrahã,
& Sara, tanquàm ex ſiccis lapidibus ſuſci-
tauit ſemẽ; ſic ex lapidibus iſtis poterit fa-
cere filios Abrahæ. Vnde articulus Græ-
cus oſtendit, hic Abrahæ eſſe datiui caſus,
non genitiui, quaſi dicat Abrahæ non de-
fecturos filios, etiam ſi ipſi non ſint nati;
Quare hæc Ioan. ratio ſumpta eſt ex con-
ſideratione diuinæ potentiæ, qua poſsibi-
lia ſunt etiam quæ nobis videntur eſſe im-
plicita. Cogitabant Iudęi filios Abrahę de-
fecturos ſi ipſi perirent, & cum implicitè ſit
irritas fieri promiſiones Dei, cogitabant ſe
nullo poſſe excidio perire, ſed vt eos con-
fundat Ioan. dicit, quòd potens eſt Deus ex
lapidibus facere filios Abrahę modo dicto.
Vnde hæc loquutio dici poteſt quòd eſt
hyperbolica, vt non ſit neceſſe commẽtari
Deum miraculoſè ex lapidibus condere ho
mines; ſicut alibi eodẽ tropo dicit Chriſtus:
Si hi tacuerint lapides clamabunt. Quare
ſenſus forſam hic erit. Et ſi excidamini ad
vnum omnes propter ſcelera veſtra, nun-
quàm tamen deerit ſemen Abrahæ: potens
eſt enim Deus ſuſcitare ex alienigenis, qui
fidem excipiant Abrahæ, & veriùs filij ſint
Abrahæ quàm vos. Quæ potentia etiã ex-
tenditur ad peccatores, quos ad ſe conuer-
tit, auferens ab eis cor lapideum, & dans
cor carneum. Iam enim ſecuris ad radicem
arboris poſita eſt. Hic excidium Hieroſoli-
mitanũ eis minatur, per quod probat vanè
confidere eos in eo, quod filij ſint Abrahæ:
nihilominus enim funditùs euertendi ſunt.
Iam enim ſecuris ad radicem arboris poſita
eſt: dicendo iam inſinuat ſe loqui de tem-
pore præſenti: nam ſi de punitione loque-
retur malorum, non oporteret dicere iam,
quaſi nunc eorum immineret periculum,
ſemper enim ſecuris diuinæ iuſtitiæ eos ſe-
cat, ac cõminuit; ſed loquitur de eo excidio,
quod tunc inſtabat, nempè Romanorum.
Securim ad radicem arboris eſſe poſitam,
ſignificat eos iam totaliter Romanis ſubie-
ctos, eoſq; ſuper illos imperium gerere, vel
quod iam iam euẽturum eſſet malum illud.
Ad radicem arboris eſſe poſitam ſecurim;
id notat quòd radicitùs euellendi eſſent,
nec amplius in ſuam reuerſuros patriam.
Non enim debebat eſſe. 70. annorum ca-
ptiuitas illa, quemadmodum & illa Baby-
lonica; ſed erit ſempiterna radice auulſa, vt
amplius repululaſcere nequeant. Vnde
Chryſoſt. hom. 3. in Matthæum; nihil (in- D. Chryſ.
quit) terribilius hac vna exhortatione ſer-
monis Non enim adhũc illic falcem volan-
tem, non deſtructionem ſæpis, non concul
cationem vineæ comminatur; ſed ſecurim
ſecantem, quodq; multò eſt terribilius im-
minentem, & iam iamq; cedentem. Quia
cum in Prophetarũ verbis increduli ſæpè
dicebant, vbi eſt dies Dñi? Et veniat conſi-
lium Sancti Iſraël, vt ſciamus; eò quòd mul
ta annorum ſpatia quæ dicebantur venirẽt
neceſſariò, ab hac eos deſidia retrahẽs ma-
la ipſorum vicina conſtituit; id enim egit
dicendo, & radicibus ſecurim admotã eſſe,
monſtrando. Nihil (inquit) eſt medium,
ſed ipſi iam radici imminet prorſus abci-
ſio. Nec enim aut ramis minatur, aut fru-
ctibus, ſed ipſi vtiq; radici oſtendens illos
ſi fortè neglexerint immedicabiliter eſſe
feriendos, & nè ſpem quidẽ curationis eſſe
habituros: non enim qui aduenit ſeruus vt
priores; ſed profecto omnium Dominus
grauiſsimam certè contemptoribus ſuis ac
potẽtiſsimam inferens vltionẽ. Licet etiam
per

per hanc ſecurim diuini iudicij ſententia intelligi poſsit, quæ & comparatur gladio
Iob.19. ſecũdum illud Iob.19. Fugite à facie gladij: quoniam vltor iniquitatis gladius eſt, &
Eſai.27. ſcitote eſſe iudicium. Et Eſai.27. Viſitauit Dominus in gladio ſuo duro grãdi & forti, ſuper Leuiathan ſerpentem vectem, & ſuper Leuiathan ſerpentẽ tortuoſum. Vel per hanc ſecurim verbum Euãgelicum in-
Apoc.1. telligi, quod eſt gladius ille biceps, quem Chriſtus in ore gerit, quo & animam proſcindit & corpus, cum vtrique comminetur gehennã. Id eſt dicere, quòd iam iam Euangelicum verbũ ad radices animarum præ-
Ad Rom. dicandum erat: in quo (vt ait Paul.) reuelatur ira Dei de cœlo, ſuper omnes gentes, & per Euangelium arbor illa vetus ſecanda erat radicitùs; quoniam ceſſare in perpetuũ debebat lex illa, incipiente noua, & per illam inciſionem carnales filij Abrahæ perimendi erãt, vt ſpirituales loco eorum ſufficerẽtur. Vel per ſecurim ad radices arboris poſitã intellige ipſum Dñm Ieſum, qui in fine ſeculorum venit, poſt quem nõ reſtat alius ſpectandus, quem niſi receperint
Deut.18. exterminabuntur, vt Moyſ. prædixerat, ac ſi diceret: Iã ſeruos ac Prophetas occidiſtis, qui fructum vineæ à vobis exigebant, & patienter ſpectauit vos Dominus vineæ, donec mitteret vnicum filium ſuum, ſi forſam
Matth.21. illum veremini; quod ſi non feceritis, auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et nobis profectò Dei ira imminet, vt qui paterna correctione non emendamur. Appoſita eſt (inquit) ſecuris, at nondum ſeccat, vt innuat adhûc eſſe tempus effugiendi hanc iram per pœnitentiam. Dicitur autem Chriſtus ſecuris: quoniã ſicut ſecuris diuidit ligna ſcindẽdo; ſic Chriſt⁹ diuiſurus eſt malos à bonis corpus & animã per ignẽ ſcindendo. Cùm autem ſecuris ſecare inceperit, implebitur illud Prouerb.18. Tunc inuocabitis me, & nõ exaudiã. Poteſt & per illã radicẽ arboris vita humana intelligi, cui imminet ſecuris, mors, ſcilicet, in ianuis, quæ ſi ſecare inceperit, non amplius erit tẽpus pœnitendi,
Eccleſ. 11. ſed quocunq; cæciderit arbor, ſiue ad Auſtrum, ſiue ad Aquilonem illic manebit, eò autem caſſura eſt arbor, quo plures ramos, ideſt, deſideria habuerit. Vnde, & ſubditur *Omnis ergo arbor, quæ nõ facit fructum bonum excindetur, & in ignẽ mittetur.* Omnis arbor (ait) citra acceptionem perſonarum, ſiue ab Abraham, ſiue à quouis alio ortum habeat. *Non faciens fructum.* Non dicit quæ non fecit, ſed nõ faciens: ſemper enim oportet fructum ferre, & præſens bonum vſq; in finem continuare: nam Deus ſecundum præſentem iuſtitiam iudicat. Nihil Deus in vinea ſua infructuoſum vult, iuxta illud Ioan. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, & in ignem mitteт & ardet: in cuius ſignum ficum non fe- Matt.21.
rentem fructum maledixit: ſeruum etiam inutilem, qui nihil ſuo talẽto lucratus fuerat, tametſi integrum cõſeruaſſet, in exteriores tenebras intrudere iuſsit. Non igitur de otioſa tibi fide blandiaris, ſtat enim ſententia, non omnis qui dicit mihi Domine Matt.25.
Domine intrabit in regnum cœlorum. Nec ad otium conducti ſumus, in vinea Domini. Vnde Paul. Epheſ.2. ait: nos creatos eſſe in Matth.7.
Chriſto in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Ex quo & col- Ad Eph.
ligere poteris, quanta ſeueritate in eos animaduertet Deus, qui malos proferunt fructus, & talentis ſibi creditis abutuntur: cùm eas arbores incidendas, & igni tradendas dicat, quæ nihil boni fructus proferunt, vt diſcas non illos ſtatim, vt Sanctos prædicare, qui nulli nocent in aliquo, niſi etiam in bonis operibus exerceantur. Vnde Ful- Fulgẽtius.
gentius ſermone de confeſsione ait: Si ſterilitas in ignẽ mittitur, rapacitas quid meretur? Aut quid recipiet qui alienũ tulerit, ſi ſemper ardebit, qui de ſuo non dederit? Et ſi iudicium ſine miſericordia fiet ille qui Iac.2.
non facit miſericordiam, quale iudicium erit illi qui fecerit & rapinam? Timeamus ergo fratres, timeamus act⁹ noſtros. Sed de hoc infrà ſæpiùs redibit ſermo. *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, &c.* Ambroſ. D. Amb.
lib.2. in Luc. cap.11. ait, quòd priùs nos lapidibus comparauit, nunc autem arbores nos vocat: nam cùm eramus peccatores ſine Chriſto nudi, vt lapides abſq; facie aliqua boni videbamur: at poſt Chriſti cognitionẽ iam arbores foliis ac fructibus veſtiti debemus eſſe, fructus proferẽtes iuſtitiæ ac verè pœnitentes, ipſi Deo viuentes, faciem bonorum operum habentes: nè tanquàm arbores infructuoſi ſcindamur, & præcipiat Dominus hortulano, vt ficulneam ſterilem ſcindat, & in ignem mittat, nè ſuperuacuè terram occupet. Vnde D. Auguſt. tom.9. D. Aug.
lib. de contritione cordis. c. 4. quàm tollerabilius, ait, canis putridus fœtet hominibus, quàm anima peccatrix Deo? Magis infœlix iſta Deo, quã illa hominibus. Anima pecca-

peccatrix arbor infructuoſa es, vbi ſunt fructus tui? Talis autem arbor digna eſt ſecuri & igne, & digna ſuccidi & incendi. Qui ſunt fructus tui? Vtiq; ſpinæ pungentes, & amara peccata, quæ vtinam ſic te pœnitendo pungerent, vt confoderent; ſic amaref-
D. Grego. cerent, vt euaneſcerent. D. Gregor. ait, quòd quando filij prauorum tolluntur arboris rami ſcinduntur, nè iniquorum ſemen proſperetur; ſed cùm ad patres etiam vindicta retorquetur, radix etiam ſucciditur. Iudæorum populus ſecũdum carnem penè extinctus eſt, remanet tamen ſecundum ſpiritum radix fidei Abrahæ, cui radici inſertus eſt oleaſter, nempè gentilium populus: vt fieret ſocius radicis & pinguedinis.
Origenes. Ita Origenes hom.23. in Luc. In hoc autem (ait Gregor.) conſtat, quòd corda audientium Ioannem turbata ſunt ac concuſa: quoniam omnes interrogabant eum, quid
Luc.3. facerent vt ſalui fierent. *Ego baptizo vos aqua*
Ioan.1. *in pœnitentiam.* Magnum humilitatis exemplum. Exiſtimabat populus nè fortè Ioan. eſſet Chriſtus, ipſe autem confeſſus eſt & non negauit, & confeſſus eſt quia non ſum ego Chriſtus imò quòd baptiſmus ſuus nihil valeret ad emũdationẽ ſordium animę: erat enim baptiſmus in aqua frigida, cui ille nullam aliam virtutem conferre poterat, quam eam quæ ex ſe habet aqua, nempè ſordes corporis tantummodò emundare, niſi quòd Ioan. in hoc baptiſmate ſpecimẽ quoddam pœnitẽtiæ populis oſtendebat, vt agnoſcerẽt ſe eſſe immundos, atq; indigere ſpeciali ablutione, quam illa corporalis ſignificabat; non tamen efficiebat, quia hanc virtutem Ioan. non poterat præſtare aquæ, hoc Chriſto vero Deo reſeruabatur. Vnde ſubdidit: *Qui autẽ poſt me venturus eſt, fortior me eſt.* Ac ſi diceret: Ego in ſpiritu & virtute Elię præcedo Meſsiã. ergo qui poſt me ven
Malac. 3. turus eſt, eſt verus Meſsias, & ego Angelus ſum ille quẽ dicit Malac.c.3. mittendũ ante faciem Meſsiæ, qui viam ſuã ante eum præpararet. Igitur qui poſt me venit verus erit Meſsias, vt vaticinia omnia conſonent: *Poſt me (inquit) venturus eſt*: velut Sol poſt Auroram, velut vita poſt præparationes ad vitam; ac ſi diceret: hactenus lex in aluo ſuo;
Simile. ſicut mater in vtero ſuo, puerum formabat, hominem præparabat, & diſponebat; poſt me venit in plenitudine temporũ, vita ipſa gratia & veritas. Poſt figurã igitur veritas, poſt vmbras lux, poſt noctem dies appropinquauit. Poſt me venturus eſt: quia iam nullus poſt Chriſtum veniet: venit enim primum hominum innocentia, poſteà lapſus ab illa, deinde lex naturæ, quã ſequuta eſt lex ſcripta, hanc repræſentabat Ioan. & & ideò dicit: Poſt me venturus eſt; poſtremò omnium finis venit Chriſtus, poſt quẽ nemo alius in hominum ſalutẽ veniet: ipſe enim author & conſummator eſt fidei noſtræ, qui vnica oblatione conſummauit in æternũ ſanctificatos, vt Paul. ad Hebr. do- Ad Hebr.
cet: Veniet ſanè in vltimis dieb⁹ Antechriſtus: ſed hic erit fur & latro, veniet vt diſſipet, mactet, & perdat. *Fortior me eſt.* Fortitudo ad ſuſtinendum & ad vincendum eſt. Ioan. fortis quidem fuit, & ſuſtinẽdo mala, & vincendo ea quæ mundi, & quæ diaboli erant. Sed Chriſtus fortior, tum ſuſtinendo maiora mala, tum debellando aëreas poteſtates vincendo mundum, ſuperando mortem. An non fortis tibi videtur Chriſtus, cuius omnes fortes, qui præceſſerunt illum typum geſſerunt? Ipſum retulit Samſon, Iudic.14.
Gedeon fortiſsimus virorum, Dauid manu Iudic.6.
fortis, Iacob qui etiam cum Deo fortis. Fuit Geneſ.32.
enim ille fortior armatus, qui tyrannum il- Luc.11.
lum fortem hominum oppreſſorẽ alligauit, & vaſſa eius in quę cõfidebat dirupit, atq; prædam omnem, quam tot ſeculis fecit, abſtulit. Et paſtor fortis qui non ſolùm vnam ouem; ſed omnẽ genus humanum, & omnia eorũ peccata ſuper humeros ſuos portauit, ſuper quem Pater omnium noſtrum ſcelera poſuit. Fortis, cuius fortitudo ſimilis eſt Rhinocerõtis. *Cuius non ſum dignus calciamenta portare.* Hoc eſt, nec viliſsimum hoc genus ſeruitutis coram eo exercere. Et licet alij Euangeliſtæ referãt diximſſe: Cuius non ſum dignus corrigiam calciamenti eius ſoluere: tamen vt Auguſt. refert lib.2. de conſenſu Euangeliſtarum. c.12. vtrumq; potuit dicere Ioan. vidilicet dicere: Nec ſum dignus calciamẽta portare, nec corrigiam calciamenti eius ſoluere; & vnus retulit primum, alij ſecundum. Vel Ioan. hoc non ſemel dixit, ſed bis; & primo dixit vno modo, ſecundo altero. Vel tertio, vt idem Auguſt. D. Aug.
refert, Euangeliſtæ non habuerunt rationẽ verborum, ſed explicuerunt ſententiam, & intentionem Ioannis. Hoc eſt, quid voluit ſignificare, nimirum ſe eſſe indignum, qui etiam viliſsimum & abiectiſsimum famulatum exhiberet Chriſto. *Cuius non ſum dignus calciamenta portare.* Miraris, cur non dixit; non ſum dignus adorare eum, quem adorant Reges terræ? Non ſum dignus ei ſeruire,

seruire; cui omnes gẽtes seruient? Non sum dignus eius lambere puluerem, de quo dictum est, quòd inimici eius terrant ligent?
Psal. 71. Cur igitur placuit ei dicere: Non sum dignus calciamenta portare? Et quid tandem id verbum significat? Cæteris omissis literalis sensus est, quem modò diximus, ipsum non esse dignum, nec minimum hoc obsequium præstare Christo. Cæterum si mysterium inuestigare volumus, aduertendũ est, quòd per pedem intelligitur diuinitas Christi; eò quòd sicut pes est vasis ac fulcimentum corporis, quo totum pondus corporis sustinetur; ita diuinitas est quæ omnia creata sustentat, & aqua omnia pendẽt,
Ad Hebr. 1. secundum illud: Ex quo omnia, per quem omnia, & in quo omnia: & ad Hebr. Portãs omnia (id est sustentans omnia) verbo virtutis suæ. Calciamentum huius diuinitatis in Christo, caro & humanitas eius fuit, secundum illud Psal. In Idumeam extendam
Psal. 59. calciamentum meũ, hoc est, notitiam Verbi incarnati, in gentibus etiam extendam, & propagabo. Vult ergo dicere Ioan. Non solum indignũ me reputo coram eius diuinitate apparere; sed nec humanitatem eius tangere dignus sum. Vel per calciamenta, per quæ terram terimus, intellige conuersationem Christi terrenam, qua inter homines conuersabatur, de qua Propheta quidam dixerat: Post hæc in terris visus est, & cum hominibus cõuersatus est.
Baruch. 3. Dicit ergo Ioan. se non modò cœlestem ac diuinam eius conuersationem imitari non posse; sed nec ad terrenam illam, qua cum hominibus cõuersabatur, posse pertingere: erat enim tanta dulcedine ac sapientia plena, vt nullus hominum talem vnquàm habere potuit. Quare D. August. tria dicit
D. Aug. summo desiderio concupisse videre: Primã conuersationem Christi inter homines. Sed occasione huius quæritur, an Christus Dominus nudis pedibus ambulauerit, an calceis vteretur. Probabilior certè opinio est, Dominum nostrum Iesum Christum calciamentis vsum fuisse, quod probatur primò his verbis Ioan. qui dixit, se non esse dignum Christi calciamenta portare: licet hæc ratio non multum vrgeat. Dupliciter enim solui potest. Primò, si dicamus hanc loquutionem Ioan. non esse propriam, sed figuratam, instar prouerbij; vbi non est attendendũ quid significetur verbis, sed quid intendit significare ille qui loquitur: vult enim Ioan. per hoc significare se esse indignum & vilissimum seruum Christi: sicut si dicas, Apostolos militasse sub vexillo Christi, non intelligis Christum portasse vexillum; sed quòd sub fide & sacramentis eius militarũt. Secundò responderi posset sic Ioan. fuisse loquutum: quia nondum viderat Christum, quare putabat eum more aliorum hominũ incedere calciatum. Quapropter alia ratio sit, quòd Christus Dominus communem vitam egit, in cibo, & potu, & alijs, & nihil habuit singulare præter communem consuetudinem aliorum: ergo etiam in vestitu ambulauit sicut alij. Et tertiò, quoniam si Christus nudis pedibus incessisset, id Euangelistæ minimè silluissent: quia insigne exemplum pœnitentiæ & austeritatis esset in Christo, qui sæpè peragrauit pedibus illas regiones, Iudæam, Samariam, & Galileam. Quartò, Ioan. austeriorem vitam agebat, quàm Christus, vt ipsemet Dominus cõfitetur, dicens: Venit
Ioan. Baptista, non manducans nec bibẽs; *Matth. 11.* sed Ioan. nõ incedebat nudis pedibus: quia id non tacuissent Euangelistæ, qui omnia eius vestimenta accuratè scripserũt, & quia in populo Hebræo illustriores Prophetæ, qui populo fuerũt exemplum austeritatis, & pœnitentiæ, non ambulabant nudis pedibus; ergo nec Christus, nec Ioan. Quod patet Esai. 20. vbi Deus dicit ad Esai. Dimitte *Esai. 20.* saccũ de lumbis tuis, & depone calciamentum de pedibus tuis. Quibus verbis ostenditur Esaiam portasse calciamenta. His tamen ego addo videri mihi satis verisimile, Christum nõ gestasse integros calceos, sed tantùm sandalia. Sandalium vox Græca est, infernè solidum constans supernè verò patens & apertum, Id est dicere, *Las suelas no mas cõ algo atadas al pie*: quo genere calciamentorum credo vsos fuisse Christum, & Apostolos eius. Primùm, quia Marc. 6. *Marci. 6.* præcipit Dominus Discipulos suos ire ad prædicãdum calciatos sandalijs. Et Act. 12. *Acto. 12.* dixit Angelus Petro: Calciate caligas tuas. Vbi pro caligas Græcè est sandalia. Et in supra citato loco Esai. 20. vbi nostra versio *Esai. 20.* habet depone calciamẽta, Græca lectio habet sandalia. Adde quod D. Bonauentura *D. Bonau.* in epistola quadam, in qua obiter de hac re tractat, dicit, Romæ seruari & ostendi fidelibus solidam sancti Petri. Lyranus tamen, *Lyranus.* & Tostat. in 3. cap, Matth. quæst. 68. & alij *Tostatus.* Doctores dicunt Christum Dominum nudis pedibus incessisse. Quod primò probari *Luc. 7.* potest, eò quòd Maria Magdalena stans retrò

retrò secus pedes Domini lauit, & vnxit eos. Sed respondetur olim apud Iudæos, & Gentiles fuisse consuetudinem non sedere in prandio, sed recũbere. Vnde & mensæ lectisternia vocabantur; quare inuitati ad conuiuium, cõsessuri lectos, discalciabiant
Acto. 1. pedes & lauabant. Alia ratio istorum est, quoniam Christus priùs fecit, quàm præce-
Luc. 10. pit; cœpit enim Iesus facere & docere, sed ipse præcepit Apostolis suis, vt sine calciamentis pergerent ad prædicandum, ergo. Sed respondetur, quòd Apostoli ibant quidem sine integris calciamentis; non tamen
Marc. 6. sine sandalijs. Nam Marcus narrans eundem sermonem, ait Christũ dixisse, vt portarent sandalia. Tertiò, quia milites acceperunt vestes & tunicam Christi inconsutilem, de caligis tamen, & calceis non fit
Ioan. 19. mentio, ergo non ea portabat. Respondetur caligas quidem non portasse Christum: quia tunc temporis fortè non erant in vsu; de calceis tamen tanquã de re nullius pretij non est facta mentio, quia erant sandalia.
Moralitas *Ipse vos baptizauit in Spiritu Sancto, & igne.* Si tantùm dixisset in Spiritu Sancto, facilè erat intelligere hanc sententiam; nunc autem quia addidit in igne, occasionem sumpserunt ex hoc verbo Hæretici, Hermiani, & Seleuciani, vt dicerent omnes Christianos baptizandos esse in vero & corporeo igne, & ipsi candenti ferro inurebãt quos
Ad Gal. 6. baptizabãt; & sic intelligebant illud Paul. Ego stigmata Christi in corpore meo porto. Sed vera intelligentia duplex esse potest. Nam possunt referri ad ordinariũ baptismum Christianorũ, qui dicitur esse in Spiritu Sancto. Primò, quia fit virtute Spiritus Sancti. Aqua enim vt instrumentum est Spiritus Sancti, habet vim lauandi animam, & purgandi peccata: itaq; sicut Christus generatus est ex Matre Virgine & Spiritu Sancto; ita fideles regenerantur ex
Simile. aqua & Spiritu Sancto. Nam sicut ventus, qui in Scriptura frequenter Spiritus vocatur, aquas in immensum eleuat: ita vt videantur pertingere cœlum; sic & Spiritus Sanctus aquas materiales sua infinita virtute tantùm eleuat, vt cœlestes ac spirituales effectus efficere possint. Et tunc cùm dicitur in igne potest sic sumi, vt sit expositio præcedentis particulæ, hoc est, baptizabit vos in Spiritu Sancto, qui se habebit in vobis vt ignis: nam Spiritus Sanctus in sacris literis aliquando dicitur aqua, aliquando dicitur ignis, vt intelligamus neutrum esse secundum substantiam, sed solùm secundum similitudinem effectuum. Tunc autem dicitur aqua; quando exercet effectus similes illis quos aqua facit, vt quando lauat à peccatis animam, refrigerat, fœcundat, & extinguit sitim rerum temporalium; quam promisit Dominus Samaritanæ, &
priùs per Prophetam dicens: Effundam su- *Ezech. 36.* per vos aquam mundam, & mundabimini. Sed tunc dicitur ignis, quando spiritualiter exercet effectus similes illis quos exercet ignis. Nam in baptismo illuminat infundendo lumen fidei, calefacit cùm infundit charitatẽ, attollit sursum dãdo spem, consumit vitia meritum passionis applicando. Itaque vult dicere Ioan. quòd baptismus suus erat in aqua frigida, quæ interiores nõ potest abluere sordes, nisi calefaciat Spiritus Sancti gratia: sicuti nec aqua frigida *Simile.* sordes, quæ multum penetrãt pannum non diluit, nisi calefiat, & fiat lixiuiũ; sic aqua per se internas animæ maculas non delet, nisi hoc igne calefacta fit. Hoc enim desiderio flagrabat Esai. cùm cap. 64. dicebat: *Esai. 64.* Vtinam aquæ arderent igni: vt in eas omnium hominum sordes ablui valerent. Dicere ergo, quòd baptizabit vos in Spiritu Sancto & igne, est dicere, quòd baptismus Christi animas iustificabit & abluet: nam erit in Spiritu Sancto, cuius est iustificare peccatores. Et dicendo, *vos*, insinuat, quòd illi qui baptizabantur ab illo, deberent posteà baptizari baptismo Christi. Sed secundo modo possunt accipi, referendo ad singularem baptismum, quo Apostoli baptizati sunt in die Penthecostes, per Spiritũ Sanctum descendentem super illos in forma ignis. Nam Act. 1. dixit eis Iesus: Ioan- *Act. 1.* nes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu Sancto non post multos hos dies. Obserua, ante aduẽtum Christi, quatuor fuere baptismata puræ aquæ. Primum fuit figuratiuũ, tale fuit diluuium, vt interpretatur Petrus in 1. can. c. 3 & tran- *1. Pet. 3.* situs etiam per mare Rubrum, vt habetur 1. Corin. 10. Secundum fuit legale, de quo *1. Cor. 10.* Leuit. 25. Tertium superstitiosum, quale *Leuit. 25.* fuit Pharisaicum: nam vt dicitur Marc. 7. *Marc. 7.* Pharisæi habebant varia genera baptismorum. Quartum præparatorium quale fuit baptismus Ioannis. Euangelicum baptisma etiam quadruplex est. Vnum singulare in Spiritu Sancto visibiliter dato in primitiua Ecclesia. Secundum commune, in aqua & Spiritu Sancto. Tertium flamminis, quãdo per

per contritionem perfectam delentur peccata. Quartũ eſt ſanguinis, id eſt, martyrij. *Cuius ventilabrum in manu ſua.*

Poſtquam explicuit dignitatem Chriſti in baptizando, adiungit poteſtatem quam exercebit in iudicando omnes gentes: malos quidem in ignem æternum detrudendo, bonos autem in cœlo collocando: vt hoc magis ac magis Iudæos excitaret in reuerentiam Chriſti. Ventilabrum inſtrumentum ruſticum eſt, quo ventilatur triticum in area, vt repurgetur à paleis. D. Auguſt. ſuper cap. 92. pro ventilabro legit palam. Obſerua: quadruplex munus collatum eſt Chriſto à Patre, quo fungi deberet diuerſis temporibus. Primum, Legiſlatoris & Doctoris, quo munere functus eſt prædicando & docẽdo. Secundum, Redemptoris, quod explicuit in ſua paſsione. Tertium, Aduocati, Patroni, & Interceſſoris apud Patrẽ, quo munere nunc in cœlis vſque in diem Iudicij fungitur. Quartum, Iudicis, quòd exhibebit in fine ſeculi. *Cuius ventilabrum,* id eſt, authoritas iudicatoria, qua agnos ſegregauit ab hœdis; ſicut ventilabrum ventilat paleas à tritico. *In manu ſua,* id eſt, penès ipſum, hoc eſt in poteſtate eius, vt ſit ſenſus, authoritatem iudicandi in ſua habet poteſtate, vtpotè qui conſtitutus eſt à Deo Iudex viuorũ & mortuorũ; & de quo Ioan. 5. dicitur: Poteſtatẽ dedit ei Deus iudicium facere: quia filius hominis eſt. Vel in manu, id eſt, iam paratus ad iudicandum, & procinctus iam vult facere iudicium, vt ſic maiorem terrorem nobis incutiat. Sed dices quomodo Chriſtus eſt paratus hoc facere iudicium, cùm dies illa longè abſit ad minus ex tunc, quando hæc dicebat Ioan. Reſpondeo primò, habet in manu & exercet, ſed particulariter in vno quoq; homine, cùm ex hac vita quis diſcedit: nam vnicuiq; tunc ille dies venit, quando talis hic diſcedit, qualis iudicandus eſt illo die ait Auguſt. Secundo dicitur habere in manu, etiã reſpectu iudicij generalis: quia quãuis longè abſit, tamen totum illud tempus eſt exiguum reſpectu æternitatis: quia apud Deũ mille anni ſunt dies vnus. Tertiò dicitur habere hoc iudicium in manu; quia iniquitas hominum meretur, vt iam totum mundum ad iudicium vocet: ipſe tamen ſua benignitate ſpectat, vt homines conuertantur ad pœnitentiam, & numerus electorum compleatur, vt dicitur Apocal. 6. *Et permundabit aream ſuam.* Declaratur hic effectus iudicij Chriſti. Area methaphoricè ſignificat hoc loco Eccleſiam Chriſti militantẽ: & aptè quidẽ. Primò; quoniam triticum non naſcitur in area, ſed alibi; vnde ad aream importatur: ſic homines non naſcuntur filij Eccleſiæ, ſed iræ: tamen adducuntur ad Eccleſiã regenerati per baptiſmum: ſicut Adam creatus extra paradiſum, tranſlatus eſt inde in paradiſum. Secundò triticum cùm eſt in area expoſitum eſt multis periculis, pluuiæ, ardoris Solis, fluminũ, cùm ripas aluei complent; ſic homines in Eccleſia militante, innumeris patent periculis, mundi, carnis, & diaboli. Tertiò, quia in area congregatur triticum, vt ventiletur & mundetur; ſic Eccleſia eſt congregatio hominum per vnitatem fidei, vt accipiant purgationem peccatorum, & munditiam vitæ. Aduertendũ tamen, quòd Eccleſia maximè mundatur per tribulationem, quarũ quinq; ſunt generalitates, quæ paſſa eſt Eccleſia. Prima fuit quã paſsi ſunt fideles à Iudæis. Secunda à gentibus Romanis. Tertia ab Hæreticis. Quarta ab improbis Chriſtianis. Iſta quatuor hactenus vexarũt Eccleſiam; reſtat quinta, quæ erit tempore Antichriſti. In qualibet area mundatur area; ſed non permundatur, hoc enim erit in vltima, ſcilicet, in die iudicij. Et quod neceſſarie ſint tribulationes in præſenti, vt area purgetur, docet D. Chryſ. homil. 3. in imperf. Quoniam granũ quod adhæret paleæ, vt ab ea excutiatur, opus eſt, vt trituretur. Sic quia anima quæ eſt granũ adhæret carni, quæ eſt palea, oportet, vt peſundetur, trituretur, ſuper eam rotæ tranſeant, conculcetur ab hominibus; vt ſic à carne excutiatur & ſeiungatur. *Et congregauit triticum in horreum ſuum.* Perſeuerat in eadem parabola, electos appellat triticũ ſuum, id eſt electi Chriſti, ſecundũ illud Prophetæ: Quid enim bonũ eius? aut quid pulchrum eius, niſi frumentũ electorũ? Dicuntur autẽ triticum: quia ſunt filij Chriſti, qui ſe granũ frumenti appellauit, ex quo grano tanquã ex radice alia ſunt nata grana, nẽpè electi; nam ex Chriſto per mortem ſeminato in terra germinauerunt iuſti; ſicut poſt mortẽ Ioſeph filij Iſraël creuerunt in Ægyptum, & repleuerunt terrã; vt ait Orig. Secundò, quia ſunt pleni bonis operibus, graues moribus, & vita vtiles. Sunt enim ſpicæ illæ vberes quas ſomniauit Pharao, quæ alias tenues, & percuſſas vredine deuorauerunt: quoniam vita iuſtorũ plena bonis operibus; impe-

D. Aug.
Acto. 10.
Ioan. 5.
D. Aug.
Apoc. 6.
D. Chryſ. ſimile.
Zach. 9.
Exodi. 1.
Origenes.

impiorum vacua opera condemnat. Sunt autem vtiles Deo, & hominibus propter vtriuſque charitatem. Nam ſunt vaſa aurea & argentea à Deo præparata in honorem & vtilitatem Eccleſiæ ſuæ; in qua & ſunt vaſa aurea, & fictilia, vt docet Paul. Item triticum eſt proprium & ſubſtantiale hominis alimentum: nam cum ſolo pane & aqua multi vixerunt, ſecundum illam Sapientis ſententiam: Initium vitæ hominis ſal, & aqua, & panis: at ſine pane nullus potuit hanc alere vitam. Vnde cætera alimenta præter panem, potiùs ad delicias videntur pertinere, quàm ad vitæ neceſsitatem. Sic iuſti ſunt ſubſtantia mundi, nam propter eos illum ſuſtinet Deus, iam enim millies conſummaſſet mundum, niſi propter electos ſuſtinuiſſet illum. Vnde quia hoc frumento carebant Sodomitæ illos in momento diſperdit, *tomoles por hambre*, quia nec decem iuſti in illis ciuitatibus inuenti ſunt. Vnde Eſai. dicit: Niſi Dominus Sabbaoth reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma fuiſſemus, & ſicut Gomorra ſimiles eſſemus. Semen vocat hæc tritici grana, quæ ſunt iuſti, per quos mundus ſuſtinetur; aliàs Propheta horum alimentorum penuriam deplorabat, cùm dicebat: Defecerunt alimenta de domo Dei, id eſt, iuſti de terra, & ideò fame peribit, ſecundum illud Mich. Perijt iuſtus de terra, & ſanctus in hominibus non eſt: modò veniet vaſtatio eorum. De quo frumẽto & Sapiens dicebat: Qui abſcondit frumẽta maledicetur in populis; benedictio autem ſuper caput vendentium. Illi enim maledicti ſunt qui obſcurare volunt iuſtos, atque detrudere, vel fugare: & ſicut qui tempore famis frumenta abſcondit ab omnibus maledicitur: ſic qui iuſtos ita odio proſequuntur, vt, vel fugere, vel occultari faciant. Imò aliqui, vel paleis occultant hoc triticum: quoniam quando grauia peccata non poſſunt illis imponere de leuiculis culpis eos volunt infamare: quare tales maledicti erunt. Benedictio autem ſuper caput vendentium. Reges, vel magnates, qui (veluti fecit Ioſeph) horrea aperiunt, & vendunt hoc triticum; nempè qui bonos quærunt, & honorant, & in publicum efferunt, dignos eis impartientes honores: hi benedictionibus merentur repleri. Sunt ergo electi hæc grana tritici, quibus tanquàm ex ſuſtantia ſubſiſtit mundus: nam peſsimi homines redundant in ſeculo; non enim neceſſarij ſunt ei homines impij, ait Sapiens. Et Pſalm. eos vocat inutiles, dicens: Omnes declinauerunt ſimul, & facti ſunt inutiles, non eſt qui faciat bonum, &c. Quod ſi aliquod emolumentum aliquando mundo inferunt, ex Deo eſt, quia mala eorum in bonum electorum ordinat. Nam vt magnus Auguſtinus docet, adeò bonus eſt Deus, vt nullum permitteret malum in mundo, niſi eſſet ſimul adeò Sapiens, vt ex malo ſciret elicere bonum: Nam qui ſtultus eſt (ait Sapiens) ſeruiet ſapienti: ſic mali iuſtis obſequium præſtant, materiam eis adminiſtrantes, ſiue patientiæ, ſiue humilitatis, ſiue alterius cuiuſquam boni; ſicut crudelitas tyrannorum, fuit occaſio patientiæ martyrum. Cæterum, vt iuſti ad hoc perueniant, vt ſint veluti triticum & ſubſtantia mundi, oportet per multas tribulationes tranſire, quẽadmodum & triticum, priùſquam fiat alimentũ hominis, & pertingat ad hoc, vt in eius conuertatur ſubſtantiam, multas patitur macerationes. Nam primò defoditur in terram, & ibi moritur. Secundò, natum & maturum metitur. Tertiò, in area teritur & ventilatur. Quartò, in piſtrino molitur. Quintò, fit ex eo maſſa. Sextò, coquitur. Vltimò, manditur, & conuertitur in ſubſtantiam hominis: hic eſt enim finis eius. Sic finis electorũ eſt transformari in gloriam Dei, & conſortes fieri diuinæ naturæ; ſed priùs quàm ad id perueniant, oportet vt per multas tribulationes macerentur: quia ab ipſo ſunt prædeſtinati, vocati, iuſtificati, conſeruati, conformes facti imagini Chriſti, & ſunt dati Chriſto à Patre, vt ipſe dixit: Pater quos dediſti mihi, &c. *Congregabit triticum in horreũ ſuum.* Eccleſia militans congregatio eſt fidelium; ſic & triumphans, ſed hic ſumus permixti boni cum malis: ſicut in area triticũ cum paleis: in triumphatrice Eccleſia ſoli boni ſunt ſegregatis malis. Hic congregantur in fide, ſpe, & charitate imperfecta, ibi in viſione & fruitione, & perfecta comprehenſione; differunt hæc & illa, vt perfectũ & perfectius. Vnde Eccleſia militans eſt area, & horreum dicitur patria cœleſtis: quoniam ibi nõ ſunt paleæ, ſicut in area, ſed grana mũda: quia nihil ibi erit coinquinatum, *limpio de poluo y de paja.* Deinde in horreo grana ſunt tuta à periculis, quibus patent in area. Sic in cœlo beati

2. ad Timoth. 2.
Simile.
Eccleſ. 39.
Geneſ. 18. & 19.
Eſai. 1.
Ioel. 1.
Mich. 7.
Prouer. 11.
Simile.
Moralitas
Gene. 41.
Eccleſ. 15
Pſalm. 13
D. Aug
Prouer. 11
Simile.
Ioan. 7.
Simile.
Apoc. 21.

beati liberi ſunt à malis, quibus hîc ſubiecti
Ad Gal. 6. ſumus. Quare Galat. 6 illam vocat liberam
Pau. Illa autē quæ ſurſum eſt Hieruſalē ma-
ter noſtra libera eſt; & hæc ſeruit cum filijs
ſuis, multis obnoxia periculis. *Paleas autem
cōburet igni inextinguibili.* Per paleas nō in-
fideles intelligit, ſed fideles peccatores &
Simile. impios. Nam palea ſurgit ex eadē radice cū
tritico, & in eadē area ponitur; ſic boni &
mali Chriſtiani habent quidē eamdē radi-
cem fidei, & ſunt in eadem Eccleſia. Ta-
men ſicut palea non ideò in horreum col-
ligitur, ſed in ignem mittitur, quia ex ea-
dem radice erat cum tritico: ita non ideò
peſsimus Chriſtianus in horrea cœli recon
detur cum bonis, quia eadē fide, & iſdem
Sacramentis communicauit cum illis: ſed
dicentibus illis: Domine, nonnè in nomi-
ne tuo prophetauimus, dæmonia eiecimus,
& virtutes multas fecimus? Reſpondebit:
Matth. 7. Amen dico vobis neſcio vos, diſcedite à
me omnes qui operamini iniquitatem. Pa-
lea in area cum tritico eadem res videtur,
imò totum apparet palea; tamen quilibet
ventus paleas exuflat, tritico ſua grauitate
in area manēte. Sic peſsimi Chriſtiani ſimi
les videntur bonis, cum opera externa fi-
delium ſimili modo ipſi exerceant ac boni,
qualia ſunt ſacris ac concionibus aſsiſtere,
Sacramenta recipere, orare, eleemoſynas
elargiri, ad indulgentias conſequendas etiā
ipſi properare. Tamen cùm ventus vel tri-
bulationis, vel diuitiarum, vel voluptatum
inſuflauerit, tunc tanquā paleæ impij ven-
tilabuntur, iuſtis in ſua iuſtitia permanen-
tibus. Deinde palea eſt eſca beſtiarū, & pa
bulū ignis: ſic & peſsimi Chriſtiani dæmo-
niorum & æterni ignis eſca erūt. Palea etiā
putreſcit aqua, & conſumitur igne; ſic &
improbi rebus ſecūdis per ſuperbiā, & ad-
uerſis per deſperationē cedūt. Palea eſt vti-
lis tritico: nam protegit illud aduerſus iniu
rias Solis, ventorū, & pluuiæ: ſic mali dùm
vexāt bonos, probant & curāt illos. Ratio
autē quare Ioan. dixerit hîc fideles eſſe iu-
dicandos, potiùſquā infideles eſt: quia licet
oēs homines ſint iudicādi à Chriſto merito
punitionis, vel remunerationis, ſed ſoli fi-
deles iudicio diſcuſsionis iudicabūtur: nam
infideles non veniunt ad hoc iudicium, ſe-
Ioan. 3. cundum illud Ioan. 3. Qui non credit iam
iudicatus eſt. Aliter enim puniuntur ho-
ſtes, aliter ciues. Illi abſq; vlla alia diſcuſ-
ſione, vbicunque reperiantur occiduntur:
cæterum ciuium cauſæ priùs examinantur,
quàm iudicentur: infideles ſunt veluti ho-
ſtes, fideles ceù ciues. Secundò, quia fide-
les improbi ſeueriùs iudicabūtur, acerbiùs
punientur multiplici de cauſa. Primò, quia
viam veritatis edocti eam ſequi noluerunt;
ſed quaſi de induſtria receſſerunt à Deo:
ſeruus autem ſciens voluntatē domini ſui,
& nō faciens eam plagis vapulabit multis.
Secundò ob maiorē ingratitudinem; quip- *Luc. 12.*
pèqui maiora beneficia receperunt. Ter-
tiò, quia habuerunt maiora auxilia ad re-
ctas operationes exercendas, quas tamen
neglexerunt facere. Et demùm ob violā-
tionem fidei, quam in baptiſmo polliciti
ſunt, & eam nihilomius poſteà violauerūt.
Comburet igni inextinguibili. Iuſtos in hac
vita Deus batizat igne tribulationis, & ten
tationis, impios in alia punit igne æternæ
durationis. Dupliciter depingit ſupplicium
inferni. Primò, dicendo ignem, demōſtrat
vim & penetrationem ſupplicij: nam ignis
actiuitas maximè penetratiua eſt; & ad-
dendo inextinguibili oſtendit æternitatem
tormentorum. De hoc igne inferni tractari
poſſent aliquot quæſtiones. Prima, an ſit
verè corporeus: ſecunda, an præter ignem
ſit in inferno aliud genus tormenti: tertia,
quomodo ignis incorporeus poſsit cruciare
ſpiritus: quarta, quomodo poſt diem iudi-
cij cruciabit corpora, & non conſumet, cor-
rumpet, & nec conſumetur ipſe: quinta,
quomodo poſſet eſſe æternus, cùm ſemper
indigeat alimento & pabulo: ſexta, quo-
modo ſit æquum pro puncto temporali, in
quo fit peccatum imponere pœnam æter-
nam Hæc tractantur ab Auguſt. lib. 22. de *D. Aug.*
Ciuit. Dei. per totum; & à Greg. 4. Dial. & *D. Grego.*
ab Aug. ſuper Pſalm. 31. à ſchol. lib. 4. Sent.
& fortè in progreſſu huius operis aliquot
harum quæſtionum diſſoluentur à nobis, ſi
Deus dederit. Hoc tantùm in præſentia-
rum dico de illo igne quatuor, vel quinque
eſſe miraculoſa, quæ conueniunt ei non vt
eſt ignis, ſed præter naturā ſuam, vt eſt in-
ſtrumentum diuinæ iuſtitiæ. Primò, cùm
ipſe ſit leuiſsimus & calidiſsimus, tamē ma-
net in centro: ſecundò, cùm indigeat pabu-
lo, ſine quo ſtatim conſumitur, ille tamen
eſt inconſumptibilis ſine vllo pabulo: ter-
tiò, cùm ſit corporeus, poteſt agere in ſpi-
ritus: quartò, alterat corpora & torquet, ita
tamen quòd nec corrumpit, nec diſſoluit.
Ex tota tamē hac ſententia collige gra- *Moralitas*
num purū recondi debere in cœleſtia hor-
rea, paleas autē omnes cōburendas: quoniā
ſola

ſola ea opera quę purè ac ſyncerè pro Chri
ſto fiunt, præmianda veniunt in cœleſtib⁹,
quæ autē miſcentur hiſce rebus, nēpe quæ
fiunt aliquo carnis, vel mundi intuitu, tanq̄
paleæ exurendæ ſunt. *Tunc venit Ieſus à Gal
lilea in Iordanē ad Ioan. vt baptizaretur ab eo.*
Tria de baptiſmo hic Matth. tradit. Primò
deſcribit contentionē inter Chriſtū peten
tem baptiſmum, & Ioan. recuſantem illum
baptizare; deinde prodit tria prodigia, quæ
baptizato Chriſto contigerunt: nēpè aper-
tio cœlorum, deſcenſus Spiritus Sancti in
ſpecie colūbæ ſuper Chriſtū, vox Patris de
cœlo cōteſtantis Chriſtū eſſe filiū eius di-
Luc. 3. lectum. Lucas. 3. Addidit, nimirū qua ætate
Chriſtus ad baptiſmum venerit, & dicit, q̄
erat incipiens quaſi annorum. 30. quæ om-
nia, Deo dante, & nos pro poſſe explicata
dabimus, prius quæ ad hiſtoriam ac litera-
lem ſenſum attinet, vt in more habemus
expedientes; vt poſteà quę ad moralem do-
ctrinam pertinent, expeditiùs & ſolidiùs
dicamus. *Tunc venit Ieſus à Gallilea, &c.*
Quis non obſtupeſcat conſiderans inenar-
rabilem humilitatem Chriſti, qui tanquàm
peccator aggregauit ſe illis, qui immundos
ſe profitebantur. Nunc primum prodit ex
Nazareth, vbi vſque ad hoc tempus fuerat.
Primò, vt diximus, voluit baptizari à Ioan-
ne, vt illius baptiſmum approbaret: nè po-
ſtea redarguens Phariſeos negligentes ba-
ptiſmū Ioannis, poſſent ei in faciem dicere
quare ergo tu nō accepiſti illud? Secundò,
vt haberet Ioan. occaſionem Chriſtum ma
nifeſtandi coram tanta Iudæorum multitu-
dine. Tertiò, vt baptizatus Chriſtus in Ior-
dane conderet Euangelicum baptiſmum,
Beda. & vt ait Beda, tactu ſuæ mundiſsimæ car-
nis, vim regeneratiuā aquis tribueret. Hic
quæritur à Theolog. quando fuerit inſtitu-
Toſtatus. tus baptiſmus. Toſtatus dicit fuiſſe poſtquā
cœpit Chriſtus prædicare, fortè quando di-
xit Nicodemo: Niſi quis renatus fuerit ex
Rupertus. aqua & Spiritu Sancto. Rupertus, & alij
dicunt eſſe inſtitutū poſt reſurrectionem;
ſicut & actus ipſe baptizandi. Tamen om-
nes ferè Theologi, tàm Patres, quàm Scho-
laſtici in quarto cōſentiūt fuiſſe inſtitutū,
quo tēpore Chriſtus baptizatus eſt in Ior-
dane. *Ioannes autē prohibebat eū dicens: Ego à
te debeo baptizari, & tu venis ad me?* Vt qui-
dam aiunt, etiam iniecta manu prohibebat
Chriſtum, verbis etiam recuſabat tale mi-
niſterium præſtare Chriſto, *Debeo*, non ſig-
niſicat Ioannes habuiſſe debitū & neceſ-
ſitatem ſuſcipiendi baptiſmū Chriſti, quia
nec Ioānes nec vllus alius ad id tenebatur,
niſi poſt reſurrectionem, & ſufficientem
promulgationem Euangelij: & Græcè
hunc reddit ſenſum, ego opus habeo &
indigeo, ſicut ſi quis ditiſsimus peteret à mi *Simile.*
nùs diuite eleemoſynā. Poſſet iſte reſpon-
dere: Ego potiùs à te, quàm tu à me petere
deberem. His verbis Ioannes adfert duas
cauſas, propter quas conueniebat potiùs
Ioanni baptizari à Chriſto, quàm è contra.
Prima eſt conſiderata vtriuſq; conditione.
Ioannis conditio erat ſerui, Chriſti vero
Domini. Ioannes erat peccator, ſaltem ha-
bebat veniale & originale; Chriſtus nullum
prorſus peccatum habebat. Ioannes pote-
rat proficere in gratia; Chriſtus habebat
gratiam conſummatam, quæ nō poteſt au-
geri. Altera cauſa conſiderando differentiā
vtriuſq; baptiſmi. Ioā. baptiſmus nihil per
ſe conferebat; baptiſmus verò Chriſti Spi-
ritum Sanctum tribuebat. *Reſpōdens autem
Chriſtus dixit: Sine modò*, id eſt, noli prohi-
bere. Omitte nūc iſtud humilitatis officiū,
fac modò quod peto. *Sic enim decet nos im-
plere omnem iuſtitiam.* Pronomen iſtud, nos,
vel refertur ad Chriſtum, & Ioan. ſimul, &
tunc erit ſenſus, vt nomen iuſtitiæ ſignifi-
cet obedientiam diuini præcepti: ac ſi di-
ceret: Tibi præceptum eſt à Deo, vt bapti-
zes omnes venientes ad te; mihi præceptū
eſt à Patre, vt ſuſcipiam hunc baptiſmum;
vel (quòd magis credo) refertur ad ſolum
Chriſtum plurali pro ſingulari, poſito, nos,
ideſt, me oportet implere oēm iuſtitiam. In
ſacris literis iuſtitia ſignificat plerūq; ob-
ſeruationē diuinorū præceptorū, vt Pſal. 20 *Pſal. 20.*
& in Deut. pluries. Cęterū obſeruatio legis *& 110.*
diuinæ cōſiſtit in duob⁹. Primò, vt qui ſub- *Deut.*
iectus eſt legi obſeruet eā; ſicut nos omnes
natura ſumus legi ſubiecti. Secunda, vt ille
qui nō eſt ratione ſuæ naturæ ſubiectus le-
gi, vltrò ſe ſubijciat legi, & hæc eſt pfectio
ſumma iuſtitiæ. Et hanc habuit Chriſtus.
Altera expoſitio eſt, quoniam Chriſtus do-
cuit nos, dicens: qui fecerit & docuerit hic
magnus erit; Chriſtus erat præcepturus ba-
ptiſmum; voluit primò obſeruare, & non *Matth. 5.*
ſolum docere verbo, vt exēplum antecedat
præceptum. Sic Ambroſius, & Cyprianus. *D. Amb.*
Tertiò, per iuſtitiam intelligimus humili- *& Cypri.*
tatē. Primus gradus eſt ſubijcere ſe maio-
ri, & non præferre ſe æquali. Secundus,
ſubijcere ſe æquali, & nō preferre ſe mino-
ri; Tertius, ſubijcere ſe minori, & nulli ſe

præferre. Chriſtus omnes partes humilitatis complexus eſt, non ſolùm pari, ſed minori ſe ſubiecit. Sed quæritur, an quia Ioannes dixerit: Ego à te debeo baptizari, verè petierit baptiſmum à Chriſto, & baptizatus fuerit baptiſmo Chriſti. Nam, quod Chriſtus reſpondit ſine modo; indicare videtur Chriſtum non negaſſe, ſed diſtuliſſe baptiſmum. Author operis imperf. in Matth. homil. 3. ait Ioann. fuiſſe baptizatum à Chriſto baptiſmo Chriſti.
D. Hiero. *Caiet.* *Toſtatus.* Et Hieronym. hoc videtur innuere, Caiet. in dubio reliquit, Toſtat. negat. Sed mihi probabiliſsimum videtur, fuiſſe baptizatum baptiſmo Chriſti. Primò, Ioannes cognouit ſingularem efficaciam baptiſmi Chriſti, quia prædicauit illum; ſi agnouit quis dubitat ipſum deſideraſſe? Si deſideraut cur non peteret? Si petiuit, cur non fieret à Chriſto? Secundò, Ioannes erat medius inter legem veterem, & nouam; ergo ſicut acceperat circuncisionem ſignum Iudaiſmi, ita conueniens erat vt acciperet baptiſmum. Sed dices: Quid operatus eſt baptiſmus Chriſti in Ioanne? Reſpondeo, abſtulit venialia, auxit gratiam, impreſsit characterem, vt eſſet ex Eccleſia Chriſti. Sed dicit Toſtatus hoc non eſſe ſcriptum in Euangelio, nec id tacuiſſent Euangeliſtæ. Sed reſpondetur, quòd nec in Euangelio ſcriptum eſt, quòd
D. Aug. Apoſtoli fuerint baptizati; & tamen Auguſtinus in epiſtola ad Seleucianum inſtat probabiliſsimum eſſe baptizatos fuiſſe à Chriſto ante paſsionem eius: nam ipſi ba-
Ioan. 3. & 4. ptizabant alios. Ioann. 3. & 4. & in cœna fuere conſecrati Sacerdotes, & poſt reſurrectionem habuere poteſtatem remittendi peccata, & baptiſmus eſt ianua cæterorum Sacramẽtorum. Quomodò ea poſſent recipere ſine illo? Et quomodò prædicaſſent alijs legem baptiſmi, quam ipſi non obſeruaſſent? Auguſtinus hoc colli-
Ioan. 13. git ex illo Ioannis. 13. Qui lotus eſt non indiget, niſi vt pedes lauet. Et credo, quòd Beata Virgo etiam fuerit baptizata. Nam quæ habebat exemplum Chriſti baptizati, & ſciebat legem baptiſmi eſſe vniuerſalem, & quòd per baptiſmum fiebat membrum Eccleſiæ Chriſti; & imprimebatur ei character, quaſi ſignaculum quod eſſet Chriſti: cur tot bona noluiſſet lucrari? & cùm Mater eſſet Chriſti, cur non etiam Chriſtiana ex Chriſti ſignaculo fuiſſet? Alia quæſtio eſt, nam hic locus Matth. videtur omninò pugnare cum dictis ipſius Ioannis: hoc enim loco apertè oſtendit Ioannes ſe benè nouiſſe Chriſtum, dicens: Ego à te debeo baptizari. At verò Ioannes 1. cap. refert Ioannis verba, in quibus dicit *Ioan. 1.* ſe neſciſſe Chriſtum, ſed ex ſigno ſolùm cognouiſſe eum. Ait enim: Et ego neſciebam eum, ſed qui miſit me ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum Dei deſcendentem & manentem ipſe eſt, &c. Caiet. *Caiet.* ait Ioannem bis vidiſſe columbam ſuper Chriſtum. Primò, cùm venit petens baptiſmum à Ioanne. Licet alij Euangeliſtæ non dicãt, putat Caiet. hoc dictum fuiſſe à Ioanne. Ioan. 1. vbi ſupra. Secundò, quan- *Ioan. 1.* do baptizatus eſt prima vice ſolus Ioannes vidit columbam; ſecunda ambo, ſed cùm hoc clarè non conſtet ex Euangeliſtis, imò potiùs, q̃ tantum ſemel viſa ſit columba, videtur voluntariè dictum. Toſtat. q. 76. *Toſtatus.* ſuper hoc cap. 3. Faber, & Eraſmus ſuper *Eraſmus.* cap. 1. Ioannis, dicunt Ioan. cùm Chriſtus petiuit baptiſmum, non cognouiſſe eum tanquàm Meſsiam, ſed tanquàm virum innocentem & ſanctum, & hoc vel ex ſignis externis, vel ex fama & ſermonibus omnium, vel ex ſpeciali reuelatione Dei; poſteà tamen ex ſigno columbæ cognouit ipſum eſſe Meſsiam. Nam ſicut Chriſtus paulatim illuminauit quemdam cœcum, ſic paulatim & per gradus docuit Ioan. Chriſtum eſſe talem. Sed contra hos hæc militat ratio: quoniam Ioan. ſciebat duos tantùm homines miſſos fuiſſe ad baptizãdum; ſe ad baptizandum in aqua, Meſsiam ad baptizandum in Spiritu Sancto. Si ergo Ioan. quando venit ad ipſum Chriſtus non nouiſſet ipſum eſſe Chriſtum, non dixiſſet: *Luc. 3.* Ego à te debeo baptizari, &c. Deinde antequã Chriſtus veniret ad Ioan. iam Ioan. prædicauerat ipſum Chriſtum eſſe Meſsiam, & eum qui baptizaturus erat in Spiritu Sancto, iudicem viuorum & mortuorum eſſe futurũ, ergo. Tertia opinio eſt eiuſdem Eraſmi, ibidem dicẽtis, Ioannem ante *Eraſmus.* ſignum columbæ cognouiſſe Chriſtum interna reuelatione, & ibi tantùm in baptiſmo cognouiſſe exterioribus ſignis, vt doceret alios. Et illud; ego neſciebã eum, interpretatur; neſciebam vt alijs manifeſtarem, id eſt, non habui mandatum à Deo manifeſtandi Chriſtum Iudæis, niſi poſtquàm vidi columbam, ſicut Chriſtus dicitur neſcire diem iudicij, vt alijs manifeſtet. Hæc interpretatio eſt minùs violenta. Quarta eſt

D. Hiero. eſt Hiero. vt refert S. Tho. ſuper. 1. c. Ioan.
D. Thom. dicentis, Chriſtum fuiſſe notum Ioan. tanquàm Meſsiam filium Dei ante baptiſmũ; ſed quod ipſe eſſet ſaluaturus mundum per baptiſmum ſuum, fuiſſe ſibi notum per ſi-
D. Aug. gnum columbæ. Quinta eſt Auguſt. tractatu. 5. in Ioan. lib. 5. de baptiſmo, contra Donatiſtas notat. c. 13. & lib. 7. de conſenſu Euangelico. c. 13. dicentis, Chriſtum fuiſſe notum Ioan. ante baptiſmum, ſed non ſciuiſſe illum habuiſſe poteſtatem excellentiæ in baptiſmo, & alijs Sacramentis, & hoc cognouiſſe ex ſigno columbæ. Pro quo nota, quòd poteſtas excellentiæ Chriſti in Sacramentis, conſiſtit in quinque rebus. Primò, quia ipſe ſolus inſtituit omnia Sacramenta, & hanc poteſtatem non communicauit alijs, licet potuiſſet dare. Secundò, ipſe ſolus eſt author principalis baptiſmi, & Sacramẽtorum: quare nihil refert per quemcunque miniſtrum detur Sacramentum. Tertiò, quia Sacramenta efficaciam habuerunt ex merito paſsionis Chriſti. Quartò, quia voluit Sacramenta omnia conferri in nomine ſuo. Vltimò, quia ipſe virtutem, & effectum Sacramentalem poteſt conferre ſine Sa-
Bedá. cramento. Sexta eſt Bedæ ſuper. 1. cap. Ioann. Licet (ait) Ioannes ante nouiſſet Chriſtum; tamen cognitio quam accepit, dum baptizauit Chriſtum, tantò maior fuit vt eius comparatione prior illa reputatur inſcitia, & ignorantia. Sed contra iſtas tres proximè dictas interpretationes eſt argumentum validum & apertum, quia ex Matth. liquet Ioannem perfectè cognouiſſe Chriſtum ante baptiſmum, & quod ipſe eſſet baptizaturus in Spiritu Sancto.
Cyril. Septima eſt Cyrilli libro. 2. Comment. in Ioan. cap. 2. dicentis, quòd dicitur Ioan. 1. Ioan. neſciuiſſe Chriſtum ante baptiſmum eſſe intelligendum de ſenſibili & externa cognitione, non verò de interna. Cognouit Chriſtum externè per apertionem cœli per deſcenſum columbæ, & per vocem Patris cognouit in baptiſmo, viſu, &
D. Chryſ. auditu. Octaua & vltima eſt Chryſoſt. homil. 16. in Ioan. & Lyræ, & Ianſenij, & eam probat Theophil. Licet etiam approbet illam Auguſt. Hoc eſt, quòd Ioan. antequàm Chriſtus veniret ad illum ad baptiſmum nõ nouerat illum de facie: quia ab infantia ſolitariam vitam egerat in deſerto, tantum ſciebat per reuelationem Dei iam veniſſe Meſsiam: quando verò venit Chriſtus ad illum petiturus baptiſmum, tunc interius facta eſt Ioanni reuelatio. Iſte eſt Meſsias Saluator hominum: in baptiſmo autem accepit ſignum columbæ, non vt cognoſceret quem non cognoſcebat; ſed vt magis cognoſceret quod cognoſcebat, & vt poſſet per illud ſignũ manifeſtare Iudæis. Et illud verbum ego neſciebam illum, dicunt, non debere referri ad tempus preciſsè, quo baptizatus eſt Chriſtus, ſed ad tempus quo venit ad baptiſmum, ergo antequàm ipſe veniret ad baptiſmum non nouerat illum de facie. Pro quo nota, quòd cùm Deus miſit Ioannem ad baptiſmum, mandauit illi, vt manifeſtaret illum Iudæis, & quia Ioan. poterat dicere: Domine non noui illum; ideò Deus dedit hoc ſignum illi, vt ſuper quem illorum, qui venerant ad baptiſmum vidiſſet ſignũ columbæ, intelligeret quod ille eſſet. Cùm autem venit Chriſtus ad Ioannem petens baptiſmum reuelauit ei Deus; iſte eſt ſuper quem dixi tibi deſcenſuram columbam cùm baptizaretur; poſteà dum baptizatus eſt, apparuit ſenſibiliter ſignum columbæ. Sicuti quando Samuel venit in domum Iſai oblatis alijs fi-
lijs neminem vnxit; ſed cùm venit Dauid *1. Reg. 16.* reuelauit ei Deus; Iſte eſt quem elegi vt vngeres.

Cùm autem baptizatus eſſet Ieſus, confeſtim aſcendi de aqua. Euthimius ait, fuiſſe *Euthim.* morem Ioannis, alios quos baptizabat, tàndiù immerſos tenere vſque ad collum, quouſque confiterentur peccata ſua. Chriſtum autem non tenuit in aquis, quia non habebat peccata. Alij dicunt per hoc ſignificari myſterium, nempè eos, qui baptizantur baptiſmo Chriſti, depoſitis ſarcinis peccatorum ſurgere alacres ad benè operandum. Conuenientiùs eſt dicere, quòd confeſtim non referatur ad aſcendit, ſed ad tria prodigia, vt ſit hic ſenſus. Protinùs vt Chriſtus baptizatus eſt, & aſcendit ex aquis, apparuerunt iſta ſigna. Vndè colligitur Chriſtum baptizatum per immerſionem, & non per aſperſionem, *Et ecce aperti ſunt ei cœli, & vidit Spiritum Dei deſcendentem, ſicut columbam, & venientem ſuper ſe.* Quidam dicunt hanc cœlorum apertionem fuiſſe ſpiritualem, & intellectualem tantùm: quia Chriſtus intellexit per baptiſmum quem hic condebat, apertũ iri cœlum hominibus, ſed hoc non placet: quia Chriſtus ab initio ſciuit

omnia. Alij dicunt fuiſſe apertionem imaginariam, hoc eſt, quod in potentia imaginatiua Chriſti formata eſt ſimili-
Ezech.5. tudo cœlorum apertorum; ſicut Ezech. Sed nec hoc probabile eſt, quia eadem eſt ratio trium ſignorum, quæ hic contigerunt; ſed vox Patris & columba fuerunt vera, & non imaginaria, ergo & apertio cœlorum. Dicendum eſt ergo, quòd fuit vera, realis, & viſibilis apertio veri cœli: hoc eſt dicere, Non eſt apertum corpus cœleſte ſidereum: quia non poſſet aperiri niſi miraculoſè. Nulla autem cauſa erat, vt fieret hoc miraculum, ſed facta eſt in aëre ſuperiori, quæ conſuetudine Scripturæ dicitur cœlum; ſicut dicitur vox facta de cœlo, id eſt, de ſuperiori aëre facta eſt: vel per diuiſionem partium aëris, vel eo modo quo ſolent fieri ſciſuræ in aëre per methereologicas actiones, quas hi actus aëris appellant. Apparet enim aliquando ſplendor quidam in aëre, & quia medium non habet illud lumen, videtur quaſi profundiſsima aperiri feneſtra. Et ideò columba & vox de cœlo veniunt, vt intelligamus patefactum cœlum baptizatis baptiſmo Chriſti, & per Chriſtum peccatum, quod erat oſtium quo claudebatur cœlum eſſe ablatum.

Et vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam & venientem ſuper ſe. Hic quæritur, an hæc columba fuerit verum animal, an tantùm ſpecies & ſimilitudo co-
D.Aug. D.Thom. Lyra. Caiet. & Toſtatus. lumbæ. Auguſtinus libro de agone Chriſtiano, cap 22. & Diuus Thomas. 3. part. quæſt. 39. artic. 7. cenſent fuiſſe verum animal. Sed Lyra, & Caietanus, Toſtatus quæſt. 84. in cap. 3. Matthæi dicunt non fuiſſe verum animal: quoniam Euangeliſtæ dicunt: Vidit, ſicut, & tanquàm columbam. Et Actor. 2. dicitur veniſſe Spi-
Acto.2. ritum Sanctum ſuper Apoſtolos, tanquàm ignem. Conſtat autem apud omnes non
D.Aug. fuiſſe verum ignem. Imò Diuus Auguſtinus epiſtola. 102. docet vtrumque ſuſtineri poſſe. Licet videatur in hanc magis declinare ſententiam. Mihi veriſimilior apparet D. Thom. ſententia: quoniam ſicut non decuit, vt ipſe Chriſtus aſſumeret corpus phantaſticum, ſed verum: ita nec oportuit, vt Spiritus Sanctus, qui veritatis dicitur, fictitiam aſſumeret columbam, ſed veram: licet non in vnitate ſuppoſiti. Quod ſi Euangeliſtæ videntur dicere, in ſimilitudinem columbæ apparuiſſe; non id volunt, vt excludant veritatem columbæ; ſed ad oſtendendum, quòd ipſe non apparuit in ſpecie ſuæ ſubſtantiæ. Apparuit autem in ſpecie columbæ: vt demonſtraretur excellentia, & baptiſmi proprietates manifeſtarentur, de quibus ſtatim cùm ad moralia deuenerimus, dicemus. Columba Noë fuit huius figura: nam ſicut Geneſ. 8.
illa ſignificauit Dei iram iam mitigatam aduerſus genus humanum, poſt diluuium: ita hæc ſignificauit, Deum per Chriſtum placatum iri, & veniſſe Chriſtum afferentem ramum oliuæ, hoc eſt, Dei miſericordiam erga nos. Spiritus Sanctus deſcendit non mutando locum, ſed nec quantum ad effectum alicuius gratiæ, quam Chriſtus non haberet prius; ſed tantum ad ſignificandum ipſum eſſe Chriſtum, qui baptizaturus erat in Spiritu Sancto, & daturus illum.

Et ecce facta eſt vox de cœlo, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui. Sicut perſona Spiritus Sancti manifeſtata fuerat in ſpecie columbæ, propter proprietates ſingulares columbæ; ita & perſona Patris eſt declarata aptè per vocem: nam in diuinis Patrem gignere filium, eſt intellectum paternum dicere verbum æternum. Et circa hoc eſt aduertendum, quòd Matth. refert hæc verba per tertiam perſonam, & pronomen demon-
Marc.1. ſtratiuum. Marc. & Luc. referunt per ſe-
Luc.3. cundam perſonam, dicendo: Tu es filius meus dilectus, &c. Et hoc eſt veriſimile, nempè dictum fuiſſe in ſecundam perſonam: quia duo ſic referunt Euangeliſtæ. Sed quia ſiue per ſecundam, ſiue per tertiam narretur perſonam, eadem eſt omninò ſententia; parum refert ſic, vel ſic referre, cùm idem omninò ſenſus conſtet. Fortaſsis Matth. quia in transfiguratione Matt.17.
vbi ſimilis vox refertur de cœlo facta fuit in tertiam perſonam: voluit etiam hanc referre per tertiam. Secundò nota, licet Matthæ. & Luc. habeant hoc pronomen, mihi; tamen Græcè in nullo Euangeliſta eſt tale pronomen, imò nec in Latina eſt apud Marcum, quinimò ſacrarum literarum phraſis eſt, quæ apud Hebræos eſt peculiaris, iungi cum ablatiuo & præpoſitione, in, id eſt dicere: Deus complacet in filio, vel in nobis. vt Pſal. 149. vbi legimus, Pſal. 149
Beneplacitũ eſt Dño in populo ſuo. Græca & Hebræa habent, & complacet Dñs in populo ſuo; & ita hic in quo complacui.

Vnde

Vnde aliqui exiſtimant pronomen illud, mihi, adiectum eſſe ad maiorem explicationem, ſed ego credo nihil ibi redundare, & Euangeliſtam ad maiorem emphaſim poſuiſſe, quaſi oſtenderet Pater complacentiam illam in filio ſuo peculiarem eſſe, atque ſuper omnes alias cæterorum hominum excellẽtem. Vnde & apud Pe-
2.Pet.1. trum in. 2. epiſt. cap. 1. ſic etiam legitur: In quo mihi complacui.

Quatuor ſunt interpretationes huius lo-
Theophil. ci. Prima Theophil. & Chryſoſt. in quo
Chryſoſt. placeo mihi, id eſt, in quo delector, in quo
Geneſ.1. requieſco. Sic enim & Moyſes loquitur, quando Deus produxit lucem: Vidit Deus quia bonum erat, quod ſignificat complacentiam Dei in opere ſuo; quantò magis ſibi complacere potuit & debuit in Chriſto? Secunda, quæ optima eſt, ſit hæc: In quo mihi complacui, id eſt, in quo mihi nihil diſplicet; ſed quæcunque agit mihi
Ioan.8. ſunt placita, vt & ipſe Dominus dixit: Ego quæ placita ſunt ei facio ſemper. Tertia, in quo placitum eſt mihi. Quid? nempè inhabitare in eo plenitudinem diuinitatis corporaliter, & per eum reſtaurare om-
Ad Col.1 nia. Hæc eſt deſumpta ex Pau. ad Coloſ. 1. Quarta, Ita ipſe mihi placet, vt nemo mihi placeat niſi per ipſum: quia eſt membrum Chriſti. Olim Deus propter peccatum primorum parentum, adeò ſibi diſplicuit in homine, vt diceret: pœnitet me feciſſe
Geneſ.6. hominem. Contrarium modò affirmat: Propter Chriſtum omne genus humanum iam mihi placet. Sed quæritur, an hæc tria ſigna fuerint manifeſta omnibus præ-
Hierony. ſentibus, an tantùm Chriſto. Hieronym.
Thryſoſt. & Chryſoſt. D. Thom. & Caiet. exiſti-
D.Thom. mant non fuiſſe manifeſta omnibus. Pro-
& Caiet. bare nitũtur ex narratione Matth. & Marci, dicentium cœlos apertos fuiſſe, & ipſum vidiſſe columbam; ergo ſolus ipſe vidit. Sed tamen probabiliſsimum eſt, fuiſſe Ioanni, & alijs hæc ſigna manifeſta. Conſtat enim Ioann. vidiſſe columbam, vt patet Ioan. 1. ergo ita vidit, & alia ſigna. Præſertim cùm videre hæc ſigna apparet congruentiſsimum teſtimonio, quod ipſe reddebat de Chriſto. Manifeſtabat illum Iudæis, & tantò meliùs hoc facturus erat, quantò plura ſigna de illo vidiſſet. Quod autem & Patris audierit vocem patet: quia illa ſigna fuerunt Realia, & ſenſibilia: quare qui ea negant fuiſſe manifeſta præſentibus, conſequenter debe-
rent dicere Deum miraculoſè impediſſe ſenſus eorum, nè illa ſigna ſenſibilia ſentiret. Et ſecundò, quia alia ſigna quæ fecit Ieſus volebat, vt multi ea viderent, propter Chriſti dignitatem. Denique ſi ſolus Chriſtus vidit fruſtrà ſunt facta: quia Chriſtus non opus illis habebat, ſed facta ſunt vt Chriſtus manifeſtaretur. Et ad argumenta quæ in contrarium adducta ſunt, reſpondetur duas ob cauſas illud eſſe additum. Primò, vt intelligeretur iſta ſigna facta eſſe propter Chriſtum, & non propter Ioannem. Vnde quod dicit Matthæus: Aperti ſunt cœli, intelligendum eſt, id eſt, ad eius manifeſtationem. Deindè, vt intelligeretur quicunque baptizarentur in Chriſto, oculis fidei viſuros talia ſigna, nempè ſibi aperiri cœlum, ſibi dari Spiritus Sancti dona: & deniq; homines filios Dei fieri.

Sed quæres, quare facta ſunt hæc ſigna in baptiſmo Chriſti. Primò, vt declararetur dignitas Chriſti, per hoc quod appellatur dilect⁹ filius Dei, authoritas Chriſti per hoc quod baptizaret in Spiritu Sancto, quod ſignificauit columba, poteſtas Chriſti aperiendi omnibus Regnum cœlorum. Secunda cauſa, quia baptiſmus Chriſti fuit exordium prædicationis, & conuerſationis eius; ſicuti D. Petrus Act. 1. Act.1.
oſtendit, dicens: Ex quò Chriſtus intrauit, & exiuit inter nos, incipiens à baptiſmo Ioannis. Quare conueniebat vt exordium doctrinæ eius confirmaretur, & corroboraretur multis miraculis, atque prodigijs. Et quia duo ſunt præcipia capita doctrinæ Chriſti, nimirum myſterium ſanctiſsimæ Trinitatis, & Incarnationis. Ideò iſta duo ſunt in baptiſmo Chriſti declarata. Nam Spiritus Sanctus manifeſtatus eſt in ſpecie columbæ Pater & filius in voce, myſterium Incarnationis, in eo quod dicitur, hic eſt. Denotabat enim illum hominem, qui homo appellatur filius Dei naturalis propter vnitatem perſonæ diuinæ. Tertia cauſa fuit, quia hæc tria ſigna valent contra tres blaſphemias, quas contra Chriſtum dicebant Iudæi. Primùm enim dicebant Iudæi: Hunc neſcimus vnde ſit, & hic homo non eſt à Deo. Contra quod eſt; quia cœli in baptiſmo aperti ſunt ei. Secundò dicebant: In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Contra quod eſt, quòd Spiritus Sanctus apparuit ſuper ipſum: vt manifeſtetur, in eius virtute

opera ſua facere. Tertiò, dicebant Iudæi: Hic homo blasfemat: quia facit ſe filium Dei. Contra hoc eſt, quòd auditur vox Patris: Hic eſt filius meus dilectus. Vltima cauſa eſt, vt baptiſmus Chriſti eſſet perfectum exemplar baptiſmi Euangelici, quo omnes fideles erant baptizandi. Noſter baptiſmus in tribus eſt illi ſimilis; in materia, quia vtraque in aqua; in forma, quia in baptiſmo Chriſti facta eſt manifeſtatio Trinitatis; in noſtro eiuſdem Trinitatis inuocatio. Tertiò quoad effectum. Tria illa miracula præmonſtrabant, quòd baptiſmus aperit ianuam cœli. Secundò, baptiſmus donat nobis chariſmata Spiritus Sancti. Tertiò, facit nos filios Dei per adoptionē. Deinde inueſtigandum eſt, cuius ætatis erat Chriſtus cùm eſt baptizatus. Solus Lucas indicauit eius ætatem, ſed obſcurè, & ideò variæ ſunt ſententiæ. Verba Lucæ. cap. 3. ſunt hæc: Erat Ieſus incipiens quaſi annorū triginta. Et loquitur de Chriſto cùm eſt baptizatus. Hæc verba ambigua ſunt. Nam ſi dixiſſet erat Ieſus triginta annorum tantùm, fuiſſent etiam ambigua: quia ambiguum fuiſſet an Chriſtus eos iam compleuiſſet, an tantùm inchoaſſet, & ſic tunc agebatur triceſimus annus, quot menſes præterierant. Quantò magis obſcurè dictum eſt: Erat incipiens quaſi annorum triginta?

Luc. 3.

Pro quo notandum eſt, quòd illa particula, quaſi, Græcè eſt, oſi, id eſt, tanquàm, vel, quaſi, fermè. Quæ tamē tripliciter poteſt ſumi. Nam vel ſignificat id quod eſt propè initium eiuſdem, vel quod eſt poſt expreſſum numerum proximè. V. g. dicitur, Chriſtum fuiſſe fermè triginta annorum. Poteſt intelligi primum, vt tunc inceperiſſet triceſimum annum. Secundò, vt eſſet propè finem. Tertiò, parum abfuiſſe ab explendo triceſimo anno. Vel etiam vt ſignificet Chriſtum iam expleuiſſe, ſed parum anteà expleuerat. Et licet hic poſtremus modus videatur durus & inuſitatus: tamen in Scriptura habetur, vt Exod. 12. vbi dicitur: Hebræos qui egreſſi ſunt ex Ægypto fuiſſe ferè ſexcenta millia: conſtat autem ex lib. Numer. fuiſſe paulò plures quàm ſexcenta millia. Nam fuerunt inſuper tria millia quingenti & quinquaginta; præter occiſos circa montē Oreb, propter adorationem vituli, & præter Læuitas, qui non erant numerati. Hinc exorta eſt varietas opinionū. Prima Epiphanij lib. 2. contra Hæreſ. hæreſi. 50. dicentis Chriſtū natum eſſe ſexto die Ianuarij, & baptizatū ſexto die Nouembris, expletis. 29. annis integris, & decem menſibus anni triceſimi. Vnde quod Luc. ait, ſic interpretatur ipſe fuiſſe propè exitum triceſimi anni. Hanc ſententiam probat Ianſen. cap. 14. concordan. Et affert pro ſe Iræneū, quaſi ſentientē idem. Sed in tertia opinione probauimus, non ſic ſentire Iræneum. Primò Epiphanius dicit, Chriſtum natum. 6. die Ianuarij; & hoc eſt contra antiquam Eccleſiæ traditionem, vt ait Auguſt. lib. 4. de Trinitate. c. 5. Alterū eſt baptizatū eſſe Chriſtum ſexto die Nouembris: nam fuiſſe baptizatum ſexto die Ianuarij eſt receptum in Eccleſia poſt tempora Auguſtin. nam eius tempore non erat hoc adeò certum. Ipſe tamen ſerm. intra Octauas Epiphaniæ, qui eſt. 37. de tempore dicit, ſecundum traditionem maiorum incertum eſſe, quid horum contigerit ſexto Ianuarij, vel adoratio Magorum, vel baptiſmus Chriſti, vel mutatio aquæ in vinū, quem ſequitur Maximus ſerm. de Epiphania. Tertium autem, quod dicit Epiphanius Chriſtum baptizatum propè exitum triceſimi anni, non videtur poſſe ſuſtineri. Nam ei videtur obuiare participium illud, incipiens, quod eſt apud Lucam, maximè ſecundum eius interpretationem, qui participium refert ad ætatem Chriſti. Secunda opinio eſt, Chriſtum fuiſſe triginta annorum, cùm venit ad Baptiſmum, & inſuper tredecim dierum. Vnde illud, quaſi triginta annorum, exponitur, id eſt, paulò poſt triceſimum annum. Ita Beda libro de ratione temporum, cap. 45. & videtur eſſe in eadem Bernard. ſermone. 1. de Epiphan. Ait enim Chriſtum, cùm iam impleuiſſet triginta annos, baptiſmū accepiſſe à Ioanne. Chryſoſt. etiam homil. 10 in Matthæ. dicit: Venit Chriſtus poſt triginta annos ad baptiſmum. Eodem modo loquitur Euthimius ſuper tertium caput Matthæi. Lyra ſuper tertium Lucæ, hanc opinionem attribuit Auguſtino, licet non ita facilè reperiatur in eo. Nam libro. 2. de doctrina Chriſtiana, cap. 28. (quem locum multi adferunt.) Auguſtinus ait, Chriſtum cùm eſſet ferè triginta annorum fuiſſe baptizatum. Sed hæc ſententia ob duas cauſas reijcienda eſt. Primò, quia ſecundum eam neceſſariò fatendum eſſet, Chriſtum vixiſſe 34. annos. Nam poſt baptiſmum conſtans eſt prædicaſſe tribus annnis, & dimidio, & nos

Epiphan.

Ianſnn.

Iraneus.

Auguſt.

Maximus

Beda.

Bernar.

Chryſoſt.

Euthim.

Lyra.

Auguſt.

& nos oſtendemus infra, Deo dante, non, vixiſſe Chriſtum niſi triginta duos annos & prope dimidium. Altera cauſa eſt quæ nunc vrget. Quia Chriſtus Dominus natus eſt. 42. anno Imperij Auguſti, (& hoc etiam fatetur Beda, libro de ſexta ætate mundi, & ferè omnes) Baptiſmus autem fuit anno 15. Tiberij Ceſſaris, vt refert Lucas, à quadrageſimo autem ſecundo Auguſti, vſque ad quintum decimum Tiberij, non fluxerunt niſi viginti nouem anni integri, ergo tunc fuit baptiſmus. Nam Auguſtus (iuxta omnes hiſtoricos) non imperauit quinquaginta ſex annos integros. Sed Beda deceptus eſt ſequutus Ioſephum in cōputatione annorū Auguſti, in quibus errauit. Tertia opinio & probabilior eſt; Chriſtus cùm eſt baptizatus inchoauit. 30. annum: tantum per tredecim dies. Nam vigeſima quinta Decembris expleuerat vigeſimum nonum, & ſexta die ſequentis Ianuarij eſt baptizatus: quare verba Lucæ ſic interpretatur, parum aberat ab initio triceſimi anni, & probatur hæc opinio. Primò illud, quaſi, non poteſt intelligi, niſi tripliciter, aut quod eſſet propè finem triceſimi, aut quod eſſet paulò poſt finem triceſimi; aut quod eſſet in initio triceſimi: ſed priores duos modos refutauimus, ergo tertius probandus eſt, & authoritate probatur. Nam Clemens Alexand. 1. libro Strom. Tertul. 1. libr. contra Iulian. Africanus. lib. 5. annalium, vt commemorat Hieronymus ſuper cap. 9. Dan. Lactan. lib. 4. diuin. Iuſtit. cap. 10. affirmant Dominum Ieſum baptizatum eſſe initio triceſimi anni, & ſic interpretantur verba Lucæ, & præter eos Ireneus quem pro ſe citat Ianſenius libro. 2. contra hæreſes. ca. 39. ait: Venit Chriſtus ad baptiſmum, cùm non impleuiſſet 30. annos. Erat enim incipiens eſſe triginta annorum, vnde patet noſtra potius ſententiæ fuiſſe Ireneum. Euſeb. lib. 1. hiſtoriæ, c. 10. ait: Incipiebat agere triceſimum annum cùm eſt baptizatus Dominus. Idem Ignatius, vt Iuſtinus martyr refert in Dialogo cū Triphone: & probatur. 3. quia Lucas id videtur oſtendere cùm ait: Erat incipiens quaſi annum triceſimum, & ſi inſtes adhuc: Quid ſibi volunt in Euangelio illa verba incipiens, & quaſi? Nam videtur alterum ſufficere? Reſpondetur primò: vt illud incipiens, non coniungatur cum ſequentibus, ſed abſolutè ſumatur ſtans pro ſe, vt ſit ſenſus: Erat incipiens quaſi, id eſt, quādò Chriſtus venit ad baptiſmum, erat quaſi triginta annorum, tamen quia plerique patres illud, incipiēs, cōiungunt cum ſequentibus. Reſpondetur ſecundò quod illud, incipiens, non debet coniungi cum particula, quaſi, ſed cum genitiuis, triginta annorum, vt ſit ſenſus. Erat Chriſtus quaſi triginta annorum, & conſultò Euangeliſta, adiungit participiū, incipiens, vt contrahens illam particulam, quaſi, ad inſinuandum initium triceſimi anni. Et hoc apertius in exemplaribus Græcis eſt, vbi incipiens, ponitur poſt quaſi, vnde ſic ſonant verba Græca: Erat quaſi triginta annorum incipiens, & ſi ſecūdò inſtes quid dicendum ſit ad teſtimonium Chryſo. Euthim. & Bernard? Reſpondetur voluiſſe dicere, quod poſtquam ingreſſus eſt triceſimū annum baptizatus eſt. Nam hoc modo loquitur Scriptura. Marc. cap. 18. dixit Chriſtus: Poſt tres dies reſurgam, & tamen reſurrexit tertia die. Et Lucę. 2. dicit, quod poſtquam conſummati ſunt dies octo, circunciſus eſt Ieſus: hoc eſt die octauo: Sic & ſancti illi dicunt conſummatis triginta annis, id eſt, triceſimo anno.

Beda.

Clemens Alexan.

Tertulia.

Affrica.

D. Hier.

Lactan.

Ireneus.

Ianſenius

Euſebius.

Ignatius.

Iuſtinus.

Marc. 18.

Luc. 2.

Sed iam ad ea, quæ ad mores attinent properemus. Si primum omnium baptiſmi noſtri virtutem omnibus fidelibus, qui ipſum recipiunt manifeſtam demus: vt magnifacere ſciamus theſaurum iſtum gratiæ, ac donorum cœleſtium, quem in Eccleſia Dei habemus: nempe fontem iſtum aquæ viuæ, qui de latere Chriſti in cruce pendentis exiuit, quem Ezechi. cap. 47. vidit egredientem de altari à latere dextro: quoniam ex latere Chriſti, quia altare thymiamatis eſt, (quia Deo maxime placuit,) & altare etiam holocauſtomatum, (quoniam in ſacrificium, & holocauſtum pro nobis oblatus eſt) exiuit hæc aqua ſalutaris, quæ omnes ſordes peccatorum lauat, ſecundum illud quod ipſe promiſerat per Prophetam dicēs: Erit fons patens domui Iacob, in ablutionem peccatoris & menſtruatæ. Et Ioel vidit fontem irrigantem torrentem ſpinarum, id eſt, multitudinem peccatorū abluētem. Circa quod ſciendum quod quia homo erat rebus ſenſibilibus affectus, quarū amore captus diuinum præceptum neglexerat, voluit Deus in ipſiſmet rebus, quas amore proſequebatur anthidotum & medicinam contra peccati ægritudines, apponere, ac ſi peritus ac prudens medicus, in illiſmet cibis quibus infirmus affectus eſt, medicinas ſuæ ſaluti proficuas miſceret. Vndè, in aqua qua maxime vtitur homo, in balſamo cu-

Moralitas ſeu cōcio Enhomiū baptiſmi.

Ezech. 47

Zacha. 73

Ioel. 3.

Simile.

cuius odore afficitur, in pane, & vino, in oleo & in cæteris rebus, quibus & vtitur & afficitur homo, ſuæ ſalutaris gratię appoſuit Deus medicamenta. His quippe, rebus tanquam materia ſacramenta conſtant. Quare ijſdem rebus quibus abſtractus fuit, à demo neque captus eſt homo, ijſdem, inquam, ipſum ad ſe atrahere atque capere niſſus eſt Deus: Nam ſicut in cibo illo viſibili, quem
Geneſ.3. homo contra Dei præceptum ſumpſit inuiſibiliter virulentæ ſerpentis venena latebant: ità in his viſibilibus rebus, quibus tanquam ex materia ſacramenta conſtant: inuiſibilis gratiæ effectus quo ab illo veneno ſanus fit homo occultatur. Quare ſacramentum baptiſmi, verbi gratia, eſt quaſi ha mus, per quem Chriſtus piſcatur, & capit
Simile. homines, & trahit ad ſe. Quia in hamo eſt aliquid viſibile, nempe, cibus, & aliquid occultum, ſcilicet, hamus; ita in baptiſmo eſt aqua viſibilis, & ſuſcipiendo aquam exteriùs, anima interiùs capitur gratia, & efficitur Chriſti. Sed quoniam ſolus Deus hunc inuiſibilem effectum conferendi gratiam, & remittendi peccata conferre poterat ſenſibilibus rebus: Aduertendum inſuper eſt,
Exo.5. quod ſicut virga Moyſi in manu eius tot fecit ſigna ac mirabilia in rebus ſenſibilibus, & præcipue in aquis. Sic humanitas Chriſti in manu Dei, hoc eſt, diuinæ vnita perſonæ, voluit tot miraculoſos effectus, aquis
Exo.5. rebuſque ſenſibilibus conferre. Proijecit Moyſes virgam ſuam in terram, atque in ſerpentem verſa cæteras virgas, quæ in ſerpentes mutatæ fuerant Magorum Pharaonis deuorauit. Virga hæc, per quam Deus tot prodigia operatur humanitas Chriſti eſt, de qua Pſalmiſta dixerat: Virgam virtu
Pſal.109. tis tuæ emittet Dominus ex Syon; quam humanitatem Chriſti quæ fuit veluti inſtrumentum diuinitatis, qua multa miracula patratus eſt, de cœlo allatam dicimus: eò quod licet in terra generata fuerit in puriſsimis Mariæ viſceribus, tamen quoniam hæc generatio Spiritus ſancti obumbratione facta eſt, ideo, cœleſtem eam ac ſupernam aſſere re licet. Hæc ergò virga in terram proiecta dicitur: quoniam ſuper nudam terram ex vtero effuſa eſt, & in præſepio reclinata, ac in terram, in horto coram Patre prouoluta. Multa tamen prodigia per eã Deus operatus eſt, alias enim deuorauit ſerpentes: quoniam colubrum illum tortuoſum, ac ſatellites eius deuicit; & nobis ſerpens effectus eſt, qui in deſerto Caluarię eleuatus; aſpicientes in eum à ſerpentium ignitarum morſibus liberamur. Virga ſua Moyſes Exo.5.
aquas conuertit in ſanguinem, hac virga Chriſtus virtutem ſui ſanguinis eis contulit, vt poſsint peccata remittere; quam ex ſe habere nullatenus poterant. Et ſicut Moyſes cũ virga illa aquas maris Rubrij diuiſit Exo.24.
aperiens viam, qua filij Iſraël tranſirent liberati adterram promiſsionis; ſic in aquis baptiſmi, per ſanguinis ſui meritum aperit nobis viam, qua tranſeamus ad gloriã. Nam Roma.6.
datur in baptiſmo nobis gratia, quæ eſt via ad vitam ęternam, ſecundum illud gratia Dei vita æterna. Cæterum has virtutes miracula atque prodigia virga Moyſi operabatur, cum in manu ipſius Moyſi à qua talem ſortiebatur virtutem erat, ſic humanitas Chriſti hæc magna opera faciebat, in quantum inſtrumentum erat diuinitatis vni ta verbo, in vnitatem perſonæ. Et ſicut quã Ioan.5.
do Angelus mouebat aquas illius piſcinæ, quam refert Ioann. cap. 5. tunc accipiebant aquæ illæ virtutem ſanandi infirmum, à quacumque detineretur infirmitate; ſic per motionem Chriſti, qui eſt Angelus conſilij aquæ hanc accipiunt poteſtatem liberandi animam, a quocumque detineatur peccato. Nunquid ſerra virtutem habet faciendi ſcamnum? Minimè gentium. Sed quia artifex ſua manu eleuat eam, atque mouet, Simile.
prout vult ad formam ſcamni dicitur ſerra facere ſcamnum. Sic nec aqua ex ſe virtutem habet ad dimittenda peccata: ſed quia Chriſtus ſacramentorũ inſtitutor, qui & peccata remittere poteſt, eam vt inſtrumentũ ſumit, eleuat illam, vt peccata remittat, ſuaque arte mouet ad tantum effectum. Quare ſacramenta artificiata quædam ſunt à Chriſto Domino confecta, vt inſtrumenta ſint noſtræ iuſtificationis. Vnde Auguſtinus D. Auguſt.
ait: Accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum. Ecce Dei artificium. Cùm enim aqua ſordes animæ abluere non valeret; adiunctis verbis, quæ à Chriſto hanc habent efficatiam, efficitur ad artificium quoddam, quo animæ maculæ deleantur. Quo circa & ipſe Auguſtinus addit: Quæ Auguſt.
eſt iſta tanta virtus aquæ, quę corpus tangit & cor abluit? A quo habet? A Chriſto artifice, qui ei hanc communicauit virtutem. Poteſt ne aqua calefacere, ſi ſecundũ ſuam conſideretur naturam? Nihil minus: Imò Simile.
eius qualitas frigiditas eſt. Tamen ſi ad ignem applices eam, imprimit illi ſuum calorem, quo & alia calefacere poſsit, & alios ignis

ignis effectus producere licet videantur eſſe contra ſuam naturalem virtutem, ſaltim ſunt ſupra illam. Sic aqua quia ignitus ille carbo, nempe, Chriſtus, noſtræ humanitati coniunctus, in illas intrauit, virtutem calefaciendi animas calore gratiæ ac charitatis
D. Hier. illis impreſsit. Prius malitia comparabatur aquę ſecundũ illud Hiere. Sicut frigidam facit ciſterna aquam ſuam, ita frigidam fecit malitia animam tuam. Nunc autem talem eis virtutem confert Chriſtus, vt ſupra ſuã naturã ad ſpirituales eas eleuet operationes talemque eis imprimit calorem carbo hic
Simile. ignitus, vt & animas calore gratiæ afficiant, & ab eis maculas diluere valeant. Quoniã ſi videmus aquas eo quod per venas ac mineralia calida tranſeunt, virtutem calefaciendi ac ſanandi eos qui in eis abluuntur accipere, quare aquæ Iordanis, quæ per hũc gratiæ fontem tranſierunt, atque ex latere ſuo tanquam ex vena prodierunt, non ſortientur virtutem animas, quæ in eis abluuntur ſanandi, atque calefaciendi? Ipſe enim Dominus Chriſtus ille eſt, qui adinuenit aquas calidas in deſerto, cum paſceret aſi-
Geneſ.36. nas Patris ſui, vt legitur Geneſ.36. Nã Chriſtus Dominus veniens ad paſcendos homines verbo, ac doctrina ſua, qui in iumenta de genereuerant (vt Pſalmiſ. dicit:) Has aquas
Pſal.47. calidas adinuenit, quibus noſtris mederetur languoribus. Atque ita adimpleuit Eſaię de
Eſai.64. ſiderium qui cap.64. clamabat dicens: Vti
Geneſ.1. nam aquæ arderent igni. Quod & à principio nobis inſinuatum eſt, cùm dicitur poſt mundi formationem, quod Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Vbi alia litera dicit: Incubabat, vel fouebat aquas, illis calorem ac virtutem incipiebat conferre, quibus animabus iuſtitiam ac gratiam communicarent. Sed tamen vt diximus hanc ſortiuntur virtutem, à Chriſti motione & vir-
Ariſt. tute. Certum eſt (ait Ariſto.) cœlum ac ſolem ſuis motibus omnia generabilia producere, non ſolum ea, quæ non viuunt, verum
Simile. etiam vegetatiua ac viuentia. Quod ſi quæras: Quomodo ſol ac cœli qui vita carent, eam conferre poſſunt viuentibus, cum prouerbium certum ſit, neminem dare quod nõ habet? D. Thom. reſpondet, quod ſol, & cœli licet ipſa viuentia non ſint: tamẽ quia coniunguntur Angelo cœlorum motori qui viuẽs eſt, hãc ab eo accipiunt virtutem, vt viuentia generent, etiam ſi ipſa vita careant. Sic aqua ac cæteræ res ſenſibiles, quæ materia ſunt ſacramentorum, per ſe non valerent ſpirituales effectus conferre, cum ipſa corporalia ſint; niſi ab hoc magni conſilij Angelo, ad tales mouerentur effectus. Et ideo dicitur Chriſtus ſol iuſtitiæ: quoniam propter vnionem carnis ad verbum ſortitur virtutem iuſtificandi animas. & ideò hodie aquas ingreditur; vt ſuo mundiſsimo tactu, ac motione tales ei virtutes communicet, quales nec ipſę aquæ habebant, nec Ioannes Baptiſta eis conferre vllatenus valebat. Dion. Discrimẽ inter baptiſmũ Ioãnis & Chriſti.
Accipe optimum diſcrimen inter baptiſmum Ioannis & Chriſti. Diony. dicit ſupremum infimi attingit infimum ſupremi: vt homo in ſuo ſupremo, hoc eſt, in mente, in qua ſimpliciter ac ſine diſcurſu principia veritatum accipit, attingit infimum ſupremi, nempe, modum intelligendi Angeli, qui ſine diſcurſu res intuetur, qui tamen infimus eſt inter ſupremas ac intellectuales creaturas. Igitur inter baptiſmata infima erant ea, quibus Phariſei vtebantur, quorũ ſupremum fuit Ioannis baptiſma: Cęterum ſupremum inter omnia baptiſmata fuit baptiſmus Chriſti, cuius infimum erat carnis ablutio: Sed quoniam baptiſmus Ioann. qui erat ſupremus inter infima baptiſmata illius populi attingebat hoc quod eſt lauare corpus, quod tamen infimum erat in batiſmo Chriſti, qui etiã animas abluebat; ideo de illo hoc verificatur quòd ſupremum infimi attingit infimum ſupremi. Hæc autem virtus quam Chriſtus contulit aquis multipliciter olim inſinuata fuerat, vt refert D. Hieronym. tom.2. in Epiſtola ad Occanum Hiero.
his verbis: Cùm nondum ſol, aut luminare aliquod cœlum & mundum illuſtraret; ſolus Spiritus Dei in aurigæ modum ſuper aquas ferebatur; & naſcentem mundum in figura baptiſmi parturiebat, cum adhuc incompoſitus erat. Aquæ etiam ſunt ſuper cœlum; & faciunt cœlum chriſtalinum. Et
Ezech. Ezech: Chriſtallum ſuper Cherub videt ex
Geneſ 1. tentum. Primum de aquis quod viuit egreditur, & pennatos fideles de terra ad cœlos leuat. Fons Paradiſi in quatuor flumina, qui
Ezech.47 poſtea egrediens de templo, & contra ſolis ortum vadens, amaras aquas mortuaſque viuificat: peccat mundus, & ſine aquarum diluuio non purgatur; ſtatimque columba Spiritus ſancti, expulſo alite teterrimo ita ad Noë quaſi ad Chriſtum in Iordane deuolat, & ramo refectionis ac luminis, pacẽ orbi annuntiat. Pharao in typo baptiſmi ſuf Exod.14.
focatur, & de eo dicitur in Pſalm. Tu confir Pſal..73.
maſti in virtute tua mare; cõtribulaſti capita draco-

draconum in aquis:tu cõfregiſti capita draconis, vnde reguli & ſcorpiones arentia
Geneſ.21. & 26. quæque ſectantur, & poſt quam ad aquas venerint limphaticos faciunt. Abraham & Iſaac puteos fodiunt repugnantibus allophilis, & Berſabeę ciuitas iuramenti, regnumq; Salomonis nomen ſumit à fontibus. Rebec-
Geneſ.24 & 29. ca inuenitur ad puteum, Rachel propter aquas ſupplãtatoris oſculo ſalutatur. Moyſes filias Sacerdotis Madian; aperto puteo
Ioan 3. ab iniuria vindicat, Baptiſta iuxta Salim,
Matth.4. id eſt pax, populos in aquis parat. Poſt bap-
Ioann.2. & 5. tiſmum prædicat Chriſtus, appropinquare regnum cœlorum. Primum ſignum in aquis
Ioan.19. facit. Samaritana vocatur ad puteum; quia ab aquis cœperat in aquis finit, latus Chriſti percutitur lancea; & baptiſmi, atque martyrij pariter ſacramenta funduntur. Et tom.
D. Hiero. 4. ſermone de Epiphania declarat Pſal. 28:
Pſal.89. ad hoc propoſitum dicens: Vox Domini ſuper aquas; quando dixit Dominus Ioanni: Sine modo, & Deus maieſtatis intonuit;
Abach.3. cum Paterna vox eſt audita, quæ dixit: Hic eſt filius meus dilectus. Vox Domini confringentis cędros: quia in baptiſmo dęmones demolliti ſunt. & dilectus quemadmodum filius vnicornium: quoniam Chriſtus eſt filius crucis, de quo dicitur, cornua in manibus eius, & poſtquam crucifixus eſt, vox eius tanquam intercidentis flammam ignis, intellige gehennę, vox Domini concutientis deſertum: quia fecit commoueri gentilitatem, vt pareret tot filios deſertum, Cades, id eſt, ſanctitatis. Nam quæ non habuerat ſanctitatem cœpit parere ceruos, qui demoliuntur ſerpentes; hoc eſt, ſanctos agi
Marc.vlt. les ad ſaliendum in vitam æternam, qui & venena contemnunt, nam & ſi mortiferum quid biberint non eis nocebit. Dominus diluuium inhabitare facit, id eſt, multitudinem baptizatorum. Quare conſummatum eſt tabernaculum (quoniam hoc tali titulo prænotatur Pſalmus) quoniã Eccleſia ex viuis lapidibus ędificata eſt, qui per baptiſmum efficiuntur eius, hactenus
Simile. Hieronymus: Rectè autem per aquam fit baptiſmus; quoniam ſicut per aquam abluitur corpus exterius; ita ſignificatur quod tota anima abluitur interius. Item, ſicut aqua eſt clara, & diaphana, & ſuſceptiua luminis, ita ſignificatur quod anima intrà illuminatur, & effugantur omnes tenebræ ſpirituales. Item ſicut aqua eſt per ſuam frigiditatẽ refrigeratiua, ſignificatur quòd intrà refrigeratur concupiſcentia carnis, quæ animã inficiebat per libidinoſum calorem. Datur etiã intelligis quod anima recipit refrigerium à pœna æterna; ad quam per peccatũ quod ibi debetur obligata remanſerat. Itẽ, ſicut ablutio fit in capite, & inde ad totum corpus diffunditur: ita ſignificatur plenaria remiſsio omnium peccatorum, tam quoad culpam, quam quoad pœnam; ita quod in- *Aliá moralitas ſeu contio.*
ter animam & Deum, iam nullum intermediet obſtaculum, quin anima recto itinere ad eum pergat, quod etiam ſignificauit apertio cœlorum. Igitur ad ſanctificandas aquas & viuificandas, vt & ipſe viuificare animas poſſent; venit hodie à Galilea in Iordanem ad Ioannem, vt baptizetur ab eo. Per triginta ferè annos ignotus hominibus vixerat Chriſtus, vt ſuo nos exemplo inſtrueret, paruipendendam eſſe hominũ opinionem ac notitiam, & ſi enim per to- 2.Cor.4.
tam vitam ignotus illis fis, ſi tamen Dei tibi pares notitiam, nihil refert. Parum quippe tibi proderit notitia, vel bona opinio hominum. Mihi pro minimo eſt (ait Paulus) vt à vobis iudicer, aut ab humano die; qui enim iudicat me Dominus eſt. Corã Deo notus ſis: hominũ ſcientia p nihilo cõputãda eſt. *A Galilea in Iordanem ad Ioannem.* Nomina communia poſuit. Non dixit à Nazareth (quo ipſe cum parentibus vitam agebat) in Bethaniã vbi morabatur Ioannes, ſed communioribus vſus eſt verbis: vt ſtatim inſinuaret aliquod ibi latere myſterium. Galilea rota interpretatur Iordanis deſcenſio, ſiue iudicium. Reliquit ergo Galileam, hoc eſt, mundum, qui velut rota voluitur, & eius incolas, cùm quibus vſque ad id temporis fuerat ſuas veluti diſsimulando virtutes; & venit ad locum deſcenſionis & iudicij. Venit adimplere omnem iuſtitiam: deſcendendo ad talem humilitatis gradum, vt non ſolum ſuperiori vel æquali, verum & inferiori ſe ſubijceret. *Venit ergo à Galilea in Iordanem ad Ioãnem.* Ad quid bone Ieſu ad Ioannem venis? Nonnè conueniẽtius eſſet vt ipſe ad te veniat, te quærat tanquam ſeruus Dominum, tanquam miles Imperatorem? Cur tu ad illum pergis? *Vt baptizaretur ab eo.* Ad hoc venit, vt baptiſmum ab eo recipiat, erudiẽs nos; vt ſacerdotes Dei ac miniſtros omni diligentia quæramus: vt ab illis Dei ſacramenta recipiamus. Tu debes ad ſacerdotem ire, non ille venire ad te. Vult in hoc damnare hominum ſuperbiſsimam amentiam ac inſaniam, qui miniſtros Dei ad ſe vocant, vt ab illis vel rem ſacram audiant; aut ſacramẽtum

tum aliquod recipiant, eo Imperio ac ſeueritate, ſicuti mancipio ſuo imperant, vt equum paret, exiſtimantes ſe alicui gratiã
Simile. præſtare, quia illi volunt confiteri, cum potius ab eo ſumum in hoc miniſterio beneficium accipiant. Perinde enim eſſet me tibi obnoxium eſſe putare, quia mihi tua cõfiteris peccata, ac ſi diceres tuum me exiſtere debitorem, quia tuum emundaui ab ſtercore ſtabulum, & veluti ſporta foras extuli tuæ domus immundicias. Quid enim aliud confeſſor facit, niſi ſentinam tui cordis emundare? Ecce Chriſtus ad Ioannem venit, vt abeo baptizetur, & tu in domum tuã vocas ſacerdotem, vt in cubiculo tuo rem ſacram faciat, & corpus ac ſanguinem Chriſti conſecret, ac offerat Deo? O certè ſacrilegium infandum: Olim nec vnus quidem turtur extrà templum offerri fas erat inter Iudæos; & hodie inter Chriſti cultores corpus & ſanguis eius extra templum, in domo tua tuis immundicijs, ac ſceleribus fœdata, ſatagis vt offeratur. Satius eſſet miſſam nõ audire (ſi rationabilis extat cauſa) quam talem irreuerentiam tantis ſacramentis irrogare. Sed tu, ò ſacerdos Dei miniſterio ſacratus, cur ob vilem obolum ſacrum miniſterium tuum contemnis? Munus tuum eſti
4.Reg.5. mare diſce, memento quomodo Propheta Eliſeus nec exire ad Naamam Regis Syrię Ducem dignatus eſt, ſed per ſeruulum ſuũ loquutus eſt ad eum: Nec id ſuperbia elatus fecit, ſed vt miniſterium, quod à Deo habebat dignificaret. Sic deberent hodie ſacerdotes, ac miniſtri Dei facere: niſi eos, vel rerum temporalium cupido, vel mundanus metus ad placendum ſeculo coarctaret. *Ioannes autem prohibebat eum dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?* Vt Ioan. vidit Saluatorem ſuum ac Dominum coram ſe prouolutum, vt baptizaretur ab eo, contremuit, nec audet tangere Sanctum Dei vertice m, ſed clamat cum timore: Sanctifica me Saluator. Prohibebat eum tàm manu
Simile. quam lingua; ne ſic tanta Maieſtas coram ſeruulo ſe deprimeret. Videtur mihi hæc Ioan. ac Chriſti de humilitate contentio, ac ſi duo viri fama præclari, cùm alter alterius clara facinora audit, protinus deſiderant ſe videre, quinimo & periculum ſuæ virtutis vnus cum altero facere. Duos homines tunc terra tenebat; quos ad totius mundi reformationem elegerat Deus, hi Chriſtus erant & Ioannes. Audierat vterque alterius egregia facta: & ecce videre ſe mutuo cũm concupiſcerent aſſequutum vtriuſque deſiderium. Imò iam inter ſe conferunt manus de humilitate decertantes. Chriſtus audierat Ioannem dixiſſe ſe non eſſe dignum ſua calceamenta portare. Chriſtus dicit: Tu dicis quod nod eſt dignus meos calceos tangere, ego te faciam dignum, vt & verticem tangas. Si nec ad pedes meos iacere dignũ te eſſe exiſtimas; ego te ſuper caput meum ſublimare conabor, vt ſcias te non ſolùm nõ poſſe de humilitate mecum contendere; quinimo à me eam debes diſcere, qui mitis ſum & humilis corde. Eia bone miles Ioannes magno in periculo te verſari video, non palmam certe ex tanto certamine feres. Minime; quoniam ipſe prohibebat eum dicẽs: *Ego à te debeo baptizari.* Non hoc tuam condecet Maieſtatem, Deus coram homine, Dominus ante ſeruum genua fletere, ac batizari velle. Sed ècontrà ego à te debeo baptizari, & coram te prouolutus iacere. Maior
Ioan.13. hæc concertatio eſt illa, quam Petrus cum eodem Domino geſsit, cùm eius pedes lauaret volebat Chriſtus, & Petrus renuens dicebat: Domine tu mihi lauas Pedes? Quoniam quod homo à Deo lauetur condecens eſt, ipſe quippe eſt qui noſtra facinora expurgat: Cæterum quod Deus ab homine abluatur, hoc mirabilius eſt: quoniam ipſa mundicies quę modò ab immundicie lauari poterat? Et ideo Ioannes prohibebat eum dicens: *Ego à te debeo baptizari & tu venis ad me?* Sed altero ictu ipſum proſternuit Chriſtus dicens: *Sine modò, ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam.* Modò Subijcete mihi, vt à te baptizer; alia vice fiet quod tu vis, vt & ego baptizem te. Vel modò dimitte me, vt humilitatis exerceam officia, hoc enim tempus meæ humilitatis eſt, veniet dies quando in nubibus cœli, cum poteſtate magna & maieſtate veniam homines iudicaturus. *Sic enim decet nos implere omnem iuſtitiam.* Et ego eã quamdebeo Patri; qui me miſit modò, vt omnibus ſpecimen humilitatis exhibeam, & tu eam quam mihi debes meam exequendo voluntatem. Nec enim minoris virtutis eſt honorem à Deo exhibitum acceptare, quam illum quem ipſe nõ dat deteſtari, & ideo ſine modo, vt vterque ſuam iuſtitiam impleat, vel: *Sic decet nos implere omnem iuſtitiam.* Hoc eſt, cũ humilitatis virtute omnium virtutum adimplentur officia: nam ſine illa vana ſunt & inania, cuiuſcumque virtutis opera. Implere quippe id ſignificat, quod vacuũ eſt adimplere;

Ergo

Ergò ſine humilitate virtutum opera vacua ſunt, & ita verum eſt. Nam ſi mulier honeſta ſit, ſuperba tamen, honeſtas eius vanitas facta eſt. Si abſtinens & præſumptuoſa, vana temperantia eius eſt. Si multum orationi vacans, & humiliando corpus cor tamen eius ſuperbè erigitur: vacua & inſania plena oratio eius eſt. Igitur cum humilitate plena virtutum opera ſunt, ſicuti ſine illa vacua. *Tunc dimiſit eum*. Hic conſideremus Chriſtum Dominum ingredientem Iordanis fluuium; non ſicut particularem perſonam, ſed ſicut vniuerſalem, hoc eſt, caput cum ſuis membris; quæ membra nos ſumus, in quorum nomine baptiſmi gratiam petere venit. Gratiam quippe ſolus Deus petere non poterat: quoniam ea non indiget, purus homo eam conſequi non merebatur, accedat ergo Deus & homo ſimul ad baptiſmatis gratiam, quam vt homo poſtulare poſſet, largiri autem eam vt Deus. Poſtulet homo, largiatur Deus, & quod Deus petere non poterat poſcat homo, & quod homo nec mererinec dare poterat largiatur Deus, vt ſic impleatur omnis iuſtitia, nempe & Dei iuſtitia & hominis. Nam hominis cum Deo iuſtitia conſtare non poterat, propter peccatum & inæqualitatem; ſed homo in Chriſto hanc aſſequitur iuſtitiam cum Deo, & meretur id quod antea mereri non poterat, & in illo hominis iuſtitia adimpletur. Quare vocat eum Paul. iuſtitiam noſtram in abſtracto: quoniam plenã in illo iuſtitiam habemus cùm Deo. Ita quod opera facta in charitate Chriſti; de rigore iuſtitiæ augmentum gratiæ, & vitam merentur æternam. Adimpleatur etiam iuſtitia Dei, quam pleniſsimè exequutus eſt in Chriſto, conferendo per eum nobis id quod toto iuſtitiæ rigore meruit. Igitur in membrorum loco, hodie Chriſtus Iordanis aquas ingreditur ſanctificaturus eas, vt noſtram poſsint efficere ſanctitatem, lotuſque eſt in eis, non maculas ſuas quas nec habuit nec habere potuit, ſed noſtras (quæ in illis aquæ guttulis defluebant) lauet, vt ait Ambroſius, O prorſus fœlices aquas Limphaſque beatas, quæ Dominum omnium tangere meruerunt, taleque miniſterium Creatori ſuo, qui verbo eas creauerat exhibuerunt. Quod ſi in eis rationis vſum fingere licebit, videtur mihi magnam inter eas controuerſiam futuram, quales nunc ex eis talem exhiberent famulatum Creatori. Illę namque quæ properantes præcedebant, retrocedere vellent, ſicut in Ioſue tempore, aquæ Iordanis conuerſæ ſunt retroſum, vt ipſe eſſent quæ factori ſuo deſeruirent. Quæ autem ſequebantur alias propellebant velociter; vt ipſę eſſent quæ mundiſsimas Creatoris ſui carnes abluerent. Fœlix vtique imò fœliciſsimum elementum aqua, tactuque mundiſsimę carnis Chriſti conſecratum, quod talem in nobis operatur effectum; in eius nomine, qui eas ſuo tactu ſanctificat: vt nos regeneratos & mundos, ex inimicis Dei & filijs iræ, in amicos & filios Dei transferant. Videtur mihi certè quoties iuxta aquas Chriſti fidelis tranſit, taleque elementum aſpicit; eas benedicere debere, quæ talem ac tantam virtutem in eius anima operatæ ſint. O benedicta flumina, quæ à Chriſto Domino conſecrata, veterem illam maculam, quam à parentibus hæreditario iure perceperam abluiſtis, meque inter filios Dei & cohæredes Chriſti connumerare feciſtis. Sed iam ingreſſus templum, vbi tale ac tantum beneficium recepit: in Dei laudes prorumpere deberet, qui in illo loco illum in ſuum filium, ac hæredem regeneraueritit. Aqua quippe omnium generabilium mater eſt, vt ex humiditate ſeminum patet; Quare ipſam etiam ad noſtram nouam generationem elegit Deus. Igitur Saluator aquas ingreditur; vt pellat ab homine timorem, quem de illis conceperat. Iratus quippe Dominus homini, per aquas diluuij totum deleuerat mundum, nec ex omni hominum genere aliquis ſuperſtes euaſit, niſi ſolum octo animæ, quæ in arca Noë ſaluatæ ſunt. Quapropter homo aquas maximè cauebat, quaſi qui in illis mortem ſuam præſentem conſpiceret. Ideo Deus iurauit homini ſe nunquam deleturum mundum per aquas diluuij, in cuius ſignum, & arcum poſuit in nubibus cœli, ſed nec poſtea auditum eſt Deum per aquam hominem leſiſſe, niſi quando Pharaonem & exercitum eius in mari Rubro ſuffocauit, cùm populo ſuo per medias aquas iter aperuiſſet. Ad confirmandum igitur hoc fœdus, quod cum homine pepigerat, ſe amplius non deleturum mundum per aquas; hodie ipſemet Dominus aquas ingreditur, eiſque vim animas viuificandi confert, vt iam non mortem in eis paueat homo, ſed vitam ab eis præſtoletur æternam. Ne timeas ò homo aquas, quia

quia iam non mortem ſed vitam tibi ſempiternam præparãt. Timeat eas Pharao, cum exercitu ſuo diabolus & peccata aquas paueant: nam in eis ſuffocãtur & pereunt, homini vero per eas iter aperitur ad cœlum.
Cant.1. Vnde & in Cant. pro omnibus baptizatis dicitur ad Eccleſiam. Aequitatui meo in curribus Pharaonis, aſsimilaui te amica mea. Nam ſicut in mari Rubro ſubneruabit Deus Pharaonis currus, ferabanturque in profundum, & denique ſuffocati ſunt, ſic in Eccleſia in aquis baptiſmi, quę à Chriſti ſanguine virtutem lauandi animas acci
Geneſ.7. piunt, & ideo rubræ dicuntur, dæmones & peccata ſubneruantur & delentur; vt Chriſti fidelibus locus pateat ad cælum. Et ſicut in diluuio chataractę cœli apertæ ſunt ad ſuffocandos homines; ita in aquis Iordanis
Simile. aperitur cœlum, vt ab eo vitam & gratiam
Simile. recipiant. Vbi vnicornia ſunt, ſic à naturalibus refertur fieri. Quod vnicornis accedit primus quam cætera animalia ad aquas, eaſque ſuo cornu purificat à veneno quod in eis virulentæ ſerpentes reliquerant, quæ
Pſal.28. nocte venientes ad bibendum eas venena-
Pſal.91. tas dimiſerant; & poſt illum cætera animalia iam accedere ad bibendum audent. Venenatas reliquerat aquas diluuium, vtpote, quæ totum peccatorum venenum hauſerãt, mortiferæque humano generi extiterant. Quapropter ſummopere homo eas cauebat; Ingreditur hodie illas vnicornis iſte, qui dicitur dilectus vt filius vnicornis, & de quo ſcriptum eſt: Et exaltabitur ſicut vnicornis cornu meum, & cornu ſuæ ſanctiſsimæ innocentiæ, atque tactu ſuæ puriſsimæ carnis eas mundificat venenumq; pel-
Eſai.55. lit. *Y haze la ſalua al hombre*. Vt abſque timore iam ſecurus bibat accedatque ad eas. Vnde iam quaſi ad delicias ad aquas inuitatur homo, cùm ei per Eſai. dicitur: Omnes ſitientes venite ad aquas: & haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris: gratias agentes & dicentes: Confitemini Domino & in
Eſai.21. uocate nomen eius. In gaudio dicit, hoc eſt, ſecuri omni excluſo timore & horrore. Quod & voluit ſignificare Dominus, cùm Ioanni dixit: Sic decet nos implere omnem
Ambroſ. iuſtitiam. Vbi Ambroſ. dicit: Omnis iuſtitia eſt; vt quod aliũ facere vis, tu ipſe prior facias, & ſic Chriſtus prius baptiſmate aquarum vtitur, vt nos abſque timore idem faciamus. Cõſidera ſapientiam Dei. Fecit Deus hominem de limo terræ. Sed dices: Cur nõ de igne, aut alio eleuatiori elemento, vel certè de cœlo? Quoniam nouerat Dominus inanem hominis ſuperbiam. Si enim de terra conditus omnia tranſiliuit elemẽta, imò & cœlos ipſos, & voluit eſſe ſicut Deus, aſſentiens ſerpenti quæ dixit illi, Eritis ſicut Dij; Quidnam facturus eſſet ſi de igne aut cœlo illum condidiſſet? ſi ex infimo elemento factus, ſuper omnia eleuari voluit, quid faceret ſi de ſummo cõditus eſſet? Igitur in baptiſmo ad primam conditionem reducere eum voluit Deus. *Quiſole tornar al molde:* atque ſub aquis (vbi terra quæ infimum omniũ elementũ eſt latet) ipſum ſubmergit, vt redeat ad id quod erat, & intelligat ſe non aerem, ignem, aut cœlum, ſed omnium infimum terram eſſe: *Torneſe à ſu meneſter*. Et dicatur illi, illud Horatij. *Horatius.*

Quod ſupereſt iterum Cinamæ tonſor eris.

Et hoc eſt q̃ Eccleſia ſingulis annis, quaſi ad memoriã reducẽs hominẽ illi dicit: Memẽto homo quia cinis vel puluis es, &c. *Et cœli apertiſunt ei*. Quãdo clauſũ eſt cœlũ Chriſto, qui ab inſtanti ſuæ Conceptionis ei patuit & beatus fuit? Cur ergo dicitur aperiri cœlum; cui nunquam eſt clauſum? Ita eſt: ſed dicuntur ei aperiri cœli: quoniam propter ipſum nobis aperti ſunt, eo modo loquẽdi quo ſolemus dicere, id quod propter ali- *Simile.*
quem ex primoribus Rex dat alicui, dare illi propter quem datur, vt datum eſt officium tale cubiculario regis, vt ipſe daret alteri clientulo ſuo, vel amico. Ita quia propter ipſum Chriſtum cœli nobis aperti ſunt dicuntur illi aperiri: quia nobis propter ipſum. Et verè hic eſt vnus ex effectibus baptiſmi; quoniam per illum nobis patent cœ- *Apoc.4.*
li. Cœli quidem aperti ſunt, quia Ioann: dixit: Vidi oſtium apertum in cœlo: Sed peccatum eſt veluti peſulum quod claudit cœlum, per baptiſmum deletur peccatum, & ideo dicitur aperire cœlum. Eiecit Deus hominem de paradyſo propter inobedientiæ
Geneſ.3. ac ſuperbiæ peccatum, & poſuit Seraphim, qui gladio igneo cuſtodiret illum, ne iterum homo ingrederetur in illum. Itaque paradiſi oſtium igneum eſt. Quomodo ergò ignea porta deſtrui poterat, niſi per aquam quæ extinguit ignem? Quare aqua baptiſmi nobis ianuam paradiſi patefacit; Sicuti aquæ Iordanis apertę ſunt, & quaſi ianuam aperuerunt: qua filij Iſraël promiſsionis terram ingrederentur. *Et aperti ſunt cœli*. vt intelligat homo quod poſt batiſmum iam eſt aperta rimula vel ianua in cœlo aut feneſtra, qua bona cœleſtia deſcendant, & per illam

illam ſe emittant ad nos, & qua etiam noſtra merita, ac bona opera ingrediantur cœlos. Anteàcũ peccatũ regnabat clauſum erat cœlũ nec vllũ commerciũ inter illud & terrã celebrabatur. Cæterum in baptiſmo aperitur cœlum: quia iam eſt locus quo Dei benedictiones ad nos deſcendant, & merita noſtra ad illum aſcendant, ſecundum illud
Epheſ. 1. Paul. Benedictus Deus, qui benedixit nos, in omni bonedictione ſua in cœleſtibus. Quoniam iam è cœlis benedictiones ad nos proueniunt: & iam diuites facti ſumus in illo, in omni verbo & in omni ſcientia: ita vt nihil nobis deſit in vlla gratia (vt ipſemet
1. Cor. 1. Paul. alibi dicit) Quoniam per hanc ianuam diuitiæ eius affluenter ad nos deſcendunt. Quare poſt baptiſmum dicitur, quod Chriſtus confeſtim aſcendit de aqua: quoniam & ipſe ad nos deſcendit communicando nobis ſuam gratiam, & dona cœleſtia per baptiſmum; & nos viciſsim ad illum aſcendimus; quoniam opera noſtra per gratiam baptiſmi ſubleuantur, vt vitam mereantur cœleſtem. Atque vtinam ſicut quotidie è cœlo nobis tot bona deſcendũt; aliquid etiã à nobis aſcendat; quod placitum & acceptum ſit in cœlo. Portæ cœli nobis ſemper
Eſai. 60. apertæ ſunt; ſecundum illud Eſai. Et aperiẽtur portæ tuæ iugiter, die ac nocte non claudentur. Quoniam iugiter bona quamplurima, per illas portas in nos effluunt: Oportet vt nec in nobis inueniatur porta clauſa; cũ intrare voluerit Deus ad nos. Sic ſolent homines loqui ad inſinuandam magnam familiaritatem cum aliquo. *No ay puerta cerrada en ſu caſa para mi, niem la mia para el.* Si ergo nulla eſt ianua clauſa in cœlo hominibus, cur in domo noſtra inueniet Deus occluſum oſtium, cùm ipſe pulſauerit illud? Aliàs ingratus eris ac iniuſtus, vide ſi tu claudis oſtiũ cordis tui Deo, ne & ipſe claudat oſtium miſericordiæ ſuæ tibi, ſicut clauſum eſt fatuis virginibus. Clauſa eſt ianua.
Mtth. 25. Vẽ illi cui ianua miſericordiæ Dei clauſa fuerit: quoniam clauduntur ei portæ olibẽ, quales erant templi ianuæ, & aperiuntur ei ferrea oſtia quibus infernus occluditur. Clauditur porta miſericordiæ, & aperitur porta iuſtitiæ. Clauduntur cœli oſtia; aperiuntur inferni. Aperiuntur etiam cœli: vt poſsimus illos deprædari. *Dar ſaco mamo al cielo.* Aperuit Rex Ezechias portas theſau-
4. Reg. 20 rorum ſuorum Babyloniæ legatis: Sic hodie aperiuntur nobis, cœli, vt in theſauros eius ſi voluerimus ingrediamur. Hodie per totum mundum melliflui facti ſunt cœli, antea ferrei, ac felle amariores videbantur. Deſcendebat quippe ignis de cœlis, qui & ciuitates comburebat, & quinquagenarios deuorabat. Nunc autem mel, manà, gratia, virtutes, quamplurimaque bona, nobis ab eis proueniunt. Hodie per totum mundum melliflui facti ſunt cœli, qui prius abſinthio amariores videbantur, *Et vox Patris audita eſt: Hic eſt filius meus dilectus.* Obſerua, quod in baptiſmo adoptamur in filios Dei. Quoniam ſecundum leges nullus poteſt adoptare, niſi qui habet filium naturalem, vel habere poteſt. Quare impotentes & eunuchi, per leges ciuiles prohibentur, ne quempiã poſsint adoptare: Carẽt enim naturali filiatione, ad cuius ſimilitudinẽ debet eſſe adoptiua, vt ergo oſtenderet Pater ſe poſſe adoptare filios, fatetur ſe habere hunc naturalem filium, ad cuius exemplar & nos adoptari debemus. Nam quos præſciuit & præ-
Roma. 8. deſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui vt ſit ipſe primogenitus in multis fratri-
Ioan. 3. bus. i. vt ad eius ſimilitudinẽ nos dicamur
Iacob. 1. filij Dei. Secundũ illud Ioan: Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & ſimus. Ille eſt filius naturaliter genitus à Patre, nos autem voluntariè genuit in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt Apoſtolus docet. In illo placeamus Deo ſicut ipſe dicit. *In quo mihi complacui.* Ac ſi aperte diceret: Sicut omnis poſteritas in Adam mihi diſplicuit; ita in Chriſto mihi placuit, & grata facta eſt. Vt Rom. 5.
Roma. 5. docet Paul. dicens: Sicut per vnius inobedientiam peccatores conſtituti ſunt multi, ita & per vnius obedientiam iuſti conſti-
Epheſ. 1. tuentur multi. Et alibi: Gratificauit nos in dilecto filio ſuo. Itaque ſicut naturam humanã in primo parente peccaſſe, nihil aliud eſt, quàm in Adam Deo inuiſam eſſe, ſic naturam humanam in Chriſto placuiſſe Patri, nihil aliud eſt, quam naturam noſtram per Spiritum Chriſti quam accipiunt credentes eſſe Deo gratam. *Et vidit Spiritum ſanctum ſicut columbam.* Manſuetos nos facit baptiſmus, atque ſine felle, & amaritudine vlla, voluit enim Deus, vt eſſemus piſces aquæ. Nam coluber qui in terra nutritur, venenoſus eſſe ſolet; ſed qui in aqua degunt
Luc. 3. minime. Ante quã homo ingrediatur aquas baptiſmi, adhuc virulentis colubri in ſe habet venena. Vnde Ioan. Phariſeos venientes ab baptiſmum; genimina viperarum appellabat; quia nondum in aqua baptiſmi venena

nena reliquerant. Nam illa aqua abluti, ſanies illa ac venenũ deponitur. Vnde Aba-
Abacuch 1. & 3. cuch dicebat, facies homines ſicut piſces maris, vẽ illi miſſerrimo fideli qui ablut⁹ his aquis; adhuc virulẽtis viperẽ venena retinet, Heũ heũ phdolor, ò in dulcibus Iordanis aquis abluti fideles; quomodo vos video adhuc cũ baſiliſcorũ veneno, cum viperarũ ſanie, cũ cerberi ſpuma permanere? Plenos inuidia, odio, felle, amaritudine aduerſus pximos vros, occiſſores, percuſſores, carnifices ad inuicẽ factos? Quid vobis dicã? Quem nã fructũ eduxiſtis ex illis aquis huius agni mãſuetudine cõſecratis? Ingrediẽt hic filij⁹ vnicornis in aquis, vt à veneno eas mundificet, & tu venenatus exis ab eis? Baptizatus es in aquis Chriſti, & videris indutus tyrãnide ante Chriſti? Nõ appares baptizatus in aquis Iordanis quæ aperiũt cœlũ; ſed in aquis ſtigijs quẽ inferna aperiũt. Parũ emulẽti; ò Chriſtiani, ex aquis baptiſmi lucrami ni: quoniã nõ ex eis facti colũbæ, ſed draconeſ ac reguli exitis: & cũ ibi depoſueritis ve-
Petr. 2. nena ſerpẽtis antiquẽ, iterum reaſſumitis ea, ſicut canis reuerſus advomitũ, & ſus lota inuolutabro luti. Manſuetudo quippe ppria viri Chriſtiani virtus eſt, licet ab eorum animis obliterata, qui videnẽ bibere ex aquis lethei ſvt pri⁹ hẽc omnia obliuioni tradãt & ad ſerpẽtis antiquẽ crudelitatẽ reuertanẽ.

Alia mollitas ſeu contio. Sed iterũ ex integro Euãgeliũ totũ recurramus, adhuc em̃ habeo quid circa tãtũ myſteriũ loquar, & primũ mihi in mẽtẽ venit, cũ memoria repeto ea quæ his pximis capitibus ab Euãgeliſta enarrata ſunt; qd̃ beata Mater Eccleſia ſit veluti tabula quẽdã magna, in qua nrẽ redẽptionis myſteria depicta
Simile. ſunt, & veluti in rota quadã voluãt. Sicuti in tabula quẽ eſt in cõuẽtu Chartuſiẽſi de ania go videre licebit. Vbi poſtquã Chriſtus natus oſtẽdit ſculpt⁹ voluit rota, & apparet idẽ circũciſſus, atq; iterũ pictura illa diſparuit, & apparet à Magis adoratus; qua abſcõſa videt in tẽplo inter Doctores atq; reuoluta tabula, apparet antẽ pedes Baptiſtæ baptizatus ab eo. Sic Eccleſia quæ nrẽ redẽptionis arcana celebrat; oſtendit puerulũ Ieſum in præſepio natũ, quẽ cũ iã per octo dies aſperxerimus, quaſi voluẽs rotã huius tabulæ, ipſum circũciſſũ oſtẽdit, deinde à Magis adoratũ, & deniq; hodie ad pedes ſui pcurſoris pnolutũ & baptizatũ ab eo. Qui ingrediẽt aquas vt tactu ſuẽ mundiſsimẽ carnis eas ſanctificet, virtutẽ pbeat ſanctificãdi animas. Si em̃
4. Reg. 13. defunct⁹ ille reuixit eo ſolũ q ooſſa Elyſæi tetigit, oſſaq; illa virtutẽ vitalẽ habuerunt, quãto magis tactus Chriſti viui poteſtatem animas viuificandi tribuere poterit aquis? Hoc autẽ oportet meditari diſcrimẽ inter nos & Chriſtũ, qd̃ nos ad baptiſmũ pergimus peccatores & filij iræ, & eximus iuſti & filij Dei p adoptionẽ, Chriſtus iuſtus vadit ad baptiſmũ, in quo illũ Pater prẽdicat filiũ ſuum naturalẽ: Nos in baptiſmo ſepelimur ſub aquis, ſed Chriſto ibidẽ aperiũt cœli. De niq; nos ad baptiſmũ ſine gratia accedim⁹: Super Chriſtũ apparet Spirit⁹ ſanctus dator munerũ gratiæ. Hic autẽ & formã baptiſmi in ipſis rebus videmus, & baptizãtẽ miniſtrũ & ſuſcipiẽtis baptiſmum, & aquã quẽ eſt eius materia. Pater apparet in voce, Filius in carne, Spirit⁹ ſanctus in ſpecie colũbæ, hæc eſt autẽ forma baptiſmi: Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Miniſter baptizãs eſt Ioãnes, Chriſt⁹ autẽ eſt qui ſuſcipit baptiſmũ: aquẽ Iordanis materia: vt creaturẽ viſibiles quẽ prius, pter peccatũ aduerſum nos inſurgebãt, nũc iã tale miniſterium præbeãt, vt ſint nrẽ iuſtificationis inſtrumẽta, & p Chriſti aduẽtũ omnia in bonum hominis cõmutẽtur. Olim
Leuit. 14. ad emundationẽ leproſi, inter præcepta cẽremonialia hoc vnum erat, quod ſumerenẽ duo paſſeres viui, & ſimul aquæ viuẽ adducerenẽ, vnus autẽ ex paſſeribus viuus dimittereẽ, alter immolareẽ in aquis viuis: in quib⁹ humectarent hyſopum, atq; cum illo leproſum aſpergẽtes emundarẽt Hi duo paſſeres, vt vult
D. Thom. D. Tho. Chriſtũ Dñũ referunt, ratione duarũ naturarũ quas habet, diuinẽ ſcilicet, & humanẽ. Paſſer qui liber relinquiẽ, diuinitas eſt, nec enim paſſa eſt, aut immolata, licet diuina perſona ratione humanitatis immolata ſit: quoniã diuina natura, nec doloris nec mortis erat capax: Nam diuinitas
Leo Papã quæ erat in dolente non erat in dolore, vt ait Leo Papa ſermone de Paſsione Dñi. Alter paſſer qui fuit humanitas, in aquis viuis immolatus fuit, ſuper quas & ſanguinem ſuum effudit, quibus virtutem animas mundandi à lepra peccati communicauit. Cũm hyſopo aſpergitur anima, hoc eſt cũm applicatur ſacramentum, & abluitur iſtẽ aquis, iã ſanguine Chriſti actuatis, ad emundationem lepre peccatorum, & ſicut Naaman
4. Reg. 5. leproſus, qui ſepties in Iordane baptizatus eſt, mundus à ſua lepra exiuit, & reſtituta eſt caro eius ſicut caro pueri paruuli ſic qui perfectè ſumit baptiſmum (numerus enim ſeptenarius perfectionem deſignat in Scriptura in quo mundus iſte perfectus eſt) qui perfectè, inquã, non ponendo

obicẽ ad aquas baptiſmi venit; ita perfecte emũdat à lepra peccati, vt reſtitutaur caro eius ſicut caro pueri paruuli, hoc eſt, q̃ reſtituit ei innocẽtia illa quã à principio ſuæ cõditionis acceperat à Deo, & ſicut puerul⁹ abſq; vlla malitia remanebit. Ideo quippe vocat baptiſmus regeneratio ſecundũ illud
Ioan.3. Ioã.3. Oportet vos naſci denuo; nã ſicut in generatione tota res quæ generat denuo incipit eſſe; ita per baptiſmũ totus renaſcitur homo, peritq; ibi vetus Adã, cũ actibus & accidẽtibus ſuis, & generatur Chriſtus, cũ gratia & alijs donis eius. Et hoc eſt qd̃ D. Pau.
Rom. 6. docet Roma.6. dicens: An ignoratis fratres quia qui cũq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? In morte dicit, quia in virtute mortis Chriſti, vel repræſentãdo, aut agẽdo mortẽ Chriſti. Cõſepulti em̃ ſumus cũ illo, per baptiſmũ in mortẽ: vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriã Patris, ita nos in nouitate vitæ ambulemus. Sepelimur in baptiſmo cũ Chriſto. Vbi aduertendũ eſt tria nos agere in baptiſmo vel ſignificare, vnũ præteritũ, aliud præſens, tertiũ futurum. Ag mus em̃ ſepulturã Chriſti, cum ſub aquis mergimur & reſurrectionẽ eius, cũ ab aquis eximus, hoc tãquã pręteritũ. Tãquã præſens repręſentamus peccatũ, vt vetus peccatũ ſepeliatur & ſuffocetur, & exeamus regenerati in Chriſto, eius induentes ac imitãtes iuſtitiã. Tanquã futurũ id ſignificamus in baptiſmo quod corpora nr̃a tradẽtur ſepulturæ ſicut corpus Chriſti, reſurgẽt tamẽ in nouiſsimo die, ad exẽplar corporis Chriſti ſuſcitati. Sed ſecundũ quod tanquã præſens agimus, magis nr̃o propoſito cõuenit. Sicut em̃ ſepelimur peccato, & reſurgimus gratię, ita debemus in nouitate vitę ambulare, hoc eſt nõ opera peccati facere, qd̃ iã mortuum eſt: ſed opera viua gratię Chriſti operari, ad quã re
Roma.6. generati ſumus. Vnde & ſubdit Paul. Si em̃ cõplantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus. Hoc eſt inſerti ſumus Chriſto homini cum illo cõmoriẽdo peccato, & ſic inſerti eius morti, etiã eius vitã cõmunicauimus. Pro cuius clariori intelligẽtia cõſideremus duos arbores alterũ mortis, alterũ vitę. Arbor mortis fuit Adam, qui ob ęſum cibi vetiti mortuus eſt gratię Dei, cui arbori inſerti naſcimur omnes, & cũ huius arboris fructu, nẽpe peccato ac morti obnoxij. Arbor vitæ Chriſtus eſt in medio paradyſi; id eſt, Eccleſiæ ſuæ. Igitur in baptiſmo pręſcinditur ramus ab arbore mortis, nẽpe ab Adã, & inſerítur in arbore vitæ, hoc eſt in Chriſto: quoniam poſt baptiſmũ iã non ſumus mẽbra veteris Adã peccatoris, ſed Chriſti iuſti & viui. Nã ille
Matth.3. arbor hic præſcinditur vt dicebat Ioan. iam ſecuris ad radicẽ arboris poſita eſt. Nã Chriſtus ſecurim crucis ſuæ poſuit ad radicẽ peccati, quod virtute paſsionis ſuę pręciſum ac deletũ fuit. Hæc autẽ virtus ſanguinis Chriſti, in ſacramentis nobis communicatur. In crucis tribunal morti dãnatum eſt peccatũ,
Rom.8. ſecundũ illud Paul. Et de peccato dãnauit peccatum in carne, & ab animabus profligauit illud & exul fecit, hoc eſt, præſcidit nos ab illo vetuſto arbore, & in ſe ipſo inſeruit, vt iam amplius non fruſtificemus peccato, ſed iuſtitiæ eos progignendo fructus, quos arbor cui inſerti ſumus gignere ſolet,
1.Ioan.3. nẽpe fructus charitatis & pacis. Vnde Ioã. ait: In hoc cognoſcimus quod trãſlati ſum⁹ de morte ad vitã: quoniã diligimus fratres, *Quereis ver ſi prendio la pua: mirad el fruto que lleua.* Fructus autẽ Spiritus (ait Pau.) eſt pax
Gala.6. quæ effectus eſt charitatis. Hic autem effectus, nempe inſerere nos in ſe ipſo, eſt effectus gratiæ præueniẽtis, quæ nõ cadit ſub merito. Verũ iã inſerti per gratiã quã abſq; noſtris meritis primã in baptiſmo accipimus debemus nos fructificare huius arboris
Roma.6. fructus. Si em̃ cõplantati (ait Paul.) facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus. Attẽdemodũ loquẽdi Pau. Sufficit nos aſsimilari morti eius, & ſi eã nõ patiamur qualẽ ipſe paſſus eſt, tamẽ reſurrectionẽ non in ſimilitudine ſolũ, ſed in veri-
Rom.6. tate cõſequemur. In ſuſceptione baptiſmi aſſimilamur morti eius, cõſepulti enim ſumus per baptiſmũ cum eo. Hæc ergo aſsimilatio, quãdo nõ ſeſe offert ocaſio moriẽdi ꝓ Chriſto ſufficit, vt verã cõſequamur reſurrectionẽ. Ipſe in veritate pati voluit, nos in aſsimilatione tantũ ſufficit, vt gloriã reſurrectio-
Figurã. nis in veritate habeamus, quẽadmodũ & Sã-
Iudic.14. ſon ſolus ipſe cũ leone luctatus eſt, & interfecit illũ, tamẽ fauũ mellis quẽ de ore eius
Eſai.63. eduxit, patri, & matri, & alijs diſpertiuit. Sic Chriſt⁹ torcular mortis calcauit ſolus, tamẽ fructũ dulciſsimũ ſuę mortis omnib⁹ cõmunicare voluit. Vita quã in hac vita egit Chriſt⁹ humilis fuit, ſed reſurrexit ꝓ gloriã Patris: Sic & nos repulſa peccati vilitate ad quam mortui ſumus in baptiſmo, reſurgamus ad vitam, & opera quæ in gloriã Dei cędãt, & ſicut ipſe Chriſt⁹ cũ vulnerũ cicatricib⁹ reſurrexit, nõ quę deformitatẽ in corpore ei⁹ glorioſo facerẽt, ſed quę decorẽ pulchritudinẽq; glorificatę carni adderẽt, ſic in nr̃a memoria impręſſa remaneãt & ſigna delictorũ nr̃orũ, nõ ad deformitatem vt nobis placeãt, ſed ad gloriã Dei, vt ſemper ea plãgamus, cautiores ſimus, cũ timore, tremore & humilitate nr̃ã ſalutem operãtes, & vt cicatrices vulnerũ, nẽpe reliquias, & malos habitus quas in anima tua reliquerunt peccata, cures ac reſeces, vt integra perfruaris ſanitate, ſecundũ illã ſententiã Iob, vbi dicit: Si
Iob.10. peccaui & ad horã pepercíſti mihi, cur non pateris me mundũ eſſe ab iniquitate mea? Acſi nr̃o ſermone diceret: *Si vna vez meaueis perdonado el pecado para que me dais cõel en los ojos? Para q̃ quereis q̃ lo traiga ſiẽpre delante de mi?* Ob hoc certe, vt humilieris in recordatione peccati tui, vt nõ tanquã mũdus de te pręſumas, & negligas, ſed ſordidũ te cõſideres, ſemper magis ac magis lauari cures, ſe-
Pſal.50. cundũ illud Dauid: Peccatũ meũ cõtra me vel corã me eſt ſemper. *Baptizatus autẽ Chriſtus, cõfeſtim aſcẽdit de aqua.* Vt intelligam⁹ q̃ poſt baptiſmũ debemus ad maiora cõſcẽdere. Nimirũ cœleſtia ſitire, quęrere ac meditari, & maiora ſpiritus munia adire laboremus: ſicut Spiritus ſanctus in Cant. Videt
Cant.4. ques tõſas aſcẽdentes de lauachro: hoc eſt, animas per baptiſmũ ablutas, depoſito peccatorũ onere q̃ eas deprimebat; iã expediores ad cœleſtia aſcẽdere, depoſitoq; velle re veteris. Adã & exutis tunicis illis pelliceis animaliũ mortuorũ, quę peccati mortificationẽ referebant, abluti Chriſti ſanguine in eã dealbatas faciãt ſtollas ſuas, & ambulẽt cũ agno, in albis quoniã digni ſunt. Hic ergo effectus eſt baptiſmi, & ad hoc ꝓ eius ſuſceptionẽ obligamur, vt fructificem⁹ Deo fructus, ſcilicet, huius arboris Chriſti, cui inſerti ſumus, quę ſunt opera charitatis & gratię. *Et vidit Spiritũ Dei deſcẽdẽtẽ ſicut colũbam & veniẽtẽ ſuper ſe.* Miſit Noe colũbã ab arca ſic Pater hodie Spiritũ ſanctũ mittit ſicut colũbã. Hoc autẽ eſt vnã pſonã aliã mittere nõ q̃ ſuperior ſit ſed quia origo eius eſt, ac ſimplex principiũ: eo modo loquẽdi, quo dicim⁹ arbor mittit flores: quia eſt origo earũ ſic Pater dicit mittere filiũ (Miſit Deus filiũ ſuũ ait Paul.) quia eſt origo & principiũ
Apoc.3. eius, ſecundũ illud. In principio erat verbũ. Sic Pater & Filius dicũtur mittere Spiritũ
Geneſ.8: ſanctũ (ſecundũ illud: Cũ venerit Paraclitus quẽ ego mittã vobis à Patre, & quẽ mittet Pater in nomine meo) quia Pater & filius, ſunt vnũ principiũ Spiritus ſancti. Miſit ergo Noe colũbã ab arca, q̃ nõ inueniẽs vbi requieſceret pes eius reuerſa eſt ad arcã; Sic Spiritus Sanctus, quẽ miſit Pater de cœlo, nõ inuenit in terra vbi requieſceret pes eius niſi ſuper Chriſtũ qui eſt arca, in qua omnes theſauri ſapiẽtiæ & ſciẽtiæ Dei reconditi
Ioan. 1. ſũt, vt adimplerẽt qd̃ dixerat Eſa. Requieſcet
Eſai.11. ſuper eũ Spiritus Dñi. Venit autẽ in ſpecie colũbę, vt oſtẽderet fructus quos ferre debemus, nẽpe amoris & pacis, Multæ quippe ſunt proprietates columbæ. Primũ caret felle, ſic Chriſti fidelis abſq; felle & amaritudi
Ioan. 14. ne debet cũ proximis cõuerſari, ſecundũ il
c.15. lud Paul. Hebr. Nequa radix amaritudinis ſurſum germinãs, & per eã inquinẽt multi. Abſit à corde fidelis baptizati, vt in eo felaut odiũ cũ proximo ſeruet. Certe mihi valde diſplicet Chriſtianus, qui in corde ſuo odia aut amaritudines cõtra proximos recõdit ac ſeruat. Vbi nã eſt olibę ramus, quẽ colũba gerebat in ore? Oliba pacẽ ac miſericordiã ſignificat; hanc Spiritus ſanctus docet, hãc Chriſtus Dñs ſemper gerebat in ore. Diligite inuicẽ pacẽ habete inter vos. Vbi eſt mel
Proprietãtes colũbæ in ore leonis mortui. Nã Chriſtus in cruce
Hebr. 12. moribũd⁹ clamabat: Pater ignoſce illis, cũ &
Loan. 14. inimici felle potarent eũ. Vt diſcas, O Chriſti fidelis, inimicis parcere, & bona præcare
Iudic.14. illis, etiã quando ipſi ſeueriores aduerſum te
Luc.23. inſurgũt. Quod ſi memor es iniuriæ etiã læuiſſimæ nec parcere noſti, non credã tibi, etiã ſi multa alia bona inte reperero. Hęcem̃ eſt legis Chriſti ſubſtãtialis forma, ac conſũmatio, nẽpe charitas ſine qua nullũ aliud opus, quantũcũq; magnũ, placere poterit Deo. Sit ergo mel in ore leonis, hoc eſt qd̃ prælatus iudex ac Rex, qui in caſtigando mala quaſi leones debent eſſe, etiã mel habeãt in ore, bona verba conſolatoria, blãdẽ alloquãtur ſubditos, & aliquando etiã eos quos punire debẽt, vt poſſit cognoſci, q̃ nõ inimico animo ſed amico in eos animauertãt. Secũdũ habet columba, q̃ roſtro & ore nulli nocet; ſic Chriſtianus ſecundum illud Paul. Epheſ.4. Omnis ſermo malus, ex ore
Epheſ.4. vr̃o nõ procedat (ac ſi diceret) Tãquã colũbę ſitis, vt nõ venena efflare videamini, ſed bona verba, nulli lingua inferẽtes malũ. Tertiũ nec vnguib⁹ percutit, aut dilaniat quẽquã colũba. Hoc eſt nec ore, nec manu nocere debes ꝓximo, *Ni cõ palabras ni cõ obras.* Hoc em̃ ſignificat innocẽtiã, quã ver⁹ Orthodox⁹ ſerue debet. Cuſtodi innocentiam & vide
Pſalm.36 equitatem: quoniã ſunt reliquię homini pacifico, Hęc enim hereditario iure à Chriſto

nobis proueniunt. Quartũ necvnguibus gra
num quærit ſicut coruus, nec ore veluti gal
lina, ſed his quæ caſu offenditveſcitur. Quo
niam Chriſti fidelis, nec nimis cupidus, nec
nimis vorax debet eſſe, quoniam non ex ra
pina ſibi delicias ſuperfluas parare debet,
ſed quæ licitè, & abſq; nimia cupiditate ad
quirere poſsit, his veſcatur, ſecundum illud
Eccleſ. 31. Eccleſi. Vtere quaſi homo frugi his, quę ti
bi apponuntur. Quintũ etiam quando vide
tur mordere colũba, oſculatur potius quã
mordeat. Quoniam etiam corrigendo fra
trem debes mollem erga ipſum animũ oſtẽ
dere, vt potius ex charitate quã ex odio vi
dearis ipſum corrigere, & oſculum pacis po
tiusvidearis porrigere, quam punitionẽ aut
flagellum. Vnde Auguſt. ait: Columba etiã
Auguſt. quando mordens eſt, dulciter & quaſi oſcu
lando mordet. Gratãter recipit oſculum co
lumbinum benigniſsima charitas, dentem
autem caninum vel euitat cautiſsima humi
litas, vel retundit ſolidiſsimacharitas. Id eſt,
dicere: Ne mordeas proximumvt canis, ſed
oſculum porrige ſicut columba. Sextum ſa
gaciſsima eſt columba, vt rapaces aues eua
dat. Ab accipitre quippe, qui in aere prędas
facit, fugit ad terram, ab Aquila vero quę in
terra rapit eſcas, ad aera volitat. Sic verus
Chriſti cultor, cùm vanitatis aer eum pul
ſat, adterram fugit, ſe puluerem ac cinerem
conſiderans, cum terrenæ autem in ipſum
Phil. 3. cupiditates irruent, ad aera volitat cœleſtia
conſiderans, & cùm Paulo dicens conuerſa
tio noſtra in cœlis eſt. Septimũ iuxta aquas
graditur columba, vt in eis vmbram auium
rapacium, quæ per aera volitant, conſpiciat
& fugiat: vt in hoc ſagacitas animæ ſanctæ
denotetur, quæ per ſacras Scripturas graſſa
tur, & ſanctorum ſcripta legit, in quibus ſi
Canti. 12. vmbram peccati conſpexerit, quaſi pauida
ab eo fugiat. Vnde comparantur oculi ſpõ
ſæ columbæ deſuper riuos aquarum. Octa
uum alienos paſcit pullos: ſic iuſtus alienas
curas, vt proprias habet: diligit enim proxi
mũ ſicut ſe ipſum. Imò ſua negligit, vt alie
na curet, ſecundũ illud Paul. Quis infirma
Pſal. 136. tur & ego non infirmor, &c. Nonũ habet
gemitũ pro cantu, ſic iuſtus in hoc exilio,
ſuper flumina Babylonis ſedet & flet, & in
ſalicibus eius ſuſpendit organa ſua dicens:
Pſal. 139. Quomodo cantabimus canticũ Domini, in
terra aliena, gemẽs cũ Dauid & dicẽs: Heu
mihi quia incolatus meus prolongatus eſt,
Exo. 12 comedẽs agnũ cũ lacticis agreſtibus, & cum
Iob. 3. Iob dicẽs: Antequã comedã ſuſpiro, & flẽs
in conuiuijs cũ Thobia, ſciens q̃ riſus dolo- Tob 2.
re miſcebitur, & extrema gaudij luctus oc- Prouer. 14
cupabit, & quia cor quod nouit amaritudi-
nẽ animæ ſuæ, in gaudio ſuo nõ miſcebitur
extraneus. Hic lachrymãtur iuſti, & gemũt
expectantes quod in alia vita ridebunt, & Apoc. 14
cãtabunt cãticũ nouũ. Decimũ colũba ani-
mal eſt gregale & ſociale, nec ſola graditur
vnquã: ſic iuſti in charitate adunati cũ alijs
ambulãt. Ecce quã bonũ & quã iocũdũ, ha- Pſal. 132.
tare fratres in vnũ. In tribus bene placitum
eſt ſpiritui meo, concordia fratrum, & amor
proximorum. Procul à nobis ſint homines, Eccli. 25.
qui à conſortio & modo viuẽdi aliorum ſe-
gregãtur. *Que no ſe huellan como los otros.* Qui Luc. 18.
nõ ſunt ſicut cæteri hominũ, & fortè in cor
de ſuo id dicunt cũ Phariſæo, qui & nouas
adinueniunt vias; atque ſeparatim volũt cõ
dere rẽpublicã. Hi em magnũ exiliũ minan
tur Eccleſię, niſi Deus auertat; eorũq; machi
nas aliquando diſſoluat & manifeſtas faciat 2. Timo. 3.
vt Paul. ad Timoth. vaticinatus eſt: Vnde ci
mũ colũba in petra collocat nidũ ſuũ, ſic
iuſti in Chriſto qui petra eſt; & in plagis
eius: Colũba mea in foraminib⁹ petrę, in ca Canti. 2
uerna maceriæ. Eſai. 2. Ingredere in petra: Eſai. 2.
Hos omnes effectus Spiritus ſanctus opera-
tur, in animabus in quibus requieſcit, eas ex
ſerpentibus columbas reddens.

CAP. IIII

*VNC ductus eſt Ieſus in de
ſertum à ſpiritu, vt tẽtaretur
à diabolo.* Poſt regeneratio
nẽ baptiſmi ſequitur tenta-
tio, & ideò Eccleſia in
baptiſmo vtitur exorziſ-
mis quibus ligatur dæmon, nè impediat rege-
nerationẽ, ſed de hoc cũ ad moralia peruẽ-
nerimus pluradicemus: Nũc circa literã eſt
ſciendum quod Chriſtus Dñs baptizatus
eſt ſexta Ianuarijdie, & protinus poſt baptiſ
mũ ieiunauit per. 40. dies, &. 16. die Februa Exod. 24.
rij eſurijt, & tentatus eſt. Hinc Moyſes da-
turus legẽ Iudæis, ſeceſsit ab illis in monte
&. 40. dies ieiunauit. Eodem modo Chriſtus
prædicaturus legẽ Euãgelicã, ieiunat prius,
in deſerto alios. 40. dies. Elias etiã alios. 40. 3. Reg. 19.
dies & noctes ieiunauit, vſq; ad montẽ Dei
Oreb. Sed ſecũdum Hiero. differt maximè
ieiunium Chriſti, à ieiunio illorum. Quod
Chriſtus propria virtute ieiunauit, illi autẽ
virtute aliena: quia Moyſes refectus fuit ex
con-

conſortio ſermonis Dñi, quia cum contem-
plaretur Deum, ita tota mentis intentio, &
animæ ferebatur in contemplatione, quod
ſpiritus & calor receſſerunt ab imo corpo-
ris, & ferebantur ad intellectum: calor qui-
dem ſpiritum mouendo, & ſpiritus formas
intellectui miniſtrando. Quare actiones ani
mæ, & caloris & ſpiritus paucæ, & ipſæ mi-
nimæ fuerunt in corpus. Propter quod cor
pus ſolùm ſtetit in membris, & humore qui
diffuſſus erat in membris, ſine ſenſibili per
mutatione, & ſic ieiunauit. Vnde & ibidem
dicitur quod reſplenduit facies eius ex con-
ſortio ſermonis Dñi: quia ſpiritus & formæ
adeò illuminatæ ſunt ex ſpecie Dei quæ ap
paruit, quod corpus immutatum fuit in ſplẽ
dorem. Elias autem ieiunauit ex fortitudi-
ne cibi, non quidem manibus hominũ præ
parati, ſed manibus angeli, cuius virtute ita
contemperatus fuit panis quem comedit,
& aqua quã bibit: quod & nutriebat paula-
tim quadraginta diebus: & tamen non re-
ſoluebatur niſi per ſucceſsionẽ quadraginta
dierũ, & quadraginta noctiũ & ideò in forti
tudine illius cibi dicitur ambulaſſe, & hoc
nõ facit cibus ab homine prę paratus, qui ſi
mul reſoluitur & putreſcit, quare nõ poteſt
diù nutrire; quia ſi ſanus eſt homo, infra ſe-
decim horas cibus,, vel digeſtus, vel corrup
tus deſcẽdit ab ſtomacho ad mẽbra. Cæte-
rũ Chriſtus Dñs neutro iſtorũ modorũ ie-
iunauit ſuſtentatus: quia ex contẽplatione
ſuæ deitatis, non abſtrahebatur à corpore
anima, ſpiritus & calor, cùm ſimul fuerit cõ
prehenſor & viator: nec etiã cibo aliquo prę
D. Chryſ. parato ſic ieiunauit. Chryſo. autẽ aliã aſig-
nat differentiã dicẽs q̃ Moyſes & Elias, om
nib⁹ diebus ſimul & eſurierũt & ieiunauerũt, Chriſt⁹ autẽ nõ: quia in litera dicitur q̃
poſteà eſurijt. Ex quo videtur colligi q̃ qua
draginta diebus & noctib⁹ nõ eſurijt; & ideò
quãdo voluit eſurijt; & quãdo voluit nõ eſurijt
& vtrũq; erat in poteſtate ſuę volũtatis, qd
non cõueniebat Moyſi & Eliæ, qui neceſſe
habebant eſurire. Secundũ quã ſententiam
oporteret dicere quòd poteſtate diuina cõ
ſeruata fuerint corpora Moyſi & Elię, ne re
ſolueretur, deficiẽte calore per famẽ. Hæc
Albertus Alber. Magn. docet. Sed de hoc ſtatim dice
Magnus. m⁹. Interim aduerte qd circa hoc tẽpus quo
ieiunauit Chriſtus, duo huic populo magna
lia cõtigerunt. Alterũ fuit illuſtris victoria il
la quã adepti ſunt Mardoch. & Eſther con-
tra Amã: Alterũ eſt q̃ hoc eodẽ tẽpore Iu-
das Macchab. deſcẽdit in pugnã cũ Nicha-
nore cuius caput abſcidit, & populũ ſuũ li
berauit. *Ducũs eſt Ieſus in deſertũ.* Brocar. in Brocardus
deſcriptione terrę ſanctę ait iſtũ deſertum
fuiſſe circa Iordanẽ & Hierico, vbi dicit eſſe
montẽ altiſsimũ & arduũ, & nũc vulgo ap-
pellari, *Quarentenã*, iuxtã quẽ locũ eſt fõs il
le Eliſæi, de quo. 4. Reg. 2. qui cum haberet 4. Reg. 2.
aquas amaras, ſteriles & peſtilẽtes, Eliſæus
aſpergẽs eas ſale dulces reddidit, ac potabi-
les & fœcũdas. Quod huius myſterij figura
prę fuit. Nã ante Chriſti aduentũ, tentatio-
nes diaboli erãt hominibus amariſsimę, hor
ribiles & ſteriles: Pauci quippe tentabãtur
qui nõ ſucũberent; ſed Chriſtus ſuæ tẽtatio
nis exemplo eas curauit, & tentationes ſalu
tares reddidit, manus adiutrices tribulatis
iũgens. Tentabatur in deſerto & erat cum
beſtijs, ait Marc. Quatuor hic ſignificari vi-
dentur. Primũ q̃ fuerit multa illa ſolitudo,
& inhabitabilis. Secũdũ quanto ferociores
fuerint Iudęi beſtijs. Nã cũ feris innoxiè cõ
uerſat⁹ eſt Dñs, nõ tamẽ cũ Iudęis. Tertiũ
nouũ miraculũ, nẽpè fuiſſe Chriſtũ familia
riter verſatũ, cũ feris; leonibus & vrſis, quod
Eſai. vaticinatus fuerit, nimirũ puerũ paruu
lũ minaturũ eſſe has beſtias. Vltimũ vt in-
telligãt omnes, in quẽ ſtatũ deciderat homo
propter peccatũ. Quoniã cõparatus eſt iu-
mẽtis, & Chriſtus per omnia voluit aſimi-
lari homini, excepto peccato, vt à tali ſtatu
homines deduceret & ſuſcitaret. *Et ieiuna-
uit quadraginta diebus, & quadraginta nocti-
bus.* Hic quęri poteſt quonã modo factũ ſit
vt Chriſtus quadraginta dies perduraret ſi-
ne cibo & potu. Nõ quęro an ſit factũ natu
raliter, vel ſupernaturaliter, nã certũ eſt fuiſ
ſe ſupra omnẽ human ę naturæ facultatem,
quę tãtũ ieiuniũ nõ patit, ſed de modo quæ
rimus, quo Deus hoc miraculũ fecit. Ad qd
reſpõdetur vno triũ modorũ fieri potuiſſe.
Primò vt Chriſtus ante ſumpſerit cibũ ali-
quem qui vim habuerit quadraginta dierũ
ſpatio ſuſtentandi illum, qualis fuit panis
Eliæ de quo ſtatim diximus, & qualis erat
vis fructus arboris vitæ. Secundò vt Deus
ſuſpenderet actionẽ caloris naturalis depaſ
cẽtis humorẽ radicalem, quo ſuſtentatur vĩ
ta ſicut in fornace, cohibuit igni vim vrẽdi.
Tertiò vt De⁹ humorẽ naturalẽ inſitũ cor
pori multiplicaret, vt eſſet ſufficiẽs pabulũ
calori per. 40, dies ſicut multiplicauit mate
riã quinq, panũ, & duorum piſcium, vt eſ-
ſet tot millium hominum ſufficiens alimen
tum. Incertum autem nobis eſt quonam
iſtorum modorum id factum fuerit. Quod

nobis

nobis pro certo conſtat eſt, ſuæ maximæ poteſtatis indicium fuiſſe quadraginta dierum ieiunium: Quoniam in die operatio & motuſen ſenſuun exhaurire debebāt humiditatem membrorum, & facere languere, & deſtitui: Et ieiunium quadraginta noctium, fuit etiam ſignum ſuæ ampliſsimę poteſtatis: Quoniam in nocte propter frigus; & tenebras mouentur calor & ſpiritus ad interiora, & agunt in humidum diſſoluendo illud, & ſi non inuenerint humidum in quod agant, exiccant corpus. Hoc autem in Chriſto non fecerunt. Quare vtrumque fuit ex vi poteſtatis eius, ſecundum quod ipſe dixit Ioannis. 10. Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & iterum ſumendi eam. Sed quod dicitur poſtea eſurijt, indicat, quod tunc præcepit, quod vires naturalis caloris & ſpiritus in corpus agerent, quare & ieiunium, & eſuries fuerunt ſecundum voluntatem ſuam. Sed dices: Si Chriſtus in toto quadragenario tempore non eſurijt, ſed poſtea, non videtur fuiſſe multum pœnale ieiunium ſuum, cùm tamen omnia opera pœnalia in Chriſto maiora fuerint, quàm in nobis, quia & pro nobis pœnituit, & nobis relinquere voluit exemplum. Vnde non videtur conueniens, quod non ſenſerit famen toto illo tempore. Quare dicendum mihi videtur, famen quidem habuiſſe in quotidiano illo ieiunio: Sed tamen etſi fames pœnalis eſſet corpori Chriſti, non tamē tanta, vt in diſcrimen eū poneret vitæ voluntate ſua ſic diſpenſante vt diximus. Cæterum eſuries illa quam paſſus eſt, poſt quadraginta dies tanta fuit, vt vitæ pateretur periculum, niſi vel cibū ſumpſiſſet, vel miraculoſe vitam ſuſtinuiſſet: fuit enim fames hominis, qui per continuos quadraginta dies & noctes, nec cibum nec potum guſtaſſet. *Et accedens tentator.* Multa hic examinanda ſunt dubia. Primò quæritur in qua ſpecie dæmon apparuit Chriſto Domino. Reſpondeo quod forma ſenſibili oculis conſpicua, vel ergo apparuit forma humana ſimulans ſe eſſe incolam quempiam illius eremi, qui interfuerit baptiſmo eius, cùm eſt appellatus filius Dei; & cùm Ioannes hoc teſtimonium dedit: vel veriſimilius eſt forma quidem humana, ſed quæ repræſentaret potius Angelum, quam hominem: quia hoc modo potuit ei liberius dicere ſi filius Dei es? quaſi ſi ipſe ſciret ſicut Angelus, & quia ſic liberius potuit dicere hæc omnia tibi dabo. Et tertio quia facilius ad adorādum inducere poterat eum, denique quo facilius poſſet Chriſtum rapere, vel in Hieroſolymam, vel in montem excelſum, ſine vllo terrore Chriſti, ſicut Angelus rapuit Abacuch in Babylonem ad Danielem. Secundo quæritur quis fuerit iſte dæmon. Probabiliter dicitur fuiſſe Luciferum. Primò quia eſt admodum credibile hunc fuiſſe à quo tentati ſunt primi Parentes, & hic etiam Chriſtum tentare voluit. Nam & erat calidior cunctis animalibus, id eſt, cæteris Angelis apoſtaticis: qui dicuntur animalia, propter peccatum ob quod à tanta fœlicitate in tantam miſeriam deſciuerunt. Secundò Chriſtus eſt Princeps omnium bonorum, Lucifer vero omnium malorum: & hæc tentatio fuit tanquam ſingulare certamen Principis contra Principem, & pertinebat etiam ad excellentiam victoriæ. ſuperato enim Principe dæmonū omnes erant ſuperati in illo. Deinde dæmones ambigebāt vtrum ille homo eſſet filius Dei, & explorare volebant: ergo ad tantum opus mittendus fuit omnium ſagaciſsimus & aſtutia præualens.

Sed tertiò quæritur qua fiducia acceſsit dęmon? Primo fiducia famis ac indigentiæ quam in Chriſto ſenſit, ex qua ocaſionem ſumpſit illum tentandi. Secūdo fiducia ſuæ aſtutiæ, qua ſciebat ſe eſſe ſuperiorem omni homini. Tertiò fiducia fretus tot victoriarum, quas de excelentiſsimis viris vſq; ad diem illum reportauerat. Ita enim apud ſe memoriam tēporum voluēs dicebat Lucifer: Nunquid hic fortior erit angelis quos ego in cœlo decepi? Perfectior ac fœlicior primis parentibus hominū, quos ego tamen ſeduxi, atq; à tanta fœlicitate deieci? Charior ne erit Deo, quam Dauid? Sapientior Salomone? Sanſone fortior? Quartò quęritur cur dicitur tentator abſolutè: Ob quatuor: Ob eius officiū propter vſum & experientiā, & inueteratū affectū nocendi, & propter vniuerſalitatē tentandi. Primò dęmon habet officiū tentandi ob vſum: quia hoc facit ab initio mūdi, itaq; præter naturalē ſolertiam & ſapientiā inditam, habet etiam experientiā. Tertio ardet incredibili deſiderio nocēdi hominē, tum inuidia humanæ fœlicitatis, tum odio Dei. Quartò propter vniuerſalitatē: quoniam caro tantum tentat inclinatione, mundus tantum obiectione, id eſt, oſtendendo obiecta vitiorum, & concupiſcentiæ, homines mali ſua ſiue & ſug-

& ſuggerendo mala, dæmon autem tentat omni tempore, omni loco; omne genus hominum, per omnia media, & per omnes vias. Ergo licet omnes dæmones dicantur diaboli, tamen per Anthonomaſiam Lucifer dicitur diabolus, ſicut Dominus dixit. Ite in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius, & Apocalyp. 12. Proiectus eſt draco magnus ſerpens antiquus qui vocatur diabolus. Nam ipſe primus munus tentandi obuiuit. *Si filius Dei es.* Primò quæritur, an ſciuerit Chriſtum eſſe filium Dei, an tentare voluerit. Quidam dicunt ſciuiſſe Chriſtum eſſe filium Dei per vnionem hypoſtaticam, & probant ex nuntio Gabrielis allato ad Beatam Virginem, ex modo Conceptionis & Natiuitatis Chriſti, ex Vaticinio Simeonis, ex baptiſmo Chriſti, & teſtimonijs Ioannis Baptiſtæ. Quod ſi obijcias, cur ergo tentauit, quem ſciebat ſe non poſſe vincere? Reſpondent putaſſe diabolum illum hominem aſſumptum non poſſe peccare, & ſi peccaret quod Deus diſſolueret vnionem illam hypoſtaticam, propter illius peccatum: Sed multo probabilius eſt id diabolum non intellexiſſe: quia niſi per fidem infuſam talis notitia haberi non poteſt, hac tamen carebat dæmon. Quod ſi talē haberet notitiam, ex conſequenti poterat cognoſcere, quod eſſet impeccabilis. Benè enim ſcit dæmon perſonæ diuinæ repugnare pecatum. Ad argumenta tamen reſpondetur. Potuit cognoſcere ex prædictis. Dico primò dæmonem non id aduertiſſe, Deo auertente mentem eius ab iſtorum conſideratione. Secundo dico, hæc diuina myſteria non poſſe verè cognoſci ſolo lumine naturali, ſed opus eſſe ſpeciali Dei auxilio, ac Spiritu eius. Quod ſi aliquid dæmon cognouit hoc ſolum fuit, quod Chriſtus erat filius Dei, non per vnionem hypoſtaticam, ſed peculiari quodam modò, nempe per quandam excellentem gratiam; ſuper omnes alios homines illi collatam. Ita enim Iudęi exiſtimant Meſsiam fore filium Dei, atque in hunc ſenſum adiurauit Dominum Ieſum Cayphas, vt diceret an eſſet filius Dei. Quoniam Iudæi myſterium Trinitatis adhuc non cognoſcebant. Id ergo voluit explorare diabolus, hac ratione ductus, Aut cognoſcam eſſe filium Dei, aut non. Si cognouero, licet non poſsim ei nocere, conabor tamen impedire alios ne illis proſit. Si cognouero non eſſe filium Dei, omnem operam nauabo, omneſque meas machinas contra eum admouebo, vt ipſum ad peccandum inducam. *Dic vt lapides iſti panes fiant.* Primò propter famen aggreſſus eſt tentare illum: Quoniam forte audierat à Ioane: Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ, ergò multo magis panes: Deinde exiſtimauit hac via poſſe cognoſcere quod eſſet filius Dei. Quoniam ſi hoc miraculum facit ad confirmandam hanc veritatem faciet, ſi id non poteſt facere non eſt verus Meſsias. Obſerua, triplex latebat peccatum gulæ, in hoc quod ſuadebat diabolus. Primò vt inordinatè, id eſt, per miraculum vellet habere cibum, cum poſſet alia via parare ſibi. Secundò vt poſſet habere ſuperfluum cibum, quia dicit panes in numero plurali. Teophilactus putat Matthæum narraſſe ita vt dixit diabolus; Lucam vero vſum fuiſſe ſingulari pro plurali. Tertio ſuadebat vt expeteret cibos delicatos: Nam quæ per miraculum fiunt dulciora & ſuauiora ſunt. *Qui reſpondens dixit: Scriptum eſt non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Chriſtus his verbis, mirabili actione illuſit dæmonem. Primò nec negat ſe eſſe filium Dei, nec affirmat, quare reliquit Dæmonem, magis dubium. Secundò, nec dicit ſe poſſe facere miraculum, nec non poſſe, ſed dicit non eſſe neceſſarium. Et probatur. Cauſa vt fiat miraculum, vel eſt vtilitas, vel neceſsitas, neutrum hic aderat modo. Non vtilitas: nam non erat cui fuiſſet vtile, diabolo non, qui conuerti non poterat: non alijs: quia nullus aderat. Neceſsitas etiam nulla erat. Primo quia poterat habere cibum ſine miraculo, nempe comedendo locuſtas, aut herbas; vel ad proximos pagos accedendo ad quærendos cibos. Deinde & ſi fuiſſet deſtitutus humano remedio ad quærendum cibum, & opus eſſet miraculo: non tamen deberet præſcribere Deo hunc modum: Poterat enim Deus ſuſtentare illum varijs modis. Sicut & Moyſem pauit in monte, & populum Iſraël per deſertum cibauit Manā; & Eliam pauit per coruum, Danielem autem per hominem, nempe per Abacuch, vnde verbum hic pro Dei voluntate ſumitur; quatenus per verbum explicatur voluntas. id eſt, omnire alia quacunq; voluerit Deus, poteſt hominē ſuſtentare, hoc autē q̄ tu petis fiet

poſtea. Sicilicet, quando lapidatus eſt Eſtephanus, tunc lapides erunt illi panes. Secunda tentatio: *Tunc Aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem, & poſuit ſuprà pinaculum templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorſum: Scriptũ eſt enim: Quia Angelis ſuis Deus mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidẽ pedem tuum.* Hic quæri poteſt quo pacto eum adduxerit diabolus, an corporaliter; an tantum per viſionem ſenſibilem, & ſi corporaliter, an more humano, ſcilicet, per manum illum trahens, an rapiens per aerem. Primus modus dicendi eſt fuiſſe factum per viſionem imaginariam, ſicut Ezech. & Ioannes in Apocalyp. rapti dicuntur ad varia loca per ſolam imaginationem. Hic modus certe non placet: quoniam doctrina Patruũ eſt, Chriſtum ſolum exterius eſſe tentatum; quod indicat Matth. dicens: Acceſsit ad eũ diabolus & hoc dignitas Chriſti poſcebat. Non enim decebat Chriſtum pati à diabolo perturbationem ſenſuum interiorum. Denique ſi traditur à ſanctis, primos parentes inſtatu innocentiæ nõ potuiſſe tẽtari niſi exterius propter dignitatem illius ſtatus, quanto minus id decebat Chriſto. Secundus eſt modus Cipriani ſermo. de ieiunio, & tentatione Chriſti, (licet aliqui exiſtiment non eſſe ſuum illum ſermonem) vbi ait fuiſſe factum per viſionem imaginariam; non formatam à dæmone, ſed ab ipſo Chriſto, qui in ſua imaginatione formauit iſtas ſpecies templi & montis. Sed improbabilior eſt iſta opinio: quia Matthæus ait diabolum aſſumpſiſſe Chriſtum in montem, & in templum, ergo. Tertius modus eſt Ianſenij dicentis, quod fuit facta à diabolo per repreſentationem quandam ſenſibilem exteriorem, ſicut ſolent facere incantatores. Repræſentauit ante oculos Chriſti imaginem montis & templi, & fecit vt appareret oculis Chriſti ipſum templum & mons, & videre multa regna, non tamen decipiebatur Chriſtus: quia ſciebat eſſe apparitionem tantum, & non ita eſſe. Sinebat tamen dœmonem illa operari. Ratio Ianſenij eſt, quia omnes tres Euangeliſtæ Matthæus ſcilicet, Marcus ac Lucas, dicunt Chriſtum tentatum fuiſſe in deſerto, omnes ergo tentationes factæ ſunt in deſerto, ergo aſſumptio Chriſti in Hieroſolymam, non fuit corporea & vera. Sed contra hoc eſt, quod narratio Euangeliſtarum hoc loco eſt hiſtoria, ergo eorum verba accipienda ſunt vt ſonant, ſed ipſi dicunt ſimpliciter Chriſtum eſſe aſſumptum, & adductum à diabolo in templum, ergo, & ad argumentum dicitur, quod Euangeliſtę non dicũt omnes tentationes factas fuiſſe in deſerto, ſed quia in deſerto aggreſſus eſt tentator Chriſtum tentare exiſtentem in deſerto. Quartus modus eſt, quod revera hæc aſſumptio fuit facta corporaliter, ſed non fuit raptus per aerem, ſed more humano ductus fuit greſſibus ſuis. Ita ſentire videntur Theophilat. Euthimius, & Caietanus. Sed contra hoc eſt quod prius quam dæmon aggrederetur tentare Chriſtum cœpit eſurire Chriſtus, & certum eſt ipſum nihil comediſſe; niſi expletis tentationibus, tunc enim Angeli acceſſerunt & miniſtrabant ei. Sed à deſerto in quo erat Chriſtus vſque ad Hieroſolymam erat iter aliquot dierum, non eſt ergò veròſimile Chriſtum tot dies potuiſſe pati famen, quia iam tunc ſuæ naturæ relicta fuerat eius caro. Fuit ergo raptus à dæmone per aerem, & ductus ad templum & montem, & hoc verba ipſa ſignificant, quibus vtuntur Euangeliſtæ. Aſſumptus eſt, Adductus eſt. Ita Chryſoſtomus ſecunda expoſitione ſuper Matthæum. Gregorius, Homil. de tentatione Chriſti. Sed dupliciter poteſt intelligi, quod dæmon traheret Chriſtum per aerem. Primò vt aprehenderit eum manu tactu aliquo ſenſibili, ſicut Angelus Abacuch; vel inſenſibiliter, aut inuiſibiliter; quia Angelus virtutẽ motiuam poteſt applicare inuiſibiliter. Propoſitum diaboli erat ducere Chriſtum per aerem, vt videretur ab omnibus; vt cùm prædicaret deinde haberetur tanquam Magus, ſed Chriſtus ſua omnipotentia faciebat ſe inuiſibilem. Nec erat indignum Chriſtum tolli à dæmone. Primò quia ſponte & vltrò id permiſsit Chriſtus fieri. Secundò fecit vt celaret diabolo ſuã diuinitatẽ. Tertiò voluit omnimodò tentari, vt omnimodò etiam diabolum vinceret. Quartò vt ſeruis ſuis relinqueret exemplum patientiæ, nec ideò malè de ſanctis putaremus, ſi eos à diabolo vexari videamus. *Iterum aſſumpſit eũ diabolus in montẽ excelſum, &c.* Circa hanc tertiam tentationem eſt dubiũ, an fuerit tertia iuxtà ordinem quem narrat Matthæus. An vero ſecunda. In quo loco eam deſcribit Lucas. Reſpondetur fuiſſe tertiam vt narrat Matth. qui ſeruauit ordinem rei geſtæ in deſcribendis tentationibus. Quod probatur, quia

Ciprianus

Ianſenius

Theophil. Euthim. Cayetan.

D. Chryſ. Grego.

quia Matth. dicit: Et iterum aſſumpſit Ieſum. Iterum, denotat hanc fuiſſe poſteriorem, & aliam priorem. Deinde patet, quia Matth. ait in hac tentatione dixiſſe Chriſtum diabolo: Vade retrò Sathan, & tunc receſsit diabolus, ergo. Lucas narrauit numerum, ſed non ordinem. Secundò quæritur quis mons fuerit iſte excelſus. Quidã dicunt fuiſſe vnum ex altiſsimis montibus totius terræ. Aliqui, q̃ fuit in Syria mons vnus, qui dicitur à Plinio lib. 5. cap. 20. Caſius propinquus deſerto, vbi erat Chriſtus. Alij, quòd fuit mons ille, ex quo Moyſes totam cõtemplatus eſt terrã promiſsionis. Brocardus ait montem hunc fuiſſe alium, qui diſtabat à deſerto, vbi ieiunauerat Chriſtus, duabus leucis; de quo adhûc manet antiqua traditio in illa terra. Sed de hoc nihil certum habemus. Tertiò quæritur, quomodo oſtendit ei omnia Regna mundi. Reſpondetur hoc non poſſe intelligi verè. Primò, quia nullus poteſt eſſe mons adeò altus; vnde poſsint omnia Regna videri propter inæqualitatem montium, vallium, & marium, & rotunditatem terræ. Quia vis potentiæ viſiuæ humanæ eſt finita. Et ſecundò non debet intelligi factũ eſſe per viſionem imaginariam, vt ſuprà diximus: quia Chriſtus nihil eſt paſſus à dæmone interiùs; & ſi ita fuiſſet non oporteret aſſumere illum in locum excelſum. Reſtat ergo (vt ait Ianſenius) quòd factum fuerit hoc per repræſentationem quãdam. Duxit Chriſtum in montem excelſum, & in illa planicie fecit comparere multa Regna & exercitus, & theſauros multos, ſicuti faciunt Magi. Et ad hoc videtur facere quod Lucas dicit in momento temporis. Nam quòd quidam dicunt oſtendiſſe omnia Regna deſcripta, eſt ridiculum: quia ad hoc nõ opus erat ducere illum in montem excelſum; & hoc admitti poteſt in hac tertia tentatione: propterea quòd Lucas dicit in momento. Sed tamẽ meliùs eſt dicere ob oculos poſuiſſe ei Regna mundi oſtendens climata, plagaſq; terrarum, ac dicens ei: Verſùs illam partem eſt talis regio, quæ gignit aurum, illic gemmæ pretioſiſsimæ, &c. Sicut quando Dominus dixit ad Abraham: Tibi dabo terram hanc, non illam illi præſentem fecit, ſed hanc in cuius plaga ac ſitu ſtas. Ita Albertus Magnus, & Caiet. Vnde tunc hoc quod dicitur apud Lucam in momento, intellige, id eſt, in exiguo tempore. Sed quæritur, qua intentione tentauerit eum hac tertia vice. Reſpondetur cum Caietano: Non fuit propoſitum diaboli induducere Chriſtum ad idolatriam. Intelligebat enim eum, qui in alijs probabilioribus rebus ſuperare non poterat, multò minùs in hac viciſſet eum, quæ tàm impia & execrabilis erat. Eius ergo intentio fuit explorare an eſſet filius Dei. Hoc autẽ aſtutiſsimè conſiderauit. Nam in alijs aggreſſus eſt eum dicendo: Si filius Dei es, & Chriſtus illuſit illum: Nunc autem abſq; hoc proloquio adorſus eſt Dominum, exiſtimans Chriſtum reſponſurum ei: Tu debes me adorare, quia Deus ego ſum. Alia quæſtio eſt, an hæ tentationes continuæ fuerint. Et reſpõdetur, quòd ſic: quia Chriſtus ante eſurierat, nec comedit niſi poſt deuictas has tentationes, ergo non potuit multùm temporis pertranſire in eis. Nam & Lucas, & Matth. dicũt poſt tertiam tentationem, tunc diabolus reliquit eum, ergo ante hanc vltimam tentationem nondum receſſerat. Aliqui dicunt præter iſtas tres habuiſſe multas alias tentationes; ita Origenes, & poſt eum Ianſenius. Quod tamen credibile non eſt: quia Euangeliſtæ dixiſſent vtique illas, cùm maximè ad noſtram expectarent eruditionem: & Matth. ait, quòd poſt eſuriem acceſsit tentator; ſed non eſuriuit niſi poſt quadraginta dies. Poſtremò, ſi tàm multis vicibus tentatus fuiſſet à diabolo, diabolus victus & confuſus, quomodo tàm leui tentatione Chriſtum adoriretur, qualis fuit famis? Vltimò not. ex Alberto Magno, qui ait, quòd pinnaculum templi, ad quod in ſecũda tentatione adduxit diabolus Chriſtum, non fuit cacumen ſuperius templi, ſed fuerunt Exedræ in templo, de quibus Ezech. 42. fit mentio, id eſt, exteriores ædes, per modum pinnarũ præeminentes à fronte templi, vbi erant cathedræ cõcionantium & docẽtium populum, ad ſimilitudinem ambonum, à quibus illum voluit præcipitare tentator.

Sed quoniam hiſtoria hæc diuinis eſt repleta myſterijs, & tẽpore quo populus frequentiùs ad contiones audiendas cõcurrit, recitatur: operæpretium erit pluſquàm in alijs in hoc Euangelio immorari. Et primò ſciendum eſt in hoc Euangelio graphicè depictas eſſe contentiones, ac bella, quæ inter iuſtũ ac diabolum in toto vitæ curriculo geri ſolent, in quo & inſtruuntur iuſti, quo pacto ſe gerere debeãt cũ illo. Quoniã volo vos omnes ſcire (ô viri Chriſtiani) q̃ tota

Plinius.

Brocard.

Ianſen.

Ianſen.

Luc. 4.

Albert. Caiet.

Origenes. Ianſen.

Albert.

Ezech. 42

Moralitas ſeu cõcio.

tota vita Dñi N. Ieſu Chriſti, & quidquid in ea geſsit, ab eo die quo natus in Bethleẽ fuit vſq; ad illã qua in Cruce Spiritũ efflauit; nihil aliud fuit, niſi imago quædam, ac figura earum rerum, quæ homini iuſto in toto ſuæ vitæ curſu contingere ſolent. Omnis quippè Chriſti actio (vt proloquiũ Sanctorũ eſt) noſtra eſt inſtructio. Id etiã diuina Scriptura in ſe ipſa quaſi delineatũ, & adumbratũ continet. Eſt quippè diuina
D. Chryſ. Scriptura (ait Chryſoſt. ſuper Pſalm. 50.) veluti lintheũ, in quo bellũ quoddam de-
Simile. pictum eſt. Sicuti enim ibi videmus alium interfectum, alium in terra proſtratum, ſed viriliter conãtem reſurgere, & inimico reſiſtere: iam iſte illum vincit, atque ab alio victus cadit; videmus ibi arma, Reges, arcus, ſagittas, catapultas, tormenta, lanceas, equos, ſanguinem, fumum, & alias belli machinas eleganter depictas. Sic in ſacra Biblia conſiderare debemus; vbi bella iuſti cum dæmone, tanquàm in quodam lintheo aut tabula mirificè adũbrata conſpicimus. videmus enim aliquem in peccato iacentem, atque in ipſo peccato ſpiritum efflantem; alium protinùs vt cecidit ſurgentem, hoſtiq; fortiter obuiam ire. Videbitis Iudã auaritiæ telis proſtratum, ibiq; ſpiritum ſimul cum viſcerum effuſione dare. Aſpicietis alium Petrum miſerè ab ancillula deuictum; & tamen protinùs ad vocem galli reſurgere, contraq; aduerſarium arma verbi Dei cõuertere, quib⁹ illum è mundo profligauit; & Coapoſtolum eius Paulum in terra proſtratum, orbatum luce, & tamen ex perſequutore effectũ electionis vas, admirabile opus excelſi: quoniam & ſi proſtratus ſit ſequiſimus perſequutor, tamẽ erectus eſt fideliſsimus prædicator. Aſpicite, & Dauid ad mulieris pulchræ aſpectum cecidiſſe, ſed confeſtim cognito peccato erectum, atq; lachrymis abluere quod fecerat. Quid plura, videbitis patientiſsimum Iob, vulnera atq; ictus plures recipere quàm ille Sceuola; & tamẽ ſemper integer ac imperterritus in bello permanere. Deniq; quidquid iuſto in ſuo vitæ progreſſu accidere ſolet, eleganti artificio ibi depictum videbimus. Chriſtus Dominus finis atq; compendium totius diuinæ Scripturæ eſt, quẽ maximè illius linthei deliniator ac pictor, nempè Spiritus Sanctus adũbrare voluit.
Rom. 10. Finis enim legis Chriſtus, ait Paul. quoniã eſt verbum quoddam breue, quod omnia Scripturæ verba dicunt, & in quod tanquã in compẽdio redacta ſunt. Vnde quidquid bonũ & perfectũ, quidquid aſperũ ac difficile, quidquid excellẽs ac forte, de cæteris iuſtis in Scriptura depictũ eſt; totum ſimul inuenies in Chriſto Ieſu, tanquã in quodã compendio perfectiùs atque excellentiùs conſummatum. Quoniam ſi oculos noſtros attentè in talem virũ fixerimus; ibi omnia quæ iuſto accidere ſolent, à die ſuæ regenerationis per baptiſmum, cùm ſe Chriſti militem profitetur; vſq; in diem exitus ab hac vita, cùm prælia iam omnia exhauſta finiuntur viuido colore conſcripta videbimus. In eo quippè diſces quid facere debeas, quando in te Dei fauorem conſpexeris, & quid agendum ſit, quando à diabolo te ſenſeris fatigatum. Quo pacto in proſperis te gerere debeas, & quomodo in aduerſis te habeas. Quando hoſtẽ adoriri. Quando verò terga vertere debeas. Quando ferire hoſtem; & quando ab eius te protegere ictibus. Deniq; tota Chriſti vita præludiũ quoddam eſt, ac ſimulachrũ huius ſpiritualis prælij, ac exercitium ſpiritualiũ armorum, & liber quidam inſignium bellorum animæ, in cuius lectione ſeſe exercere debet verus Chriſti miles, qui palmam ac triumphum in his prælijs adipiſci deſiderat. Videbitis enim nobilem iſtum bellatorem equitem, qui hodie in deſertũ ad præliandum cũ hoſte pergit, quomodo in proſperis, quomodo ſe in aduerſis gerebat. Cùm enim per eum magna Deus operabatur prodigia mortuos ſuſcitando, cœcos illuminando, leproſos mundando, omnes ægrotos ſanãdo; pro omnibus gratias Patri referre, tanquàm à quo cũcta illi bona procedebant, interdicereq; illis quos ſanabat, nè id in populum diuulgarent, tanquàm qui mundi auram, atq; opinionem vanam declinare cupiebat; vt diſcas bona tua Deo tribuere, vanumq; mundi applauſum euitare. Videbis eum fugere, cùm illum facere Regem volebant turbæ: at quando ad eum rapiendum veniebant, vt occiderent, obuium ſe illis æquo animo oſtendere: vt ſcias & mundi delicias fugere, & Crucem ac laborẽ pro Chriſto libentiſsimè ferre. Aſpicies eum hodie in campum cum hoſte ad manus venire, illumq; admirabili dexteritate proſternere. Quapropter Propheta dicebat, ipſum in ſignũ poni debere nationibus: Leuabit Dñs ſignum in nationibus. *Eſai. 5.* Ipſe quippè ſignum eſt ac imago, in quem omnes reſpicere debent, qui piè ac rectè viuere

viuere concupiſcunt. Quoniam quid rigidum, quidvè laborioſum alicui contingere potuit, quod non priùs expertus ille in ſe fuerit? Tentatum per omnia eum prædicat
Hebr. 4. Paul. Edidit quemdam librum Cicero, in
Cicero. quo mirificè depingit perfectiſsimũ Oratorem, quibus deberet eſſe præditus rebus, tàm naturalibus, quàm artificialibus; vt in orandi arte cõſummatus ac perfectiſsimus eſſet. Vis (ô homo) vt oſtendam tibi codicem vnum, in quo adumbratus eſt homo, vndique perfectus tàm in diuinis, quàm in humanis: tàm in naturalibus, quàm in ſupernaturalibus, tàm quoad inferiorem portionem, quàm quoad ſupremam? Fige mentis oculos in hunc virum, quem nobis Euangeliſta athletam oſtendit; & ibi inuenies quidquid in perfectiſsimo, ac conſum-
Eſai. 29. mato viro deſiderari poteſt. Eſt enim liber ſignatus, de quo Eſai. prædixit, qui ſcienti literas, & neſcienti porrigitur ad legẽdum. Quoniam licet quantùm ad hoc, quod eſt comprehendere ea omnia, quæ in Chriſto ſunt omnibus ſignatus ſit liber iſte: tamen ea ſolùm, quæ ex eo legere poſſumus omnibus proficua ſunt, tàm literatis, quàm illiteratis, tàm magnis, quàm paruis, tàm peccatorib⁹, quàm iuſtis, tàm ruſtico, quàm erudito. Igitur liber iſte, nempè Chriſti Euangelium, & ipſe Chriſtus, qui in eo legitur; perfectiſsimè nos veſtit ac inſtruit, in hoc belligerandi genere cum antiquo noſtri generis hoſte. Quod & conſiderans
Pſal. 143. Dauid gratias pro eo Domino referebat, dicens: Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Ac ſi diceret: Ipſe in ſeipſo quaſi in præludio quodã me ad belligerandum cum diabolo, & armat, & inſtruit. Vnde in hoc Euangelio in perſona Chriſti inſtruimur, quo pacto pugnare cũ hoc hoſte debeamus, vt ab eo palmam ac honorem reportemus. Quod ſic incipit dicere: *Tunc ductus eſt Ieſus à Spiritu in deſertũ, vt tẽtaretur à diabolo.* Ecce quis ſit imperator, qui hoc indicit bellũ, inter diabolum & iuſtum, nempè Spiritus Sanct⁹, qui Deus eſt. Pro certo ſciat omnis fidelis, nullam contra eum inimicum poteſtatem habere, nec exercere poſſe, niſi mandato aut permiſsione diuina interueniente. Nec enim
Iob. 1. auſus eſt adoriri Iob, nec lædere eum, nec res ſuas, vſq; dum à Domino poteſtatẽ accepit. Quid mirum, cùm nec porcos in iuſſu
Matth. 8. *Simile.* Dei intrare potuerit? Eſt quippè Deus velut generalis Dux totius vniuerſi, ſine cuius nutu, nec bellum indici, nec fieri vllatenus poterit. Verum eſt hoc poſſe intercedere diſcrimen. Quoniam vnum Deus vult cùm tentari permittit iuſtum, aliud dæmon qui hunc iuſſum exequitur. Deus quippe hoc vult, quòd vel humilietur iuſtus ſuam agnoſcendo infirmitatem in tentatione, vel quod ſibi meritum lucretur vincendo. Dæmonis autẽ intentio in exequutione diuinę permiſsionis aliena ab hac eſt. Intendit enim hominem perdere, Dei minuere honorem, ac timorem inter homines. Deniq; nihil bonum intendit, ſed quodcumque poſſet facere malum. Sicuti *Simile.* cùm Rex bellum iuſtum indicit aduerſus alterum ſuam conſeruare iuſtitiam ac poteſtatem intendit, cùm militi præcipit vt pugnet: ipſe verò miles ſuam explere vindictam cum hoſte intẽdere poteſt, ſi illum ob aliam peculiarẽ cauſam anteà odio habebat. Conſeruare ſuam iuſtitiam in ſuis vult Deus, cùm tentari eos ab hoſte permittit, nempè vt iuſtitia Dei firmiter, humiliter, ac perſeueranter teneatur: aduerſarius tamen de Deo vindictam ſumere intendit, in amicos Dei ſuam iram explendo, propterea quòd tàm Deum, quàm ſuos æterno ac ſummo ſemper proſequatur odio. Vnde (vt optimè ibi adnotauit D. Thom.) cùm *D. Thom.* Dominus facultatẽ dedit diabolo, vt cõtra Iob ſæuiret, dicitur quòd erat Sathan corã Domino. Cæterum cùm poſteà exequutionem eſt aggreſſus, dicitur quòd egreſſus eſt Sathan à conſpectu Domini. In quo datur intelligi quòd facultas illa, quam dedit Deus Diabolo, vt tentaret Iob, erat iuſta ac digna Dei conſpectu: & ideo dicitur, q̃ tunc ſtabat Sathan coram Domino; verùm quoniam exequutio illius facultatis facta à diabolo fuit peruerſa intentione facta; dicitur, quòd eſt egreſſus à conſpectu Dei, quaſi iam talis intẽtio non eſſet digna diuino conſpectui. Idem adnotauit D. Gregor, *D. Greg.* ſuper illud ſpiritus malus Domini exagi- *1. Reg. 16.* tabat Saul; nam ſi malus quomodo Domini; & ſi Domini quomodo malus? Quoniam tentationes Domino permittente fiunt, qui iuſta ac pia hoc facit intentione: ſed quia diaboli exequentis intentio peſsima eſt, ideò dicitur malus. Igitur Deus eſt qui hoc permittit certamen ac duellum propter tui vtilitatem: vt per hoc in tentatione conſoleris, ſciens quoniam Deo iubente ac permittente id fit, vt humilieris ab eoq; ſuppetias

petias poſcas, & auxilium agnoſcens fragilitatem tuam. Deinde quæ à Deo ſunt, ſiue iubente, ſiue permittente rectè ordinata
1. Cor. 10. ſunt: ſciens veram eſſe illam Paul. ſententiam, qua dicit: Fidelis Deus qui non permittit vos tentari, ſupra id quod poteſtis; ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere. Hoc ergo eſt Chriſtum ab Spiritu duci in deſertum, vt tentetur à diabolo. Nimirùm docet nos, quòd domino permittẽte hæc proueniunt certamina, ex quo habemus à quo ſit bellum hoc indictum. Oportet deinde ſcire, quiſnam ſit hoſtis contra quem dimicare
Simile. debemus. Hoc enim optimi Ducis officium eſt, priùs ſi poteſt inquirere, quænam vires inimici ſint, quiſnam ordo bellandi, quis numerus militum, quibus machinis bellicis vti ſoleat: vt ipſe è contra ſe præparet aduerſus eum, ſecundum ea quæ de hoſte cognoſcit. Inimicus ergo cum quo noſtrum certamen habemus, diabolus eſt, *vt tentaretur à diabolo*, antiquus hoſtis & aduerſarius, cui mille modi nocendi ſunt, inſidiæ quamplurimæ ars bellandi incredibilis, & in bellicis rebꝰ experientiſsimus eſt: vt potè qui ab initio homicida eſt, & pater homicidarum, & diſſenſionũ potentiſsimus omnium: quoniam vt Iob dicit: Non eſt pote-
Iob. 41. ſtas in terra, quæ comparetur ei. Non ei adæquabuntur Cæſares, nec Alexandri, nec Pirrhi, omnes fortitudine ac induſtria ſuperat. Nec enim carnalibus armis quæ frangi poſſunt præliatur, ſed ſpiritualibus; ſicut &
Epheſ. 6. ipſe Spiritus eſt. Vnde Paul. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus Principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarũ harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Principes ſunt qui ſub ſe milites habẽt auxiliarios, rectores, ac Duces poteſtatem in aëra exercentes, nequiſsimi ac calidiſsimi; imò potiùs ipſa iniquitas ac malitia. Quare ſi inimici noſtri ſpirituales ſunt, ſpiritualibus armis dimicantes: & nos viciſsim eiuſdem generis armaturã induere debemus. vt pares ſaltẽ ſimus ad reſiſtendum. Vnde
2. Cor. 10. Paul. id dicit: Arma militiæ noſtræ nõ carnalia ſunt, ſed potentia à Deo. Ea propter poſtquam ipſe Paul. nobis potentiam ac
Epheſ. 6. vires hoſtis oſtenderat eo. cap. ad Epheſ. 6. Nos contra inimicos armis ſpiritualibus induit, dicens: Proptereà aſſumite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo; ſtate ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate. Fortis armatura eſt veritas, de quà dicitur, quòd ſuper omnia vincit. Loquimini veritatem, vnuſquiſque cum proximo ſuo (ait Paul.) & multò fortiùs cum Deo, quem nullus ſeducere aut fallere poteſt. Eſt quip-
Simile. pè veritas ſicut cingulum quod cæteras veſtes cõſtringit ac colligit; ſic & veritas aliàs in ſe cingit virtutes: quoniam virtus veritas eſt, cùm tamẽ vitium mendatio innitatur. Vel ſuccincti lumbos tẽperantia ac ieiunijs, quæ carnem conſtringunt, nè in ſua varia deſideria effluat; ſicut cingulũ continet veſtes. Et induti loricam iuſtitiæ, quæ totam animam tegat, nec ſit locus dirutus, quo ſe intromittat in iuſtitia. Calciati pedes, hoc eſt affectus, in præparatione Euãgelij pacis. Moderandi ſunt affectus carnis Euangelicam ſequendo doctrinam. In omnibus ſumentes ſcutũ fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſsimi ignea extinguere. Scutũ cor ſeruat, ſic fides quæ cor circuit, quæ eſt illa quæ per dilectionem operatur; quæ non in ſolo intellectu ſiſtit, verùmetiã ad cor ſe extendit, ideſt, ad voluntatem. Et galeã ſalutis aſſumite: galea caput tegit; ſic ſpes firmat voluntatẽ in bono, & conſtantem eam in tentatione facit ſpe præmij, quod vincentibus promittitur. Et gladium
Hebr. Spiritus quod eſt verbũ Dei: ſermo quippè Dei viuus eſt, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, vt ad Hebræos docet idem Paul. Per omnem orationem, & obſecrationem. Terribilis armatura eſt oratio aduerſus dæmonem, quam pertimeſcit, ma-
D. Anta. ximè vt Diuus Antonius diſcipulos ſuos docuit. His armis hodie Chriſtus aduerſus tentatorem ſe munit. Igitur armatis Athletis, & in campum iam præparatis; ad dimicandum detur ſignum, & ad prælium, conſerant hi duo Principes manus; Chriſtus verus Princeps cœli & terræ, & diabolus qui ſibi huius mundi principatum vſurpauerat. Ait ergo Euangeliſta: *Et accedens tentator dixit ei: Si filius Dei es, dic, vt lapides iſti panes fiant*. Ecce primum huius prælij congreſſum. Solent ſolertes Duces in prima acie totius exercitus, tyronnes, ac minùs exercitatos milites collocare, & duplici ratione ducti. Primò, vt primus hoſtis impetus, qui fortior eſſe ſolet, in debiliori parte exercitus frangatur, reliqua quæ fortior eſt in ſuis viribus permanente. Secundò, vt iſti primi teſtudinem militum rumpentes, iter aperiant, quò reliquæ acies intrare poſſint, ac in

in hoſtium agmina graſſari. Sic enim Turcæ facere conſueſcunt; At Sapios qui debiliores ſunt in primis ordinibꝰ collocantes, vt hos duos effectus peragẽtes; reliqua pars exercitus vincat. Sic modò diabolus facere videtur; nam in primis ordinibus, *En la vanguardia*, debiliorem militẽ collocat: ſed qui aduerſarij vires frangat, ad reliquoſq; milites iter paridat. Gula quidem minimum omnium ſeptem mortalium peccatorũ eſt, ſaltem alia ſunt maiora; tamen & animam debilitat, & ad reliqua vitia ianuam aperit:
Hierony. quoniam, vt ait Hieronym. Venter pinguis craſſum ſenſum generat. Vno quippè contrario creſcente; alius neceſſe eſt, vt minuatur; ſicut creſcente calore frigoris vis decreſcit. Corpus & anima contraria ſunt; ſi
Iob. 11. caro pingueſcit, animam neceſſe eſt debilitatem pati, ſecundum illud Iob: Spes illorum (ſcilicet iniquorum) abominatio eſt animæ. Cùm igitur mali corpus delicioſè tractent, hæ corporis deliciæ detrimentum ſunt animæ. Quare gula inter reliqua vitia animam inertem, ac inhabilem ad ſpiritualia negotia reddit. Videmus eim viros alios ſapientes, poſt multam tamẽ comeſtionem parum aptos ad negotia ſeria pertractanda eſſe. Ecce primum damnum; animæ vires debiles facere. Secundò cæteris vitijs aperit ianuam, qua turmatim ſe intromittant, atq; in omnes animæ potentias graſſentur.
Simile. Eſt enim gula veluti puer paruulus, qui licet per ſe ipſe ſpoliare non poteſt domum, ſed quoniam per minimum foramen quod non caperet virum, ſe poteſt intra domum iacere, poteſt & aperire ianuam ab intrò cæteris latronibus, vt domum diruant, & ſpolia eius rapiant. Sic gula quæ minimum peccatorum eſt, quoniam cõtra proximum non eſt; tamen alijs ſternit viam, & fores aperit, quibus in animam ſe intromittant, vt ſpolient eam. Quis mihi daret eruditam linguam, vocemq; ferream, ac ſpiritu plenam, vt poſſim enarrare damna, quæ gula animabus afferre ſolet? Primùm gula aperit ianuam Veneri, hoc idolum primò introducit in animam luxuriam, ſcilicet. Dic mihi ſi placet, quò plebeius homo à cauponaria taberna pergit, in qua ſatis vino potatus eſt? Quò? Ibi vbi pudica lingua abſq; pudore dicere non audebit. In domum meretricum pergit, vbi eum vinum quod potauit inuitat. Quò iuuenis nobilis, ac diues poſt cœnam exiliens à domo ſua vadit, niſi ad domos impudicarum mulierum, cum quibus ſuam expleat libidinem, quam cibus ac potus ei pepererunt? Scriptũ quippè eſt quod ſine Cerere, & Bacho friget Ve- Tertius.
nus. Aperit etiam iter ad detractiones. Ite ſi placet ad menſas diuitũ, poſtquàm ſplendidè ac lautè paſti ſunt, & attendite quas gratias referant Deo propter tot bona eis collata, loco gratiarum actionis detractiones aduerſus proximos audietis. Nec enim parcunt Regi, nec conſultoribus eius, nec clericis, nec monachis, nec monialibus, de quibus quælibet non effutiant, vt eorum famam denigrent. Imò nec Deo parcit lingua benè potati: quoniam blaſphemiæ, ac falſa iuramenta, tunc etiam foras ſe pandunt; imò in iurgia, in contumelias, & in ſe-
ditiones, eos excitat etiam gula. Vnde Prouer. 20
Prouerb. Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas. Et Eccleſ. dicitur: Vinum Eccleſ.
multum potatum, irritationem, & iram, & ruinas multas facit. Et Paul. Rom. 13. cum Rom. 13.
gula omnia hæc mala iungit, cũ dicit: Non in commeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus & impuditijs, non in contentione & æmulatione; deniq; ad omnia vitia aperit ianuam gula. Vnde Nabuzardan
Princeps coquorum Regis Babylonis, fuit 4. Reg. 25
qui diſipauit muros Hieruſalẽ, & vaſa tem- & Hier.
plo conſecrata abſtulit, & in profanos vſus 39. 40. 41
conuertit. Quis eſt iſte Princeps coquorũ, niſi gula? Quæ ſemper edulia, quę in coquina condiuntur meditatur. Muri Hieruſalẽ ſunt virtutes, quæ animam contra vitia muniunt, caſtitas contra luxriã, patientia contra iram, liberalitas contra auaritiam, &c. Hæc menia diſipat gula, vt dictũ eſt. Vaſa autem Deo conſecrata ſunt animæ: vna quippè vas eſt adorandum, alia ad prædicandũ, alia ad eleemoſynas largiendũ, &c. Hæc autem vaſa ſacra conuertit in profanos vſus, cùm eas mouet ad cõmeſſationes, & ebrietates, vt in hos ſemper meditetur,
ſecundum illud Paul. Quorum Deus ven- Philip. 3.
ter eſt: quoniam ſicut Deus eſt finis noſter, ita iſti pro fine habent ventrem, vt omnia ſua ad illum explendunt dirigant; ſicut &
Sapiens dicit: Omnis labor hominis in ore Eccleſ. 6.
eius, id eſt, circa cõmeſtionem, quæ fit cum ore. Vnde & in Quadrageſima, & in diebus in quibus pœnitere debet homo: gula tot delicias adinuenit, vt lautiùs & ſuauiùs paſcatur homo illis diebus, quàm alio tẽpore. Ecce gulę mala ac incommoda. E contra verò de Ieiunio dicitur, quòd vitia comprimit; quæ tamen gula viuificat. Mentem eleuat;

eleuat; quam gula deprimit, virtutes largitur & præmia, quas gula pellit. Hic ergo fuit primus huius pugnæ cõgreſſus. Videamus quomodo alter Athleta huic congreſſui reſiſtat. *Et reſpondens Ieſus dixit: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Ecce quibus è contrariò armis ab inimico ſe defendit Chriſtus: tribus Scripturæ teſtimonijs ipſum pepulit, quæ fuerunt lapides illi, quos Dauid miſit in peram paſtoralem, vt Gigantem illum
1.Reg.17. Goliath proſterneret. Et certè crede mihi Chriſti fidelis frater, non inuenies aptiorem armaturam contra dæmonem, quàm ſacræ Scripturæ teſtimonia, vel audiendo in concionibus verba Dei, vel legendo in libris ſacris, & in corde tuo meditando, & conſeruando ea: vt cùm te adortus fuerit tentator, ex ſinu tuo quaſi ex pera teſtimonium ſacrum proferas, quò eum veluti la-
Pſal.118. pide ferias. Dauid enim dicebat: In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Vt ſi te aggrediẽ diabolus per deſpe-
Ezech.18. rationem, videſ in te tot & tàm magna peccata profer ex ſinu tuo illud Ezechi. teſtimonium: In quacunq; hora peccator ingemuerit peccatum ſuum, omnium iniquitatum eius non recordabor ampliùs. Si per iram te adoritur, memẽto illius verbi Do-
Matth.5. mini: Beati mittes: quoniam ipſi poſſidebunt terram, & ſic de alijs. Hoc enim eſt ſcutum fidei, quod protegit cor contra nequiſsimi tela ignea. Ex quo ego duo infero. Alterum quàm maxima ſit vtilitas, quæ ex lectione ſacrorum librorum, & ex ſacris concionibus lucrari ſolet. Quoniam appetitus animæ ad bonum grandis eſt, his ſacris ſermonibus ac lectionibus excitatur, ac viuificatur, qui ob harũ indigentiam, quaſi mortuus ac ſopitus videbatur. Secundum quod ex hoc ſequitur è contrariò eſt, quãta labes ac peſtis animabus ſint, vel turpia colloquia, vel librorum inutilium ac profanarum lectio. Quoniam ſicuti ſacrata lectio armatura eſt contra hoſtem; ita & profana quaſi cuſpis diaboli eſt aduerſum nos. Nam ſicut ex ſacris lectionibus excitatur appetitus ad virtutem; ita ex prauis vires adquirit libido vitiorum. Pudet me certè modò recenſere libros, quos hodie Chriſtiani homines in manibus verſant: Eia vade ſi placet in die quodam feſtiuo ad domos reconditarum virginum; & vide in quibus exercitijs tempus terant, quãdo à domeſticis laboribus vacãt. Videbis nè in manibus eius libros, qui Sanctorum egregia facta commemorent? Quorũ exemplo motæ ad virtutem excitentur, vel alios qui de moribus componendis diſſerunt? Libros in manibus eorum inuenies, qui eas potiùs ad vitia & peſsimos mores excitent, quã ad bona promoueant. Prohibetis eas, nè cum viris colloquia miſceant, nè eas ad turpitudinem prouocent; & permittitis, vt legant libros, qui amores ac lenocinia meliùs docent, quàm ipſi viri procaces facerent. In manibus earum comburendos cenſeo, nè exillorum lectione fragilis eorũ natura ad turpia prouocetur. Sicut exemplum eſt nobis apud Terentium (quod D. Auguſt. ad hoc propoſitum refert in lib. de Ciuitate Dei) D. Aug.
quod cum iuuenis quidam procax videret tabellam, in qua erat depictum ſtuprum Iouis cum Danae, ex illa pictura ille incitatus eſt ad offerendum vitium virgini, quam ſeruabat. Libri autem iſti profani picturæ quædã ſunt, in quibus turpes amores deliniantur, quorũ lectione ad eos fragilis caro prouocatur: vt antiquus hoſtis ſenſit quali eum ictu Chriſtus petiuit: ſecundam aciem cõtra ipſum inſtruxit. Nam ait Euangeliſta: *Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi, & dixit illi: Mitte te deorſum. Scriptum eſt enim: Quoniam Angelis ſuis* Pſal. 90.
Deus mandauit de te, in manibus tollent te, nè fortè offendas ad lapidem pedem tuũ. Grauior hæc ſecunda tẽtatio quàm prima eſt. Quoniam prima fuit gulæ, hæc autem eſt vanæ gloriæ, quæ fortior ac ſubtilior hoſtis eſt. Et volebat ipſum è tẽplo præcipitari, ſciens periculoſum eſſe caſum Eccleſiaſticorum, qui templo aſsiſtunt; atq; de cathedra præcipitem dare Magiſtrum multorũ eſſe cauſam ruinæ. Sed quoniam de hoc ſtatim dicturi ſumus, ad tertiam properemus tentationem, in qua diabolus tantum reſeruauit pondus belli, atque in ea vltimum adiecit colophonem. Sic enim homines facere conſueuerunt, vt in poſtrema militum acie robur exercitus collocent, qui & renouare bellum poſsit, ſi fortè iam milites deficiebant, vel victoriam continuare; & citius bellum finire. Si iam alij initium illius fecerant. Sic ergo nunc aduerſarius fecit, nam ait Euangeliſta: *Iterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valdè, & oſtendit ei omnia Regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.* Hæc eſt omnium fortiſsima tentatio,

tatio, auaritia ſcilicet, id eſt, pecuniarum amor. Nam multos deiecit gula, quàm plurimos vana gloria; ſed multò plures proſter
1. Tim.6. nuit auaritia. Vnde Paul. ait, qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. Laqueus eſt in quo plurimi adhæſerunt. Et alibi ait: Radix omnium
Ibidem. malorum eſt cupiditas. Licet videatur in hoc contraire illi ſententiæ, quam dicit Sa-
Eccleſ.10. piens: Initium omnis peccati eſt ſuperbia, quomodo ergo cupiditas radix erit? Diuus
D. Thom. Thom. hæc duo conciliat loca dicens: Superbiam quidem initium ac radicem eſſe peccati, quantùm ad intentionẽ: auaritiam verò quantùm ad exequutionem. Nam ſuperbia eſt appetitus ſingularis excellẽtiæ, quam ſuperbus in omni opere ſuo intendit, Si enim vult lautè comedere & bibere: hoc eſt, vt in hoc ſingularis inter cæteros appareat; ſi fœminarũ amores habere, ſi ludere, & quidquid aliud volunt ſuperbi: vniuerſa ordinant ad hoc, vt ſingularis excellentiæ, inter reliquos omnes videantur. Ecce quomodò in intentione primum vitium eſt ſuperbia. Cæterum in exequutione radix ma-
Simile. lorum eſt auaritia. Quoniam ſicut radix alit arborem & fructus eius; ſic pecunia om-
Eccleſ. 10 nia vitia, iuxta illam ſententiam: Pecuniæ obediunt omnia, *el dinero todo lo puede.* Pecunia quippè meretrices, lenones, paraſytos, ſycophantas, factioſos, homicidas, reliquoſq; omnes peccatores ſuſtentat: quoniam hæc omnia ſceleratorum hominum monſtra, in domibus diuitum inuenietis. Ex quo ego infero, prohdolor, hãc eſſe cauſam, quare hac tempeſtate vitia adeò coaleſcunt, & in ſummo ſita ſunt honore, virtutes verò abſq; fauore & honore iaceant. Quoniam pecuniæ abundant in Hiſpania, magnum enim pondus auri & argenti, ab Indis ad nos quotanniis vehitur; & quia vitia ſuam radicem habent: ideò creſcunt & abundant, & ex conſequenti virtutes, quæ eis cõtrariæ ſunt, decreſcunt & diminuuntur. Olim cùm Reges & magnates apud nos parùm pecuniæ habebant, & eam in quotidianis prælijs aduerſus Mauros expẽdebant; nec vitiorum potentia tanta erat, nec virtutum gloria tàm parua: quoniam deerat pecunia malorum omnium altrix. Nunc verò omnia mala cum pecunia abundant. Dicitur etiam auaritia radix omnium malorum: quoniam verũ eſt illud dictũ Poëtæ. *Creſcit amor numi, quantũ ipſa pecunia creſcit.* Et ratio huius eſt in ſufficientia bonorum temporalium, quæ non poſſunt omnibus abundare; imò ſi vnus eſurit, alius ebrius eſt. Sunt enim ſicut duo cum vno calceo, Simile.
vt dicitur in Prouerbio: Quem ſi vnus calciat, alius diſcalciatus remanet: ſic ſi vnus vſq; ad ſaturitatẽ comedit, alius fame perijt: & ſi vnus abundat veſtimentis, alium nudum incedere neceſſe erit. Cùm ergo auarus abundantiã diuitiarum ſummopere concupiſcat, & eam habere non poſsit, niſi ab alio quæ habet auferat, hinc oriuntur furta, vſuræ, ſimoniæ, reliquaq; vitiorum ac iniuſtitiæ monſtra. Vnde de his dicitur
Iob. 27. Ædificabunt, vt tinea domum Iob.27.
ſuam. Tinea quippè ſibi operimẽtum parat alterius rodendo ac conſumendo veſtem. Videbis tineam veſtitam, tuum autem indumentum dirutum & aporiatum. Sic ſi iſte diues bonum operimentum habet, ab altero furatus eſt, & in re aliena detrimentum fecit. Nam quia magnates multos ſumptus facere volunt, nec ad eos ſufficiant ſui annui redditus, noua confingant tributa, quibus iniuſtè ſubditos grauent. Idem de mercatoribus dices, qui ex ſeruis dominos vaſallorum euadere volunt, neceſſe eſt, vt vſuris aliorum corrodant bona; & ſi ædificant ſibi domos tanquàm magnates, vt tinea id faciant aliorum conſumendo bona. Idẽ poteris dicere de ſcribis, qui ſericis indui volunt, auro & gemmis ornatas vxores ac filias habere, neceſſe eſt vt id faciant, accipiendo pluſquàm ſecũdum iura poſſunt. Ecce quid auaritia faciat. Vnde eam comparat Paul. idolatriæ, vocat enim auaritiam
idolorum ſeruitutem. Nam ſicut ſimulacra Coloſ. 3.
gentium erãt argentum & aurum; ita iſti ar- Simile.
gentum & aurum pro Deo colunt. Quare Pſal. 113.
Indi à principio aurum vocabant Deum Chriſtianorum: videbant enim pro illo vehementer inhiare, & quaſi pro Deo colere, qui eſt finis noſter, & appetitus finis eſt infinitus de ſe, appetitus medij menſuratur in ordine ad finẽ: non enim plus Reubarbi ſumo in potione, quã quod ad expellendã choleram ſatis ſit, ſalutem autẽ abſq; menſura appeto, quoniam eſt finis: ita quia auari abſq; mẽſura diligunt pecuniam, ſecundum
illud Prophetæ: Non eſt finis acquiſitionis Baruch. 3.
illorum: ideò dicitur auaritia idolorum ſeruitus. Vide ſi placet Comment. noſtros ſuper Pſal. 118. tract. 5. fonl. 167. Id ergo ſciẽs aduerſarius in idololatriam voluit proſternere Chriſtum præter auaritiam, dicens: *omnia hæc tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.*

Sed

Sed quid dicit illi diuinum reſponſum? Alium è pera lapidem eduxit, ac dixit ei: *Vade retrò Sathana; ſcriptum eſt enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.* Quo ictu, & aduerſarius terga vertit, vim tanti ſermonis ferre nō valens, & Chriſtus
Pſal. 117. ex illo victoriam reportauit. Vnde & Angeli acceſſerunt & adminiſtrabant ei, canentes & dicentes: Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini cōfregit inimicum: & miniſtrabant cibos eſurienti, & ſimul applaudebant victori. Ecce bellum inter iuſtos & diabolum, admirabili pictura in Chriſto Domino adumbratum.

Alia moralitas ſeu concio. Alia via modò id ipſum Euangelium repetamus. *Tunc ductus eſt Ieſus in deſertum à Spiritu, vt tentaretur à diabolo.* Tunc (ait) hoc eſt, protinùs poſt baptiſmum, poſtquàm ei tot oſtēderat fauores cœlum, quod & apertum eſt ei, & vox Patris de cœlo intonuit, & Spiritus Sanctus è cœlo deſcendit, ſicut colūba ſuper illū: tunc ductus eſt vt à diabolo tētaretur. Vt intelligamus quàm vera
Eccleſ. 2. ſententia eſt illa Eccleſ. Fili, accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia & timore; & præpara animā tuam ad tentationē. Quos enim Dominus diligit, vult & tentationibus probare, vt non ſolùm ipſi Deo, ſed & alijs manifeſta ſit iuſtitia illorū, vt in Abraham, & in Iob manifeſtè vidimus. Vult enim Deus habere probatos amicos & certos, & per experientiam etiam alijs notos:
Luc. 4. *Ductus eſt ergo Ieſus à Spiritu, &c.* Lucas di-
Marc. 1. cit: Agebatur à Spiritu. Et Marcus: Expulit eum Spiritus; vt oſtenderēt illos, in quibus Spiritus Sanctus inhabitat agiles ac promptos fieri ad quælibet opera bona: nam qui
Roman. 8. Spiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei. Videntur enim quaſi rapi iuſtos, ad ea quæ ſunt Dei. Ait enim de eis Eſai. quòd erunt quaſi turbo, quem Spiritus Domini cogit. Vnde multoties animaliū nomine appel-
Simile. lantur iuſti. Quoniam ſicuti animalia ab alio aguntur, nempè ab inſtinctu quodam naturali rapti; ſic videntur iuſti ab Spiritu Sancto agi. Tanto enim impetu ea quæ ſunt placita Deo ſequuntur, vt quaſi acti, ac rapti ab alio videantur: ſicut de animali-
Ezech. 1. bus illis Sanctis dicitur: Quòd vbicunque impetus Spiritus eos agebat, illûc gradiebantur, nec reuertebantur cum incederēt: tanta attētione ad ea bona quæ ante ſe videbant, cum Paulo extendebant ſeipſos. Cæterum nè putaremus hunc impetū Spiritus, neceſſitatē imponere libero arbitrio iuſtorum, dicit Matth. *quòd ductus eſt Ieſus à Spiritu, &c.* hoc eſt, ſuauiter ducit Spiritus Sanctus eos, quos videtur agere, & quaſi impellere ad bonum. Taliter quippè impetum illum moderatur, vt nequaquam liberi arbitrij poteſtatem auferat. Sed attingit à
Sapiēs. 8. fine vſq; ad finem fortiter, hoc eſt, ab extremo vitiorum ad virtutum culmina rapit ſuos; ac ſi compulſos vi fortitudinis ſuæ eos impelleret. Et tamen diſponit omnia ſuauiter: quoniā tali impulſu, ac vi Spiritus ſtāte ſuauiter tamen ſuo libero concurrente arbitrio, & eis ſuauiter volētibus ad iuſtitiam ducit. *Et cùm ieiunaſſet, &c.* At quid hoc ieiunium Chriſti? Ad quid tot labores accumulatos aſſumpſit Dominus? Cùm quælibet actio eius propter infinitatem perſonæ ſufficientiſsima fuerit ad integrā totius generis humani redemptionem: eſſet quippè ratione perſonæ infiniti valoris, ſed ipſe abundanter ſatisfacere pro nobis voluit: vt oſtenderet ſuperabundantes diuitias gra-
Rom. 8. tiæ ſuæ in nobis. Sed in hoc ieiunio duo nobis oſtendere voluit. Primùm, quibus armis aduerſus inimicū agere deberemus: quoniam ſicut ipſe ſpiritualis eſt; ita arma
Epheſ. 2. militiæ noſtræ non carnalia debent eſſe. Sed de hac re ſtatim diximus. Secundò, docere nos vult, quomodo ieiunare debemus, vt ieiunium noſtrum placeat Deo. Putatis nè fratres mei, quòd ieiunare eſt tantùm ſemel in die cibum capere, & à carnibus, & lacticinijs abſtinere? Minimè gentium. Nam licet hoc ſufficiat ad adimplendum Eccleſiæ præceptum; tamen vt ieiunium noſtrum meritorium ſit, & acceptum Deo, oportet, vt fiat ad inſtar ieiunij Chriſti, qui non ſolùm guſtu, verùm & alijs omnibus ſenſibus ieiunauit. Seceſſit in deſertum, auertēs oculos à ſeculo nequam, & linguam à colloquijs hominum, & omnes ſenſus tàm animæ quā corporis in Dei obſequium mancipauit: vt & tu ſic diſcas ieiunare. Audi apud Eſai. cap. 58. Multos
Eſai. 58. ieiunātes, tales proferre querelas ad Deum. Quare ieiunauimus & non aſpexiſti? Humiliauimus (id eſt afflximus) animas noſtras, & neſciſti? Sed quid dicit illis diuinū reſponſum? Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra, hoc eſt, ſequimini concupiſcentias veſtras vt antea. Si quādo non ieiunabas, mulierоſus, aut auarus, aut blaſphemus, aut detractor eras: idem in Quadrageſima perſtas; & omnes debitores veſtros repetitis. Indiſcriminatim tàm pauperes,

peres, quàm diuites, qui debitores tui ſunt affligis, vt ſoluant, nec vlla ſaltim ſuper pauperem miſericordia flecteris. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Diſſenſiones, iræ, rixæ, ſunt etiam inter vos, in die ieiunij, ſicut antea. Nolite ieiunare ſicut vſque ad hanc diem, vt audiatur in excelſo clamor veſter. Id eſt, vt placeat Deo ieiunium veſtrum, & aſcendat in conſpectu Dei, vt acceptetur. Nunquid tale eſt ieiunium quod elegi, per diem affligere hominē animam ſuam? Per diem (ait) & fortè noctibus delicijs vacare. Nunquid contorquere, quaſi circulum caput ſuum? *Hazer cabeça de Crucifixo*, hoc eſt, plures verſare vultus, motus multos cum capite coram Deo facere, vt Phariſæi illi hypocritæ faciebant, & ſaccum & cinerem ſternere. Num iſtud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino? quaſi dicat: Nonnè hoc eſt magis ieiuniū quod elegi? Diſſolue colligationes impietatis, *Dexa los malos tratos y las malas compañias*. Solue faſciculos deprimentes, *Rompe las injuſtas obligationes que tienes contra tus proximos firmadas*: Dimitte eos, qui confracti ſunt liberos, *Deshaze las fuerças què al proximo hazes*, & omne onus dirūpe, & præterea hæc fac. Frange eſurienti panē tuum, & egenos, vagôſq; induc in domum tuā, cùm videris nudū operi eum, & carnē tuam nè deſpexeris, hoc eſt, exerce etiā te in operibus miſericordiæ: quoniā, vt dicitur Tob. vlt. Bona eſt oratio cū ieiunio &
Tob. vlt. eleemoſyna. Sic enim & Ieſus ieiunauit. Nam in deſerto non erat ocioſus, ſed pro noſtris delictis preces ad Patrē fundebat, & vt ieiunium ſuū nobis proficeret ad ſalutem, flebat etiam ſuper nra peccata. Quoniam Chriſtus priùs nos lachrymis abluit, quàm ſanguine. Quòd ſi tu à vitijs non ceſſas, quid proderit tibi ieiunium? Nam vt ait Grego. in homil. dom. primæ. 4. In
Gregor. vanum atteritur caro, ſi à ſuis cupiditatibus animus non refrenatur. Sed ieiunent etiam ſenſus à peccato: vt ſicut antea membra noſtra erant arma peccati, nunc ſint iuſtitiæ, ſecundū illud Paul. Rom. 6. Sicut
Rom. 6. exhibuiſtis membra veſtra ſeruire iniquitati ad iniquitatē, ita nunc exhibete ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Oculus qui antea impudicus erat, nunc lachrymas fundat pro illicitis, quæ ad concupiſcendum aſpexit. Manus quæ ad auaritiam extendebātur, & da eleemoſynas dandas colligebantur: nunc è diuerſo ſint ad dandum porrectæ, & ad accipiendum collectæ. Vt Sapiens in Eccleſ. nos admonet: Pedes quæ *Eccleſ. 4.* ad malum currebant, & feſtinabant, vt effunderent ſanguinem: nunc ad templa, & ad hoſpitalia, & cætera bona opera prope-
Prouer. 1. rent, & ſic de alijs. Sic & olim etiam in Leuit. præcipiebatur: Quòd qui aliquid
Leuit. 5. ſurripuiſſet de Sanctuario redderet quod abſtulit, & quintam partem vltrà: Corpus noſtrum (ait Paul.) eſt templum Dei, quare tollere membrum à Dei ſeruicio, & peccato mancipare, eſt veluti ſacrilegium, tol-
1. Cor. 6. lendo aliquid de templo. Vnde Paul. fornicarijs ait: Tollens ergo membrum Chriſti, faciam membrum meretricis? Deinde homo quinque ſenſibus conſtat. Oportet ergo, vt qui Deum offendit, pro offenſa illa ſatisfaciat, & quintam partem vltrà porrigat, hoc eſt, ſenſum illum cum quo plus peccato deſeruit, nunc ad meliora reuocet opera; vt oculum, Verbi gratia, ad flendum: linguam, ad confitendum peccata, & laudandum Deum: aures, ad audiendum verbum Dei: guſtum (ſi per illum peccauit) ieiunijs maceret: tactum, flagellis vulneret, & ſic de alijs. Tempus quippè ieiunij eſt, quo debent peccatores à peccatis ceſſare, ſecundum illud quod nobis ex Eſai. propo-
Eſai. 1. nitur: Quieſcite agere peruerſè, *Hazed pauſa del pecado*. Peſsimi quippè homines totū tempus peccando conſumunt. Cæterū nos debemus aliquando à vitijs abſtinere. De
Pſal. 54. malis quippè dicitur in Pſal. Viri ſanguinum & doloſi, non dimidiabunt dies ſuos, hoc eſt, totam vitam conſequenter vſq; in finem, in peccatis agunt. Nos autem ſaltem dimidiemus dies; & quod ſupereſt viræ in pœnitentiæ ac miſericordiæ operibus con-
Gregor. 1. Reg. 6. ſumamus: hic poterit adduci illud D. Greg. ſuper. 1. Reg. c. 6. quando viri quinq; ciuitatum, qui irreuerenter arcam Dei tractauerant, cùm ad requiſita naturæ ibant, vulnerabantur in ſecretioribus partibus à muris; & ideo poſtea pœnitentia ducti quinque anos aureos ante arcam obtulerunt, iuxta numerum ciuitatum ſuarum. Sic nimirùm (ait Gregorius ſuper illum locum) ſub prætextu neceſsitatis, & earum rerum, quæ ad naturæ conſeruationem requiruntur, in ſecretioribus animæ partibus nos percutit diabolus. Quoniam ſub ſpecie neceſſarij cibi in gulam nos proſternit, & ſub protextu alendi familiā in auaritiam, & ſic de alijs, vt confeſtim videbimus.

Sed cùm ab his animæ plagis pœnitemus, iam ea quæ pudenda erant ac turpia aurea redduntur, hoc eſt, ipſa peccata per pœnitentiam remiſſa, iam non ſordida aut deformia, ſed aurea & ſpecioſa apparent, & ante arcam Dei apparere poſſunt: quia talia peccata ſic per pœnitentiã deleta, iam nec diſplicent Deo, nec pœnitentem pudefaciunt, aut confundunt; quia ipſe homo tunc placet Deo, eò quòd peccata deteſtatus eſt. Hoc enim Deo gratum eſt, quòd peccata peccator deteſtetur. Hæc ergo nos Chriſtus ſuo ieiunio docet: *Et accedens tentator dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant.* In deſerto vbi nulla ſe offerebat occaſio, nec erant ibi niſi lapides, illos aſſumit diabolus, vt inſtrumenta ad tentandum. Quid faciet his, qui ſeipſos occaſionibus peccatorum ingerunt? Quos nõ opus habet diabolus quærere: ipſi enim ipſum quærunt, cùm occaſiones procurare non ceſſent. Et ita ego credo certè, quòd nunc tẽporis modico labore diabolus ſuam exequitur voluntatem in homines. Quoniam ipſi arma ei in manibus ponũt, ipſum prouocant; immò ferè deprecãtur, vt auxilietur eis in ſuis ſceleribus. Diuus Hierony. narrat, quòd cùm quidam ſanctus Confeſſor, ex his qui in eremo zenobiticam vitam agebant, ſecum ligatum deferret quẽdam dæmonem, cùm tranſitum facerent propè vnum zenobium eremitarum; vidit ingentem dæmonum multitudinẽ ſuper tegulas, ſuper feneſtras, ſuper portas; ita vt totum monaſterium occuparent dæmones, & tamen cùm poſteà iter agerent per vnã opulentam ac populoſam ciuitatẽ, ſolum vnum dæmonem vidit ſupra muros eius, qui ibi quaſi ocioſus ſuper mœnia ludebat. Quòd cùm ille ſanctus vir aſpexiſſet, admiratus eſt, & diabolum, quem ſecum diuina virtute ferebat, adiurauit, vt ei redderet cauſam cur in zenobio, vbi tot viri ſancti degebant tanti dæmones aſsiſterent: in ciuitate autem illa vbi multi erant peccatores, vnus ſolus adeſſet aduerſarius. Qui reſpondit: In monaſterio illo ſunt multi, qui nobis bellum inferant ac reſiſtant: quoniam orationibus, vigilijs, ieiunijs, ac cæteris bonis operibus vacant, contra quæ omnia multi ex noſtris neceſſarij ſunt, nec tamen ſufficiunt eos ſubuertere. Cæterum in hac peccatrice ciuitate, ipſi nos quærunt, ipſi nobis arma quibus eos debellemus, offerunt, ſufficit vel quilibet ex noſtris, qui ſolùm tanquam ſpeculator aſsiſtat, nè fortè aliquis iuſtus inter eos ſuſcitetur, qui nos oppugnet, & tunc certiores facti, maiores noſtri plures copias auxiliares ibi mittent. Igitur in deſerto, vbi minimè videbatur occaſio tentationis; cum lapidibus diabolus Chriſtum aggreſſus eſt, dicens: *Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant.* Ecce quomodo dæmon ſub neceſsitatis prætextu ad ſuperflua nos propellit. Chriſtus indigebat pane, ſed non panibus: ſic tu cibo quidem, & potu indiges, ſed non tanto. Vnde ſuperfluum in quod homines deuenimus, in naturali neceſsitate radicem habet. Eſau vir piloſus & hirſutus peccatores refert; pillorum autem ſuperfluitas, intùs radicem habet. Sic cùm nimirùm cibo & potu, & cæteris naturæ neceſsitatibus indigemus; nimietas hæc in naturæ neceſsitate fundatur, cui pluſquàm oportet indulgemus, quoniã natura paucis contenta eſt. Quare Philoſophus quidam cùm in magnum emporium deueniſſet, & ibi multa vidiſſet quæ potiùs ad luxum, quàm ad naturæ neceſsitatem conducebant; fertur dixiſſe. O quantis ego non indigeo! quippè qui neceſſarijs contentus erat: illa autem ſuperflua ſibi non conducere intelligebat. Seruus Chriſti, qui ſolùm neceſſarijs contentus eſt, pluribus rebus non indiget; pro quibus tamen habendis, alij maximam pecuniæ quantitatem expendunt. Vnde diabolus ſemper ad ſuperflua nos impellit, Deus autem ſolùm neceſſaria tribuit. Eſuriuit Elias, & Angelus panem vnum ſubcineritium, & vas aquæ tantùm miniſtrauit ei: ſed cum alia vice famen paſſus eſt, coruus ei bis in die panem & carnem conferebat. Coruus enim dæmonem ſignificat, qui ſemper ad luxum & nimietatem nos prouocat, & tamen ſecundum regulas prudentiæ liberalitas cum amicis exercenda eſt, inimico ſufficit tribuere, quo indiget. Cæterũ ſi liberalis cupis eſſe, cum amicis hæc virtus exercenda eſt. Deus eſt amicus, caro inimica, cum Deo auarus, cum carne liberalis ac prodigus es? Deo qui tibi amiciſsimus eſt, vix quæ ei debes confers, *Si no que parece que anda el hombre recatando con el, ſi es mortal, ò venial,* vt experientia nobis oſtendit, etiam in his qui nomen virtutis habent, & cum carne, quæ nimis tuæ ſaluti aduerſa es, non ſolùm libe-

Hieron.

Genes. 25.

3. Reg. 19.

3. Reg. 17.

liberalis verùm & prodigus & nimius eſt? Imprudenter agis certè; imò & impiè, & nimis inurbanus cum Deo tuo es. *Reſpondit Ieſus & dixit: Non in ſolo pane viuit homo, &c.* vt ſuprà, *Tunc aſſumpſit eum diabolus, & ſtatuit eum ſupra pinnaculum templi, & dixit ei: Mitte te deorſum. Scriptũ eſt enim, quia Angelis ſuis Deus mandauit de te, in manibus tollent te, nè fortè offendas ad lapidem pedem tuum.* Videns inimicus quoniam Scripturæ teſtimonio, primum eius ictum propulſaſſet, quaſi ſuo gladio eum iugulare vellet; ipſe modò etiam teſtimonio Scripturæ vſus eſt. Sed vide verſutiam Diaboli. Pſalmus ille loquitur de iuſto, qui ſub Dei protectione viuit, quam poteſtatẽ etiam ſuper ipſum diabolum habeat: quoniam ibi legitur: Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Sed hoc quia contra ipſummet diabolum dictum erat, tacuit; protulit autem, quòd ad rem ſuam faciebat. Sic enim & hæretici facere conſueſcunt. Ea ſacræ Scripturæ teſtimonia, quæ ipſi ſubdola intelligentia ad ſuos confirmandos errores afferre poſſunt; ea affirmant & admittunt: cætera quæ contra ipſos videntur militare, non admittunt; ſed tanquã apocrypha refutãt: Sunt enim (ait Auguſtinus) hæretici ſicut aucupes, qui vt aues aucupent omnia loca riui, in quibus ipſi non habent laqueum, vel viſcum obturant, & replent terra, nè ibi ad bibendum aues veniant; & ea ſola loca aperta, ac apta ad bibendum ſinunt, in quibus ipſi laqueos armatos habent. Sic nimirùm hæretici ea ſola loca, in quibus ipſi ſuos errores fundant prauè intellecta, dicunt eſſe ſacra Scriptura: cætera quæ ſic gloſſare aut interpretari nõ poſſunt, ſed quæ aperto Marte videntur contra ipſos militare, obturant, negant, inficiantur, & ea addita aſſerunt; quia nec ſic eſt in Græco, aut in Hebræo: cùm tamen Eccleſia magiſtra, ea tanquàm ſacram Scripturã admittat. *Reſpondit ei Ieſus. Scriptum eſt: Non tentabis Dominum Deum tuum.* Deum tentare eſt, cùm ea quæ humano modo fieri poſſunt, expectamus vt Deus miraculoſè faciat. Vt ſi tu qui cibo alere vitam potes, nolles capere cibum, & expectares, vt Deus te miraculoſè paſceret, vt Eliam. Ab illo pinnaculo erat deſcenſus per gradus, & ſcalas, quæ ibi erant: Se mittere deorſum, expectãs quod Deus adimpleret, quod in illo Pſalm. 90. promiſerat, non videbatur conueniens: eſſet enim tũc clarè tentare Deũ. *Iterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valdè.* Neſcio quid diabolus in montibus quærat, & quomodo ex periculo cautus non euaſerit. Nam cùm alia vice Aquilonem aſcẽdere properauit; è ſummo cœlum, vſq; ad imũ terræ præcipitatus eſt; ſed hoc facit abſtinata iniquitas, vt nullo periculo corrigatur. *Et oſtendit ei omnia Regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.* Nec reputes te magnum quid in hac re facere: quoniam multi propter minutiores res me adorant. Nam propter argentum & dipondiolum Deum peierant, atque blaſphemant, & in meã ſe conferunt ditionem ac Regnũ. Et Lucas hic dicit q̃ oſtendit ei omnia Regna mundi in momento temporis: vt oſtenderet omnia hæc momentanea, & tranſitoria eſſe. Quoniam tanquã momentum ſtatere: Sic eſt ante te orbis terrarum, ait Sapiens. Et Iob dixit: Gaudium hypocritæ, inſtar puncti. Sed aduerte diaboli ſuperbiam, quia Deum in cœlo adorare noluit, ſed ſibi ipſi neſcio quid arrogare auſus fuit, in profundum abyſi detruſus eſt. Et tamen nunc non modò non vult adorare Deũ; quin potiùs vult vt ipſe Deus ei cultum adorationis exhibeat. Et quoniam diabolus malorum omnium ſimulachrũ quodam eſt, per hoc docemur veram eſſe illam Paul. ſententiam, qua dicit: Seductores & peccatores proficiunt in peius, id eſt, *Van ſiempre de mal en peor.* Hoc autem nullatenus ferre potuit Chriſtus Dominus; ſed illum à ſe duris verbis profligauit, dicens: *Vade Sathana. Scriptum eſt: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.*

Pſal. 90.

Simile.

Eſai. 14.

Sapiẽs. 11.

Iob. 20.

2. Tim. 3.

Ecce iam tertiò ſuper idem Euangelium verba facere volo: quoniam diuinis myſterijs ipſum ſcaturire video. *Tunc ductus eſt Ieſus, &c.* Poſt baptiſmum tentatur Chriſtus (ait Chryſoſt.) vt intelligat Chriſti fidelis aquis baptiſmi aſperſus: quoniam virtutes quæ ei in baptiſmo infunduntur, non illi dantur, vt ocioſas eas habeat, & abſque vllo exercitio contineat. Sed vt cum illis diſcat cum inimico congredi, ſuos ictus repellere, & illum viciſsim lædere. Ideò, quippè virtutes hominis Chriſtiani dicuntur à Paul. arma lucis: quoniam ad protegendum nos contra aduerſariũ infunduntur, vt ſuas intelligamus thecnas, & in illis quaſi in luce verſatilẽ gladiũ videamus, & ipſum

Tertia mõralitas ſeu concio.

D. Chryſ.

Roma. 13.

ipſum etiam percutere, cum eiſdem armis properemus. Et vt experiẽtia diſcat Chriſtianus homo, quantò fortior, & aptior ad pugnam poſt ſuſcepta Chriſti Sacramenta ſeipſum inueniat, quàm ante eorum ſuſceptionem. Priùs enim timidus, ac imbecillis, cuicumq; etiam minimo ſuccumbebat hoſti: iam verò his indutus armis, cum omnibus dæmonum phalangis congredi non veretur. Imò ita conueniens eſt, vt poſt inceptam viam Dei, aduerſus iuſtum tentationes inſurgant, quibus purificatus mundior euadat. Id enim efficiunt tentationes in anima, quod inundationes aquarũ in fluminibus. Immundicias quippè illas quæ intra ipſos fluuios continebantur foràs apud ripas proijciunt, & aqua ipſa fluminis poſt inundationem purior ac clarior perſtat. Sic anima poſt tentationem mundior euadere ſolet: quoniam inundatio illa reliquias vitiorum, quæ in ipſa remaſerant foràs pepulit. Quare non mirum, aut nouum debet iuſtis apparere, ſi tentatione probentur, nec plurimum ob id contriſtari debent: quoniam fructus hic illis contingere ſolet, qui viam meliorem inceptare contendunt; *Es fruta de los nouicios la tentacion*. Quare Iob, qui hæc ante cognouerat, ſemper præparatam habebat animam ad tentationem, & quando ſuper eum tot tribulationes venerunt, patienter tulit, nec ei noua res viſa eſt, ſed id quod antea iam ſperauerat venit. Vnde & ipſe dicebat: Idcircò timor quem timebã euenit mihi, & quod verebar accidit. Et Diuus Gregorius docet, quòd ideò Chriſtus tentatus fuit, poſt tot ei è cœlo exhibitos fauores; vt diſcamus propterea Deũ multotiens animam ſuis delicijs ac ſupernis conſolationibus replere; vt cùm ſuper eos irrepſerit tentatio, protinùs eam à ſe propellant, vt ad conſuetas Dei conſolationes citiùs reuerti poſſint, tantæ dulcedinis auiditate compulſi. Sic enim & Petro accidit, qui poſt acceptam tantam gloriæ Dei dulcedinem in transfiguratione, poſtquàm humano metu ipſum Dominum ſuum negauerat, quàm totiùs ad ipſum reuerſus eſt, cùm ad memoriã reuocauit tanti boni dulcedinem, quam antea iam præguſtauerat. Quare in Canticis animã ad hoc exhortatur Sponſus, cũ dicit: Reuertere, reuertere, vt intueamur te. Ac ſi diceret: Non tãto tempore faciem auerſam à me habeas; ſed conuerte iterum faciem tuam ad me, vt

Simile.
Iob.3.
Gregor.
Matt.17.
Matt.26.
Cant.6.

te in mea amicitia & gratia, ſicut antea intueri poſſem. Ea ſimilitudine vſus quæ inter amantes accidere ſolet; nempè cum vnus offenſus ab altero faciem ab illo auertit & vadit, alter amoris impatiens blandè illum alloquitur, dicens: Eia quæſo, non tanto tempore ira duret, ſed ad nos verte faciem, vt intueamur te. *A Spiritu.* Quonam Spiritu niſi Dei, quo filij eius adoptiui aguntur, quantò magis naturalis? Sed dices: Ergo Deus tentat ſuos, ſi Spiritus Dei Chriſtum vt tentaretur egit in deſertum. Et tamen Iacobus docet, quòd Deus neminem tentat. Sed dico, quòd Deus nè ſui ocioſam agant vitam, & cùm aduerſum ſe prælia inſurgere non viderent, quaſi oſcitantes, ac ſecuri arma relinquerent; ipſemet Deus videtur contra eos inſurgere, & cũ ipſis iuſtis manus conſerere, nè ocio ac inertia torpeant. Exemplum habemus in ſacris hiſtorijs huius rei. Nam cùm Iacob, iam effugiſſet manus Eſau fratris ſui, & declinaſſet iram Laban ſoceri ſui, cùm iam nullus perſiſteret hoſtis contra eum, & ipſe quaſi ſecurus dormiret; ipſum Angelus excitauit, atque cum eo tota nocte luctatus eſt. Quoniam quando cæteri aduerſarij ceſſant, nè ocio torpeas, Deus ipſe tecum contẽdet, & excitauit contra te aduerſarios, qui te oſcitari non ſinant. Tranquilè vitam agebat Abraham, diues valdè, ac potens, ac pacificè cum omnibus viuens plenus dierum, atque iam adepto filio ſuo Iſaac, quem tantopere deſiderauerat, qui iam tunc adolere incipiebat, & ecce cùm quietus dormiret in lectulo ſuo, excitat eum ſuis vocibus Deus dicens: Abraham, Abraham tolle filium tuum quem diligis Iſaac, & offeres illum mihi in holocauſtum, ſuper vnum montium quem monſtrauero tibi. Ecce quomodo ipſe Deus tentauit Abraham. Sic enim & loquitur ipſa Scriptura: Tentauit Deus Abraham. Sic ergo & Chriſtum Dominum, qui typum omnium iuſtorum geſsit in ſe, ab Spiritu Sancto ducitur in deſertum, vt tentaretur à diabolo. *In deſertum*, ait. Obſerua, quòd tentatio hæc in deſerto fuit facta: quoniam illum aggreditur diabolus, quem ſolum inuenerit, abſque conſiliatore, aut adiutore. Sic enim ſerpens expectauit tẽpus, quando mulier abſente viro ſola in paradiſo exiſteret. Vnde hic illum vocamus ſolum, non qui ad ſolitudinẽ confugit, vt mũdi inquietos mores declinet: ſed illum dico ſolũ, qui ſibi

Simile.
Rom.8.
Iacob.1.
Geneſ.32.
Geneſ.22.
Geneſ.3.

ſibi ipſi fidens, nec cum alio conſiliatur, nec ab alio auxilium poſcit ſed ſibi ipſi ſufficiens eſſe videtur. Vel illum dico ſolum, qui cùm in medio hominum mente corruptorũ cõuerſetur, & infinitis ſe immiſceat peccatis: nunquàm tamen illum inuenies aliquem probum virum alloquentem; vt ſi fortè alienos à rectitudine habet mores aut vſus, ipſe illũ doceat quo pacto eos emendare aut corrigere debeat. Hos enim aduerſarius adoritur, facilemq; ab eis victoriam adquirit. Vnde Sapiens dicebat: Si duo fuerint ſimul foueburtur mutuò, vnus quomodo calefiet? Et ibi: Væ ſoli: quia cùm ceciderit non habet ſubleuantem ſe. Et frater qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma. *Et accedens tentator*, id eſt, diabolus, qui anthonomaticè dicitur tentator, ſecundum illud Paul. Nè fortè tentauerit vos, is, qui tentat. Nam licet Deus (vt diximus) etiam aliquando tentet; tamen Deus dicitur tentator bonus, diabolus tentator malus. Tentare quippè aliquem, eſt experiri quid in illo ſit, vel boni, vel mali. Deus igitur tentat aliquem, vt ipſemet tentatus fragilitatem ſuam agnoſcat, vel vt alij congnoſcant virtutẽ eius, vt imitentur illam: ideò quippè tentauit Deus Abraham, vt tantæ obedientiæ nobis notæ haberemus exemplũ. Sic enim intelligitur illud: Nunc cognoui quòd timeas Deum, id eſt, nunc feci cognoſcere alios, quòd timeas Dominum. Sed diabolus aliorſum tendit. Nam ſi te fragillem in tentatione experitur; fortiùs inſtat vt cadas, ſi te fortem inuenerit alios conuocat auxiliatores, vt te ſaltem multitudine proſternat. *Dic vt lapides iſti panes fiant*, Ecce inſidiatoris noſtri verſutiem, ac dolos. Vnumquemq; tentat, ſecundum ſuum modum illi adæquatum & accommodatum: vt ſic faciliùs proſternat illum. Vnde Iob. 18. de eo dicitur: Abſcondita eſt in terra pedica eius, & muſcipula illius ſuper ſemitã. Vbi Greg. ait, hunc eſſe tẽtatoris modum. Laqueum abſcondit, & eſcam manifeſtam ſuper illum ponit. Quemadmodum & venatores faciunt. Super ſemitam per quam tranſire ſolẽt animalia, quæ ipſi capere volunt abſconditos armant laqueos, eſcã autem qua veſci illa animalia ſolent, ſuper laqueos ponunt diſcoopertam, vt à tranſeuntibus videantur: & ſic ineſcata illaqueẽtur. Sic nimirum iſte venator fortis contra Dominum, oſtendit eſcã, & abſcondit laqueũ; panẽ oſtendit famelico, & ſub illo laqueũ abſcondit gulæ; honorẽ demonſtrat ac offert ambitioſo, & ſub illo laqueos vitiorum celat. Hoc autem facit ſuper vniuſcuiuſq; ſemitam, hoc eſt, ſuper vniuſcuiuſq; conditionem ac mores. Pauperi enim ſub neceſſitatis ſuæ obtẽtu coopertos armat laqueos auaritiæ, inordinatæ cupiditatis, latrociniorum, & alia multa mala ibi celat, perſuaſum habens omnia hæc ſub prætextu ſuæ neceſsitatis licere. Crudelem ineſcat ſub obtentu zeli iuſtitiæ, affabilem ſub vrbanitatis prætextu, in leues ac diſſoluras loquellas eũ declinare facit, & ſic de alijs. Ibi ergo pedicam ac laqueũ abſcondit, quo videt homines per affectiones tranſituros eſſe. Igitur cùm vidiſſet Chriſtum eſurire, in panibus quibus egebat, laqueum, ac pedicam gulæ occultare volebat. Sed fruſtrà iacitur rete, ante oculos pennatorũ; oculi enim Domini lucidiores ſunt Sole, & omnia abſcondita patent oculis eius. Et ita reſpondit, vt ſupra vidimus: *Non in ſolo pane viuit homo, &c. Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem, &c. Et dixit ei: Mitte te deorſum, &c.* Cur ipſe diabolus nõ ipſum Chriſtum præcipitẽ dedit? Cur expectauit, vt ipſe mitteret ſe deorſum? Reſpondeo: quoniam niſi ipſe homo ſe velit in tartara præcipitẽ dare, nullus alius eum poterit proſternere. D. Chryſoſt. homiliam quamdam ſcripſit, cuius titulus eſt, quòd nemo lęditur niſi à ſeipſo. Tu teipſum præcipitem das ac proſternis: quoniam diabolus ſine te id facere non valeret. Qui dicunt animæ tuæ incuruare, vt tranſeamus. Dæmones poſcunt à te vt te proſternas: vt ipſi conculcantes te tranſeant ſuper te. Nec enim ipſi te poſſent humiliare, niſi tu vellis. Incuruare vt trãſeamus, *Hazte puente para que paſſemos por ti*. Vnde Iob de dæmone dicit: Conuulnerauit lumbos meos. Non dicit vulnerauit, id eſt, ipſe ſolus vulnus mihi infligit; ſed cõuulnerauit, id eſt ſimul mecum me læſit: niſi enim ego voluiſſem, non me læſiſſet. Vnde Bernardus ſuper illud Pſalm. Domine libera animam meã de manu peccatoris, ait: Domine ego ipſe peccator iſte ſum, meipſum à me pſo libera, ac de manu mea erue: niſi enim ego me ipum læſero nullus inimicus præualebit. Hinc Sapiens nos admonet dicens: Si ſpiritus poteſtatẽ habentis ſuper te abſcõderit: locum tuum nè dimiſeris, hoc eſt, etiam ſi

Eccleſ. 11.
Prouer. 18
1.Thes.11.
Geneſ. 22.
Iob.18.
Gregor.
Geneſ.10.
Simile.
Prouer.16
Chryſoſt.
Eſai.51.
Iob.16.
Bernard.
Pſal. 70.
Eccleſ 10.

vniuerſa dæmonum poteſtas aduerſum te
aſcenderit ad prælium, nete loco ſubmoueas,
ſed fortiter in bono perſeuera: nec enim
illorum poteſtas te dimouere valebit, niſi
tu volueris. Propter quod inexcuſabilis es,
ô homo omnis qui peccas, cùm nec cœlum,
nec terra, nec ſtellæ, nec dæmones, vim
tibi inferre valeant, vt pecces, niſi tu vel-
les. *Mitte te deorſum.* De templo ipſum
præcipitare voluit Chriſtũ. Scit enim ipſe
quàm periculoſus caſus ſit è templo deor-
ſum, & maximè ex ſuperiori templi parte.
Sacerdotes, Prælati, Epiſcopi, & religioſi
ſumus veluti in faſtigio & pinnaculo tem-
pli; ſumus quippè in exedris, & in cathe-
dris templi; caſus noſter multos poſt ſe tra-
hit deorſum. Cùm cadit ſecularis ſolus ipſe
videtur cadere: cæterum cùm cadit Eccle-
ſiaſticus tertiam partem ſtellarum ſecum
fert in caſum: quemadmodum cum Luci-
fer ex ſuperiori parte cœli cecidit, multos
Angelos in ſuum caſum adduxit. Vnde
Luit.4. Dominus dicebat olim: Si peccauerit Sa-
cerdos peccare faciens populum: vt oſten-
deret peccatum Sacerdotis ſemper eſſe
ſcandaloſum, atque alios ſuo exemplo in
peccatum adducens; vnde tales proſter-
nere nititur diabolus. Deinde ſi iſti, qui
columnæ ſunt Eccleſiæ cadunt; neceſſe eſt
vt ædificium totum corruat. Scriptum eſt
Amos.9. enim: Percute cardinem, & trement ſu-
perliminaria templi. Hi ſunt cardines ſu-
per quos oſtium cœli vertitur, omne ædi-
ficium ſuper illos erectum tremet ac cor-
ruet. Hinc prouenit, quòd hæretici, qui
damnificare Eccleſiam volunt, primùm
ipſos Eccleſiaſticos feriunt; quod fecit Lu-
therus Sacerdotum ordinem, Pontificum,
ac religioſorum deſtruens. Volunt enim
occidere canes, vt liberè in oues ipſas graſ-
ſentur. Quare iſti, qui modò contendunt
religioſos viros, ac eccleſiaſticos prædi-
catores verbi Dei, ac cæteros Eccleſiæ mi-
niſtros detrectari, eorum famam denigra-
re coram Regibus, & Principibus eorum
authoritatem detractionibus minuere;
miniſtros eos ego dico, ac actores Anti-
chriſti, præcurſores omnium hæreſum &
Simile. malorum. Qui nauclerum perditum iri
vult, nonnè dices ex conſequenti, & ipſe
velle, vt nauis pereat? Eccleſiaſtici viri
nautæ ſunt, qui hanc Petri nauiculam
gubernant, Epiſcopi gubernacula tenent:
quoniam baculum poteſtatis habent ſpe-
culatores, qui in Carthaſio, hoc eſt, in ſu-
prema parte nauis ſedent, ſunt prædica-
tores, qui ſuis ſibylis aut nutibus, de peri-
culis quæ ſpeculantur admonent. Qui ergo
hos præcipitare, aut minuere vult, ex con-
ſequenti vult Eccleſiam perdere ac præ-
cipitem dare. Quare illi videntur velle
tentare Deum, ſi fortè poſſet abſque iſtis
naucleris ſuam nauiculam gubernare, &
certè benè poſſet, ſed non facit: quoniam
iam decreuit per illos illam regere, ſecun-
dum illud Pauli Actorum. 20. Attendite *Acto.20.*
vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spi-
ritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Ec-
cleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine
ſuo. Sicuti benè poſset Deus abſque So-
le, Luna, & ſtellis illuminare mundum;
non tamen faciet: quoniam iam ab illo
decretum eſt per hæc luminaria lucem ter-
ris dare. Vnde talibus reſponderi poterit,
quòd Chriſtus diabolo: *Non tentabis Do-*
minum Deum tuum. Hoc eſt, nè eccleſia-
ſticos viros contemnas: quoniam per illos
ſuſtinetur Eccleſia: Nolite tangere chri- *Pſal.104.*
ſtos meos (ait Dominus) & in Prophetis
meis nolite malignari. *Tunc aſſumpſit eum*
diabolus in montem excelſum valdè, & oſten-
dit ei omnia Regna mundi, & gloriam eo-
rum. Diabolus doctus eſt, omneſque ſcien-
tias naturales optimè nouit. Quare ſitum
orbis meliùs quàm Ptholomeus ſcit: vn-
de ad ſenſum omnia Regna mundi oſten-
dit, ſignans in qua parte eſſet optimum
aurum, vbi precioſæ gemmæ, vbi fera-
ces, ac vberes agri, & dixit ei: *Hæc omnia*
tibi dabo, ſi cadens adoraueris me. Hinc
colligere poteſt, quàm aſpera res eſt pec-
catum maximè iuſtis, & quomodo hoc
intellexerit aduerſarius, cùm ob id ſolùm
quod vnum faceret peccatum totum pro-
mittit ei mundum, & patribus noſtris pro-
miſit ſe illos facturum deos, eritis ſicut *Geneſ.3.*
dij, intelligens quòd tanti faceret iuſtus
peccatum, vt nec pro tota mundi ſub-
ſtantia vellit, nec vnum committere, ſe-
cundum illud quod ipſemet Chriſtus do-
cuit, cùm dixit: Quid prodeſt homini, ſi *Matt.16.*
mundum vniuerſum lucretur, animæ ve-
rò ſuæ detrimentum patiatur? Hoc autem
detrimentum animæ per peccatum eue-
nit. Vnde Paul. hanc in ſeipſo æſtima- *Roman.8.*
tionem faciebat, cum nomine iuſtorum
dicebat: Quis nos ſeparabit à charitate
Chriſti? & dicit, quòd nec Angeli, nec
poteſta-

poteſtates, nec dæmones, nec aliqua crea-
tura id poterit. Separatio autem à cha-
ritate Chriſti fit per peccatum mortale,
& Balaam ad Balaac dixit: Si dederit mi-
hi Balaac domum ſuam plenam auro, non
Geneſ.43. potero præterire verbum Domini. Hoc
intelligentes iuſti grauiſsimam rem vnum
peccatum mortale reputant. Accipe de
hoc egregium exemplum in ſacra Scrip-
tura: Cruciabatur fame terra Chanaam,
& miſit Iacob filios ſuos in Ægyptum, vt
emerent eſcas. Erat tunc Ioſeph filius
ſuus Gubernator in tota terra Ægypti,
ſecundus poſt Pharaonem, ad cuius nu-
tum vendebatur triticum; cognouit fratres
ſuos, & non eſt agnitus ab eis; miſit illos
retento Simone: denuncians eis, quòd
non viderent faciem ſuam, niſi adduce-
rent alia vice ſecum Beniamin, quem di-
cebant fratrem ſuum minimum, qui cum
patre ſenè remanſerat. Cùm tempus ve-
nit, vt iterum pro frumento eundum eſ-
ſet in Ægyptum: filij Iacob nolebant ire,
niſi ſecum ducerent Beniamin; pater re-
nuebat illum dare: quoniam erat veluti
ſolamen ſenectutis ſuæ loco Ioſeph, quem
æſtimabat mortuum, cuius frater vteri-
nus erat Beniamin: filij clamabant ſe non
poſſe ante faciem illius viri, qui guber-
nabat Ægyptum apparere, niſi cum Ben-
iamin: pater rurſus querebatur de filijs ſuis,
qui volebãt deducere canos ſuos cum me-
rore ad inferos. Acceſsit Ruben & dixit:
Duos filios meos interfice (quos loco obſi-
dum dimittã tibi) Si non reduxero tibi ſo
ſpitem filium tuum, nec ob hoc pater ac-
quieuit illis. Illi iterum clamabant adiura-
tos ab illo viro eſſe, vt eum ſecum ducerẽt;
pater querebatur, dicens: In miſeriam meã
dixiſtis, vos alterum habere fratrem: illi è
contra dicebant: Interrogauit nos vir per
ordinem de patre, de fratribus, & alijs;
quid dicere deberemus? Nec tamẽ ob hoc
acquieuit illis, vſq; dum Iudas ſic alloquu-
tus eſt: Mitte puerum meum, vt profi-
ciſcamur, & poſsimus viuere, nè moria-
mur nos & paruuli noſtri: ego ſuſcipio
puerum de manu mea require illum: Ni-
ſi reduxero, & reddidero eum tibi, ero
peccati reus in te omni tempore, *Acu-*
ſa me de pecado ſi no te lo truxere: Yo
me obligo à pecado ſino lo truxere. ¶ Vt Ia-
cob audiuit peccatum, & quod tale ſu-
ſuper ſe onus impoſuiſſet Iudas: confe-
ſtim conceſsit illi filium ſuum. Ac ſi di-
ceret illi: Ad peccatum te obligas, acci-
pe puerum, rape illum, adduc tecum; ego
enim noui quanti boni æſtimant, vt non
committant vnum peccatum, & ideò ob
hoc filium conceſsit illis. Vnde & Da-
nielis perſequutores in nulla alia re po-
tuerunt eum capere, vt accuſarent eum
coram Rege, niſi in ea quæ eſſet pecca-
tum. Optimè quippè nouerant, & vitæ
& honoris ipſum potiùs ſubire periculum,
quàm peccatum aliquod committeret con-
tra Deum. Quare in idololatria illi la-
queum poſuerunt ſuadentes Regi, vt iu-
beret imaginem ſuam adorare, intelligen-
tes, q̃ Daniel id nullatenus faceret. Cæte-
rum peſsimi viri & peccatores nihil penſi
habent peccatũ, ſed proqualibet, vel mi-
nima occaſione millies Deum offendunt.
Ratio autẽ eſt: quoniã non ponderãt pec-
catum pondere iuſto, quo illud ponderant
iuſti. Sed ſolũ æſtimatione vulgi, qui plus
æſtimat, q̃ ambules ſericis indutus, vxor
tua plena gemmis, & auro, filij tui inſiden-
tes equis, ſeruulis ac pediſequis ſtipati: quã
q̃ millies offendas Deum vſuras, ſimonias,
iniuſtaq; multa opera committendo. Ab- *2. Reg.14*
ſalon ſemel in anno tondebat cæſariem
ſuam, quam vendebat pondere publico.
Abſalon, qui rebellis ac inobediens fuit pa-
tri ſuo, peccatores ſignificat, qui rebelles
ac inobedientes ſunt patri, & Deo ſuo.
Per cæſariem quam ſuperfluitas capillorum
facit, intelliguntur peccata, quæ & redun-
dant in mundo, & ex ſuperfluitate homi-
num proceduntur: quoniam extrema ſunt.
Peccatores ergo ſemel in anno tõdent cæ-
ſariem: quoniam ſemel in anno confiten-
tur, & hoc fortè plùs metu Epiſcopi vel
parochi, quàm propria ducti voluntate ac
deuotione: quia peccatum pondere publi-
co, pondere vulgi, menſura hominũ men-
te corruptorum ponderat, de quibus Pſal. *Pſal.61.*
ait: Mendaces filij hominum in ſtateris,
Chanaam, id eſt, mundus in manu eius ſta-
tera doloſa, hoc eſt falſum iudiciũ Oſeæ.12. *Oſeæ.12.*
& Mich.6. Nunquid iuſtificabo ſtateram *Mich.6.*
impij, & ſabuli pondera doloſa? Iuſtus autẽ
pondere iuſto peccata põderat, nempè per
legem Dei, & naturæ conſiderans quanta
paſſus eſt Deus, vt deſtrueret peccatũ. Ex
hoc enim rectè colligitur grauem rem eſſe
peccatũ: & ideò peccata maximè deteſtat.
Vnde Iob, qui tali pondere æſtimabat pec-
catũ dicebat: Verebar omnia opera mea, *Iob.9.*
ſciens quod non parceres delinquenti.

Tremens ac pauens eram nè peccarẽ, ponderans quanto odio proſequeris peccatum; quoniam nemini peccanti parcis, cum proprio filio tuo non peperceris, qui ſe pro peccatoribus vadem dedit. Quare Petrus, & Magdalena, qui etiam hac menſura æſtimabant peccata, vſque in finem vitæ plorauerunt ſua. Sed Chriſtus aſperè propulſauit eum, qui victus receſſit: *Et acceſſerunt Angeli & miniſtrabant ei.* Semper paratus eſt Deus tentatis ſuppetias ferre, & Angeli propè illum ſunt adiuuãtes eum. Quare tentatus non debet deſpondere animum; ſed ſperet in Domino, etiam ſi videatur tardare, quia citò veniet. Vult enim
Pſal. 9. Deus, vt tu experiaris vires tuas, vſq; dum obrigeſcat gladius: tũc enim tibi aderit diuinum auxilium, quando magis tibi neceſſarium eſt: ideò enim dicitur Deus adiutor in opportunitatibus, *Porque viene à la mejor ſazon.* Sunt aliqui, qui ſi vident commorari Deum animum deſpondẽt, & tentationi ſucumbunt; & tamen ſi tantillum ſperaſſent iam adeſſent Angeli ei. Inter ſe
1. Reg. 13. conuenerant Samuel, & Saul, vt expectaret Saul ſeptem dies Samuelem, vt pro eo offerret ſacrificiũ: & quia viſum eſt Sauli, quòd moras faceret Samuel, ipſe contra legem obtulit ſacrificium, & tamen vix illud finierat, & iam veniebat Samuel: propter quod iratus Dominus è Regno depulit illum, qui tamen ſi tantillo tempore ſperaſſet, ſtabilitum fuiſſet Regnum eius. Sic tu ſi paulò plus temporis expectaſſes,
Abac. 2. Angeli iam adeſſent tibi. Vnde Propheta dicebat: Si moram fecerit, expecta eum; quia veniens veniet, & non tardabit. Veniens venit, quia antequàm tu ſentias ipſum adueniſſe, iam tacitè tibi adeſt interiùs adiuuando. Quare Dauid dicebat:
Pſal. 15. Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi, nè commouear. Ac ſi diceret, *A la mano le*
Iudæ. *tengo.* Nam aliàs Sanctus Iudas Thadæus dicit: Væ illis, qui perdiderunt ſuſtinentiam, hoc eſt, qui neſciunt patienter expectare Deum. *Acceſſerunt Angeli.* Nam poſt tempeſtatem Deus tranquillum facit,
Iob. 3. & remanet anima poſt tentationem, ſi victrix euaſsit purior, quam antea Angelicam redolens naturam. Sicuti cùm cœlum
Simile. remanet ſerenũ poſt procellas & imbres: *Et miniſtrabant ei.* Quoniam noluit dæmonum panes, qui lapides ſunt Angelorum panis miniſtratur ei. Nè putes ſerue Dei, qui propter Chriſtum ſeculi, ac carnis delicias reliquiſti, quod eas perdideris. Minimè quidem, ſed in melius commutaſti: dantur enim tibi pro eis Angelorum diuitiæ; ſicut pro theſauro terreno, quem in pauperes erogaſti, cœleſte tibi reſeruatur qui non perijt. Vnde id Chriſtus nos admonet, dicens: Nolite vobis theſaurizare *Matth. 6.*
theſauros in terra, &c. Theſaurizate autem in cœlo, &c. Et Sapiens dicit: Mitte *Eccleſ. 11.*
panem tuum ſuper tranſeuntes aquas: quia poſt tempora multa inuenies illum. Panem lapideum ſeculi contempſiſti, pauperibuſq; largitus es: poſt tempora multa inuenies illum in manà, ac in panem Angelorum conuerſum.

Nunc quaſi curſu quodam celeri alia *Alia moralitas.*
vice pertranſire volo hoc Euangelium, quaſi qui colligit racemos poſt vindemiatores, ſi fortè aliquid inueniamus, quod ſocordia, aut obliuione prætermiſſum ſit: Seceſsit Ieſus in deſertum, vt ieiunaret, & ten
taretur à diabolo. Per deſertum Deus filios *Exod. 13.*
Iſraël ad terram promiſionis duxit, vbi habebant nubem per diem, & columnam ignis per noctem, quæ eos in illa ſolitudine ducebat, & conſolabatur per deſerta, & aſpera loca. Nos Deus ad cœlorum Regna ducere ſatagit, cùm mortificationem carnis, atque noſtrorum deffectuum nos doceat, opus erat vt ipſe quaſi columna ignis, & quaſi nubes lucida nos illuminaret, nè in terra deſerta, inuia, & inaquoſa
aberraremus à recta via. Imò dicere pote- *Exod. 33.*
rimus cum Moyſe ad Dominum: Niſi tu ipſe præceſſeris nos, non educas nos de loco iſto. In quo enim ſcire poterimus nos inueniſſe gratiam in conſpectu tuo, niſi tu ipſe præceſſeris nos? Tali igitur duce ſecuri hanc aggrediamur viam: nam vt ieiunium ſit acceptum, oportet quòd fiat in deſerto. Non dico quòd dimittas domum tuam, & omnia hominum conſortia fugias; ſed quòd in teipſo deſertum facias omnes claudens feneſtras ſenſuum tuorum ad illicita, nè aliquid quod ſtrepet aut inquietam reddat animam tuã ingrediatur ad eã
ſed intra in cubiculum tuũ, & clauſo oſtio *Matth. 6.*
ora Patrem tuum, & claude feneſtras, per quas intrat mors in animam tuam, & pone *Hiero. 9.*
leges; atq; fœdera facito cum ſenſibus tuis, ſub grauis pœnæ comminatione, nè quid *Iob. 3.*
illicitum vellint, vel videre, vel audire, guſtare, olfacere, aut tangere. Et ſic in- *Gregor.*
telligit Diuus Gregorius illud Eſaiæ. 60. *Eſai. 6.*

Qui

Qui ſunt hi; quivt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas? 21. Moral. cap. 2. Quod iuſti veluti nubes eleuantur à terra, ad contemplationem diuinorum, tamen prius quaſi columbæ fugiunt ad feneſtras ſuas, hoc eſt, ad ſenſus ſuos, quos claudentes ad interiora confugiant, vbi omni ſtrepitu ceſſante, ac mundo & cæteris rebus eius ſilentibus Deo ſuo melius vacare poſsit, atq; ſumma cum tranquillitate ipſo frui: hoc eſt enim in deſertũ ſecedere ad ieiunandum. Et
Marc. 1. Marc. dicit, quod ibi morabatur cum beſtijs vt oſtenderet peſsimos homines, peiores eſſe quam beſtiæ, & ideo ad illas ſe conferre, vt hominum ingratitudinem & crudelitatẽ
Eſai. 1. deuitaret. Nam Eſai. ait: Cognouit vos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, me autem Iſraël non cognouit, & popu
lus meus nõ intellexit. Et Hieremias dicit: *Hierony. 8*
Miluus & hirundo, & ciconia, cognouerunt tempus ſuum. Homo autem, qui ratione vtitur id non cognouit. Quod ſi Chriſtus qui optimè nouerat quid eſſet in homine, elegit potius cum beſtijs, quam cum hominibus habitare: non erit magnus error ſi dicamus nos homines modò eſſe adeò doloſos, ac mendaces, vt nullatenus eorum conſortium deſiderandum ſit, ſed verum eſſe conſilium Hieremiæ, ab omni fratre, imò
Hiere. 9. & ab vxore quæ dormit in ſinu tuo cautos
Eccleſ. 6. nos debere eſſe, & quod Sapiens dicit: Ab inimicis tuis ſeparare, & ab amicis tuis attende: Quia omnis frater (ait Hierem.) ſupplantans ſupplantabit, & omnis amicus fraudulentus erit, & poſſe modò de multis dici, quod de Iuda proditore Pſalm. dixit: Qui manducat meum panem lebauit cõtra me calcaneum ſuum. Calcaneum ait: quoniam doloſè & inſidioſè feriunt te. In conſpectu laudant: ſed verſa facie calcibus inſidioſè te feriunt, tanquam beſtia maligna. Vel quia calcaneum extremum eſt hominis, etiam ſi aliquot diebus videantur in veritate te diligere, tandem leuabunt contra te calcaneum ſuum: quoniam in fine inſidioſè agent tecum. Imò quando ſperabas dulciſsimum fructum amicitiæ colligere, tunc cum expectares vbas inuenies labruſcas. Sunt enim modò infœliciſsima tẽpora, quæ Pau-
Pſal. 40. lus dixerat homines ſine affectione, ſine pace, ſine fœdere fore, hoc eſt: *Deſamorados, rebotoſos, ſementidos.* Quoniã nullus alium in veritate diligit, nec fidem ſeruat, ſed inſidioſè alter aduerſus alterum procedit. Et ſine miſericordia ait fore homines, quam nun quam minorem vidimus ſicut hoc tempore, denique totus mundus in maligno poſitus eſt. Crudelitate magna præditi ſunt modò homines: quoniam peccatores ſunt. Qua *Rom. 1.*
re Scriptura peccatores, leones, lupos, dẽmones, ſerpentes, & quidquid crudelitatem ſignificat, vocat, & Sapiens ait: Commorari cũ leone & dracone placet, quam habita- *Rom. 5.*
re cum muliere nequam, & idem de viro dices: Quare ſponſa in ſolitudinem reuocat ſponſum dicens: Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis. Quod ſi dicas ei: Si feroces beſtias offenderis quid facies? reſpondebit forſam: Minus mihi nocebunt beſtiæ: nam vel me lacerabunt, vel deuorabunt, homo vero mille nocendi modos habet; ferẽ vnum habent inſtrumentum ad nocendum, vel cornua, vel brachia, vel dentes, homo vero mille modos atque tormenta, quibus me magnis doloribus afficiat adinuenit: & thaurum Phalaris, & craticulas, & vngulas, & ignes, & ſudes, & funes, & innumera alia tormenta finget, quibus mihi noceat dilaceret, & interimat me. Egrediamur ergo in villas, atque in deſerta loca cũ Chriſto. Imo aſſumamus pẽnas cum aquila, & in rupibus & ſilicibus demoremur: vt impiorum hominum deuitemus conſortia. Nam de aquila dicit Iob. c. 29. In petris manet, & in præruptis ſilicibus commoratur, atque in acceſsis rupibus. *En las peñas tajadas.* Ibi ergo egreditur Chriſtus ad ieiunandum, vt ſe ipſo ſanctificaret ieiunium noſtrum, ſicut enim quia ingreſſus eſt aquas Iordanis eas ſanctificauit, vt homines ſanctos facerent. Sic quia ipſe ieiunauit, ieiunia noſtra ſancta fecit, ac in ſe ipſo conſecrauit. Et ſicut videmus aquas, ſecundum qualitatem mineralium, per quæ tranſeunt talem, & ipſę accipere conditionem ac ſaporem: Nam ſi per terram ſalſuginis tranſeũt amaræ ſunt, ſi per ſulphurea mineralia calidas eas accipimus, ſic quia ieiunium noſtrũ per Chriſtum videtur iter ad nos egiſſe (nã ab illo accepimus ieiunium noſtrum) ideo ſaporem Chriſti debet habere. Nam ieiunium ſuum noſtrum ieiunium acceptum ac meritorium fecit, ideo ſi in eius amore ac charitate fit, ſaporem ſui ieiunij habebit, nempe meritum coram Deo. Et carnis noſtrę in nobis ipſis mortificationem ſentiemus. Hic enim erit fructus ieiunij noſtri, vt carnem caſtigantes, arma inimici noſtri hebetemus ne feriant. Diuerſus eſt modus militiæ Chriſtianę ab alijs. Nã in alijs prælijs

oportet acuere arma, vt ſcindere queant in
noſtra autem militia oportet obtundere
& hebetare arma ne feriãt, ratio diſcriminis
eſt: quoniam in alijs prælijs cum tuis armis
pugnas, non tamen inimicus cum tuis. Et
ideò oportet vt gladius tuus ſit; Cæterum
in hoc genere pugnę ſpiritualis, quam cum
inimico gerimus Chriſtiani ipſe potius cum
noſtris armis aduerſus nos pugnat, & no-
ſtro nos gladio iugulare contendit ſicut
Dauid Goliam. Nam carnem noſtram
1.Reg.17. ſumit pro inſtrumento contra nos, & ideo
oportet retundere; ac hebetare hæc ar-
ma ieiunijs, vigilijs, & alijs macerationi-
bus eius retundere vires, ne cum eis hoſ-
1.Reg.13. tis nocere queat. Faciamus id quod Phi-
liſtijn fecerunt, cùm pugnabant contra
Iſraël. Cauerant enim ne eſſet in Iſrael
faber ferrarius, qui gladium, vomerem,
aut ligonem acuere poſsit, ſic tu caue
in te ipſo ne aliquid ſit quod ad delicias
carnis pertineat, ne præacutis te feriat
armis hoſtis. Nam ſi arma hæc obtuſa re-
pererit, cùm te ferire vult non poterit no-
D.Anto. cere. Vnde Diuus Antonius dicebat Di-
cipulis ſuis: Credite mihi experto. Perti-
meſcit Sathanas rectè viuentium vigilias,
orationes, ieiunia, manſuetudinem, vo-
luntariam paupertatem, miſericordiam,
iræ dominatum, & præcipue purum cor
erga Chriſti amorem. Et hoc eſt, quod
Eſai.2. Eſaias prædixerat, & conflabunt lanceas
ſuas in vomeres, & gladios ſuos in falces.
Nouum genus bellandi, nam non lanceis,
aut gladijs pugnandum nobis eſt. Vome-
res, & falces inſtrumenta ſunt, quibus
agri coluntur, vomeribus proſcinditur ter-
ra, falcibus metuntur meſes. Vis inimi-
cum tuum propugnare? vomeribus proſcin-
de carnem tuam, hoc eſt ieiunijs ac diſ-
ciplinis eam macerare contende, falcibus
etiam ſuperflua reſecando, ne fructuũ
oportunum impediant. Et ſic eodem gla-
dio quo te iugulare contendebat ipſum
interimes. Nam eadem caro quæ delica-
tè nutrita, Dæmonis eſt inſtrumentum
bellicum aduerſum te: eadem caſtigata,
& ſpiritui ſubiecta eſt gladius, quo ipſum
ècontra inimicum propugnes, & tunc fa-
cies de inimico amicum, nam caro quæ
antepugnabat contra te, viciſsim iam pu-
Prouer.16 gnat pro te, & adimplebitur illud Sapien-
tis: Cum placuerint Domino viæ eius ini-
micos quoque eius conuertet ad pacem
hara del ladron fiel. Imò in equeſtribus præ-

lijs, eſt etiam diuerſus modus belladi in hac
ſpirituali militia. Nã in alijs prelijs habenas
debet ſumere eques in ſiniſtra manu, gladiũ
vero in dextera, in noſtra militia è contra
habenas in dextera debemus gerere, gladiũ
in ſiniſtra. Nam cor noſtrum eſt, quod habe
nis ac fræno debet eſſe correctũ, nè ad illici
ta deſideria curſum torqueat, & quia hoc
eſt quod magis expedit ad hoc quod vi-
ctoriam reportemus ab inimico; ideò dex-
tera cor regendum eſt: quoniam ea quæ
per dexteram fiunt, fortius ac expeditius
facimus. Omnes vires tuas ad hoc debes
impendere, vt cor ſit lege Dei veluti fre-
no, & eius præceptis tanquam habenis
infrænatum. Vnde Sapiens ait: Omni
cuſtodia ſerua cor tuum: quoniam ex
ipſo vita procedit, id eſt, palma & vi- Prouer.4.
ctoria. Si enim cor ſic habueris, plus fe-
ries cum ſiniſtra manu, quam malus qui
cor habet in ſiniſtra, & gladium in dex-
tera, molliter enim ac trepidè ſeruat
cor. Et ideò faciles ſunt ictus eius, etiam
ſi dextera teneat gladium. Vnde Sapiens
Eccleſ. Cor Sapientis in dextera eius, &
ſtulti in ſiniſtra illius. Et Eſaias de iu- Eccle.10.
ſtis ait: Mutabunt fortitudinem, hoc eſt Eſai.40.
erunt fortes in hoc genere prælij, aliter
quam in alijs. Quoniam in hoc bello he-
betando arma, & tenentes habenas in dex-
tera, & gladium in ſiniſtra bella noſtra ge-
rimus. *Dic vt lapides iſti panes fiant.* Lapi-
des porrigit Diabolus loco panis. Nihil bo
ni ab eo ſperes, ſed lapides in quibus con- Luc.11.
fringaris. Quis ex vobis erit cui ſi petierit
filius ſuus panem, nunquid lapidem porri-
git ei? aut ſi petierit ouum, nunquid pori-
git ei ſcorpionem? Diabolus eſt iſte pater:
quoniam non pater aut mater, ſed vitricus
& nouerca eſt: Putas quod dat tibi panẽ; quia
pecuniam vſurariam ſeu ſimoniacam por
rigit; & lapidẽ potius aut ſcorpionẽ ſubmi-
niſtrat vt in æternũ pereas. In ſecunda ten-
tatione duxit eum ſuper pinnaculũ templi
&c. Etiam in templo tentat nos Sathanas,
in rebus ſpiritualibus, in operibus vir-
tutis, ſecundum illud Auguſtin. Etiam D.Auguſt.
bonis operibus inſidiatur vt pereant, &
transfigurat ſe in Angelum lucis, &
inter filios Dei apparuit Sathan, quo- D.Aug.
niam etiam bonis operibus ſe immiſ- Iob.2.
ceet, vt eas deſtruat delicatus ac ſubtilis
inimicus, qui in ſubtilioribus rebus quales
ſunt ſpirituales etiam ſe ingerit. *Hiende vn ca
nello.* In.20.cap.libr.Iud.legitur de quibuſ-
dam

dam viris fortibus, etiam ſiniſtra vt dextra
præliantibus, & ſic fundis lapides ad cer-
tum iacentes, vt capillum quoque poſſent
percuteret, & nequaquam in alteram partẽ
ictus lapidis defferretur. Sic noſter hoſtis à
dextris & à ſiniſtris nos percutit, non ſolũ
in corporalibus verùm & in ſpiritualibus:
quoniam & pilos qui delicatiſsimi ſunt fe-
rit, in ſpiritualibus etiam nos percutere ſa-
tagens: *Mitte te deorſum.* Nec timeas læſſu-
ram aliquam: quoniam ſcriptum eſt Ange-
lis ſuis, &c. Vult ab eo auferre timorẽ; quo-
niam ſic ſolet homines ſeducere, auferendo
ab eis timorem; quemadmodum fefellit pri
mos parentes, auferens ab eis metum mor-
Geneſ.3. tis dicens: Nequaquam moriemini. Et ſenes
Dan.3. illi id dixerunt ad Suſanam: Nemo nos vi-
det commiſcere nobiſcum: Sic dicit pecca-
tori, nullus te videbit, parietes contegunt
te. Imò Deus è ſuperna ſede nos intuetur,
& homines videbũt, & erimus in deriſum
populo. (In tertia tentatione voluit, vt Chri
ſtus adoraret eum) Ecce ambitioſorum na-
turam ac conditionem. Ipſi prius adorant
alios, vt poſtea adorentur ab eis. Humiliter
ambitioſus procedit, reuerenter alios allo-
quitur, omnibus etiam infimis ſe ſubmittit
à quibus ſperat ſe quod petit conſequuturũ;
ſed poſtquam aſſequutus eſt quæ volebat,
ſuperbia tumeſcit, & ſuper omnes erigitur,
ab ijs denique vult iam ipſe adorari. Quid
hoc monſtri eſt? Qui alijs ſe antea ſubmitte
bat, nunc ab illis vult vt ſuperior venerari.
Quid miraris? Id eſt, quod illa via intende-
bat aſſequutus eſt intentum, & perſequitur
illud. Huius tẽtationis nõnullæ figuræ præ-
Zachar.3. ceſſerunt. Primò illud Zacha.3. Erat Ieſus
Sacerdos magnus; veſtitus veſtimentis ſor-
didis, & Sathan erat à dextris eius, vt aduer
ſaretur ei. Nomen conuenit, & officium.
Veſtimentum ſordidũ eſt humanitas Chri
ſti, habens ſimilitudinem carnis peccati, li-
cet ipſa limpidiſsima fuerit. Sathan ſtat mo
Prouer. 30 dò contra eum. Salomon etiam inter cæte
ra quæ non poterat cognoſcere, vnum eſt
viam colubri ſuper petram. Serpens diabo
lus eſt, petra autem erat Chriſtus, & non in
uenit veſtigium peccati in Chriſto, vt ipſe
Ioan. 14. dixit. Venit Princeps huius mundi, & in
me non habet quidquam. Item Iob. 40. ca.
Iob.40. dicit; Nunquid tu capies Leuiathan hamo;
aut illudes ei tanquam aui, & ligabis eum
ancillis tuis? Nunquid facies, vt concidant
eum amici tui? Chriſtus hamo famis traxit
ad ſe diabolum, quem victum relegauit, &

fortitudinem præbuit amicis ſuis, vt illum
vincerent. Imó & puellæ ligatum eum te-
nerent, & tanquam aui illuderent ei, con-
temnentes vires ac caliditates ſuas. Et hoc
eſt ſextum ſignum, quo Prophetæ notaue-
runt verum Meſsiam, nempe ipſum concul
caturum diabolum, & victoriam ab eo re-
portaturum, vt Pſalm.90. dicitur. Super aſ- Pſal.90.
pidem & baſiliſcum ambulabis, & concul-
cabis leonem, & draconem. Deinde ibi ex-
primitur quod Angeli ei miniſtraturi erãt,
cùm dicitur: Angelis ſuis Deus mandauit
de te, &c. Quòd autem Pſalmus iſte ad lite
ram loquatur de Chriſto author eſt Euſe-
bius lib.9. de demonſtratione Euengel.c.7. Euſeb.
Nam tanta cuſtodia Angelorum ſoli Meſ-
ſiæ conuenit, cùm cæteris permiſſum ſit ad
lapidem offendere pedem, omnes enim pec
cauerunt, licet Beata Virgo peculiari priui
legio, exempta fuerit, ab actuali peccato.

*Cùm autem audiſſet Ieſus quod Ioannes tra-
ditus eſſet, ſeceſsit in Galileam, & relicta ciui
tate Nazareth venit & habitauit in Capharnaum Maritima, in finibus Zabulon & Nephta
lim.* Euangeliſta prætermiſit totum inte-
grum annum, à Baptiſmo Chriſti vſque ad
incarcerationem Ioannis, quem tamen ſo-
lus Euangeliſta Ioannes literis mandauit, vſ
que ad caput quartum inclu ſiuè. Quoniam
licet tunc Chriſtus Diſcipulos fecerit & do
cuerit, & aliquot miracula patraſſet, nempè
cum aquam mutauit in vinum, & filiũ regu
li moriturum ſanauit, tamen per illum an-
num non egit officium prædicatoris, ſed po
tius Doctoris. Non enim ita publicè prędi
cauit, ſicut poſt incarcerationem Ioannis,
quando tacente iam voce oportebat, vt ad-
ueniret verbũ; & lucifero abſcondito ſol iam
inciperet illuſtrare terras. Quare quod hic
dicit Euangeliſta, reliquiſſe Dominum ciui
tatem Nazareth; non eſt intelligendũ fuiſ-
ſe illam derelictionem quam Euangeliſta
Lucas narrat, quando voluerunt illum præ
cipitare de ſupercilio montis, in quo ciuitas
illorum condita erat: quoniam tunc dixe-
runt illi, quanta audiuimus facta in Caphar
naum, fac & hic in patria tua; & tamen hoc
tempore de quo loquitur Matth. nondum
fecerat miracula in Capharnaũ, nec adhuc
publicè in Synagogis prædicauerat, & ta-
men tunc publicè in Synagoga teſtimoniũ
Eſaię expoſuit. Sed Euãgeliſta Lucas quaſi
per anticipationem illa narrauit, hac forte
ratione ductus, vt ex eo quod poſtea conti-
git, oſtẽderet Chriſtum merito in principio
ſuæ

ſuæ prædicationis reliquiſſe Nazareth, & habitationem ſibi alibi elegiſſe, quemadmodum & Matthæus ſcripſit, vt Auguſt. docet lib. 2. de conſenſu Euangeliſtarum cap. 42. Vnde quod hic dicitur relicta ciuitate Nazareth, potius intelligendum eſt ac ſi diceret præterita, non enim tunc egreſſus eſt Nazareth, vt eſt probabile; ſed præteriuit eam, & habitauit Capharnaum, vbi incepit ſuæ prædicationis officium, ſicut enim vt ſol primum oriri cœperit, non ſtatim omnem terræ faciem ſuo fulgore illuſtrat; ſed eam quę magis eſt conſpicua, & orienti vicinior, vbi vero vt Poëta dicit (*Medium conſcenderit axem.*) Tunc tandem & in valles etiam fertur, & in omniũ capita ſuos radios mmi t tit. Ita quidem Chriſtus Ieſus omniũ terras illuſtraturus erat, (Ipſe enim eſt lux vera, quę illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum) Et ideo non paleſtinæ modò, ſed mundi ſe lucem eſſe prædicauit. Verumtamen non ſtatim ab ipſo ſuæ prædicationis exordio, mundum omnẽ peruagatus eſt; Sed vbi primum conceptus, & educatus fuit; quia in ſui ortu viciniori regioni ſuam lucem communicauit, & ideo hic duo illa ſigna fecit, & hic primum concionari & Euangelicam doctrinam enuntiari cœpit, vt ex Galilea tandem in Iudeam, demum ex Iudea in omnem terram diffunderetur, hoc nobis Mattheus, Marcus & Lucas proponunt. Capharnaum autem elegit; quoniam erat ciuitas maritima, & emporiũ magnum vbi multæ confluebant ex omni parte gentes. Metropolis illius partis Galileę, quæ mari Tiberiadis propinqua erat & erat prope Nazareth, vbi ipſe conceptus &, educatus fuerat. Dicitur atuem Capharnaũ fuiſſe in finibus Zabulon, & Neptalim, non quod pro diuerſis partibus fuerit in duabus iſtis ſortibus, vt quidam putant. Sicut Hieruſalem fuic in ſorte Beniamin & Iuda; ſed quia circa Capharnaum terminarentur hæ ſortes, & quia ab illis ſortibus Capharnaum non longè abeſſet. Meminit autem Zabulõ & Neptalim propter Propheriam Eſaiæ, nam ſubdit Euangeliſta. *Vt adimpleretur quod dictum eſt per Eſaiam Prophetam. Terra Zabulon & terra Neptalim, via maris trans Iordanẽ Galileæ gentium. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis.* Circa quã aduertendum plura verba omiſiſſe Euangeliſtam huius ſententiæ, vt potè quæ ad rem ſuam non pertinebant. Nam Eſai, ſic habet

Auguſt.

Simile.

Ioan. 1.

ca. 9. Primo tempore alleuiata eſt terra Zabolum & terra Neptalim, & nouiſsimo aggrauata eſt via maris trans Iordanem Galileæ gentium. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis. Idcirco autem Matthæus non adduxit totam hanc authoritatem; quoniam de illa alleuatione & aggrauatione loqui nolebat: ſed tantum de illuminatione facta populis in aduentu Chriſti. Voluit tamen verborũ ſuppoſita præmittere dicendo. Terra Zabulon & terra Neptalim, via maris trans Iordanem Gallileę gentium: vtex horum premiſſione ſignificaretur, quis aut cuias eſſet ille populus de quo prædictum fuerat, populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Nec hoc nouum tibi videri debet: familiare quippe eſt Euangeliſtis hoc facere. Eſt enim veluti regula ac canon Scripturæ, quem præſcribit Origenes. cùm alijs locis, tùm in Ioannem tom. 7. diſputans illud Eſai. Vox clamantis in deſerto, Euangelicas in ſe voces conferens; ſolere Apoſtolos & Euangeliſtas, cùm citant prophetica loca breuitatis, & preſpicuitatis cauſa reſecare media, & omittere voces obſcuras mutare in planiores, & dilucidiores. Quę omnia ab Euangeliſta hoc loco facta ſunt, non tantum breuitatis cauſa, quam illuſtrandę Prophetiæ. Cùm enim triplex ſenſus hic ſit, primus has tribus primum eſſe crediturus. Secundus Apoſtolos hic eſſe eligendos. Tertius has tribus viſſuras Dominum potiſsimũ in his locis verſantem: Euangeliſta vt oſtendere hæc omnia verba eſſe referenda ad illud vltimum, populus qui ambulabat in tenebris, &c. Vt vellet dicere terra Zabulon & terra Neptalim vidit lucem magnam: media omnia omiſit iuxta canonem preſcriptum ab Origene. Hoc enim intellecto, facile eſſet reliqua dicta eſſe per zeugma ſeu cõnexionem à ſuperiori, vt ſic hic ſenſus terra Zabulon, & Neptalim prima credit predicanti Meſsię, vel prima alleuiata eſt onere peccatorum, & terra Zabulon & Neptalim poſtremo aggrauata eſt propter ingratitudinem: nam poſt tot edita in eis miracula à vero Meſsia deſciuerunt. Vel glorioſa reddita eſt (Secundum tranſlationem. 70.) Quoniam inde electi fuerunt Apoſtoli, & terra Zabulon & Neptalim, & via maris trans Iordanem Galileæ gentium vidit lucem magnam, per zeugma ſeu connexionem à ſuperiori, & ſecundum hanc interpretationem inte-

Origẽ.

integrum teſtimonium Eſai. ad hoc propoſitum adducere voluit Euãgeliſta, nec omiſit media quia non pertinebant ad ſuum intentum, ſed maioris explicationis cauſa ſecundum Canonem Orig. His dictis dubiũ eſt in quo ſenſu Euangeliſta adduxerit hoc teſtimonium Eſai. & Ianſenius quidem, Caieta. ac multi alij dicunt non in ſenſu litera li aut hiſtorico, ſed in ſenſu miſtico, equè tamen intento à Propheta fuiſſe adductum & quod ſecundum hiſtoriam intelligendũ eſt vaticinium hoc de liberatione Hieruſalem tempore Ezechiæ Regis de manu Sẽnacherib, vt ſit iſte ſenſus. Non enim permittetur Aſsirio in Hieruſalem, quod permiſſum eſt in decem tribus, quas deuictas in terram ſuam tranſuexit. Primum enim ab Aſsirio leuiore malo afflicta eſt terra Zabulon, & terra Neptalim, cùm, ſcilicet, Teglat Phalaſar duas has tribus in captiuitatem adduxiſſet, vt ſcribitur. 4. Reg. 15. Poſteriori vero tẽpore grauiori malo oppreſa eſt vniuerſa maritima regio, quæ eſt trãs Iordanẽ Galileæ gentiũ: cùm; ſcilicet, Salmanaſar reliquum vniuerſum Iſraëlem captiuum adduxit, vt legitur. 4. Reg. 17. & 18. Sed populus Hieruſalem agens in extremo periculo, ac ideo quaſi in ipſis tenebris mortis ac regione vmbræ mortis, hoc eſt; apud inferos (quibus ſignificatur grauiſsima obſidio, qua fuerunt à Semnaccherib oppreſsi Hieroſolymitani) vidit lucem magnam, admirandam illam ſui liberationem, cum Dominus in vna nocte percuſsit in in exercitu Aſsiriorum centum octoginta quinque millia. Quoniam autem ſalus hæc populo Iudaico facta typus fuit redemptionis factæ per Chriſtum; commodè præſens vaticinium de Chriſti luce mortalibus perditis illata adductum eſt. Nam de ea luce non dubium eſt etiam tunc ſub typo vaticinatum Prophetam, qui mox poſteà omiſſo typo, nudè de Chriſto adumbratæ ſalutis authore vaticinari incipit dum dicit: Paruulus enim natus eſt nobis, & Filius datus eſt nobis, &c. Cùm autem hæc Euangelica lux primum ſpargi cœpit apud Gallileos viſum eſt Euangeliſtæ ſic oraculum hoc adducere, vt præſenti loco conueniret intelligens à Spiritu Sãcto hoc ſignificatum, vt quemadmodum tribus Zabulon & Neptalim totaque Gallilea primum ſenſerunt ex terminium ab Aſsirijs; ita illis quoque primùm ſplenderet lux vera orbis Chriſtus Dominus, & Euangelica eius prædicatio, Chriſtũ

Ianſen.
Caietan.

4. *Reg.* 15.

4. *Re.* 17. *&* 18.

enim & prædicationem eius appellat hic non lucem ſolùm, ſed lucem magnam; ad differentiam legis & Prophetarum. Ita Ianſenius & alij. Cæterum Magiſter Leo qui luculenta commentaria ſuper Eſai. ſcripſit: Vir diligentiſsimus & pijſsimus multis verbis contendit ſuper. 9. cap. Eſai. quod hic locus non debeat nec poſſet intelligi niſi de ſolo Chriſto, ſecundum propoſitum in quo illum citat Euangeliſta, & debacchatur contra iſtos, qui aliter hunc locum interpretãtur, dicens eos cùm Iudæis ad alia trahere teſtimonia, quæ de Meſsia dicuntur, ſicut & Iudęi faciunt, vt Meſsiæ miniſteria labefactent. Circa quod notandum eſt quod. 70. quorum verſionem antiqui Patres ſequuti ſunt, ſic legunt hòc teſtimonium: Hoc primum bibe, velociter fac, hoc eſt, tu prima bibe poculum Euangelij, & crede citò, O terra Zabulon. Ad prima namque prædicationis verba, Apoſtoli relictis retibus ſequuti ſunt Chriſtum. Ita Euſeb. libro. 7. de demonſtratione Euangelica. cap. 4. & ſignificari ait: Hoc loco qui primi ex gentibus in Chriſtum credidere, & ex quibus tribubus primi Apoſtoli, & Diſcipuli Domini ſunt vocati. Idem Tertulianus lib. 4. cõtra Marcionem, & ad idem propoſitum Euſeb. vbi ſuprà aliter explicat hunc locum. 70. ſic: In terra Zabulon & terra Neptalim, tu prima bibe hunc poculum Euangelij, ſcilicet, cito fac. id eſt, cito crede. Vel primùm bibe hoc poculum aquæ mutatæ in vinum, id eſt, primùm miraculum vide tu, & bibe poculum illud, cùm aqua mutata eſt in vinum, in Chana Gallileæ in ijs locis; & fac citò, id eſt citò crede recipe Euangelium: vt ſit ſenſus. Primum omnium miraculum in te fiet aquæ mutatæ in vinum: O terra Zabulon, & terra Neptalim; & prima credes, & Domino Apoſtolos dabis, & ita explicat D. Hierony. hunc locum ſecundum. 70. Ergo iuxta tranſlationem. 70. hęc tria hac perio do prædicantur à Propheta. Primùm terra Zabulon: & terra Neptalim, prima credet, prima recipiet Chriſti fidem. Secundum terra Zabulon & Neptalim, & reliquus populus glorioſam fecit viam maris trans Iordanem dando Apoſtolos. Tertium terra Zabulon & Neptalim, & reliquus populus trans Iordanem, & Gallilea gentium, & populus qui erat in tenebris vidit lucem magnam; Chriſtum, videlicet, qui erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sed hunc poſtremũ ſen-

Leo.

Euſeb.

Tertul.

Hierony.

ſenſum expreſsit nobis Euangeliſta, vt reſeraret hoc oraculum, & ſenſum eius nobis aperiret, & deferens reliqua omnia verba, ſolùm reliquit poſtremum verbum: vt intelligeremus omnia illa ſuperiora, terra Zabulon & terra Neptalim, & reliqui illius Orę & Gallileę gentium, ad illud poſtremũ verbum (vidit lucem magnam) eſſe referendũ: nam hoc intellecto, reliquos duos ſenſus medios appoſitis verbis facile erat intelligere. Igitur Euangeliſta alijs locis breuitatis cauſa, reſecare ſolet media, vt diximus, in hoc autem loco, & breuitatis & claritatis cauſa omiſit, vt aperiret Scripturæ ſenſum, vt modò diximus, hoc ſecundũ. 70. dictum ſit, vt ſi forte Iudæi noſtram neglexerint tranſlationem, ex hac ſeptuaginta duorum virorum, quam ipſi in maximo pretio habent, confundantur. Sed iuxta D. Hieronymi verſionem quæ noſtra eſt, ſic interpretandus eſt locus iſte: Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon & terrra Neptalim, peccatorum ſcilicet, onere, quòd crediderit prima, & Apoſtolos dederit, & ſequuta ſit Dominum. Poſtremo tempore aggrauata eſt, quod primo tempore aduolarit ad Chriſtum, & primitias dederit fidelium. poſtremo fuerit incredula, & ideò à Romanis ſubuerſa, & hæc per parentheſim dicta ſunt, nam poſtea redditur ad ſuperiorẽ ſententiam; & deſcribitur adhuc regio quæ prima eſſet creditura, & qua eſſet frequentiſsimè verſaturus Dominus: via maris trãs Iordanem, hoc eſt, alleuiata eſt via maris trans Iordanem. Semper enim præoculis habendus eſt ille Scripturæ canon, ſcilicet cùm verbum Hebræum plura ſignificat, quæ rei de qua agitur conueniant; intelligẽdum eſſe prævbertate Spiritus ſancti, qui in Prophetis loquebatur: illa omnia à Prophetis eſſe ſignificata. Cùm videamus orationes grauiſsimorum hominum duos, & ſæpe plures habere ſenſus. Imò ipſos vna oratione plura voluiſſe ſignificare. Sic in his trãſlationibus. 70. & D. Hierony. quoniã verba Hebręa quę ibi ponuntur vtrumque ſignificant tam aggrauare, quam glorioſam
D. Auguſt. reddere. Quę doctrina eſt Auguſt. in lib. de doctrina Chriſtiana. Idem videtur ſentire Doctor innominatus, in. 4. cap. Matthę. Homel. 6. qui ait: Sicut docet hiſtoria. Hę tribus ante omnes tranſmigratę ſunt in Babylonem, couuenientér ergo, quos ante omnes ira Dei percuſsit ipſos primum Dei miſericordia viſitauit, & qui primi ducti ſunt in captiuitatem corporalem, ipſi prius de ſpirituali captiuitate reducti ſunt. Nazarei etiam, vt ſuper hunc locum refert Hieronymus, ita explicant: quod per Chriſti prędicationem hęc terra primo alleuiata eſt à iugo, & traditionibus Phariſęorum, ſed poſtea per Paulum (qui nouiſsimus Apoſtolorum omnium fuit) ingrauata eſt, id eſt, multiplicata prędicatio vſque ad gentes, & vniuerſum mare. Sed licet hęc ita ſint (quod hunc ſenſum Euangeliſtæ ſignificare voluerit Eſaias, & ego ſemper amplector hanc ſententiã vt certiorẽ. Quod quãdo Apoſtoli & Euangeliſtę aliquem locum Scripturę citant, in proprio ſenſu, & non in tranſlatitio citant, aliàs multum eorum authoritati detraheretur.) Tamẽ nõ ideo cenſeo, ita durè damnandos eſſe iſtos authores, qui aliàs catholici & benemeriti de Eccleſia ſunt, maximè cùm dicant ſenſum Euangeliſtæ fuiſſe ab Spiritu Sancto ęque intentum, ſicut illum alium quem Hiſtoricum dicunt,
Hieron. prącipuè cùm D. Hieronymus in hoc loco dicat, quod Iudæi qui in Chriſtum credidérunt, ita explicant iſtum locum. Ait enim: Iudęi enim qui in Chriſtum crediderunt, ſic intelligunt. Duę tribus Zabolon & Neptalim, ductæ ſunt ab Aſsirijs captiuę, & Gallilea deſerta manſit, quam nunc Propheta dixit alleuiatam eſſe: eo quod peccata populi ſuſtineret. Sed poſtea etiam reliquę tribus captiuę ductę ſunt; & hoc dicit Propheta: quod regio cuius populus primus ductus eſt in captiuitatem, & Babylonijs ſeruire cœpit, & quę prius in tenebris verſabatur erroris: ipſa primum lucem prędicantis viderit Chriſti, & ex ea in vniuerſas gẽtes ſit Euangelium ſeminatum. Igitur licet mihi plus arrideat ſentẽtia hęc, quod in ſenſu literali adduxerit hoc teſtimonium Matth. Tamen non omnino damno aliorum ſentẽtiam citatam, qui in ſenſu miſtico, quem etiam Spiritus Sanctus voluit, dicunt eam adduxiſſe Euangeliſtam: de quo vide quæ cap. 2. diximus: Super illud ex Aegypto vocaui filium meum, licet non videam inconueniens eſſe aſſerere, quod in ſenſu literali loquitur de illa obſidione Sennacherib, & de hac illuminatione per prędicationem Chriſti: cùm vnus locus ſacrę Scripturæ plures ſecum compatiatur literales ſenſus, & in vna & eadem ſententia loquatur Scriptura, de Dauide, Salomone & de Chriſto. & caput quartum Threnorum Hieremiæ loquitur ad literam, de Ioſia, & de Chriſto Domino. Sed dices: Quid ſibi vult illud Gallileæ gentium? Quænam erat iſta Gallilea gentium? Aliqui dicunt, hac ratione ſic dicit: quia in hac parte erãt illa viginti oppida, quæ Salomon dedit Hiram Regi Tyri, & habitabantur à gentibus, vel quia extima erat Philitinorum regioni. Strabo lib.
Strabo. 16. cùm agit de Gallilea, ideò dicit dictam eſſe Gallileam gentium: eo quod à varijs nationibus, & gentibus incoleretur. Idem di-
Ioſephus. cit Ioſeph. libr. 3. cap. 4. & Ambroſ. ſuper
Ambroſ. Pſalm. 43. interpretans hunc locum, docet multas nationes mixtas eſſe his tribubus, & cauſam reddit, vt ad nationes aliqua lux rerum cœleſtium perueniret. Diuiditur autẽ in duas partes. Gallilea inferior eſt dicta quæ excurrit in meridiem, ſuperior verò quæ vergit ad Septentrionem, finitima finibus Tyri, & Sydonis Gallileæ gentium. Ita legit Hieronymus & in aliquibus exempla-
Vatab. ribus in nominatiuo legitur in Matthæo, vt patet apud Vatablum, vt locus eſſet planior, & dilutior oratio, & vt nobis innoteſceret, hoc eſſe mare circa quod verſatus eſt Dominus, nempè circa mare Gallileę; & iungitur genitiuus iſte cum alijs verbis, terra Zabulon & terra Neptalim, quæ eſt via maris trans Iordanem Gallileæ gentium. Via maris Hebraiſmus eſt, id eſt, ſecus mare trãs Iordanẽ reſpectu Hieruſalẽm, aliàs citra Iordanem erat, non vbi remanſerant duæ tribus & dimidia. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam. In Greco eſt: Populus qui ſedebat in tenebris. Nec enim omnia verba ſeruant Euangeliſtæ, ſed ſenſum tantum, & aliquando Spiritus ſancti licentia ea ponunt verba, quæ lucidiorem reddunt ſententiam, licèt hæc lectio magis conſona ſit Hebreæ, vbi non eſt verbum ſedendi, ſed ambulandi. Vndè videtur ex Hieronymi in Eſaiam verſione hûc deriuatum verbum ambulandi, & ambulare hic, ſecundum phraſim Hebraicam pro agere, & viuere ſumitur, quemadmodum illud Pſalm. 12. Si ambulauero in me-
Pſalm. 12. dio vmbræ mortis, hoc eſt: Si vixero & conuerſatus fuero in regione vmbræ mortis, id eſt, in idolatria & peccatis, quæ vmbra mortis ſunt: quoniam ſicut mors occidit corpus
Hieron. ita & peccatum animam. Vndè Hieronym. ait: Vmbra mortis eorum eſt, qui cum peccent, necdum de vita iſta egreſsi ſunt: poſ-
Albert. ſunt enim ſi voluerint pœnitere. Albertus Magnus dicit: Peccatum dicitur regio vmbræ mortis, tenebræ enim exteriores quæ

ſunt in inferno vmbras ſuas emittunt in hãc vitam, quæ ſunt tenebræ, ignorantię, & obſcuritatis peccati, ſecũdũ illud Eph. 4. Vt iã
Epheſ. 4. non ambuletis, ſicut gentes ambulant, in vanitate cordis ſui tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei, per ignorantiam quæ eſt in illis, propter cœcitatem cordis ipſorum. D. Thom. dicit, quod
D. Thom. illi qui dicuntur ambulare in tenebris: intelliguntur Iudæi, qui etiam ſi peccatores eſſent non tamen idolatrę, ſicut Gentiles qui dicuntur eſſe in regione vmbræ mortis: vtriſque enim lux Euangelica fulſit. Nam cùm mors damnationem ſignificet, ſecundũ illud Pſalm. 48. Mors depaſcet eos, vmbra
Pſal. 48. mortis eſt, ſimilitudo futuræ damnationis, ad quam accedunt omnes infideles ſecundũ illud Ioann. 7. Qui non credit iam iudicatus
Ioan. 3. eſt. Sic enim & iuſti ſimilitudinem habent
2. Cor. 3. futurę beatitudinis, vt legitur. 2. Cor. 3. Nos autem Domini gloriam ſpeculantes; in eãdem imaginem transformamur à claritate in claritatem. Sed adhuc dices, quod perfidi aliqui Iudęi dicunt, nempè quod tempore Chriſti non erant decem tribus, quæ ductę fuerant captiuę, quomodo ergo ex illis tribus Zabulon, Neptalim & Aſſer, potuerunt eligi Apoſtoli, aut extare qui Chriſti prędicationem crederent? Sed reſpondetur verè tempore Chriſti extitiſſe omnes duodecim tribus Iſraël: nam licet decem ductę ſunt in captiuitatem; tamen multi ex illis timentes Deum fugerunt ad Roboam; & roborauerunt Regnum eius ne ſacrificarent vitulis, quos fecerit Ieroboam. Sic legitur. 2.
2. Paralip. Paralip. cap: 11. in hęc verba. Sed & de cunctis tribubus Iſrael. Quicunque dederant cor ſuum, vt quęrerent Dominum Deum Iſraël venerunt in Hieruſalem ad immolãdum victimas ſuas coram Domino Deo Patrum ſuorum, & corroborauerunt Regnum Iuda. Quibus verbis liquet; plurimos ex decem tribus confluxiſſe in Hieruſalem, &
Ioeſphus. ibi manſiſſe. Idem refert Ioſephus lib. 8. antiqui. cap. 3. vbi ſcribit. Sacerdotes decem tribuum, & multitudinem omnem quę Deũ colebat, relictis ſuis vrbibus confluxiſſe in Iudęam, & auxiſſe imperium Roboam Regis Iuda, vt ſtare poſſet contra Iſrael, ex quibus potuerunt decem tribus renouari, ſicut
Iud. 21. ex paucis, ſcilicet, ſexcentis viris, renouata
4. Reg. 23. eſt tribus Beniamin. Vide quoque. 4. Reg.
2. Paralip. 23. & 2. Paralip, 34. Et intelliges poſt ductas
Pom. 24. captiuas decem tribus fuiſſe reliquias quaſdam, quę captiuitatem fugerunt in vrbibus Iſrael

Iſrael, & Ioſiam Regem peragraſſe omnes tribus Iſrael, & contriuiſſe idolaeæ vrbibus eius, ſubuertiſſe altaria, expurgaſſe omnes vrbes; & omnes vicos decem tribuũ, quod profectò nunquam feciſſet, ſi in vrbibus Iſrael reliquiæ reſiduæ nõ eſſent. Lege etiam 2. Paralip. 34. vbi dicitur congregatam pecuniã de tribu Manaſſe; & Ephraim, & vniuerſis reliquijs Iſrael, ad reſciendum templum Hieroſolymorum, & hoc factum eſt imperio Ioſiæ Regis Iuda, poſt ductas captiuas decem tribus, ergo fuerũt illę reliquiæ.

Ioſeph. Idem Ioſeph. lib. 10. antiqui. c. 4. Poſtremo cùm rediere Iudæi ex captiuitate Babylonia, copia facta eſt omnibus Iudæis, qui reuerti voluiſſent, & reuerſi ſunt plurimi ex

2. Paralipo. 30. decem tribus cum populo Iuda. Et. 2. Paralipo. 30. Poſt ductas captiuas decem tribus. (Si bene tempora numeres, & ipſo eodem ca. 30. liquet) tamen mentio fit omnium tribuum. Non enim prorſus ſunt deletæ, ſed penè omnes ſunt captiuæ ductæ, adhuc tamen ſunt relictæ decem tribus illæ, aſtrictæ tamen, & ad maximam paucitatem reductę vt ex illo & ſequentibus capitulis colligitur. Iam ergò habemus, q̃ in his partibus Chriſti prædicatio cœperit, & quod hic ſita ſit ciuitas Capharnaum, & in hoc ſitu erant viri ex quibus ſelecti ſunt Apoſtoli, vt & ſic

Geneſ. 49 adimpleretur vaticinium Iacob. Geneſ. 49. vbi ait: Neptalim ceruus emiſſus, & dans eloquia pulchritudinis. Quod adimpletum eſt in Chriſto; qui in terra Zabulon & Neptalim cœpit prædicare, & inde Euangeliũ eius quaſi ceruus emiſſus totam terram velociſsimè peruolauit: vnde ſequitur. Dans eloquia pulchritudinis. Quid enim pulchrius & iocundiùs Euangelio Chriſti?

Moralitas Sed quod ad mores attinet; Chriſtus poſt tentationem & ieiunium cœpit prædicare; vt doceret prædicatores debere eſſe, & abſtinentes & aſſueti bellis, in quibus non vinci, ſed vincere ſcirent. Et in trigeſimo anno eius cœpit prædicare: quoniam prędicator maturus debet eſſe, & ſenex in moribus iuxtà illud ætas ſenectutis vita immaculata.

Sapien. 4 Rectè autem Ioanne incarcerato incipit Chriſtus prędicare: quoniam Ioannes figura fuit legis. Adueniente Euangelio, lex obſcuratur: preſente vera libertate, lex vinculis aſtingitur; preſente vero capite Ec-

Ioan. 3. cleſiæ, lex decapitatur, ſicut & ipſe Ioann. prędixerat; illum oportet creſcere me autẽ minui. Et in Galilęa gentium prędicat, vt oſtenderet quod Euangeliũ ad gentes deberet defferri ipſis Iudęis ipſum repellentibus. Galilęa autem initium Euangelij ſui auſpicatus eſt: quoniam Galilęa tranſmigratio interpretatur, vt doceat, quòd quicũq; voluerint audire Chriſtum prędicantem, à priſtinis ritibus, & cupiditatibus oportet demigrare, vt nouę cœleſtiſque doctrinę poſſint eſſe capaces. Nouum enim vinum eſt Euangelium, nouos vtres requirit; alioquĩ rumpuntur vtres veteres, & vinum perit. Id quod experientia docet carnales homines ex audito Euangelio peiores fieri. Prętermiſsit autem Nazareth, quę erat ciuitas in qua nutritus & conceptus fuerat: quoniam ibi volebant illum facere miracula conſanguinei eius ac ciues propter vanam gloriam, vt dicerent ſe habere talem ac tantum ciuem aut cognatum, vt patet quando ei poſteà dixerunt. Quanta audiuimus facta Capharnaum, fac & hic in patria tua: Sed ipſe dixit: Ego gloriam meam non quę-

Ioan. 8. ro. *Tunc cœpit prædicare, & dicere: Pœnitentiã agite appropinquauit enim regnum cœlorum.* In hoc Ioannis doctrinam confirmat, cum ab eius etiam incipiat themate: vt oſtẽderet vtraque à Deo eſſe. Ideò enim aliquando citat Prophetarum teſtimonia ad confirmãdam ſuam doctrinam; vt aperiat eodem ſpiritu ipſum quo Prophetas, & Prophetas quo ipſum loquutos fuiſſe, & etiam in hoc nos docet, quòd quę ab alijs etiam minoribus incœpta ſunt bona, ea proſequi non vereamur. hoc enim eſt virtuti fauere: Vel vt D.

D. Thom. Thomas hic dicit; Inſtruimur, ne dedignemur, quę ab alio dicta ſunt, etiam nos prędicare, dũmodo ad ędificationẽ ſint fidelium. *Pœnitentiam agite.* Pœnitentia eſt correctio malę voluntatis, nõ naturę; aliàs ipſe culpãdus eſſet, qui malã cõdidiſſet naturã, vt ait hic Chryſoſ. Cõueniens igitur fuit à pœni-

D. Chryſ. tẽtia incipere, q̃ malũ voluntatis corrigit: gratia autẽ Dei eſt, quę malã corrigit uoluntatẽ; Sed quoniã initiũ huius correctionis eſt à malo recedere, & ad bonũ appropinquare, ideò pœnitẽtiã quę hoc facit, p̃dicat. Quare primũ prędicabile (ait Mag. Alber) in Euan-

Alber. gelio eſt pœnitẽtia, ſi primũ accipiatur ex parte ſubiecti, & materiæ: quia primus motus ex parte materiæ eſt recedere ab vno cõtrario, verbi gratia, à frigiditate, & ad calorẽ accedere; ſic ex parte voluntatis primus motus eſt à malo ad bonũ, pperare. Quare primũ prædicabile oportet q̃ ſit deſtructiuũ peccati, ſicut primus motus ad calorẽ eſt deſtructiuus frigiditatis. Hoc autẽ facit pœnitẽtia quæ

quæ eſt ſacramentum deſtruens peccatum actuale commiſſum, in quantum contrariũ gratiæ, hoc enim modo vocatur culpa, ſicut in quantum opponitur virtuti dicitur vitiũ, vt per eum incurritur pœna dicitur reatus, qui deletur per ſatisfactionem, ſicut per gratiam deletur culpa, & per virtutes quæ ſunt ſubiectæ gratię, delentur vitia. Peccatum autem dicitur, in quantum eſt contra legem, & ſic maculam contrahit, & hoc modo deletur per pœnitentiam quæ deteſtatur illud, in quantum legi Dei contrariũ fuit, atq̃ hoc modo ſanatur bonum naturæ, & deletur maculæ turpitudo: Chriſtus

Luc. 10. autem ad hoc venerat, vt & hominem vulneratũ ſanaret, & ſpoliatum veſtiret, vt in parabola de Samarithano nobis innotuit, & ideò congruentiſsime à pœnitẽtia exordium ſumit. Itẽ, vt prædicatores prurientes auribus illuderet, qui populo loquuntur placentia, nec quid quod aſperum videatur eorum auribus intonant. Chriſtus autem à pœnitentia incipit, quæ pœnam, & dolorem, ac ſatisfactionem includit. (*Appropinquauit enim regnum cœlorum.*) Quia, vt diximus, pœnitentia eſt motus quidam à peccato ad iuſtitiam: nam in motu continuo abijcitur vnũ contrariũ, & inducitur aliud: ſic per pœnitentiã excluditur vitiũ, & introducitur iuſtitia regni Dei: Quatenus hęc iuſtitia eſt rectitudo in ſe ambiens rectitudinem legis, & conſiliorũ, officiorũ, graduũ diuinorũ, & ciuilitatũ, & poteſtatuũ, qualis rectitudo eſt in cœlo indeflexa, per hoc q̃ voluntates omniũ nullatenus à volũtate diuina retorquẽt: quoniã in illa eſt exẽplar, & cauſa om-

Auguſt. nis rectitudinis, vt ait Aug. 8. de Trini. & ſic hũc ſenſum habẽt hęc verba. Si per pœnitẽtiã malã voluntatem corrigitis, & rectitudinẽ iuſtitiæ facitis, appropinquabitis ad hãc perfectã rectitudinẽ, quæ eſt in regno cœlorũ, vbi cõſumabitis motus veſtros, & adquiretis perfectiſsimũ bonũ, in quo perpetuo quieſcetis. Vnde in Pater noſter dicimus: Adueniat regnũ tuũ. Id eſt, perfecta illa rectitudo per merita adquiratur à nobis, quæ in regno tuo poſsidetur. *Pœnitẽtiã agite appro-*

Simile. *pinquauit, &c.* Ac ſi quis filios cõtra quos pater iratus erat, vidẽs eos à patris ira fugiẽtes cõmonefaceret dicẽs: Redite filij ad patrẽ veſtrũ, iã enim placatus eſt vobis, & omnia ſua vobis cõferre deſiderat. *Appropinquauit enim regnũ cœlorũ.* Vide legis nouę ſuauitatẽ. Olim Prophetę minis de terrebãt homines niſi legi Dei obediẽtes exiſterẽt, Chriſtus autẽ promittẽs regna cœleſtia, homines ad pœnitentiã inuitat. Quare Aug. lib. 4. cõtra Fauſtũ, ait, qd̃ ideò dicitur teſtamentũ *Auguſt.* vetus: q̃ bona tantũ tẽporalia, caducaq; promittebat, quæ ſeneſcũt: noſtrũ vero dicitur nouũ eo qd̃ ſempiterna pollicetur quæ ſem per vireſcũt. Nõnulli dicũt nõ eſſe eũdem ſenſum huius thematis, & q̃ Ioãn. ſumpſit: Ibi enim reſipiſcentiã à peccato prædicauit Ioãn. hic vero à lege veteri, ac ſi diceret. Reſipiſcite ab his cęremonijs, deponite iugum hoc ab humeris veſtris, iã em̃ appropinquat lex gratię, quæ vos introducet in regna cœleſtia. Sed quoniã ijſdẽ omnino verbis Matthę⁹ ponit Ioãnis & Chriſti prædicationẽ, nõ apparet ratio, quare diuerſum ſenſum in altera faciam⁹: ſed qd̃ Ioãnes incepit p̃paratiuè, Chriſt⁹ p̃fectiuè cõſumauit, & expectauit vt ipſe taceret Ioãnes, nè inuidia ſtimularẽtur vtriuſq: diſcipuli, & ne iudicarẽt homines aliquã ęmulationẽ, tã inter magiſtros, quã inter diſcipulos. Quare modò ex ppoſito p̃dicare publicè, & vbiq; incipit. Et hæc eſt. 7. nota, ſiue ſeptimũ ſignũ, quo cognoſcim⁹ Chriſtũ eſſe verũ Meſsiã: quoniã de illo ſcriptũ erat, cõuerſationẽ eius, ac p̃dicationẽ ſuturã circa mare Galilęę, vt ex prefacto teſtimonio patet.

Ambulãs autẽ Ieſus circa mare Galilęæ, vidit duos fratres Simonẽ qui vocatur Petrus, & Andreã fratrem eius mittẽtes rete in mare: erant enim piſcatores. Et ait illis: Venite poſt me, faciã vos fieri piſcatores hominũ. Primò ſciendũ eſt hãc Petri & Andreę vocationẽ nõ eſſe eãdẽ cũ ea quę legitur Ioã. i. ſed illa lõge poſteriorẽ. Nã hęc accidit in Galilęa, Ioãne Baptiſtaiã in carcerẽ miſſo, illa vero in Iudęa Ioãne baptizãte in Bethabara. Vnde dicẽdũ eſt tũc quidẽ primũ vocatos fuiſſe cũ Ioãnes narrat, ſed nõdũ relictis oĩbus ipſum ppetuo ſequutos fuiſſe, ſed relicto illo redijſſe ad artẽ, qua ſibi parare cibũ ſolebãt: in hac autẽ vocatione oĩbus relictis ipſum fuiſſe ſequutos. Sed nihilomin⁹ difficultas nõ parua eſt, an hæc vocatio, quã & Matth. & Marc. ſcribunt, ſit eadẽ cũ illa quã. c. 5. ſcribit Lucas. Et quidẽ *Luc. 5.* pleriq;, immò fere omnes poſt Auguſtinũ intelligũt non fuiſſe eandem, quod patet ex diuerſa narratione facti. Apud Matthęum, & Marc. legitur primũ vocaſſe duos fratres Petrum & Andream, deinde progreſſus puſillum alios duos fratres filios Zebedęi, & illos quidẽ dicit inueniſſe piſcantes, hos autẽ reſarcientes retia ſua. Apud Lucam autẽ dicitur inueniſſe omnes hos piſcatores lauãtes

retia ſua ſubductis ad terrã nauibus, eoſq; poſteà territos illo miraculo, quo iuſſu Chriſti tantã multitudinẽ piſcium traxerunt, cũ ſolo Petro dictũ fuiſſet (noli timere, ex hoc iam homines eris capiẽs,) ſubductis in terrã nauibus, ſimul cũ Petro ſequutos fuiſſe Dominum. Intelligunt ergo cũ Auguſtino
Auguſt. quod Lucas ſcripſit primo eſſe factũ, ſed tamen non tunc à Domino vocatos ad diſcipulatũ, ſed tantum fuiſſe Petro prædictũ q̃ vocandus eſſet. Et illud quod Petro dictũ eſt (ex hoc iam homines eris capiens,) non eſſe intelligendum q̃ non eſſet redditurus ad piſcationẽ: nam & poſt reſurrectionem remeaſſe videmus, & modò iterũ ad piſcandum abierunt, quando ſecundum narrationem Matthæi & Marci eos binos vocauit Dñs, iubens, vt ſe ſequerẽtur. Itaq; ſecundũ horũ intellectum triplex fuit Petri, & Andreę vocatio. Prima, ad notitiã ſolũ vt eum agnoſcerent, quã narrat Ioannes. Secunda, ad familiaritatem, de qua loquitur Lucas. Tertia, ad diſcipulatũ, & ſequelam, de qua hic Matthæus ſermonẽ facit: & licet hoc aliquo modo videatur prima facie ſatisfacere, tamen cùm Lucas dicat q̃ tunc viſo illo miraculo, ſubductis ad terram nauibus relictis omnibus ſequuti fuerunt Chriſtũ Dominũ; non poteſt nõ dubitari probabiliſsimè vnã, & eãdem fuiſſe vocationem, & hanc quam nobis Matth. narrat, & illam quã refert Lucas. Si enim tunc relictis retibus Chriſtum ſequuti ſunt, quomodò mox poſteà ad piſcationẽ redierũt derelicto Domino, vt deindè, rurſus vocandi eſſent à Chriſto, vt derelictis omnibus ſequerẽtur ſe vt narrãt Matthæus & Marcus? Nã (vt poſteà docuit Dñs.) nemo mittẽs manũ ſuam ad aratrum, & reſpiciẽs retro aptus eſt regno Dei. Quidam ad hoc reſpondent, apud Luc. ſubduxiſſe iſtos naues ad terram, veluti animo redeundi, ac reliquiſſe omnia, ſed ad tẽpus: ſequutoſq; eos tunc Dominũ tantũmodo cauſa reuerẽtiæ, eum aliquo vſq; deducẽdo. Sed hęc interpretatio nimis coacta videtur, cũ Lucas ſic dicat: Relictis omnibus ſequuti ſunt Dominũ; eo modo quo Matth. & Marc. id dixerũt: Quare Ianſe. vir eruditiſsimus, ſimul & diligẽtiſsimus, in cõcordiã Euãg. c. 26. tenet vnã & eandẽ fuiſſe hãc vocationẽ; & dupliciter dicit poſſe cõciliari Lucæ narrationẽ cũ alijs duabus. Primò, vt intelligatur Dominũ ambulantẽ iuxta mare Galileæ vidiſſe Petrũ & Andreã adhuc piſcationi vacantes, ac deindè progreſſus, vidiſſe Ioãnem & Iacobũ reſartientes retia: poſteàverõ ſtetiſſe iuxtà illud mare, cũ deſiderio audiendi illũ turbæ irruerent in eũ, ac intereà nauibus illis duabus ad terrã adductis, piſcatores deſcendiſſe, ac lauaſſe retia ſua: tunc ingreſſus Dñs in nauiculam Petri docuiſſe turbas, ac miraculũ illud edidiſſe, quo attonitus Petrus nomine aliorũ diximſſe: Recede à me Domine, &c. Tunc Dñs poſtquam dixit Petro noli timere, &c. omnes vocaſſe, eoſq; ſimul omnibus relictis, ſequutos eſſe Dominum. Nã etſi Matth. & Marc. dicãt, q̃ poſtquam vidit Dñs Petrũ, & Andream mittẽtes rete in mare, dixit illis: Venite poſt me, &c. Nõ intelligitur q̃ ſtatim ſequuti fuerunt Chriſtũ, ſed poſt editũ miraculum, quod Matth. & Marc. breuitati ſtudentes præterierunt. Lucas vero poſt eos ſcribens ſuppleuit ea, omittẽs quæ ab alijs in hac vocatione ſcripta erant. Similiter quãuis Matth. & Marc. ſeorſum ſcribant vocationẽ Petri & Andreę à vocatione Ioann. & Iacobi: intelligi tamẽ poteſt, ſimul eos vocatos. Non enim dicunt Dominum vocaſſe eos tunc, cũ videret eos reficientes retia ſua, ſed intelligi eos quemadmodũ de Simone, & Andrea, ante miraculũ vidiſſe eos reſartientes retia, poſt miraculũ autem vocaſſe, quando vocauit & alios duos fratres: Secũdò q̃ ſic intelligatur, non quòd adhuc cũ iuxtà mare ambularet Chriſtus viderit eos piſcãtes: (Nam ſecũdum Lucã, Chriſto ſtãte iuxtà mare piſcatores qui nocte piſcati erant, deſcenderunt) ſed quod poſteà eos piſcãtes viderit, cũ eius iuſſu laxaſſent rete; vt quæ non eodẽ facta ſunt tẽpore, Matth. & Marc. breuitatis cauſa ſimul narraſſe, intelligantur: Deindè intelligatur facto miraculo poſtquã dixiſſet Dñs Petro attonito: Noli timere, &c. in ſuam ſtationẽ filios Zebedęi ſeſe recepiſſe, tũq; primũ ad ſequelã vocaſſe Petrũ, & Andreã, ac deindè cũ Petri nauim terræ adductam exiſſet illiq; duo ſequerẽtur, progreſſus paululũ inueniſſe filios Zebedęi, cum patre in naui reſartiẽtes retia ſua, quæ ex nimia illa piſcium multitudine erãt rupta, & tũc demũ etiã illos, vt ſe ſequerẽtur euocaſſe. Hactenus ſentẽtia Iãſenij, quæ quidẽ mihi, pbabilis valde videtur; vrget em̃ vehẽmenter, id qd̃ Lucas dicit, ſubductis ad terrã nauibus, omnibus relictis, ſequutos fuiſſe Dominũ. Hoc autẽ mare q̃ Matth. & Marc. vocãt Galileę; eſt idẽ cũ eo qd̃ Luc. vocat ſtagnũ Genezareth; nã varia mare hoc ſortitur nomina. In Scriptura mare dicitur eo modo loquendi, quo

apud

apud Hebræ. magnæ aquarum collectiones appellantur mare: ſicut lacus Aſphaltitis mare deſertũ & ſalis, dicitur in Scripturis. A regione ipſa dicitur mare Galileę, ab inſigni quadã ciuitate, quæ propè illud eſt, dicitur mare Tyberiadis. De hoc lacu ſic ſcribit
Plinius. Plin. libr. 5. c. 15. Ergo Iordanis vbi prima conuallium fit occaſio, in lacum ſe fundit quem plures Geneſara vocant; ſexdecim milliũ paſſuum longitudinis, ſex mille latitudinis, amœnis circumſeptum oppidis, ab Oriẽte Iuliade & Hippo, à meridie Tarichea, quo nomine aliqui etiam lacum appellant, ab Occidente Tyberiade aquis ca
Ioſephus. lidis ſalubri. Ioſeph. etiam lib. 3. de bello Iudaico. c. 18. ſic de hoc lacu ſcribit. Lacus autẽ Geneſar quidem à terra continente appellatur, quadraginta vero ſtadijs in latitudine patens, centũq; in lõgitudinẽ, aquę dulcis eſt, atq; potabilis: Paluſtri em̃ craſsitudine tenuiores habet latices, & vndiq; in littora, & arenas deſinens purus eſt, ac præter hoc temperatus ad hauriendum, & fluuio quidem ſiuè fonte leuior eſt; ſemper autẽ frigidior, quam lacus diffuſsio patitur, manet, æſtiuiſque noctibus eius aquæ ſub diuo perflatæ; nequaquam æſtibus cædunt: id enim facere indigenis moris eſt, varia autem ſunt in eo piſcium genera, ab alterius loci piſcibus tã ſapore quã ſpecie diſcreta, mediusq; fluuio Iordane ſecatur. Hæc ille. Habuit hic lacus ab Occidẽtali parte in ſuperiori littore ciuitatẽ Capharnaũ; ſic dictã, vt apparet à fluuio quodã eius nominis de quo apud Ioſephũ loco prædicto. A Capharnaũ autẽ ſecũdo lapide fuit (teſte Hieronymo) Corozaim ciuitas, Chriſti miraculis clara, ſicut Capharnaũ. Infrà Capharnaũ fuit Bethſaida patria Petri, & Andreæ, quã Philippus Herodis frater ædificatam, & exornatam Iuliam cognominẽ Iuliæ Cæſa
Ioſephus. ris filię vocauit. Ioſephus lib. 3. antiquit. c. 18. Non longè à Bethſaida eſt ciuitas Magdalum, de quibus omnibus fit mentio in Euangelijs. Hæc non parum conducunt ad intelligentiam hiſtoriæ, quam quia omni diligentia explicare in animo eſt, vnde cũq; inuenero quæ ad hoc propoſitum faciunt, ſiuè ex Ianſenio, ſiuè ex quocumque alio authore (quoniam pluſquam viginti authores ſuper Matthæum lego) non prætermittam, quin omnibus proferam. Fateor Ianſenium, qui iunior eſt omnes alios, legiſſe, atque ideò quę in alijs diffuſè lego, in eo collecta inuenio, & ſic aliquando tranſcribo, nec vereor ex aliorum diligẽtia meam etiã augere rem: quia nec nouam doctrinam cudere volo, nec ab antiqua ſeparari. Hoc idẽ ferè refert Hiero. ſuper. c. 9. Eſai. *Hieron.*

Sed iam abditiora ſpiritus myſteria accedamus. Primò, grauiter attendendum eſt *Moralitas ſeu cõcio-* quales fuerint iſti homines; quos Dominus vocat ad apoſtolatus officium, per quos & mundus omnis commutandus eſt, atque à vana idolorum cultura ad Deum viuum cõuertendus. Nunquid magni viri ſunt? Fortes viribus, armis ſtrenui? Elegit nè Dominus duodecim viros, magnos Duces, ex his qui dicuntur (*De la fama*) vel magni philoſophi iſti fuerunt, in Platonis ſcholis, aut Ariſtotelis verſati? Minimè gentium (erant enim piſcatores) homines ſine literis, & ſine gladio: arma ſua fuere arundines, ſetæ, hami, & lumbrices in vaſculo ad inſcandos piſces, & quãdo iam hæc arma videbantur reliquiſſe, ſolum duo gladij inter eos inuẽti ſunt. Homines erant etiã ſine literis, vt inimici ſui fatebãtur, & cũ his totũ debellauit atq; confudit orbẽ, vt ſublimitas eſſet virtutis Dei, & nõ ex nobis. Quod & Paul. manifeſte. 1. Cor. 1. nos docet, dicens: Videte fra- *1. Cor. 1.*
tres vocationẽ veſtram: quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes. Per hos enim illiteratos huius mundi ſapientes confudit, ita vt relictis ſuarum ſcientiarum libris, ad pedes Apoſtolorum conuicti, prouoluti iacerent: ſcriptum quippe eſt: Perdam ſapientiam ſapientium. Hoc eſt: Confundam, & conuincam eos mea ſapientia ſuam ſtultitiam fuiſſe: quippè quæ ad tot myſteria intelligenda non peruenit, & ideò dicit: Sapientiam ſapientium, non ſapientiam abſolutè: quoniam nulla vera ſapientia etiam naturalis contraria eſt diuinę: quoniam vtraque ab eodem Deo authore eſt, Deus autem non poteſt ſibi ipſi contrarius eſſe: Quoniam fidelis eſt (ait *1. Cor. 10.*
Paulus) ſeipſum negare non poteſt; ſed ſapientiam ſapientium ait, id eſt, eorum qui nimis fidentes ſuę ſcientiæ; per eam volebant conuincere falſam eſſe doctrinam Apoſtolorum, vana quadam pręſumptione ſuam naturalem ſcientiã, extra ſuos limites extendere cupientes. Vnde eos ſibilat ac contemnit dicens: Vbi ſapiens, vbi Scriba, vbi inquiſitor huius ſæculi? Ac ſi dicat: Nuſquam ſunt, perierunt. Nonnè ſtultam fecit Deus ſapientiam

huius ſæculi? Non multi potentes, non multi nobiles: quoniam non multi Cæſares, aut Alexandros, aut eos qui in nominibus familiarum gloriantur, vt Gothomani, Mendocini, &c. Sed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes. Nam pudore affecti ſunt ſapientes huius mundi, cum cernerent per Apoſtolos condemnatas ſuas ſectas, & opiniones circa beatitudinem, vt in hoc illuceſceret maximè Dei ſapientia; quæ
1. Cor. 1. ſtultam facit hominum ſapientiam, nam quod ſtultum eſt Dei, ſapiẽtiùs eſt hominibus. Quoniam quæcumque res quantuncumque ſtulta & imbecillis, tamen per cõiunctionem ad Deum fit fortior, & ſapien-
Hieron. tior reliquis omnibus: vnde Hieronymus ait: Illiterati mittuntur ad prædicandum, ne fides credentium, non virtute Dei, ſed eloquentia, atque doctrina fieri putaretur. Tanta ſtultitia mundum occupauerat, vt non neceſſe fuerit ſapientes quærere, qui ipſum confunderent, ſed ſtulta mundi elegit Deus, hos, ſcilicet piſcatores, qui eos reuincerent, ſicuti quando tu diſputas cum
Simile. aliquo ruſtico; nõ elegantiores rationes quas ſcis adducis illi, ſed minores: illas, ſcilicet,
Hieron. quæ ſuæ ſimplicitati ſufficere putas. Ita idem Hieronymus tomo. 4. de tribus virtutibus, & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi, & contẽptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt; vt ea quæ ſunt deſtrueret. Hoc eſt illos elegit, qui coram hominibus quaſi nihil reputabantur, vt ea quæ in conſpectu homi-
Theodor. num magna erãt deſtrueret. Vnde Theodoretus de Græcorum affect. ſermone de legibus, ait: quod piſcatores Chriſtus aſſumpſit, per quos vniuerſum orbem ſibi vendicaret, & ita ſublimitas hæc non fuit homi-
2. Cor. 4. num ſed virtutis Dei, vt ait Paulus. 2. Co-
Auguſt. rinth. 4. & Auguſtinus. tractat. 7. in Ioannẽ. Idiotas elegit, vt confunderet mundum, non purpuram elegit Deus; non diuites & rethores, non in his apparatibus agnoſcitur Spiritus Dei, ſed vt olim Heliæ oſtenſum eſt, in ſibilo auræ tenuis, in humilitate &
Proſper Aquina. ſimplicitate. Proſper quidam Aquinaticus, parte. 2. cap. 22. & 21. de promiſsionibus & prędicationibus, huius typum ex Samſone accipit, qui mola aſini Philiſtęos occidit: nã ſi per aſinũ, ſimplicẽ quemuis ex populo, per molã, ſeu maxillã, verbũ eius intelligamus; videbimus Philiſtęos, ſeu ſapiẽtes omnes Apoſtolorũ, & hominũ ſimplicium verbis cõfuſſos eſſe & proſtratos. Hæc ille, Præceſsit etiã huius rei figura. 1. Reg. 30. vbi le- 1. Reg. 30.
gitur; q̃ cùm Dauid inſequeretur latrũculos quoſdã, inuenit puerũ quendã, quẽ (quia eos nõ poterat ſequi) reliquerant, à quo cùm interrogaſſet Dauid quis eſſet, & refeciſſet cũ alimento, eleuabit à terra, & ſecũ adduxit, vt duceret eũ ad eos latrones, quos in cãpo offendit iacentes, cõmedẽtes, atq; bibẽtes: & irruens in eos, ferè omnes illos occidit, atq; prædã eorũ tullit ſecũ. Hic Dauid
qui hos inſequitur latrũculos Chriſtus Dñs Figura.
eſt, ex progenie Dauid, qui mundũ & diabolũ perſequitur: ſed Duces ad hoc bellũ aſſumit homines debiles, pauperes; ſine literis quos mundus poſt ſe reliquerat, quia illum nõ poterant ſequi in diuitijs, delicijs, ac magnificentijs ſuis, hos eleuat à terra Chriſtus, & à vili piſcationis officio retrahit, & eos reficit pane ſuæ doctrinæ, & gratia Spiritus ſanẽti replet, & per hos apprehendit mundũ ac diabolũ, & prædam eius ac ſpolia, & arma in quibus confidebat diripit. Et ſic intelligit D. Hier. loco ſupra citato illud Pſal. D. Hiero.
Educens nubes ab extremis terræ, hoc eſt, Apoſtolos, de quibus Eſai. dixit. ca. 60. Qui Eſai. 60.
ſunt hi qui vt nubes volant, Spiritu ſanẽto afflati, peragrantes mundũ, vt illuminbre doctrinę Euãgelicæ fœcundarẽt? Hos autẽ educit ab extremis terrę, hoc eſt, ex infima plebe, ſecundũ illud Paul. Puto q̃ nos Deus Apoſtolos nouiſsimos oſtendit, quaſi mortificatos, &c. Et cum his nouiſsimis virorũ omniũ debellauit mundũ, & ſubiecit ſibi. Quare D. Aug. ſuper Pſal. 44. ſic explicat ver- Auguſt.
ſum ſeptimum illius Pſal. qui dicit: Sagittæ tuæ acutę, populi ſub te cadẽt, in corda inimicorũ regis. Sagittarij ſunt Apoſtoli, Sagittę verba Dei: nam Apocalyp. 6. Vidit Ioann. Apoc. 6.
virum ſedentem ſuper equum album, cui datus eſt arcus, & exiuit vincens vt vinceret. Hic Chriſtus Dominus eſt ſedens ſuper humanitatem ſuam, album propter innocentiam: arcus eſt ſacra Scriptura, quæ in manu eius eſt: Sagittæ, verba quę poſuit ipſe in ore Apoſtolorum ſuorum, ſecundum illud Ioſue. Verba mea in ore tuo, Hiere. 5.
& aperuit illis ſenſum vt intelligerent Scripturas. Has Sagittas Apoſtoli prædicatione ſua infixerunt in corda hominum, qui antea erant inimici Dei, & eos ſubditos illi fecerunt, vt cadentes adorarent eum. Vnde illud Pſalmi. Sicut Sa- Pſal. 116.
gittæ in manu potentis: ita filij excuſſorum, interpretatur Hieronymus ad Hieron.
Marcellam tom. 3. id eſt, filij robuſtorum: appel-

appellans Apoſtolos robuſtos ad iaciẽdas ſagittas verbi Dei. Sic enim leũgt. 70. illud
2. Eſdr. 4. Eſdræ. Media pars faciebat opus, media pars excuſſorum faciebat opus, hoc eſt ro-
Figura. buſtorum. Typus etiam huius myſterij præceſsit in imagine illa, quam Nabuchodonoſor vidit, quæ quidem, ex diuerſis conflata erat metallis; habebat enim caput aureum, pectus argenteum, ventrem æneum, crura ferrea; & pedes luteos, ſed auulſus lapis à monte ſine manibus, pedes luteos eius imaginis percuſsit, & aureum, argentum, æs, ferreum, comminuta ſunt, ac redacta in fauillam. Imago hæc, ex diuerſis conflata metallis, mundum refert, ex diuerſis ſtatibus ac conditionibus hominum conſtantem lapis hic exciſſus à monte ſine manibus, Chriſtus Dominus eſt, à cœlorum monte deſcendens, factus homo, ſine viri manibus aut adiutorio. Hic tetigit pedes luteos, qui fuerunt Apoſtoli ex fece populi, & contẽptibiliori gente nati; Sed tamen hos luteos pedes, ac lutulentos Chriſtus ſuis eburneis manibus lauat, candidoſque reddit, tangensque eos ſuis ſanctiſsimis mãibus plenis hyacinthis, tot virtutes, gratias, priuilegia que eis contulit, vt per totum mundum fulgentes: ſua prædicatione vniuerſum immutarent orbem, aurumque atque argentum, æs, ferrum, ac lutum, in nihilũ redegerunt, fecerunt enim, vt homines hæc omnia tanquam ſtercora raputarẽt, Regeſque ac Duces, Imperatores etiam, coronas aureas atque argenteas deponerent de capitibus ſuis, & earum loco crucem Chriſti ſuper frontes portarent. Fecerunt etiam, vt ex omni gente, & hominum ſorte omnibus relictis ad Chriſtum anhelantes conuolarent. Quod in ſpiritu cernens Eſai. Hos
Eſai. 25. pedes luteos adeò ſpecioſos factos, ſic cap. 25. dicebat. Quam ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona! Quid mirum ſi ſuper niuem dealbati eſſent pedes iſti, quos Chriſtus Dominus puriſsimis ſuis manibus lauerat? Igitur pedes horũ Apoſtolorum (quæ cùm terram ac puluerem tangant, lutumque conculcent ſordidiores cæteris corporis partibus ſolent eſſe) ſi inquàm hi pedes horum Euangeliſtarum, adeò ſpecioſi apparent, quid de manibus, quid de facie, quid de cæteris membris dices? Sed qui pacem ac bona omnia euangelizant, & pedes, & manus, & faciem & affectus, & opera, & ea omnia quæ oculis hominum apparent, munda vt gerant oportet, ecce Dei ſapientiam in his hominibus manifeſtatam. Quare maximum & irrefragabile argentum eſt, quod noſtra fides ſit ex Deo, cùm illam homines iſti inermes, imbelles, ſine literis, per totum diuulgauerint mundum, vniuerſumque immutarent orbem eo tempore quo in omnibus corruprior ac deterior erat: quod ſine magno Dei auxilio, atque miraculo tales homines facere non potuiſſent. Sed dices quidnam nouum nobis refers? Mahometus, Lutherus, & alij Hæreſiarchæ, ac peſſimi viri: nonnè ſectas ac errores ſuos, penè per totum orbem diſſeminauerunt; Nec tamẽ ideò à Deo credimus, ſed à Diabolo potiusadiutos? Bene habet. Sed audi me: Ea quæ iſti ſeductores mundum docuerant, confinia erant affectibus eorum: prædicauerunt enim carnis libertatem, licentiam peccandi, ac ſequendi libidines ſuas: denique omnia ad ea, quæ caro concupiſcit videntur redacta. Cæterum Apoſtoli: ea quæ ſpiritus ſunt docuerunt; qui tamen carni aduerſatur. Chriſtum crucifixum inter duo nequam, tanquam Deum, homines adorare fecerunt: & vt ipſi homines diuitijs ac delicijs carnis abiectis, crucem Chriſti amplecterentur, mortem ac tormenta appeterent, ad eaque tanquam ad epulas currerẽt. Quis mortalium hominibus ſuadere potuiſſet ſine numinis ſuper excellenti iuuamine? Præterea alij bello, ac ſanguine ſuas ſectas plantauerunt; Apoſtoli ſolummodo incultis verbis Euangelium hominibus prædicauerunt: quomodo id aſſequi potuiſſent niſi ex Deo eſſent? Et quoniam hoc argumentum grauiſsimum eſt: vo- Theodor.
lo hic illud confirmare ex Theodoreto Epiſcopo Cyrenſi, libro de curandis Græcorum affectionibus, cuius verba reperi tranſcripta in commentarijs Claudij Guilliandi ſuper caput Matthæi, quæ ſic habent. Veritas Dei quia per ſe firma eſt: deinde diuina virtute probè munita; non habet opus mundanæ ſapientię, vel potentiæ ſubſidio: at falſa doctrina: quia per ſe ſubſiſtere non poteſt, opus habet, vt humana induſtria: & viribus huius ſæculi ſuffulciatur. Mendatium multo opus habet artificio, vt veriſsimile videatur: opus habet etiam tyrannide, vt violenter defendatur. Huius ſæculi Principes, quæ eximia ſunt prudentia, doctos, robuſtos, & nobiles adminiſtrãdis regni negotijs præficiunt. Quare? Quia impotentes

ſunt, nec poſſunt dare miniſtris ſuis ſapientiã,& prudentiã, & quæ ad alia obeũda negocia neceſſaria ſunt: Ideò opus illis eſt,vt doctos,ſapiẽtes, ac prudentes eligãt.At hic Rex Ieſus Chriſtus ex infirmis,robuſtos:ex indoctis,doctos:ex ignobilibus,nobiles: ex rudibus,& rerũ imperitis, doctos & intelligẽtes,diuina ſua virtute reddere poteſt, ita vt illis cedere cogatur, quo quid in hoc ſæculo eximium eſt.Hac ratione magis faciebat ad gloriã Chriſti,vt idiotas eligeret,quã doctos & eximios. Proinde veritas Chriſti, per Apoſtolos orbi inuulgata eſt:vt lux eſt, ita per ſe ſatis eſt cõmendata,adeò, vt per viros ignobiles, & humiles, & tamẽ Deũ timẽtes,& Spiritu Chriſti imbutos,probe poſſit adminiſtrari. Nec ideò tamẽ a pernãdi ſunt Apoſtoli,q̃ nuſlibi legũtur exculti diſciplinis,opus potius eſt expectandũ expendũq;,q̃ ſuis laboribus effectum reliquerunt.Nõ potuerũt eloquentes gentiũ philoſophi, niſi pauculis quibuſdã diſcipulis ſuis ſuã quiſq; ſententiã de Deo, & cultu Dei, deq; iuſtitia, & vera fœlicitate,perſuadere. Fuerunt olim legiſlatores ſapiẽtiſsimi,& eloquentiſsimi,ſed nõ potuerunt vel finitimos inducere, vt ad ſuas leges vitã inſtituerent. Celebratiſsimus ille Solon, Draco, præterea & Cliſthenes; Atheniẽſes leges quidem tulerunt, neque tamen vt Atticis vterẽtur legibus,vel Megarenſes, vel Eubocios, vel Thebanos,conterminos populos,adducere (quãtũuis Attica inſtructi eloquẽtia)potuerunt.At ſimplices iſti piſcatores non ſolum Græcas iſtas gẽtes;ſed etiã Romanos,& nationes barbariſsimas, Scythas, Maſſagetas, Sauromatas,Indos,præterea Æthiopes,Perſas, Seras, Hircanos,Colchos,Gallos,Britanos,Cimmerios; &ipſos Germanos,&(vt ſemel dicatur)omne genus hominũ nationeſque omnes impleuerũt. Crucifixi Chrſti leges accipere non armis vſi;nõ delecta militũ ui,nõ verborũ exquiſita elegãtia,ſed ſimpliciſsima, & veriſsima prædicatione Euãgelij Ieſu Chriſti, qua in admirationem ſui trahebant doctos ac potentes. Vndẽ Act.4 legimus. Videntes autem Petri in dicendo conſtantiam,ac Ioannis,compertoque quod homines eſſent illiterati, & idiotæ admirabantur,&agnoſcebant eos,quòd cum Ieſu fuiſſent;hominem autem videntes ſtantem cum eis, qui ſanatus fuerat,nihil poterant contradicere.Ecce aduerſarij Chriſti ſapiẽtes; ac potentes, comperto,quod Apoſtoli iſti homines eſſent idiotæ, & illiterati obſtupeſcunt,& confunduntur nec inueniunt quod contradicant. Cæterum quod magis mirandum eſt;ea quę mundo annuntiarunt (præterquam quod omni caruerunt ſermonis exquiſito cultu)eius generis ſunt, vt nihil inde magnificum noſtris oculis ac perſpicuum propoſuerint. Nullum enim regnũ oſtenderunt, quod hic videri à futuris poſſeſſoribus queat,non illi purpura exornatũ Regem, non corona & victorijs inſignem demonſtrauerunt,ſed præſepe, cunas, faſciam;fugam & paupertatem oſtendebant, proponebãtq,:Chriſtus perpeſſus eſt, infortunia,infirmitates, famẽ,ſitim, laſſitudinẽ, dolores,inuidiã,odia,tœdiũ. Poſt hæc autẽ omnia ſuperaddebatur ſupplitiũ illud paſſim ab omnibus decantatum; alapæ cũ colaphis indigniſsimè in maxillas incuſſæ : terga flagris diſciſſa:immò totũ corpus plagis afflictum:geſtata crux:pedibus, & manibus infixi claui:corona ex acutiſsimis ſpinis cõpoſita capiti affixa, lancea in ipſum adacta pectus:acetũ ſiitẽti porrectũ,mortis deniq; genus:ignominia & crutiatu per horrendũ. Et tamẽ cũ hæc & ſimilia narrent Apoſtoli perſuaſerunt tamẽ cũctis hominibus, eũ de quo hæc narrabant,eſſe Dei filiũ Saluatorẽ mundi, Deũ verũ ante ſecula genitũ, factorẽ rerũ omniũ, qui humã aſſumpſiſſet naturã atq; ſalutẽ humani generis perfeciſſet.Ipſum teſtabantur reſurrexiſſe glorioſum, & præordinatis apparuiſſe. Quadrageſimo itẽ die à reſurrectione aſcẽdiſſe ad dexterã Patris,& miſiſſe Spiritũ ſuũ in diſcipulos,ipſumq; expectandũ iudicem, ante quẽ ſiſterẽt omnes reſumptis corporibus,audituri,atq; accepturi,prout vnuſquiſq; geſſerit, ſiuè bonũ ſiuè malũ. Neque vero horũ omnium tenuem fidẽ fecerunt, ſed adeò profundis nixam radicibus; vt ingens hominũ multitudo pro his dogmatis retinendis mortẽ libentiſsimè ſuſtinuerit,eaq;inficiari volentibus,non linguas ad defenſionem obiecerit; ſed flagris humeros, ſed lampadibus latera, ferreiſq; vngulis totum corpus, & ceruices gladijs ſuppoſuerit : Palis infixa conſtiterit, & ab immanibus ſe feris laniari intrepidè conſpexerit.Hæc ille. Ea propter opus fuit, vt ab ipſo Chriſto Domino idonei fierent miniſtri: ſecundum illud Pauli. Qui idoneos miniſtros 2.Cor.3.
nos elegit noui teſtamenti. Ille qui illos ad tale miniſterium elegit,tales fecitatq; cõpoſuit,quales ad tãtum miniſteriũ decebat vt eſſent. Quare ſine dubio ſanctiores om-

Acto. 4.

omnibus alijs ſanctis fuere Apoſtoli; acceperũt enim primitias ſpiritus (ait Paul. *La gruesa del ſpiritu.* Fuerũt enim duodecim illæ tubæ argẽteę, quibus olim ad feſta Dei populus Iſrael vocabatur:hi enim duodecim Apoſtoli vocibus ſuis argẽtinis, mortales omnes ad feſta regni cœlorũ vocauerunt: Pueri enim illi ſunt,per quos verus paterfamilias ad nuptias & ad cœnã vniuerſos homines inuitat.Fuerũt enim illa duodecim iugaboũ,in quib⁹ arabat Heliſę⁹ nã ver⁹ Heliſę⁹ Chriſt⁹ Dñs,his duodecim Apoſtolis vniuerſam coluit terrã,vt Deo fruct⁹ vitę ęternę fructificaret. vndè Iob.1.dicit,Boues arabãt & aſinę paſcebãt iuxta illas.Iſtiem duodecim boues aratro crucis proſcindebãt terrena corda, & illi qui iumenta propter peccata facti fuerant,eorum doctrina iuxta illos paſcebantur, vt ex iumentis iterum homines Euangelio credentes fierent.

Num.10.

3.Reg.19

Iob.1.

Ambulãs Ieſus iuxta mare Galileę, &c. Hinc diſcimus, quæ ſit cura ac ſolicitudo Deiin quęrẽdis operarijs,quicolere poſſint vineam ſuam.volebat Rex noſter Chriſtus (ait hic Chryſoſt.)vniuerſum orbem debellare,vt ipſum tanquam verum Regem agnoſceret, & decreuit ſcribere milites,duces cõſtituere,ac centuriones,qui bellum hoc optime perficere valerent:quemadmodum cum rex temporalis bellum alicui indicere cupit,prius milites ac duces ſcribit, qui ad debellandos hoſtes valeant. Timpanum tamen quo ad hoc bellum vocantur homines ſolum hoc verbum fuit: Venite poſt me faciam vos piſcatores hominũ.Id hodie Chriſto Domino accidit in horum quatuor Apoſtolorum electione, quod lapicidæ vel, latomo,accidere ſolet,qui ad lapidicinam pergit,vt ibi eligat lapides quibus ędificiũ quod vult conſtituatur. Videt aliquos lapides & illos eligit ad claues inde poliendas, vel columnas conſtituẽdas,aut alias potiores ędificij partes.Qui artem talem ignorat,vidẽs impolitos illos lapides contemniteos, nec eos aptos ad aliquod ſtremum opus vllo modo putat; ipſe tamen artifex ſcit, quòd poſtquam ille inſtrumentis ſuæ artis illos polierit: faciet illos aptos ad id quod in mẽte ſua gerit opus.Primus artifex, atq; architectus huius ſpiritualis ædifitij Eccleſiæ Dei,Chriſtus Dominus eſt,qui per lapidicinia ambulabat quęrens lapides, quibus hoc fabricaretur templum, longe altius quam illud antiquum Salomonis. Offendit autem hos homines ruſticos, rudes impolitos ac pauperes, & viſſum eſt ei bonum illos facere ſuæ Eccleſiæ columnas, ac fundamentum. Qui huius artis peritia carebant,irridebant eum,qui tales homines ad tantum opus eligebat, vnde & ſui dicebant ipſum infurorem verſum, quando elegit duodecim, & mutauit eorum nomina, vt quando Simonem vocauit Petram,vt Marc.tefert.Quis enim mente concipere poſsit, quod miſſellus ille homo pauperculus, & illiteratus deberet fieri fundamentum,ſuper quod fabrica hæc erigeretur? Sed tamen ipſe qui artifex & conditor omnium eſt, ipſe eos poliet,ornabit, atque manibus ſuis tales redet:vt poſsint eſſe columnæ; ac fulcimenta Eccleſiæ ſuæ. In ſcapha illa nudus,ſquãmis plenus,aqua immunda fœtidus, Simon piſcando ſtat; & tamen Petrus vocari debet; quoniam erit petra ſuper quam Chriſtus ædificabit Eccleſiam ſuam, ſicut & ipſe Dominus dixit ei:Amen dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo Eccleſiam meam. O Deum immortalẽ, cui tale in mentem venire vnquam potuit. Hoc eſt ænigma illud quod Dominus interrogauit Iob.ca.38,dicens: Vbi eras quando ponebam fundamentum terræ? Indica mihi ſi habes intelligentiam. Super quo baſes illius ſolidatæ ſunt,aut quis dimiſit lapidem angularem eius? Eccleſiam ſuam hic terram vocat,non ob id ſolmm quôd in terra eſt,verumetiam propter eius perpetuitatem. Scriptum quippe eſt generatio præterit, &generatio aduenit:terra autem in ęternũ ſtat. Sic enim Eccleſia in omnibus rerũ mutationibus,& ipſa immobilis perſeuerat; Quis ergo tunc adiuuit Spiritum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit cùm fundamenta huius Eccleſiæ ponebat, & quando pauperem quendam piſcatorem fundamentum eius faciebat? Quis ſcire poterat quos baſes ac columnas facere vellet? Quem lapidem angularem, qui tantum clauderet ędificium conſtitueret? Nullus hominũ id ſcire poterat niſi ipſe qui fabricator eſt operis. Vides cum iſto piſcatore Andream fratrẽ Petri, æquè miſerum,ac diſſutum,ſicut & ille? Hic in ligno crucis mirabilia opera effecturus eſt. Hic biduo viuens pendebit in illa, & ex ea tanquam ex cathedra docebit populum, atq; adorans, & amplexans eam dicet.Saluè crux,quę in corpore Chriſti dedicata es, & ex membris eius tanquam ex margaritis ornata, ſuſcipe Diſcipulum eius,qui pepẽdit in te Magiſter meus Chriſtus

Alia moralitas ſeu contio. Chryſoſt.

Similc.

Similc.

Marc.3.

Matt.16.

Iob.38.

Eccleſ.10

ſtus, vt per te me ſuſcipiat; qui per te me redemit. Vides alios duos fratres filios Zebedei, reſartientes retia ſua, Iacobum, ſcilicet, & Ioannem? Hi ſunt de quibus dicit Paulus ad Galatas. 2. quod videbantur columnæ eſſe Eccleſiæ. Ipſe enim Dominus nouerat eos, & ſciebat ſe elaboraturum in eis, vt poſſint baſes ac columnæ eſſe. Nam ipſe confirmaturus erat columnas eius vt Pſalmiſta prædixerat, & daturus erat eis talem ac tantam fortitudinem, vt pertæ inferi non præualerent aduerſus ædificium, quod ſuper illos erigendum erat. Nam qui in capillis capitis Samſon tantam fortitudinem contulerat, vt contra Philiſteos ſuum defenderet populum, cur in cordibus horum piſcarorum non potuit tantam conferre gratiam, vt contra hoſtem humani generis eiuſque ſatellites fortiter præualere poſſent? Igitur hoc fine atque propoſito ad ripas maris Galileæ deambulabat Dominus, vt ſpumam illam quam mare à ſe propellebat, colligens, conſolidaret eam, atque in corallium lapideſque pretioſos conuerteret; homines illos eligens, quos mundus tanquam ſpumam; ac peripſema, & incrementa, à ſe expellit; ipſe in lapides viuos coagularet, quibus & ornare, & fabricare poſſet Eccleſiam ſuam. Nam lapides quos reprobauerunt ædificantes facti ſunt angulares ac baſes; & infirma mundi elegit Deus, vt per ea fortia quæque confunderet: (Ambulabat ergò Ieſus, iuxta mare Galileæ.) Contemplor ego Dominum meum Ieſum, in crepidine maris deambulantem, mareque ipſum oculis corporis ſimul & mentis contemplantem, poteſtates ventorum, vndarumq; inflationes aduertentem, piſces ſuper vndas ſaltantes, atque ludentes; ſimulq, conſiderantem, hæc omnia ſuper effluentes aquas ac labiles fieri. Mecum ipſe reuoluo, quod tunc fortè meus Dominus in animo ſuo voluebat, id hominibus contingere in hoc mundo (qui mare quodã procelloſſum eſt, ſecundum illud Pſal. Hoc mare magnũ & ſpatioſum manibus, id eſt; ſi nubus vbi nunquã ſerenitas vel trãquillitas eſt, ſed ſemper procellę, vndarũ motus, ventorũ flatus, ibi Charibdis & Scilla, que naues deuorãt, ibi rupes quæ eas frangũt, tempeſtates quę eas propellũt, deniq; nulla pax nulla homines trãquillitas ſinit eſſe quietos & tamẽ videbat homines rationis cõpotes, in hoc fluctuoſo mari, tanquã piſces ſaltantes, ac inter medios fluctus ludẽtes, (ſecũdũ

Galat. 2.

Iudi. 16.

Pſal. 103.

illud Prophetę: Facies homines ſicut piſces maris) ſubmerſos in huius ſęculi curis, plenos ſquammis atq, ſpurcitijs, quas mundus iſte ſordidus gignit, & nihilominus in vacuũ ſuper aquas labiles ſaliẽtes. Contẽplabatur etiã quomodo piſces minores eſſent maiorũ prędæ, qui eos deuorabãt & cõmedebãt, & ꝓ ſic in hoc ſęculo nequã cõtingit. Minores enim ac pauperes præda ſunt, ac ſpolia diuitũ atq, maiorũ; contra quos Dñs per Eſai. c. 10. debacchatur dicens. Vę qui cõdũt leges iniquas: & ſcribẽtes, iniuſtitias ſcripſerunt, vt eſſent viduę pręda eorũ, & pupillos diriperẽt. Et Pal. 13. Qui deuorãt plebẽ meã vt cibũ panis. *Comeſe à bocados la hazienda del otro.* Iſte vſuris paulatim alterius diuitias deuorat: nunc tertiam partem, & poſt quatuor menſes quartam, ac ſic deinceps penè totã conſumens pauperis hominis rem familiarem. Nam ideò apud Hebræos vſura morſus appellatur: quoniam vbi dicimus, non fœnerabis ad vſuram, Hebræi dicunt, non facies morſus. Nã fruſtratim rem alienã vſuræ conſumunt. Vel deuorant plebem meã vt cibum panis: quia rem alienam cibum ſuum faciunt, & ex alieno ſudore. *Se comen el mejor bocado.* Vel ſic, deuorant plebem meam vt cibum panis; ſcilicet, ea auiditate qua famelicus panem ędit, iſti rem alienam ſurripiunt, vel deuorant, vt cibum panis, hoc eſt, faciunt quotidianum cibum ſuum res alienas. Sicut enim panis quotidianus cibus eſt, ſic iſtis ex praua conſuetudine quotidianus cibus effectus eſt aliena rapere: Nullum prætermittunt diem, in quo vel vſuras non faciant, vel dolos non machinentur, vel vim inferentes, aut alia via aliquid alienum non furentur. Hæc ergo & his ſimilia mente ſua agitabat Dominus meus Ieſus, atque prope mare illud deambulans, hos lapides ibi quęrebat, nimirum qui illos, è periculoſo mari, quale mũdus iſte eſt, eos educere ſatagebat. Deinde vniones ac gemmas eos volebat facere, quibus portas huius ſuæ ciuitatis Hieruſalem exornaret. Ioannes Apocalyp. 21. vidit ciuitatem ſanctam Hieruſalem fundatam ſuper duodecim lapides, quos dicit eſſe duodecim Apoſtolos, & quilibet ex lapidibus erat quædam margarita ac gemma. Vniones, (hoc eſt, *las perlas.* In ripis maris generantur, ex ſpuma maris calore ſolis coagulata. In conchis gemmas iſtas, ac vniones quærebat Dominus, quæ murum ſuæ ſanctæ ciuitatis exornare debe-

Abacu. 1

Eſai. 10.

Pal. 13.

Apoc. 21.

Simile.

deberent: & ideò per maris ripas deambulat eas quærens, & ibi in ſuis conchis, ideſt, in ſcaphis in quibus erãt, vel piſcantes, vel reficientes retia, eos inuenit, atque ipſe Sol iuſtitiæ ſuis radijs, ac calore coagulauit eos, conſolidauitque, candidos, ac robuſtos faciẽs, ac puros, vt poſſint, & ædificare, & exornare Eccleſiam ſuam. Videmus etiam nubes generari ex vaporibus, quæ de terra ac mari aſcendũt. De mari eleuãtur hæ nubes, quæ totam irrigare terrã debebant imbre Euangelicæ doctrinæ, de ſpuma, de fece, ex contẽptibiliori parte mundi; vt fœcundent terrã, & faciant eam fructificare flores, ac fructus, quæ antea ſpinas ac tribulos germinabat. Igitur Petrus, & Andre. mittebant rete in mare: erant enim piſcatores. Ac ſi diceret; nullum alium officium habebant: ad nihil aliud erant apti, adeò rudes ac inhabiles erant, vt niſi piſciculos capere pauculos, aliam omninò artẽ ignorarent; & hos eligit Chriſtus ad tam magnifica munia obeunda. Petrus, & Andreas mittebant rete in mare, alij filij Zebedei reficiebant retia ſua: quoniam Petrus debebat eſſe paſtor ouium Chriſti, cuius officium eſt ſemper laborare, nunquam quietum aut ocioſum eſſe, ſemper tendere retia, prædicare, docere, inſtruere populum, arguere, animas piſcare, vt introducat in cœlum, ſecundũ illud Paul. inſtruens Epiſcopum Timot. Argue (inquit) obſecra, increpa in omni pacientia & doctrina, miniſterium tuum imple, nihil vacuum relinquas, quin omnia, quæ ad tantum miniſterium requiruntur impleas, nec horas vacuas vllas habere licebit. Idem Roman. 12. Qui præeſt, in ſolicitudine, id eſt, cũ magna cura ſe gerere debet, vt tantum impleat miniſterium. Alij reficiebant retia. Rete Petri non indiget refactione: quoniam nunquam rumpetur: nam fides quæ eſt in Eccleſia, nunquam deficiet, nec in minimo, & Summus Pontifex in quantum caput eſt Eccleſiæ errare non poterit in fidei definitionibus, nec alius eum emendare valebit: quoniam ſcriptũ eſt apud Eſai. Quôd funiculi eius non rumpẽtur, *No ſe deſmallarà ſu red.* Poterunt aliorum retia rumpi, & ipſe reficere ea, aliorum errores corrigere, damnare, atq; emendare, ipſe autem caput minimè: quoniam vt ſic, nullum vnquam habebit errorem, ſecundum illud quod ei dixit Chriſtus: Ego rogaui pro te Petre, vt nõ deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Ipſe enim habet clauem ſcientiæ, quia alios corrigere, ac emendare poteſt: nam Eccleſia Romana eſt magiſtra, à qua aliæ Eccleſiæ addiſcere debent, non tamen ipſa ab alijs. Mittentes rete in mare. Contigit ſæpè, quòd plures ſint piſciculi parui, quos in rete piſcatores inueniunt quàm magni, ex illis minimis multi, ex magnis pauciſſimi. Sic prædicatores, qui Euangelij rete expandimus, non venamur magnates, opulentos, ac proceres; ſed ex media plebe homines pauperes, humiles ac paruulos. Vnde Paul. Videte fratres vocationem veſtram, quia non multi potentes, ſecundum carnem, non multi nobiles; ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus & infirma, & ea quæ non ſunt. Et de Chriſto Domino dicebant, vt refert Ioan. Nunquid aliquis ex Principibus credidit in eum? Sed turba hæc quæ ignorat legem. Et cũ Paul. apud Athenas extendiſſet rete, & prædicaſſet, pro magno miraculo dicitur, quòd lidia purpuraria adhæſit ei, & Dionyſius Areopagita. Ratio autem eſt: quoniam Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam; diuitiæ autẽ ſuperbum ac elatum reddunt animum poſſidentis. Vnde Paul. ad Timot. ait: Diuitibus huius ſeculi præcipe, non ſublimè ſapere, *Que no ſe entonen.* Superbia autem excęcat cor, ſecundum illud Iob. Operuit craſſitudo vultum eius, per craſſitudinem intelligens ſuperbiam (vt ait Grego.) quæ operit faciem animæ, nè veritas Euangelij ei eluceſcat. Et verè ita eſt. Quoniam inter diuites peccata maiora vigẽt, & inter purpurarias vanitas ac libido dominatur, quod vtinã experientia quotidiana non probaret: *Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum.* Non officium tollam, ſed in melius commutabo. *At illi relictis retibus, & naui, ſequuti ſunt eum.* Ad vnius iuſsionis vocẽ (ait Gregorius) Dominum ſequuti ſunt. Erat vox hæc efficax illa, qua ſuos ad ſe vocare ſolet, contra quam reſiſtentia non eſt. Nam licet liberum maneat arbitrium in homine ſic vocato: tamen neſcio quam vim ſecum defert vox illa, vt ſuauiter videatur cõpellere ad ſe corda: quare Eccleſia orat Deum; vt rebelles ad ſe noſtras trahat voluntates. Hæc enim vox illa fuit, qua vocauit Paul. perſequentem ſe, cùm dixit: Saule, Saule, quid me perſequeris? Cui quaſi iam deditus Paul. reſpõdit: Domine quid me vis facere? Ad vnius iuſsionis vocem: Non neceſſe habes

2. Tim. 4.

Roma. 12.

Eſai. 33.

Luc. 22.

Simile.

Gregor.

Actu. 22.

bes multa penſare, diù deliberare; an ſequi
debeas Chriſtum, vel non; ſecurus ibis cum
Geneſ.24 eo, proijce te in ipſo, ipſe te recipiet. Inter-
rogauerunt Rebeccam parentes eius, an
vellet eſſe ſponſa Iſaac filij Abraham, &
abſq; vlla deliberatione protinùs reſpõdit
quòd ſic. Quid ni faceret? Multa illi bona
ex coniugio proueniebant. Vnicus erat
hæres Patris ſui Iſaac, qui valdè diues erat,
ipſe optimus ac ſtudioſus adoleſcẽs ac pul-
cher. Cur moras traheret? Cur non confe-
ſtim aſſenſum præberet? O fidelis anima:
quia vocat te Pater æternus, vt ſis ſponſa
Heb.1. filij ſui, quem conſtituit hæredem vniuer-
ſorum, per quem fecit & ſecula qui adoleſ-
cens eſt diues, ac ſapiens, in quo ſunt om-
Pſal.44. nes theſauri ſapientiæ, ac ſcientiæ Dei;
ſpecioſus forma præ filijs hominũ, qui vo-
catur Iſaac, quod interpretatur riſus: eſt
enim gaudium ac hominum iocunditas, &
Angelorum. Quid inutiles moras trahis?
Quid in te ſtas, & non ſtas? Quid conſilia
petis? Ingreditur Deus per ianuas tuas,
aperi cor & ſuſcipe eum. Relinque retia
tua, perplexa negotia dimitte, quæ te ne-
xibus peccatorũ, quaſi rete conſtringunt.
Relinque ſcapham, domunculam luteam,
quæ propediem caſſura eſt; & illũ ſequere,
qui te recepturus eſt in æterna tabernacu-
la. Sed obſerua quòd Petrus, & Andreas
retia & nauim relinquerunt, quia patrem
non habebant. Ioannes verò patrem etiam
reliquit. Sed vide æquabile præmiũ. Petro
loco retium, quæ dimiſit Eeuangelij rete,
tanquam capiti ei cõtulit Chriſtus; & loco
nauis ligneæ nauẽ iſtam lapideam, ſcilicet,
Mich. 16. Eccleſiam Dei illi commiſit. Andreæ verò
Crucem ſuã dedit, quæ verè nauis eſt, qua
tranſuehimur in cœli ripas: Ioani verò loco
patris, quem dimiſit, Matrem ſuam illi in
Ioan.19. Matrem dedit, dicens de Cruce illi: Ecce
Mater tua. Vide quomodo centũ pro vno
dat Deus: confert enim rem cencies melio-
rem illa, quam pro illo reliquimus.

Alia moralitas ſeu concio. Iterum ad Euãgelium reuertamur. *Am-
bulans Iesus iuxtà mare Galileæ vidit duos fra-
tres.* Duos fratres vocauit, vt nouam præ-
dicarent legem, qui & duos etiam vocaue-
rat ad antiquam ſtatuendam, nempè Moy-
ſen, & Aaron: vt oſtenderet nobis, quòd
vtraque lex in duobus clauditur mandatis,
quæ inter ſe quaſi fratres ſunt, nimirùm, di-
lectio Dei, & proximi? Hic lex antiqua
conſtringitur hic & noua clauditur: quare
qui hæc duo cõpleuerit mandata vtramq;
adimpleuit & legem: quoniam plenitudo
legis eſt dilectio, *El cumplimiento de la ley es
clamor:* Et qui proximum diligit legem im-
pleuit, ait Paul. ſæpè: quoniam tam præce- Roma.13.
pta, & cœremoniæ antiquæ legis, quàm con
ſilia nouæ, ad hunc præcipuè ſcopum ten-
dunt, vt homines, & Deum & proximum
diligant, atq; hæc duo præcepta fraternita-
tem quamdam ſecum habent: ita vt vnum
ſine altero inueniri non poſſet, atq; in vno
aliud etiam incluſum cernimus: quoniam
in Deo diligimus proximum, & in proxi-
mo etiam amamus Deum. Nam qui diligit
Deum. & creaturas ſuas, in quantum opus
Dei ſunt, diliget, & in creatura nihil aliud
bonus diligit, quàm quod Dei habet in ſe:
vitia quippè, atque peccata, quæ ex Deo
non ſunt, nequaquam diligit bonus in ali-
quo. Offendit illos piſcantes in mare: quo-
niam ad illudmet officium eos eligebat, li-
cet meliori modo ex equẽdum. Mare, mun-
dum hunc ſignificat, & præter rationes
ſuperiùs dictas, hanc etiam accipe. Quo- Simile.
niam ſicuti mare non eſt locus ad habitan-
dum homines, ſed tantùm tranſitus ad pro-
prias habitationes (nam per mare homines
ad ſuas vehuntur manſiones) ſic mũdus iſte
non eſt propria hominum habitatio, ſed
tranſitus ſolummodò ad patriam: nam vt
Paul. docet. Non habemus hic manentem
ciuitatem, ſed futuram inquirimus. Quare
ſi aliquid boni ſeculum hoc continere di-
ces, ſecundum ſe, id erit, quod deſt tranſitus
ad alterum ſeculum. In eo quippè poteſt
futura vita æterna mereri; per hunc enim
mundum, tanquam per mare trãſit anima;
etiam ſi cum multis periculis, ac procellis
ad terrã ſecuritatis & vitæ. Deſeruit quip-
pè mundus hic hominibus, eò quò & mare
Rubrum filijs Iſraël: dedit enim illis tran-
ſitum ad terram promiſionis. Hoc autem Exod.14.
inuenio diſcrimen inter bonos, & malos,
quòd illi etiam ſi periculoſè tranſeunt, tan-
dem ad ripam alterius ſeculi appellunt; iſti
ſuffocantur in eo, quemadmodum Pharao,
& exercitus eius, in profundumq; inferni
ſubmergũtur. Quoniã mali adeò ſe in hoc
ſeculo immergunt, vt ab aquis & periculis
eius ſuffocentur, & deſcendant in profun-
dum quaſi lapis: iuſti verò ſolùm ea quæ
neceſſaria ſunt, ad tranſigendam vitam ex
eo accipiunt. Ac ideò ſicut pars illa ſolùm Simile.
nauis ſub aquis natat, quæ neceſſaria eſt, vt
tota nauis ſe ſuper aquas teneat: ita boni ſo-
lùm in mundo hoc ſe ingerunt, quatenus

ab eo quærunt, quæ neceſſaria ſunt ad vi-
1.Tim.6. tam, ſecundũ illud Paul. Habentes victum,
& quibus tegamur, his contenti ſimus. Et
reliquum extra vndas liberum ſe tenet, ac
ſiccum: quoniam eorum conuerſatio in cœ-
lis eſt. Anima ſicca pergit, nec eam vndæ
huius ſeculi tangũt, aut immundã reddũt:
quoniã non ſinit, vt ſcapha (nempè corpuſ-
culum, quod animã velut ſcapha portat) ſe
ſe in fluctib⁹ multũ immergat, aut negotijs
ſecularibus multum vacet; quapropter li-
bera ad portum fœlicitatis accedit. Igitur
in hoc mare præcipit Deus extẽdere rete,
hoc eſt, Euangelium prædicare, quod com-
paratur reti; ſecundũ illud: Simile eſt Reg
num cœlorũ ſagenę miſſæ in mare infra.13.
Matth.13. Nec enim comparatur baliſtæ, quæ tantum
aueſavt beſtias, nec arundini, quę ſolos piſ-
ces capit; ſed ſagenæ ac reti, quæ omnium
generum animalia venatur: nam cum ea &
aues, & beſtias, & piſces illaqueare ſoles.
Sic Euangelium omnium genera hominum
capit, Iudæos, Gentiles, Græcos, Roma-
nos, Barbaros, ac Scythas, Indos, & Æthio-
pes, Ægyptios, ac Paleſtinos; deniq; omnes
mundi nationes ac ſtatus, ex omni genere
Chryſoſto. piſcium congregati. Vocatur etiam rete,
ait Chryſoſt. quoniam ſicut qui expandit
rete ignorat, quinam piſces in illud intrare
debeant, ſed quos ventus, aut caſus attule-
rit; ſic prædicator Euangelij neſcit, quinam
in eã ingreſſuri ſunt homines, ſed id Deo
remittit quos ipſe vocare voluerit, quos Spi
ritus Sanctus ſufflauerit, quos bona fortuna
ad illud adduxerit: credunt quippè, qui
præordinati ſunt ad vitam æternam. Eſt
enim Euangelij prædicatio, venatio, quæ
apud nos dicitur (*de hoſeo*) nam quos Deus
oculis ſuæ miſericordię reſpexerit, capiun-
tur ab eo. Crediderunt quotquot Deus te-
tigerat corda, ait Lucas, *Los que tenia Dios
aoſados:* rete habet plumbũ, quo ſummergi
poſſet ſub aquis, habet etiam ſubernũ cor-
ticem, hoc eſt, *el corcho*, quo ſuper aquas ſu-
bleuari poſsit: quoniam in his duobus pun-
ctis tota Euangelij prædicatio continetur;
nempe vel nimis deterrendo homines, vel
pœnis alliciendo, ſecundũ illud Solonis di-
ctũ: Duo numina mundũ gubernant, præ-
mium & pœna. Nam cõminationes gehen-
næ, homines ſubmergere faciunt, & in ſeip
ſis coarctari, atq; in inferni ignes per cõſi-
Pſal.54. derationem venient, ſecundum illud Pſal.
Deſcendant in infernum viuentes, in pro-
fundo ſui cordis, eius concipientes horro-
rem. Per præmia autẽ cœlorum, ſubleuan-
tur, & eorum erigitur ſpes, ad quæuis aſpera
ſuſtinenda, ſine hoc quod deficiant, aut ſu-
mergantur in eis. Vnde Paul. aiebat: Pro- 2.Cor.4.
pter quod non deficimus, *No nos hundimos.*
Sed licet is qui foris eſt noſter homo cor-
rumpatur; tamen is qui intus eſt, renouatur
de die in diem. Hoc ſcientes, quoniam mo-
mentaneum hoc, & leue tribulationis no-
ſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum
gloriæ pondus operabitur in nobis, id eſt
dicere, hæc præmij conſideratio ſuper flu-
ctus ac vndas tribulationum nos ſuſtinet,
nè ſubmergamur. Quod etiam & Martyres
inter tormenta integros ac illæſos contine-
bat, nè eis ſucumberent, dicentes: Non ſunt Rom.8.
condignæ paſsiones huius temporis, ad fu-
turam gloriam, quæ reuelabitur in nobis.
Hos ergo fratres elegit Deus, vt ſagenam
hanc Euangelij ſuper totũ orbem expan-
derent, Deus autem adiuuabat eos, vt tan-
tam piſcium multitudinem caperent: nam
ideò dicitur quòd Spiritus Domini ferebа- Geneſ.1.
tur ſuper aquas. Niſi enim Spiritus Sanctus
afflaret corda hominum, qui in aquis huius
mundi fluctuant, nequaquam poſſent eos
iſti pauperes piſcatores capere; vnde adim-
pletum videmus vaticinium Eſai. cap.9. di- Eſai.c.9.
centis: Iugum enim oneris eius, & virgam
humeri illius ſuperaſti; ſicut in die Madiã.
Iud.7. legitur præcepiſſe Dominum Ge- Iud.7.
deoni, vt dimiſsis alijs, cum ſolis trecentis
viris contra Madian pergeret ad bellum.
Qui habentes tubas in dextris, ollas autem
luteas cum lucernis accenſis in ſiniſtris:
cùm appropinquaſſent ad caſtra Madian
clangerunt tubis, & adinuicem confrege-
runt ollas luteas, & apparuerunt lucernæ,
& clamauerunt dicentes gladius Domini,
& Gedeonis. Tantus autem terror extunc
inuaſsit Madianitas, vt quaſi æbrij inuicem
ſe interficerẽt, & ſic victoria ex eis adepta
eſt. Eodem modo, ait Eſai. Chriſtum viciſſe
mundum, & diabolum, & excuſiſſe iugum
eorum ab hominum ceruicibus. Pauci viri,
nempè duodecim clangentes tubis hoc eſt,
prædicantes verbum Dei cum ollis luteis,
& lucernis accenſis; hoc eſt, corpuſcula lu-
tea, ſub quibus fidei lumen accenſum ha-
bebant: quæ corpuſcula tormentis, ac va-
rijs cædibus à tyrannis confracta ſunt, ſed
tunc magis relucebat fides, quam intus in-
cluſam gerebant, & clamabant, dicentes:
Gladius Dñi & Gedeonis, hoc eſt Chriſti,
cuius figura prætulit Gedeon; & tunc cæ-
dibus

dibus mutuis interficiebantur Madianitæ: quoniam patres insurgebant contra filios, & eos interficiebant, vt patet de patre ſanctæ Barbaræ, & fratres cõtra fratres ſæuiebant, vt Chriſtus prædixerat; & ſic ex mundo, & diabolo victoria hæc miraculoſa
Exod.8. parta eſt. Sapientes Ægyptiorum, cùm vidiſſent quòd Moyſes ex puluere terræ eduxiſſet ciniphes, & quòd ipſi conati eſſent idem facere, & non potuiſſent, cognouerunt Dei virtutem, atque dixerunt: Digitus Dei eſt hic. Certè potẽtia ac virtus Dei, in hoc cernitur: quoniam ex puluere terræ hos prædicatores eduxerit, qui ideò ciniphes dicuntur; quoniam & ſonitum edunt, & ore pungunt carnes, & qui prædicant verbum Dei, vocibus intonãt, & ſtrepitum faciunt, & corda impiorum pungunt, atq; nonunquam compungunt: quod mundus etiamſi conaretur facere minimè poſſet, tam tenui auxilio ſibi Regna terrena parare. Cognoſcat ergo mundus Dei potentiam, ac dicat: Digitus Dei eſt hic, qui per ciniphes iſtos ex puluere terræ factos, vniuerſum debellauerit Ægyptum, hoc eſt, mundum omnẽ ſibi ſubiecerit, & dicamus Chriſtum eſſe Dei virtutẽ, & Dei Sapientiam: cùm in ſui nominis prædicatione, maximè poteſtas, & ſapientia Dei apparuerint. Ecce qui fuerint debellatores orbis. Et per hæc dicta poteris ampliare, ea, quæ à principio ſenſus myſtici huius capitis diximus. Poteris etiam hîc dicere, quæ in 1. c. diximus, q̃ fecerit Deus iſtos Apoſtolos, etiam arundinis piſcatores, adducens illud
Gregor. Grego. ſuper illud Iob. 40. An extrahere poteris Leuiatan hamo? Arundo (ait) fuit Chriſti Crux: hamus ipſe Chriſtus ſub humanitate; ſeta, filum illud ſuę generationis, vbi poſt tot recitatos, & inter ſe aſſutos Chriſti, parẽtes ſubdit: Iacob autem genuit Ioſeph virũ Mariæ, de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus. Ecce quomodò tanquam hamus in hac ſeta ponitur. Eſca autẽ qua dæmonem ineſcauit, fuit ſanctiſsima caro ſua, qua cælauit ſuæ diuinitatis hamũ, cum quo capiendus diabolus erat: vt carni affectus mordẽs in ea per flagella, alapas, & lanceã appareret diuinitas, quæ eũ capiens victum, ac palpitantẽ ad inferni frixorium cum palma deduceret. Itẽ hamus fuit amor Dei, & proximi: quoniam hic amor animas illaqueat, ſecundũ illud: In funiculis Adam
Oſeæ.1. trahã eos, in vinculis charitatis. Habet quippè hamus quandã linguam, ſiue gallam minorem ſe, tamen quæ ab eo exijt, & illi adhæret. Sic amor proximi minor debet eſſe, quàm amor Dei: tamen ab illo exordium ſumit, & illi ſemper adhæreſcere debet: quoniam in Deo, & propter Deum debet diligi proximus, ſecundum illud Auguſt. dictum: Minus te amat, qui aliquid tecum *Auguſt.* amat, quod non propter te amat. Et ſicuti non poteſt piſcis hamo adhærere, niſi linguamillam haberet, qua firmius hæreat; ſic impoſsibile eſt te in Dei amore perſeueranter habere, niſi & proximi tenearis charitate. Si enim (vt ait Ioan.) fratrem tuum *1.Ioan.4.* quem vides non diligis, Deum quem non vides quomodò potes diligere? Eſt argumentum à minori ad maius. Eſca autem qua venati ſunt homines, fuerunt premiſsiones Regni cœlorum. Sed obſerua, quòd ſicuti plures ſunt piſces qui capiuntur in rete, quam diximus ſignificare fidem; quàm qui arundine piſcãtur, quæ refert charitatem: ita plures ſunt qui ſolam fidẽ teneant, quam qui eam ſimul cum charitate poſsideant. Ideò quippè ſcriptũ eſt: Multi ſunt vocati, *Matt.20.* pauci verò electi. Obſerua etiam, quòd *Simile.* quemadmodum contingit aliquando venatoribus ferarum, qui volentes illas capere, illi potiùs capiuntur ab eis, & dilaniantur: ita & Beato Andreæ contigit, qui volens virga Crucis animas hominum piſcare; ipſe ab ea captus fuit, atque in ea pendens occiſſus: quoniam cum feris, id eſt, cum peccatoribus omnibus feris ſœuioribus tractabat: ſed hoc ipſe ſemper optauit, & votis omnibus exquiſiuit, vt ſuauia, atq; amatoria verba quæ Cruci dicebat, teſtantur.

Ecce iam tertiò fruſtratim ac tumultuariè, ſicuti ſe ſe offert res, volo alia dicere ſuper Euangelium hoc, quod in die Sancti *Alia moralitas.* Andreæ canitur: *Ambulãs Ieſus iuxta mare Galileæ.* Galilei fuerũt omnes Apoſtoli Chriſti, & ex genere illo Iudæorum, ſecundum *Act.1.* illud Actorum: Nonnè omnes iſti qui lo- *Simile.* quuntur, Galilei ſunt? Sic quippè Deo contigit cũ populo illo, quod homini accidere ſolet, qui domum ſuã renouare vult. Ligna vetera, & putrida, lateres confractos, tegulas imminutas, partes conciſſas, in ignem, vel in ſterquilinũ proijcit: cęterum, columnas fundamentales, lapideſq; qui integri perſeuerant; hæc omnia ſeruat, vt ſuper ea nouam erigat domum quam ædificare deſiderat. Iam Sinagoga illa, ac vetuſtiſsimum templum illud, quod Salomon ædificauerat præ ſenectute computruerat, cùm totiens

Hebr.8. tiens deſolatum ab inimicis fuerit, ſecundum illam Paul. ſententiam: Quod enim antiquatur, & ſeneſcit, propè interitũ eſt: & ideò cœremonias illas, ac ſacrificia, quæ iam præ ſenectute defecerant, proiecit; ſimul & populum illum ingratiſsimũ longè à ſe in captiuitatem abegerat: cæterum columnas ac fundamẽta dimiſit. Elegit enim hos duodecim lapides, qui remanſerunt in monumentum duodecim tribuum Iſraël, ſicut illos quos in Iordane Ioſue erexit; has dimiſit columnas (ſic enim eas vocat Paul.
Galat.2. ad Galat.) qui videbãtur columnæ eſſe, vt ſuper illas hoc nouum erigeret ædificium Eccleſiæ ſuæ, quod in æternum permanſurum erat. Super hos quippè lapides, ac ſuper has columnas, ædificata eſt Eccleſia. Vnde Paul. Superædificati ſuper fundamentum
Epheſ.2. Apoſtolorum: ſuperædificati, hoc eſt, iterum ædificati: quoniam ſuper eundem populum iterum nouum ædificauit templũ. Has ergo columnas corroborauit, vt ſuper eas ſtaret Eccleſia, ſecũdum illud
Pſal. 74. Pſalm. Ego confirmaui columnas eius. Et hoc fecit Chriſtus, nè omninò videretur
Rom.11. repuliſſe populũ illũ. Vnde Paul. Rom. 11. ait: Nunquit repulit Deus plebem ſuam, quam præſciuit? Abſit (ait:) Nam & ego Iſraëlita ſum de genere Abraham. Ac ſi diceret: Non omne genus Abraham reprobatum eſt, nam & ego, & alij Apoſtoli ſocij mei, tanquam reliquiæ illius populi remanſimus, vt adimpleatur vaticinium Eſai. dicentis: Si fuerit numerus filiorum Iſraël,
Eſai.2. ſicut arena maris: reliquiæ ſaluę fient. Nam reliquiæ ciborum illa ſunt fragmenta, quæ
Simile. canibus dantur, vel per feneſtras tanquam immunditiæ proijciuntur: ſic contemptibilia mundi, & infirma, & ea quæ ab omnibus tanquam peripſemata, & excrementa proijciebantur; elegit Deus ex illo populo: vt per ea nouam conderet domum ſuam.
Egeus. *Vidit duos fratres.* Ideò dicuntur fratres (ait Auguſt. ſuper Pſal. 44.) quoniam ſuſcitauerunt ſemen fratri ſuo, hoc eſt, Chriſto eunti ad cœlum, ipſi ſua prædicatione ei
Ioan.20. genuerunt filios, quos ipſe vocat fratres, ſecundum illud: Dicite fratribus meis. Vnde
1. Cor.4. Paul. 1. Corint. 4. ait: Per Euangelium in Chriſto Ieſu ego vos genui. Non Paulinos, aut Petricinos, ſed Chriſtianos: ſuſcitent ſemen fratri ſuo, & filij eius nomine vocentur Chriſtiani: ſic enim præcipiebatur
Deut.25. Deuter. 25. Vnde ſancti, illud Pſalm. Pro
Pſal. 44. patribus tuis nati ſunt tibi filij: conſtituens eos Principes ſuper omnẽ terram, de Apoſtolis intelligunt, qui loco Abraham electi ſunt: quoniam ſunt filij fidei Abrahã, quam prædicauerunt gentibus, & filijs Iſraël: vt conuerterent corda filiorum ad parentum fidem, nempè ad eam quam Abraham habuit de Chriſto. Hi enim Principes vocantur: quoniam Duces fuerunt verbi Dei, ſecundum illud: Principes Iuda Duces eorum, Principes Zabulon, & Principes Ne- *Pſal. 67.* ptalim. Nam ex his tribub⁹, quarũ ſors erat in Galilea: electi ſunt Apoſtoli, vt ſupra diximus. Ibi Beniamin adoleſcẽtulus in mentis exceſſu, hoc eſt Paul⁹ ex tribu Beniamin, qui de ſe dicebat: Siue menti excedimus Deo. *Erant enim piſcatores:* Vt adimpleretur quod dictum fuerat per Prophetam Hiere. c. 16. Ecce ego mittam piſcato- *Hiere. 16.* res multos, dicit Dominus, & piſcabuntur eos. Hierony. ſuper cap. 47. Ezech. explicans illud Ioan. 21. quando miſsis retibus in *Hieron.* dexteram nauigij educti ſunt. 153. piſces grandes, ait: Illi qui de rebus naturalibus diſſerũt, inter quos Oppianus Silix Poëta doctiſsimus, centum quinquaginta tria eſſe genera piſciũ docet, quæ omnia capta ſunt ab Apoſtolis, & nihil remanſit incaptum, dum nobiles, & ignobiles, diuites, & pauperes, & omne genus hominũ de mare huius ſęculi extrahitur ad ſalutem: *Venite poſt me, &c.* Venire poſt Chriſtum, ſiue ſequi Chriſtum (ait Claudius Guilſiauldus) eſt *Claudius.* obſequi Deo, Deũ obſeruare, illius te curæ, magiſterioq; concredere, ab illo pendere, & in illũ reſpicere, perpetuò adhærere ei, indiuulſè, & imitari ipſum per omnia. Poſtulat ergo Dominus à ſuis diſcipulis, vt ſe totos componant ad voluntatẽ, doctrinam & exemplum ſuum: hoc qui faciunt verè ſequũtur Dominũ, qui alios ſibi magiſtros, alia dogmata, & aliena exempla diligunt; libidinem animi ſui, & non Dominum ſequuntur. *At illi relictis retibus, & nati ſequuti ſunt eum.* Mira res Iſti paucis ſignis viſis, intrepidè, & ad vnius iuſsionis vocem ipſum ſequuntur; nos autem poſt tot ſigna, poſt tot voces, poſt tot terrores: ignaui ac oſcitantes ſtamus. Vnde Dñs per Hierem. cap. 2. de populo ſuo conqueritur, quòd in *Hierem.2.* deſerto ſequebatur eum, & in terra promiſsionis ipſum dimiſerit, dicens: Recordatus ſum tui miſerans adoleſcentiam tuã, quando ſequebaris me in deſerto. Iſti in deſerto ſequuntur Chriſtum, quando pauciſsimi ei adhærebant; nos toto iam mũdo credente,

vel

vel diſcredimus, [vel minùs fidimus ei. *Et progreſſus inde vidit alios duos fratres.* Id eſt,
Exod. 18. quod Iethro ſocer Moyſi ei conſuluit, vt eligeret viros qui eum adiuuarent, & elegit ſeptuaginta duos viros; quibus & ſpiritum ſuum impartiuit: vt illi eſſent adiutores. Sic Chriſtus Dominus hos duodecim, & alios quàm plures poſtea elegit, quibus & ſpiritum ſuum diuiſit, vt ad conuertendas animas, manus illi adiutrices præberẽt.
1.Cor.3. Vnde Paulus intrepidè dicit ad Corinthios, Dei adiutores ſumus, & alibi: Ego au
1.Cor.7. tem puto, quòd ſpiritum Dei habeam. *Et circuibat Ieſus totam Galilæam.* Sicut Sol (ait
Eccleſ.1. Sapiens) oritur & occidit, & ad locũ ſuum reuertitur, ibiq; renaſcens girat per meri-
Moralitas diem, & vertitur ad Aquilonem: luſtrans vniuerſa in circuitu pergit Spiritus, & in circulos ſuos reuertitur. Sic Chriſtus Dominus, qui tanquam Sol venit in mundum
Ioan.8. (ſicut ipſe dixit: Ego ſum lux mundi) omnem terrã circuibat ſicuti Sol, vt Solis ef-
Simile. fectus in animas operaretur. Sol quippè terras, quibus appropinquat viuificat, illuminat, fœcũdat, ac miras res gignere facit; ſic Deus animas ad quas accedit. Et ſicut videmus Solem, omnẽ circuire terram, hãc dimittere, & illi appropinquare, & rurſus ad hanc quam nuper dimitteret reuerti, & quaſi anhelans hunc celerem curſum ſuum explere (imò vox quæ in Hebræo eſt, quã noſter interpres dicit, renaſcens: ſignificat quaſi anhelare, vt exprimeret curam indeficientem, quam Sol gerit circũeundi terras) ſic Chriſtus Dominus quaſi anhelans animarum ſalutem: omnem circuibat terram; ita vt aliquando fatigatus ex itinere,
Ioan.4. ſederet ſic ſupra fontem. Et ſicut Medicus
Chryſoſto. prudens (ait hic Chryſoſtomus) omnes circumit ægrotos, cuilibet pharmacum appli-
Simile. cando, ſecundum quod infirmitas ſua poſcit; quia debiles ad illum venire non poſſunt: ſic & Dominus ad hoc propoſitum tanquam verus animarum medicus ſingulas circuibat regiones. Nos autem qui ſumus vniuſcuiuſque regionis paſtores, etſi regiones circuire non ſit neceſſe: tamen ſingulas ſpecies paſsionum circuire, & conſiderare debemus, id eſt, qui auari ſunt, qui
Simile. libidinoſi, &c. Et eis applicare ſalutem. Sicut paterfamilias ſtudioſus ſcit in domo ſua, quod cuiq; neceſſarium eſt: ita Sacerdotes ſingulorum conuerſationẽ, mores, & actus
Simile. ſcire debent. Et ſicut infirmus ille, qui ipſe ſe ad Medicum confert, & greſsibus ſuis ad eum venit: ſignum profert in hac, quod ſanus ſit; ſic peccator, qui ipſe ad Sacerdotẽ per ſe properat, videtur quòd ſecũ afferat ſalutem. Cæterum illum quem opus eſt, vt Sacerdos proſequatur, ac quærat prædicationibus, conſilijs, atq; minis, & nec ſic audit, ſed euomit ea quæ audierat, vt ille qui ſtomachi laſsitudinẽ patitur; ſignum peſ-
Pſal.106. ſimæ ægritudinis promit. Nam de talibus ſcriptum eſt: Omnem eſcam abominata eſt anima eorum, *Docens in Synagogis eorũ.* Synagoga dicitur congregatio, quod eſt pecudum. Eccleſia autem conuocatio, quod eſt hominum, ad differentiam nouæ legis, quæ amore nos ducit ſicut homines, & antiquæ quæ terroribus, & oneribus præmebat homines tanquã iumenta. Videtur autem (ait
Claudius. Claudius) ædificationem Synagogarum, ex legis inſtituto defluxiſſe. Legimus enim Leuiticas vrbes nõ paucas, per omnẽ Iſraëlis terram, per Moyſem Num.35. diuinitus
Num.35. eſſe ordinatas, in quibus habitarẽt miniſtri Verbi, ac docerent populos, ac viros finitimos. Sed poſteà Ieroboan inſtitutis duobus templis cathedralibus, hoc ſanctum Dñi inſtitutum in decem tribubus diſsipauit, quod tamen vbi è captiuitate Babylonica redijſſent Iſraëlitæ, reſtaurare videtur extructis paſsim in locis paulò celebrioribus Synagogis, in quibus per Sabbata doceretur populus, qui ſecundũ legem, ex agro & vrbibus ſuis, nõ niſi ter in anno Hieroſolymam profiſcicens ſacra frequentabat, quin domi interim ſola doctrina quę in Synagogis tra debatur, citra ſacrorũ exercitium exerceretur. Docebat autẽ in Synagogis (ait idem
Claud. Claud.) nequis ſuſpectã haberet ſuam doctrinam, non in angulis aut in deſerto, ſed frequentibus Iudæorũ Synagogis. Docebat Chriſtus nõ aniles fabellas, ſed quæ ad mores, legẽ, & ad religionẽ, ac pietatẽ maximè expectabãt, prædicãs Euangeliũ regni, & ſanans omnẽ languorẽ, & omnẽ infirmitatem in populo. Dicitur autẽ Euangelium Regni Dei, bonũ illud nuntiũ, quo prædicabatur adeſſe iam tẽpus, quo Deus humano generi reconciliatus regnare inciperet in hominibus, & homines ſimul cũ eo, tùm hìc, tùm in futura vitæ æternitate regnaturi eſſent in cœlis. Tria autem Chriſti opera, in Galilea facta perhibẽtur: docuit enim & hoc in Synagogis, quę loca publica erãt, vt diximus. Et certè attentè hoc conſiderandum eſt, nunquam Dominũ Ieſum docuiſſe, niſi in Synagogis aut in templo, vbi omnes

omnes Iudæi conueniebant, vt ipſe dixit
Ioan. 18. Annæ: Niſi quando eum populus in campo vel in alijs partibus occupaſſet, vbi non poſſet eſſe facilis recurſus ad Synagogas, aut ad tẽplum: vt intelligeretur, quod doctrina eius eſſet conformis Moyſi, & Prophetis, quę in Synagogis eorum legebantur. Sic modò doctrina, quæ publicè in Eccleſia docetur, hanc ſibi vendicat authoritatem, quod conformis ſit Euangelio, quod in ea quotidie canitur. Quæ verò ſeorſum, & quaſi furtiuè docetur, in domibus mulierularum muſitando: ſuſpicioni meritò obnoxia eſt, quòd non ſit eadem cum illa quæ
Concil. publicè docetur; quod & damnat Concilium quodam Gangrenſe. Cæterum Chriſtus Dominus, non ſolũ hoc docebat, quod Scribæ & Phariſæi, ſed etiam prædicauit Euangelium Regni cœlorũ. Hæc enim ſunt duo officia prædicatoris Euangelici, quorum neutrum abeſſe poteſt. Docere enim quæ virtutis ſunt, aut quæ ad ſcripturarum pertinent intelligentiam, ſine annunciatione Regni cœleſtis, inutile eſt, & inefficax ad ſalutem æternã. Et rurſum, annuntiare Regnum cœlorum ſine doctrina, velut fabuloſum habetur. Nec enim fieri poteſt, vt quis non edoctus, nec exequẽs, quæ iuſtitiæ ſunt, conſequatur Regnum cœlorum: nec rurſus quis recta exequatur conſtanter ac fructuoſè, niſi fidè ac ſpe cœleſtium bonorũ, in officio contineatur. Tertium autem, ſcilicet, *Quod ſanauit omnẽ languorem, & omnẽ infirmitatem,* maximè confert ad ea quæ diximus. Sicut enim prædicatio Euangelij Regni cœlorum, doctrinam eius commendabilem reddidit; ita & operatio miraculorum nouam eius, tùm doctrinam, tùm prędicationem, comprobabat. Et hæc eſt vna ac prima ratio, quare miracula operatus eſt Chriſtus; nempè, vt ſequentibus ſignis ſuam cõfirmaret veritatem. Secundò, vt ſe verum Deum, ac Meſsiam eſſe demonſtraret. Sed tamen talia miracula edidit, non quæ præter oſtentationem, & admirationem nihil aliud boni habebant, qualia ſunt ea quæ arte Magica fiunt, ſed quæ ad hominum vtilitatem conferebant, & ad eorum ſubleuãdas miſerias. Sic enim conueniebat ei, qui omnia ſemper facit ad ſalutem hominũ, & hoc maximè eius prædicationem commendabat. Ideò autẽ morbos corporum depellebat, vt oſtenderet ſe veniſſe, vt auferretur peccatum, à quo talia mala proceſſerant. Nam ſi effectus peccati tollebat, multò meliùs ad ipſam eradicandam cauſam veniebat, maximè quia corporales ægritudines, ſignum eſſe ſolent ſpiritualium morborum, ſicut effectus eſt ſignum cauſæ; morbi autem effectus peccati ſunt. Vnde Eſai. Verè lãguores noſtros ipſe *Eſai.53.* tulit. Quod potiſsimum de animæ morbis intelligẽdum eſt. Oſtendit etiam per hoc, tempus adueniſſe Meſsiæ, cùm de illo tempore dixerat Eſai. Tunc ſaliet ſicut ceruus *Eſai.35.* claudus, & aperta erit lingua mutorum. *Et abyt opinio eius in totam Syriam.* Opus eſt, vt prædicator bonam habeat opinionem, quæ ad alios diffundatur, ſecundum illud Sapien. Curam habe de bono nomine. Et *Eccli.41.* 2. Timot.2. Solicitè autẽ cura, teipſum pro- *2. Tim.2.* babilem exhibere Deo, operarium inconfuſibilem, rectè tractantem verbum veritatis. Obſerua. Nomen Syriæ tripliciter accipitur, quandoq; enim valdè generaliter, vt etiam Meſopotamiam includat, quandoq;, vt terminetur Euphrate, & includat in ſe Paleſtinam, Phęniciam, Damaſcenam, Cœlem, Decapolitanam, Antiochenam, Comagenã, & Apamenã regiones. Propriè autẽ & ſtrictè dicitur Syria, quicquid eſt harum regionum, præter Paleſtinam, & Phęniciã, quod ſcilicet, à Damaſco incipit, & Euphrate terminatur; aliqui dicunt quòd ſecundo modo accipitur hic, alij quod tertio. *Et obtulerunt ei omnes malè habentes varijs languoribus, & tormentis comprehenſos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos.* Caro carnalia beneficia quæ ſentit pluris æſtimat, quàm ſpiritualia, quæ nec dum agnouit. Et ideò cateruatim populi confluunt, pro corporali ſalute ad Chriſtum. Sed Dominus Ieſus eorum annuens fragilitati, corporibus eorum medebatur, vt in ſe fidem eorum pararet, ad prædicandum eis ſpiritualia, & cœleſtia: vt & nos, his qui adhũc non capiunt ſpiritualia, carnalia, quæ eis neceſſaria ſunt non negemus; vt per hæc minora beneficia, ad maiora recipienda diſponantur. Languores vocat febres, & alia ſimilia, tormenta illium, dolores, podàgra, & alia huiuſcèmodi. Alias autem ſpecies infirmitatis numerat, quæ apud Medicos penè incurabiles ſunt; quò ſic diuinitatem, & omnipotentiam Chriſti magis declaret: vt lunatici, de quibus aliqui dicunt: inter quos Perotus, hos eſſe qui comitialem morbum patiuntur, hoc eſt caducũ; ſic dictos quòd eos qui interlunio nati ſunt, hunc morbum ferè

ferè pati compertũ:& citat quendam Poëtam Serenum, qui ſic ſuis verſibus canit,& hoc modo morbus ille naturalis erat. Alij verò etiam intelligentes hunc morbũ eſſe naturalẽ, putant lunaticos dictos quoſdam, qui pro augmento, aut decremento Lunæ, quæ humoribus dominatur, affligebantur in cerebro, propter nimiam humorum, vel abundantiam, vel tenuitatẽ & defectum.

Matth.17 Verumtamen (quoniam inferius cap. 17, dicitur: Cuiuſdã filius fuiſſe lunaticus, qui etiam dicitur habuiſſe dæmonium, idque ſurdũ & mutum) alijs poſt Hieronymum, videtur hos lunaticos fuiſſe verè dæmoniacos, non naturali, ſcilicet, morbo, ſed à diabolo afflictos, non quidem omni tempore. ſed certis temporibus augmenti & decrementi lunæ, cuius afflictionis diuerſæ, per certa tempora diuerſæ redduntur cauſæ.

Hieron. Hieronymus enim ſuper hunc locum Matthæi, ait: Non verè lunaticos, ſed qui putãtur lunatici, ob dæmonum fallaciam, qui obſeruantes lunaria tempora, creaturã infamare cupiebant, vt in Creatorem blaſphemiæ redundarent. Idẽ de his lunaticis

Theophil. ſentit Theophilactus. Alij aliam afferunt rationem huic ſimilem, videlicet, vt homines à luna credentes fieri huiuſmodi mala; lunam inciperent, reuereri, & colere pro Deo. Additur & tertia ratio, ſcilicet, quia propter mollitiẽ cerebri in nouilunio, quãdo abundant humida, ſuper quæ luna habet dominium, cerebrũ eſt aptius, vt in ipſo dæmon aliquid operetur. Verum de hoc ampliùs infrà cap. 17. Igitur hos omnes lan-

Mantuanus. guores curauit Chriſtus. Vnde Mantuanus noſter, hæc his verſibus canit.

Languida, quæ nulla potis eſt humana iuuare,
Ars ope, per vicos, gradiens, per rura, per vrbes.
Nunc prece, nunc ſolo ſanabat corpora tactu.

Et ſequutæ ſunt eum turbæ multæ, de Galilæa, & Decapoli, & de Hieroſolymis, & de Iudæa trans Iordanem. Alij curioſitati quadam ducti, Chriſtum ſequebantur, vt oculos paſcerent; alij vt ſanarentur à ſuis languoribus, vel ſuis ſoſpitatem impetrarent; alij & forte maior pars, dulcedine verborum, ac veritatis cognoſcendæ ſtudio allecti; quidam fortè etiam, vt ex ſermonibus eius aliquid caperent, quo poſſent eum accuſare. Obſerua. Decapolis, eſt regio ſic dicta à decem ciuitatibus, has (ſecũndum

Brocard. Brocardum) complectitur ciuitates principales, Tyberiadẽ, Sephet, Cedes, Nepthalin, Aſſor, Cæſaream Philipi, Capharnarũ, Ioniter, Abethſaide, Corozain & Bethſan, & de trans Iordanẽ, id eſt, de terra Seon, vbi remanſerant duæ tribus, & dimidia. Et ſic adimpletum videtur vaticinium illud Eſai. 45. Hæc dicit Dominus: Labor Ægypti & negotiatio Æthiopiæ, & Sabbain, viri ſublimes ad te tranſibunt, & tui erunt, poſt te ambulabunt, vincti manicis pergent, & te adorabunt, teq; deprecabuntur; tantùm in te eſt Deus, & non eſt abſque te Deus: verè tu es Deus abſconditus, Deus Iſraël Saluator. Per quos ſignificantur, qui de tenebris gentium, & de nigredine vitiorum, & de eloquentia ſapientiæ huiuſmodi, quæ Sabbaim interpretatur; venerunt ad Chriſtum, & factus eſt Princeps eorum. Vt de Dauid legitur. 1. Reg. 22.

Eſai. 45.

1. Reg. 22.

Cap. V.

Idens Ieſus turbas aſcendit in montem, &c. Ab hoc cap. incipit inſtructio, & illuminatio pertinens ad informationẽ regenerandorũ, per doctrinã Chriſti; quæ quidem eſt duplex: vna pertinens ad vitæ ſanctitatem, quæ præexigitur, & hæc continetur in his octo beatitudinibus: alia quæ pertinet ad inſtructionẽm miniſtrorum, quantum ad regimẽ Eccleſiaſticum, & iſta ſequitur, cùm in hoc capite dicitur miniſtris: Vos eſtis ſal terræ. Poſteà ſequuntur Sacramenta Chriſti, quæ dant virtutem verbo miniſtrorum, & Sacramentis Eccleſiæ, vt Paſsio, Reſurrectio, & Aſcenſio, per quæ complentur omnia præcepta ad vitæ ſanctitatem pertinentia, & ea quæ ad vitæ ſanctitatem pertinent, extenduntur vſq; ad caput decimum; à decimo verò vſq; ad vigeſimum; informatio miniſtrorum: à vigeſimo vſq; in finem; Sacramenta Chriſti. *Videns Ieſus turbas, &c.* Tria nobis in huius capitis veſtibulo explicanda ſunt, quæ ad hiſtoricũ ſenſum ſunt neceſſaria. Primùm, quo tempore Chriſtus hunc ſermonem habuerit: eſt enim in hac parte, inter veteres, & nouos interpretes diſſenſio. Præterea de loco eſt etiam controuerſia, vtrùm in montis vertice, an verò in planitie, quæ erat ad montis radicẽ, habitus fuerit. Tertiò etiam dubitari ſolet, quis fuerit mons iſte. Et quidem de tempore Ammonius Alexandri-

Ammon. nus Origenis Præceptor, in armonia quatuor

tuor Euangeliſtarum ait, quòd primo anno ſuæ prædicationis Chriſtus hunc ſermonem habuerit: nam cùm duodecim diſcipulos ad ſe vocaſſet, Regnumque Dei prædicaſſet, & Euangelium hoc multis miraculis confirmaſſet; ingreſſus Synagogam Nazareth, apertoque libro locum illum Eſai. 61. legiſſet: Spiritus Domini ſuper me, eò quòd vnxerit me, &c. Omnia illa verba ſibi congruere demonſtrauit: indè egreſſus ingenti turba eum protegente aſcendit in montem, & ibi hanc Euangelicam doctrinam tradidit, cui ſubſcribit

Eſai. 61.

Toſtatus. Tatian. Toſtatus. Tatianus verò diſcipulus Iuſtini martyris, in ſua harmonia conſtanter aſſerit, non primo ſed ſecundo anno ſuæ prædicationis, hanc concionem habuiſſe Chriſtum, cui ſuffragantur omnes ferè ſacri interpretes, tàm veteres, quàm recentiores. Et meritò: Nam qui hiſtoriam Euangelicam perpenderit; deprehendet duo feſta Paſchalia mediaſſe, inter initia prædicationis Chriſti, & hanc concionẽ: cùm poſt nuptiarum miracula, & teſtimonium Ioannis de Chriſto, cœpit prædicare Regnum Dei, & ingentem turbam magnis beneficijs, & ſanitatum miraculis ſibi conciliare. Et ex Galilæa, propter inſtans feſtũ Paſ-

Matth. 21 chale, Chriſtus Hieroſolymam aſcendit, vbi ingreſſus templum facto flagello de funiculis, ementes, & vendentes, abegit è templo: inde in patriam ſuam remeauit. Anno verò ſequenti, inſtante rurſus Paſchali die Hieroſolymam petijt, vbi in probatica piſcina, eum qui triginta & octo annos languens iacuerat curauit in Sabbato, quo facto ingens diſputatio exorta eſt cum Phariſæis, qui cùm ſuis beneficijs ſœuiores euaderent, atque de morte ſua cogitarent; rurſum Galilæam eſt reuerſus, vbi tranſacto mari multis comitãtibus turbis aſcendit in montem, & hunc mirificum habuit ſermonem. Sit ergo nobis compertum, quòd ſecundo anno prædicationis Chriſti, habitus fuit hic ſermo. Sed de ſecunda difficultate eſt maior concertatio, propter diſſonantiam Euangeliſtarum; quæ prima fronte ſe offert. Matth. quippè clare videtur aſſerere, q̃ aſcendẽs Ieſus in montem, cùm ſediſſet, in præſentia diſcipulo-

Luc. c. 6. rum propoſuit hanc doctrinam. Luc. verò cap. 6. ait, quòd deſcendit cum diſcipulis de monte, & cum eo erat turba diſcipulorum, & multitudo copioſa, & quòd in loco cãpeſtri, vel planitie ſtetit. Ecce diſſonantiam, quæ prima facie apparet. D. Auguſt. lib. 2. de conſenſu Euangeliſtarum, ait, duos fuiſſe ſermones à Chriſto habitos; alter in monte in conſpectu diſcipulorum; ſecundus in planitie, quæ erat ad radicem montis, cui interfuerunt non ſolùm Apoſtoli, & diſcipuli; ſed numeroſæ turbæ, quæ ex omni regione ad Chriſtum confluxerant. Quæ ſententia ſuaderi poteſt. Primò, quoniam Matth. videtur inſinuare, quòd Chriſtus, vt ſubtraheret ſe à multitudine turbarum, montem aſcendit, in quo ſolis diſcipulis hanc mirabilem doctrinam tradidit. Et Matth. inquit, quòd Chriſtus ſedens loquebatur, Lucas quòd ſtans, ait enim q̃ ſtetit in loco campeſtri. Rurſus Matth. inquit, q̃ in monte, Lucas quòd in planitie; Matth. quòd aſcendit, Lucas quòd deſcendit, vt turbas doceret. Hanc ſententiam amplectuntur præter Amon. Alexand. & Tatianum, qui hiſtoriam Euangelicam, illiuſque harmoniam diligẽter conciliauerunt: Am-

Auguſt. Ambroſ. Anſelm. Theophil. Bonauen. Hugo. D. Thom. Caiet. Auguſt. Matth. 7.

Ambroſ. Anſelm. Ambroſ. Anſelm. Chryſ. Theophil. Bonauent. Hugo Carrenſis vel Decaro, & D. Tho. 1. 2. q. 69. art. 3. ad. 6. & Caiet; Aug. de conſenſu Euangeliſtarum. c. 19. qui ait, hanc opinionem eſſe probabiliſsimã. Quòd ſi obijcias, quòd in fine huius concionis apud Matth. c. 7. dicitur: Factũ eſt, cùm conſummaſſet Ieſus verba hæc admiratæ ſunt turbæ: quia docebat eos tanquam poteſtatem habẽs, & non ſicut ſcribæ eorum, & Phariſæi; ergo turbæ fuere præſentes illi concioni, quam narrat Matth. Diuus Aug. reſpondet, quòd

D. Aug. nomine turbarum intelligit Matth. multitudinem ſeptuaginta duorũ diſcipulorum, & aliorum qui Chriſti erãt diſcipuli, quod

Luc. 6. confirmat Aug. ex verbis Lucæ. c. 6. dicentis, quod Chriſtus deſcendit de monte cum duodecim Apoſtolis, & quod erat cum eo turba diſcipulorum, & multitudo copioſa plebis. Diſtinguit ergo Luc. inter turbam diſcipulorum, & multitudinẽ plebeiam, & popularem. Quod ſi rurſus opponas, quòd eadẽ ſunt apud Matth. & Luc. idẽ eſt principiũ: Beati pauperes, idẽ finis: Omnis qui audit verba hæc, &c. Vnus ergo videtur ſermo apud vtrũq;. Reſpondetur cũ Ambr.

Ambroſ. D. Thom. & D. Tho. q̃ cùm hæc doctrina eſſet maximè neceſſaria, poſtulabat, vt primo Apoſtolis, & diſcipulis illis traderetur fuſiùs; turbis autem breuiùs. Et etiam oportuit, vt eadem doctrina, eadẽ die, iterũ magis repetita ingereretur, in diſcipulorũ memoriam; eamque ipſi poſteà prædicarent, tanquam

Euangelicæ legis ſumã, & fundamentum.
August. Cæterum idem D. Aug. vbi ſuprà, potiùs declinat in hoc, quod fuerit vnus, atque idem ſermo, quem vterq; Euangeliſta narrat; cui ſubſcribunt ex antiquis Chromatius, & Gregorius Nizenus ſuper hunc locum. Quare in memoriam reducẽdum eſt, id quod in argumẽto huius operis diximus. Nempè, quòd Euangeliſtæ in ſcribendo, materias ſibi à Spiritu ſancto diuiſas aſſumpſerunt. Nam cùm Matthæ. intendat probare Chriſtum eſſe Meſsiam, & Doctorem generis humani, ex conſequenti intendit in hoc capite referre verba & doctrinam Chriſti. Lucas verò, cuius propoſitum erat demonſtrare Chriſtum authorem eſſe ſalutis noſtræ; geſta illius quæ manifeſtabant ipſum eſſe Saluatorem longiùs enarrat. Vnde Lucas ait, quòd aſcendit in montem, vt oraret, vel preces effunderet ad Deum, pro ſalute generis humani, & fœlici ſucceſſu Euangelici Regni: addit etiam, quòd totam noctẽ tranſegit in oratione inſomnis; orto verò Sole quid egerit declarat, nimirùm quòd ſtatim vocauit duodecim ad ſe, quos Apoſtolos nominauit, & hoc explicat Matthæus, cùm ait, quòd videns turbas aſcendit in montem, & cùm ſediſſet acceſſerunt ad eum diſcipuli eius. Nam ſedit Chriſtus tanquam ſupremus Præſes illius Senatus conſtituti; in quo ſuperexcellenti authoritate, qua à Patre donatus erat, voluit duodecim eligere, quos Apoſtolos nominauit. Hanc autem electionem tacuit modò Matth. breuitati ſtudens, & quoniam nondum ſuam ſcripſerat vocationem, quam nobis vſque ad caput nonum diſtulit, referendam. Lucas verò docet, quòd curam gerẽs ſalutis multitudinis ipſum ſequentis, deſcẽdit de monte cum Apoſtolis, & ſtetit in loco campeſtri, in radice montis, & tradidit hunc ſermonem, & hoc explicauit Matthæus, cùm ait: Aperiens os ſuum, &c. Probabiliùs tamen mihi apparet certè, hunc ſermonem quem Matthæus ſcribit habitum fuiſſe in monte. Quam ſententiam tenent omnes illi, qui aſſerunt duos fuiſſe ſermones, & ipſe Auguſtinus tom. 4. duos libros ſcripſit de ſermone Domini in monte. Gregor. Nizenus in homil. ſuper caput primum Matth. Chromatius, Toſtatus, & Hieronymus ſuper hũc locum, & communis animi conſenſus videtur omnium Chriſtianorum. Fauet huic ſentẽtiæ vaticinium Eſai.

Cromat. *Nizenus.*

August. *Nizenus.* *Hierony.* *Chromat.* *Toſtat.*

dicentis, Quòd erit præparatus mons, & fluent ad eum omnes gentes, & dicent: Venite aſcendamus ad montem Domini, & docebit nos vias ſuas. Et cap. 40. ait: Super montem excelſum aſcende tu, qui Euangelizas Syon. Et cap. 52. quàm pulchri ſunt ſuper mõtem pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona, dicentis: Syon regnabit Deus tuus. Pulchri pedes, quia debet totus eſſe mundus prædicator à planta pedis, vſque ad verticem capitis. Quapropter dicendum eſt, hunc ſermonem habitum fuiſſe in monte coram Apoſtolis, & diſcipulis, & copioſa multitudine eorum, qui ad Chriſtum confluxerunt. Quod ſi opponas Luc. dicentem, quòd deſcendit de monte cum Apoſtolis, & ſtetit. Reſpondetur ſecundò cum Auguſt. quòd fortè erat in littore illius montis planities aliqua, in qua turba Dominum expectabat, & ad hanc Chriſtus cum Apoſtolis deſcendit de monte, & ſtetit in loco campeſtri. Tene quod malueris, nam certè dicere quòd fuerint duo ſermones, nullũ apparet inconueniens, quod non facile diluatur: nam Matthæ. tacuit, quòd iterum ad turbas factus eſt idem ſermo, quod Lucas explicuit, & ad illum ſermonem quem fecit ad turbas, dirigenda ſunt verba Matth. de admiratione populi: Omnibus quippè perſpicuum erat, illum ſermonem habitum etiam fuiſſe ad turbas. Quis autem fuerit hic mons, ſi fidem damus his qui deſcripſerunt loca terræ ſanctę, reperiemus, quod fuit mons Thabor, iuxta D. Hiero. ſententiam, cuius vertex erat campeſtris, viginti ſtadia habens longitudinis, & latitudinis: erat enim ipſe mons, vt dicit Hieronymus lib. de locis Hebrai. & Beda libro de ſitu terræ ſanctæ, & Ioſephus lib. 4. de bello Iudaico cap. 2. ex omni parte rotundus. Erat enim in hoc mõte pars ſuperior multò ſublimior, in qua veluti in ſeceſſu ſecreto aſcendit Chriſtus, vt oraret; ibique facta eſt electio duodecim Apoſtolorum, & ex hoc ſublimiori loco deſcendit Ieſus in loco campeſtri, & ſic poteris omnia conciliare. Aliqui dicunt, quòd hic mons fuit Oliueti, vt dicit Chromatius, tamen hic mons multis milliaribus diſtat à mare Tyberiadis; hic verò mons, in quem Chriſtus aſcendit, erat in prouincia Galilæa, vt ex contextu Euangeliſtarum liquidò conſtat. Vnde (vt diximus) fuit mons Thabor, vbi Chriſtus transfiguratus eſt, in cuius

Eſai. 40. *Eſai. 52.* *Hierony.* *Beda.* *Ioſephus.* *August.*

ius vertice, tempore Bedæ erat conſtitutum templum monachorum Diui Baſilij, & intra murum tres Eccleſiæ, quæ videbantur voci Petri reſpondere, cùm dixit: Faciamus hîc tria tabernacula. Et hæc de litera.

Moralia de doctrina Chriſti

Cæterum, quoniam ab hoc capite initium ſumit admirabilis doctrina Chriſti Præceptoris noſtri: operæpretium exiſtimaui nonnulla de eius excellentia prædicare, & ad hoc propoſitum occurrit mihi teſtimonium illlud Eſaiæ cap. 25. vbi dicitur: Ego Dominus loquens iuſtitiam, annuntians recta. Et aliud cap. 28. Ego Dominus docens te vtilia. Ex quibus teſtimonijs mihi venari videor ea, quæ in doctrina Chriſti continentur, tàm in præceptis, quàm in conſilijs: vtraque enim in hac Chriſti concione continentur. Continet enim doctrina Chriſti, & præcepta iuſtitiæ, quæ æqualitatem erga proximum faciunt in præceptis negatiuis, & in affirmatiuis habet charitatis præcepta, quæ rectitudinem in anima efficiunt. Nam charitas dirigit animam ad Deum, qui eſt obiectum charitatis, in qua directione rectitudo voluntatis conſiſtit, in hoc autem quod dicit cap. 28. docens te vtilia; includuntur conſilia, quæ vtiliſsima ſunt. Ea quippè dicuntur vtilia apud Philoſophos, quæ conducunt ad finem intentum: conſilia autem maximè conducentia ſunt ad finem noſtrũ, quæ nobis Chriſtus oſtendit, nempè ad beatitudinem. Igitur vtilia ſunt: hanc minorem in ipſiſmet conſilijs explicatam dabimus. Sunt quippè conſilia veluti ſemitæ compendioſæ quibus expeditiùs peruenitur ad patriam. Vnde idem dominus in præfato cap. 25. Eſai. antè verba citata dicit: Non dixi ſemini tuo fruſtrà quærite me. Id enim dicitur fruſtrà fieri (iuxtà Philoſophum. 2. Phiſ.) quo poſito non conſequitur finis: vt agricola fruſtrà laboraſſe in agro dicitur, qui fructus ei opportunos non contulit. Sed media, quæ Chriſtus Dominus nos docuit ad quærendum, & inueniendum Deum, non fruſtrà dicentur data: nam adeò accommodata ſunt ad finem, vt illis poſitis in foribus ipſis adſit Deus: nam, vt Auguſt. docet 2. lib. de doctrina Chriſtiana, quidquid noxium eſt per doctrinam Chriſti damnatur, quidquid vtile ibi inuenitur. Vnde & Prouerb. 3. dicitur: Viæ eius viæ pulchræ, & omnes ſemitæ illius pacificæ. Per vias præcepta, per ſemitas conſilia intellige; viæ dicuntur pulchræ, quoniam præcepta iuſtitiæ pulchritudinẽ in rebus faciunt: pulchritudo quippè in membrorum, ac ſenſuum proportione conſiſtit, vt & ſtaturæ corporis membra proportionabiliter reſpondeant, & ipſa membra interſe proportionalem æqualitatem habeant: nam ſi facies eſt grandis, & oculi parui, aut è diuerſo: deformitatem in facie ipſa efficient. Iuſtitia proportionem in rebus ipſis facit, vt nec iſte plùs, nec ille minùs habeat, quam debeat habere; vt ſi Petrus habebat decem, tu nouem: ſuſtuliſti à Petro vnum, id tu habes plus quàm debes, & ille minus: redde ergo illi vnum, & ſic facies æqualitatem. Cùm ergo iuſtitia proportionem efficiat in rebus, ex conſequenti, & pulchritudinem cauſat. Amor etiam hanc facit proportionem, & per conſequens pulchritudinẽ: quoniam eſt propenſio voluntatis, in id quod ſibi proportionatum, ac congruũ videtur. Igitur, quia Chriſti præcepta, & ſunt iuſtitiæ, & amoris; dicuntur viæ pulchræ: & quia animam etiam pulcherrimam reddunt, quæ ſi his ornata fuerit habitibus, decora in conſpectu Regis apparebit. Nam propter iuſtos ſpõſa dicitur pulchra, ſecundùm illud: Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, & decora. Pulchra, propter iuſtitiam, quæ luciditſima eſt; nam de illa dicit Philoſophus, quòd nec heſperus eſt ſicut illa, pulcherrima, atque decora, propter charitatem, cuius lampades ſunt ignis, atque flammarum. Et omnes ſemitæ eius pacificæ. Conſilia quæ per ſemitas intelliguntur, pacem maximam in anima efficiunt: nam opera conſiliorum, carnem maximè ſpiritui ſubdunt, vt aduerſus illum rixas mouere non audeat: nam in pauperibus ſpiritu lites propter pecunias non mouebit, in pacificis, ac manſuetis non excitabit diſcordias, & ſic de alijs. Quare ab effectu pacifica dicuntur conſilia; quoniam pacem maximam, ac tranquillitatem in anima cauſant, ac per hoc penè beatam habentem reddunt ac immortalem. Vnde ſubditur: Lignum vitæ eſt his qui apprehenderint eam, & qui tenuerint eam beati. Nam ſicut fructus ligni vitæ immortale reddebat corpus; ita præcepta, & conſilia Dei obſeruata, & corpus & animam; ad immortalem beatitudinem euehũt. Transferunt enim corpus, ex animali in ſpirituale, cùm corpus

Eſai. 25. *Eſai. 25. & 28.* *Ariſtot.* *August.* *Prouer. 3.*

Simile. *Cant. 1.* *Philoſoph.* *Prouer. 3.*

pus iam non ſuam, ſed ſpiritus vitam agat.
Vnde Dominus ad Iudæos dixit: Ver-
Ioan. 6. ba quæ ego loquor vobis, ſpiritus & vita
ſunt: quoniam vos ſpirituales reddent, &
vita æterna donabunt: nam vos tandem
ad beatitudinem perducent, vt ſubinfert
Prouer. 3. Sapiens, dicẽs: Et qui tenuerint eam beati.
Superexcelluit etiam hæc Chriſti doctri-
na omnes alias; eò quòd magnis miraculis
confirmata fuit: nam & varij languores cu-
rati ſunt: mortui ad vitam reuocati: cœci il-
luminati: conſolidati claudi, & multa alia
mirabilia in eius confirmationem patrata
ſunt. Et ſecundò, quia facta eſt humanis
mentibus ſuprà naturam inſpiratio: quum
idiotæ, & ſimplices Spiritu ſancto repleti,
ſummam ſapientiam & facundiam ſunt ex
templò adepti. Tertiò, facta eſt mirabilis
mundi conuerſio, atq; ſuprà naturam: quo-
niam non vi armorum, aut voluptatũ pro-
miſsione, ſed ex diuinorum operum inſpe-
ctione, innumerabiles viros, ac fœminas,
pro hac doctrina mortem ſubire; immò &
appetere vidimus, quæ omnia ſuprà proli-
xiùs explicuimus. Hoc argumẽto tanquam
Auguſt. fortiſsimo Auguſtinus vtitur, in oratione
contra infideles: Vel enim (ait) virtute ſig-
norum, & prodigiorum totus mundus ad
vitæ auſteritatem, & ad Chriſtum adoran-
dum, eſt conuerſus: vel nullis miraculis, ad
hanc recipiendam fidem eſt prouocatus: ſi
fateris mundum tractum fuiſſe vi miracu-
lorum; fateri te oportet à Deo authore mi-
raculorum, hanc religionem proceſiſſe, &
comprobatam fuiſſe. Si verò neges vlla
miracula interueniſſe; negando miracula,
ingens miraculum concedis. Quid enim di-
ci poteſt mirabiliùs, quàm quòd ſine mi-
raculis totus mundus in nouam, & inaudi-
tam Chriſti doctrinam fuerit conuerſus?
Quòd ſi dicat quiſpiam, hæc quæ comme-
morauimus admiranda; caſu, ſubitoq; eue-
niſſe, ſciat ſe grauiter eſſe deceptum, ex eo
quod hæc ſe facturum Deus multis antea
Prophetarũ prędixit oraculis; quod eſt eui-
dens argumentũ diuinæ diſpoſitionis: nul-
lus enim poteſt futuros euentus prædicere,
maximè qui pendent à libera Dei volun-
tate, niſi per reuelationem diuinam. Vnde
Eſai. 41. Eſai. c. 41. dixit: Annuntiate quæ ventura
ſunt nobis, & dicemus quia dij eſtis vos.
Profectò magnum, & euidens inditium ve-
ritatis doctrinæ Chriſti eſt vox Propheta-
rum: nihil enim Chriſtus geſsit, nihilq; cum
illo geſtum eſt; non prius prœuiſum, oreq;
Prophetarum prænuntiatũ. Hinc eſt illud
à ſacro Euangeliſta relatum Luc. 24. Et in-
cipiens à Moyſe, & omnibus Prophetis, in- Luc. 24.
terpretabatur illis in omnibus ſcripturis,
quę de ipſo erãt. Ex quo, palam eſt, iſta nec
à caſu, nec ſubitò contigiſſe; ſed ex ordina-
tione Dei, qui ſolus futura contingẽtia co-
gnoſcit. Nec putes paucos annos præterij-
ſe, poſt denunciationem antequàm fuerit
facta: nam alij prædixerunt ea antè quin-
gentos, alij antè mille annos, quidam antè
duo millia vel tria; vnde patet, quòd ſolùm
inſpiratione Dei hæc prædicere potuerũt.
Illud etiam demõſtrat ſuper excellentiam
huius doctrinæ, & quod à Deo fuerit tra-
dita. Nam antè paſsionẽ Ieſu Chriſti, Crux
fuit omnibus ad terrorẽ, & maledictionẽ;
nunc verò habet cœleſtem amorẽ, & om-
nia benedicit, & colitur, & adoratur; &
olim vbiq; in pretio habita fuit, & modò in
vniuerſo orbe reſplendet. Sed hoc Deus
non permiſiſſet longo tempore, niſi Ieſus
fuiſſet verus Deus, qui hanc doctrinam do-
cuit, & prædicauit: Accipe, & aliud maxi-
mè admirandum ſignum, quod hæc doctri-
na ſuper omnes alias ſit, & à Deo: nempè
Eccleſiæ ſanctæ maximum incrementum.
Impugnauit enim vniuerſus orbis armatus,
potens, diues, ac crudeliſsimus eam, iner-
mem, pauperem, imbecillem, & manſue-
tam, ſicut agnus; & tamen ipſa, plùs potuit
moriendo, quàm mũdus ipſam occidendo.
Quotidie Chriſtiani crudeliter occidebã-
tur, & quotidie creſcebat numerus eorum,
qui pro Chriſto libenter moriebãtur. Sanè
Roma, quæ vniuerſum orbem ſubiugauer-
at, non potuit Eccleſiam Chriſti paupercu-
lam ſubiugare; quinimò, & ipſa cum
omni imperio ſuo colla ſubiecit ſuaui iugo
Euangelij Chriſti; & piſcatori Petro, iam
ſubiectus eſt Imperator Romanus. Confir-
mat etiam hanc veritatem, quòd homines
literis ornatiſsimi, præclariſsimi ingenio,
hanc doctrinam deuotiſsimè ac conſtantiſ-
simè amplexati ſunt, quales fuerunt Au-
guſtinus, Hieronymus, Ambroſius, Hyla-
rius, &c. Thomas Aquinas, &c. Ex effectu
etiam apparet huius doctrinæ excellentia.
Eius enim ſtudioſos vehementer inflam-
mat, atq; in cœleſtium rapit amorem; ita
vt per eam homines, quaſi dij efficiantur,
terrena, quaſi ſtercora reputantes, totoſq;
ſe in cœleſtium amorem conſecrãtes. Vir-
tus autem huius doctrinæ, ex eo clarè pa-
tet, quòd poſtquam ea in mundo prędicari
cœpit,

cœpit, idolorũ cultura cecidit, & diſsipata
eſt; ſicut intrante arca teſtamenti, tem-
1. Reg. 5. plum Dagon: ipſum idolum ad pedes arcæ
prouolutum iacuit, amputatis manibus, &
pedibus, ac capite: quaſi iam extunc, nec
reſponſa dare, nec ſuos adiuuare, nec quic-
Eſai. c. 2. quam moliri valeret. Quod & Eſai. cap. 2.
prædixerat, cùm ait: Exaltauit Dominus
ſolium ſuum, & idola penitùs conterentur.
Auguſt. Quæ omnia ex Auguſt. confirmantur con-
tra epiſt. fundam. cap. 4. ſic dicente: Tenet
me in gremio Eccleſiæ, & in eius doctrina,
communis conſenſio populorum, tenet au-
thoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita,
Ioan. 21. charitate aucta, vetuſtate firmata. Tenet
ab ipſa ſede Petri Apoſtoli cui paſcendas
oues ſuas, poſt reſurrectionem Dominus
commendauit, vſque ad præſentem Epiſ-
copatum; ſucceſsio Sacerdotum, quam
nemo Principum huius mundi, nec portæ
inferi potuerunt impedire. Ex quibus om-
nibus, excellentia huius doctrinæ euiden-
ter patet, & quòd à ſolo Deo ſit. Quòd ſi
Caiet. cum Caiet. addideris, quod ſolius Dei eſt
(vt experientia monſtrat) docere vniuer-
ſum orbem tàm grandes res: nam ſicut lu-
men naturale impreſsũ eſt à Deo in men-
tibus noſtris abſque ſcriptura (ſecundùm
Pſalm. 4. illud Pſalm. Signatum eſt ſuper nos lumen
vultus tui Domine) ita hoc lumen ſuper-
naturale fidei Euangelij ſui ac legis à ſolo
Deo infuſum eſt, ſecundùm quod ipſe pro-
Hierem. miſerat: Dabo legem meam ſcriptam in
cordibus eorum, quod manifeſtum eſt ſo-
lius Dei eſſe. Quare de Chriſto dicitur,
quod docebat quaſi poteſtatem habens,
ſcilicet imprimendi legem ſuam in cordi-
Acto. 17. bus audientium, ſecundùm illud Actorum.
Crediderunt Paulo prædicanti hi quorum
tetigerat Deus corda. Hæc omnia euiden-
tiam faciunt credibile eſſe hanc doctrinam
eſſe à Deo, vel faciunt euidentiam in at-
teſtante, quæ non repugnat fidei, vt Theo-
logi in ſuis locis docent. Quare omnes alias
hominum doctrinas, longè ſuperat Chriſti
doctrina, immò & ſtultas, ac inutiles fa-
cit, docens contraria omninò ab illis, vt
in hoc capite patet, & cordibus hominum
ea imprimens, vt acceptẽt. Superat etiam
maximis excellentijs; veteris teſtamenti
legem, atque doctrinam. Illud antiqua-
tum fuit, & abrogatum, hoc noſtrum per-
petuò manet. Illud promittebat ſuis bo-
na temporalia, & peritura; hæc bona ſem-
Matth. 5. piterna; Beati pauperes; quoniam veſtrum
eſt Regnum Dei. Illius antiqui teſtamen-
ti promulgator fuit Moyſes; huius noſtri,
Chriſtus Legiſlator eſt, & promulgator.
Aperiens os ſuum, &c. Illud erat ſcul-
ptum in tabulis lapideis: nouum in viſce-
ribus, & tabulis cordis, non carnalibus,
ſed ſpiritualibus, ſecundùm illud quod per
Hieremiam, cap. 31. ipſe Dominus promi- Hiere. 31.
ſerat, dicens: Hoc eſt pactum meum, quod
feci cum domo Iuda, & Hieruſalem: Dabo
legem meam in viſceribus eorum, & in
cordibus eorum ſcribam eam, & feriam
vobiſcum pactum ſempiternum. Quod de
nouo teſtamento intelligit Auguſtinus li- Auguſt.
bro. 1. de ſermone Domini in monte. Vn-
dè Eſai. 51. dicitur: Ecce teſtem populis Eſai. 51.
dedi eum; Ducem ac Præceptorem gen-
tibus. Quibus verbis ſignificantur tria mu-
nera, quibus egregiè functus eſt Chriſtus.
Fuit enim teſtis, Legiſlator, ac Dux, ipſo-
met dicente Ioan. 16. Ego in hoc natus ſum Ioan. 16.
& ad hoc veni in mundum, vt teſtimo-
nium perhibeam veritati. Et Ioan. 3. Quod Ioan. 3.
ſcimus loquimur, & quod vidimus teſta-
mur. Dux fuit etiam: quoniam talem ha-
bemus teſtem myſteriorum fidei noſtræ,
vt etiam ipſe ſit Dux, cuius ductu & auſpi-
cio peruenianus ad æternam fœlicitatem.
Qui etiam dicitur Dux noſter: quoniam
aduerſus vitia, ac præſentia vitæ diſcrimi-
na pugnaturis; ipſe & vires præſtat, &
arma, & induſtriam; deniq; & ipſam no-
bis lucratur victoriã; & quia exẽplo ſuo,
tanquam Dux nos ad benè beatèque vi-
uendum inducit. Præceptor verò noſter
dicitur: quoniam & Legiſlator, & conditor
noui teſtamenti fuit.

His ita præiactis, ad textum ipſum iam
Deo auſpicante accedamus. *Videns Ieſus
turbas aſcendit in montem.*

Et primò ex Diuo Auguſt. in ſermone Auguſt.
Dñi in monte aduertendum eſt, quòd to- Moralitas
tus hic ſermo in mõte à Domino habitus, ſeu cõcio.
& initium eius, eſt veluti fundamẽtum, ac
baſis totius ædificij Chriſtiani: continet
enim veluti prima rudimenta totius do-
ctrinæ Chriſti. Quare Dominus conſum-
mato hoc ſermone dixit capite ſeptimo: Matth. 7.
Omnis qui audit omnia verba mea hæc,
& facit ea, aſsimilabitur viro ſapienti,
qui ædificauit domum ſuam ſuprà petram.
Ac ſi diceret: Ædificare ſuper hanc do-
ctrinam: eſt ſupra petram opus erigere:
Quoniam hæc doctrina, fundamentalis
petra eſt, quæ principia ac fundamenta

continet totius huius Chriſtianæ philoſo-
Pſal. 86. phiæ. Vnde Pſal. ait: Fundamenta eius in
montibus ſanctis. Quoniam fundamenta
Eccleſiaſticæ doctrinæ, in hoc mõte, quem
Dominus ſua præſentia ſanctificauit, iacta
ſunt. Cæterum, & ſi totus hic ſermo, hæc
principia contineat, præcipuè tamen ini-
tium eius, in quo beatitudo, quæ eſt vlti-
mus noſter finis, inſinuatur. Finis autem
principium, ac fundamentum eſt noſtra-
rum actionum: nemo enim operatur, niſi
reſpiciendo aliquem finem, à quo moueat-
tur. Quare finis, & ſi ſit poſterior in exe-
cutione, eſt tamen prior in intentione: ſi
enim curiam cupis adire, id primũ te mo-
uet, vt pares iter, licet curiam ipſam vltimò
attigeris. Quare cauſa finalis eſt prima,
quæ mouet, & ex conſequenti finis eſt
principium, ac baſis noſtrarum actionum.
Quapropter, præſens Euangelium princi-
pium dicitur, ac fundamentum: quoniam
in illo noſter præfigitur finis, qui eſt æter-
na beatitudo, quæ in Regno cœlorum poſ-
ſidetur: Deo enim videndo perfrui; præ-
mium eſt, ac merces, quæ his beatitudini-
bus correſpõdet. Vel, dicitur doctrina hæc
fundamentum: quoniam in ea fundatur
excellentia nouæ huius Chriſti doctrinæ;
quam nouam dico, quoniam huic inepto
mundo, ac rudi noua viſa eſt. Quis enim
vnquam, vel cogitare potuit, quòd in pau-
pertate ſita eſſet fœlicitas, & in lachrymis
gaudium, & in ignominia honor? Quinimò
in diuitijs, in ſaturitate, in mundi pompa,
in delitijs ſuam habebant ſitam beatitudi-
nem homines. Vnde Auguſt. 19. de Ciuit.
Auguſt. cap. 1. ex Varrone eruditiſsimo viro, inter
Latinos, refert. 228. Sectas, ac opiniones,
in quibus diſpertitæ erant Philoſophorum
ſententiæ, circa fœlicitatem noſtram, vbi
nam eſſet ſita. Et tandem omnes hac in re
errauerunt: quoniam nullus vnquam co-
gitare potuit, quod in his rebus (quæ po-
tiùs miſeria, quàm fœlicitas apparent) ha-
beret Deus noſtram beatitudinem ſitam.
Attende ergo, quæ ſint huius pulcherri-
mi ædificij fundamenta. Paupertas, fa-
mes, fletus, perſequutio, ignominia, ac de-
niq; Crux. Ex vna parte viliora, ac con-
temptibiliora, quæ in mundo ſunt, nobis
proponit, qualia ſunt hæc; & ex alia rem
omnium nobiliorem, ac precioſiorem ſta-
tuit, nempè beatitudinem, ac Regnum cœ-
lorum: nam ex ambabus his rebus funda-
mentum hoc conſtruitur. Mos ex antiquo
fuit, cùm primus figitur lapis in fundamen-
to alicuius magni ædificij, vt ſolemnis pro-
ceſsio fiat, & ſub illo fundamentali lapide,
vel aurum recondatur, vel aliquãdo carbo-
nes, etiam ibi recludũtur: quoniam hæ duæ
res incorruptibiles ſunt. Sic refert Auguſt. Auguſt.
lib. 21. de Ciuitat. quòd in magnis ædificijs
carbones ſub fundamentali lapide recon-
duntur; & etiam in confinium populorum
terminis: quoniã carbo incorruptibilis eſt;
ignis enim qui omnia conſumit, ipſum in-
corruptibilẽ reddit. Quare ad perpetuam
talis ædificij memoriam id fit, & ad tollen-
das lites, quæ ſuper populorũ terminos ori-
ri ſolent. Vnde Cteſiphon in famoſo illo
templi Dianæ ædificio: carbones ſub fun-
damentis recõdiſſe, fertur. Sic hodie con-
ſidera Chriſtum Dominum, quaſi ſolemni
proceſsione, cum diſcipulis ſuis, ad montẽ
Thabor aſcendentem; vt ibi prima huius
tanti ædificij iaciat fundamenta. Et primò
lapides ibi precioſos recondit, nẽpè Regni
cœlorum gaudia, quæ nobis hic repromit-
tit: nam (vt Ioan. refert Apoc.) Fundamẽta Apoc. 18.
illius cœleſtis Hieruſalẽ, ex lapidibus pre-
cioſis affirmat eſſe. Carbones inſuper etiã
in hoc fundamẽto ponit: quoniam paupe-
tas, eſuries, lachrymæ, ignominiæ, ac per-
ſequutiones, faciem nobis tetriorem quam
carbones oſtendunt. Sed hæc quæ conſu-
mere videntur hominem, ipſum fœlicem,
ac immortalem conſtituũt. Igitur ad huius
ſtructuræ perpetuitatem, hæc iacere fun-
damenta oportebat. In quo etiam maximè
huius ſacrati Magiſtri noſtri ſapientia ſplẽ-
det: quippè qui doctrinam talem hodie in
monte nos docet, qualem nunquã humanæ
aures audierunt. Quis enim vnquam Philo-
ſophorum docuit, quod vnum contrarium
poſſet, alium contrarium generare? Immò
ſibi aduerſantur, & contrà pugnãt contra-
ria: ſic enim à Philoſophis definiũtur. Con-
traria ſunt, quæ maximè diſtant, & quæ ſe
mutuò expellunt. Frigiditas quidem non
calorem generat, ſed ab eodẽ ſubiecto ex-
pellit. At in hac noua philoſophia, quam
iſte nouus, ac cœleſtis Magiſter nos docet;
vnum contrariorum alterum generat, atq;
producit: paupertas, quippè, diuitias gene-
rat, ac ditiſsima Regna tribuit, cùm dicatur
eis: Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſo-
rum eſt Regnũ cœlorum: lachrymæ, riſum
gignunt, & eſuries, ſaturitatẽ; cùm dicatur:
Beati qui nunc fletis, quia ridebitis, bea-
ti qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini.

Quare

Quare iure optimo Chriſtus infrà cap. 13.
Matth. 13. doctrinã ſuam theſauro abſcõdito in agro
inculto, contulit; vbi non niſi ſpinæ, ac tri-
buli generantur, & tamen ibi effodientes
theſaurũ reperient. Quis vnquam cogitare
potuit, quòd in paupertate eſſent diuitiæ?
Aut inter lachrymas riſus, vel inter ſpinas
flores? Et tamẽ ita eſt: quoniam ſi hæc cre-
dens periculum feceris; ita eſſe inuenies.
Quare de hac abſcondita ſapientia dicitur
Prouer. 2. Prouer. 2. Si quæſieris eã quaſi pecuniam,
& tanquam theſaurum effoderis eam: tunc
intelliges timorem Dñi, & ſcientiam Dei
Simile. inuenies. Nam ſicut ille, qui theſaurum fo-
diendo quærit; etiã ſi ſpinas, carbones, vel
lapides offenderit, nihil moratur, aut timet;
ſed nihilominus trãſit fodiendo; ſciens quo-
niam ſubtus ea latet theſaurus quem quæ-
rit: ſic verus Chriſti orthodoxus, qui hunc
abſconditum theſaurũ quærit, etiam ſi ſpi-
nas, clauos, famẽ, paupertatẽ, ignominiam,
tribulationes, flagella, ac demũ Crucẽ of-
fenderit; nihil timeat, nihil vereat, ſed po-
tiùs gaudeat ſe iam iam inueniſſe theſaurũ,
quẽ vult: quoniam ſubtus ea inueniet illum.
Tunc enim intelliget timorẽ Domini, hoc
eſt, quanto timore concuti debeat amittẽdi
hunc theſaurum, quem inter tot difficulta-
tes occultari voluit Deus. Fodiat fide, fo-
diat ſpe, ac cupidine tanti boni, & ſic inue-
niet hãc ſcientiam Dei, immò ſapientiam,
quam nemo Principum huius ſæculi (id eſt
Philoſophorum) agnouit. Eſt enim theſau-
rus iſte, flos inter ſpinas reconditus. Non te
deterreat ſpinea corona: inter illã quippè,
floridus Nazareus (ſic enim interpretatur
hæc vox) vel flos ipſe de radice Ieſſe: pla-
cidos ſpirat odores. Inter hæc flagella, ſpi-
nas, clauos, lanceas, ac duriſsimam Crucem;
redolet flos paradiſi cœleſtis. Inter ignomi-
nias has, Ieſus Chriſtus gloria tua ſplendet.
Matth. 4. In fame ipſa, ac quadraginta dierum ieiu-
nio; inuenies Angelorum, ac hominum ſa-
Luc. 19. turitatem. Inter lachrymas illas, quas ſu-
per Hieruſalem, ac in Cruce fudit: verus
Iſaac (hoc eſt Angelorum, ac hominum gau-
Luc. 9. dium, & riſus) inuenitur. Inter illas ignomi-
nias, ac cõtumelias; gloria, & honor æterni
Patris latebat. In illa paupertate, ac indi-
gentia, quam pertulit; ita vt non haberet
vbi caput ſuum reclinaret: theſauri omnes
Dei reconditi ſunt. In illa precioſiſsima
morte; vita æterna eſt. Deniq; ibi fœlicita-
tem reperies, vbi ſumma mundi miſeria ap-
paret quod ſit. Videtur hic voluiſſe Domi-
num Chriſtum, illam rerum orationem fa-
cere voluiſſe; quam refert D. Aug. lib. 11. Auguſt.
de Ciuitat. cap. 18. ex terminis vtiq; con-
trarijs conſtantem. Nam ſicut verbis fit
pulchra compoſitio contrariorum, cùm di-
cimus laudando virgines puellas, quæ ſe
fortiter pro Chriſto morti obtulerunt. Vi-
deres fortitudinẽ magnã, in fragili vaſculo
incluſam; virile pectus in fœmineo corpore;
videres illam inueniſſe, in morte vitam, in
dolore gaudium, in tormentis delitias. Hæc
oratio ex his anthyteſibus conſtans; iocun-
da, ac elegans auribus audientium intonat;
hoc etiam rethorico colore Dominus in
hoc capite vtitur, cùm pauperes, diuites;
flentes, gaudentes: eſurientes, ſaciatos no-
minat. Quo etiam diuino artificio vſus eſt
Paul. 2. Cor. 6. dicens: Per gloriam, & igno- 2. Cor. 6.
bilitatem, per infamiam, & bonam famam;
vt ſeductores, & veraces; ſicut qui ignoti, &
cogniti; quaſi morientes, & ecce viuimus,
vt caſtigati, & non mortificati; quaſi triſtes,
ſemper autem gaudentes; ſicut egẽtes mul-
tos autem locupletãtes; tanquam nihil ha-
bentes, & omnia poſidentes. Cæterũ non
minima admiratio mihi exoritur, quomo-
dò in foribus ipſis, quibus ad ſuam doctri-
nam nobis patet ingreſſus, has nobis diffi-
cultates ſtatuit. Res tàm aſperas propoſuit,
quibus ab ingreſſu potiùs deterreremur, q̃
alliceremur. Nunquid qui te inuitauit in
domum ſuam, lanceatum virum, vel fero-
cem leonem, in ingreſſu collocat, qui te ab
introitu deterreat? Ad doctrinam ſuam nos
inuitat Chriſtus, quomodò ergo famẽ, pau-
periem, lachrymas, ignominias, lanceas,
ſpinas, Crucem, clauos, nobis in ipſo veſti-
bulo collocat; quibus territi potiùs ad fugã,
quàm ad ingreſſum inuitemur? Tamen fra-
tres mei attendite: Res hæ, quas hic nomi-
nat Magiſter noſter Chriſtus, facie tenùs,
aſperæ, ac difficiles videntur: nam intror-
ſum circumſpectæ, non adeò graues ſunt;
nec tàm ferox (vt aiunt) videbitur leo, ſicut
depingitur. In gradibus illis, quibus ad thro
num Salomonis aſcendebatur, in quolibet
gradu duo leunculi; vnus ex vna, alter ex
alia parte ſculpti erant: vt legitur. 3. Reg. 10. 3. Reg. 10.
Attamen leunculi, non leones; depicti, non
tamen viui erant: qui potiùs puerulos,
quã viros deterreãt. Ita paupertas, eſuries,
perſequutio, &c. potiùs ſecundũ imagina-
tionẽ terribiles apparẽt; introrſum quippè
circumſpectę, leunculi depicti videbuntur.
Inerti quippè, ac pigro ſic apparent: fortis

Prouer.26 enim nihil ea veretur. Vnde Sapiens ait: Dicit piger, leo eſt in via, in medio platearum occidendus ſum. In via publica, qua omnes abſque pauore tranſeunt; exiſtimat piger, quod ſit leo, qui eum diſcerpere debeat; & in medio platearũ, vbi omnes ſecuri in ſuis negotijs incedunt; putat iners, quòd ibi occidendus ſit. Sic tepidus, ac piger Chriſtianus; virtutis viam per quã plurimi iter egerunt, & non ſolùm non perierunt, immò & ſalutẽ conſequuti ſunt, exiſtimat ſibi impoſsibilem, ac exitioſam eſſe. Nonnè per eã tranſierunt pueri, & puellæ, iuuenes, ac ſenes? Quid tu barbatus homo trepidas? Quid vereris? Quid times? Nunquid non vides puerulum illum, adhûc ante ætatis ſuæ incrementa, ieiunijs, vigilijs, ac alijs carnis macerationib⁹ vacare; & tamen ſanum, pulchrũ, ac corpulentum apparere? Hoc fuit phantaſma illud quod D. Auguſt. à ſua conuerſione deterrebat; exiſtimans ſe nõ poſſe ea, quæ in lege noua videbat præcepta, atq; conſilia adimplere. Tamẽ ſubitò ei Matrona quædã nobilis apparuit, quæ ſub velamine multos vtriuſq; ſexus iuuenculos, ac maiores, recõditos habebat: ipſum Auguſtinũ inertiæ, ac deſidiæ cauſans, dixit: Quid times, ô homo? Quid in te ſtas, & non ſtas? Quæ te hæc vana inſomnia terrent? Et eleuans velum, omnem illam multitudinem puerorũ, ac puellarum oſtendit, dicens: Nunquid tu barbate vir, nõ valebis facere quæ iſti pueruli, gratia Dei adiuti geſſerunt? Vide Agnetẽ tredecim annorũ tyrannum, ac tormenta ſuperantẽ. Aſpice puerulos Iuſtum, & Paſtorem libẽter ceruices percuſſori porrigẽtes pro Chriſto. Intuere reliquos iuuenes eremiticã vitam, per multos annos intrepidè duxiſſe. Cur tu eodẽ cõfiſus auxilio, nõ eadẽ, immò & maiora valebis efficere? Igitur virtus primo aſpectu terribilis apparet: nam poſteà potiùs allicit quàm deterreat, ſecundũ illud teſtimonium

2. Cor.6. Paul. proximè citatũ: Quaſi mortui, & ecce viuimus; quaſi egentes, multos autẽ locupletãtes: quaſi triſtes, ſemper autẽ gaudentes, &c. Quaſi, dicit (ait) hic D. Th. quoniã

D. Thom. mala præſentis vitæ nõ omninò mala ſunt, ſed quaſi, hoc eſt, facie tenùs; ita timidis apparet, cùm tamẽ, ineffabilia ſecũ afferebat bona: eo modo loquendi, quo dicere ſolent homines, cùm aliquis alteri ſimilis eſt, *Caſi quiſo ſer eſte aquel.* Vnde, & de Chriſto dicit Ioan. quòd fecit quaſi flagellũ, vt eijce-

Ioan.2. ret ementes de tẽplo. Quaſi flagellum, dicit: quoniam huius vitæ pœnæ, ac flagella, non omninò talia ſunt, ſed quaſi, quia ita apparent, ac uidentur eſſe. Leunculi depicti, ſimilitudinẽ tantùm malorũ habent, ac vmbram; niſi quòd te tanquã puerulum ipſa tantùm vmbra deterret. Quãdo Moy- Exod. 4.
ſes virgã proiecit à ſe, verſa eſt in colubrũ, ita vt fugeret Moyſes: cæterum quando aſſumpſit, & tenuit in manu: virga tantũmodò apparebat; quoniam virtus ſi in manu, hoc eſt, in opere eam habueris, virga directionis tibi erit, qua opera tua dirigas; quod ſi eam à te proieceris, tunc ſerpens apparebit, & ab ea fugies. Id eſt clariùs dicere: virtus exercitata facilis eſt, quæ extra exercitium grauis apparet: præcipuè, quia bona opera ſecũ afferunt præmium ac mercedẽ, quam cuiliber adiungit Chriſtus: vt ad talem mercedem aciem dirigentes reliqua faciliora nobis, ac planiora videantur: Ecce enim merces eius cum eo, vt ait Eſaias. Eſai. 40.

Videns autẽ Ieſus turbas, aſcendit in montẽ. Alia moralitas ſeu concio.
Chryſoſt. in imperfecto ſuper hunc locum ait: Solent artifices, ſi quando in materiam ſuo opificio accommodã incidunt, lætari. Nam artifices periti, vt aurifices, ſi rubentẽ ſmaragdũ, aut flãmeſcentẽ carbunculũ viderint, geſtiũt, & anulo aureo inſculpũt. Et ſtatuarius, ſi cedri, ac cupreſsi lignũ videat, gaudet ſe inueniſſe ſuæ artis materiam, qua pulchrã imaginẽ fabricet. Sic & prædicator, cùm videat ad ſe euntes turbas, maximo afficitur gaudio: quoniam materiã præſentem videt, in qua ſuam artẽ oſtendat, vt in eis vel Chriſtũ inſculpat, vel ex eis ſimilitudinem imaginis eius formet. Et ſicut Similia.
agricola videns terrã ſuo aptam ſemini, geſtit, ac mirificè delectatur: & ſicut aquila â longè videns eſcam, toto impetu ad eã rapiendã deſcẽdit: equumq; in curſu iam poſitum, nullus impedire valet; Sic Chriſtus conſpecta turba, quaſi oblata dicẽdi materia, protinùs aſcendit in montẽ, vt doceret. Quare nõ vanitati prædicatori ſemper tribuendum eſt, ꝙ velit ſibi multos aſsiſtere auditores; ſed aliquãdo prudẽtia erit id expetere: nec enim Euangelicum granũ adeò vile, ac infrugiferũ eſt, vt inter lapides ſeminandum ſit, ſed in cordibus hominũ figendũ. Etiam dicitur: Videns turbas aſcendiſſe in montẽ: quoniam videre Dei eſt approbare, vt in Gene. dicitur: Reſpexit Deus Geneſ. 4.
ad Abel, & ad munera eius, ad Caim autem, & ad munera eius non reſpexit; quod clariùs exponens Sapiens, ait, Prouerb.25. Prouer. 25

Munera

Munera impiorum non probat altiſsimus,
Abacu.1. nec reſpicit oblationes ipſorũ. Et Abac.1. Mundi ſunt oculi tui Domine, ne videant malum, & ad iniquitatem reſpicere non potes. Præterea quia ſæpe Deus dicitur eos reſpicere, quibus incipit auxiliari; ita vt Dei aſpectus ſit, quaſi initium diuinæ beneficiẽ-
Simile. tiæ. Nam ſicut ſol, qui eſt veluti mundi oculus, herbas, & cætera ſublunaria, ex illius beneficio dependentia, tunc perficit, cùm præſentia ſua ea aſpicit, ita Deus tunc auxiliari nobis incipit, cum pulcherrimos il-
Exod.4. los ſuos oculos ad nos conuertit. Qua phraſi vſus eſt Dominus, cùm Exod.4. dixit: Videns vidi afflictionem populi mei, qui eſt in Ægypto, & deſcendi liberare eum. Et
Pſal.10. Pſalm.10. Oculi Domini in pauperem reſpiciunt, & quoniam volebat his turbis beneficia ſuæ ſalutaris doctrinæ conferre; ideò dicitur vidiſſe eas.

Aſcendit in montem. Hic mons (vt diximus) fuit mons Thabor, & in Pſalm. dicitur: Thabor, & Hermõ in nomine tuo exultabunt. Olim ex hoc monte; Delbora & Baracha, ad dimicandum contra Siſaram deſcẽderunt, atque ipſum manu valida profligarunt, & circa Hermon contigit illud mira
Iosue.4. culum, quod Ioſuę. 4. narratur, nempe quãdo ad ingreſſum arcæ in Iordane, aquæ ſteterunt, & in tumulum elatę ſiccum tranſitum per Iordanis alueum populo Dei fecerunt. Sed quid opus eſt ad antiqua confugere, cùm de futuro vaticenetur Propheta di-
Pſal. 88. cens, Thabor & Hermõ in nomine tuo exultabunt? Thabor enim exultat, videns Domi-
num ſuum in ſpecie gloriæ transfiguratum,
Matt.17. coram tribus diſcipulis ſuis, ac ipſius eccum Patris vocem reſonantem, qua illum ſuum naturalem filium noſtrumq; præceptorem annuntiauit, modoque eius argenteam vocem audiens, quę toti mundo talia, ac tam magna intonat verba. Hermon autem iux-
Marc.3. tã Iordanem ſitus exultauit, cùm Dominũ Ieſum baptizatum, in Iordane vidit, in quo & vox eadem Patris intonuit, atque cœlos apertos, & Spiritum ſanctum ſicut columbam ſuper ipſum deſcendentem conſpexit. Super montem aſcendit, vt oſtenderet celſitudinem huius doctrinæ, quam ibi prædi-
Pſal.35. cauit, ſecundum illud Pſalm. Iuſtitia tua, ſicut montes Dei. Hoc eſt, iuſtitia illa, quam ibi prædicauit, exuberans iuſtitiam Scribarum & Phariſeorum, magna & inacceſsibilis humanis obtutibus eſt, niſi fidei lumine ſubleuentur, ſicut montes Dei, hoc eſt magni & pulchri: phraſis enim Scripturæ eſt, ea quæ ſunt magna, Dei nuncupatione vocare, ſicut in communi vſu loquendi magnas res, regales dicimus; ſic enim intelligunt
quidam illud Geneſ. Videntes filij Dei, id Geneſ.6.
eſt, magni ac incliti, filias hominum. Vel dic, In montem excelſum aſcendiſſe Dominum, ad prędicandam Euangelicam legem, quæ toti mundo promulganda erat: ideo in loco ſublimi vt ab omnibus audiri, ac videri poſsit, aſcendit. Moyſes quidem; legem in monte accepit, quam illi populo promulgauit; tamen velamen erat poſitum ſuper faciem eius, vt oſtenderet quod lex illa nemi-
nem ad perfectum adducebat, vt Paul. do- Ad Hebr.
cet; non enim ad viſionẽ diuinæ faciei per- 9.
ducebat, ſicut lex hæc noua, quam Chriſtus in montem excelſum aſcendens Euangelizat, & ideò in loco communi diſcooperta facie, oſtẽdens vſque ad Dei viſionem perducere, obſeruantiã legis ſuæ. Secũdò propter myſterium quod hic Chryſoſt. docet: Chryſoſt.
Quoniam prædicator debet culmen virtutum aſcendere, vt omnes in illum intendere poſsint, quemadmodum Paulus docet. 1.
Timoth. 4. nemo enim poteſt in valle ſtare, 1. Timo. 4
& de monte loqui: ſed aut vbi ſtas, inde loquaris, aut vndè loqueris ibi ſta. Si in terra eſt animus tuus, vt quid de cœlo loqueris? ſi autem de cœlo loqueris, ibi conſiſte, vt poſ-
ſis dicere cum Paulo: Conuerſatio noſtra Ad Philipen.3.
in cælis eſt, & populus etiam debet aſcende re in montem: quia diſcipulus imitator debet eſſe magiſtri, ſicut Paulus docet: Imita- Ad Philipen.3.
tores mei ſtote, ſicut & ego Chriſti. Qui artem pingendi alium docet, eaſdem lineas Simile.
quas ducit magiſter, & diſcipulus imitatur: aliàs nunquam artem illam addiſceret. Sic & diſcipulus, operibus debet ea quæ magiſter docet imitari. Quod ſi tu diſcipulus in monte virtutum fueris, & prædicator docens, in valle terrenarum cupiditatum; melius audies vocẽ eius, è loco ſuperiori, nam vox ſurſum aſcendit. Si autem tu in valle, & docens in monte, euaneſcet vox prædicantis, atq, per aërem diſperſa, ad aures cordis tui non peruenietur. Vel, Aſcẽdit in montem, hoc eſt, in Eccleſia ſua, de qua dicitur: Mons Domini, mons pinguis. In hoc enim Pſal.67.
monte veritas Chriſti docetur; & in hoc mõte cõſiſtere debet, qui audire vult Chriſtum. Sunt enim montes hæretici, non vberes, ſed coagulati, de quibus dicitur Pſalm. Pſal.67.
67. Vt quid ſuſpicamini, vel: Vt quid ſuſcipitis (vt legit Chryſoſt.) montes coagulatos. Chryſoſt.

Quia coagulatum eſt ſicut lac cor eorum, vt verba veritatis percipere non valeant, nec alia doceant, niſi quæ carnis ſunt. *Et cũ ſediſſet.* Sedere in ſacro eloquio multiplicẽ habet ſignificationem. Sedere enim eſt agere perſonam Principis aut iudicis, vel exercere officium iuridicæ poteſtatis. Exod. 11. A primogenito Pharaonis, qui ſedet in ſolio eius, id eſt. Qui ipſi Pharaoni in regia poteſtate eſt ſucceſſurus. Exod. 18. Sedit Moyſes vt iudicaret populum. Eſai. 9. Super ſolium Dauid ſedebit; vt confirmet illud, atque corroboret. Sedit ergo Chriſtus, tanquam Rex & legiſlator, & iudex ad ferendam Euangelicam legem, ſicut rex in comitijs ſedet, in throno ſancitur leges, quæ ad regni ſui vtilitatem, & pacem conducant. Sedere etiã in ſacro eloquio, ſignificat ipſius ſedentis dignitatem, vt Eſai. 6. dicitur: Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum. Et cap. 14. aiebat Lucifer: Sedebo in monte teſtamenti, in lateribus aquilonis, ſimilis ero altiſsimo. Sedit ergo, vt dignitatẽ, & maieſtatem; quam habet Eccleſia preſeferat. Vndè Auguſtinus hunc locum exponens lib. 1. de ſermone Domini in mõte ait: Sedere, ad dignitatem ſedentis pertinet. Hinc forte mos inoleuit, vt Epiſcopi ſedentes prædicent verbum Dei: quoniã hoc annexum eſt ſuæ dignitati, quam ſedẽtes manifeſtant; ſicut & dicebantur ſedere ſuper cathedram Moyſi, illi quibus ex officio incumbebat legem Moyſi ſcriptam interpretari. Sedere quoq; (Scripturæ diuinæ phraſi) ſignificat quietem, & tranquillitatem. Cant. 2. Sub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi. Ideſt, quieui. Et Eſai. 33. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, &c. Mich. 4. Sedebit vnuſquiſq;, ſubter vineam ſuam, & ſubter ficum ſuam. Et Luc. vltimò: Sedete hic, donec induamini virtute ex alto. Igitur vt oſtẽderet Dominus legem ſuam obſeruatoribus adferre animi quietem; & tranquillum, ferenumq; animum conferre, ſedens docet illam; & forte hinc mos increuit, vt iudices pro tribunali ſedentes ſententiam ferant, & non ſtantes: quoniam tranquillo animo, ac ſereno iuditium debent facere, non quaſi turbulẽti iudicare. Quare Ariſto. 7. Phiſi. ait: quod in ſedendo & quieſcendo fit animus ſciens & prudens. Et Eccleſ. 11. dicitur: Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum conſedere illum fecit. Sedere præterea ſignificat ſtabilitatem, & immutabilitatem, & firmitatem. Sedit ergo Chriſtus, vt monſtret Euangelicam legem eſſe immutabilem. Vndè Exod. 24. Vidit Moyſes Deum loquentem ſibi, & ſtantem. Qui ſitus erat quaſi tranſeuntis, & tranſmigrantis: nam lex illa antiqua trãſferenda erat in nouam, nam tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt, vt & legis tranſlatio fiat. Quapropter Cherubim, qui arcam veteris teſtamenti ſuſtinebant, pingebantur alati: alæ enim ſunt ſignum tranſuolantis. Nã (vt Ioſephus refert libr. 4. de bello Iudaico) paulò ante Hieroſolymitarum excidiũ, auditæ ſunt voces in tẽplo dicentes: Mutemus hanc ſedem. Quare Paul. Hebr. totam illam legis veteris ſuppellectilem; mobilia bona vocat. Sedet autem Chriſtus, non in Salomonis templo, aut in Synagoga, ſed in monte Thabor: qui (vt iam diximus) erat ex omni parte rotundus, & totius orbis ſimulachrum repræſentabat, vt oſtenderet ſuam legem ad omnes pertinere, & quod per totum terrarum orbẽ promulganda erat. Vltimo (vt Hierony. placet) ſedet Chriſtus, vt hac Seſsione oſtenderet humanam naturam ſuſcepiſſe, & exinaniſſe ſemetipſum in forma mortali, vt cõmodius homines docere poſſet. Anteà enim aſcendebat ſuper Cherubim, & volabat, ſuper pennas ventorum, ponebatq; tenebras latibulum ſuum. Quis enim ad eum in ſtatura ſuæ diuinitatis ſtantem accedere, vel poſſet, vel auderet? Sed nunc homo factus viſibilis, & tractabilis ſedet, vt ad eum poſsimus accedere, vt etiam hoc exemplo inſtrueret homines, & præſertim Doctores, & concionatores, vt accommodarent ſeſe, ac obtemperarẽt auditorum captui: Paul. namq;. 1. Cor. 9. de ſe aiebat: Omnibus omnia factus ſum, vt omnes lucrifaciam: Sapiẽtiam loquebatur inter perfectos: paruulis lac prębebat. Viri enim docti ſali comparãtur, quòd ciborum naturam, & ſaporem non mutat: ſed condit, ac perficit; ita Doctores, & concionatores oportet, vt hominum ſtatus non mutent, ſed Euangelica condiant, & perficiant doctrina. Vnde Iob. 26. de Deo Dicitur; Quod ligat aquas in nubibus, ne pluant pariter deorſum. Hoc eſt; Verba in prædicatoribus tenet quaſi ligata, ne efluant verbis, ſuprà auditorum captum. Et Iob. 39. Nunquid obſeruaſti parturientes ceruas? Incuruantur ad fœtum, & pariunt. Hoc eſt, prædicatores qui fœcundi in populo volunt eſſe, debẽt incuruari, & accõmodari captui audientiũ ſicut

Exod. 11. *Exod. 18.* *Eſai. 9.* *Eſai. 6.* *Eſai. 14.* *Auguſt.* *Cant. 2.* *Eſai. 33.* *Luc. vlti.* *Ariſto.* *Eccli. 11.* *Exod. 24* *Hebr. 7.* *Exod. 25.* *Ioſeph.* *Hebr. 12.* *D. Hier.* *Pſal. 17.* *1. Cor. 9.* *Iob. 26.* *Iob. 39.*

ſicut Heliſæus. 4. Reg. 4. Vt ſuſcitaret puerum mortuum incuruauit ſe ſuper illum; & adiungit os ori, oculos oculis pueri, vt hac ratione reuiuiſceret, & initia vitæ pueri fuerunt, & quod aperti ſunt oculi eius, & quod aperuit os, & oſcitauit ſepties. Nam tunc & aperiuntur oculi peccatori, vt videat peccata ſua, & aperto ore perfectè ea confiteatur. Nam ſeptenarius numerus perfectionem ſignificat. Igitur cùm ſediſſet Chriſtus, cum ſe diuinitas noſtræ ſe humilitati ſimilem fecit, protinus ad eum accedere audent homines. *Acceſſerunt ad eum diſcipuli eius.* Vt omnes intelligant Deum in humana natura, iam non perterrere homines, & reuocare ab acceſſu, ſed per regium Prophetã. Pſal. 31. dicere: Venite filij audite me timorem Domini docebo vos, & Pſalm. 33. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies veſtræ nõ confundentur. Vndè & Eſai. prædixerat. Erit præparatus mons domus Domini in uertice montium, & eleuabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes. Fluent, ait: id eſt. *Deſlizarſelehan.* Ad ſimilitudinẽ aquę è ſummis rupibus magno impetu defluentis. Nam licet aqua potius deſcendat, de mõtibus quam aſcendat, tamen etiam ſequitur ortũ ac manale ſuum, vnde tãtum aſcendit, quantum & fons vnde emanauit aſcenderit. Fons autem, & initium omnium rerum, verbum Dei eſt, vnde populi quaſi aquæ (nam aquæ multę populi multi) ortum ſuũ ſequebantur, & eo aſcendente, cũ eo aſcendebãt, & cũ eo deſcẽdẽte ſimiliter deſcẽdebant, quemadmodum de illa herba, quæ Græcè Helyotropion dicitur, Latinè Soliſequium, Hiſpanè, *Tornaſol*, Plinius refert, quod ſemper ad aſpectum ſolis vertitur, & cum eſt ſol ad Orientem ibi aſpicit, ſi ad Meridiem, vel Septentrionem, ibi verſa facie ſolem ipſum circunſpicit, nam ab eo vitam, & viriditatem mutuatur. Sic homo ad Deum factorem ſuum aſpicere debet, à quo omnia ſibi bona proueniunt; & ideo turbæ hunc iuſtitiæ ſolem, vbicumque properabat ſequebantur, aſpicientes in authorem, & conſumatorem fidei Chriſtùm Ieſum. *Acceſſerunt ad eum diſcipuli eius.* Olim cum Deus in monte Synai dedit legem fugit populus ad tabernacula ſua, & opertis capitibus, non audebat aſpicere in montẽ: nunc autem cum eo aſcendũt in montem: & (quaſi audientes verum Ioſeph dicentem fratribus ſuis: Accedite ad me, & nolite timere: pro ſalute enim veſtra miſit me Dominus ante vos) depoſito metu, ad eum accedentes, cum eo ſedent, vnde Paul. Hebr. 12. Sic hęc effatur myſteria dicens: Non acceſsiſtis ad intractabilẽ montem, & inacceſsibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ ſonum, & vocem verborum; quam qui audierunt excuſauerunt ſe ne eis fieret verbum: non enim portabãt quod dicebatur; etſi beſtia tetigerit montem lapidabitur, & ita terribile erat quod videbatur, Moyſes dixit: Exterritus ſum & tremebundus: ſed acceſsiſti ad Syon montem, & ciuitatem Dei viuentis Hieruſalem cœleſtem & multorum millium Angelorum frequentiam, & Eccleſiam primitiuorum, qui conſcripti ſunt in cœlis, & iudicẽ omnium Deum, & ſpirituũ iuſtorum perfectorum, & teſtamenti noui mediatorem Ieſum, & ſanguinis aſperſionem, melius loquentem quam Abel. *Acceſſerunt ad eum diſcipuli eius.* Prius diſcipulos ſuos hanc doctrinam docuit, deindè deſcendit, vt doceret eam populo: quoniam prius Eccleſiæ Doctores, & miniſtri; inſtructi debent eſſe, in heroicis operibus virtutum, & deindè ea docere populũ. Nã in lege præcipiebatur, vt Leuitæ vaſa tabernaculi proprijs humeris prius ferrẽt, deindè ea oſtenderent populo: quoniã prius ſuper proprios humeros legem Dei ferre debemus, quam illam populo proponamus, vt depoſito metu oneris quod nos alacriter vident portare, etiam ipſi humeros ſuos legi Dei ſubijcere velint. *Et aperiens os ſuum docebat eos dicens:* Os in ſacris literis aliquãdo accipitur pro ipſo ſermone, qui ab ore profiſciſcitur, tanquã à proprio inſtrumẽto & organo, vt eſt illud Iob. 9. Si iuſtificare me voluero; os meũ cõdẽnabit me. Et Luc. 12. Ex tuo ore te iudico ſerue nequã, id eſt, *Por tuſpalabras:* Aperire ergo os, in hac ſignificatione eſt initiũ loquẽdi facere, preſertim poſt diuturnum ſilentium. Quare aperire os ad dicendũ, eſt magna cũ conſideratione loqui, nõ in vanũ verba proferre, veluti amici Iob: nam abſq; præuia conſideratione loqui, eſt effutire, hoc eſt quaſi fracto vaſe fictili aquã inconſiderate effundere. Attamen verba ſapientium ſtatera ponderabuntur (ait Sapiens) & alibi: Cor ſtulti in os eius, os autem ſapientis in corde. Prius conſiderans quæ dicat quam loquatur. Hinc exortum habuit proloquium illud: Verba prius veniant bis ad limam, quam ſemel ad linguam. Nam os iuſti meditabitur ſapientiam, & deinde lingua eius loquetur iudicium; quoniam lex Dei

4. Reg. 4. *Pſal. 31.* *Pſalm. 33.* *Eſai. 2.* *Simile* *Simile.* *Plinius.* *Exod. 19.* *Gene. 45.* *Ad Hebr. 12.* *Genes. 4.* *Iob. 9.* *Luc. 12.* *Eccleſ. 21.* *Eccleſ. 21.*

Dei eius, in corde ipſius: prius in corde quã
Iob.3. in ore. Quare de Iob dicitur: Poſt hæc aperuit Iob oſ ſuum. Hoc eſt, poſt diuturnã conſiderationem, & animaduerſionem, ad dicendum. Et quidem Deus nullam rem tanta attentione ac præmeditatione effeciſſe videtur, quam hominum ſanctificationem. Cætera quippe opera, tanquam ludens vi-
Sapiens.8 detur feciſſe, ſecundum illud Sap.8. Ludens coram eo, ludens in orbe terrarũ. Cæterum homines ſanctos efficere, magna cum conſideratione operatus eſt. Cætera ipſe dixit,
Pſal.148 & facta ſunt: vocata ſunt, & dixerunt ad ſumus; ſed ad hominum iuſtificationem multa prius meditatus eſt. Anteà enim per Prophetas, & amicos ſuos, id oſtenderat; ſed poſteà ipſemet filius, qui verbum Patris eſt, nos ea docuit, quæ ad iuſtificationem noſtram conducebant. Quod & Euangeliſta, non abſque magna conſideratione nobis inſinuat dicens: *Aperiens os ſuum docebat eos*. Os quippe Chriſti inſtrumentum erat coniunctum diuinitati, per quod diuinitas ipſa loquebatur: Vndè infrà dicitur: Ape-
Matth.13. riam in parabolis os meum; eructabo abſcondita à conſtitutione mundi. Ea enim eructamus; quę diù iam in ſtomacho fuerũt. Ab origine autem mũdi, immò & ante mundi conſtitutionem, hæc omnia Deus verſauerat in corde ſuo, & per Prophetas prædixerat. Nec hoc ſatis fuit ad tantum negotium quale eſt hominum ſanctificatio; ſed cùm multipharie multiſque modis, olim Deus loquutus fuiſſet Patribus in Prophe-
AdHebr. 1. tis: nouiſsimè diebus iſtis loquutus eſt nobis in filio, quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſæcula. Et hoc fuit ſponſæ deſiderium, cùm poſt diuturnum ſilentium, quaſi ex improuiſo loquitur
Cant.1. dicens; Oſculetur me oſculo oris ſui. Iam Moyſi verba, quæ per omnem Sabbatum leguntur, meum obtundunt caput; iam Prophetarum voces, meas obſurdeſcunt aures, nec hæc omnia meum deſiderium adimplere valent; niſi ipſe me oſculo oris ſui deoſculetur. Hoc eſt, verbo ipſo, quod de ore ſuo procedit ad me alloquatur, & os ad os in monte, quaſi ſolet homo loqui ad amicum ſuum, ipſummet verbum mihi verba faciat, & oſtendat mihi faciem ſuam. Sonet vox ſua in auribus meis: quoniam vox eius dulcis, & facies ſua decora. Nequaquam quippe vocem eius aſpernabor, vt olim in
Exod.20. Synai fecit populus, dicens: Non loquatur nobis Dominus, quin potius id totis viſceribus opto, vt oſculo oris ſui me oſculetur, oris ſui verba meo cordis ori imprimantur, vt ſic ſpiritus ſuus, meo etiam ſpiritui iungatur, vt ſic ſpiritu labiorum ſuorum interficiat impietatem, quæ in ſpiritu meo à primi parentis ore inſufflata eſt. Deſiderabat quidem ſponſa oculatum habere teſtem, (& non ſolum ex auditu, quemadmodum & fuere reliqui Prophetæ) qui ex viſu enarraret, ea quæ tantopere ſponſa deſiderabat ſcire, quod deſiderium, etiam Iob expreſsit cùm dixit; Atque vtinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia ſua tibi. Hic autem teſtis oculatus Chriſtus fuit, de quo Ioannes teſtimonium perhibuit dicens; i. Ioan.4. Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit. Et ipſe Ioan Ioann.3.
nis.3. dixit ad Nicodemum. Amen dico tibi, quia quod ſcimus loquimur, & quod vidimus teſtamur. Aperuit ergò oſ ſuum, & effudit flumina gratiarum; nam (vt de eo refert Lucas) Mirabãtur omnes; de verbis gra Luc.4.
tiæ, quæ procedebant de ore eius. Quod Ge Geneſ.29
neſ.29. adumbratum eſt, quando Iacob perueniens Meſopotaniam Syriæ, ad conſpectum pulcherrimæ illius Rachelis, circũuoluit lapidem quo operiebatur puteus, & Figura
oũibus præſtitit largum potum, qui & oſculatus eſt eam. Chriſtus namque aperiens oſ ſuum, aperuit etiam puteum illum aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano, exhibuitque exuberantem potum omnibus ouibus ſuis; atque ſic ore ad os loquens deoſculatus eſt pulcherrimam Eccleſiam ſuam. Apocalypſis.4. Ioannes in ſpiri Apoca.4
tu raptus, vidit in cœlo oſtium apertum, & ibi vidit thronum, & in medio throni agnum ſtantem tanquam occiſum, librumq; ſignatum ſigillis ſeptem, quem ſolus agnus aperuit. Hæc ſeptem ſigilla libri ſignati aperuit Chriſtus, cum has ſeptem beatitudines docuit, per quas adquirimus ius ad æternam hæreditatem. Olim Deus loquebatur quaſi ore ſemicluſo *Entredientes*. Nunc vero clariſsime loquitur, aperto ore in monte altiſsimo atque rotundo. Et olim quidem effundebat nobis Deus in lege ſcripta ſpiritum timoris, quoniã ſpiritus exiens ex ore ſemicluſo, frigidus eſt ac tenuis, nũc autẽ aperto ore exhalat nobis, & aſpirat ſpiritũ charitatis & filiorũ Dei. Vnde Pau.2.Cor.5. vt exprime 2. Cor.5.
ret ardentiſsimũ affectũ, & amorẽ quo flagrabat erga Corinthios dixit: Os meũ patet advos ò Corinthij, cor meum dilatatũ eſt ad vos. Quod ergò Chriſtus aperto ore loquitur,

tur, oſtendit ardentiorem affectum erga generis humani ſalutem, cui cõſulit per legem Euangelicam. Licet aperire os etiam denotet attentionem, quam præſtare debent audientes magno magiſtro, ita vt ab ore illius
Quintil. pendeant (vt Quintilianus docet) expectãtes quando aperiat os ad loquendum, vt nec verbum aliquod ab eius ore excidat, quin colligant ipſi, atque in armariolo pectoris ſui recondãt. Quam attentionem ſa-
Prouer.8. pientia poſtulat Prouer. 8. cùm dicit: Audite quia de rebus magnis loquutura ſum, & aperientur labia mea, vt recta prædicent. Nam ad magnas ſententias dicendas debet ſapiens aperire os ſuum: Sola autem diuina ſapientia de rebus magnis diſſerit, ac loquitur: nam ſcientiæ ſæculares non de rebus magnis, ſed de minimis ſermonem faciunt, vt Seuerinus Boetius lib. 2. de conſolatione
Boetius. proſa. 2. validiſsimis argumentis innititur comprobare. Hæ enim ſcientiæ ſæculares, magis bonis fortunæ, quam bonis gratiæ inſiſtunt, cùm tamen hæc illis in infinitũ ſint
Suetonius maiores. Suetonius lib.7. de vita Imperatoris Galbæ narrat, quod Imperator ille Galba ſomniauit ſemel fortunã ante fores ſuas ſtare, cuius ære ſimulachrum, ſed magnitudo minor cubito, inſtareque, vt ingreſſus ei daretur, quod niſi citò fieret, cuicumque ſe volenti prædam fore. Nam omnia bona fortunæ minima ſunt, atq; inſtabilia, celerique fuga recedunt. Nam quantũuis ſplendidam ſe oſtendat fortuna, atque ex ære ſolidiſsimam ſe eſſe mentiatur: tamen quaſi ſomnus celeriter euaneſcit, fugaciq; curſu ex hoc
Seneca. in illum transfugit. Vndè & Seneca dicit in Prouerbijs. Fortuna quamuis videatur ærea, eſt tamen vitrea, & quamuis perſpicuè ſplendeat; facile tamen frangitur. Verum eſt tamen quod communis huius loci expoſitio hæc eſt, quod Deus qui olim aperiebat ora Prophetarum, nũc aperit os proprium.
Chryſoſto. Theophil. Nec diſplicet expoſitio Chryſoſt. & Theophila. qui dicunt, quod Chriſtus per totam vitam docebat exemplo; factis, & miraculis: nunc autem incipit docere ſermone & voce. Tenuit Chriſtus ſilentium triginta annis, in illo autem ſilentio maxima docebat: nunquam enim Chriſtus minus erat ocioſus, quam eo tempore quo ocioſus videbatur. Nunc autem loquitur, vt diſcant Doctores, & prędicatores diuturnum amare ſilentium, in illo enim ſilentio magna vis compa
Gregor. ratur loquendi, D. Gregor. lib. 4. cap. 4. in Iob ſic dicit: Scriptura ſacra in his quæ tenuiter præmittit, reuerenter expectanda indicat. Sicut enim clauſa vaſcula, quid intus habeant ignoramus; aperto vero ore vaſculorum, quid intrinſecus cõtineatur agnoſcimus; ita ſanctorum corda quæ clauſo ore occulta ſunt, aperto ore deteguntur, & cùm cogitationes detegunt, os aperire referũtur, vt intẽta mente, quaſi apertis vaſculis, quid intus contineatur feſtinemus cognoſcere, ac nos metipſos eorũ intimo recreare odore. Et vt plenius Scripturæ phraſim agnoſcamus, ſcito quod etiam os in Scriptura ſũmitur pro imperio, nam Geneſ. 40. Vbi vul Geneſ.40
gata æditio legit: Ad oris tui imperiũ omnis populus obediet, Hebręus legit: Os tuũ omnis populus exoſculabitur, hoc eſt, tibi obediẽt. Sumit etiã os pro interprete. Exod.4. Aarõ frater tuus ipſe erit os tuũ, & quidẽ ſi Exod.4.
pro imperio vſurpetur, idem erit Chriſtum aperire os, quod legem Euangelicam promulgare, præcipere, & imperare. *Docebat eos dicens*: Docere dicitur Chriſtus (vt Caietan. & Ianſe. adnotant) vt ſignificaret Euã- Caietan.
geliſta diſcrimen inter legem Moſaycam Ianſen.
& Euangelicã: quòd illa lex dicebatur, quaſi ligamen; quoniam peculiari Dei arbitrio pro ſtatu illo inſtituta eſt, & homines ligabat, erantq; quæ præcipiebat lex antiqua, non omnia natura ſua honeſta, ſed quędam erant indifferentia, hoc eſt, ideò mala quia prohibita, ideò bona quia imperata. Hæc vero noſtra lex nihil præcipit, aut conſulit, quod nõ ſit natura ſua honeſtum, nihil prohibet quod non ſit turpe, aut culpabile natura ſua. Vndè Pſalmus.18. huius rei excel- Pſal.18.
lentiam prędicans, dicit: Lex Domini immaculata conuertens animas, teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis: Præceptum Domini lucidum; illuminans corda. Quare lex Euangelica, doctrina dicitur: quia non quæ ex arbitrio, ſed quæ ipſa natura docet, continet in ſe. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum*. Primò ſciẽdum eſt ex D. Thoma, in.q.68. D.Thom.
primę. 2. Beatitudines has nõ eſſe habitus Ariſto.
ſed actus: quoniã Ariſt. 2. & 3. Ethi. expreſſe docet, quod beatitudo non conſiſtit in habitu, ſed in actu, & operatione; aliàs dormiẽs, eſſet fœlix & beatus. Ergo beatitudines Euãgelicę non conſiſtunt in habitu, ſed in actu. Et etiam quia beatitudo in ſpe eſt moueri ad illam per meritũ, & egregiã operationẽ: hoc vero in actu cõſiſtit. Quare beatitudo dicit quid excellentiſsimum, & gradum heroicum in actu virtutis; non enim dicũtur beati

beati liberales, aut qui non furantur, vel qui ſeruant iuſtitiam, ſed illi qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam. Quare non quælibet virtus eſt beatitudo. Nã quamuis vniuerſus actus virtutis ſit meritorius; non tamen facit certam ſpem beatitudinis, hanc ſolum generat actus egregius, & heroicus: quem qui habet regulariter in gratia moritur. Ex quibus (ſi bene expendantur) efficaciter concluditur, quod beatitudines Euangelicæ, nec ſunt dona, nec virtutes, ſed ſunt actus virtutum, ſeu donorum, per quos certã cũ ſpe ad beatitudinis conſequutionem ferimur. Sic paupertas ſpiritus, ſic luctus pariter dicuntur beatitudines. Vel dicuntur ſic, quia ſunt veluti quædam vitæ beatæ inchoationes, & præguſtationes: quia hic quoddammodo poſsident regnum, & veluti illo fruuntur, vt in earum explicatione videbimus.

Beatitudinis diffinitio. Quare beatitudo ſic ſolet hic deffiniri. Beatitudo eſt gratia, non cuicũq;, ſed vero ſapiẽti nota; faciens ad ſuauitatem conſcientiæ, propinqua gloriæ. Quæ deſcriptio ſumi poteſt; ex eo quod D. Ambroſ. dicit in libr. de

Ambroſ. officijs: Dico (inquit) beatam vitam conſiſtere, in altitudine ſapientiæ, ſuauitate cõſcientiæ, virtutis ſublimitate. Nã quod nos dicimus quod beatitudo eſt gratia, non cuicumque ſed vero ſapienti nota, ſumitur ex eo quod ipſe dicit, beatam vitam conſiſtere in altitudine ſapientiæ: nam ad eos ſolum qui habẽt profundam ſapientiam, pertinet cõgnoſcere, quod paupertas, hominẽ

Bernard. beatum efficiat; & ſic de alijs. Vndè Bernard. in ſermonibus: Quid tam abſcondituũ, (ait) quam paupertatem eſſe beatam? Hinc

Matth. 11 illud Matth. 11. Abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, à ſapientibus inquam, huius ſæculi, faciens ad ſuauitatem conſcientiæ, Nam etſi prima facie aſpera hæc videantur, operantibus tamen propter Deũ facillima, immò & ſuauia redduntur. Quod autẽ dicitur: Propinqua gloriæ, manifeſtũ

Auguſt. eſt: quòniam actiones hæ maximè merentur gloriam, vt ex Auguſt. in Enchir. patet, vbi dicit: Ille beatus eſt, qui omnia quę vult habet, nec aliquid vult quod non decet. In his autem qui has heroicas actiones ſequuntur, impletum videmus hoc: quoniam hi nihil indecens appetunt, habent autem omnia quæ volunt, quantum ad bona tranſitoria; quoniam ea contemnunt, & amplius de illis habent quam velint. Sed tamẽ quantum ad bona alterius ſæculi, quodammodo etiam habẽt ea, nempè in ſpe, & ſi non in re, immò & in re fere habẽt ea, propinquitate, vel facilitate perueniendi ad ea. Vnde & pauperum ſpiritu, & eorum qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiã dicit Dominus, iam eſſe regnum cœlorum. ¶ Quæri etiam hic ſolet, an iſti actus harum beatitudinum ſint in præcepto, an verò ſolùm in conſilio. Et ex doctrina Chriſti neutrũ colligitur; videntur tamen potius eſſe conſilia viris apoſtolicis propoſita, quamuis in gradu imperfecto, & communi, ſint in præcepto, in gradu tamen perfecto ſolùm ſunt in

D. Thom. conſilio: De quo videndus eſt D. Thomas 1.2. quæſtion. 69. per quatuor articulos. Soleт item hic dubitari de numero harum beatitudinum: Nam Luc. cap. 6. ſolùm quatuor

Luc. 6. videtur numerare. Hic Matth. octo ponit

Auguſt. beatitudines. D. Auguſt. libr. 1. de ſermone Domini in monte, ſeptem dicit eſſe, vt reſpondeãt ſeptem donis Spiritus ſancti, & ſeptem virtutibus, tribus Theologicis, & quatuor Cardinalibus. Et quidem omnes patres vno ore fatentur, plures eſſe quam quatuor; quia Luc. potius res geſtas à Chriſto narrare intendebat quam verba, & etiam quia ſi alius fuit ſermo, quem in loco Campeſtri habuit ad turbas, illis illa ſolùm propoſuit, quæ ipſi capere poſſent, & eo modo quo illis conuenire poterant: nam diſcipulis tanquam perfectioribus maiora docere conueniebat, & ideò, aliqua omiſit ex his quæ Matth. narrauit. Nihilominus aliqui dicunt eſſe nouem beatitudines, vt reſpõdeant nouem choris Angelorum, ad quos iuſti per has vias, quaſi per gradus conſcendere ſatagunt. Qui cùm ſint nouem in tres Hierarchias diſtributi, ita etiam præ ſe ferunt nouem virtutum gradus diſtributos in tres virtutum ordines, quarum tres priores Paupertas, Manſuetudo, & Fletus, purgatiuę ſunt actiones: Alię tres medię, nempè Eſuries, & ſitis iuſtitię, Miſericordia perfecta, & Puritas cordis, ſunt virtutes purgati animi; tres vltimę, ſcilicet, Pacificatio: Perpeſsio martyrij propter iuſtitiam; & Perſequutio ęquo animo tollerata propter Chriſtum, ſunt virtutes exemplares. Sed quia octaua & nona proculdubio eadem ſunt omnino, non eſt cur nouem eſſe dicantur. Et quidem opinio Diui Auguſtini probabilis ſatis eſt; nã octaua beatitudo potius videtur importare firmitatem & conſtantiam in illis ſeptem virtutibus, quam peculiarem rationem virtutis. Verum quoniam cæteri omnes antiqui

Gregor. Nizę. Hieron. Ambroſ. interpretes, Gregor, Nizę. Hiero. Ambroſ. Hilarius

Hilarius. Theophi. Hilarius, Chryſoſt. Theophil. octo beatitudines numerant, nos & ſeriem Euãgelicam, & illorum veſtigia ſequentes totidem eſſe dicamus. Iſtæ octo beatitudines obumbra-

Ezech. 14 tæ ſunt. Ezechi. 41. in octo gradibus, per quos ad templum aſcendebatur: per octo namque virtutum gradus, aſcendunt viri iu-

Geneſ. 28. ſti ad ſacroſanctum illud templum beato-

Figura. rum. Vidit Iacob ſcalam in ſomnis, cuius infima pars terram tãgebat, ſuprema verò cœlum; Deumque vidit præſidentem, & innixũ ſcalæ, Angeloſq; aſcendentes, & deſcendentes per gradus ſcalæ. Nũc Chriſtus ſcalam nobis inſtruit, diuerſis gradibus virtutum diſtinctam; pars inferior (nimirum, vitæ præſentis officia) terram tangit (nã cùm dicitur beatos eſſe pauperes, mites, &c. officia annotantur, quæ in vita præſenti peragenda ſunt) ſed altitudo ſcalæ mundũ trãſcendit, & cœlos penetrat, illud enim ſignificant verba illa: Quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Et quoniam per has actiones virtutum, Angelicam vitam imitãtur; quid mirum ſi Angelos per eam aſcendentes, & deſcendentes videamus, quaſi ad ſibi ſimiles venientes, & familiariter nobiſcum conuerſẽntur? Nos aſcendimus, eorum poſcentes auxliium; ipſi deſcendunt vt nobis manus adiutrices porrigant. Deus vero huic ſcalæ præſidet; quoniam Chriſtus Deus & homo, huius vitæ Euangelicæ antiſtes, & ma-

Geneſ. 28. giſter eſt. Quam ob rem homines tanquam Iacob euigilãtes dicere poſſumus: Quã terribilis eſt locus iſte! non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cœli. Quoniã in hac doctrina ea traduntur, quæ ducunt ad domũ Dei; hoc eſt, ad æternam beatitudinem, ita vt

Pſal. 121. dicere liceat cum regio vate. Stantes erant pedes noſtri; in atrijs tuis Hieruſalem. *Beati pauperes ſpiritu.* A beatitudine exorditur ſuã doctrinam Chriſtus, ſitut & Pſalmiſta cùm dixit: Beatus vir qui non abijt: vt in ipſo ve-

Pſal. 1. ſtibulo præfixeretur nobis finis; ad quem dirigere debeamus actiones noſtras, nempè ad beatitudinem, cuius appetitus omnibus innatus eſt; vt nos diffuſius probauimus in noſtris commenta. ſuper Pſalm. 118. tract. 1. fol. 20. & D. Auguſt. lib. 10. confeſ. ca. 10.

D. Augu. id à ſigno probat dicens: Si aliquem interroges, an vellit eſſe miles, reſpondebit vtique quod non, ſed in literis doctor: ſi ab alio idem quæras, reſpondebit quod ſic, quòd ſi ambos interroges, an vellint eſſe beati; incunctanter reſpondebunt quod ſic, licet vnus id aſſequi intendat cum hoſte pugnando, alter literis vacando. Aduertendum tamen, quod Theologi beatitudinem diſtingunt, in beatitudinem vitę, & termini; prior habet tantum meritum ipſius beatitudinis, poſterior præmium ipſius meriti. In prima, difficultas eſt, labor, & amaritudo: in ſecunda, ſumma eſt iocunditas, & gaudium maximum. Quod regius vates Pſalm. 120. *Pſal. 120.* ſic explicuit. Euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua. Nam beati qui lugent, venientes autem venięt cum exultatione portantes manipulos ſuos. Immò & poſſumus dicere quod duo præmia his virtutibus conſtituat in hoc loco Chriſtus, vnum præſens, aliud futurum: *vno de contado, y otro al fiado.* Quoniam pauperes mites, lugentes, &c. non ſolùm dicuntur hic eſſe beati, quoniam certa ſpe gaudent, & merito beatitudinis; ſed etiam quoniam iſti, iam habent quædã qauſi ſemina, & præguſtationes fructuum futuræ fœlicitatis. Sicut cum videmus arbo- *Simile.* rem floribus plenũ, dicimus multos fructus habere: quoniam flores illi cõuertendi ſunt in fructum. Sic (quia hæc paupertas vertenda eſt in diuitias, & lachrymæ in riſum, fames in ſaturitate, &c.) dicimus hos eſſe beatos: habent enim in ſe ſemen, quod hos fructus beatitudinis producere debet, nempè, Dei gratiam, quæ vitæ æternæ ſemen eſt, & charitatem quæ teſte Paul. 1. Cor. 13. nũ- *1. Cor. 13.* quam excidit, ſed manet in patria. Cæterũ illi, qui ad altiorem gradum virtutum peruenerunt, altiori quoq; ratione participes facti ſunt huius beatitudinis. Nam cùm beatitudo (vt inquit. 1. Ioãn. 3.) in Dei perfecta *1. Ioan. 3.* ſimilitudine conſiſtat, cùm dicit: Cũ apparuerit, ſimiles ei erimus; videbimus enim eum ſicuti eſt, illi, inquam, qui per has virtutum ſemitas, in hac vita incedunt, Deo maximè aſsimilantur. Nam etiam ex illis Philoſophis, in quibus ſola naturæ ſcintilla elucebat, quidam dixit ſapientem, & iuſtum in vita præſenti beatũ eſſe, propterea quod diuinam imitaretur naturam, cui nullus nocere poteſt, & quantuncumq; mala impendeant ſapienti, & iuſto exterius, in penetra- *Simile.* libus tamẽ beatus manet: inſtar facula in lucerna nauis, quę flãtibus, & fremẽtibus ventis ſemper ardet, & lucet; ita & vir iuſtus, & ſi aduerſis concutiatur, aut æquo & læto animo ea ſuſtinet, aut potius contemnit: inſtar palmæ ad altiora ſemper erectus. Igitur hic eſt fructus, quem in præſenti iuſti colligunt, vndè & dicitur: Ecce merces eius *Eſai. 62.* eum eo: quoniam talia opera præcipuè hæc heroica

heroica ſecum etiam afferunt in præſenti
præmium. Aduertendum tamen eſt hic in-
Simile. his beatitudinibus; quod ſic ſe geſsit in hac
doctrina Chriſtus Dominus, veluti pedago
gus, qui nobilem puerum bonos mores ſua-
dere cupit: ſic illum ſolet multotiens allo-
qui: Aduerte egregie puer, ne erres exiſti-
mando quod hæreditas tua debeat eſſe hæc
bona temporalia, quę tibi parentes ſunt re-
liturj; ſed potius virtus, nobilitas in opere,
egregiaq; facinora, quibus illuſtrare fami-
liam ſuprà omnes progenitores tuos valeas.
Sic nimirum, & noſter pedagogus, ac ma-
giſter Chriſtus edocere nos volens, (ait) Ve
ſtra hæreditas, quam vobis hæreditario iu-
re relinquo, hæc erit: O Filij nõ diuitię pro-
pediem periturę, aut carnis delicię, quæ vo
bis ac pecoribus communes ſunt, ſed heroici
actus virtutum, quibus non ſolùm pecora,
ſed & alios lõgè excedere valeatis mortales.
Paupertatem vobis voluntariam relinquo,
famen ac lachrymas, quibus ad æterna reg-
na peruenire poſsitis. Sed dices: Cur tam
aſperas, ac amaras res Deus nobis reliquit
tanquam media ad conſequendam beatitu-
dinem: qualia ſunt paupertas, lachrymæ,
fames, perſequutio, &c. cur non mitiora re-
liquit? Reſpondebo tibi; hoc ſumma ſapien
tia Deum excogitaſſe. Nam cùm à princi-
pio hæc omnia creata, pulchritudinem, ac
paradyſi delicias nobis reliquiſſet Deus, vt
media ad conſequendum eum, homines me
dia fines fecerunt, aç in illis tanquam in fi-
ne quieuerunt. Vult ergò Deus modò talia
media relinquere, vt nullatenus in illis tan-
quam in fine quieſcamus. Quis enim pro fi
ne eliget paupertatem, aut famen, aut cru-
ces? Id voluit dicere Paul. cùm ait: Nam quia
1.Cor.1. in Dei ſapientia, non cognouit mundus, per
ſapientiam Deum, placuit Deo per ſtulti-
tiam prædicationis ſaluos facere credentes.
Per philoſophiam quam ſapientiam ipſi vo
cabant poterant cognoſcere Deum, nempè
per cognitionem creaturarum, quæ per phi
Roma.1. loſophiam acquiritur, vt Paul. docet dicens:
Inuiſibilia Dei à creatura mundi, per ea quę
facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſed quia
hoc non fecit, per ſtultitiam prædicationis,
nos ad ſui cognitionem perduxit, hoc eſt,
per ea quæ mũdus ſtulta ac inutilia æſtimat,
vt paupertas, eſuries, &c. *Beati pauperes ſpiri-
tu.* Tripliciter accipitur hęc dictio (pauper)
aliquando ſignificat eum, qui rerum tempo
ralium penuria laborat, vt nomen pauper
opponatur diuiti; aliquando dicuntur pau-
peres illi, qui quouis modo afflicti ſunt, atq;
in hoc mundo quaſi derelicti habentur, quo
modo frequenter in Pſal. ſumitur. Tertiò
accipitur, pro eo qui ſe humiliat, nec inflà-
tur, aut intumeſcit ſuperbia, in qua acceptio
ne videtur ſumi Eſai. vltimo. Ad quem reſ- *Eſai.vlti.*
piciam, niſi ad pauperculum ſpiritu? Vbi
Septuaginta transferũt: Humilẽ & tremen
tem ſermones meos. Aliqui in ſecunda ac-
ceptione intelligunt hæc verba Chriſti, vt
intelligantur de afflictis animo, quos Scrip-
tura vocat contritos, vel humiles, ſecundum
illud Pſalm. 33. Iuxta eſt Dominus his qui *Pſal.33.*
tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſalu-
abit. Sed hoc non videtur congruè huic lo
co conuenire, Quoniam Luc. 6. his pauperi- *Luc.6.*
bus opponit diuites, cũ eis dicit Dñs: Væ
vobis diuitibus, qui habetis hic cõſolationẽ
veſtram: & ſecundò quia in hac acceptione
pauperes ſpiritu, nihil differunt à lugenti-
bus, & ſic truſtrà dictum eſſet, beati qui lu-
gent. Alij inter quos Auguſt. in tertia acce- *Auguſt.*
ptione ſumunt hoc vocabulum, pauper, vt
intelligantur pauperes ſpiritu illi, qui carẽt
ſpiritu ſuperbiæ; quæ ſolet homines inflare,
ſed humiliter de ſe ſentiunt, omni ſuperbia,
ac arrogantia depoſita. Cui interpretatio-
ni, etiam videtur obſtare, quòd pauperibus
opponuntur hic diuites. Quare rectius acci-
pitur hic nomen, pauper, in prima acceptio
ne, cui reſpondet vocabulum Hebreum, im-
mò & Græcum, quod homines indigentes
rebus tẽporalibus ſignificat. Sed tũc etiam
eſt ſecundò aduertendum, quod pauperes
ſpiritu poſſunt primò intelligi illi, qui pro-
pria voluntate tales effecti ſunt, & nõ qua-
uis voluntate, ſed ſpirituali, itaque dicãtur
pauperes ſpiritu, non qui aliqua de cauſa in
pauperiem deuenerunt, ſed qui voluntate
propria pauperes effecti ſunt, nec quauis vo
luntate, ſed ea ſpirituali & ſancta. Vel ſecũ
do, pauperes ſpiritu poſſunt dici hi, qui etſi
diuitias poſsideant, non tamen cor apponũt
eis, ſed parati ſunt eas abijcere, vbicumq;
id viderint expedire. Et quamuis hæc ſecũ
da intelligentia non abhorreat à prioris ſen
ſu, immò ad illam rectè pertineat, poſ-
ſitque cum illa comprehendi, tamen prior
illa ſimplicior eſt, & magis accedens ad in-
tentionem Chriſti; qui ob id diſcipulos ſuos
beatos prædicat, quod omnia iam propter
illum reliquiſſent. Vnde Baſilius, quæſtio- *Baſilius.*
ne 205. bene explicat qui ſint pauperes ſpi-
ritu dicens: Hi ſunt pauperes ſpiritu, qui
non ob aliam cauſam pauperes facti ſunt,
niſi

niſi propter doctrinam Domini qui dixit:
Vade & vende omnia quæ habes, & da
pauperibus: ſi vero quis etiam quomodo-
cumque accedentem paupertatem ſuſce-
ptam gubernet ad voluntatem Dei, vel
vt Lazarus, nec hic à beatitudine alie-
nus eſt. Hactenus Baſilius: ex quibus ſi-
mul cum ſuperioribus coniunctis, collige-
re licebit, triplices eſſe pauperes ſpiritu.
Primò ſunt illi, qui omnia propter Chri-
ſtum reliquerunt, & de his erant Apo-
ſtoli, de quibus præcipuè Dominus loqui-
tur. In ſecundo gradu ſunt illi qui inci-
dentem paupertatem patienti animo pro-
pter Deum ſuſcipiunt, vt fecit Iob, diui-
tijs eam pręferentes ſpe regni cœlorum.
In tertia claſſe illos conſtitue, qui in præ-
paratione animi habent eas abijcere, vbi-
cumq; pietas id popoſcerit. Vnde Eccleſia-
Eccle.31. ſtes. 31. dicitur: Beatus diues qui inuen-
tus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non
abijt, nec ſperauit in pecunia & theſau-
ris, &c. Deinde obſeruandum eſt rectè di-
ci: Beati pauperes ſpiritu, non voluntate
ſolum, quoniam ſic multi Philoſophi
Bernardus pauperes fuerant, quod à Diuo Bernardo
ſermone. 1. de feſtiuitate omnium ſancto-
rum, ſanctiſsimè eſt adnotatum. Diligen-
ter (inquit) attende, quod non ſimplici-
ter pauperes nominat, propter plebeios
pauperes neceſsitate miſerabili, non lau-
dabili voluntate, ſpero equidem profutu-
ram eis, apud diuinæ bonitatis miſericor-
diam, hanc ipſam afflictionis ſuæ miſe-
riam. Scio tamen Dominum hoc in loco,
non de huiuſmodi fuiſſe loquutum, ſed de
his qui poſſunt dicere cum Propheta: Vo-
Pſal.53. luntariè ſacrificabo tibi. Attamen nec vo-
luntaria quidem paupertas omnis, laudem
habet apud Deum: nam & Philoſophi
omnia ſua reliquiſſe leguntur, vt expe-
diti mundialibus curis, ſtudio vanitatis
poſsint vacare liberius, & nolebant cen-
ſu abundare terreno, vt abundarent ma-
gis in ſenſu ſuo, hos diſcernit quod di-
ctum eſt (ſpiritu) hoc eſt, ſpirituali vo-
luntate: ſpirituali, ſcilicet, intentione,
deſiderio ſpirituali, propter ſolum bene-
placitum Dei, & ſalutem animarum.
Idem indicauit Baſilius in verbis proxi-
mè citatis, vbi dicit: Qui nihil ob aliud
pauperes ſunt, niſi propter doctrinam
Chriſti, & præmiſerat, Cùm Dominus
dicat: Nunc quidem verba quæ ego loquor
vobis ſpiritus & vita ſunt, nunc vero Spiri-
tus ſanctus docebit vos omnia. Hi ſunt pau
peres ſpiritu, vbi ablatiuus, ſpiritu, ſumitur
vel pro ſpirituali Chriſti doctrina, vel pro
Spiritu ſancto, hoc eſt: Illi ſunt pauperes
ſpiritu, qui propter ſpiritualem Chriſti do
ctrinam, vel Spiritu ſancto inſpirati, paupe
res effecti ſunt. Quod tamen in idem redit
cum ſenſu Bernar. qui ſpiritũ hic accipit,
pro noſtro ſpiritu, à ſpiritu Dei afflato.
Nam & Hierony. dicit illos eſſe pauperes *Hieron.*
ſpiritu, qui propter Spiritum ſanctum vo-
luntate ſunt pauperes, hoc eſt; voluntate
ſpirituali, quam, ſcilicet, Spiritus ſanctus in
ſpirauit. Cæterum etſi in hac beatitudine,
primò & principaliter commendetur vo-
luntaria paupertas pro Chriſto, ex conſe-
quenti tamen non erit ab re dicere, com-
mendari etiam virtutem humilitatis vt Au *Auguſt.*
guſtinus vult: vt in prima ſtatim beatitudi-
ne ea virtus commendetur, quæ funda-
mentum ac baſis eſt cœterarum virtutum,
quemadmodum & Chryſoſtom. & Theo- *Chryſoſt.*
philactus hic docent. Immò & Diuus Hie- *Hieron.*
ronymus vtramque hic amplectitur in-
terpretationem. Ex humilitate quippe
animi prouenit voluntaria paupertas, ſi-
cut ex elatione, & ſuperbia cordis proue-
nit appetitus diuitiarũ, & certe in Hebræo
dictio eſt quæ ſignificat humilem & abie-
ctum. Et quoniam ad obediendum legi, re
quiritur humilitas, qua animi ſe ſubijciant
legi, ideò Chriſtus legem daturus nouam;
animos ſubditos per humilitatem prius exi
git, quam legem ferat: & quoniam altiſsi-
mum ædificium erigere cupiebat, foſſam
prius, ac fundamentum iacere ſtatuit, hæc
autem humilitas eſt. Quod ſi ad erigen-
dum ædificium, quanto plus erigis illud,
tanto plus demittere debes fundamentum
ſubtus terram, ita quod quælibet vlna, qua
ſurgit ædificium exigat vnum pedem fun-
damenti, ædificium hoc quod cœlos de-
bet tangere, vide quàm profundam foſ-
ſam, quam demiſſum fundamentum exi-
gat. *Quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.*
Attende obſecro mirabile artificium Dei,
tale quippe præmium paupertati decernit,
quale per diuitias expectatur: & tale eſu-
rientibus; quale qui ſaturari volunt, cu-
piunt: & tale pacificis, quale bella gerẽ-
tes prætendunt, nempe poſsidere terram,
vt ſciamus Deũ nolle bona concupita à no
bis tollere, ſed meliori modo, & cõmodiori

nobis ea largiri: Per diuitiarum copiã hoc videtur homines intendere, vt ſemper ad altiorem gradum aſcendant, donec ad regnum (quod ſuprema dignitas huius mundi eſt) perueniant, & hoc tanta cupiditate, vt hinc exorta fuerit vox illa Cæſaris blaſphemię plena: Si ius violandum eſt, amore regnandi violandum eſt. Hoc ergo præmium paupertati promittitur, immò multo auctius: quoniam non regnum terrenum citò periturum pauperibus promittitur, ſed cœlorum quod in æternum permanebit pollicetur eis. Itaque mundus dicit: Beati diuites, quoniam ipſorum eſt regnum terrarum, Chriſtus vero contrà: Beati pauperes, quoniam ipſorum eſt Regnum cœlorum. Nec dicit, ipſorum erit, ſed de præſenti eſt: quoniam illud iam poſsident in ſecura ſpe, quæ non confundit. Sed obſerua, quod in Scriptura varia eſt acceptio (Regni cœlorum) Regnum cœlorum proprie loquendo eſt Regnum conſtitutum in quibuſdam bonis ſupernaturalibus, quę Deus confert creaturæ rationali exiſtenti in cœlo, tanquam in loco. Et ideò Matth. 6. dicitur Deum eſſe in cœlo: nimirum peculiari quadam ratione: quoniam in cœlo cauſat effectum ſupernaturalem gloriæ, qua potitur tota collectio beatorum. Nam in cœlis manifeſtat ſeipſum beatis, vbi Deus eſt omnia in omnibus, & ideo dicitur Regnum Dei, adueniat regnum tuum. Et. 1. Corinth. 15. Cùm tradiderit regnum Deo & Patri. Attamen & dicitur Deus in ſanctis regnare, & ipſos eſſe regnum Dei, vt etiam ſancti dicãtur regnare, ſecundum illud Apocalyp. 5. Feciſti nos Deo noſtro regnum, & regnauimus ſuper terram, & huius cauſa eſt ſatis idonea. Nam ſancti per viſionem beatificam habent dominium, & plenam libertatem ſuorum affectuũ, nam ſunt liberi à peccato, & immunes ab omni corruptionis ſeruitute, ſecundum illud Ioannis. 8. Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis. Et Romanor. 8. Ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Præterea, quoniam collectio iuſtorum viuentium in hac vita habet ius, vt ſit regnum Dei in gloria. Vocatur etiam regnum cœlorũ, & hoc nomine vocatur ſæpiſsimè in literis Euangelicis Eccleſia catholica, vt patet Matthæi 13. Simile eſt Regnum cœlorum theſauro abſcondito, &c. Et homini negotiatori, & ſagenæ miſſæ in mare. Et olim. Exod. 19. vocata eſt Synagoga regnum Dei. Eritis in regnum ſacerdotale. Vltimò quoniam iuſtitia infuſa includens fidem & charitatem eſt ſemen, & origo, qua adquiritur ius ad regnum cœlorum in gloria, vocatur regnum Dei, & regnum cœlorum. Matth. 13. & Luc. 17. Regnum Dei intra vos eſt. Romanor. 14. Non eſt regnum Dei eſca & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto. His conſtitutis dicendum eſt, regnum cœlorum hic accipiendum eſſe pro ipſa beatitudine formali, quæ eſt viſio Dei, per quam ſancti in cœlis conſtituti ſunt ſancti, & beati, & cum Deo regnant in æternum. Immò & in præſenti regnare dicuntur iſti pauperes ſpiritu, atque gaudent quibuſdam regalibus priuilegijs, vt Diuus Chryſoſtomus docet tomo, 5. in libello aureo, cui titulus eſt, Cõparatio Regis, & monachi. Reuera quicumque pauperculus & humilis ſpiritu regnare dicitur, & regio munere fungi, multo excellentiori ratione quam quicumque mundi monarcha. Rex enim imperat ciuitatibus, & Prouincijs: Regulis, & Subregulis: Prætoribus, & Proprætoribus, & cæteris ſubditis: noſter vero pauperculus ſpiritu, imperat ſuperbiæ, inuidiæ, libidini, iræ; & cæteris affectibus animæ, quibus dominari, atque ſub rationis imperio tenere, multo laudabilius eſt, quàm ſi toti terrarum orbi dominaretur, ſecundum illam Sapientis ſententiam. Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbium. Nam ſi mundi Imperator ſis, affectus autem tui ſuper te imperiũ gerant, iam ipſi plus imperant quam tu: cum omnia imperantem ipſi ſubijciant. Deinde Rex contra hoſtes bellum gerit, & contra rebelles, pro orbis, & terrarum finibus, ac poſſeſsioribus, & ad propulſandas, & vindicandas iniurias; iuſtus pugnat cum omnium dæmonum agmine, cum infernorum poteſtate, cum mundo, & carne, cum vitijs omnibus, non pro terrenis, & corruptibilibus rebus, ſed pro Fide, Spe, Charitate, Religione, & Iuſtitia, pro diuitiarum ſuarum defenſa, quę ſunt virtutes, & dona diuina, ex quibus victoriam refferre eſt pulcherrimum, & laude dignum. Regem videmus in throno aureo ſedentem, purpureo rubentem veſtimento, aureaque corona, & multis

Matth. 6. *Luc. 11.* *1. Cor. 15.* *Apoca. 5* *Ioann. 8.* *Roman. 8* *Matth. 13.* *Exod. 19.* *Matth. 13.* *Luc. 17.* *Roma. 14* *Chryſoſt.* *Eccleſ. 7.*

tis millibus ſatellitum circumcinctum, magna cum maieſtate & gloria, iuſtus autem habet Angelorum millia, qui illum cuſtodiant, illiuſque tutelam diligentiſsimè tueantur, vt Heliſæus oſtendit puero ſuo Giezi, multo plures cum iuſtis eſſe, quam cum Regibus. Præterea Rex in Regno conuerſatur, cum tribunis, ducibus, Centurionibus, & militibus, & ſigniferis: in pace vero cum Prætoribus, & Proprætoribus, & Senatoribus, & cauſidicis, & Conſulibus: noſter vero pauperculus, interim conuerſatur in cœlis, cum Deo, & Angelis, & Archangelis, & beatis: Conuerſatio quippe eius in cœlis eſt, & hoc quando orat: quando vero incumbit lectioni, cum Euangeliſtis, cum Paulo, cum Prophetis, cum Doctoribus, cum gente ſapienti, ac illuſtri, quo conuictu quid gratius, vel quid iocundius excogitari poteſt? Item Rex licet aliquibus poſsit beneficia impertiri; innumeris pennè eſt moleſtus, vtpote à quibus exigit tributa, expilatque ſubditorum crumenas. Noſter vero iuſtus, nulli niſi prauis eſt moleſtus, immò & illis, à longe gratus apparet. In omnes beneficus, mitis, ac proficuus eſt: pro omnibus orat, & omnibus ſeſe amabilem præbet. Vltimo, Rex innumeris agitatur curis, multos timet, ab omnibus cauet, nec cibum, aut ſomnum ſecurus capere poteſt. Iuſtus vero, qui nihil quod huius mundi prædones, aut pyratæ eripere poſsint ſecum portat, ſecurus incedit, quietus dormit, nec hoſtes, aut latrones veretur. Quare Licurgus interrogatus, quo pacto fieri poſsit, vt quis non indigeret cuſtodia, nec ſatellitibus? reſpondit; Si pauper fuerit: Nam diuitias appetunt fures, & pro illis belligerantur milites. Hinc Poëta noſter Hiſpanus ſic dicit.

Licurgus.

Poeta Hiſpanus.

O vida ſegura la manſa pobreza:
Dadiua ſanta deſagradecida.

Quod ex alio Poëta deſumpſit, qui ſic dicit.

O mundera nondum intellecta
Domi paupertas, anguſtiq; lares!

Gregor. Vndè Gregorius: Qui nihil habet in mundo quod diligat, nihil eſt in mundo quod pertimeſcat. Paupertas iuxtà verbum ſapientis bonum eſt ſine calumnia, pro ea non mouentur lites, non timet fures, vel raptores; non timet aëris paſsiones, ipſa eſt donum à paucis cognitum. Et Seneca dicit: Etiam in obeſſa via, pauperi pax eſt. Item Rex pluribus indiget, ac ideò ſemper pauper, ac indigens eſt. Pauperculus noſter paucis contentus eſt: Et ideò paucis etiam indiget. Socrates cum aliquando per emporyum magnum tranſiret, in quo multæ ac pretioſiſsimæ res vendebantur dixit: O quantis ego rebus non indigeo! Et dicebat quod qui paucis contentus eſt paucis etiam indiget. Quare Deo maximè aſsimilatur qui nullius eget. Qua propter Rex adueniente mortis tempore dolet, & cruciatur, iuſtus vero tunc hilari vultu præſtolatur mortem, quia tranſitus eſt ei ad æternam fœlicitatem, & ad regnum cœlorum, vt Sapiens dicit: Sperat autem iuſtus in morte ſua. Rectè ergo dicitur: Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum: Cæterum pulſare a licuius animum poterit hæc dubitatio.

Seneca. *Prouer. 14*

Quomodo Saluator præferat paupertatem ſufficientiæ ac diuitijs, quoad beatitudinem. cum Sapiens dicat Eccleſiaſtes cap. 7. Vtilior eſt ſapientia cum diuitijs, & magis prodeſt videntibus ſolem? Et idem Prouerbiorum. 30. Precatur Dominum dicens: Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi: ſed tantum victui meo tribue neceſſaria. Deindè quia qui ſufficientiam harum rerum habent, melius diuinis poſſunt vacare, quam qui his indigent, qui vt neceſſaria quærant neceſſario diſtendi debent ad exteriora. Ad quod reſpondetur, quod ad beatitudinem naturalem, quæ in hac vita conſequi poteſt, vtilius eſt aliquales diuitias, aut ſufficientiam rerum temporalium habere, ſed ad beatitudinem ſupernaturalem, de qua hic fit ſermo magis prodeſt voluntaria paupertas, eo quod hæc paupertas lætiſsima eſt, hominemque expeditum facit, ad cœleſtia quærenda, & terrena contemnenda, fidens maximè Deo, quod nec in his neceſſarijs deffecturus ſit ei, vt in multis viris ſanctis experientia compertum eſt. Sapiens autem non abſolutè dicit vtiliorem eſſe ſapientiam cum diuitijs, ſed cum addito dicens: Et magis prodeſt videntibus ſolem. Quo ſatis ſignificat diuitias quidem aliquid conferre ad beatitudinem vitæ præſentis, vnde & ſubiungit. Sicut enim protegit ſapientia, ſic protegit

Eccle. c. 7. *Prouer. 30*

Prouer.30 pecunia. Oratio verò illa Prouerbiorum 30. Est oratio sapientis ex parte imperfectiorum, sicut satis patet ex sequentibus. Deindè illo tempore nondum erat infirmo & rudi populo via perfectionis aperienda, cuius doctrina Christo perfectiori Magistro reseruanda erat. (Beati pauperes spiritu:) Obserua. Paupertas multis de causis commendabilis est. Quarum prima & maxima est, quia Deus eam amat, cuius primum signum est, quòd filius Dei eam assumpsit. Bernardus in sermonibus. Forte aliquis arbitraretur filio Dei sublimia esse quærenda palatia, vt cum gloria Rex gloriæ susciperetur; sed non propter hoc ille à regalibus sedibus venit. In sinistra illius diuitiæ & gloriæ, in dextera longiturnitas vitæ. Horum omnium in cœlis æterna sufficientia suppetebat, sed paupertas non inueniebatur in eis. Porrò in terra abundabat, & superabundabat hæc species, nesciebat homo pretium eius: hanc itaque filius Dei concupiscens descendit, vt eam eligeret sibi, & nobis quoque sua æstimatione faceret pretiosam. De paupertate Christi multa in Euangelijs habemus, nam Lucę.2. dicitur, quod mater eius pannis eum inuoluit, & reclinauit in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio. Et Matthæi. 18. Non habebat vndè soluere tributum. 2. Corinthiorum. Qui cùm esset diues pro vobis egenus factus est, vt illius inopia vos ditaremini. Thr. 3. Recordare paupertatis meæ, &c. Vbi Bernardus. Magna abusio, & nimis magna, vt diues velit esse vermiculus vilis, propter quem Deus Maiestatis; & Dominus Sabbaoth, voluit pauper fieri, paupertas Christi crescendo processit. In Natiuitate pannis inuolutus est, & pro domo habuit diuersorium, deindè hospitium non habuit. Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet. & Marci. 11. Circunspectis omnibus, expectabat quis ei daret hospitium (vt ait Glossator) & non inueniens exijt in Bethaniam. In Passione verò etiam proprijs vestibus spoliatus est. Aliud signum quo ostenditur Christum amasse paupertatem est, quod propter pauperes filius Dei in mundum venit, secundum illud Psalmi. Propter miseriam, inopum, & gemitum pauperum: nunc exurgam dicit Dominus. Et Lucæ. 4. Euangelizare pauperibus misit me. Bernard. in sermonib. Quærat diuitias paganus qui sine Deo viuit: quærat Iudæus, qui terrenas promissiones accepit: sed qua fronte, magis autem qua mente, Christianus diuitias quærit, postquam Christus beatos esse pauperes prædicauit, diuites autem infœlices? Væ vobis diuitibus. Lucæ. 6. Pauperes iudicat Christus dignos mensa sua. Lucæ. 14. Leguntur pauperes ad cœnam Domini introductos, secundum illud Psalmi. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Item pauperes Deus adiuuat. Psalmus. Et adiuuit pauperem de inopia. Illis parcit, Esaiæ. 49. Pauperum suorum miserebitur. Illos elegit, Esaiæ. 48. Elegi te in camino paupertatis. Iacobi. 2. Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo? Illos exaudit Dominus: Ecclesiastes. 21. Deprætatio pauperis ex ore, vsque ad aures perueniet. Illorum est memor Psalm: Non in finem obliuio erit pauperis: Illorum est solicitus, Psalmus: Ego autem mendicus sum, & pauper Dominus solicitus est mei: Illorum est refugium & fortitudo, Psalmus. Factus est Dominus refugium pauperi. Et Esai. 25. Factus est fortitudo pauperi. Illos saluat, Psalmus: Parcit pauperi & inopi, & animas pauperum saluas faciet. 2. Regum. 22. Populum pauperem saluum facias, Et Psalmus: Eripiens inopem de manu fortiorum eius. Societatem pauperum præelegit Dominus in hoc mundo societati diuitum. Lucæ. 14. Omnes qui non renuntiauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. 1. Regum. 30. Dauid puerum Ægyptium assumpsit, quem Dominus suus reliquerat, sic Christus assumit quem mundus reliquit. Psalmus: Pater meus, & mater mea deriliquerunt me Dominus autem assumpsit me. Tibi derelictus est pauper. Gregorius, in Homelia: Hos elegis Deus, quos despicit mundus; quia plerumque ipsa despectio hominem reuocat ad semetipsum. Idem infirmi quiq; atq; in hoc mundo despecti, plerumque tanto celerius vocem Dei audiunt, quanto in hoc mundo non habent vbi delectentur. Item pauperibus regnum cœlorum tribuitur, vt patet hic. Et Lucæ. 6. & non solum

Commendatio paupertatis. — Luc.2. — Matth.18 — 2.Corin.9 — Thre.3. — Luc.c.9. — Marc.11. — Psalm.11. — Luc.4. — Bernar. — Luc 6. — Luc.14. — Psal.106. — Esai.49. — Esai.48. — Eccles.21. — Psal.9. — Psal.39. — Esai.25. — Psal.9. — 2.Reg.22. — Psal. 81. — Luc.14. — 1.Reg.30. — Psal.26. — Psalm.9. — Gregor. — Luc. 6.

Luc.16. solum ad possidendum, sed ad donandum alijs. Luc. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula: ipse Deus pauperum est portio & hæreditas. Numerorum. 18. In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem, ego pars & hæreditas tua. Ipse est spes pauperum, & exultatio. Esaiæ. 14. In ipso sperabunt pauperes populi eius. Et cap. 29. Pauperes homines, in sancto Israel exultabunt, illos faciet sedere super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Illos honorat Psalm. Honorabile nomen eorum coram illo. Illos agnoscit, & nominatim vocat, vt patet in Lazaro. Lucas. 16. Illos ab Angelis deportare facit in locum quietis, ibidem, & (vt vno verbo dicatur) tanta est dilecti o eius ad pauperes, vt quod fit pauperi sibi reputet fieri, secundum illud Matthæi. 25. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, & quod vni eorum non fecistis mihi non fecistis. Sed væ pauperibus si eum non amant, qui tantum eos amat, qui tot signa amoris eis ostendit. Multum cõtemnerentur pauperes in mundo isto, nisi Christus nõ tãtũ eos honorasset. Alia etiam quam plurima faciunt ad recommendationem paupertatis. Primùm, quia ipsa munda est, sicut diuitię valdè immundæ, & amatores suos immundos facientes: quod ipsa rerum natura nos docere voluit. Quoniam aurum, & argentum quæ inter diuitias primatum tenent, tangentes inquinant. Bernardus in Epistola: Beatus qui post illa non abijt, quæ possessa onerant, amata inquinant, amissa cruciant. Ecclesiastes. 13. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea, & super illud Iacob. 1. religio munda, &c. (ait glos.) Qui temporalia non diligit, immaculatum ab hoc sæculo se custodit. Item paupertas expedita est ad iter peragendum ad patriam cœlestem. Gregorius Liberius: Ad patriam tendimus, qui quasi in via pondere caremus. Terrena substantia æternę fœlicitati comparata, pondus est, non subsidium. Augustinus in libris de verbis Domini: Abijce à te diuitiarum onera, abijce vincula voluntaria, abijce anxietates, & tœdia, quæ te plurimis annis inquietant. Hieronymus in Epistola: Si habes vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus: si non habes grandi onere liberatus es. Qui mihi onus diuitiarum abstulit, me ad currendum citius expediuit. Item paupertas læta est. Sępe pauper fidelius ridet, nulla ei in alto solicitudo est. Idem. Qui fœlices vocantur, hilaritas ficta est, & grauis tristitia; eò quidem grauior quia interdum non licet palam esse miseros, sed interęrumnas cor ipsum excœdentes, necesse est agere fœlicem. In vitis Patrum legitur de quodam monacho, qui vnum tantum coopertorium habebat, ex cuius medietate se cooperiebat, aliam medietatem sibi submittebat. Rigebat tamen tunc validum frigus, & pater monasterij de noctè exiens, audiuit eum dicentem: Gratias ago tibi Domine. Quot sunt modo diuites in custodia, & qui in inferno sedent, aut pedes habent in ligno constrictos; ego autem velut Imperator sum extendens pedes meos, & quo volo ambulo. Seneca: Fœlix paupertas læta, nec tamen paupertas est si læta est. Gregorius. Qui cum paupertate bene conuenit, non est pauper. Item paupertas secura est, vt iam supra diximus, & spiritualiter etiam secura est, secundum illud Prouerbiorum. 1. Frustrà iacitur retè, ante oculos pennatorum, vbi Glossat. ait: Facile laqueos euadit in terris, qui oculos habet in cœlis: Chaim habuit caput tremulum, & Chaim interpretatur possessio: quoniam qui possessiones habent in mundo isto, in tremore sunt. Vnde Psal. Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Iob. 15. Sonitus terroris semper in auribus eius, & cùm pax sit, ille semper insidias suspicatur. Seneca (ait) Quietissimè viuerent homines, si hæc duo verba tollerentur, meum, & tuum. Gregorius: Quid in hac vita laboriosius quam terrenis desiderijs æstuare? Quid quietiùs, quam nihil huius sæculi appetere? Hinc est quod Israël custodiam Sabbati accepit in munere; Ægyptus percutitur muscarum multitudine: quoniam iusti in tranquillitate viuunt, cùm interdum peccatores infinitis curis agitentur. Item paupertas, licet, terra debilis videatur, ferax tamen est verorum bonorum. Genes. 4. Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ. Et ideò in hac terra voluit plantari filius Dei, qui lignum vitæ est. Item paupertas vitijs materiam subtrahit; quia non habet vbi suum

Luc.16. — Num.18. — Esai. 14. — Esai.29. — Psalm. 71 — Luc.16. — Matth.25 — Bernard. — Eccles. 13. — Iacob.1. — Greger. — D. Aug. — Hieron. — Gregor. — Seneca. — Vita Patrum. — Seneca. — Gregor. — Prouer. 1. — Psalm. 13. — Iob.15. — Seneca. — Greger. — Exod. 8. — Genes.4.

paupertas paſcat amorem. Iuuenalis ait:

Præſtabat caſtas humilis fortuna ſabinas:

Seneca, Inquis, pecuniam perdidi, ô te fœlicem, ſi cum illa auaritiam perdidiſti, ſed ſi non manet illa apud te, es tanto fœlitior, quo tanto malo materia, ſubducta eſt. Nam ſi radix omnium malorum eſt cupiditas, quia vitia alit; cur non erit omnium bonorum altrix paupertas, quæ eius contraria eſt, nec habet pecuniam qua vitia foueat? Item paupertas ſuperbiam occidit, quæ eſt vermis diuitum, ipſa etiam duas filias ſanguiſugæ infernalis, quæ ſemper clamant, affer affer, ſuffocat: gullam videlicet, & luxuriam. Prouerbiorum. 30. Item paupertas medicinalis eſt. Gregorius. Quos morum infirmitas vulnerat, paupertas medicina ſanat. Pauperes in terra remanent, dum diuites in regnum diaboli transferuntur: Sicut Nabuchodonoſor pauperes dimiſit in terra promiſsionis; nobilibus ac diuitibus tranſlatis in Babyloniam. Hieremiæ 29. Sophoniæ. 3. Derelinquam in medio tui populum pauperem. Mobilia huius ſæculi, ſunt diuitum: regnum cœlorum permanens, pauperum: ſicut Abraham dedit Iſaac omnia bona ſua; filijs autem concubinarum largitus eſt munera. Paupertas facit diuites: quoniam centuplum accipit pro vno. Bernardus in ſermonibus O mira nouitas eius, qui omnia noua facit! tollens iugum, inuenit requiem, relinquens omnia; centuplum habet. Illa vero paupertas eorum, qui etiamſi multas poſsideant diuitias, non tamen ſe reputant earum dominos, ſed ſolùm miniſtros; notandum quod ipſa valde glorioſa eſt, ipſa quippè eſt velut lilium inter ſpinas, de quo paupere Prouerbiorum. 14. dicitur: *Eſt quaſi pauper cùm in multis diuitijs ſit, & qui in pios vſus eas diſpenſat, iam in theſauros cœleſtes eas recondit, cùm eas corde iam Deo obtulerit.* Sed aduerte, quod qui amat paupertatem, non debet eius ſequelam fugere, nempe famen, & ſitim, nuditatem, defectum tecti, defectum auxiliorum; defectum conſolationum. Bernardus in ſermonibus. Videmus aliquos pauperes, qui ſi veram habent paupertatem, non adeò puſsillanimes inuenirentur & triſtes (vtpotè Reges) ſed hi ſunt qui pauperes eſſe volunt, eo tamen pacto, vt eis nihil deſit, & ſic diligunt paupertatem, vt nullam inopiam

Seneca. *Prouerbior. 30.* *Gregor.* *Hier. 29.* *Sopho. 3.* *Geneſ. 27* *Bernar.* *Prouer. 14* *Bernard.*

patiantur. *Beati mites quoniam ipſi poſſidebunt terram.* In text. Græco qui vulgariter circunfertur, non eſt ſecunda beatitudo iſthæc quam poſuimus, ſed illa quæ ſequitur. Beati qui lugent. Chryſoſtom. Homilia. 15. ſuper Matthæum. & Homilia. 9. in imperfecto, hanc lectionem ſequitur. Eraſmus illam amplectitur in verſione ſua, & exiſtimat in huius loci annotatione incuria ſcriptorum fuiſſe depraua tum iſtum ordinem; licet in paraphraſi eundem ordinem ſequatur quem nos ſequimur. Verumtamen ſatis eſt authoritas editionis vulgatæ, vt intelligamus hunc ordinem ſequendum eſſe, quem etiam ſequitur Diuus Auguſtinus libro. 1. de ſermone Domini in monte, capit. 3. Gregorius Nizenus oratione ſecunda, in has beatitudines, qui & dicit in exemplaribus Græcis correctis hunc ordinem inueniſſe, quinimo & apud Hebræos ferè eiſdem characteribus ſcribitur nomen, quod ſignificat pauperes, & humiles, & illud quod ſignificat mites. Et ratio eſt optima. Quoniam humilitatem, ſiue paupertatem ſpiritus, ſtatim ſequitur manſuetudo naturæ ordine, vſqueadeò, vt humiles, & pauperes ſignificentur nomine manſuetorum. Eſaiæ. 61. Annuntiare manſuetis miſit me, quem locum alij tranſferunt, Annuntiare pauperibus miſit me. Et Eſaiæ. 11. Iudicabit in iuditio pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ. Iudith. 9. Humilium, & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio. Matthæi. 11. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Iob. 24. Subuerterunt omnem viam pauperum, & ſubuerterunt omnes manſuetos. Et Gregorius Nizenus, in oratione illa ſupradicta (inquit) quod quēadmodum aſcendentibus per ſcalam, primus gradus viam præparat, ad ſecundum, & ſecundus ad tertium, ita tendentibus ad beatitudinem æternam, prima beatitudo quaſi præparat, & introducit ad ſecundam, & ſecunda ad tertiam, & quidem ſi rationem requiras: ille, qui ex animo humilis eſt, ſibique vileſcit, non poteſt non eſſe manſuetus, & etiam ille qui voluntarius eſt pauper, rarò iraſcitur, & ſemper modum iræ imponit. Et quidem tendētibus ad perfectionem Euangelicam, primus gradus eſt, vt valedicant honoribus, & diuitijs; ſecundus vt iracundiam cohibeant, & illatas iniurias æquo animo

Chryſoſt. *Eraſmus.* *D. Aug.* *Gregor.* *Eſai. 61.* *Eſai. 11.* *Iudith. 9.* *Matth. 11.* *Iob. 24.* *Gregorius Nizc.* *Simile.*

mo ferant: Sicut enim terra mixta aquæ, eam turbidam reddit: ſic terrena humano cordi per amorem ſociata, cauſæ ſunt perturbationum: ſi vero à corde humano fuerint ſeparata, eſt tranquillitas in mente. Mites dicuntur ſecundum Auguſtinum vbi ſuprà, qui non ſolùm habent animum pacatum, & non turbatum iracundia: verumetiam ipſis à quibus accipiunt iniuriam exhibent ſe benignos, atque ſuaues, iuxta illud Romanorum. 12. Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. Tunc enim à malo vinceris, cùm iraſcenti iraſceris, conuertit enim te in ſuam naturam, ſicut ignis dicitur vincere aquam, quando eam conuertit in ſuam naturam, quæ calida eſt. Sed vince in bono malum. Cùm enim ſuauis oſtenderis, illi, qui truculentus eſt, & hac tua manſuetudine illum placas, iam illum vincis, cùm in tuam eum tranſfers naturam. Hac metaphora fructus arborum, cùm mature ſcunt, & dulceſcunt, dicuntur miteſcere, iuxtà illud Virgilij (Sunt nobis mitia poma) id eſt, matura, & dulcia: Et ratio huius metaphoræ eſt: quoniam fructus arboris, etiamſi diuellantur à ramo, nihilominus ſuam exhibent dulcedinem, etiam decerpentibus illos: ſic manſueti quamuis offendantur iniurijs, ſunt tamen benigni, & ſuaues. Et hic eſt actus heroicus huius beatitudinis. Diuus Thomas. 2. 2. quæſtione. 157. diſtinctio. 4. docet manſuetudinem habere quandam excellentiam, inter virtutes morales, tum in ordine ad Deum, tum etiam ad affectum animæ: Etenim manſueti: quoniam habent tranquillitatem cordis, ſunt maximè idonei ad percipiendum ſapientiam à Deo. Ita Auguſtinus. 2. de doctrina Chriſtiana, cap. 7. neceſſe (ait) eſſe auditori diuinæ ſapientiæ, vt miteſcat ſecundum illud Eccleſiaſtes. 1. Fides, & manſuetudo adimplent theſauros ſapientiæ. Et cap. 5. Eſto manſuetus ad audiendum verbum Dei, vt intelligas. Et Iacob. 1. In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras. Inſuper, iracundia eſt vehemens triſtitia, & cauſa exiſtit multarum animi perturbationum, nimirum, vindictæ, contumeliæ, & iniuriæ. Prouerbiorum. 27. Ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor, & impetum animi concitati ferre quis poterit? Quod Horatius Epiſtola. 2. ſic explicat.

Simile. *Roma. 12.* *Virgilius.* *D. Thom.* *Auguſt.* *Eccleſ. 1.* *Eccleſ. 5.* *Iacob. 1.* *Proue. 27* *Horatius.*

Ira furor brevis eſt, animũ Rege: qui niſi parcat,
Imperat: hunc fræna, hunc tu compeſce catena.

Igitur contra iſtum furorem maxima eſt medicina manſuetudo, quæ animæ tribuit ſerenitatem, & pacem ſuauiſsimam. Immò facit vt animus imperet ſibi, & homo ſui compos ſit, ſecundum illud Eccleſiaſtes. 10. Fili, in manſuetudine ſerua animam tuam, & da illi honorem ſecundum meritum ſuum. Hac virtute claruerunt in antiqua lege Ioſeph, qui fratribus ſuis clementiſsimè donauit iniuriam, & Moyſes de quo dicit Scriptura quod fuit mitiſsimus ſuper omnes homines, qui erant ſuper terram. Numerorum. 12. & Dauid qui potuit dicere: Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. Vocat omnem manſuetudinem, quam exhibuerat ad omne genus perſonarum, ad Saulem ſe crudeliter perſequentem, ad Semey ſibi maledicentem, & Abſalon filium ſuum aduerſus eum tyrannicè inſurgentem, in noua autem lege Chriſtus Dñs totius manſuetudinis exemplar qui cum maledicereturnon maledicebat, &c. ¶ Obſerua quod (ſecundum Alber.) Mititas ſeu manſuetudo eſt in triplici gradu. Primus, cum mitis, & ſi turbatur, non tamen alienatur à mentis ratione, vt aliquid perperam agat, & hæc mititas virtus eſt. Eſt mitis in ſecundo gradu, nec prouocans, nec prouocatus, ſentiens aliquam turbationem, quæ eſt animi purgati virtus quaſi heroica, vel herilis quæ ab altitudine animi ſui per ſenſuum turbationem non inclinatur. De prima dicitur Pſalmo. 76. Turbatus ſum, & non ſum loquutus. De ſecunda vero; Prouerbiorum. 16. Melior eſt patiens, viro forti: & qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbium. Ille enim proprie dominatur animo, qui excellentiam eius ſenſibus turbatis non inclinat, ſed nec illis cedit; nec ab animi ſurceſſitudine vllo ſenſuum exteriorum motu cadit. In tertiò gradu manſuetudinis eſt ille, qui non ſolum mala patienter ſuſtinet, ſed etiam bona pro malis rependit; & ille, qui non ſolum non turbatur, verumetiam mollis, & planus ſe iniuriantibus oſtendit, & quæcũq; tangit non niſi molliter tãgit. Nã ſi loquitur, blanda verba alloquitur: ſi operatur, quæ bona ſunt, & vtilia proximo operatur. Quemadmodum manus tactus qui eſt impulſus, ſi in re quæ habet angulum tangit, vulnerata recedit; ſi autem in re plana ſed dura, licet

Eccleſ. 10. *Gene. 45.* *Numer. 12* *Pſal. 131.* *1. Reg. 24.* *2. Reg. 16.* *2. Reg. 18.* *Albertus* *Pſal. 76.* *Prouer. 16* *Simile.*

non vulneretur, renitentiam tamen ad tangendum inuenit, quia durum eſt quod reſiſtit tangenti (ait Ariſtoteles:) Sed tamen ſi molle, non bene infuſum, quale eſt lutum tangere, licet nõ inueniat aliquid iſtorum: tamen in profundum non penetrat, nec id quod tangitur circunſtat manum tangentis, ſed labitur & cedit, nec adhæret manui tangentis. Sed tamen molle penetratum per humidum infuſum, nec vulnus facit, nec reſiſtentiam inuenit, nec impedimentum præſtat, quin totum tangat, & in profundum mittat manum; quia ſtatim id quod tangitur, manum tangentis circunſtat adhærens ei, & mollificans eam. Sic in propoſito conſiderandum eſt. Immittis reſiſtit, quaſi angulus acutus, profundius feriens manum tangentis, quam tangatur ab ipſa, ſed mitis in primo gradu, & ſi non lędat, nec contrà nitatur, reſiſtit tamen nocumento, & à ſe expellit, licet non retorqueat in alterum, ſed mitis in ſecundo gradu, nocentem quidem tangit; ſed molliter recipit; ſed in profunditatem tangi non poteſt, quia cedit tangenti, patienter ſuſtinet, nec contrà nititur. Immò molliter, & blande alloquitur, non tamen viſcera pandit, nec ſe tam beneuolum præbet. Attamen mitis in tertio gradu, tanto ſpiritu pietatis infunditur, quod tactus à nocente protinus locum dat, vt in profundum tangat, vitam & res, & ſi vult auferat, nihil contra faciens, ſed etiam pietatis opera, & benedictionis blandimenta rependit, vt Chriſtus Dominus faciebat, quare ſpiritus pietatis illi attribuitur Eſaias. 11. Et etiam eos ad pietatem molles, ac procliues reddat, vt. 1. Regum. 24. Dauid dicitur, quaſi tenerrimus ligni vermiculus: qui tam mollis eſt, quod non ſentitur mollities ſub digitto tangentis, niſi ſentiatur motus. Hæc autem mititas ſtatus eſt, potius quam aliquod vnum opus, quo totus blandus, ac mollis effectus eſt, vt nulli nocuus, omnibus autem proficuus ſit: Et ideò oportet: quod prius ſit pauper ſpiritu, hoc eſt humilis, ſecundum illud quod docuit Chriſtus infra, Matth. 11. Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis, corde: Et illud Eccleſia. 3. Fili, in mansuetudine opera tua perfice; & ſuper hominum gloriam diligeris. Sed circa ſecundum gradum manſuetudinis aduertendum eſt, quod Ianſenius, & Abulenſis docent mitem dici illum, qui omnicaret affectu iræ. Quod non videtur adeò verum; quoniam

Ariſt. *Eſai.11.* *1.Reg.24* *Matth.11* *Eccleſ.3.* *Ianſenius* *Abulen.*

Chriſtus ipſe omnium mitiſsimus, in ſe ipſum excitabat iram, & zelum aduerſus prophanatores templi, quando eiecit ementes de templo. Ioannes. 2. Vnde ibi citat illud Pſalmi. 88. Zelus domus tuæ comedit me. Et Diuus Thomas. 3. parte. quæſtione. 25. à. 9. idem docet. Et Numerorum. 12. dicitur de Moyſe quod erat mitiſsimus omnium hominum qui tunc morabantur in terra. Et tamen aduerſus idolorum cultores iratus eſt. Vndè & Pſalmus. 4. dicitur: Iraſcimini, & nolite peccare. Et Gregorius Nizenus exponens hæc verba. Beati mites, non iubet eos (ait) affectus iræ, omnino eſſe expertes: ſed vt iram moderentur, & iniurijs laceſſiti, non vindictam expectent, ſed obſeruent illud Pauli. Nolite vinci à malo. Et alioquin ſapientiſsimus legiſlator ea præciperet, quæ humanæ naturæ exiſtente in corpore eſſent impoſsibilia. Eſt igitur mitis, ſiue manſuetus ille, qui quamuis ira frangatur, moderatur tamen, & cohibet iram, ne in iracundiam, & cupiditatem vindictæ prorumpat Et quidem in ſacra Scriptura manſuetudo virtutem ſonat, quę eſt habitus exiſtens in appetitu iraſcibili, moderans iram; mititas vero ſonat actum excellentiorem, quem hoc loco Chriſtus nominat beatitudinem: quoniam eſt meritorius beatitudinis, & eiuſdem prælibatio, ſiuè præguſtatio. Vndè etiam manſuetudo, numeratur inter fructus ſpiritus: à Paulo Galat. 5. Quoniam ſuauitas & lenitas mitis, ac manſueti, eſt veluti ſuauiſſimus quidam fructus; ipſi habenti manſuetudinem, ac cæteris omnibus quibus conuerſabantur.

Ioan.2. *Pſal.88.* *D.Thom.* *Numer.12* *Pſalm.4.* *Gregor. Niz.* *Roma.12.* *Galat.5.*

Quoniam ipſi poſsidebunt terram. Caietanus hic per terram, intelligit vniuerſum innouandum in vltimo die, iuxta illud Eſa. 66. & Apocalypſis. 2. Ecce ego facio cœlos nouos, & terram nouam. Chryſoſtomus Homel. 9. in imperfecto, recitat ſententias aliquorum exiſtimantiũ, terrã appellari à Chriſto hoc in loco corpus beatorum immortale, & æternum: illud enim in ſtatu præſentis vitæ eſt terra mortuorum, id eſt, corpus terrenũ, componens, & conſtituens homines mortales: cæterũ in altero ſæculo, eſt terra viuorum; quoniam licet ſit idem corpus numero, quod de terra ſumptũ eſt, componit tamẽ homines viuentes in æternum. Idem autem Chryſoſt. hom. 15. ſuper Matth. aliam intelligentiam amplectitur, vt velit Chriſtus proponere mãſuetis præmium

Caietã. *Eſai. 66.* *Apoc.2.* *Chryſoſt.* *Chryſoſt.*

mium temporale, poſſeſsionem, ſcilicet, terræ. Itaq; eſt ſenſus. Manſueti quantum eſt ex parte manſuetudinis, meretur quòd ſint domini temporales terræ: nam manſueti ſunt aptiſsimi ad regendum: omnes enim fugiunt gubernatores iracundos, atq; feroces; ita Pſalm. 36. Manſueti hæreditabunt terram. Et inquit Chryſoſt. Non eſt alienum à Deo, nec peregrinum proponere præmia temporalia virtuti, tàm in nouo, quàm in veteri teſtamento. Exod. 10. Honora patrem tuũ, vt ſis longæuus ſuper terram. Matth. 6. Quærite primùm Regnum Dei, & hæc omnia, ſcilicet, temporalia adijcientur vobis. Et cap. 19. Qui reliquerit patrem, aut matrẽ propter me: centuplum accipiet in hoc ſęculo (vt explicat Marcus) & vitam æternam poſsidebit. Sed tamen ad intelligendũ notandũ eſt, q̃ ſicut Deus continet in ſe omnia bona: vt Exod. 33. Ego oſtendam tibi omne bonum, ita ſimiliter beatitudo formalis cõtinet omnia bona, quæ ſunt neceſſaria ad complementum humani deſiderij: iuxta illud Pſalm. 102. Qui replet in bonis deſiderium tuum, qui coronat te in miſericordia, & miſerationibus. Quem locũ eleganter explicat Diuus Thom. contra Gen. cap. 63. Ex hoc intelligetis quæ in Apoc. dicuntur, vbi beatitudo multis nominib⁹ deſignatur. Vocatur enim conuiuium, lignum vitæ, manna, manducatio, honor, gloria, ſublimitas, regnum. Inſuper ex hoc infertur, quãm rectè definiat Boëtius beatitudinem, dicens: Beatitudo eſt ſtatus omnium bonorũ, congregatione perfectus. Et Cicero libro. 5. Tuſcul. hanc veritatem elegantiſsimè explicat, dicens: Cùm beatum dicimus, nulla alia notio huic vocabulo ſubiecta eſt, quàm ſeparatis malis omnibus, cumulata bonorum complexio. Hac veritate ſuppoſita, dicẽdum eſt Chriſtum beatitudinem eſſentialem in qualibet virtute ſigillatim, quæ deſcribitur in hac doctrina, ſignificaſſe, ſecundum proportionem, & analogiam ad meritum. Itaque ſicut humilitati, ac paupertati correſpondet ſublimitas Regni, tanquam quid maximè conſentaneũ; ita manſuetudini conſonat poſſeſsio terræ, propter rationem dictam ex Chryſoſtomo, & quia mites, qui neminem lædunt, qui non vtuntur vi, ſed manſuetudine; ab omnibus amantur, & etiamſi exules mittantur, totus mundus eſt illis patria, & domus ſecura, qui aiunt: Domini eſt terra, & ideò dicit eis, quòd poſſi-

Pſalm.36. *Exodi.10.* *Matth.6.* *Matth.19* *Exodi.33.* *Pſal. 102.* *D. Thom.* *Boëtius.* *Cicero.* *Pſalm.23.*

debunt terram quietè, ac pacificè, & quaſi hæreditario iure. Verùm Chriſtus hoc loco, nõ terrena Regna videtur mitibus promittere, ſed cœleſtia bona nunquam peritura; præſertim quòd paulò antè, pauperes voluntarios beatos eſſe dixerit. Hac de cauſa Bernar. ſerm. 2. de omnibus ſanctis, precatur manſuetos poſsidere terrã; quoniam corporis ſui affectibus dominantur. Corpus enim, cùm de terra formatum fuerit, plerunq; terræ nomine ſignificatur; immò per ſinedochẽ totus homo terra dicit. Geneſ. 3. Et terra es, & in terram reuerteris. Et Hierem. 22. Terra, terra, audi verbum Domini. Poſsidere ergo terrã dicitur ille, qui ſubijcit corpus rationis imperio. Verùm quàm diù viuitur in corpore, in præſenti vita, nunquam in omnimoda tranquillitate, & perfecta poſsidetur corpus, iuxta quærimoniam Paul. Rom. 7. Infœlix homo, quis me liberauit de corpore mortis huius? Et ibidẽ: Caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ. Et Sap. 9. Corpus quod corrũpitur aggrauat animã, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. Vndè D. Ambroſius, cui fauet Hilar. inquit: Perfectam huius terræ, hoc eſt corporis poſſeſsionem, non contingere in vita præſenti, ſed in futura, quãdo iuxta Apoſtol. ad Philp. 2. Reformauit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ. Cæterum licet hæc optimè dicta ſint; tamen Auguſt. libro. 1. de ſermone Domini in monte. c. 3. Et Gregor. Nizen. Cromatius, Beda, Anſel. Euthim. D. Tho. Caiet. Abul. Ianſen. & ferè omnes recentiores, excepto Iſidoro Claro, per terram intelligunt firmitatem, & ſtabilitatem gloriæ eſſentialis, quæ ſignificatur metaphoricè nomine terræ. Terra enim (vt habetur Eccleſ. 1.) in æternũ ſtat. Secundùm iſtam phraſim debetis accipere id quod habetur Pſalm. 26. Credo videre bona Domini, in terra viuentium. Et Pſalm. 141. Portio mea Domine ſit in terra viuẽtium, id eſt, in ſtabilitate gloriæ beatorum. Igitur (vt vno verbo dicam) manſueti qui habẽt animum pacatum, & tranquillum, & non ſuccumbunt varijs mutationibus iracundię, ſed habent quendam ſtatum ſtabilem, commodiſsimè dicuntur habere hoc præmium, vt poſsideant gloriæ ſtabilitatem, quæ per figuram, & metaphoram vocatur terra, & ita accipitur illud Pſalm. 36. Manſueti hæreditabunt terram. Iſte modus loquendi habet maximam energiam, nam illo indicatur, quod

Bernar. *Geneſ.3.* *Hiere.22.* *Roma. 7.* *Sapien.9.* *Ambroſ.* *Hillarius.* *Philip.2.* *Auguſt.* *Gregor. Nizen.* *Beda.* *Anſelm.* *D.Thom.* *Caietan.* *Ianſen.* *Abulenſ.* *Cromat.* *Eccleſ.1.* *Pſal.26.* *Pſal. 141.* *Pſal.36.*

quòd sicut Deus existēs, ex natura sua benignus, & placidus super ingratos, & malos: vt habetur Luc.6. Habet tāquam proprium, & naturale firmitatem, & stabilitatem beatitudinis; ita mites per diuinam gratiam accedentes ad consortium Dei, & Deo summopere assimilati, hæreditabunt terram, id est, firmitatem gloriæ. Dionys. Areopagita in epist. ad Demophilū, inquit, Moysem ex consortio, & familiaritate Dei assequutum fuisse mansuetudinē illam, qua inter omnes homines excellebat. Et quod ille locus Psal. 36. Mansueti hæreditabunt terrā; intelligatur de superna beatitudine, patet ex subsequētibus, quoniam subdit: Et delectabuntur in multitudine pacis. Quoniam multitudo pacis nusquam est, nisi in visione, & fruitione Dei, iuxta illud Esai. 47. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulēta. Et quoniam in hac vita Deus possedit mites, qui illi per humilitatem ac mansuetudinem subiecti fuerunt; ideo in alia vita possidebunt Deum: quoniam secundum Augustinū, nullius erit Deus possessio, nisi eius quem ipse priùs possederit.

Luc.c.6. *Dionysius Areop.* *Psalm.36.* *Esai.47.* *August.*

Iam ea quæ ad dignitatem & commendationem huius virtutis (licet pauca) dicamus. Et quidem si cōsideremus subiectum, cui hæc virtus insidet, si actū, & obiectum, circa quod versatur; non videtur hæc virtus numeranda inter præcipuas; cùm resideat in appetitu sensitiuo, vel irascibili, & versetur circa affectum iræ, quem moderatur. Verumtamen si alta mente consideremus, huius virtutis mirabiles fructus, facilè intelligemus, eam meritò inter beatitudines secundo loco fuisse à Christo collocatam. Nam Deus ipse qui omnia (iuxta Psalmistæ testimoniū) in sapientia fecit, cùm cætera animantia ita finxerit, vt potiùs ad feritatem, quam ad māsuetudinem inclinasse illa videatur; vnum hominem totū ad mansuetudinem & lenitatem cōposuit, & configurauit. Dedit namque cornua tauris, leoni vngues, hericio spinas, elephanto, (præter duritiem & magnitudinem cutis) dedit probocidem, auibus alarum velocitatem, equis pernicitatem pedum, rinoceronthi cornu: vnum hominem produxit nudum, inermem, mollissimis carnibus, lenicute. Dedit ei oculos amicos, & interni amoris indices, frontis serenitatem, oculis sensum, ad animos coniungendos; brachiorum signum, & complexum. Dedit illi risum lenitatis, & hilaritatis, & beneuolentiæ inditium, lachrymas tribuit illi misericordiæ, & charitatis Symbolum: præstitit illi vocem, nō trucem, & horribilem, vt cæteris animantibus; sed gratam; & suauem: sermonem quoque efficacissimum, ad amicitias conciliandas; ita quod in hominis membris, aut totius illius opificio, nihil occurrere posset, quod non mansuetudinem præferre videatur: voluit namque Deus ita hominem inferere mansuetudini, vt in hoc terrarum orbe esset viuum quodam diuinæ mansuetudinis simulachrū, & quasi quodam terrenum numen omnibus benè vellet, omnibus benefaceret. Nam (vt quidā sapiēter dixi) Deus est homo homini: nam qui mansuetudinis, & beneuolentiæ signa alteri exhibet, Deus est illi: cùm Dei imiterur beneuolentiam erga illum. Quod si addas oraculum illud Genes. 1. Fecit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam; cùm Dei proprium sit misericordem & mansuetum esse: sequitur quòd hominis fœlicitas, in huius mansuetudinis possessionem sita erit. Quare mansuetudo maximè nobis commendatur, & prædicatur in sacris literis Danie. 3. Fac nobiscum iuxtà mansuetudinem tuam. Sopho. 2. Quærite Dominū omnes mansueti terræ, quærite iustum, quærite mansuetum. Ioel. 2. Conuertimini ad Dominū Deum vestrum: quia benignus, & misericors est. Et Psal. Suauis Dominus vniuersis. Deinde hac indutus virtute Christus ingressus est orbem terrarum, secundum illud Psalm. Propter veritatem & mansuetudinem, & iustitiam, deducet te mirabiliter dextera tua. Et Matthæus. 21. Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus. Hieremi. 11. Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. Et Matthæ. 11. Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Quare nos eius discipuli, & hoc ornamentum induere debemus: Induite vos viscera misericordiæ. Et Ehpesios. 4. Obsecro vos, vt dignè ambuletis, vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate, & mansuetudine. 1. Timot. 6. Tu autem homo Dei sectare sapientiam, & mansuetudinem. Et. 2. Timot. 2. Admone illos neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem. Commendat etiam maximè mansuetudinem, quòd Christus eam nos docuit, dicens: Vt disceremus ab eo hāc mansuetudinem: & vt ibi dicit Glos. Huius virtutis

Psal.103. *Genes.1.* *Dani 3.* *Sopho.2.* *Ioel.2.* *Psal.144.* *Psal.44.* *Matth.21.* *Hiere. 11.* *Matth.11.* *Ephes. 4.* *1. Tim.6.* *2. Tim.2.* *Glos.*

virtutis quasi magnæ Magistrum se fecit Dominus, quod non faceret, nisi via summæ perfectionis ista virtus esset. Iterum mansuetudo seruat animam, secundum illud: Fili, in mansuetudine serua animam tuam. Nam mansuetudo est sicut antemurale, in castro animæ lapides durorum verborum leniter excipiens, & ideò ictus frustans, & hominem à læsione custodiens, sicut vasa vitrea in fœno, vel alia re molli inuoluuntur, vt sic à confractione seruētur; sic mansuetudo animam conseruat, nè ira eam dirumpat. Conciliat etiam mansuetudo hominum amicitiam, secundum illud proximè citatū: Fili, in mansuetudine serua animam tuam, & super hominum gloriam diligeris. Quare de Moyse, quem omnium mortalium mitissimum sacræ literæ testantur: dicitur Eccles. 45. Dilectus Deo & hominibus. Nam mansuetudo amicitias conciliat, cōcordiam parat, pacem reipublicæ conseruat; qua nihil est in republica vtilius, nihil fœlicius. Contrà, iracundia, vt Prouerb. 16. dicitur, iras excitat, dissidia seminat, atq; discordias inter fratres, bella concitat. Quod si mala, quæ iracundia ipsi animo iracundo trahit, animo reputemus, clarissimè intelligemus mites esse beatos. Nam cùm aut propter iniuriam illatam, aut propter suspiciones aliquis furore iracundiæ corripitur; videbis ipsum omninò immutatum, oculi sunt sanguine suffusi, ora rubēt, labra tremunt, dentes strident, lingua balbutit, in summa non hominem dixeris, sed monstrum horrēdum. Vnde quidam Philosophus dixit: Si vis iracūdiam cōpescere cùm nimium iratus es te in speculo inspice & talem te videbis, quòd erubescas iterum irasci. Mansuetudo verò aut mala omninò pellit, aut hominem ex iracundia ad mansuetudinem reducit. Quare meritò beatitudo nūcupatur. Et (vt hoc stemmate huius virtutis laudes claudamus) hæc virtus maximè Regibus, ac Principibus necessaria est. Rex namq; à tyranno mansuetudine discernitur. Crudelitas igitur, atque immanitas peperit nobis Pharaones, Nabuchodonosores, Holofernes, Anthiocos: & inter Romanos, Nerones, Caligulas, Heliogabalos, & alia monstra humani generis. Clementia & mansuetudo protulit Moysem, Dauidem, Salomonem, Iosaphat, Iosiam, & inter Christianos Constantinū, & Theodosium; quos orbis terrarum patres patriæ, pacis, & tranquillitatis authores, celebrat. Et Deus ipse in apum examine, quod perfectè reipublicæ simulachrū est, hoc ostendit. Nam Regem non aculeo armauit, non aspectu truculēto terribilem fecit; sed mansuetudine, colore aureo, & pulchritudine condecorauit, à quo & aculeum subtraxit, vt Reges ex illo discerent clementiam, & mansuetuninem. Vnde Eccles. 20. dicitur: Sedes ducum superborum destruxit Deus, & statuit mites pro eis. Et in Cant. Virginis dicitur: Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Et Prouerb. 20. Roboratur clementia thronus Regis. Cicero in oratione pro Marco Marcello ad Cæsarem, ait: Iracundiam cohibere, victoriam temperare, hæc qui fecerit, non ego illum cum summis viris comparo, sed simillimum Deo iudico. Cùm audimus aliquid clementer & mansuetè factum, maximè diligimus. De qua re extat testimonium illud sacrum. 2. Reg. 23. vbi de Dauid dicitur: Dauid sapientissimus omnium sedens in cathedra, & ipse tanquam tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno. Quo loco Principis partes, atq; dotes nobis describit Spiritus sanctus: Quod Dauid fuerit omnium sapientissimus, & prudentissimus, & ipse Princeps inter tres: sic Rex fortissimus debet esse, tamen quasi tenerrimus ligni vermiculus, hoc est, Rex debet esse mitissimus, & humilis, & ipse vno impetu interfecit. 800. Nam talis vermiculus, quāuis sit tenerrimus; tamē arte, & industria durissimum lignū terebrat, atq; consumit, *Vale barrenando poco à poco.* Ita etiam vir lenis, & mitis in potestate constitutus, morum suauitate omnia vincit, & superat. Est etiam mansuetudo necessaria, in Euāgelicis ministris. Vnde Christus infra. 10. ouibus comparat suos ministros, dicens: Ecce ego mitto vos, sicut oues in medio luporum: immò & Christus ipse pastorum Princeps; agnus in sacris literis nuncupatur, quod Baptista ostēdit dicens: Ecce agnus Dei. Et Cant. 4. Euangelici ministri ouibus comparantur, cùm dicitur: Dentes tui, sicut greges tonsarum. Hoc est Doctores, & Prædicatores comparantur ouibus, propter mansuetudinem quam gerere debent. Tonsis autem propter paupertatem, quam pro Christo pati tenentur. Et Ioan. Apocal. 5. Vidit in cœlo Empyreo agnum; stantem, tāquam occisum, hoc est, Christū Dominum mitissimum, & pro salute generis humani occisum. In suma omnes viri Christiani

Ecclesi.10. *Simile.* *Ecclesi.10.* *Num.12.* *Ecclesi.45* *Prouer. 16* *Simile.* *Ecclesi.20.* *Prouer.20* *Cicero.* *2. Reg.23.* *Matth. 10* *Ioan.1.* *Cant.4.* *Apoc.5.*

Chriſtiani & electi à Chriſto oues, & agni
Ioan.10. appellantur Ioan.10. cùm dicit: Ego ſum
paſtor bonus, & cognoſco oues meas, &
Ioan. vlt. cognoſcũt me meæ; & animam meam pono
pro ouibus meis. Ioan. vlt. dixit Dominus
Petro: Paſce oues meas, paſce agnos meos.
Matth.25 Matth.25. dicitur, quòd erunt oues ad dex-
teram, hędi verò ad ſiniſtram. Vltimò ad-
uertendum, quòd vera manſuetudo appa-
ret, quando homini aliquid dicitur, vel fit
Bernard. contra eius voluntatem. Vnde Bernard.
ſerm.4 de aduentu, ait: Sunt alij mites, ſed
quandiù nihil dicitur, aut agitur, niſi pro
eorum arbitrio: patebit autem quàm longè
ſint à vera manſuetudine, ſi vel leuis oria-
tur occaſio. Hæc manſuetudo quomodò
hæreditabit, quę antè hæreditatem deficit?
Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.
1. Ioan.2. Ioannes in ſua Canonica ait: Omne quod
eſt in mundo, aut eſt concupiſciẽtia carnis,
aut cõcupiſcientia oculorum, aut ſuperbia
vitæ. Hoc eſt: His tribus vitijs ſcatet mun-
dus, nẽpè Auaritia, Superbia, Luxuria, ad
quę ferè cætera omnia vitia reducuntur; &
ideò dicuntur vitia capitalia. Contra auari-
tiam oppoſuit paupertatem: contra ſuper-
biam, manſuetudinem: poſtremò contra
luxuriam, luctum; vt per hæc efficiantur
mundo corde ad videndum Deum, quod
eſt omnium horum actuum præmium. Et
his etiam reſpondent tria religioſorũ vota.
Nam contra auaritiam eſt votum paupertatis: aduerſus luxuriã, caſtitatis promiſsio: & contra ſuperbiam, humilis per obedientiam ſubiectio; quibus & munditia cordis acquiritur, qua pergitur ad Dei viſionem. Quod & in ſeminibus expreſsit Chriſtus Dominus infrâ cap.10. Semen in terra ia-
Matth.10 ctatum præceptum legis eſt, ab humanis mẽtibus ſuſceptum; ſed id quod ſecùs viam cecidit, ſignificat Chriſtianos ſuperbos, qui cunctis mundi honoribus inhiant: nam quod ſup terrã petroſam, & ſiccã: eos deſignat, qui carnis deſiderijs madẽtes, in ſpiritualibus areſcũt; quod autem ſuper ſpinas, amatores diuitiarum refert, qui rerum temporalium ſolicitudine, ac cupiditate ſuffocant verbum; quod verò in terram bonam, hi ſunt qui corde bono, optimo, & puro, verbum ſuſcipiunt, & fructum afferunt in patientia. Igitur cùm in duabus præcedentibus beatitudinibus oſtenderit falſam eſſe opinionem eorum, qui in diuitijs aut honoribus exiſtimant ſitam eſſe hominis beatitudinem: nunc Epycuri, & vulgi ſentẽtiam explodit, qui in voluptatibus eam ponerẽ cupiunt. Mundus enim dicit: Beati ab omni luctu liberi, & omnibus delitijs affluentes: Chriſtus verò dicit: Beati qui lugent. In quo & excellentia nouæ legis, ſuper antiquam videtur nobis inſinuari. Nam in veteri, ferè omnes promiſsiones tẽporale gaudium præſeferebant, & lætitia, & iocunditas, pro mercede illis promittebatur; vt patet Hierem.31. Confluẽt ad bona Domini, Hiere.31. ſuper frumento, vino, & oleo: & poſteà: Lætabitur virgo in choro, iuuenes, & ſenes ſimul. Nunc verò ecce Chriſtus beatitudinem proponit, in luctu dicens: *Beati qui lugent.* Hebr.13. Et hoc vtiq; fit, quia non habemus hic conſolationem noſtram, ſed futuram expectamus, quam ita proponit Pſalteſ. Euntes Pſal. 125. ibant, & flebant mittentes ſemina ſua: venientes autẽ venient cum exultatione portantes manipulos ſuos. Hæc D. Tho. hic. D. Thom.

Cæterum, vt congruo ordine procedamus, aduertendum eſt eſſe triſtitias aliquas, non bonas, de quibus hic non ſit ſermo: generaliter enim ſæculi triſtitia mala à Paulo prædicatur, vt potè quæ mortem operatur. 2. Cor. 7. Sed deſcendendo ad aliqua in ſpeciali: primò luctus cupiditatis, qui ex amiſſa pecunia, vel alio temporali damno procedit malus eſt; de quo dicit Poẽta quidam: Quidam Poẽta.

Ploratur lachrymis amiſſa pecunia veris.

Eſt & luctus pro deceptione; de quo & Poẽta dicit: Poẽta.

Vt flerent, oculos erudiere ſuos.

Eſt & luctus inordinatæ compaſsionis; de quo Auguſt. lib. 1. Confeſ. Cogebar (inquit) Auguſt. plorare Didonem mortuam, quæ ſe occidit ob amorem; cùm intereà meipſum in ijs à te morientem, Deus vita mea, ſiccis ferrem oculis miſerrimus. Quid enim miſerius miſero, non miſerante ſeipſum? Eſt & in alia vita luctus æternæ damnationis, de quo Matth. ibi erit fletus & ſtridor dentium. Matth.8. Iſti luctus non beati, ſed miſerrimi dicendi ſunt. At verò Dei triſtitia, quam vitam, & 22. & 24. alios plures fructus Paulus dicit operari in & 25. genere, in duas diuiditur. Prima eſt triſtitia vel luctus pro peccatis ſuis, vel alienis. Secunda ex deſiderio cœleſtis patriæ, prior eſt irriguum inferius. Secunda, irriguum ſuperius, de quibus legitur Ioſ.15. Etenim Ioſue. 15. iuſti vndecunq; inueniunt cauſam fletus, ſiuè contẽplentur in inferioribus peccata, & pericula peccatorum, ſiuè conſiderent abſentiam ab illa patria cœleſti, quæ in ſupremis bonis conſtituta eſt. Prior luctus lauat

lauat præſentes ſordes; ſecundus accendit acriùs æternorũ amores; vt hic dicit Gloſſa. Sed in particulari loquendo, poſſunt diſtingui quatuor ſpecies luctus. Prima pro pprijs peccatis, ſecundũ quod in Pſal.118.
Pſal.118. dicit Dauid: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodierunt legem tuam. Et alibi: Lauabo per ſingulas noctes,
Pſal.6. lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Hi enim vitam in amaritudine tranſigunt dolentes maximè, ſe aduerſus Deum auſos
Eſai. 33. fuiſſe peccare, ſecundùm illud Eſai.33. Recogitabo tibi annos meos, in amaritudine
Ioan.2. animæ meæ. Et Ioan.2. Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, fletu,
Luc.7. & planctu. Hunc luctũ habuit Magdalena,
Matth.26 hunc Petrus, & alij peccatores, qui ſordes ſuorum delictorum lachrymis abluere contendebãt, & libidinis ardorẽ quem peccata contraxerant talibus aquis temperare. Sic enim & Dauid in perſona peccatorum di-
Pſal. 41. cebat: Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarũ; ita deſiderat anima mea
Simile. ad te Deus. Cerui paſcuntur ſerpentibus, ac viperis, cuius æſus ardorem maximum in ventre, & viſceribus generat, quem vt temperẽt ſitibundi ad aquarũ fontes properant. Sic peccatorũ, qui peccata (quæ viperæ, ac ſerpentes ſunt) deuorant, ardore nimio eorum viſcera flagrant. Quare opus eſt ad lachrymas currere cum Magdalena, & Petro; quarum effuſione talis ardor temperamentum ſumat. Alia ſpecies luctus eſt
1. Reg.15. aliena peccata lugere. 1. Reg. 15. &.16. Sa-
&.16. muel lugebat Saul. 2. Reg. 18. Dauid ſum-
2. Reg. 18. mopere flebat peccatũ Abſalon, quia mortuus eſt in peccato rebellionis contra patrem. Sic explicat eius lachrymas D. Aug.
Gaudentius. 2. lib contra epiſt. Gaudentij, in.7. tomo,
Hiere.9. cap.14. Et Hierem. cap.9. dicebat: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum: et plorabo die ac nocte
Ezech.9. interfectos filiæ populi mei? Et Ezech.9. Præcipitur viro, qui erat indutus lineis, vt ſignaret, Thau, (hoc eſt ſignum Crucis) ſuper frontes virorum gementium, & dolentium, ſuper cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio terræ. Hoc enim ſignum ſuper ſe ferunt iuſti, qui in hac lachrymarum valle, & ſua & aliorum delicta lugent: nam in Cruce lachrymas fundẽs tradidit Chriſtus ſpiritũ; vt Paul. ad Hebr. refert: &
Hebr. Eccleſ.22. Eccleſ.22. dicitur: Super mortuum plora, deficit enim lux eius, & ſuper fatuum plora, deficit enim ſenſu. Modicum plora ſuper mortuum: quoniam requieuit. Luctus mortui ſeptem dies, fatui autem, & impij omnes dies vitæ eius. Vbi docet deplorandum eſſe peccatorem: & Auguſtinus dicit: Non ſunt in te viſcera miſericordiæ frater, ſi corpus luges, à quo receſsit anima, & non luges animam, à qua receſsit Deus. Et in nouo teſtamento Paul. ad Roman.9. dicit: Roma.9. Triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo. Et ratio triſtitiæ ſuæ erat infidelitas Iudæorum, qui erant fratres ſui ſecundum carnem. Et.2. Cor.12. ait: Ne fortè 2. Cor. 12. humiliet me Deus apud vos, & lugeã multos ex his, qui antè peccauerunt, & nõ egerunt pœnitentiã ſuper immunditia, & fornicatione, & impudicitia, quã geſſerunt. Et Chriſtus Dominus videns ciuitatẽ fleuit ſuper illam Luc. 19. Tertia ſpecies eſt pro Luc.19. incolatu præſentis miſeriæ, vbi tot ſunt pericula, & occaſiones peccandi: vnde Dauid dicebat: Heũ mihi, quia incolatus meus Pſal.99. prolongatus eſt. Et vehementer lugebat ſe eſſe exulem, à templo Domini, cùm erat profugus à facie Saul, in terra Philiſtijn, timens nè ſibi eſſet occaſio, aut offendiculũ derelinquendi Dominum. Quartus luctus eſt, pro dilatione patriæ, ſecundùm illud Pſalm. Super flumina Babylonis illic ſedi- Pſal. 136. mus, & fleuimus, dum recordaremur tui Syon. Nec vllam conſolationem admittũt, cùm ſe vident longè eſſe à Deo in regione diſſimilitudinis, ſed cum Dauid dicũt: Re- Pſal. 76. nuit conſolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus ſum. Hæ quatuor ſpecies luctus ſunt velut quatuor hydriæ, quas iuſsit 3. Reg. 16. Helias impleri aqua, & effundi ſuper holocauſta; quam effuſionẽ ignis cœleſtis ſubſequutus eſt. Præter has ſpecies addit Ianſen. etiam Ianſenius aliam, ſcilicet, illi qui calamitates aliquas ſibi à Deo immiſſas ęquo animo hic perferunt; qualis fuit illa, quam Lazarus pauper perpeſus eſt: nam diuiti di- Luc.16. ctum eſt ab Abraham: Fili, recordare quòd recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala; nunc verò hic cõſolatur, tu verò cruciaris. Vt ſub hac beatitudine compre- Iacob.1. hendatur illud Iacobi: Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniam cùm probatus fuerit accipiet coronam vitæ. Lugentes enim hic dicuntur, non ſolùm qui lachrymas emittunt, ſed etiam quotquot in rebus triſtibus & calamitatibus agunt, maximè in his quæ fortunæ eſſe videntur. Itaq; voluit Dominus docere, non omnes lugentes eſſe beatos; ſed tantum voluiſſe ſignificare in

in genere; id quod omnes miſerum putant viam parare ad ſolidam fœlicitatẽ, ſi modò tamen quis eo benè vtatur, & nihil alioqui deſit, quod fœlicitatem æternã impediat, quomodò ferè oportet generales huiuſmodi ſententias intelligere. Sicut enim dùm poſteà in genere dicit: Væ diuitibus, væ vobis qui ridetis, væ qui ſaturati eſtis, & væ cùm benedixerint vobis homines! Nõ vult vniuerſaliter omnes diuites, aut ridentes, aut commendatos ab hominibus condemnare; ſed ex circunſtantijs, alijſque locis facilè patet, de quibus veræ ſunt generales illæ ſententiæ. Ita etiam hoc loco cenſendum. Ex alijs enim ſcripturis, atq; ex hoc ipſo loco videndum quibus lugentibus hæc beatitudo conueniat, nimirùm, his qui mites ſunt, vt præmittitur, & qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiã, vt ſequitur: Beati ergò, quibus nõ contingit terrena hic frui fœlicitate; ſed omnia eis in hoc mũdo aduerſa eueniunt; ſi modò patienter immiſſas à Deo miſerias ſufferant, & cum Pſalmiſta dicãt: Quoniam ego in flagella paratus ſum: & cum Hieremia: Corripe me Domine, verumtamen in iudicio, & non in furore tuo. Quòd ſi his addas aliud genus luctus, nempè, compaſsionis alienæ miſeriæ, ſecundum illud Paul. Rom. 12. Flere cum flentibus, & Iob. 20. Flebam olim ſuper eo, qui afflictus erat: Inuenies ſex ſpecies luctus ſignificatas per illas ſex hydrias, quas Dominus iubet aqua impleri Ioan. 2. Igitur vel omnibus his generibus luctus, vel aliquibus eorũ iuſti, in hac vita lugubres, ac triſtes incedunt. Nam vt Gregorius Nizen. hic docet æſus agni Paſchalis, cum lactucis aggreſtibus, ac amaris fiebat; Paſcha autẽ noſtrum Chriſtus eſt, per quem tranſire debemus ab huiuſmodi tenebris ad patriam claritatis æternæ, quem hic per fidem ædimus; tamen cum felle, & aceto mixtum, quem ipſe potauit. Nam in cœleſti patria ipſum cum fauo mellis, quem ipſe de ore mortis eduxit: ſuper menſam eius mãducabimus. Conſiderandum quippè eſt, quod ſicut ad hoc, quod ſagitta recto tramite dirigatur ad ſcopum: oportet quòd & ipſa recta ſit, ita quod medium non exeat ab extremis (ſic enim à mathematicis definitur rectũ) ſed ea directione qua cœpit, & mediet, & finiat, ita quod medium nõ exeat ab extremis; ſic, vt vita noſtra recta ſit, atq; recto itinere dirigatur ad patriam: oportet quòd medium eius non diſtet ab extremis, ſed ſicut cœpit & claudetur, ſic mediet. Initiũ autem vitæ hominis luctuoſum eſt; nam primam vocẽ omnes plorantes emittimus; idem autẽ erit finis, nempè luctuoſa mors: correſpondeat ergo medium extremis, & ſit etiam vita, quæ inter Ortum, & Occaſum hominis mediat, luctuoſa, & lugubris, vt ei poſsit dici: Beati qui lugent: quoniam ipſi conſolabũtur. In hac vita (vt diximus) incipiũt iuſti eſſe beati: quoniã prælibationes, ac præguſtationes quaſdam accipiunt, ſimiles illis, quas in beatitudine habebunt: lachrymæ quippè, ac gemitus, quæ pro peccatis, vel pro rebus, quæ diximus, fundunturſ conſolationes maximas in anima pariunt, ita vt poſsint dicere cum Diuo Paulo: Sicut abundãt tribulationes Chriſti in nobis; ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra. Quare ipſe Paulus inter tot triſtia, & aduerſa dicebat: Superabundo gaudio, hoc eſt, in immenſum excedit conſolatio Chriſti triſtitiam. Et Thob. 3. dicitur: Quoniam poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt lachrymationem, & fletum, exultationem infundis. Et nota quòd dicit, infundis, quoniam cõſolatio hæc, non tàm externa, quàm interna, ſolet eſſe in alto, abditoq; mentis ſilentio conſtituta, ſecũdùm illud Pſalm. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te! Abſcondiſti (ait) quoniam ille homo abſconditus, & interior, illa perfruitur. Ideò agnus Paſchalis, qui dulcis erat, cum aggreſtis lactucis ædebatur: quoniam ipſa amaritudo, quæ pro peccatis ſumitur dulcedinem, ac conſolationem internam ſecum affert, ſecũdum illum quod Auguſt. pœnitentem docet, dicens: Doleat, & de dolore gaudeat, hoc eſt, ipſa amaritudo, quam pro peccatis ſumit, ſibi dulceſcat. Simile eſt illud Paul. 2. Cor. 7. Nunc gaudeo, nõ quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam, hoc eſt, quoniam cõtriſtatio veſtra talis fuit, quod gaudium generare poteſt. Sicut quãdo vulnus dolet, Medicus & æger gaudẽt. Solet enim eſſe ſignum, quod ſit iam maturum, ad hoc quod aperiatur, & foras pellatur putredo. Sic quando peccator dolet, & triſtatur de peccato, ipſe, & animarum Medicus lætari debent: quia ſignum eſt quòd vulnus aperiri poſſet, & putridum ſanguinẽ ab anima expellere. Vnde ſubdit Paulus: Triſtitia enim, quæ ſecundum Deum eſt; pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. Vnde & Pſal-

Luc. 6. *Pſal. 37.* *Hiere. 10.* *Roma. 12.* *Iob. 20.* *Ioan. 2.* *Gregorius Nizen.* *Figura.* *Simile.* *Figura.* *Exod. 11.* *Auguſt.* *2. Cor. 7.* *Simile.* *2. Cor. 1.* *2. Cor. 7.* *Thob. 3.* *2. Cor. 7.*

Pſal. 29. & Pſalmiſta ait: Conuertiſti planctũ meũ in gaudium mihi: ſicuti aquæ Marac conuerſæ ſunt in dulcedinẽ. Sed obſerua, quòd etiam mali, & imprudentes lugent, ac triſtantur; tamen id non faciunt in tempore *Exodi. 15.* ſuo. Eccleſ. 20. Imprudens non ſeruabit *Eccleſ. 20.* tempora. Seneca De negligentibus facere, quod faciendum eſt: Tunc (ait) lachrymæ nihil profuturæ cadunt, plorabunt fatui, ſicut hic ſapientes plorant, ſed tunc plorabunt, quando lachrymæ erunt eis inutiles. Si ploraſſent in hac vita, vel vnã ex corde lachrymulam, in æternum riderent: nunc autem plorãt irremediabilibus lachrymis. Nam ſi nõ ploraſſent damnati, niſi lachrymam vnam corporalem ſingulis diebus, quibus eſſent in inferno, plus plorarent quàm ſint guttæ aquæ maris. Omnes enim guttæ maris finitæ ſunt, & poſſet Deus dicere: Tot ſunt, & non plures; damnati verò ſine fine erunt in inferno. Quare tunc illa verba furore plena dicent, quæ Sapiens *Sap. 5.* Sap. 5. recenſet: Quid profuit nobis ſuperbia? & diuitiarum iactantia quid contulit *Eccli. 20.* nobis, &c. Ergo erraui mus. Et tamẽ reſpondebitur eis illud Sapientis: Ex ore ſtulti reprobabitur parabola; quia nõ diſcit illam in tempore ſuo. *Quoniam ipſi conſolabuntur.* Conſolabũtur, paſsiuè accipiendũ eſt, hoc eſt, ſolatio afficientur. Illud ipſum quod dicit Regnum cœlorũ in prima beatitudine, & poſſeſsio terræ, in ſecunda; vocatur in *Luc. 2.* præſentia conſolatio. Etenim Luc. 2. de Simeone dicitur: Quòd expectabat conſolationem Iſraël. Quod alijs verbis Luc. 23. ex- *Luc. 23.* plicatur, cùm dicitur de Ioſeph Abarimathia: Quòd ipſe expectabat Regnum Dei, quaſi hæc eſſet conſolatio illa Iſraël, quam Simeon præſtolabatur. Itaq; ſtatus beatificus vocatur cõſolatio, ſecundũ illud quod *Luc. 16.* dictum eſt ad Epulonem illum Luc. 16. Fili, recordare quòd recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc verò hic conſolatur, tu verò cruciaris. Quod ſi attentè rem conſideremus, præmium correſpondens luctui, & dolori, aptiſsimè ſignificatur per cõſolationem: quoniam (vt in præcedentibus diximus) merces, & corona cuiuſcunque beatitudinis, conſideratur à Chriſto, & explicatur ſecũdum analogiam, ac proportionem meriti. Itaq; quemadmodum Regnum cœlorum aſcribitur pauperibus ſpiritu; ita etiam conſolatio impenditur illis, qui vitam luctuoſam egerunt, atq; in mœrore, & triſtitia fuerunt, dum in hoc ſæculo viuerẽt: ad hoc enim Chriſtus in mundum venit, vt conſolaretur lugẽtes, ſecundum illud Eſai. 61. Spiritus Domini *Eſai. 61.* ſuper me, &c. vt conſolarer omnes lugentes, vt ponerem lugentibus Syon, vt darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris: oleum autem ad intima penetrat, vt de gaudio gloriæ omnia intima penetrante id intelligas dictum. Et notandum quòd non dicit conſolationem in hac, vel illa triſtitia eſſe accipiendam à iuſtis, vt intellectum eſſet omnibus illam conſolationem continere omne genus cõſolationis, & leuamen cuiuſcũq; triſtitiæ. Exod. 3. explicatur Eſſe *Exod. 3.* Dei illis verbis: Ego ſum qui ſum, nulla adhibita particulari ratione eſſendi: quoniam Eſſe Dei continet omnem perfectionem entis, non limitatè hanc vel illam: Similiter Eſai. 3. dicitur: Dicite iuſto quoniam benè, *Eſai. 3.* quoniam fructum adinuentionum ſuarum comedet. Cùm non dicat ſcriptura, in quo genere boni ſita ſit fœlicitas iuſti; ſubindicat illum eſſe omne bonũ conſequuturum. Secundum iſtã phraſim accipite hæc verba: Lugentes conſolabuntur, id eſt, omne genus conſolationis accipient, vt Pſal. 93. *Pſalm. 93.* Secũdum multitudinem dolorum in corde meo, conſolationes tuæ lętificauerunt animam meam. Et hoc ipſum quod in præſentia dicitur, conſolatio, explicatur alibi in ſcriptura, per hoc quod eſt auferre omnem lachrymam. Eſai. 25. Faciet Deus in monte *Eſai. 25.* hoc conuiuium pingium, &c. Præcipitabit mortem in ſempiternũ, & auferet omnem lachrymam ab omni facie. Apoc. 7. Deducet eos ad fontes aquarum vitæ, & abſterget Deus omnem lachrymam. Et cap. 21. *Apoc. 7. & 21.* Abſterget Deus omnẽ lachrymam ab oculis ſanctorum, &c. Iam nõ erit amplius, nec luctus, nec clamor, ſed nec vllus dolor; quoniam priora tranſierunt. Vbi Bernard. ait: *Bernard.* Fœlices lachrymæ, quas pia manus conditoris abſterget. Et Eſai. 66. Ecce ego declinabo ſuper Hieruſalẽ fluuium pacis, quaſi *Eſai. 66.* torrentem inundantem gloriam, vſque in Hieruſalem conſolabimini. Illa autẽ reſpublica cœleſtis vocatur Hieruſalem glorioſa, *Pſal. 147.* iuxta illud Pſal. 147. Lauda Hieruſalem Dominũ. Igitur beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Vnde Ambroſ. lib. 5. in *Ambroſ.* Luc. ait: Ablue te lachrymis tuis, laua fletibus: ſi tu ipſe te fleueris, alius te non flebit: nã ſi Saul fleuiſſet peccata ſua, alius eũ non fleuiſſet. Et Chryſoſt. hom. 5. de pœnitẽtia: *Chryſoſt.* O mag-

O magnum donũ (inquit) quod in pœnam dedit, in ſalutem vertit! Peccatũ triſtitiam peperit: triſtitia peccatum contriuit. Et quemadmodum vermis in ligno natus, id ipſum comminuit; ſic triſtitia de peccato nata peccatum comminuit, per pœnitentiam inducta, ſecundum dictum Paul. ſuprà citatum, quòd triſtitia quæ ſecundũ Deum eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. Vnde Pſaltes luctui lætitiam, & conſolationem requirebat, dicens: Redde mihi lætitiam ſalutaris tui. Aduertendum tamen ſecundum Gloſ. quòd luctus pro peccatis, vel pro deſiderio cœleſti conſolationem meretur: alius verò luctus nõ. Vnde Bern. ſermone. 4. de aduentu, ait: Luctus eorum, qui perſeuerantiam non habent, non meretur conſolationem: Alios (inquit) lugentes video, ſed ſi de corde procederent lachrymæ, non tam facilè illicò ſoluerẽtur in riſum; nunc autẽ cùm abundantius otioſa, & ſcurrilia verba profluãt, quàm priùs lachrymæ, lachrymas huiuſmodi, de his non eſſe arbitror, quibus conſolatio diuina promittitur: quandoquidem poſt illas, tam facilè conſolatio vilis admittitur.

Simile. *Pſal.30.* *Bernar.*

Vltimò, de his quæ pertinent ad commendationem lachrymarum agendum eſt, lachrymæ maximè nobis in Scriptura commendantur: exhortatur quippè nos ſæpè ad fletum Hierem. 9. Luctum vnigeniti fac tibi. Et. c. 9. Docete filias veſtras lamẽtum. Luc. 23. dixit Chriſtus mulieribus, quæ ipſum ad Crucem flentes ſequebantur: Super vos ipſas flete, & ſuper filios veſtros. Et Iacob. 4. Miſeri eſtote, & lugete, id eſt, conſiderantes vos miſeros, flete ſuper miſerias veſtras. Vnde cap. 5. ait: Plorate vlulantes in miſerijs veſtris. Secundò debẽt nos maximè ad lachrymas mouere exempla ſanctorum, & præcipuè Chriſti Domini, ſecundum illud Bernard. Chriſtus compatitur, & plorat; homo patitur, & ridebit. Et de lachrymis eius Paul. ad Hebræos dixit: Cum lachrymis, & clamore valido emiſiſſe ſpiritum, & exauditus eſt pro ſua reuerentia. Et Luc. 19. Vidẽs Ieſus ciuitatem fleuit ſuper illam. Et Ioan. 11. ad mortẽ Lazari lachrymatus eſt Ieſus. Primo fletu, compunctionis fletum nobis commendarũ eſſe voluit: quoniam in Cruce fleuit, tunc qui ſtatum pœnitentiæ deſignat: in ſecundo commendauit nobis fletũ compaſsionis; in tertio lachrimas deuotionis, quando Lazarum ad præſentem miſeriam reuocauit. Vnde Bernar. in ſerm. Chriſtus ſuper Lazarũ, & ſuper ciuitatẽ fleuiſſe. & in orationib° pernoctaſſe lego; riſiſſe verò, aut iocaſſe nunquàm. Item ſanctorũ exẽpla. Petrus enim poſt peccatum fleuit amarè. Vnde Hiero. in epiſt. Petrũ ter negantem, in locũ ſuum amaræ lachrymæ reſtituêre; Magdalena etiam lachrymis rigauit pedes eius. Locus etiã in quo viuimus, maximè ad lachrymas nos prouocat, ſecundum illud Aug. In valle miſeriæ ſumus, in qua eò magis flendũ eſt, quò minùs flemus. Et Regius Vates ait de iuſto viro, quòd aſcẽſiones in corde ſuo poſuit, in valle lachrymarum. Cui reſpondet illud Eccleſ. 22. Muſica in luctu, importuna narratio. Inuitat nos quartò ad fletum, tempus: quoniam ſi (ſecundum ſententiam Sapientis) omnia ſuum tempus habent, & eſt tẽpus flendi; & tẽpus ridendi: in præſenti vita potius eſt tẽpus flendi, nam in alia eſt tẽpus ridendi: quoniam lachrymæ damnatorũ nullius valoris ſunt. In hac vita multiplex eſt materia fletus, in qua ſunt Dei iniuriæ, proximorũ cõtumeliæ, ſtrages animarum, incolatus præſentis miſeriæ, dilatio patriæ, erumnæ, & miſeriæ multæ, quas recẽſere infinitus eſſet labor. In futuro ſæculo nulla erit materia fletus: quoniam abſterget Deus omnem lachrymam: immò tunc ridebunt ſancti pleno ore, ſecundum illud Iob. 8. Deus non proijciet ſimplicem, nec porriget manũ malignis, donec impleatur riſu os tuum, & labia tua iubilo. Hic ridetur ore ſemipleno: quoniam hic impletur illud Prouerb. 14. Riſus dolore miſcebitur: tunc autẽ nulla erit triſtitia, quæ gaudium beatorum præoccupet.

Hierem. 9. *Luc. 23.* *Iacob. 4.* *Iacob. 5.* *Bernar.* *Hebr. 5.* *Luc. 19.* *Ioan. 11.* *Ioan. 11.* *Bernar.* *Hierony.* *Auguſt.* *Pſalm. 83.* *Eccleſ. 22.* *Apoc. 21.* *Iob. 8.* *Prouer. 14*

Habent etiam lachrymæ maximas virtutes. Nam primò animam mundant, eſt enim aqua lachrymarum mare æneum, in quo ingreſſuri tẽplum, manus & pedes lauabant. Exod. vltim. Et. 3. Reg. 7. Eſt etiam aqua lachrymarum lauatorium in clauſtro ſpirituali, ad ſimilitudinem illorum, quæ in clauſtris monaſteriorũ ſunt; quæ ſi ſint pro peccatis proprijs, quaſi puteũ in domo tua diceris habere; ſi pro alienis, in aliena domo puteus eſt; qui tamen illo ad rigandum domum ſuam non vtitur, ſecũdum illud: Bibe aquam deciſterna tua, & fluenta putei tui. Hoc eſt, priùs domum propriam refice tuis lachrymis. Et ſubdit: Deriuentur aquæ tuæ foras, hoc eſt, ſi charitas ſuppetit, ad deflendum aliena peccata, etiam ad illa delenda dirige lachrymas tuas. Cæterum ſi lachry-

Exod. vlt. *3. Reg. 7.* *Prouer. 5.*

lachrymæ ſint pro incolatu præſentis vitæ, vel pro dilatione patriæ, iam ſunt aquæ de fonte viuo ſcaturientes, ſecundum illud Ioan. 4. Fiet in eo fons aquæ viuæ ſaliẽtis, in vitã æternam. Item lachrymarum aqua balneũ eſt, in quo abluũtur animæ, vt ſponſæ Regis cœleſtis fiant; ſicut in balneo, adamauit Dauid Berſabeæ, quam accepit poſteà in vxorẽ. Vnde Hiere. 4. dicitur: Laua à malitia cor tuũ, vt ſalua fias. Itẽ per lachrymas deletur chirographum decreti, quod aduerſus nos erat, quod Chriſtus ſuo ſanguine prius deleuit. Nam in libris illis, qui in die iudicij aperiendi ſunt; ſcribũtur peccata noſtra, niſi ſanguine noſtro, aut lachrymis, & fletibus cruore Chriſti inmixtis, illa deleamus. Lachrymæ ſunt mare Rubrum, quod Pharaonem, & exercitum eius ſuffocauit; ſic diabolus cum ſatellitibus eius, noſtris lachrymis ſuffocantur, ſecundum illud Pſalmi: Contribulaſti capita draconum in aquis. Sunt etiam fons à paradiſo egrediens, qui totã irrigabat terram; ſic lachrymæ animam fœcundant. Eccleſ. 14. Rigabo hortum plantationis. Et in Pſalmo: Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent. Item, lachrymæ holocauſtum impinguant, ſecundum Grego. ſuper Ezech. Holocauſtum aridum eſt bonum opus, quod orationis lachrymæ non infundunt: holocauſtum pingue eſt bonũ opus, quod cùm agitur etiã lachrymis impinguatur. Lachrymæ ardorem concupiſcentiæ ſedant. Gregor. in Moral. Flammam ſuggeſtionum diaboli citiùs extinguit vnda lachrymarum. Si aliquis videat domum conſcientiæ ſuccendi, recurrat ad aquam lachrymarum. Humiliant mẽtem. Prouerb. 12. Mœror in corde iuſti, humiliauit eum. Ipſam etiam mitigant. Bernar. in ſerm. Equum indomitum flagella domant; animam immitem contritio ſpiritus, & aſsiduitas lachrymarum. Et (vt breuiter dicam) omnem infirmitatem ſanant, ſecundum illud Iob. 5. Mœrẽtes erigit ſoſpitate. Item à Deo quod homo vult impetrant. 1. Regum. 1. Cùm eſſet Anna amaro animo orauit Deum flens largiter, quæ à Domino exaudita eſt. Eſai. 38. dictum eſt Ezechiæ: Vidi lachrymas tuas, & ecce ſanaui te. Thob. 3. Orauit Thobias cũ lachrymis; Sara ſimiliter, & axauditę ſunt amborum preces. Iudith. 8. Indulgentiam eius cum lachrymis poſtulemus. Et in Pſalm. Auribus percipe lachrymas meas. Auguſt.

Ioan. 4. *Eliere. 4.* *Exod. 14.* *Eccle. 14.* *Gregor.* *Gregor.* *Prouer. 12* *Bernar.* *Iob. 5.* *1. Reg. 1.* *Eſai. 38.* *Thob. 3.* *Iudith. 8.*

quæ violentæ ſunt in precibus. Hierem. 31. In fletu venient, & in miſericordiam reducam eos. Chriſtus etiam cum lachrymis orauit, & exauditus eſt pro ſua reuerentia. Hebr. 5. Sunt aquæ Syloè, quæ oculum mentis clarificant; ſunt aquæ diluuij, quæ arcam eleuauerunt: ſic & lachrymæ mentem eleuant. Gregor. in Moral: Cùm per fletum mens ad ſumma rapitur, compunctionis ſuæ pœnam gaudens miratur: quia afflictione ſua ſe vidit ad alta ſubleuari. Vitam perditam reparant, Gregor. Tempus redimimus quando ante actã vitam, quam laſciuiendo perdidimus, flendo reparamus. Cœlum quaſi vi quadam rapiunt. Grego. in homil. Regnum cœlorum rapi vult noſtris fletibus, quod noſtris meritis non debetur. Deniq; lachrymæ operantur, in cœlo, in terra, & in inferno. In cœlo: Eccleſ. 35. Non nè lachrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt, & exclamatio eius ſuper deducentẽ eas? A maxilla etiam aſcendunt ad cœlum. In terra operantur, cùm multiplices effectus operẽtur in hominibus, quos modò recenſuimus. In inferno: quoniam qui eas hic fundit, ignem inferni extinguit. Lachrymæ Deum cogunt, ſicut dicit Gloſ. Thob. 3. Tunc Thobias ingemuit, & cœpit cum lachrymis orare Deũ. Oratio Deum lenit, lachryma cogit. Lachrymæ Deum faciunt quaſi obliuiſci iniquitatum noſtrarum. Angelos lætificant, ſecundum illud Lucæ. 15. Gaudium eſt Angelis ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, vbi Bernardus: Delitiæ Angelorũ ſunt lachrymæ pœnitentium. In dæmones poſſunt: quoniam ab eis ſubmerguntur; ecce quãta poſſunt lachrymæ. Benè ergo dicitur: *Beati qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur.* Impediũt tamen nonnulla vitia lachrymæ. Primum ſuperbiam, quæ eſt, vt terra arens. Ioan. 15. Terrã arentẽ dediſti mihi. Et Pſal. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi: humilitas autem eſt veluti aqueductus, per quẽ lachrymæ veniunt, quem diabolus vult incidi. Iudith. 7. Incidi præcepit Holofernes aquęductũ. Ipſa enim eſt vallis, ad quã deſcendũt aquæ lachrymarũ. Durities etiã, & impietas homines ſiccos facit, vt nè ſibi, nec alijs miſereantur. Geneſ. 29. Os putei grandi lapide claudebatur, vbi Gloſ. Homines qui non habent pietatem ad proximũ, non inueniunt Deum ſibi miſericordẽ; ideò corda eorum ſunt vt petra duriſsima. Iob. 12. Si continuerit aquas: omnia ſiccabuntur.

Hiere. 31. *Hebr. 5.* *Ioan. 9.* *Geneſ. 7.* *Gregor.* *Gregor.* *Gregor.* *Eccleſ. 35.* *Thob. 3.* *Luc. 15.* *Bernar.* *Iudith. 7.* *Geneſ. 29.* *Iob. 12.*

Ideò opus eſſet, vt virga Dei percuterentur, vt aqua lachrymarum inde efflueret,
Deut.8. vt fecit Moyſes Deuter. 8. Percuſsit petram, & fluxerunt aquæ. Impedit etiam lachrymas peccati magnitudo. Bernard. in
Bernar. libro de conſiderat. Si doles condoleo, ſi non doles doleo tantùm, & maximè ſciens â ſalute longius abſiſtere membrum, quod obſtupuit, & ægrum ſeſe ſentientem pe-
Gregor. riculoſiùs laborare. Gregor. in homil. loquens de Phariſeo, & Magdalena ait: Inter duos ægros Medicus aderat, ſed vnus ægerin febre integrum tenebat; alter verò in febre carnis, & ſenſum perdiderat mentis: in ægritudine quippè ſenſum perdiderat, qui hoc ipſum, quod à ſalute longè eſſet ignorabat.

Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam:
D.Thom. *quoniam ipſi ſaturabuntur.* Diuus Thomas ſuper hunc locum ſic dicit: Poſitis beatitudinibus, quæ ad remouenda mala pertinent, beatitudines explicat, quæ expectant ad operationem boni. Eſt autem duplex bonum noſtrum, iuſtitiæ, ſcilicet, & miſericordiæ. Prioris nunc meminit, dicens: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. Vel ſic accipe iſtum ordinem: quoniam prædictæ tres beatitudines, ad hanc quartam, animam diſponunt: humilitas quæ ad paupertatem pertinet, ad hanc diſponit eſuriem: quoniam humilis ſe vacuum agnoſcit; & ideò eſurit repleri iuſtitia: ſicut è contrariò ſuperbus, qui ſe vanè plenum æſtimat, potiùs faſtidit quàm eſuriat iuſtitiam. Paupertas etiam voluntaria animã euacuat ab amore mundi, quare reddit eam capacem amoris veri boni: quoniam amor mundi, & amor veri boni, inuicem ſe expellunt ab anima, nec idem cor ambos capere valet. Coanguſtatum eſt
Eſai.28. enim ſtratũ, ita vt alter decidat (ait Eſaias) & pallium breue vtrumq; operire non poteſt. Hoc eſt: Pallium, ac ſtratum veri amoris anguſta ſunt, nec vtrumque ambire poterunt amorem. Manſuetudo etiam exinanitum reddit cor ab amore iuſtitię: quoniam homines immites eſuriunt malitiam, ſeu proximi iniuriam, ac ideò non poſſunt perfectè eſurire iuſtitiam. Poſtremò, qui lugent recogitant annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, & concipiunt facere fructus dignos pœnitentiæ, volentes ſeruire iuſtitiæ, ſicut priùs iniuſtitiæ ſeruierunt, ſe
Rom.5. cundum illud Roman. 5. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Bern. Bernar.
eſuriem iuſtitiæ ad præcedentem ordinat beatitudinem, his verbis: Quid aliud eſt (inquit) hæc conſolatio, quæ lugentibus promittitur, quam procedens de ſpe veniæ gratia deuotionis, & ſuauiſsima delectatio boni, & guſtus ſapientiæ, licet exiguus, quibus interim benigniſsimus Deus afflictam refrigerat animã? Sed guſtus ille nihil aliud eſt, quàm irritamentum deſiderij, & incentiuum amoris, ſicut ſcriptum
Eccli.24. eſt: Qui edunt me adhùc eſurient, & qui bibunt me adhùc ſitient. Propterea illicò ſubinfertur: Beati qui eſuriunt, &c. Vel ſi vis alium ordinem, ſecundum diuiſionem, quam à principio propoſuimus, ſcito, quòd ſicut virtutes, atque beatitudines diſtinguntur, in purgatorias, purgati animi, aut exemplares: Chriſtus hactenus purgatorias virtutes nobis præſcripſit, nimirùm, paupertatem ſpiritus, per quam affectum purgamus à cupiditate honorum & diuitiarum: manſuetudinem, & morum ſuauitatem, qua vindictæ appetitum cohibemus; luctum, per quem gaudia, & voluptates vitæ præſentis contemnimus: nunc quarto loco ſtatuit beatitudinem, quæ eſt iam purgati animi perfectio, dicens: Beati qui eſuriunt, &c. Sed ſtatim occurrit dubium, quomodo Matthæus addat iuſtitiam, quod Luc. non dixit, nec ſubintelligi poſsit, cùm illi: Beati qui nunc eſuritis, è regione ibidem opponatur, vt qui ſaturati eſtis; quod cùm de ſaturitate corporali intelligatur, de eodem debet & intelligi fames: quia contrariorũ eadem eſt diſciplina? Sed dicendum ad hoc, quòd quemadmodum Lucas in prima beatitudine non appoſuit ablatiuum, ſpiritu, eò quòd induceret Dominum alloquentem diſcipulos, ex quo facilè poſſet colligi quod de illis pauperibus loqueretur, quales fuerunt Apoſtoli, qui voluntariam paupertatem elegerunt: ita, nec hic addidit accuſatiuum, iuſtitiam, quo exprimeretur quales eſurientes vocaret beatos: eò quòd id ſatis poterat intelligi ex his, quibus Dominus loquebatur. Et quamuis hic intelligi videatur de eſurie corporali, Matthæus tamen, qui has beatitudines generaliter propoſuit, id explicuit de fame ſpirituali, vt doceret nec corporis famen eſſe beatam, nisi quatenus haberet adiunctum deſiderium, ac ſitim iuſtitiæ. Quemamodum & ſaturitas corpo-

corporis, ideò mala eſt ac damnabilis: quoniam ſecum fert neglectum iuſtitiæ. Vnde illi pronuntiantur beati, qui ſic appetitu iuſtitiæ tenentur, vt pro ea corporis alimenta negligant; immò ſubtrahant aliquando, quæ ſuperflua, aut voluptuoſa corporis guſtui videntur, vt mentem paſcant, & impinguent iuſtitia. Vbi aduertendum eſt, quòd quemadmodum Scriptura vſurpat aliquando metaphoricè nomina cibi & potus; ita vtitur per tropum vocabulis ſignificantibus famen & ſitim, qui quidem duo tanquam appetitus naturales antecedunt actus comedendi, & bibendi. Cæterum vt intelligatur exactè hæc metaphora, quæ multum refert ad explicanda varia Scripturæ loca, notandum ex Philoſophia, cibationem, & potationem eſſe actus circa alimentum & potum: cùm ſunt actus præſentes guſtui, & eſſe actus cum delectatione concomitante. Verumtamen fames, & ſitis ſunt actus, quibus appetũtur ea quę ſunt comedenda, & bibenda, & habent annexam quandam anxietatem. Ita propter iſtam naturalem proprietatem, cum anima tendit in Deum per cognitionem & amorem, & delectatur, ſiue ſit cognitio beatifica, ſiue fidei,
Eſai.25. dicitur manducare, & bibere. Eſai. 25. Faciet Dominus in monte hoc conuiuium.
Luc.22. Luc.22. Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus Regnum, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in Regno meo. In his locis fit ſermo de cognitione,
Eccli.15. & amore beatorũ. At verò cum Eccleſ.15. dicitur: Cibabit illum Dominus pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum, ſine dubio diſſerit de cognitione Dei per fidem. Et ſecundum
Ioan.6. iſtam phraſim accipitur illud Ioannis. 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: de manducatione per fidem intelliguntur; licet etiam & de corporali manducatione, in Sacramento intelligi poſsit. Similiter & actus animæ, quibus diuina præcepta obſeruat, dicun-
Ioan.4. tur etiam cibus, ſecundum illud Ioan. 4. Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me. Et infra: Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis. Et Ioan. 6.
Ioan.6. Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam. Quam metaphoram & audientes intellexerunt: nam protinùs interrogauerunt, dicentes. Quid faciemus, vt operemur opera Dei? Id eſt, opera præcepta à Deo, & illi grata. Igitur quemadmodum cognitio & amor Dei, & exercitium in operibus legis dicũtur actus comedendi, & bibendi metaphoricè: ita ſimiliter deſiderium fruendi Deo, & deſiderium virtutis exercendæ, ſignificatur etiam metaphoricè, per actus eſuriendi, &
Pſal.41. ſitiendi: vt Pſal. 41. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, &c. Quam ſitim in præcedenti Pſalmo ſignificauit per deſiderium, dicens: Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, &c. Item
Eccleſ.24 Eccleſ. 24. Qui edunt me adhûc eſurient, loquitur de cibo, & potu ſpirituali, id eſt, cognitione Dei per fidem, quæ quidem non excludit deſiderium Dei, ſed potiùs auget, & ideò dicit: Qui edunt me adhûc eſurient, id eſt, Deſiderabunt me perfectè videre in patria, qui imperfectè in hac vita, mea cognitione fruuntur per fidem. Quam phraſim habent illa verba Eſai. 55.
Eſai.55. Omnes ſitientes venite ad aquas. Et Ioan-
Ioan.7. nis. 7. Si quis ſitit veniat ad me, & bibat. Cæterum hic vocabulum, iuſtitia, ſumitur prout iuſtitia eſt generalis virtus comprehendens, tàm quæ ad rectitudinem propriam, quàm quæ ad aliam attinent; ita vt hi dicãtur beati, qui innocentiã ac rectitudinem in proprijs actionibus omnibus appetunt, & ſatagunt habere; vel optando, vt id quod æquum & iuſtum eſt apud omnes ſit, & ab omnibus præſtetur, omni iniquitate ſecluſa, ac faſtidita, & hic eſt iuſtus coram Deo. Hæc autem iuſtitia ſig-
1.Tit.1. nificatur. 1. Timot. 1. his verbis: Finis præcepti eſt charitas, de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Etenim tunc homo dicitur habere iuſtitiam coram Deo, cùm eſt rectè diſpoſitus circa ipſum Deum, & proximum, & ſeipſum. Bona diſpoſitio ſui ipſius eſt habere cor purum: at verò circa proximum, conſcientiam bonam debet habere: & circa Deum, fidem non fictam. Quæ triplex iuſtitiæ perfectio, alibi etiam inſinuatur à Paul. ad Ti-
Tit.2. tum. 2. cùm ait: Vt abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria, ſobriè, & iuſtè, & piè viuamus in hoc ſæculo: ſobriè erga nos, iuſtè erga proximum, piè coram Deo. Et quidem hoc deſiderium iuſtitiæ rectè hic, non per deſiderij nomen, ſed per famen, & ſitim deſignatur. Primùm vt oſtendatur vehementia deſiderij, fames enim & ſitis, deſideria ſunt quæ longè ſu-

perant alia deſideria, vel opum, vel honorũ. Deinde, vt oſtendatur quædã quaſi naturalitas, quòd, ſcilicet, quemadmodum tam fames quàm ſitis ex natura prouenit, ita vehemens iuſtitiæ deſiderium vt naturale ineſt iuſtis, maximè ſecundum naturam ſpiritualem, ſecũdum quam ex Deo nati ſunt. Poſtremò ad oſtendendam qualitatem indigentiæ, quòd, ſcilicet, iuſti deſiderant iuſtitiam, & rectitudiem; ſicut ad vitæ ſuſtentationem indigent cibo, & potu eſurientes, & ſitientes. Sic enim & iuſtitia, velut cibus eſt, & potus ſpiritualis animam paſcens & viuificans, aut in vita ſpirituali conſeruans, de quo cibo dixit
Ioan. 4. Dominus: Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt. Dicit ergo: Qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, id eſt, qui eo amore eam proſequuntur, quo ſitientes, & eſurientes proſequimur cibum & potum, atque in ea oblectantur, veluti in cibo & potu. Non dicit autem, qui eſuriunt, vel ſitiunt ſcire vel facere iuſtitiam, ſed abſolutè qui eſuriunt iuſtitiam; vt intelligamus vtramq; eſuriem, qua, ſcilicet, deſiderant iuſti eam, & ſcire & perficere. Nec dicit, beati qui faciunt iuſtitiã aut cuſtodiunt, & faciunt eam, vt Pſalm. dixit: Beati qui cuſtodiunt iudicium, & fa-
Pſal. 105. ciunt iuſtitiam, in omni tempore Pſal. 105. quoniam (vt Hieronym. docet) non nobis ſufficit velle iuſtitiam, niſi iuſtitiæ patiamur & famen; quod eſt nos ſemper agnoſcere, non ſatis iuſtos eſſe ſed ſemper, quaſi indigentes, iuſtitiæ opera eſurire: quoniã iuſtorum hæc eſt conditio, cùm videant nec ſe, nec alios præſtare poſſe in hac vita quod debent; nunquam ſatiantur iuſtitia, ſed ſemper magis, ac magis iuſtos ſe eſſe
Gloſ. deſiderant. Vnde Gloſ. hîc dicit: Amatores veri boni ſunt, quibus non ſatis eſt, quòd iuſti ſunt, ſed ſemper ſitiunt opus iuſtitiæ. Nam ſicut extinctio appetitus cibi, ſignum eſt ægritudinis corporis, quapropter homines ſatagunt, nè talis in eis appetitus deficiat: ſic, ſi fames hæc iuſtitiæ in anima interiret; ſignum eſſet exitialis morbi in ea: & ideò boni hanc eſuriem conſeruare procurant. Denique his deſideria temporalia in eis vult extincta iri, vt ſpiritualia accendantur, atque ad æterna anhelent.

Quoniam ipſi ſaturabuntur. Nam in Regno cœlorum ſuum deſiderium complebitur, cùm in plena iuſtitia conſiſtant; nè retorquere vnquam ab eius rectitudine poſſint. Frequens eſt in Scriptura per ſaturitatem intelligere beatitudinem, ſecundum illud
Pſalm. 16. Pſalm. 16. Satiabor cùm apparuerit gloria
Pſal. 35. tua. Et Pſalm. 35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ
Cant. 4. potabis eos. Can. 4. Venite comedite amici & inebriamini charitsimi. Pſal. 106. Re-
Pſal. 106. pleuit animam inanem, & animam eſurientem ſatiauit bonis. Etenim peccatores de delitijs huius ſæculi, quibus ſine modo aut menſura fruuntur (ſecundum illud
Sap. 2. quod ipſi Sap. 2. dicebãt: Venite fruamur bonis, quæ ſunt, &c. coronemus nos roſis antequam marceſcant, nullum ſit pratum quod non pertranſeat luxuria noſtra) videntur ſibi comparaſſe ſaturitatem quandam, fallacem tamen, & commentitiam;
1. Cor. 4. quos ironicè irridet Paul. 1. Corit. 4. dicens: Iam ſaturati eſtis, iam diuites facti eſtis, ſine nobis regnatis, atque vtinam regnetis. E contra verò iuſti abducunt, & auocant animum à bonis terrenis, & patiuntur ſamen, & ſitim iuſtitiæ; & tales famelicos Deus ſaciat, & eos qui ſibi videntur ſaturitate abundare dimittit, ac deſerit, in ſumma inopia, ſecundum illud
1. Reg. 2. 1. Reg. 2. Repleti priùs pro panibus ſe locauerunt, & famelici ſaturati ſunt. Quod
Eſai. 49. apud Eſai. cap. 49. Eleganter declaratur, cùm Propheta dicit: Ecce ſerui mei comedent, & vos eſurietis: quoniam in regione peccatorum ſemper eſt fames valida: Ecce ſerui mei bibent, & vos ſitietis.
Luc. 16. Vide diuitem illum epulonem, vel digitum intinctum aqua, ad refrigerandam linguam ſitientem; & tamen nec hæc illi concedebatur tantilla requies: nemo illi dabat, ſicut & in domo ſua nemini dabat micas quæ ſuperauerant de menſa eius, &
Iudic. 4. mittebantur canibus. Siſſara ille hoſtis fi-
Figura. delis populi, à Delbora petijt aquam, quia nimia ſiti cruciabatur, quæ illi ſoporiferum lac dedit, & occidit dormientem, cum clauo infixo in tempora eius. Quoniam hæc ſitis mundanorum, non niſi mortiferis voluptatibus, quæ ad interitum ducunt extinguitur, & adhûc ardet etiam poſt mortem: quoniam ijſdem peſsimis deſiderijs æſtuant in ſtagno illo ignis & ſulfuris. At iuſtorum deſiderium, omninò adimpletur, nec vlla iam eis reſtat, aut fames, aut ſitis. Nam etſi diuina ſapien-
Eccli. 24. tia dicat: Qui bibunt me adhûc ſitiunt,
Gregorius Nizen. hoc ſic intelligit Gregorius Nizenus in tractatu de beatitudinibus. Dicendum eſt enim,

enim, quòd electi Dei in illa gloria eſurient, & ſaturabuntur; non tamen eodem modo quo hîc: Modò eſurimus, modò ſatiamur. Si quis enim hîc eſurit, non dicitur ſimul & ſemel, & de eadem re ſaturari; ſed ſatur, ſeu faſtidiens cibum vnũ, alterum appetit: at verò de eadẽ gloria hoc cenſetur in electis, quòd ſaturitatẽ, & eſuriem adferet: ſaturitatem (inquam) non que faſtidium, ſed deſiderij completionẽ (vt ita dicamus) ſignificet, eſuriem autẽ, quæ continuum oblectamentum deſignet. Satiatur igitur, quia alium ſpiritualem cibum nõ requirit: eſurit interim & ſitit, quia nullo tædio præſentis boni afficitur. Sed obſerua,
Bernar. quòd Diuus Bern. dicit vbi ſupra: Alij contra alios zelant, vt videantur eſurire iuſtitiam, ſi eſſet apud eos de ſuis peccatis idem iudicium: ſed pondus, & pondus, menſura, & menſura, abominabilis eſt apud Deum, quia vno põdere ſe, alio alios diiudicat.

Hæc omnia moralia ſunt. *Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* Rectè poſt beatificam iuſtitiam, & miſericordia beata prædicatur: quoniam vtraque reſpicit proximum: iuſtitia ſub ratione debiti, miſericordia, ſub ratione gratuiti beneficij: atque ideò ſæpê in Scriptura coniungũtur; & in viro iuſto, oportet q̃ ſint coniunctæ, præcedere debet iuſtitia, ſubſequi deinde miſericordia; iuſtitia enim ſine miſericordia, veluti
Chryſoſt. crudelitas eſt (ait Chryſoſtomus) miſericordia verò ſine iuſtitia, diſſolutio. Quare adinuicem ſeparari non debent. Vnde
Pſal. 24. Regius Vates multoties eas coniungit, di-
Pſal. 83. cens: Vniuerſæ viæ Domini miſericor-
Pſal. 88. dia, & veritas. Et miſericordiam, & veri-
Pſal. 102. tatem diligit Deus. Et miſericordia & veritas præcedent faciem tuam. Vbi veritas pro iuſtitia ſumitur. Item: Miſericordiam,
Prouc. 20. & iudicium cãtabo tibi Domine. Prouerb. etiam 20. dicitur: Miſericordia, & veritas
Prouer. 16 cuſtodiunt Regem. Et cap. 16. Miſericordia, & veritate redimitur iniquitas. ¶ Sed difficultas hîc oriri ſolet, quomodo Chriſtus Dominus ſapientiæ fons, quinto loco aſſerat miſericordes eſſe beatos, cùm multi docti viri miſericordiam excludant à ratione virtutis, vt author eſt Auguſtinus
Auguſt. libro 9. de Ciuitate Dei. cap. 5. referens Stoicorum ſententiam, negantium miſe-
Cato. ricordiam eſſe virtutem. Et Cato apud Saluſtium dicit: Omnes homines, qui de rebus magnis acturi ſunt, ab ira, & miſericordia oportet eſſe vacuos. Tamen nobis Chriſtianis ſatis eſſe debet Chriſti teſtimonium, qui docet miſericordiam homines beatos efficere. Nam ſapientiſsimè Chriſtus quinto loco hanc miſericordiam inter beatitudines numerauit: cùm per eſuriem, & ſitim iuſtitiæ ad perfectam Euangelicam iuſtitiam aſpiremus. Vbi autem iuſtitia iam perfecta eſt, alienas miſerias ſubleuare contendit. Quemadmodum Sol *Simile.* totius luminis fons; cùm ipſe in ſe lucidiſsimus ſit, terrena ac cœleſtia corpora ſua luce perfundit, & mare, in quo omnium aquarum eſt congregatio, per occultos terræ tractus, venas, atque aquæductus, flumina effudit. Ita etiã miſericordia ex plena perfectione, quæ à charitate, & iuſtitia proficiſcitur; ad alienos etiam ſe tranſfert ſubleuandos deffectus. Quam miſericordiam Deus nobis maximè commendatam vult, tanquam rem ſibi apprimè dilectam; immò, & tanquam rem propriſsimè ſuam: quemadmodum tu rem tibi dilectam, & *Simile.* propriam, plurimum amicis commendas; vt cùm filium à te maximè amatum, alicubi mittis, ibi ad amicos ſcribis, alijs etiam per alios mittis literas commendatitias, vt tuum filium in ſuam aſſumãt tutelam; reſpiciant, amplectentur, eo amore ac cura, qua tu res ſuas curares; ac proſpiceres. Deus miſericordiam tanquam filiam ſuam diligit, nempè qui Pater miſericordiarum nuncupari vult, ſecundum illud Pauli: Be-
2. Cor. 1. nedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis. Quidquid miſericordiam redolet, ex progenie Dei dites eſſe, qui Pater non vnius miſericordiæ, ſed omnium miſericordiarum eſſe dicitur. Qui-
Eccleſia. nimò, & ipſa eſt res propria ſua, quemadmodum & Eccleſia in quadam collecta dicit: Deus cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere. Miſericordia res propria Dei eſt, ſicut homines diuites, ex rebus quas poſsident, nominamus, vt Dominum *Simile.* talis oppidi, vel talis prouinciæ Ducem, vel Comitem nuncupamus; ſic Deum hac appellamus nomenclatura: quoniam miſericordia res propria Dei eſt, à qua diues denominatur, ſecundum illud Paul. Deus
Epheſ. 2. qui diues eſt in miſericordia. Cùm ergo miſericordia adeò propriè Deo conueniat, tanquam res propriſsima ſua; immò & tanquã filia eius; ipſam per vniuerſum orbem ad peragrandum miſit: immò eſt filia

Beatæ Virginis, quæ etiam dicitur Mater misericordiæ. Vide quales hæc virtus habeat parentes, à qua progenie descendat, quantique ideò sit æstimanda. Eapropter tam nobis maximè commendata esse vult Deus, vt nos de illa curemus, sicut & ipse de rebus nostris curã gerit. Quare nullam rem adeò commendatam in Scriptura, & præcipuè in Euangelio reperio quàm misericordiam. Deus enim videtur hic nobis dicere, vt misericordes simus in alios, si volumus quòd Deus nobis misereatur, *Que nos pagarà en la misma moneda*. Ac si diceret: Curam tu habe de hac re, ac filia mea, & ego vicissim de rebus tuis curam geram. Id
Thob.4. videtur voluisse Thobiam sentire, cùm filio suo monita vitæ dans, dicebat: Nè auertas faciem tuam ab vllo paupere: sic enim & fiet, vt nec Deus auertat faciem suam à te. Hoc est, si de hac re sua curam gesseris, & ipse de tuis curabit; si misericors fueris in proximos, & Deus erit propitius tibi; secũ affert præmium misericordia, cùm dicitur: *Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur*. Ecce merces eius cum ea. In hoc enim eritis filij patris vestri, qui in cœlis est, qui omnium semper miseretur; & omnibus parcit. Vnde & alibi dicit: Estote misericordes, sicut & Pater vester miseri-
Luc.6. cors est (& hoc apud Luc.) quod explicãs Matth. in hoc cap. dicit: Estote ergo & vos perfecti, sicut & Pater vester perfectus est. Quoniam misericordia in Deo maximam perfectionẽ dicit, ac ex consequenti etiam in homine, suo modo tamẽ. Circa quod notandum est duos effectus habere misericordiam; alterum est sensibiliter compati miseriæ proximi mei, cùm concutiuntur viscera mea super pauperem; hoc enim est misereri, habere miserũ ac compassiuum cor. Quoniam Deus sapientissimus artifex, & misericordiæ maximè amator: non solùm in appetitu rationali impressit homini desiderium alienas miserias subleuandi; sed etiam in appetitu sensitiuo impressit vim quandam, quæ impelleret eum ad condolendum de aliena miseria, & ad subleuan-
Terentius. dam eam. Vnde quidam apud Comicum dixit: Homo sum, humani à me nihil alie-
August. num puto. Cui sententiæ (vt Augustinus refert) adeò acclamatum à populo fuit, vt illam tanquam de cœlo allatam colerent. Voluit enim dicere, se hominem esse, ac ideo hominum affectibus non carere, quorum præcipuum est alienis compati miserijs, seque humanum ad illas subleuandas præbere: ipsa enim natura sensitiua, quæ inferior est, ac ministra ministerium etiam præbet ad hanc exercendam virtutem, & caro, & sanguis, ad hoc ebulliunt, & impellunt. Quod Dominus Ezech. 5. promi- *Ezech.5.*
serat suis, dicens: Dabo spiritum nouum in visceribus vestris. Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum. Vnde illi qui hac carent misericordia, cum ipsa natura sensitiua, & humana pugnare videntur. Immò Deus ipse, qui ab æterno *Ephes.2.*
diues est in misericordia, nostram naturam humanam assumere dignatus est: vt etiam quantum ad affectum hanc experiretur virtutem, & videndo ciuitatem fleret super illam, & super amicum mortuum miseri- *Luc.19.*
cordia concussus, lachrymas funderet, fle- *Ioan.11.*
retque cum sororibus defuncti flentibus, & misericordia moueretur super vidua plorãte filium suum mortuum, & ex misericordia illum à mortuis reuocatum viuum redderet matri suæ. Quod Paul. ad Hebr. 2. *Hebr.2.*
sic explicuit: Nusquam Angelos aprehendit, sed semen Abrahæ aprehendit. Ac si diceret: Non assumpsit naturam incorpoream, & sensibus carentẽ, sed humanam ex Abrahamo originem trahens, qui fuit præstantissimus in misericordia; ita vt posset & noster Iesus cum Iob dicere: Ab infan *Iob.31.*
tia creuit mecũ miseratio, & ex vtero matris meæ egressa est mecum. Quoniam ex filia Abrahæ natus est; debuit enim per omnia fratribꝰ assimilari, vt misericors fieret, ait Paul. hoc est miserum haberet cor, & triste, & compassiuum alienæ miseriæ, & fidelis esset Pontifex pro nobis ad Deũ, & propiciaretur peccatis populi, & diceret de eo Paul. ad Hebr. 4. Non habemus Pontifi- *Hebr.4.*
cem, qui nõ possit compati: didicit enim ex his quę passus est compassionem. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius; vt misericordiam cõsequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Et alibi di- *Philip.2.*
cit Paul. de eo: In similitudinẽ hominum factus est, & habitu inuẽtus vt homo. Quod etsi de nostræ carnis substantia intelligatur ad literam (qua veluti habitu indutus est, vt nobis appareret visibilis, naturamque nostram ad esse personale diuinũ eueheret:) tamen ego volo etiam modò de his habitibus intelligere, quos virtutes appellamus. Fuit enim omnium virtutum habitibus indutus Et cum Paul. dicat: In- *Colos.3.*
duite vos viscera misericordiæ, dicemus,

nec

nec hunc habitum ei defuisse, sed indutum esse visceribus misericordiæ, quibus nobis compateretur, secundum illud dictum Za-
Zacharias in Cant. chariæ: Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto.
Esai.63. Querebatur olim Esai. dicens: Vbi nunc fortitudo tua, & zelus tuus? Multitudo viscerum tuorum, & miserationum super me continuerũt se. Quiescat nunc oculus tuus à lachrymis, & vox tua à ploratu, ô homo! Ecce enim illum tibi donat Pater indutum misericordiæ visceribus; ita vt quemadmo-
Genes.43. dum Ioseph commouit viscera sua, super fratre suo vterino Beniamin: Ita viscera fratris nostri Christi, super nos commoueri videamus, vt nostri misereatur, & nostras non dedignetur releuare miserias. Vera matris viscera cõmota sunt super filio suo.
3.Reg.3. 3.Reg.3. Quantò magis incolumitatem electorum optabit Christus, cuius viscera supra cuiusque salutem commouẽtur? Vnde
Esai.49. & ipse per Esai. c. 49. dicit: Syon dicit: Dereliquit me Dominus: Nunquid obliuisci potest mulier infantem vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Immò sicut Paulus, & multò melius cupiebat nos habere in visceribus suis, & in
Philip.2. corde, vt ipse ad Philip. 2. dicit. Cæterum licet hæc ita sint, tamen isto modo considerata misericordia non est virtus, sed passio appetitus sensitiui. Secundo modo potest considerari quantum ad effectum, hoc est, ex voluntate velle alienam subleuare miseriam, & id exequutioni mandare cùm valeat. Et isto modo est virtus, nempè quatenus nominat motum appetitus intellectui, qui est displicentia mali alterius, & regulatur secundum rationem, & regulat motum appetitus sensitiui. Nam ratio virtutis consistit in hoc, quòd motus animi ratione reguletur, & tunc est virtus mora-
D. Thom. lis circa passiones existens, vt Diuus Thomas docet in quæstione. 30. 2. 2. Verùm etsi primo modo considerata non sit virtus, nec dicat perfectionem, immò imperfectio carnis videatur, quæ subiecta est passionibus, tamen secundo modo maximam dicit perfectionem. Aliorum enim miserias subleuare, perfectio non minima est. Duo quippè dicit, & carentiam mali illius quod subleuat, & potentiam releuandi illud: quorum vtrunque maximam perfectionem dicit. Nec enim ego eam miseriam subleuare possum quam habeo. Pauper quippè, qui alieno indiget victu, quomodò alteri pauperi subuenire valebit? Oportet ergo, vt illa careat miseria. Similiter qui ægro subuenire debet, oportet vt ipse sanus sit; & fortis ille, qui imbecillem; sapiens, qui ignorantem adiuuare debeat. Igitur quoniam omnia ea, quæ perfectionem simpliciter dicunt, semotis imperfectionibus Deo attribuenda sint: dicimus, quòd in Deo non est misericordia primo modo, nempè quantum ad affectum, quod passionem ac imperfectionem dicit: est tamen in eo misericordia secundo modo, nimirum quantũ ad effectum: ipse enim omnium subleuat, ac curat miserias. Ideò enim dicitur Pater misericordiarum: quoniam omnium miserijs adest, omnes exequitur misericordias, non hãc, aut illã; sicut ego & tu: Deus totius consolationis, qui consola- *2.Cor.1.*
tur nos in omni tribulatione nostra. Non in hac, aut illa dũtaxat. Et in Psal. Qui sanat *Psal.102.*
omnes infirmitates suas. Ergo si omnes subleuat miserias, omnium miseriarũ expers esse debet, quod maximam perfectionem dicit; nempè nullam posse experiri miseriam. Rursus si omnes subleuat miserias, ergo omnipotens est: quoniam omnibus potest suppetias ferre, & ita dicitur de eo: Mi- *Sap.11.*
sereris omnium, quia omnia potes. Quare misericordia ex modo significandi, maximas in Deo perfectiones ponit, & secũdum istum sensum propriè & non metaphoricè dicitur de Deo. Quoniam cùm Deus nulli inferior, aut subiectus sit; non est venanda eius perfectio, per coniunctionẽ ad suũ superiorẽ; sed per ordinẽ ad eũ qui habet, in quo dicit, & potentiam subleuãdi miserias omnes, & carentiam earundem. Cæterum quoniã homo Deo subiectus est, eius perfectio potiùs cõsistit in maiori coniunctione ad Deũ, quod melius & maius est illi, quàm aliorum subleuare miserias. Quare charitas, quæ hanc facit vnionem, est potior virtus in homine Christiano, quàm misericordia. Verũtamen, quoniam misericordia potest cõsiderari, quatenus includit charitatem cuius filia est, & à qua proficiscitur. Tunc possemus dicere, eam perfectissimum hominẽ reddere, si milemq; altissimo, qui omnibus, & bonis, & malis succurit, ac proinde prægustationes quasdam illius beatæ vitæ hic accipere, in qua nulla miseria est, nec erit amplius luctus, aut clamor. Quoniã si tu miserijs quibꝰ potes subueniis; iam te illarũ expertẽ facis, ac ad esse beatitudinis p misericordiæ opera pperas.

Igitur rectè explicat Matthæus Lucam: cum eſſe miſericordē vocat eſſe perfectū: quod D. Paul. in actis Apoſt. quibuſdam
Act.20. diſcipulis ſuis dicebat: Mementote verbi Ieſu quod dixit, beatius eſt dare quàm accipere, hoc eſt, magis accedit ad beatum eſſe largiri alijs, quàm ab eis aliquid mēdicare: quoniam recipere, indigētis eſt, largiri autem, habentis, & indigentia illa, carentis. Quare corpus cœleſte inter omnia corpora primatu tenet: quoniam ipſum, motum, ſenſum, & alia bona corporibus inferioribus confert, cùm tamen ab illis nihil ipſum viciſsim accipiat: quoniam non patitur peregrinas impreſsiones. Corpus etiam ſolare inter luminariū choros, primas habet partes: quoniā ipſe Sol reliqua corpora lucida ſua luce perfundit; cùm interim ipſe â nullo illorū lucem ſuā mutuet. Quare ex hoc ego colligo hominum hodie viuentium miſeriam eſſe magnam, nec ſimiſitudinē aliquā illius beatæ vitæ illos præſeferre: cùm illos videam ad recipiendum auidos, ac faciles; ad dādum verò difficiles, ac tenaces,
Eccli.4. contra illud Sapientis conſilium: Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. Primum enim eſt ſignū miſeriæ, ac indigentiæ: ſecundum eſt fœlicitatis, ac ſuperabundantiæ nota. Bone Deus, quæ hominum hodie miſeria, ac tenacitas eſt ad elargiendum alijs! Nunquam ſatiantur in accipiendo, cùm in dando ſtatim deficiant. Intrant onuſta iumenta pecunijs in domum diuitis, implentur ſacci, arcæ, ac triclinia: exit tamen compreſſus manibus numus aliquando, vt pauperi detur. Plauſtra tritico plena ingrediuntur etiam in domum tuam, O auare diues, implentur horrea tua: & ſemel aut bis egreditur â te fragmentū panis durum, quod nec canes frangere valent, & hoc poſtquā pauper pulſauit millies portas tuas, ac gemitibus aures obtuſit! Ecce miſeram conditionem tuam, longè alienam à beatitudinis ratione. Hæc ergo duo debet habere vir miſericors & compati in corde pauperū, & animo deſiderare ſubuenire miſero; & cùm valet, id exequutioni mandare; ſicut fecit Samaritanus ille, de quo Dominus apud
Luc.10. Lucam ſermonem fecit: Qui cùm vidiſſet hominem ſemiuiuum, plagis plenum, ac nudum, herbas ſuo ſanguine rubentes, querulas voces, ac ſuſpiria miſeranda emittētem; concuſſa ſunt viſcera ſua ſuper eum: quem tamen, & Sacerdos & Leuita abſq; miſeratione præterierunt, & exiliens è iumēto ipſum miſerum hominem ſuper illud impoſuit, cùm priùs alligaſſet vulnera, & oleo, & vino vnxiſſet, & curam illius egit, ſtabulario pecuniam tribuēs, vt de illo miſero curam haberet. Et hic dicitur à Chriſto fuiſſe proximum illius. Qui re, & effectu miſericordiā exequitur, hic eſt proximus, & amicus, & frater. Quid ad me quòd plores ſuper infirmum, ſi nec fragmen panis illi tribuas? Quid ſuper eum lachrymas fundis? Funde pecuniam, funde panem, funde ea quibus indiget frater; & tūc eris proximus illi. Lachrymæ quippè ſolæ, mulierculorum ſolent eſſet ſolatium. Heū miſeram huius temporis calamitatem! Videbis homines ex his, qui ſanctitatis ſibi nomen vſurpant, ingredi hoſpitalia, pauperes viſitare, eis verbis ac geſtu compati: & tamē nec filum lini eis relinquere, quo vulnera ſua ligare, aut tergere poſsint. Miſeram hanc ſortem deploro, & quod cœcus mūdus id nō intelligat. Sed quid dicemus, ſi nec primam miſericordiæ partē vix hodie inter Chriſtianos reperirem⁹? Adeò ſœui, ac duri effecti ſunt, vt nec exterius compatiantur miſero.
Sunt hodie homines (vt Paul. antè prædixerat) amantes ſeipſos, *Vnos Narciſſos, enamorados de ſi miſmos*, ſine affectione, *Deſamorados*, ſine fœdere, *Fementidos*, abſq; miſericordia, qui nec faciem ad pauperē dignentur conuertere; ſicut nec ille Sacerdos, & Leuita: immò nihil magis abhorrēt, quàm pauperes in ianuis ſuis offendere. O æneum
Luc.16. pectus ac lapideum! Canes lingunt vlcera vulnerati Lazari, & tu homo induras cor tuū cum eo veluti alter Pharao? Vide quid
Eccli.3. Sapiens dicat: Cor durum malè habebit in neuiſsimo. Eſto ergo miſericors, ſicut pater tuus cœleſtis miſericors eſt, qui effectu alie
Epheſ.2. nas ſubleuat miſerias. Ideò quippè Deus dicitur diues in miſericordia: quoniā in hoc eſt diues, quod mihi maximè neceſſarium eſt, non autem ſibi. Quoniam Deus cùm nullam habeat miſeriam, non ſibi indiget miſericordia; ſed mihi apprimè opportuna
Iob.14. eſt. Homo quippè natus de muliere repletus multis miſerijs; ac ideò hac multiplici miſericordia Dei indigebat. Oportebat vt diues eſſet in miſericordia, qui tot curare debebat miſerias; vt diſcas tu his etiam abūdare diuitijs, & cures eſſe diuitē, nō ſolùm tibi, verumetiam alijs. Etſi habes cōgeriem pecuniarum, veſtimentorum, ciborum, vt tuis delitijs inſeruias; habeas etiam aliquot ſegre-

ſegregatas pecunias pauperibus erogandas: aliquot veſtes ſaltim ex vili panno, pro pauperibus veſtiendis: aliquot cibos, etſi non tam delicioſos, quibus & famelicos paſcas, vt ſic ſis perfectus, ſicut & pater tuus perfectus eſt. Nam eiuſdem corporis membra
Roma. 12. pro ſe inuicem curam habent, vt Paul. docet: Sic tu qui membrum huius corporis miſtici es, etiam de proximo tuo cures. Nam ſicut cætera membra cum capite, immò totum corpus gaudent, cū aliquod membrum morbidum ſanitati reſtitutum eſt, ſic cum tu curas proximum, vel indigenti ſubuenis, omnes Chriſtiani & Angeli, immò ipſe Chriſtus, qui eſt caput & ſuppoſitum huius corporis miſtici, nimia lætitia perfunduntur. Vndè qui in alium crudelis ac impius eſt, contra ſe metipſum ſæuit, ſicut qui curam membri ſui negligit, aduerſum ſemetipſum facit. Vndè Eſai. Frange eſurienti panem
Eſai.58. tuum, & egenos, vagoſq; induc in domum tuam, cùm videris nudum operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. Acſi diceret: Te ipſum deſpicis, ſi pauperi contemnis ſubuenire; nemo enim vnquam carnem ſuā odio
Cicero. habuit. Cicero. 1. de offici. ait: Quæ in terra gignuntur adviſum hominum omnia creari, homines vero hominum cauſa eſſe genitos, vt ipſi inter ſe, alius alij prodeſſe poſsit. *Quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Pagarles ha Dios en la miſma moneda.* Sed hoc paruum præmium videtur, miſericordiam miſericordia compenſare. Sed tamen etiam ſi miſericordiam pro miſericordia hic polliceatur Chriſtus, promittit tamen miſericordiā Dei, quæ in immenſum hominis miſericordiam excedit: Nam Dei miſericordia beamur. Vndè Pſam. dicebat: Miſeri-
Pſal. 88. cordias Domini, in æternum cātabo. Quaſi miſericordiæ Dei infinitę eſſent, quæ in æternum cantari deberent, & nec dum finiri. Quemadmodum ſi rex ſeruo ſuo aliquam paruam rem mandaret, promittens pro illa ſuam gratiam. Maior quippe regis gratia eſt quæ tot bona conferre poteſt: quam omnium aliorum hominū: ſic & Dei miſericordia omnium hominum gratias ex
Pſal. 40. cellit. Vnde Pſalm. 40. dicitur: Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus, hoc eſt: Ille beatus eſt, qui tanta cura in pauperes proſpicit, vt etiam ſuperiorem potentiam qualis eſt intellectus, in eorum ſubuentione occupatam eſſe velit; nam liberabit eum Dominus in die mala, hoc eſt, in die mortis & in die iudicij, & mille benedictionibus eum ſtatim benedicit dicens: Dominus conſeruet eū, & viuificet eum, & beatū faciat eum in terra, etiam in præſenti eum benedictiones complectentur, & in futura maiores reſeruabuntur. Ideo quippe dicebat
Timo. 4. Paulus: Pietas ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt & futuræ. Dominus opem ferat illi ſuper lectum dolo-
Pſal. 40. ris eius. Hoc eſt, in infirmitate viſitabit illum Deus, & medici perſonam cum eo aget. Vniuerſum ſtratum eius verſabit in infirmitate eius, hoc eſt, lectum etiam illi molliet vt ſuauius quieſcat. *Regalarle ha Dios al miſericordioſo.* Quinimo & miſericordiam præſentem illis hic promittit. Nam qui in alios miſericors eſt; inueniet aliquādo alios qui cū illo miſericordiā exerceāt, ſic enim
Rupertus. ait Rupert. lib. 4. in Matth. Quod autē miſericordes miſericordiam conſequantur Abdias ille exemplo ſit, qui miſericors fuit in eos qui eſuriebant, & ſitiebant iuſtitiam fugientes perſequutionem Regis Achab.
3. Reg.8. Ait enim ipſe ad Heliā. 3. Reg. 8. Nūm indicatum eſt tibi Domino meo, quid fecerim cùm interficeret Iezabel Prophetas Domini? Quōd abſconderim de Prophetis Domini, centū viros, quinquagenos, & quinquagenos in ſpeluncis, & pauerim eos panē & aqua. Dicitur enim hic fuiſſe tertius ille Princeps quinquagenarius, cui pepercit He-
4. Reg. 2. lias dicenti. 4. Reg. 2. Homo Dei noli deſpicere animam meam, & animas ſeruorum tuorum, qui mecum ſunt. Ecce deſcendit ignis de cœlo, & deuorauit duos Principes quinquagenarios primos, & quinquagenos qui cum eis erant; ſed nunc obſecro, vt miſe rearis animæ meæ. Miſericordiam conſequutus eſt; quia miſericordiam fecerat, immò & gratiam Prophetiæ adeptus eſt. Ipſe eſt enim Propheta ille Abdias, qui inter duodecim numeratur quartus, vt impleatur
Proue.22. Sapientis ſententia qui dicit. Prouerb. 22. Qui pronus eſt ad miſericordiam benedicetur, & ſic adimpletur illud dictum Chriſti.
Matth.10. Matth. 10. Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ; mercedē Prophetæ accipiet.
Gregor. Nizenus. Gregor. Nice. de beatitudine, alia adducit exempla dicens; Sareptana excipiens Prophetam Heliam; miſericordiam conſequuta eſt in ſuſcitato filio. Loth, ab excidio ere
3. Reg. 17. ptus eſt; qui Angelos ſuſcepit hoſpitio. Su-
Geneſ. 19. namitis filium impetrat, qui Heliſæum do-
4. Reg. 4. mi excipit & aluit. Obſerua etiam D. Ber-
Bernar. nard. ſententiam dicētis: Sunt & alij miſe-

ricordes, de his quæ ad ipſos non pertinent qui ſcandalizantur ſi non datur omnibus abundanter, ſic tamen vt ipſi nec in modico quidem grauentur. Qui ſi miſericordes eſſent, de ſuo facere deberent miſericordiam; ſi non poſſent de terrena ſubſtantia, ſaltim voluntate. Hoc ſermone. 4. de aduentu.

Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Dupliciter ſumitur immunditia in Scriptura, ac proinde, & munditia etiam: ſumitur enim aliquando immunditia, particulariter pro venereis actibus, quibus & anima, & corpus polluuntur; vt cùm Paulus nominat inter opera carnis fornicationem, & immunditiam, ad Galatas. 5. Aliquandò generaliter accipitur pro quocumque vitio mentem hominis coinquinante. Sic in præſenti aliqui dicuntur mundo corde, vel mundi corde, vt habent Græca exemplaria, aut mundi cordes, vt Auguſtinus legit, quorum cor caſtum eſt ab omni venerea delectatione, vel à quacumque mala concupiſcentia alieni, quo modo intelligit Theophilactus, Chryſoſtomi compilator dicens, ideò munditiam cordis ſubiũctam poſt miſericordiam quoniam multi inueniuntur miſericordes, qui tamen ſcortantur, & aliàs immũdi ſunt; & ob id iubere Chriſtum cum alijs virtutibus, etiam eſſe mundos, hoc eſt, caſtos, non ſolùm corpore, ſed etiam corde, & adiecisſe, Quoniam ipſi Deum videbunt: quoniam nihil æque hebetat mentem atque deditum eſſe veneri. Sic caſtitas & continentia mentem maximè capacem reddunt viſionis, & cognitionis diuinæ. Hæc Theophilact. Verumtamen ſatius eſt, vt accipiatur generaliter pro omni munditia, à quocumq; vitio, ita vt cor ſit purum ab omni inquinamento, tam malarum cogitationum, quam praui deſiderij, quam etiam malorum operum, in quo ſenſu Pſalm. poſtulabat ſibi mundum cor dicens: Cor mundum crea in me Deus. Quomodo & Baſil. accipit, qui quæſt. 208. explicans quis eſſet mundo corde (ait) Qui non reprehendit ſeipſum in reprobatione aut deffectu, aut negligentia mandati. Et Chromatius concione. 1. in caput. 5. Matth. (ait) Planè mundo corde ſunt, qui pauperes ſpiritu, qui mites, qui lamentati peccata, qui iuſtitia refecti, qui miſericordes, in aduerſarijs quoque, tam ſincerum, & lucidum mentis ſpeculum gerunt: vt ſine aliqua malitiæ lippitudine inacceſsibilem Dei clari-

Galat. 5.
Auguſt.
Theophi.
Pſal. 50.
Baſilius.
Chroma.

tatem ſine impedimento conſpiciant. Mũditia enim cordis, & conſcientiæ puritas, nullam nubem ad intuendum Dominum patietur. Et contione. 2. Hos mundo corde eſſe ſignificat, qui depoſita ſorde peccati, ab omni ſe carnis inquinamento purgauerint, & per opera fidei atque iuſtitiæ Deo placuerint, ſecũdum quod Dauid Pſal. 15. teſtatur dicens: Quis aſcendet in mõtem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus & mundo corde, qui nõ accepit in vano animam ſuam neq; iurauit in dolo proximo ſuo: & ſubdit: Hęc eſt generatio querentium Deum: quærentiũ faciem Dei Iacob. Vnde ad hoc teſtimonium videtur alluſiſſe Dominum in hoc loco. Hieronymus etiam hic dicit: Mundo corde ſunt, quos non arguit conſcientia vlla peccati. In quo ſenſu etiam Paul. Hebræo. 12. (ait) Pacem ſequimini & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum, licet etiam per ſanctimoniam poſit intelligi caſtitas, melius tamen hæc munditia generalis intelligitur, ad quam nos inuitat Dominus per Eſai. ca. 2. dicens: Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Et Iacob. 4. Purificate corda veſtra duplices animo, & ſic rectè hæc beatitudo alijs ſubiũgitur, vt ſignificaretur nõ ſufficere ſi pauper ſis, ſi mitis, ſi lugens, aut iuſtitiæ ſitiẽs, miſericordiã amplectens, niſi etiã mundo ſis corde. Poſſunt enim illa opera exterius preſtari, & tamẽ cor eius qui ea facit, vel prauis cogitationibus infectũ, vel aliqua ſiniſtra intentione deprauatũ ſit. Vel ideò hæc beatitudo ſuperioribus ſubinfertur, tãquam appendix ab eis: quoniam ex illis videtur ſubſequi. Cordis enim munditia, effectus eſt præcedentium virtutum, per luctum quippe, & miſericordiam purgatur cor. Vnde Baſilius in Epiſtola de vita ſolitaria: Quemadmodum, inquit, in cera quis ſcribere non poteſt, niſi characteres impreſſos ante deleuerit, ſic nec anima diuina dogmata deguſtare, niſi priſtinos ex animo mores detraxerit. Et Auguſtinus Epiſtola Manichæi. cap. 42. Non enim (ait) eos oculos ad Deum cernendum præparari oportet, quibus cernitur lux iſta diffuſſa per loca, & non vbique integra: verum illum aſpectum aciemque purgemus, quo cernitur, quantum in hac uita licet, quid ſit iuſtum, quid pium, quæ ſit ſapientiæ pulchritudo. ¶ Sed aduertendum quod hoc nomen, cor, in Scripturis frequentiſsi-

Hiero.
Hebr. 12.
Eſai. 2.
Iacob. 4.
Baſilius.
Simile.
Auguſt.

quentiſsimè accommodatur metaphorice voluntati. Nam quemadmodum cor per motum ſuum eſt principium motuum corporis, ſic & voluntas per intentionem quæ eſt actio ſua, eſt principium omnium actuũ humanorum; ſecundum illud Matthæi. 15. De corde exeunt cogitationes malę, adulteria, fornicationes, blaſphemiæ, furta, homicidia, &c. Hoc eſt, de voluntate exeunt hæc. Peccatum enim in tantum eſt peccatum, in quãtum eſt voluntarium, & hoc modo dicitur cor induratum frequenter, hoc eſt, voluntas obdurata, & confirmata in malum. Et ſic dicitur Pſal. 7. Scrutari Deum renes, & corda. Tunc enim cor accipitur pro parte intellectiua animæ, & renes pro parte affectiua, licet multotiens ſumatur pro tota mente. Sed dices, quis ergo poterit ſic habere mundum cor? Nonnè Sapiens dicit Prouerb. 20. Quis poteſt dicere mundum eſt cor meum, purus ſum à peccato? Et Iob. 15. Cœli non ſunt mundi in conſpectu eius, quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quaſi aquas iniquitatẽ? Sed ad hoc reſpondetur ſecundum doctrinam D. Hierony. in Comment. ſuper Abacuch. cap. 2. & Ambroſ. libr. 5. de pœnitent. cap. 8. Quod huiuſmodi interrogationes in Scriptura, aliquando ſignificant impoſsibilitatem, aliquando difficultatem. Illud Roma. 8. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? de impoſsibilitate intelligitur, hoc eſt, dicere: Nullus poterit nos ab amore Chriſti diuellere. Et Abacuch. 2. Quid proderit ſculptile ei qui fecit illud? Ac ſi dicat: Nihil poteſt ei prodeſſe. Sed illud. 1. Reg. 2. Si peccauerit homo contra Deum, quis orabit pro illo? Secũdò modo intelligitur, hoc eſt, difficile inuenies quis pro illo orationes fundat, Et illud Oſeæ. 14. Quis ſapiens & intelligit hęc? Et Pſalm. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Et Luc. 12. Quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens, &c. In his locis & in illis, quos in argumẽto citauimus pro re valde difficili ſumitur interrogatio. Itaque cordis munditiés eſt quidem ardua, poſsibilis tamen per diuinam gratiam. Et ſi vis ſcire in quo munditia hæc conſiſtat, conſule Commentarios noſtros ſuper Pſalm. 118. tractatu. 10. verſu vltimo per totum folium. 351. Sed dices: Adhuc nullus quantũuis ſanctus, reperitur immunis à peccatis venialibus, ſecundũ illud Ioan. 1. Si dixerimus quia peccatũ nõ habemus ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis nõ eſt. Et in Cõcil.

Matth. 15
Eſai. 7.
Prouer. 20
Iob. 15.
Hieron.
Ambroſ.
Roma. 8.
Abacu. 2.
1. Reg. 2.
Oſeæ. 14.
Pſal. 14.
Luc. 12.

Milleuit. cap. 8. & 9. & in Concil. Triden. Seſsione. 8. cap. 32. Reſpondetur tamen, & eſt elegantiſsima doctrina, quod quamuis ita ſit noſtra natura obnoxia peccatis, vt ſaltim abſque venialibus vitam tranſigere nõ poſsimus, nihilominus per aliquos actus feruentes charitatis, ita ſancti eleuantur in Deum, vt emundentur à præcedentibus delictis venialibus, ita vt ſint omnino mundi, & iuſtitiæ ſplendore nitentes, ſecundum illud: Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus. Et Epheſios. 4. Renouamini ſpiritu mentis veſtræ. Hoc eſt dicere: quod quæcumque macula venialis per hanc mentis renouationem purificari poteſt. Nam ſicut fornax ignis valdè incenſus, & imflammatus purificat argentum, & aurum ab omni ſorde, ita motus charitatis ardentis inquinamenta leuiũ cuparum abſtergit. Hac de cauſa Epheſ. 3. Vocantur ſancti lux in Domino, lux autem quando perfectè perfundit diaphanum, omnem expellit tenebram, quantũuis tenuem. Vnde Paul. 2. Cor. 6. Quæ conuentio lucis ad tenebras? Sic enim lumen diuinũ, quod ſplendeſcit in ſanctos omnes, peccati fugat tenebras, & omnia inquinamenta purificat. Accipe inſignem locum. Sapientiæ. 7. De ſapientia quippe quæ eſt comes gratiæ infuſæ ſic dicitur, quod eſt vapor virtutis Dei, & emanatio quædã charitatis omnipotentis Dei ſincera, & ideò nihil inquinatum in ea incurrit: Candor eſt enim lucis æternæ. & ſpeculum ſine macula Maieſtatis Dei, & imago bonitatis illius. Itaque per tales actus feruentes, etiam à venialibus mundantur electi. Vel ſecũdò poteris cum Ianſenio dicere quod dicuntur quidam mundo corde, non abſoluta munditia, ſed munditia fragilitati noſtrę poſsibili, ſi enim ſit via aliqua multum lutuoſa, per quã difficile quis poſſit tranſire, niſi multum luti contrahat, trãſeat autem aliquis, qui pauculas & paruulas maculas contrahat, dicemus illum mũdum eſſe. *Quoniam ipſi Deum videbunt.* Optimè mundis corde, Dei viſio promittitur: quoniam cùm Deus non corporeis oculis, ſed mentis videatur, requirit oculos illos limpidos ac mundos: ſicut enim ſol requirit oculos corporis mundos, ſic Deus oculos mentis: quod enim ſol puris oculis, hoc Deus mentibus eſt, & quod pituita & ſcammæ ſunt oculis, hoc peccata ſunt animis. Nam cùm Ioann. dicat nihil coinquinatum intrare in regnum Dei, & quod Deus lux eſt, & tenebræ

2. Cor. 7.
Epheſ. 4.
Simile.
Epheſ. 3.
2. Cor. 6.
Sapien. 7.
Ianſenius
Simile.
Simile.
Apoc. 21.

tenebræ in eo non ſunt vllæ, nullus eius faciem videre poterit, qui vel leuiculam portauerit maculam, niſi prius ab illa munda-
2.Reg.14 tus fuerit, ſicut Abſalõ. 2. Reg. 14. poſtquã reconciliatus eſt patri ſuo, non tamen faciẽ eius vidit, niſi prius per ſpatium temporis magis ac magis purgaret offenſam commiſſam in occiſione fratris ſui: ſic & iuſti, etiã ſi per contritionem in gratiam Dei reducti fuerint, ſi tamen vel venialia reſtent, vel aliquid reſiduum pœnę adhuc ſit ſoluendum, ad facialem viſionem non admittentur, do nec vel in hac vita per actus feruentes, vel ſatisfactorios, vel in alia per ignem purgatorij omnia illa peccata deleant, & pœnas abſoluant. Tamen ſicut poſteà Abſalom ad videndum Regis faciem admiſſus eſt, & Rex oſculatus eſt eum, ſic poſtquam iuſti purgati fuerint, ad amplexus, & oſcula Dei
2.Cor.5. admittuntur. Vnde Paul. (ait) Audemus, & bonam voluntatem habemus peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Deum. Hæc præſentia eſt, quæ his verbis explicatur. *Quoniam ipſi Deum videbunt*. Conſiſtit quippe beatitudo noſtra in faciali Dei viſione, quod tum ex alijs teſtimonijs Scripturæ, tum ex illo maximè conſtat quod Domi-
Exod.33. nus dixit ad Moyſem: Poſteriora mea videbis, faciem autem meam videre non poteris. Hoc eſt, nunc cognoſcimus Deũ in effectibus, non in ſe ipſo; à tergo, non in facie: ſcimus quippe ex effectibus Deum eſſe, nõ autem quid ſit Deus. Videmus nunc per
1.Cor.3. ſpeculum in enigmate (ait Paul.) tunc autem facie ad faciem: nunc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam, ſicut & cognitus ſum. Sicut enim ex facie me cognoſcit Deus, ita & tunc ego cognoſcam Deum. Et
Pſal.35. Pſalm. 35. In lumine tuo videbimus lumen, & ibi: Apparebo in conſpectu tuo, ſatiabor cùm apparuerit gloria tua. Apparere autẽ ad notitiam intellectiuam pertinet, quæ eſt
Eſai.33. viſio. Et Eſai. 33. Regem in decore ſuo vide-
Ioan.14. bunt. Et Ioann. 14. Ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. Ecce quẽadmodum manifeſtatio veritatis promittitur, tãquam præmium. Et Ioan. 17. Hæc eſt vita æter-
Ioann.17 na, vt cognoſcant te ſolum Deum verum. Et illud: Videbimus eum ſicuti eſt. Et Auguſt.
Auguſt. Viſio eſt tota merces. Quam veritatem atteſtatur etiam deſiderium iuſtorũ, qui per fidem cognoſcunt in quo ſita ſit eorum beatitudo, hi enim ſummopere deſiderant
Pſalm.26 faciem Dei videre. Pſal. 26. Faciem tuã Domine requiram. Et iterum: Quærite faciem eius ſemper. Et iterum: Sitiuit anima mea Pſalm.41
ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei mei.

Cæterũ præter ea quę dicta ſunt, ex hac Chriſti doctrina colligere poteris, quod preparatio quæ requiritur ad noſtram veram beatitudinem, non eſt ex parte potentiæ intellectiuę, vt Philoſophi vane putauerũt dicentes, ſapientes maximè appropinquare Deo, ſed potius ſe tenet ex parte affectiua, nempe ex voluntate bene affecta diuinis: alias ſolum ſapientes, & optimo ingenio prædi ti poſſent eſſe beati, cùm tamen, & ſimplex vetula, & ruſticanus ſtultus ad beatitudinem veram pertingere poſſint, ſi intellectum habentes illuſtratum fide, quę in ſymbolo continetur, mundum cor prepa rent corã Deo, quod omnibus per Dei gratiam poſsibile eſt. Hanc ergo opinionem, tanquam vanam hic refutat Chriſtus dicens, cordis munditiem, ad Dei viſionem præparatoriam eſſe, ſimul & excludẽs cæcam Phariſæorum ſententiam, qui in exteriori iuſtitia, ac corporum ablutione hanc præparationem ſitam eſſe putabant. Pharisæi eum qui totus erat corpore, dignum arbitrabantur obſequio & cultu Dei. Chriſtus autem illum eſſe beatum prædicat, qui mũdus corde eſt. Immo & infra cap. 12. docet Matth.21
nihil preſtare, nec corporis mundi.iem, nec exteriorem cultum Dei, niſi à corde puro proficiſcatur, citans illud Eſai. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe Eſai.29.
eſt à me. Vbi docet plus Deo placere cordis cultum, quam corporis: nam etſi vterq; cultus ei debeatur: tamen exterior abſque interiori nullius meriti apud Deum eſt. Pla Plato.
to qui inter Philoſophos Diuinus appellatus eſt, docuit nullam excellentiorem eſſe virtutem, quam ea quę cultum debitum exhibet Deo, quam ipſi appellauerunt pietatẽ, nos propter excellentiam religionem dicimus: Sed quomodo, quibus ritibus, ac cæremonijs cultus iſte exhibendus eſſet Deo, ipſemet Plato in lib. de Repub. fatetur, non Plato.
debere eſſe hominum placitum, ſed quòd ipſe Deus id homines docturus eſſet: ſic in his verbis Chriſti in hoc capitulo, & in illa ſententia Eſai. quam ipſe loco citato adduxit, videtur quod ipſe nos docea t, in quo maximè iſte diuinus cultus conſiſtat. Circa quod ſciendum, quod cùm homo tam corpus, quam animam à Deo acceperit, ambobus debet cultum exhibere, nempe cum animæ virtutibus quæ ſunt Fides, Spes, ac Charitas

Charitas, illum colimus, corpore etiam ieiunando, vigilando, ipſum vocibus laudando, genuaflectendo, illi cultum exhibemus. Eſt tamen aduertendum, quod ſicut corpus, nec vitam, nec ſenſum, nec motum aliquem habet, abſque anima, ita nec corporis cultus alicuius momenti eſt, aut meriti apud Deum, niſi ex cordis puritate procedat, & ab illo originem trahat, vt Sapient.
Prouerb.8. Prouerb. 8. docet cùm dicit: Omni cuſtodia ſerua cor tuum: quoniam ex ipſo vita procedit. Id eſt dicere: Sicuti opus habes adhibere curam erga corporis cor, à quo vita & motus deriuantur, ita maximam debes nauare operam, vt cor animæ quod eſt mens, in ſua puritate conſeruetur: quoniam ab eo vita gratiæ ac meritum, corporis operibus cõmunicatur. Ex quo inferre poteris, quod tota ſolicitudo ac intentio hominis ortho-
Caſsianus doxi debet eſſe circa cordis puritatẽ, à quo & opera pura prodeunt. Quare Caſsianus in prima collatione quæ fuit Abbatis Moyſi, in qua plurimi ex illis Patribus, qui in eremo Deo ſeruiebant conuenerant, hanc excellentiſsimam docuit doctrinam. Ait quippe: Finis vltimus ac pręcipuus hominis Chriſtiani conſequutio beatitudinis, quę in cœlo poſsidetur, debet eſſe. Cæterum præter hunc finem alterum veluti ſcopum ſibi præfigere debet, ad quem omnia opera ſua dirigat, quibus cõſequi principalem finem debeat, & hic debet eſſe puritas cordis.
Simile. Quemadmodum in omnibus artibus quibus homines viuunt videmus vnum vltimũ finem prætendere artifices, & alterum proximum, ſeu ſcopum ob oculos ponere, cui ſuæ artis opera dirigant, quibus & vltimus ille finis conſequendus eſt. Vt in arte pingendi vltimus artificis finis eſt quęſtus, quo ſibi victum quærat, ſcopus autem eſt rectè pingere, pulchrè deliniare figuram, & ad hoc tanquam ad ſcopum omnia requiſita ad artem dirigit iuſtrumenta, colores, manus, oculos, voluntatem ad id opus perficiẽdum accommodans: nam per illud debet vltimum ſuum finem aſſequi. Sic Chriſtianus pro fine vltimo beatitudinem habeat: pro ſcopo proximo, munditiam cordis: nam
Simile. ſi hanc imaginem puram habeat, per eã conſequetur ſuam beatitudinem. Quare ieiunia ſua, orationes, vigilias ad hunc ſcopum dirigere debet, nempe vt cor mundum poſſideat. Veluti ſi ſagittario pro ſcopo præfigeres premium ipſum, ſcutum, verbi gratia, vt ad illud diriger et ictum ſagittæ, ſi tamen illud ab oculis eius deuiares, nullatenus ictũ dirigere poſſet, & ſi dicas illi: Nonnè, pro præmio illo conſequendo ſagittas tuas dirigebas? Cur non eas modo iacis? Reſpondebit tibi. Verũ eſt, ſed ſi ab oculis meis auertas ſcopum, nõ potero ſcire quo dirigere debeam ſagittas. Sic in ſcopo iſto, nempe in munditia cordis, affixum eſt præmium, dicitur enim: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt, tamen ſi ab oculis auertas primum ſcopum, nempe munditiã cordis, ignorabo quo debeam opera mea mittere. Quorſum enim ieiuno? Quorſum macero carnes meas? Nunquid hæc opera me beatum facient per ſe? Minimè gentiũ, ſed puritas cordis quam facit charitas: nam cætera opera inſtrumenta tantum ſunt ac media ad hunc finem. Sicuti ſi pictor non Simile.
deberet depingere imaginem, ad quid penicillum ſumit? Ad quid colores parat? Ad quid tabulam præparat? Nunquid ad parandum ſibi victum? Nequaquam. Nec enim cum illis quæſtum faciet, niſi imaginem deliniauerit. Sic tu ad quid ieiunas, vel cætera facis opera? Vt ſim beatus, dices. Bene, ſed hæc te non beatum facient, niſi puram in corde imaginẽ Chriſti depingeres. Hæc enim tantum media, & inſtrumenta ſunt ad hunc finem proximum, per quem & illum vltimum conſequuturus es. Hanc nobis diuinã Philoſophiam Ruſticus ille monachus, in eremi vaſtitate educatus docuit. Vnde & dicit: Ieiunia, ſolitudo, vigilię, orationes, carnis maceratio, inſtrumenta ſunt, non finis ad hanc cordis puritatem facien- Simile.
dam. Qui inſtrumenta artis habet, nõ ideò & ipſam artem habet: nec enim qui colores & inſtrumenta pingendi habet, vt vendat, ideò artem ipſam pingendi habet, & ſi dicat: Inſtrumenta habeo artis pictor ſum, negabo illatum. Sic ſi dicas mihi: O pater ille vir vel illa mulier ſancta eſt, ieiunat, media nocte ad matutinas ſurgit, ter in ſeptimana vapulat, orat. Benè ſe habet. Sed tamen niſi munditiam cordis habuerit, nihil illi proderit. Habet quidem inſtrumenta, non tamen ipſam artem, quæ charitas eſt. Vnde Paul. ait: Habetis quidem fructum
Roma.6. veſtrum in ſanctificationem, finem vero vitam æternam. Quid clarius? Ac ſi diceret: Vita ęterna ultimus finis veſter eſt, fructus autem quo illum debetis mereri eſt ſanctificatio, quæ conſiſtit in cordis munditia. Vndè & ipſe alibi docet, quod nec eleemoſyna, nec prophetia, nec ipſum martyrium abſq;

abſque charitate ſunt alicuius valoris: quoniam non ſunt niſi inſtrumenta ad cordis puritatem faciendam. Quid enim proſunt inſtrumenta abſque arte? Aut quid tibi proderit ſi citharam habeas in manu, niſi artem pulſandi fides noueris? Quomodo ſonos dabit? Sic, ſi tantum hæc virtutum inſtrumenta habueris, niſi puritatem cordis aſſequutus fueris, parum tibi proderit. Verum eſt quod inter hæc media & inſtrumẽta, quædam magis apropinquant ad faciendam hanc cordis puritatem, dummodo cætera ſint paria. Oratio mihi videtur accommodatius medium ad illam: nam illa familiaritas cum Deo, illi colloquendo, illi blandiendo, cum illo dulciter & amicabiliter tractando, maximè confert, vt anima ab his inferioribus diuellatur, & Deo totis viribus adhęreat, & ab hoc luto quod illam coinquinat ſeiuncta, Deo qui aurum eſt, amicabiliter iungatur. Ecce ad quid totis viribus conari debet ſeruus Dei, vt charitatem habeat, quæ eſt vinculum perfectionis; quæ & mentis puritatem facit: quoniam charitas ignis eſt, quæ ab omni immunditia; & ſcoria animam purgat. Et quemadmodum videmus teneram plantam, priuſquam foras prodeat, & virgulta emittat, radices quantũ poteſt ſub terra cõdere, ſe ſeque antea ſub terra radicari & confirmari; ſic totus ſerui Dei conatus, ad hoc tendat, vt ſe in hoc diuino amore confirmet, cõſolidet, radiceſq; mittat interius, vt poſtea opera quæ ex tali radice prodeunt ſint æternæ vitæ fructus; aliàs arida, ſiccaq; erũt eius opera, vtpote ab arbore emortuo, & eradicato prodeuntia. Vnde Paul. nos admonet, vt in charitate radicati & fundati ſimus. Hæc via omnibus præuia eſt, nec adeò difficilis, quin omnes per Dei gratiam eam aſſequi poſſimus. Ieiunare quidem debilis non poteſt, eleemoſynas dare nequit pauper, vigilias facere nõ valet ægrotus, longas orationes habere quomodo poterit Rex, aut qui poteſtatem publicam exercent? Cæterum Deum ex toto corde diligere, quis non poterit? Hanc ergo legem nobis propoſuit Chriſtus, quam omnes abſque perſonarum acceptione obſeruare poſſent. Hanc diues, hanc pauper, debilis, & infirmus, Rex & ſeruus adimplere poſſunt, per Dei gratiam, quæ omnibus non ponentibus obicem adeſt. Vnde Moyſes dicebat: Hoc verbum quod tibi mandat Deus, non longe eſt à te, vt opus ſit maria, vel peregrinas regiones peragrare; ſed prope eſt verbum in ore tuo, hoc eſt verbũ fidei quod prædicamus. Nec enim eſt verbum Dei eſca & potus, ſed iuſtitia, pax & gaudium, in Spiritu ſancto. Hoc eſt dicere: Non conſiſtit iuſtitia legis Chriſti in exterioribus actionibus, quemadmodum de veteri iuſtitia exiſtimabant homines; ſed conſiſtit in Dei charitate, quæ eſt opus Spiritus ſancti. Nec tamen propter hoc opera externa excludimus, quæ tamen apprime neceſſaria ſunt ad hanc cordis puritatem habendam, ſed dicimus illa ſolum eſſe inſtrumenta accommoda, ad eam aſſequendam, nec in illis dumtaxat conſiſtere Euangelicam iuſtitiam, niſi quando ab interna charitate & puritate cordis prodeunt. Multa enim ad hoc conferunt, ſicuti verbũ Dei, frequens confeſsio peccatorum, vitæ auſteritas: (quemadmodum vas melius mundatur cum panno aſpero) oratio, vt diximus, ignis tribulationis, & frequẽs correctio aliorum. Vndè Bernard. ſermo. 4. de aduentu ait: Sunt qui peccata ſua ſic confitentur, vt videri poſsit ex deſiderio cordis mũdandi id agere: omnia enim in confeſsione lauantur, niſi quod ea, quæ ſpõte dicunt alijs, ab alijs patienter audire non poſſunt. Qui ſi verè mũdari deſiderarẽt, vt videtur, non irritarentur, ſed haberent eis gratiam, qui ſuas illis maculas demonſtrarẽt. Et Gregor. ait: Ille ſolus amicus meus erit, qui ante aduentũ diſtrictiſi iudicis maculas mentis meæ abſtergit *Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur.* Dupliciter accipitur hæc dictio, pacificus, in Scripturis. Aliquando ſumitur pro eo qui corde eſt pacato, quiq; cum omnibus pacem ſeruare ſtudet, quomodo accipitur Pſalm. 36. Quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico. Et. 119. Cùm his, qui oderunt pacem eram pacificus. Et iſto modo non ſumitur in præſentia: nam ſic parum differt à manſuetudine. Hic autem loquitur de his, qui pacem faciunt, qui & pacificãtes, & reconciliatores vocantur, non ſolùm illi qui ſecum pacifici ſunt, quales ſunt mundo corde, nec qui pacem cum omnibus ſtudent habere, quales diximus eſſe mites, verũ etiam illi, qui alios à ſe diſſidentes ſecum reconciliare ſatagunt, & eos qui inter ſe diſſident amicos reddere procurant: poſtremo peccatores à Deo auerſos, ad ipſum conuertũt. Sed audi, hanc pacem in ſeipſo poteſt homo efficere, & in alijs. In ſeipſo hanc efficit, quando omnia in eo ordinate conſonant, nec ſchiſma aliquod in homine eſt, nempe quando

Similc. *Similc.* *Ephes.* *Deuteron. 30.* *Roma. 10.* *Roma. 14.* *Similc.* *Bernar.* *Gregor.* *Pſal. 36.* *Pſal. 119.*

quando pars inferior abſque renitentia ſuperiori iam obedit, & ſuperior Deo in omnibus ſubdita eſt, qui ita morigeratos habet affectus, vt eos iam abſque ſtrepitu ratio ſibi ſubdat, & ipſa ratio, mẽs, & Spiritus diuino amore incẽſa, Deo in omnibus obtemperare ſemper velit: tunc enim beatus talis iam poterit dici, qui pacem illam cœleſtis Hieruſalem in ſeipſo experiri cœpit, & filius Dei vocari meretur, qui ita placide obtemperat Deo Patri. Et quoniam talis pax hic omnino poſsideri nequit, vbi ſemper caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: ideo non dicit: Beati qui hanc poſsident pacem, ſed qui eam faciunt: ad hanc quippe faciendam pacem totus conatus iuſtorum tendit, & hoc modo intelligit hanc beatitudinẽ Auguſt. in hoc loco, & Chryſoſto. Homel. 9. in imperfecto; & D. Hieronymus hic: & ex recẽtioribus Caietan. Sed tamen Iãſenius cum Ruperto lib. 4. in Matth. non ſic intelligũt hanc beatitudinem, eo quod pacem iſtam munditiem cordis efficit. Illi quippe qui per charitatem mundum habent cor, illud à ſenſualitate quantum poſſunt diuellunt: quoniam ab illa quæ eſt inferioris ordinis inſici ſolet, & illud Deo ſubdunt, qui ſuperior eſt, à quo & munditiem & perfectionem magnam aſſequitur. Quælibet autem harum beatitudinum, ſuper aliam addit aliquam excellentiam, ergo alia debet eſſe præter eam quam mundities cordis includit. Vnde ſecundum intentionem Saluatoris his tribus modis modò dictis contingit aliquem eſſe pacificum, vel pacis conciliatorem. Primò, pacifici ſunt illi, qui etſi offenſi ab alio ſint omnem tamen dant operam, vt illum reconcilient ſibi. Secundò, illi qui non ſolùm pacem cum inimicis ſuis componunt, verumetiam ſi aliquos viderint in ſe eſſe diſſidentes eos in pacem redigere conantur. De primò habemus exemplar in Dauide, qui Sauli ſibi mala facienti, bona pro malis reddebat. De ſecundò in Pſalm. dicitur: Inquire pacem & perſequere eam. Hoc eſt dicere: *Anda à rogar à otros con la paz.* Et ſic intelligit hunc verſum D. Chryſoſto. hic: Et benè hæc pacis effectrix ſeptima ponitur beatitudo. Nam ſicut poſt ſex quæ odit Dominus, ſeptimum quod deteſtatur anima eius ponitur, ſeminare inter fratres diſcordias. Sic è contra ſeptima virtus erit, inter diſcordes concordiam parare. Vbi etiam inter cętera quæ Deus odio habet prima ponitur ſublimitas oculorum, cui aduerſatur paupertas ſpiritus, quæ eſt prima inter beatitudines. Sed tertiò & vltimo modo dicuntur pacifici, qui auerſos à Deo nituntur Deo reconciliare ac reddere, & de hac exiſtimo, hanc intelligere beatitudinem Chriſtum Dominum præcipuè quippe qui Apoſtolis ſuis modo loquebatur, qui hoc munus geſſerunt, nempe Euangelium pacis hominibus prædicare, quo pacem inter illos & Deum componerent. Huius ſententiæ eſt D. Baſil. qui quæſt. 215. proponẽs quis ſit pacificus ille qui à Domino beatus prædicatur, reſpõdet, ille qui Domino cooperatur, iuxta Apoſtoli ſententiam qua dicit: Pro Chriſto legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos, obſecramus pro Chriſto reconciliamini Deo. Et rurſus iuſtificati ex fide pacẽ habeamus ad Deũ. Nam pax quæ aliter ſe habet negata eſt à Domino vbi ait: Pacem meam do vobis. Nõ quomodo mundus dat ego do vobis. Hæc ille. De his etiam vaticinatus eſt Eſai. cap. 52. cùm dicit: Quam pulchri ſunt pedes annuntiantis pacem, Euangelizantis bonum, prædicantis ſalutem, dicentis: Syon regnabit Deus tuus! Igitur hoc modo intellecta hæc beatitudo, optimè ſeptimo loco ponitur: quoniam poſtquam quis mũdo corde factus eſt, ſupereſt vt & alios Deo reconciliare ſtudeat, ac diſſidentes cõponere, quemadmodum & ſuarum virium partes iam ipſe compoſuit, quod eſt maius omnibus prædictis, & ideò illis eſt adijciendum. *Quoniam filij Dei vocabuntur.* Hoc eſt, manifeſtum omnibus erit, quod ſint filij Dei, ſicut nomẽ quo quis vocatur, manifeſtum illum facit. Non ſolùm in effectu erunt filij Dei, ſed etiam tali nomine apud omnes gaudebunt. Congruit autẽ hoc pacificis: quoniam pax quomodocumque definiatur, definitur per ordinem; teſte Auguſt. lib. 9. de Ciuitate Dei. Pax corporis (ait) eſt ordinata temperatura partium. Pax animæ irrationalis, ordinata requies appetitionum. Pax animæ rationalis, ordinata cognitionis, actioniſque conſenſio. Pax corporis & animæ, ordinata vita & ſalus animantis. Pax hominis mortalis & Dei, ordinata in fide ſub æterna lege obedientia. Pax hominum ordinata concordia. Pax domus, ordinata imperandi atque obediendi concordia cohabitantium. Pax cœleſtis ciuitatis, ordinatiſsima, & concordiſsima ſocietas fruendi Deo, & inuicem in Deo. Pax omnium rerum tranquillitas ordinis, ordo autem eſt parium diſpariũq; rerum

Auguſt. *Chryſoſt.* *Hiero.* *Caieta.* *Iaenſenius* *Rupertus.* *1. Reg. 26.* *Pſalm. 33.* *Chryſoſt.* *Prouer. 6.* *Baſilius.* *2. Cor. 5.* *Thom. 55* *Eſai. 52.* *Auguſt.*

rerum ſua cuique loca diſtribuens diſpoſitio. Igitur Deus in omnibus operibus ſuis, tam naturæ quam gratiæ, pacem intendit. Quoniam pax ordinem dicit, ordo autem proprium opus Dei etiam à Philoſophis dicitur. Itaque pax eſt quid reſultans, ex ordine, finis autem Vniuerſi eſt ordo, ergo pacifici qui hunc ordinem faciunt rectè filij Dei nuncupantur, cum opus ſuum exequi contendant, & illi in hoc opere ſuo aſſimilentur. Quod autem etiam in operibus gratiæ, Deus hanc pacem intendat, patet ex illo Iob. 25. Qui facit concordiam in ſublimibus ſuis. Hoc eſt, qui pacē facit in creaturis intellectualibus circa bona ſupernaturalia. Et clarius Paul. 2. Cor. 5. Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum. Ecce pacē quam Chriſtus fecit in nobis, hæc autem filiatio, quæ hic promittitur pacificis, eſt illa perfecta filiatio gloriæ, de qua Ioann. Nunc filij Dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus autem, quoniam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, videbimus enim eum ſicuti eſt. Hoc eſt dicere: Nunc quidem filij Dei ſumus per adoptionē; ſed hoc quod ex hac filiatione erimus in gloria filiorum nondum apparuit, ſed cùm apparuerit ad ſimilitudinem Dei nos prouehet in gloria Patris cœleſtis, & tunc videbimus eum ſine medio ſicuti eſt, & ipſa viſio nos lumine diuino implebit, & filios ſimiles Patri efficiet. Sicut chriſtallus (vt ait hic Magn. Albertus) cùm ſoli opponitur, ſtatim vt lumine impletur ſimilis ſoli quaſi filius ſolis efficitur; ita filij gloriæ ſimiles Patri cœleſti efficientur in lumine Patris, quo implebuntur, ſecundum illud Romanor. 8. Expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat. Creaturam vocat hominē, eo quod eſt digniſsima creaturarum aliquid conuenientiæ habens cum omni creatura. Et hoc præmium paci debetur. Quia etiam pax, non eſt niſi de bono diuino omnia noſtra obtinenti, & ad pacem reducenti, in concordia & vnitate omnium virium Deo perfruentium, ſic enim in pace factus eſt locus electorum, & illa quæ ſurſum eſt Hieruſalem Mater noſtra viſio pacis libera eſt. Tūc enim fines noſtros, quo ad omnes vires ponet pacem, & adipe frumenti æternæ dulcedinis per fruitionem nos ſatiabit. Hactenus Albertus. Sed obſeruandum eſt, quod non dicitur, erunt filij Dei, ſed vocabuntur, & præpter ea quæ modo diximus, aduertenda eſt energia horum verborū. Primò enim explicat vocis Dei efficaciam, cuius dicere, facere eſt. Secundò vt per vocationem ſignificetur munus gratiæ collatum, ex qua ortum habet gloria, quæ eſt conſumata gratia iuxtà illud Rom. 6. Gratia Dei vita æterna. Exprimitur autem quandoq; in Scriptura donum gratuitum, per vocationem, vt eſt illud Roman. 1. Paulus vocatus Apoſtolus. hoc eſt, gratuita Dei vocatione accitus ad hoc munus Apoſtolicū. Et Roma. 4. Qui vocat ea quę non ſunt, tāquam ea quæ ſunt. Eſt ſenſus, Deus ad filiationem Abrahæ ſpiritualem ita elegit illos qui non ſunt filij Abrahę, ſecundum carnem, ſicut & eos qui ſunt filij ſecundum carnem. Et Rom. 9. Nō ex operibus ſed ex vocante dictum eſt, Iacob dilexi. Et Oſeæ. 2. Vocabo non plebē meam, plebem meam: & non dilectam, dilectam. Dicitur ergo, quod vocabuntur filij Dei, hoc eſt, quod gratuito dono Dei eliguntur, in hanc filiationem, quæ hic per gratiam incipit, & hanc pacem huic ſtatui poſſibilem efficit. Cæterum quando apparuerit gloria filiorum Dei, per conſumatā gratiam (quod erit in alia vita) tunc erit tranquillitas magna, ſecundum illud Eſai. 32. Et erit opus iuſtitiæ; pax. Id eſt, quòd filij Dei accipient tunc coronam iuſtitiæ, quam ex iuſtitia per gratiam Dei meruerunt, & hæc erit pax quam ibi poſſidebunt, & culmen iuſtitiæ ſilentium, id eſt, tranquillitas & ſecuritas in ſempiternum. Quod clarius explicat dicens: Et ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Obſecro quanta amplificatione verborum explicat tranquillitatem filiorum Dei, quam vno verbo dicit Pſalmiſta cùm ait: Qui poſuit fines tuos pacem. Id eſt, vbique pace terminaberis, à dextris, & à ſiniſtris, à facie, & à tergo pace circundatus eris. Ex hac quippe pace quam hic filij Dei, id eſt, electi efficiunt, ad aliam pergunt quæ perfectiſsima erit, vt adimpleatur vaticinium illud: Erit Sabbatum ex Sabbato; hoc eſt, requies, tranquillitas patriæ, ab ea quam in via habuerunt filij Dei ortum habet. Et illud Eſai. 57. ſecundum 70. Dabo eis pacem ſuper pacem. Id eſt, perfectiorem, quam habuerunt in via. Multa dicenda erant ad cōmendationem Pacis, niſi in cōment. noſtris ſuper Pſal. 118. fuiſſent plura iā dicta tract. 21. fol. 635. in illum verſum: Pax multa diligentibus legē tuam, quibus & addere poteris hanc ſententiam

Iob. 25. *2. Cor. 5.* *1. Ioann. 3.* *Magnus. Alber.* *Simile.* *Romæ. 8.* *Galat. 6.* *Roma. 6.* *Roma. 1.* *Roma. 4.* *Roma. 9.* *Oſeæ. 2.* *Eſai. 32.* *Eſai. 57.* *Pſal. 147.*

Bern.

Bernar. Bernard. vbi ſupra qui ait: Sunt aliqui, qui ſi viderint quempiam, vel leuiter ſcandalizatum, valdè ſoliciti ſunt, quo modo in pacem eum reducere poſsint. Et viderentur pacifici, niſi quod eorum commotio, ſi forte quidquam contra eos factum dictumve videbitur, tardius vniuerſis difficiliuſque poterit ſedari. Qui nimirum, ſi vere pacem diligerent, haud dubium quin eam quærerent ſibi ipſis. *Beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* Septem præcedentes beatitudines, in actione aliqua conſiſtunt, vt patet: hæ duæ vltimæ in laudabili paſsione propter opera iuſtitiæ, licet vltima includatur in hac octaua, tanquam ſpecies in genere, ſpeciale in vniuerſali. Maius autem eſt propter ipſa opera iuſtitiæ exercenda, & ſuſtinenda perpeti paſsiones; quam ipſamet opera exercere, & Chriſtus Dominus dixit: Maiorem charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Quare Diuus Thomas ſuper hunc locum dicit: quod hæc octaua beatitudo deſignat perfectionem omnium præcedentium: nam qui propter eas ſuſtinendas aliquid patitur, eorum perfectionem atteſtatur, pro qua dignum æſtimat quælibet aduerſa ſuſtinere, quam eam dimittere, & qui hoc facit perfectiones cęteras ſe habere inſinuat, cum pro illis perpeti mala non vereatur. Pugnat enim pro eis quaſi pro bonis ſuis, ergo eas & affectu, & effectu poſsidet, cùm pro eis quidquid euenerit libenter ſuſtinet. Quare hic iuſtitia generaliter pro omni uirtute ſumitur, ſi enim quis propter caſtitatem ſeruandam, aliquod malum pateretur, & alias eſſet auarus, nihil illi prodeſſet pati, ſed propter omne opus virtutis pati, hoc eſt eſſe iuſtum: quoniam iuſto nulla virtus defficere poteſt. Vnde. 1. Petri. 4. dicitur. Nemo veſtrum patiatur, vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: ſi autem vt Chriſtianus, non erubeſcat, glorificet autem Deum in iſto nomine. Et capit. 3. Si quid patimini propter iuſtitiam, beati. Et capit. 2. Hæc eſt gratia, ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias patiens iniuſtè Quæ eſt enim gratia, ſi peccantes & colaphizati ſuffertis? Sed ſi bene facientes patienter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud Deum: Quare pati hic perſequutionem generaliter ſumitur, pro pati quamuis iniuriam, ſiue verbo, ſiue facto illatam, cum in ſequenti beatitudine ſpecialius loquatur, de perſequutionibus quæ fiunt factis. Sed arguit hic Albertus Magnus dicens: Perſequutio eſt actio, ergo ab alio fit. Sed quod ab alio eſt, ſecundum quod tale eſt, nec eſt laudabile, nec meritorium, ergo impropriè dicuntur beati, qui perſequutionem ab alijs illatam tollerant. Et reſpondet, quod licet paſsio ſit effectus illatioque actionis, ſecundum quod eſt ab agente, tamen ex parte ſuſcipientis requiritur tollerantia voluntaria, & æquanimitas interiorum animæ actionum, & in his propter difficultatem maximum collocatur meritum. Vnde ſecundum Philoſophum, perfectior actus fortitudinis eſt ſuſtinere, quam aggredi: nam & tali actu Chriſtus fortiſsimus omnium fuit, & tanto perfectior eſt hic actus ſuſtinendi, quanto ſecundum naturam ſumus infirmiores, ſecundum illud. 2. Corinthiorum. 12. Virtus in infirmitate perficitur. Et Apocalypſis. 2. Scio opera tua & laborem tuum & patientiam tuam; & quia non potes ſuſtinere malos, & patientiam habes, & ſuſtinuiſti propter nomen meum. Et hoc modo multa perpeſsi ſunt ſancti propter Chriſtum. *Quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* Albertus Magnus hic ait: Tribus deſtituuntur, qui propter iuſtitiam ſunt perſequuti. Primò, quoniam iniuſte iudicantur, contra leges & iuſtitiam regni, vt eſt illud, 1. Machab. 2. Teſtes erunt ſuper nos cœlum & terra, quod iniuſtè perditis nos. Et Actor. 23. dixit Paulus ad Sacerdotem: Tu ſedens me iudicas, ſecundum legem, & contra legem iubes me percuti. Secundò, propter tyrannidem, quam in eos exercebant homines, de qua dixit Dominus ad Pilatum: Non haberes poteſtatem aduerſus me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper. Et Daniel. 3. Tradidiſti nos in manus inimicorum, & peſsimorum præuaricatorum, & Regi iniuſto, & peſsimo. Et Iob 9. Terra data eſt in manus impij, vultum iudicum eius operit. Et tertiò propter tyrannorū auaritiam bonis ſpoliabātur, vt dicitur Hebr. 10. Rapinam bonorum veſtrorum, cum gaudio ſuſtinetis arbitrantes vos habere meliorem, & maiorem ſubſtantiam, hæc autem omnia in regno cœlorum reſtituuntur. Et etiam quia regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, ergo oportet pati vim in perſequutionibus;

Albertus Mag. *Ariſto.* *2. Cor. 12.* *Apoc. 2.* *Albertus Mag.* *1. Mach. 2* *Actor. 23.* *Ioan. 19.* *Daniel. 3.* *Hebr. 10.* *1. Pet. 4.* *1. Pet. 3.* *Et c. 2.*

vt illud capiamus. Deinde qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiã habent pretium pro quo venditur regnum cœlorũ.

Matth.20 Vnde Dominus Matth.20.dixit: Sedere ad dexteram meam, vel ſiniſtram non eſt meũ dare vobis. Nam vendere potius illud volebat, quam intuitu cõſanguinitatis dare. Vn

Auguſt. de Auguſt. in perſona Domini, ait: Venale habeo. Quid Domine? Regnum cœlorum. Quo emitur? Paupertate regnũ, dolore gaudium, labore requies, vilitate gloria, morte

Roma.8. vita. Et quia hi compatiuntur Chriſto, ergò

2.Tim.2. conregnare debent cũ Chriſto vt ait Paul. Roma.8. & 2. Timo.2. Si cõmortui ſumus, & conuiuemus: ſi ſuſtinemus, & conregnabimꝰ. Et.2.Cor.1. Sicut ſocij paſsionũ eſtis,

2.Cor.1. ſic eritis & conſolationis. Et Luc. 22. Vos

Luc.22. eſtis, qui permanſiſtis mecum in tribulationibus meis, & ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnũ, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meã in regno meo. Quod vnica ſententia nos docet Sap. Eccle.

Eccleſ.22. 22. Fidẽ poſside cũ amico tuo, in pauptate ipſiꝰ vt in bonis ipſiꝰ lęteris. *Beati eſtis cũ maledixerint vobis homines, & perſequuti vos fuerint & dixerint omne malũ aduerſum vos mẽtiẽtes propter me. Gaudete & exultate, quoniã merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Sic enim perſequuti ſunt Prophetas qui fuerunt ante vos.* Nouũ hoc genus perſequutionis eſt, & ideo nouo modo prẽmiũ eidecernitur. Prius enim homines iuſti propter alia iuſtitię opera perſequutionẽ patiebantur, cæterũ poſt Chriſti aduentũ ob ſui nominis confeſsionẽ vituperabantur, & ideò in ſecunda perſona, cum Apoſtolis ſuis loquitur: quoniã ipſi primi, & poſt eos martyres, ob hanc confeſsionẽ multa perpeti debebãt. Cõfitebantur enim hominẽ verũ, & verũ Deum morti damnatum, ac crucifixũ reſurrexiſſe tertia die ex mortuis, eſſe Saluatorẽ ac Redẽptorem mũdi, quod nunquã anteà auribus hominum inſonuerat, & tamen ob hanc nouã cõfeſsionem, noua etiã genera tormentorum in eis exercita ſunt. Maledicebãtur enim tanquã malefici, ac maleſactores, ſecundũ illud Pau

1.Cor.4. li: Maledicimur & benedicimus. Perſequuti etiã ſunt à ciuitate in ciuitatem, vt Paul. etiam dicit: Perſequutionẽ patimur ſed nõ Anguſtiamur. Falſa etiã teſtimonia ac mendatia eis imponebãt homines; nã (vt in Eccleſiaſtica hiſtoria legitur) imponebatur Chriſtianis tũc, quod comederẽt pueros, &

2. Cor.6. abuterẽtur matribus ac ſororibus. Vnde Paulus.2.Cor.6.dicebat. Vt ſeductores, & veraces. Et.1. Cor. 4. Blaſphemamur & obſecramus, cõfidẽtes in illo qd Sap. 10. dicitur de iuſto: Mẽdaces oſtẽdit, qui maculauerũt illũ. Sic enim fecit Deus cũ ſuis cõfeſſoribꝰ ac teſtibus eos maximis prodigijs ac miraculis illuſtrãdo. *Sic enim perſequuti ſunt Prophetas qui fuerunt ante vos.* Hoc eſt, non ob hoc debetis deſpondere animũ: quoniã ſic alios Prophetas perſequuti ſunt, & perſequentur: nã vt Paul. docuit: Omnes qui pie volũt viuere, in Chriſto Ieſu perſecutionẽ patiẽtur; & ferè omnes ſancti ab impijs perſequutionẽ paſsi ſunt, in tãtũ ut & de D. Tho. Aquinate fuerit ſuſpitio ipſum veneno fuiſſe interẽptum. à quodã rege Neapoli, timens ne D. Tho. in Cõcilio Lugdu. ad quod vocabatur defenderet Eccleſiæ iura, cõtra tyrãnidẽ illius regis. Imò ipſe Chriſtus maximas cõtumelias ac perſequutiones perpeſſus eſt, in tãtũ vt & ipſe diſcipulis ſuis dicere potuit. Si paterfamilias Beelzebub uocauerũt, quãto magis domeſticos eius? Itaq; primo parẽti (ait Augu.) dictũ eſt: Ne peces, vt nõ moriaris: Martyribus autẽ dicitur: Morere ne peces. *Gaudete in illa die & exultate: quoniã merces veſtra copioſa eſt in cœlis.* Hic eſt primus locus, in quo prẽmiũ iuſtorũ, q̃ eſt vita æterna vocat Chriſtus, mercedẽ: quoniã ex pacto & cõdicto Dei qui ſi ceſſuit, iuſti ex rigore iuſtitię merentur vitã ęternã: quoniam Deus ſe obligauit ex pacto cũ hominibus, quod ſi ſeruaſſent legem ſuã daret illis vitã æternam, vt ex parabola operariorum qui cõducti ſunt ad vineam patet, qua ſuppoſita ordinatione iã illud prẽmiũ habet rationem mercedis, ſicut & opera iuſti rationem meriti. Sed quoniã hoc totũ prouenit ex gratia Dei, qui ſua gratuita volũtate tãle prẽmiũ noſtris operibꝰ decernere voluit: ideò dicit, gratia Dei, vita æterna, maxime cũ opera noſtra, hanc efficatiam merendi habeant à Chriſto Dño, qui nobis meruit, & gloriam & gratiam de rigore iuſtitię. Quare cũ nr̃a opera illi inhærent (quod fit cũ in fide & charitate eius fiũt) tunc cõmunicãt iuſtitiam Chriſti, ex qua vitam æternã merentur. Quare Paul. dicit nos effectos iuſtitia Dei, in Chriſto. Id eſt dicere, quod propter meritũ Chriſti nobis cõmunicatũ opera noſtra iuſtitiam habent coram Deo. Vnde iam ipſe Paul. alibi vocat prẽmiũ coronam iuſtitiæ; cũ tamen per gratiam Dei id cõceſſum nobis ſit. Vult enim Deus bona ſua coronare in nobis: nam cum ea propria noſtra fecerit, iam illis tanquam noſtris operibus meremur prẽmium. Quemadmodum ſi rex ſeruo ſuo gratuitò donaſſet pretium, quo poſſet emere agrum ſibi, de iuſtitia ſibi deberetur ager ille, ſuiſque pecunijs poſſet dici illũ emiſſe. Quod ſi pecuniæ eſſent ex cupro uel alia viliori materia, ſi tamen Rex eas ſigillo ſuo ſignaret, iam talem eſtimationem haberent. Similiter & ſi opera noſtra quatenus à nobis prodeunt vilia ſint & nullius valoris, antè Deum; tamen ſi Chriſti merito ac gratia ſigillata ſunt, iam regni cœlorum æſtimationem habent, iuſtaque ſunt coram Deo. Igitur quoniam in veteri lege nondum ſolutum erat pretium iſtud, nec Chriſti merita in ſuo ſanguine diffuſa erãt, etiamſi in fide iſtius mediatoris ventura fierẽt, & ideo eſſent meritoria, ideò rarò hoc nomine mercedis vtebatur cum illis Deus. Sed in lege noua, quando iam merita Chriſti nobis donata ſunt, paſsim hoc nomen noſtris auribus intonat. Hic autem eſt primus locus, in quo hanc honorificam vocem audiuimus, honorificam dico: quoniam pro maximo honore reputare debemus, quod nos ipſi noſtris proprijs operibus, in gratia Dei factis ipſum Deum mereri in veritate dicamur, & quod nos ipſi noſtris manibus regnum cœlorum nobis lucremur.

Matth.5. Moralitas pro feſto omnium ſanctorũ. *Gaudete ergo & exultate: quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis.* In præſenti tempore gaudere debetis in corde, & exultare exterius in corpore: quoniam talis merces vobis decreta eſt in cœlo, quæ & animam ſimul & corpus beat. Quare duplex habent prẽmium ſancti, vnum in preſenti, alterum in futuro, vt ſupra diximus. Preſens prẽmiũ eſt gaudium, quo de bonis operibus à ſe factis gaudent, ſcientes quod per illa venturũ prẽmium ac æternum conſequuturi ſunt, ex quo proueniebat vt ſancti martyres in tormentis læti ac exultãtes apparerent, &

Act.5. Apoſtoli gaudentes exirent à conſpectu Concilij, poſt flagella accepta: quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati, & Tiburtio martyri videretur cũ ſuper prunas igneas nudis plantis ambularet, quod ſuper roſeos flores graderetur.

2.Mach.6 Et.2.Mach.6. cùm à tyrannis torqueretur Eleazarus dixit: Diros corporis ſuſtineo dolores, ſecundum animam vero propter timorem tuum libenter hæc patior. Vnde

Ezech.40 Ezechiel, quædam animalia vidit, quæ vnã faciem hominis, alteram Seraphim habebant, & in medio cuiuſlibet erat palma quędam in parietę depicta, & vna facie vnam palmam aſpiciebant, altera aliam: ex quo nobis datur intelligi quod ad vtrumque prẽmium reſpiciunt iuſti, tam ad præſens, quã ad futurum, licet ad futurum cum vultu ſeraphico reſpiciunt, ad præſens cum humano: quoniã illud lõge altius erit iſto. Vel dic quod cum facie hominis aſpiciunt ad prẽmiũ corporum, quod in reſurrectione accipient, cum vultu autem Seraphim ad prẽmium animę, in quo vera beatitudo cõſiſtit. Nihilominus iuſti ſemper, & in veteri lege, & in noua aſpiciebant ad authorem, & conſummatorẽ fidei noſtræ Chriſtum Ieſum: Tunc enim fidem conſummabit, cum claram nobis ſui viſionem adhibuerit, nam vt

1.Cor.13. ait Paul. cũ venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Quare, & corpore & anima exultare debent iuſti: quoniam mercedem copioſam ſibi reſeruatã habent in cœlis. Sed aduerte quod Dominus his verbis nõ explicat qualis futura ſit illa merces, hoc enim inexplicabile eſt, ſed dumtaxat dicit quod copioſa veniet: quoniam talis ac tanta eſt, vt nullis poſsit explicari ſermonibus, imò nec ipſimet beati, qui ea gaudia poſsident id poterunt declarare. Oſtendent ſiquidem ſe lætabundos, maximè alacres ac ſummo gaudio perfuſos, ſi autem velint dicere quæ bona ſunt illa, quæ illos ſic placidos ac lætos contineant, minimè expli

Eſai.24. care valebunt. Vnde Eſa.capit.24. loquens de illo gaudio, quod tunc poſſeſſuri ſunt ſancti dicit: Hi leuabunt vocem, atque laudabunt, & erit cum ſanctificatus fuerit Do-

Pſal.41. minus in eis hinnient de mari. Vox exultationis, & confeſsionis audietur quidem in tabernaculis iuſtorum; ſed cum explicare voces eas velint, hinnitus potius æquorum emittent. Hinnitus æqui vox grandis eſt, quæ à longe auditur, non tamen aliquem explicat conceptum: quoniam non terminus, ſed vox dumtaxat eſt; ſic beatis contingere ait Propheta, magnas quidem voces laudis, ac exultationis emittunt, quibus ſe maximè lætabundos oſtendunt; tamen cũ ea gaudia explicare volunt minimè valent, defficiunt termini, nec eſt lingua ali

Gregor. qua que illa vllo valeat ſermone exprimere. Vndè D. Greg. ſuper illud Iob. Donec impleatur os tuũ riſu, & labia tua iubilo (ait) iubilũ eſſe lętitiã quandã magnã, quæ tamẽ explicari nõ poteſt. Vt cùm tu maximè de aliqua lætiſima re rides, & interrogo te. Quid rides? Nec tamen reſponſum reddis,

Simile. ſed magis cachino diſtenderis, quod ſi iterũ

atque iterum, à te quæro quid habeas, cur tantum rides, adhuc & tu ridendo ac ſilendo reſpondes, maxima te lætitia perfuſum, quam tamen explicare non vales. Sic beati os plenum riſu habent, nimia gaudent lætitia, grandi exultatione fruuntur; cæterum ſi ab illis quæras, quid habeant, quid rideant, aliud reſponſum quam ridere, ac lætari tibi reddere non valebunt. Quod &
2.Cor.12. beato Paulo contigit, cùm vſque ad tertium cœlũ raptus eſt dicit ſe vidiſſe arcana Dei, quæ non licet homini loqui: quoniã nec oculus vidit; nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderũt, quæ præparauit Deus diligẽtibus ſe. Cæterũ licet hæc ita ſint, nobis tamẽ duas vias oſtẽdit natura ipſa, quibus aliquid poſsimus, quaſi reptãdo huius ineffabilis gaudij indagare: Altera via dicitur eſſe per negationes, altera per affirmationes: nã his duabus vijs, ad Deũ ipſum cognoſcendũ eleuamur. Si quæras quid ſit Deus, dicã tibi me neſcire, ſed oſtendã quid non ſit, vnde poteris colligere quid ſit. Dicimus Deũ nõ eſſe ſolem, aut ſtellam, ſed quid lucidius ſole, ac ſtellis. Dicimus illum non eſſe Angelum, ſed quid in infinitum melius, ac perfectius quolibet Angelo. Eſt enim lucidior
Eccleſ.23. ſole: Sapiẽtia illa (ait Sapiens) & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum, luci comparata inuenitur prior. Hac via vult D. Ber-
Bernardus Pſal.90. nard. ſerm. 10. in Pſalm. 90. quod inueſtigemus aliquid illius ſupremi gaudij cœlorum. Ait ibi Dauid loquens de beatitudine: Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quidnam nobis dicis Propheta? Quæ gaudia ſunt illa, quæ in beatitudine erunt? Reſpondit ſe neſcire, ſed melius poſſe dicere, quid ibi nõ erit, quam quid ibi erit, per illud enim intelliges quid ibi erit. Primum ibi nullum eſt malum, igitur colligere poteris eſſe ibi ſummum bonum; illud enim eſt ſummum bonum, quod omni malo caret. Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Si nõ erit punitio, erit præmium: ille enim
Apoca. 7 locus præmij eſt. Vnde Ioannes in Apocalyp. vidit ſanctos albos veſtitos, & palmas in manibus habentes, palma autem præmium ſignificat. Et de terra Promiſsionis adducta ſunt mala granata, quæ coronam habent inter alios fructus: vt ſignificaret, in cœlo quod eſt terra promiſionis eſſe coronam, & præmium. Ioannes etiam in Apocalyp. in viſione vidit cœleſtem Hieruſalem, & tamen potius refert nobis ea, quæ non ſunt in illa ciuitate, quam ea quæ ſunt (ait enim) Abſterget Deus omnem lachrimam ab oculis ſanctorum; & iam non erit Apoc.21.
amplius, nec luctus, nec clamor, ſed nec vllus dolor. Si non ſunt lachrymæ, erit riſus: ſi abeſt luctus: aderit gaudium: ſi nõ eſt dolor, erit perpetua ſalus. Et Paulus etiam per negationes nobis explicat quid ibi viderit. Nec oculus vidit, nec auris audiuit. Cor.2.
Maiora ſunt illa bona quã quæ oculus corporis vnquam proſpicere potuit. Imò nec auris audiuit. Etiamſi ſicta bona aliquando ei propoſita fuerint, talia qualia ibi ſunt nõ erunt. Nec in cor hominis aſcenderunt, id eſt, in deſiderio, non poteſt cor tanta concupiſcere delectabilia, quanta ibi erunt: quoniam maior eſt Deus corde noſtro. Ecce 1.Ioan.3.
quid per viam negationum, de illa beatitudine intelligere poſſumus. Per affirmationes ſic procedendum eſt. Attendere, quæ ſint bona, quæ ab hominibus deſiderantur in hac vita, & ea, ſemotis imperfectionibus quibus hic mixta ſunt, puriſsima ac integra inueniemus in cœlis. In hac vita homines concupiſcunt voluptates, ſed hic impuriſsimæ ſunt: deſiderant honores, ſed hic ſunt cum onere: amant diuitias, ſed curis magnis ob eas implicantur. Ibi ergo erunt puriſsimæ voluptates, honores ſine onere, diuitiæ ſine cura, vbi nec erugo nec tinea demoliuntur, & vbi fures nec effodiunt nec furantur. Vnde Eſai. cap. 32. ait: Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Pax ill- Eſai.32. Eſai.48.
la erit pulchra: quoniam pax huius mundi fœda eſſe ſolet, ac infida, vnde non eſt pax impijs, dicit Dominus. Tabernacula hęc nõ ſunt ſecura: quoniam & ignis ea deuorat, & aër ſubrruit, & flumina obruũt. Illa tabernacula nihil horum tangit. Pluſquam ſexmillia annorum tranſacta ſunt, & ignis qui eſt proximus primo cœlo nunquam conſumit, nec illud vllo damno afficit, nec ibi flumina aſcendunt, nec aër concutit, niſi ſpiritus tenuis, qui eos ab omni calore refrigerat. Vnde Eſaiæ. 33. dicitur: Reſpice Eſai.33.
Syon ciuitatem ſolemnitatis noſtræ, oculi tui videbunt Hieruſalem habitationem opulentam, tabernaculum quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur claui eius in ſempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur. (In requie opulenta) hîc eſt requies paupercula: ſemper enim aliquid deficit. Si es dives ægrotus forte es: ſi ſanus & dives, honor tibi deficiet,

bi deficiet, ſi hæc omnia habes, adhuc vel lætitia vel aliquid aliud tibi deeſt, ibi autẽ omnia quæ deſideras habebis. Eſt enim requies illa opulenta, vbi nihil omnino deffi-
cit, vbi erit quidquid voles, & nõ erit quid-
August. quid noles, (vt ait Auguſt. & Eſai. cap. 25. di-
Eſai.25. citur:) Et faciet Dominus in monte hoc omnibus populis conuiuium pinguium: pinguium medullatorum, vindemię deſœcatę, præcipitabit mortem in ſempiternum, & fugiet dolor & gemitus. Illud conuiuiũ erit pinguium: quoniam res huius mũdi tenues ſunt ac macilentę, nec ſaturare poſſunt homines, illic adipes pinguiſsimi ſunt qui animam omnibus bonis ſatiant. Vnde Pſalm.
Eſai.147 Lauda Hieruſalem Dominum: quoniã adipe frumenti ſatiatte. Pinguium medullatorum. Res præſentes medulla carent: quoniam vanæ ſunt, & vanitas vanitatum; mentiuntur enim ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſint.
Vnde Pſalm. 4. Filij hominum, vt quid di-
Pſal.4. ligitis vanitatem, & quæritis mendatium? Mendatia ſunt ac falſa huius vitæ bona; cũ in facie promittant, quod intus non habent: quoniam vana ſunt. Vnde apud quendam
Oſea.10. Prophetam dicitur mundanis: Comedetis fruges mendatij. Et ab alio dicitur: Veſtieris veſtimentis mendatiij. Nec enim nudita tem quam per peccatum patres noſtri incurrerunt cooperire poterunt aurea, vel ſerica, vel biſsina veſtimenta nec animæ ſitim, aut famẽ extinguere, etiam delicatiſsima edulia valent. Ibi autem bona medullata ſunt, cùm totam animam impleant. Vindemiæ: Nam ſicut in fertili ac abundãti vindemia,
Simile. omnia muſto madent, ſic in beatitudine omnes lætitia repleti ſunt, & conſequuntur ſancti, quod peſsimi volebant cùm dicebant: Vbiq; relinquamus ſigna lętitię. Vindemię deſœcatę: quia abſq; fece vlla ſunt bona cœleſtis patriæ. Vndẽ vbi nos legimus de ſa-
Prouer.6. pientia, miſcuit vinum, dicunt Hebræi, collauit vinum: quia nihil impurum, nihil ibi coinquinatum inuenitur, *Son bienes ſacados en limpio los del cielo*. Veluti cùm puer qui neſcit rectè ſcribere, poſt quemlibet
Simile. characterem, lituram facit, ſed tunc alius ſcripturam illã in alio mũdo papyro, abſq; maculis, aut lituris tranſcribit. Sic bona huius vitæ ſecum afferunt ſuas maculas, & turpitudines, in alia vero trãſcribũtur bona purè, candidè, & abſq; macula vlla. Præcipitabit mortem in ſempiternum: quoniam ſimul cum peccatore Angelo mors à cœlo deturbata eſt. O fœlix vita, vita vitalis, quæ ſemper es vita, in te portio mea ſit, vbi eſt terra viuentium, cùm hæc in qua agimus ſit terra morientium, in qua nihil aliud eſt viuere, quã ad mortẽ properare: Ecce ergo quibus vijs, aliquid de hac copioſa mercede indagare poſſumus.

Sed quoniam Euangeliũ hoc in feſtiuita te omnium ſanctorum ab Eccleſia canitur; Moralitas ſeu cõcio.
operepretium duxi, è quamplurimis concionibus, quas in ea feſtiuitate in publico ſuggeſſu prædicaui ſelectiora aliqua, ac meliora hic ſcribere. Et primo duo ſunt quę in hoc Euangelio ac ſolẽnitate in qua canitur me in maximam rapiunt admirationẽ. Alterũ eſt id q̃ in his beatitudinibus continetur, & quod in omniũ ſanctorũ ſolẽnitate S. Mater Eccleſia repræſentare nititur, nẽpè ſanctorũ gloriã, qui in Deo beãtur, quorũ beatitudo conſiſtit in aperta Dei viſione, hoc eſt, in clara contẽplatione diuinæ Eſſentiæ, in qua omnia bona ſimul comprehenſa cõtinentur eminentius, ac eleuatius quam in ſe ipſis, aut cogitari poſsint. Quod quidẽ adeò excellens, ac arduũ bonũ eſt, & adeò nr̃is ingenijs difficile, quod nunquã potuit aſcendere in cor hominis ſuã fœlicitatẽ, ac beatitudinẽ, in re tã eximia eſſe collocatam. Nec enim in hominis aut Angeli mente vnquã cadere potuit tantã vnionẽ eſſe poſsibilẽ, inter intellectũ noſtrũ, & eſſentiã Dei quãta eſſe ſolet inter intellectũ & id q̃ intelligit. Quoniã cũ hæc ſit noſtri intellectus natura, q̃d nihil poſſet capere, aut intelligere, niſi ſimilitudine rei quã intelligit veſtiatur, aut informetur (nec enim ego poſſum intelligere hominẽ, niſi eius ſpecie aut ſimilitudine informetur intellectus meus, cùm ipſummet hominem in intellectu meo nequeam habere, niſi per eius ſimilitudinẽ) nulla autem res creata poteſt eſſe perfecta ſimilitudo Dei, nec Eſſentiã eius prout in ſe ipſa eſt repræſentare, propter infinitam celſitudinem Dei, qua ſuper omnes res creatas ſe eleuat, ſecundum illud Eſai. Eſai. 40.
Cui ſimilem feciſtis Deum, aut quam imaginem ponetis ei? Date mihi ſi poteſtis ſimilitudinem aliquam creatam, quæ repræſentet Deum ipſum ſicuti eſt, nulla certè inueniri poteſt. Quomodo ergo intelligere poſſet intellectus creatus Deum? Et ideò homines id maximè ignorabant. Quis enim fingere poterat, aut cogitare, quod ipſamet diuina Eſſentia viniretur intellectui creato loco formæ & ſpeciei, & hunc effectum per hanc vnionem faceret, quem

facit ſpecies intelligibilis, & quod per ipſammet eſſentiam, quaſi per formam actuatus intellectus, ad eam videndam capax fiat? Itaque per nullum aliud medium videat Eſſentiam diuinam, niſi per eandem vice formæ ac ſpeciei intelligibilis vnitam ſuo intellectui, vt & ſic poſsit intelligi illud
Pſal.35. Pſalm. In lumine tuo videbimus lumen, nõ ſolum per primum lumen intelligendo lumen gloriæ, verumetiam ipſam Eſſentiam illuminantem intellectum noſtrum vice ſpeciei intelligibilis, vt ipſum Deum in ſe cernere poſsit. Et cùm ex alia parte dicat
Philoſo. Philoſophus, quod intellectus in actu, eſt intelligibile in actu: nam tanta vnio fit intelligibilis ad intellectum vt eadem omnino res ſit intellectus cùm intelligit, cum ipſo intelligibili quod intelligit, ſi intellectus noſter ipſam Eſſentiam diuinam intelligit, ita vniri debet ei, vt pene videatur quod ſit Deus, adeò deificata reſtat per præſentiã tanti luminis, quod ſimillimum illud reddit Deo. Quare hæc veritas, quod in aperta viſione Eſſentiæ diuinæ conſiſteret noſtra fœlicitas, non poterat ab homine percipi, niſi per diuinam reuelationem, quã quia antiqui Philoſophi non habuerunt, in participatione rerum creatarum noſtram conſtituebant beatitudinem, vel in rebus ab homine inferioribus (qd intolerabilis cœcitas erat) vel in rebus ſuperioribus illo, quales ſunt Angeli ac ſubſtantiæ ſeparatæ, & ab omni abſtracte materia, in quarum contemplatione noſtram conſtituebat beatitudi-
Ariſto. nem Ariſtoteles, qui inter alios tollerabilius errauit, percipere nõ valẽs quomodo intellectus creatus vllatenus eſſet capax, vt ipſam Eſſentiam diuinam conſpiceret. Verũtamen, nos benedicimus Deum cœli, milleſq; illi, iterum atq; iterum gratias referimus, quia hanc nobiſcum fecit miſericordiam vt capaces nos faceret ſuam videdi naturam, atq; ſubſtantiam, & quod id beatificaret nos, in quo & ipſe beatus eſt. Dei quippe beatitudo in comprehenſione, ac viſione ſuæmet Eſſentiæ conſiſtit: nec enim ab alio ſuam fœlicitatem mẽdicare poterat. In hoc etiam ſita eſt noſtra ſumma, ac vltima fœlicitas, in contemplatione ipſius Dei; & aperta viſione. Nec enim anima quieta vllo modo poterat eſſe, niſi ſe videret vnitã ſuo principio, ac vltimo fini, videretq; illã primam veritatem, & omniũ cauſarum cauſam cõſ-
Simile. piceret. Quod ſi huius ſolaris corporis viſio tale gaudium oculis ac animis noſtris conferre ſolet, vt diceret Philoſophus ille, ſe ad videndum ſolem natum fuiſſe, quale gaudium, quantamq; lætitiam exiſtimas preſtabit viſio illius primi luminis, quod Pater lu
Iacob.1. minum ac origo eſt, qui lucem habitat inaccesibilem cuius lux totam illuſtrat animã, vniuerſaſq; fugat tenebras, nec patitur eas eſſe vbi ſuum lumen clareſcere vult? Nam ſi ſol iſte viſibilis, ſi perfectè aerem illuminet, totum ſua luce perfundit, adeò vt nullas in eo remanere tenebras patiatur, quanto magis lumen illud omnium luminũ fõs, omnium ſe videntium, ac perfectè communicantium illuſtrabit animas, ac fugabit tenebras, vt nec ignorantiæ aut culpæ aliquæ in eo remanere poſsint? Cur non potius dicet homo, ad illud lumen videndum ſe natum fuiſſe, quam Philoſophum illum ad videndum ſolem? Hoc ergo primum eſt, quod me in maximam admirationem rapit. Secundum, quod mihi etiam valde admirabile apparet, eſt præſentis Euangelij doctrina, adeò noua atq; ſublimis, vt nunquam talis mortalium animis inſonuerit. Quapropter Chriſtus in montem aſcendit ſuoſq; diſcipulos intuens aperuit os ſuum, vt eam mundo propalaret: vt per hoc intelligeremus celſitudinem tantæ doctrinæ, quam dumtaxat illi qui diſcipuli ſui mererentur eſſe, percipere valerent. Aperuitq; os ſuum: quoniam ab ore ſuo ſolùm talis doctrina prodire poterat, nec eſſet alius Magiſter præter eum, qui tales poſſet docere veritates. Et talis docebat vt nobis eſſet Doctor qui contra communes hominum opiniones nouas introduceret veritates, & tantæ authoritatis eſſet vt omnes ſe illis ſubijcere deberent. Et tamen Eccleſia, ſumma ſapientia hoc Euangelium in feſtiuitate omnium ſanctorum canit: quoniam non ſolum vult gloriam eorum nobis depingere, verumetiam & vias quibus eam conſequuti ſunt oſtendere, quę ſunt iſtæ octo beatitudines, quæ in eo prædicatę ſunt. Cæterum cùm ego ſumma conſideratione attenderem hoc Euangelium, reperi quod in eo nobis adumbrantur bella ac cõcertationes quas iuſti in hac vita cũ aduerſarijs gerunt, ſimul cum armis cũ quibus decertarũt, atq; victoriã quã ex his prelijs adepti ſunt, de qua modo palmã ac militarẽ coronã accipiũt. Pro quo imaginari debemus regnum cœlorum acquiri prælianda, cum gladio, lancea, & ſcuto, ad modum quo & alia regna debellari ſolent. Quod nobis expreſsit ingreſſus filiorum Iſrael, in

terram

terram promiſionis præliando, debellando Gigantes, percutiendo Reges Ammorrheorum, Eſſeborum, & Pherezęorum, quod & Chriſtus Dominus expreſsis verbis nobis
Matth.11 denuntiauit dicens: A diebus Ioannis Baptiſtæ vſque nunc, regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiũt illud. Ac ſi diceret: Vi & armis debellandum eſt regnum Dei. Et licet vnus hos hoſtes debellet, alius alios ſuperet; tamen præmium in ſubſtantia, idẽ eſt quod omnibus contingit, licet vnus alio auctius illud accipiat. Nam & pauperes, & lugentes, & eſurientes, & mites, & pacifici, & qui perſequutiones patiuntur propter iuſtitiam, omnes beati dicuntur: quoniam omnes iuſti in viſione clara Dei præmiantur, quod eſt vnum omnibus præmium, licet, vnus alio plus de hac viſione communicet.
Auguſt. ſimile. Quemadmodum (ait D. Auguſt.) Si Rex eodem metallo ſtipendium militibus ſuis ſolueret ex auro, verbi gratia, tamem vni ſolueret pondus aurei, quod valeret viginti, alij aliud quod valeret quinquaginta; & alteri pondus quod æſtimaretur valore centum; aurum quidem omnes recipiunt, ſed pondus auri quod huic contingit, plus valoris habet, quam quod alius recepit. Sic, beatis omnibus in eodem metallo ſtipendium ſoluitur: quoniam omnes in viſione aperta Eſſentiæ diuinæ præmiantur, licet huic auctius reddatur præmium: quoniam plus de hac diuina viſione communicat quam alius, vnde & eſſentialiter, & ſubſtantialiter beatior eſt hic quam ille. Sicut qui
Simile. accipit pondus auri quod valet centum, ſubſtantialiter eſt ditior eo, qui accipit auri pondus valens viginti, licet omnes locupletes, omnes beati ſint: quoniam omnes hac diuina viſione perfruuntur, quæ omnes illam videntes beat. Vnus autem & primus hoſtis, qui ſe nobis obijcit in hoc introitu ad terram cœleſtem nobis promiſſam, diuitiæ ſunt, res adeò ab hominibus appetita, atque dilecta, in qua ſuam vltimam fœlicitatem collocare ſolebant, ob hoc quoniam diuitiæ neſcio quam ſimilitudinem habent cum beatitudine: nam ſicut ibi omnes hominis neceſsitates, ac miſeriæ finiuntur, ita quod nihil ibi illi deeſt, vbi erit quidquid voles, & non erit quidquid noles, ſic cum pecunia omnia quæ homo cupit habet, nec enim famen, aut ſitim, aut nuditatem patietur, qui diuitias poſsidet: quoniam omnia quæ has ſubleuantm iſerias per pecuniam habentur, quæ eſt omnium rerum pretium, atque ſic intelligitur illud Eccleſ. 10. Pecuniæ obediunt *Eccle. 10.* omnia, hoc eſt, omnia temporalia per pecuniam habentur, quæ eſt omnium rerũ pretium. Cùm ergo pecunia hanc vmbram beatitudinis ſecum ferat, fortiter hominem rapit in ſui amorem ac cupiditatem, adeò vt eam ſuum Deum faciat, ac vltimum finem
Marc.10. in eam cõſtituat. Quare Chriſtus dixit impoſsibile eſſe diuitem intrare in regnũ cœlorum: quoniam propter diuitias, bona æterna contemnit, & Deum, & omnia ſua precepta obliuioni tradit. Hi ergo ſunt Gigantes ac filij Heliachim, qui nobis impedire contendunt ingreſſum regni cœlorũ. Quare nos contrà pugnare debemus aduerſus illos armis, etiam aduerſis & contrarijs: quoniam contraria contrarijs curantur, nempe cum voluntaria paupertate aut voluntariè renuntiantes omnibus temporalibus rebus, vel voluntatem diuellentes à pecunia, & diuitijs, vtendo illis dumtaxat in quantũ ſunt neceſſaria ad tranſigendam hanc breuem ac momentaneam vitam, quam propediem velimus nolimus dimittere debemus. Et hoc eſt aliud quod mirabile etiam in hac doctrina nobis apparet, quod ad debellandos hoſtes, tam cruentos ac fortes, quales illi ſunt, qui nobis viam cœli precludere nituntur, tam debilibus ac minimis armis nos armatos vellet eſſe Deus. Quid contulit vnquam paupertas ad bella gerenda? imõ quod magis neceſſarium ſemper fuit ad bella, pecuniæ fuerunt, ſine quibus confici nequaquam poſſunt. Manſuetudine vult nos armatos eſſe ad hoc bellum, cùm tamen ira magis ad hoc neceſſaria ſit. Luctus, ac triſtitia, quæ deijcit animos, cùm tamen lætitia opus ſit, qua prompto animo mortis pericula aggrediantur. Pax etiam quæ omnino contraria eſt bello, nobis nunc maximè commendatur. Ita certe in hoc ſpirituali certamine comparatum eſt, quod alterius ordinis eſt ab alijs corporalibus bellis. Nam paupertas, quę debilis armatura fuerat ad bella carnis, ad certamen ſpiritus maximè cõfert. Noluit Dauid cũ armis Sau-
1.Reg.17. lis quæ optima erant ad præliũ deſcendere contra Goliath, ſed baculo ac pera paſtorali ſimul cũ funda eũ proſtrauit, ac decapitauit: quoniã paupertate hac ſancti vicerũt regna, & fortes facti ſunt in bello, eo quòd paupertas à Deo cõmendata eſt. Quare ſecum Dei fortitudinem affert. Quis vnquam hominum cogitare potuit, quod in re

Iudich.17 tam fragili qualis eſt capillus haberet Sanſom tantam fortitudinem poſitam? Nullus certe. Et tamen in capillis ſuis voluit Deus dare illi robur, quo inimicos proſterneret. Sic quia pauperibus ſpiritu Deus gratiã ſuaã atque gloriam promiſit, magna præſtantes fortitudine eos fecit. Nam & hoc modo *Simile.* Athletæ ad alios deuincendos facere ſolẽt, vt ſe nudos ad luctam cum alijs exhibeant, ne aduerſarius habeat, quo aprehendere illos valeat. Sic qui pauper eſt, nõ habet quo diabolus eũ aprehendat, ſicut diues. Quare huic beatitudini aſſociatur donũ timoris, ſe cundũ illam mirabilem harmoniam quã D. *Auguſt.* Auguſt. adinuenit inter beatitudines & dona. Igitur ad deuincẽdũ hunc aduerſariũ, tã quam coadiutor ac ſocius accõmodatur paupertati donũ timoris: nã ſicut cõtingere ſolet, his qui in mari periclitãtur, qd̃ merces & diuitias, & arcas, ac thecas proijciũt in mare, vt aleuietur nauis, & nõ pereãt, ſic in iuſtis timor Dei eos facit omnia bona tẽporalia aliquãdo dimittere, ne tẽpeſtas iuſtitiæ Dei eos in die iudicij obruat, aleuiantes animas ab his curis vt expeditius, ac ſecurius ad portũ fœlicitatis æternæ peruenĩãt, ſecũdũ illud Iob. Sẽper enim quaſi tumẽtes *Iob.31.* ſuper me fluctus timui Deũ, & pondus eius ferre nõ potui. Ac ideo diuitias à ſe pellũt, vel reſtituendo id quod male acquiſitũ eſt, vel in pauperes eas diſtribuẽdo, aut omnino dimittendo. Et tales pauperes verè Reges ſunt: quoniam tanquam Domini diuitiarum, eas quibus volunt diſtribuunt, quod non poteſt facere auarus, qui potius ſeruus quàm Dominus pecuniæ eſt, vnde prouerbiũ illud dimanauit, auaro tam deeſt quod habet, quam quod non habet. Sed vere pauper ſuper omnia terrena eleuatur, altiorque illis ſicut Rex in throno ſedens eis imperat, ac leges diſcernit. In hac turma ac claſſi fuere, qui contra talem hoſtem dimicauerunt. Primùm Apoſtoli, qui omnibus re- *Matth.19* liĉtis Chriſtum ſequuti ſunt, vt Petrus dixit ad Ieſum. Deinde hi quibus hanc perfectionem imitari in animo fuit, quales fuerunt eremitæ illi, ac cœnobitæ, monachi, ac religioſi, qui omnia quæ poſsidere poterant à ſe abdicantes, voluntariam paupertatem profeſsi ſunt, qui hoc gladio armati talem hoſtem deuicerunt. Poſt hunc alius inſurgit Ammorrheus, qui nobis obſiſtere nititur introitum in cœleſtia regna. Hoſtis hic ferociſsimus ira eſt ac cupido vindictę, quæ animos potentum ac nobilium præcipuè occupare ſolet, multiſque introitum in terram fluentem lac & mel cohibet. Fœlices quippe illos mundus æſtimat, qui potentes ſunt ad vindicandas proprias iniurias, ita vt ob timorem ſeuitiæ eorum nullus audeat aperire os, aut gannire contra eos. Sed aduerſus talem inimicum manſuetudinem nobis hic confert Chriſtus. Hi enim ſunt qui patientia, ac benignitate armati, omnia propter Chriſtum mitiſsimè ferre voluerunt, & ſic poſſeſſores terrę facti ſunt: quoniam, vt ſupra diximus, mitis quouis in loco placidè viuere poteſt, omneſque illum volũt incolam habere. Cui ſociatur donum pietatis à Deo donatum, vt adiuuet mites, quod donum inclinat animos ad compaſsionem proximorum; & ad facile donandum iniurias, & ad cohibendum appetitum vltionis. In quo agmine fuere Abraham, Moyſes, Dauid, Iob, & alij quamplurimi in noua lege. Cuius agminis dux eſt Chriſtus Rex noſter, qui alios inſtruit in manſuetudine, quam à ſe vult vt addiſcerent, & hac armatura hoſtem hunc ferocem debellarent. Ecce tertius contra te ſtat hoſtis, non minor alijs, qui caro tua eſt, quę delicijs ac voluptatibus corporis dedita animam vehementiſsimè ab amore ſupernorum ſeiungit, atque ſuis blanditijs ac Sireneis cantibus animam detinet, qui in naui huius corporis ad ripam alterius vitæ tranſmeare contendit. Huic opponitur tertia beatitudo, quę eſt lugentium atque gementium, in hac lachrymarum valle. Hi ſunt qui corda ſua tradere noluerunt his voluptatibus carnis, ſed ad cœleſtia ſemper ſuſpirant, flentes ſuper flumina Babylonis, & in ſalicibus eius ſuſ- *Pſal.136.* pendentes organa ſua; nec volentibus cantare Canticum Domini in terra aliena, ſed veluti turtures, qui gemitum pro cantu habent, dilationem ſupernæ vitæ ſuſpirantes cum Dauid dicunt: Heu mihi quia incola- *Pſal.118.* tus meus prolongatus eſt. Cui aſſociatur Spiritus ſancti donum, qui dicitur donum ſcientiæ, per quam intelligunt quam vana ac inutilia ſint hæc carnis gaudia, quæ potius à veris gaudijs animam abſtractam tenent, atque eiuſdem oculis quibus hanc agnoſcunt veritatem plorant æternæ vitæ dilationem. In qua acie Sacræ Virginis ſunt, quæ blanditias carnis, atque tormenta deridentes, ſpurcitiam ſæculi immaculato calle tranſierunt, ita vt nec cogitatione quidem fœda macularent cor, vt legitur de B. Sicilia, quę cãtãtibus organis atq; muſicis

muſicis inſtrumentis, quæ carnis laſciuiæ deſeruiebant, Sicilia ſoli Domino decantabat, dicens: Fiat cor meũ immaculatum, vt non confundar. Quare etiam de illis dicitur: Beati mũdo corde, quoniam ipſi Deũ videbunt. Cui munditiei donũ intellectus adaptatur: quoniam munditia cordis adiuuat ad intelligendum, *Simile.* ſicut puritas & claritas pupillæ facit, ad rectè videndum, & ſpeculi claritas ad rectam inſpectionem. *Gloſ.* Vnde Gloſ. in hoc loco ſic dicit: Spiritus intelligentiæ, huic gradui adaptatur: quia intellectus, mentis oculus eſt, & expletio mandatorum Dei aperit intellectum, & hoc eſt defenſiuum aduerſus fœdas cordis cogitationes, quæ aduerſari ſolent animæ, nè ad Deum videndum aſcendat. Martyrum cãdidatus exercitus ſunt, qui eſurientes iuſtitiam, atq; ſitientes, propter illam perſequutionem paſsi ſunt, accipientes donum fortitudinis, nè per hanc eſuriem, aut ſitim in via laſſarentur, & nê tormentis ac perſequutionibus cederent; ſed confractis teſtis corporum ſuorum, lumen fidei quod intus lucebat appareret, & per hãc fortitudinem hos aduerſarios vicerunt. Sunt autem inter pacificos & miſericordes, Confeſſores ſancti, qui pacem ſecum cum Deo & proximis fecerunt, infeſtiſsimaq; bella carnis ſuæ, ac aliorũ ſic in pacẽ redegerũt, cui paci correſpondet donum ſapientiæ: nam qui ſic pacifici ſunt meliùs penetrant diuina, quoniam vacui ſunt ab omni bello, quod eos inquietare poteſt, ſecundum illud *Eccleſ. 8.* Eccleſ. 8. Sapientiam ſcribe in tempore vacuitatis. Et Pſal. Vacate, primum ſcili- *Pſal. 33.* cet, & videte, quoniã ſuauis eſt Dominus. Item, ſic meliùs præparant ſedem ſapientiæ, quę eſt Deus: quoniam in corde talium requieſcit ſapientia. Fuerũt etiam viri miſericordiæ, quorum pietates non defuerũt. Cui adaptatur donum conſilij: quoniam (vt *Gloſ.* dicit Gloſ.) miſericordia eget ſpiritu conſilij, ſine quo nemo circũſpectè miſeretur. Hæc breuiter dicta ſunt, vt tibi locus ſuppetat, hæc omnia magis ampliandi. Igitur hæ beatitudines ſimul cum donis his, quæ eis aſſociantur, fuerunt arma, quibus ſancti *Hebr. 11.* vicerunt Regna, verterunt caſtra exterorum, fortes facti ſunt in bello, operati ſunt iuſtitiam; & deniq; adepti ſunt repromiſſiones, quibus nunc veſtiti ſtolis albis, atq; triumphatrices palmas in manibus habentes, eis perfruuntur in cœlo, de quibus & dixerat Eſai. Lætabuntur in te, ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victores capta præda, quando diuidunt ſpolia. Nam *Eſai. 9.* quod ſeminauerunt in hac vita, nunc iam in meſſe colligunt, & veniunt modò cum exultatione portantes manipulos ſuos, zeleuma, & victorias ſuas canẽtes, ſicut exultant victores capta præda, cùm iã ſe videãt ab hoſtibus liberatos, ſtipendiumq; ſuę militiæ tam copioſum iam accepiſſe.

Adhùc ſecundò hæc mihi ſeſe offert cõ- *Alia moſideratio, tam in hac ſolemnitate, in qua ralitas ſeu* hoc Euangelium legitur, quàm in ipſomet *alia cõcio.* Euãgelio, quod iam modò explicatum eſt. Videtur mihi, quòd in ſolẽnitate omnium ſanctorum ſancta Mater Eccleſia celebret nundinas diuitijs, ac precioſiſsimis rebus plenas, ex diuerſis mũdi regionib⁹ allatas, ſiue ex India, ſiue ex Mileto. Aperit tabernacula, ac tentoria ſanctorum, oſtendit nobis diuitias ſanctitatis eorũ: vt ex illis quilibet, quod animæ ſuæ maximè conuenire videbitur accipiat. Tentorium tamen, in quo omnes iſtæ diuitiæ ſunt, Euangelium hoc eſt, ſunt tamen in eo merces precioſiſſimæ, quaſi ſub fundis, ac coopertorijs occultatæ, *Es mercaderia aterada.* Solent enim *Simile.* merces ſub vilis fundis ligari, atq; operiri, & quantò precioſior eſt res, tantò ſub viliori occultaĩ funda, ſicut ſerica & auro intexta, ſub coopertorijs ſacci cilicini tecta, adducuntur; tamen ſi euoluas, ac diſcooperias, precioſiſsimas res ibi inuenies. Sic in præſenti Euangelio contẽplari licebit: quoniam in eo omnes diuitiæ, quæ in cœlo ſunt, continentur, tamẽ ſub ſaccis cilicinis, ac viliſsimis. Quid vilius apud homines quã paupertas? Quàm luctus? Quàm fames? Quã perſequutio? Et tamen ſi hæc coopertoria euoluas, Regni cœlorum ibi inuenies diuitias, nempè ſaturitatem, conſolationẽ, beatitudinem; deniq; ipſum Regnũ cœlorum. In tabernaculo illo antiquo, ſub pellis caprarum, ſub ſagis cilicinis deliteſcebat aurum, & argentum. Qui enim intrabat in tabernaculum, nihil aliud, niſi cortinas cilicinas videbat, quas ſi aperiebat, aurum argentum, gemmas, auriq; texturas conſpiciebat. Splendebat argentum, rutilabat aurum, gemmæq; lucebant. Sic, qui has beatitudines intuetur, nihil niſi aſpera videt; tamen ſi cortinam tollit, iam Regnum cœlorum ibi ſplendeſcit. Sacerdotes minores *Num. 4.* vaſa aurea tabernaculi in fundis tecta portabant, ſummi Sacerdotis erat ea ex fundis educta oſtendere populo: ſic hodie Pontifex

tifex Romanus facit. Hæc vaſa aurea, has
precioſas merces, quas ſanẽti in ſuis fun-
dis portabant, nobis aperit, quæ diuitiæ
in paupertate, quæ gaudia in luctu, quæ ſa-
turitas in fame, quantus honor in ignomi-
nia delitescant, oſtendens; vt talia ante ocu
los habentes, non reformidemus ea nobis
comparare, etiamſi primo aſpectu aſpera
Apoc. 7. appareant. Vidit Ioan. in Apoc. Cùm eſſet
Angelus cum eo, coram eo tranſire multi-
tudinem magnã virorum illuſtrium ſtolis
albis amictam, ac cum palmis triumphatri-
cibus in manib⁹ eorum, cui Angelus dixit:
Iſti quinam ſunt, aut vnde venerunt? Cui
Ioannes reſpõdit: Domine mi tu ſcis. Tunc
ſubintulit Angelus: Hi ſunt qui venerunt
ex magna tribulatione, & lauerunt ſtolas
ſuas in ſanguine agni, modò coronantur, &
accipiunt palmam. Ac ſi diceret: Nunquid
non audiſti dictum fuiſſe beatos pauperes,
lugentes, luctuoſos, ab hominibus abiectos,
atque deſpectos? Ecce iſti ſunt. Hæc ſunt
vaſa ac merces precioſæ, quæ ſub illis tri-
ſtibus tegumentis latebant. Vides illum
virum ſplendidum, pulcherrimũ, tot gem-
mis ornatum, tanto auro fulgentem, ille eſt
Franciſcus, ille qui ſub vili ſacco tegebatur
plenus lachrymis, atque egeſtate. Ille alter
ſocius eius, Dominicus eſt, qui non minori
videt gloria fulgere, ſanctitate ac integri-
tate plenus, qui tamen dum viueret, ſub
paupere tunica, ſub ieiunijs & diſciplinis
vigebat. Vides vas illud honorificum He-
liam Thesbitem, ante cuius conſpectum,
& Reges ipſi crudeliſsimi tremebant. Vi-
des & Ioannem Baptiſtam, qui in eius ve-
nit Spiritu, quem etiam & Reges metue-
bant, & audito eo multa faciebant; ſub
camelorum pellibus cooperti ambulabant.
Hebr. 11. Circuierũt in melotis, & in pellibus capri-
nis, egẽtes, anguſtiati, afflicti, quibus dig-
nus non erat mundus. Hi ergo ſunt qui ve-
nerunt ex magna tribulatione, hæ merces,
Simile. hæc vaſa, quæ ſub illis ſaccis latebant. Cæ-
terum quemadmodũ in coopertorijs, qui-
bus teguntur merces, atque ligantur venit
ſup ſaccos titulus, qui explicat, quid ibi te-
gatur: Dicit enim vnus titulus ſerica, alius
auro texta, alius purpura, ſiue coccinum:
ſic in iſtis fundis eſt ſua ſuperſcriptio, quæ
exprimit quid intus lateat. Ait quippè:
Beati pauperes: Beati qui lugent: Beati qui
eſuriunt, &c. Vis ſcire quid in his ſacculis
includatur? Beatitudo in his latet. Et quid
eſt beatitudo? Eſt omnium deſideriorum
adimpletio, omnium bonorũ coadunatio:
poſtremò omnium malorũ excluſio. Fœ-
lices ergo ac locupletes ſacci, qui tales ſe-
cum diuitias adferũt. Quare cùm Chriſtus
Dominus nos beatos efficere veniebat, pri
mum verbum, quod profert, beatitudinem
ſonat: Beati pauperes. Ad hoc verbum tàm
mirificum proferendum os ſuum aperit, di-
cendo: Beati pauperes: Beati qui lugent.
Rectè Sponſa dicebat: Mel & lac ſub lin- *Cant. 4.*
gua tua, cùm fœlicitatem omnium rerum
dulcedinem ſuperantem nobis promittas:
Magna hominis dignitas (ait D. Auguſt. 21. *Auguſt.*
de Ciuitate. c. 1.) quod inter cæteras infe-
riores creaturas, & fœlicitatis, & miſeriæ
capax eſt. Nec ideò (ait pater ille) melioris
conditionis cæteræ creaturæ ſunt, quàm
homo, quoniam illæ miſeræ eſſe nequeunt
homo verò ſic: ideò quippè miſeræ eſſe nõ
poſſunt, quia nec fœlices aut beatas eſſe va
lent. Sicuti non ideò manus perfectius *Simile.*
membrum eſt, quàm oculus, quoniam illa
cœca eſſe non poteſt, oculus verò ſic: ideò
quippè illa cœca eſſe nequit, quia nec ha-
bere potentiam videndi, quam oculus ha-
bet, potens eſt, quæ tamẽ perfectiſsima vir-
tus eſt, qua & manus caret, & eam oculus
habet: ſic ſi miſera eſſe nequit irrationabilis
creatura, id habet, quia nec fœlicitatẽ con-
ſequi poteſt; cuius capax eſt rationalis ho-
mo, hæc autem perfectio maxima eſt, qua
& brutũ caret, & homo eam habet; & ideò
quia homo capax eſt tantæ fœlicitatis, qua-
lis eſt videre Deum, miſer erit ſi illa caret.
Igitur, quoniam Chriſtus Dominus hoc in-
noteſcere volebat hominibus, quod diuinæ
viſionis eſſent capaces, à beatitudine ſuam
exorditur doctrinam: omnes quippè volu-
mus fœlices eſſe, ſed in quo hæc noſtra cõ-
ſiſtat fœlicitas, abſq; Dei reuelatione ag-
noſcere non poteramus. Hæc enim fuit ho-
minum ignorantia, qui in corporalibus ac
caducis rebus noſtram conſtituere fœlici-
tatem nitebantur, contra quos Pſalmiſta *Pſal. 143.*
ait: Erue me de manu filiorum alienorum,
quorum os loquutum eſt vanitatem. Quid
inanius quàm beatos prædicare voluptuo-
ſos, quod erat homines ſimiles pecoribus
facere, & dextera eorum dextera iniqui-
tatis, id eſt, fœlicitatis: quoniã fœlices erunt
ad dexteram? Ponebant ergo fœlicitatem
ſuam, in rebus peſsimis, ac iniquis. Quorũ
filij ſunt nouellæ plantationes à iuuentute
ſua. In hoc exiſtimabant ſe eſſe beatos, ſi
multos filios, illoſq; blandè educatos habe-
rent.

rent. Filiæ eorum compoſitæ circũornatæ,
vt ſimilitudo templi. Etſi habuiſſent filias
ſpecioſas, quas omnes conſpicerent, ac con-
cupiſcerent ornatas, ac compoſitas, & fu-
cis excultas, ac ſi eſſent imagines, quæ in
templo adorandæ eſſent. Promptuaria eo-
rum plena, eructãtia ex hoc in illud: Oues
eorum fœtoſæ, abundates in greſsibus ſuis,
boues eorum craſsæ. Non eſt ruina mace-
riæ, neq; tranſitus, neque clamor in plateis
eorum, *No ay quien les quite el ſueño, ni quien
les haga ruydo*: Beatum dixerunt populum,
cui hæc ſunt. Hæc impij dixerunt cogitan-
tes apud ſe, non rectè: nos autem dicimus:
Beatus populus, cuius Dominus Deus eius.
Hæc eſt vera beatitudo, non in tempora-
lium rerum poſſeſsione conſiſtens, ſed in
poſſeſsione Dei, quam qui in præſenti per-
fectam habere nõ poſſumus, quoniã in hoc
ſtatu ſæpè abeſt à nobis Deus; ideò hic nec
perfectam beatitudinem habere valemus:
tamen perfectiſsimã conſequemur in cœ-
lum, vbi Deus eſt æterna, & inamiſsibilis
poſſeſsio noſtra. Ecce ergo merces precio-
ſiſsimas, quas in his vilis fundis paupertã-
tis, luctus, famis, ac perſequutionis nobis
adducit Eccleſia, quibus & ſua ineſt beati-
tudinis ſuperſcriptio: quoniam per illas, &
in hac vita per inceptionem, & in alia per
conſumationem beatos nos fore ſperamus.
Euoluamus ergo, ac diſcooperiamus ſaccos
iſtos, expandamus tentoria, vt appareant
merces ac diuitiæ, quæ in his nundinis è
cœlo nobis afferuntur, vt emamus ex eis
quidquid nobis libitum fuerit. Audi quid
Ezech. 27. Ezech. Propheta dicat: Populus Iſraël, &
Iuda ipſi inſtitores tui, in frumento primo
balſamũ, & mel, & oleũ, & reſinam propo-
ſuerunt in nundinis tuis. Hæ ſunt merces,
quas alterius ſæculi mercatores nobis ven-
dere volunt, illi filij Iſraël, & Iuda, hoc eſt,
videntes, & confitentes Deum. Primò fru-
mentum optimum nobis adducunt. Hoc
tentorium eſt ſanctiſsimæ Trinitatis, in
cuius cognitione panis noſter ſuperſubſtan
tialis ſitus eſt: in cognitione quippè illius
infinitæ ſubſtantiæ, immenſæ, incompre-
henſibilis, omnipotentis, quæ omnia creat,
cuncta conſeruat, vniuerſa imperat, atque
gubernat, inefabilis, immobilis ſemper exi-
ſtens, ſemper viuẽs, cui nec præterita tran-
ſeunt, nec futura ſuccedũt, qui principium
non habet; eſt tamen omnium rerum prin-
cipium, quod nunquã finem habiturũ eſt,
& tamen eſt omnium rerum finis: in eius
igitur cognitione totum noſtrum bonum
ſitum eſt, & in eius amore totum noſtrum
gaudium conſiſtit, cui ſeruire, regnare eſt,
pro quo mori, viuere eſt; deniq; cuius viſio
fœlicitas noſtra eſt. Attamen ex hoc ten-
torio nihil nos emere valemus: nec enim
omnia noſtra ſufficere poſſent ad ea, quæ
in hac ditiſsima precioſiſsimarum rerum
cella continentur emenda. Plus eſt in ea,
quod admiremur, quàm quod emamus. In-
ueniuntur quippè in ea omnipotentia, infi-
nitas, æternitas, quæ tamen egeſtas noſtra
emere nullatenus valet. Quinimò videtur
mihi, quòd tentorium hoc ſit; veluti ſpecu-
lum quodam chriſtalinum, purum, ac ter-
ſum, in quo omnia quæ in omnib⁹ illis ten-
torijs ſunt, videantur, ſicuti videmus antẽ *Simile.*
harum rerum officinas ſpeculum quodam
ſuſpenſum, in quo quidquid in tentorio illo
continetur, conſpicitur. Speculum, hoc eſt
eſſentia diuina (ait Fulgentius) in qua om- *Fulgẽtius.*
nia, quæ in cœlis & in terris ſunt apertiſsi-
mè conſpiciuntur. Omnia quippè effecta
in eſſentia diuina, tãquam in propria cauſa
repræſentantur, atq; videntur, multò emi-
nentiori ac perfectiori modo, quàm in ſe
ipſis: meliùs quippè ac veriùs res creatæ
ſunt in Deo, quàm in ſeipſis: in Deo quippè
habent vitã, ac eſſe Dei; nam (vt ait Ioan.) *Ioan. 1.*
quòd factum eſt in ipſo, vita erat: in ſe res
creatæ, veluti mortuæ ſunt, in Deo vita
ſubſtantiali ipſius Dei viuũt. Vnde Poẽta
quidam Chriſtianus ait:
Mundũ mente gerẽs pulchrũ, pulcherrimus ipſe.
In eo quippè ſunt omnium rerum ideæ, ac
formæ, in eo mundus ipſe pulchrior quam
in ſeipſo reſplendet. Hæc enim eſt cogni-
tio illa matutina, quam D. Auguſt. refert, *Auguſt.*
in qua beati videt̃ res creatas in Verbo, quę
dicitur matutina: quoniam cognitio hæc
rerum clarior eſt ac lucidior quãm illa, qua
res in ſeipſis videntur, quæ reſpectu huius
dicitur cognitio veſpertina, in qua obſcu-
ritate quadam, vel minùs clara notitia res
creatæ cernuntur. Flumen igneum, ac ra- *Danie. 7.*
pidum vidit Propheta, à throno Dei exire,
quoniam in Deo omnia patẽt, ſummo cum
fulgore ac luce omnia cernuntur. Sit ergo
primùm hoc tentorium veluti ſpeculũ om-
nium rerum, quę in alijs officinis continen-
tur. Cæterum & ſi de hac officina nõ poſ-
ſumus ob noſtram indigentiam eas diuitias
emere, quæ ibi ſunt; tamen in humanitate
Chriſti, quæ eius diuinitati coniuncta eſt,
multa & maxima inueniemus, quæ cãbiri,
atque

atque mercari poſsimus. O quàm precioſas res, quas imitari debeamus hic reperiemus! quot ſunt ianuæ, quibus ad illam ingredi poterimus! Si per ianuam illam magnam, quã in latere apertam habet voluerimus intrare: videbimus cor eius diuino amore bulliens, atque feruens, vt ibi diſcamus & amicos ſimul, atque inimicos diligere. Precioſas amoris margaritas in hac camera reperiemus. Quòd ſi caput eius ſacratum tot feneſtris apertum ingredi libuerit, ibi inueniemus omnes theſauros ſapientiæ ac ſcientiæ Dei recõditos, intellectũq; illum quo cuncta gubernat, atque inter ſpinas illas, quibus circumſeptum eſt ſacrum caput eius Nazarenũ, hoc eſt, florem illam de radice Ieſſe olfacere valebimus. In manibus eius liberalitatem erga pauperes addiſcemus, in pedibus promptitudinem qua curramus in via Dei, ac virtutum veſtigia, quæ ſequamur obuiã nobis ire ſentiemus. Deniq; ipſe ſolus cõtinet merces omnes ac gemmas, quæ in his ſacculis tegebantur: in ipſo quippè diuitiæ illæ ſunt, quæ in ſacco paupertatis veniebant, ipſe ſacietas quæ in funda famis tegebatur: eſt enim panis ac ſaturitas beatorum, ipſe conſolatio, ac riſus, quæ in lachrymis latebant: quoniam eſt verus Iſaac, quod interpretatur riſus ac gaudium omnium, humanitas ſua eſt terra, quam mites poſsidere debẽt, ipſe eſt Deus ille quem conſpicere habent mundi corde, ipſe honor & gaudium, quo perfrui debẽt qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam, ipſe deniq; omnium beatorũ præmium, atque corona eſt: quoniam in ipſo omnia quæ in alijs tentorijs continebantur eminentiori modo poſita eluceſcunt. Poſt eam ſequitur Beatiſsimæ Virginis tentorium. O quàm ornatum! quàm mundum! quantaq; curioſitate compoſitum inueniemus illud! Proh Deum immortalem quantas precioſiſsimas res ac venuſtiſsimas, ab hac Virginis officina emere poteſtis fœminæ, ſi adeò ſolicitę ad adornandam immortalem animam, ſicuti ad excolendum corruptibile corpus exiſtis! Hîc honeſtas, ac mundities corporis & animæ venditur precioſiſsima Margarita, ſine qua etiam optima fœminarum, tanquam ſtercus reputabitur, adeò æſtimabilis gemma, vt abſque ea pulchrior ac excultior mulierum, fœda ac incõpoſita appareat. Reperiemus etiam hîc humilitatem, quæ omnibus neceſſaria virtus eſt, ſed præcipuè mulieribꝰ, quarum eſt obedire maritis, ſecũdum Apoſtoli doctrinam qua præcipit, vt mulieres ſint ſubditæ viris ſuis cũ omni honeſtate, nec enim imperioſas fœminas oportet eſſe. *Epheſ. 5. & 1. Pet. 3.* Multa à tua officina comparare nobis poſſumus, ô Beata Virgo, cuius quæcunq; res tanto eſt æſtimabilis precio, vt vel minima quæque locupletes nos ac diuites efficere valeret. Libeat aliquid ex tuis diuitijs, o Regina cœlorũ, nobis impertire, vt ſic diuites ante faciem Principis apparere mereamur. Poſt eam ſequitur Angelorum camera, in qua & humilitatem & filialẽ reuerentiam erga Deum emere poterimus. Nam Deum ipſi Angeli laudant, adorãt dominationes, tremunt poteſtates, & columnæ cœli pauent, & contremiſcunt coram eo. Quæ omnia timorem illum filialem, ac ſummæ reuerentiæ, quem in conſpectu Dei habent Angeli ſignificant. In tentorijs autem Patriarcharum inueniemus coniugalem amorem, ac fidem, rei familiaris prouidam, ac moderatam curam, fiduciam in Deum ac repromiſſionum fidem. Hæ autem veteres merces ſunt. Ad noua noui teſtamenti accedamus. Ipſi inſtitores tui in frumento primo. Has merces adduxerunt Apoſtoli, nempè frumentum primum, hoc eſt, Chriſtum Dominum, qui dicitur granum frumenti quem per vniuerſum orbem prædicauerũt magnis laboribus, atque periculis, immenſiſq; perſequutionibus perpeſsis, vt illam inuenirent benedictionem Sapientis, qua benedicit hoc frumentum vendentes, cùm dicit: Qui abſcondit frumenta maledicetur in populis; benedictio autem ſuper caput vendentiũ. *Prouc. 11.* Hoc frumentũ in ſacculis eſurientiũ veniebat: quoniam illis hoc venditum, immò gratis datum eſt frumentum, qui illum eſuriebant, ac deſiderabant, in nomine eius poſcẽtes baptizari, ſecundum illud quod Beata Virgo dixerat: Eſurientes impleuit bonis. *Luc. 1.* Quid amplius venditur in nundinis iſtis? Balſamũ, quod eſt precioſius omnibus liquoribus, quod adduxerant Martyres, balſamũ ſui ſanguinis pro Chriſto effundentes, talẽ ac tantũ amorem erga eũ manifeſtantes: nam maiorẽ charitatem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Nullus liquor precioſior balſamo, nulla virtus maior charitate, vt Paul. docet. Quare D. Auguſt. ſanguinem Martyrũ vocat oleum charitatis: quoniam incentiuum maximum eſt ad amandum ea, pro quibus ipſi tot paſsi ſunt tormenta. *1. Cor. 13. Auguſt.*

Hoc autem balſamum in ſacculo perſequutionis veniebat. Mel etiam in hoc emporio emitur. Hæc eſt doctrina, quam ſancti Doctores docuerunt, quę melli comparatur propter dulcedinem, quam in cordibus generat, ſecundum illud Pſal. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo! *Pſal. 118.* Sed attendendũ eſt, vt ſit bonum mel, non ſilueſtre, aut melomphacinum, quod ſignificat mel immaturum, & imperfectum, hoc eſt, quòd doctrina ſit ſolida, vera, ea quæ ſemper in Eccleſia recepta fuit, non peregrina ac ſilueſtris: de qua Paul. ad Hebr. nos admonet: Doctrinis varijs, ac peregrinis nolite abduci. *Hebræ. 13.* Non ſit doctrina noua hominum, qui ſuperbia tumidi nouis rebus ſtudent, vt ipſi tanquam Doctores, ac Magiſtri habeantur; ſed ex bonis floribus antiquorum Patrum collecta, eam redoleat ſanam doctrinam, quæ ſemper inter fideles viguit. Hoc autẽ mel in vaſe miſericordiarum latebat, qui zelo ac miſericordia animarum, hãc miſericordiam cum eis fecerunt. Reſinam etiam adduxerunt mercatores iſti cœleſtes, hoc eſt, bona exẽpla, quæ ſancti Confeſſores, ac religioſi viri nobis reliquerunt; quæ (ſicut reſina) adhæreſcere ſolent mentibus: nam verbum Dei ſimul cum opere plùs adhæret. Eſt enim bonum opus, veluti reſina ac glutinũ, quo meliùs ligatur in anima audientis verbum Dei, atque harum mercium magna eſt in Ægypto penuria: nã ideò Iacob miſit parũ mellis, & reſinæ in Ægyptũ: quoniam hęc apud Ægyptios nõ erant. Sic & in mundo iſto modò magna penuria eſt ſanæ doctrinæ, ſimul cum opere conglutinatæ. *Simile.* Vnde & Hieremias dicit: Tolle reſinam virgo filia Ægypti, fruſtrà multiplicas medicamina, ſanitas non erit tibi, nam cares reſina hac: ideò nec ſanam doctrinam vbiq; habes. *Hiere. 46.* Et illud cap. 8. Nunquid reſina nõ eſt in Gabaa, aut Medicus non eſt in ea, quare ergo non eſt obducta cicatrix filiæ populi mei? *Hiere. 8.* Ideò non eſt ſanata plaga eius: quia reſina hæc non eſt in Gabaa. Vltimum tentorium eſt virginum, quæ oleum ſecum deferunt: nam ſicut oleum ſuper alios liquores aſcendit, ſic & virginitas ſuper alios ſtatus ſeſe effert. Fuerunt enim virgines prudentes, quæ oleum hoc ferentes ſecum, exierunt obuiam ſponſo. Tribuit oleum vt ſplendeat lampas; tribuit virginitas, vt aliæ virtutes luceant: nouum enim ſplendorem cæteris virtutibus tribuit virginitas. Virgo quippè cæteris exornata virtutibus, quandam videtur ſuper alios excellentiã præferre, quæ illam illuſtriorẽ ac clariorem alijs reddit: Computreſcit iugũ à facie olei (ait Propheta) quoniam matrimonij iugum à facie iſtius olei putreſcet. *Eſai. 10.* Primò, quoniam multi ob virginitatis amorem illud ſpreuerunt; deinde quoniam reſpectu virginitatis minus bonum videtur, etiamſi in ſe ſanctum ſit. Atque merces hæc inter luctum cooperta veniebat: quoniam virgines luctuoſam vitã potiùſquam voluptuoſam pro Chriſto eligere voluerunt. Ecce nundinas, quas his diebꝰ Eccleſia celebrat, ecce merces, quæ illis ſaccis includebãtur. Videntes igitur tot diuitias in his tẽtorijs venales nobis proponi, in admirationem rapti, dicere poterimus id quod dixit Balaam, quando ex eminenti loco aſpexit tentoria populi Iſraël, quæ horum cœleſtium geſſerunt typum: Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Iſraël; ſicut valles nemoroſi! hoc eſt, quàm pulchrum eſt videre flores, ac virorum virginum, martyrum, atq; innocentium diuerſorum colorum, atque odorum! *Num. 24.* Sicut horti iuxta fluuios irrigui; quoniam iuxta eſſentiam Dei plantati ſunt, à qua veluti è fonte aqua, viror, vita, ac gloria indeficienter emanant. Sicut tabernacula quæ fixit Dominus. Sunt enim tabernacula, quæ nunquam diſſoluentur: quoniam fixa ſunt ab immortali manu Dei, quæ omnibus rebus quas vult immortalitatẽ tribuit. Cuius fortitudo ſimilis eſt Rhinocerotis, qui vnico cornu omnia animalia ſuperat; ſic beati ab omnipotentia vnius Dei protecti, mortẽ, & omnia mala deuicerũt: Moriatur anima mea morte iuſtorum, & fiant nouiſsima mea his ſimilia, quod tunc conſequar, cùm vita mea eorum vitæ ſimilis fuerit. Ita enim fiet, vt & mors, & finis aſsimilentur in Patria.

Iam tertiò tàm circa ſolemnitatem (de qua loquimur) quàm circa ea, quæ in hoc Euangelio dicta ſunt; mihi ſeſe offert teſtimonium illud Ioan. in Apoc. c. 21. vbi ait: *Alia moralitas ſeu concio.* *Apoc. 21.* Vidi ciuitatẽ ſanctam Hieruſalem nouam deſcendentem de cœlo. Nam quod Diuus Ioann. in ſpiritu raptus vidit; id in hac ſolemnitate Eccleſia omnibus ſuis fidelibus repræſentat. Nempè ciuitatem illam Hieruſalem cœleſtem, vbi tanquam in Curia Deus ipſe cum ſuis electis reſidet æterna pace, ac libertate, ſummoque gaudio perfruentes,

fruentes, vbi nec lachrymæ, dolor, aut gemitus ſonant, ſed in pulchritudine pacis, ac ſuperna trãquillitate illud ſummum ac infinitum bonũ, in ſtabili ac firma poſſeſſione habetur. Cæterum in ipſo ſtatim veſtibulo ſeſe mihi offert illud, quod Dominus interrogauit Iob, quaſi cum ipſo etiam quæreret illud, cùm cap. 38. dicebat: Nunquid conſideraſti ordinem cœli, & pones rationem eius in terra? Si enim nec ordinem ſtellarum, quas oculis cernimus inueſtigare poſſumus, quomodo ordinem cœli empyrei, quod tam longè à noſtris oculis abeſt explicare poterimus, & rationẽ eius ponere in terra? Omnis noſtra cognitio (ait Ariſtotel.) ortum habet â ſenſibus. Ita quod nihil poſsit intellectus noſter percipere, niſi priùs per ſenſus tranſierit, qui ſunt veluti hoſtiarij, ac nuncij intellectus, non eſt autem oculus hominis, qui ea quæ ſunt in cœlo viderit. Oculus nõ vidit Deus abſq; te, quæ præparaſti diligentibus te (ait Eſaias.) Quod Paul. ſic explicat, dicens: Nec oculus vidit, nec auris audit, nec in cor hominis aſcenderũt, quæ præparauit Deus his qui diligunt illum. Quod ergo per ſenſus non pertrãſiuit, quomodo id percipere poterit intellectus? Quod autem intellectus non percipit, quomodo lingua exprimere valebit, cũ nihil aliud lingua faciat, quàm eſſe inſtrumẽtum intellectus ad exprimendum eius conceptus? Tamen Diuus Ioannes dicit vidiſſe illam deſcendentem de cœlo nouam. Illa cœleſtis Hieruſalem antiqua eſt, illa non deſcendit, ſed potiùs aſcendit; igitur non de illa loquitur Ioannes, ſed de hac noua & viſibili: in qua fideles per Dei gratiam ſumus; quæ tamen expreſsio quædam, ac ſimilitudo illius inuiſibilis eſt. Quare per hãc, quaſi per quendam typum ac ſimilitudinem poterimus explicare aliquid de illis, quæ in illa inuiſibili continentur, & per id quod videmus, ſyllogiſare aliquid de his quæ non videmus. D. Paul. Hebr. 12. hoc diſcrimen docere videtur, inter hanc viſibilem Eccleſiam, & illam inuiſibilem. Quod hæc ab illa ſumit exordium, ac originem ducit: illa à nulla alia deriuatur: & ideò illã vocat Eccleſiam primitiuorũ, ſic dicẽs: Acceſsiſtis ad Syon montem, ciuitatem Dei viuentis, Hieruſalem cæleſtem, & multorum millium Angelorum frequẽtiam, & Eccleſiam primitiuorum, qui cõſcripti ſunt in cœlis. Vocat Eccleſiam illam Angelorum primitiuã: quoniam primi incolæ illius ciuitatis fuerunt Angeli electi, ex qua originẽ ducit hæc hominum Eccleſia. Quoniam hominũ beatitudo occaſionem habuit ex ruina Angelorum: nam ex hominibus prædeſtinatis, tãquàm ex viuis lapidibus reſtaurari debent ruinæ Angelorum, ſecundum illud Pſal. 50. Benignè fac in bona voluntate tua Syon, vt ædificentur muri Hieruſalẽ. Poſtulat Propheta incrementum huius Eccleſiæ hominum, quæ dicitur Syon, & quod Deus benignè ſe habeat erga illam, vt per homines reædificentur muri illius cœleſtis Hieruſalem, & compleatur numerus electorum. Et ſine dubio hæc hominum Eccleſia, quæ in terris eſt, ab illa veluti ab origine, ſua ea quibus indiget mendicat, etiam ſi primum caput omnium electorum, tàm hominum, quàm Angelorum, qui fuit Chriſtus Dñs, in hoc numero ſtatuamus. Quoniam Chriſtus in quantum homo à Deo accipit munera, tanquã à capite, ſecundũ illud Paul. Caput verò Chriſti Deus: ab eo enim gratiã vnionis, ac cæteras gratias & dona accepit ſicut & nos à Deo accepimus fidem, gratiam, ac cætera gratis nobis exhibita dona. Multa etiam recepit Chriſtus miniſterio Angelorum, à quibus ſecundum naturã humanam paulominus minoratus eſt, ſicut Matth. nos docet, cùm ſupra caput. 4. dixit: Acceſſerunt Angeli, & miniſtrabãt ei. Quemadmodum & nos medijs Angelis multã bona à Deo communicamus: cùm Paul. dicat Angelos eſſe adminiſtratores ſpiritus miſſos in miniſterium, propter eos qui hæreditatem capiũt ſalutis. Licet Chriſtus maiora dona immediatè à Deo acceperit. Igitur hæc Eccleſia ab illa originem trahit, à qua tanquàm à ſuo principio alitur, atque ſuſtentatur. Quare Paul. Galat. 4. eam vocat matrem noſtram, dicens: Illa autem quæ ſurſum eſt Hieruſalẽ mater noſtra libera eſt. Matrẽ noſtrã illam vocat: quoniã ex ea tanquam ex matre originem trahimus, & ab ea nutrimur: quoniam gratiam, & reliqua dona ſupernaturalia & infuſa, ab ea tanquam à nutrice noſtra ſuggimus. Eapropter vbera Eccleſiæ comparantur botro, cùm in Cant. dicitur: Vbera tua ſicut botrus, qui cœli rore impregnatur: ſic Eccleſiæ vbera, quæ ſunt prædicatores, ac Doctores, ex reuelationibus Dei adimplentur, vt alios ſua doctrina lactent. Immò quidquid eſt veritatis in Eccleſia ex cœleſti nobis reuelatione conſtat. Licet

Iob. 38.
Ariſtot.
Eſai. 64.
1. Cor. 2.
Hebr. 12.
Pſal. 50.
Pſal. 8.
Matth. 4.
Hebr. 1.
Galat. 4.
Cant. 7.

cet etiam in ſacro eloquio aliqua res dicatur filia alterius, vel quia ab ea dependet quoad aliquid, quemadmodum triticum dicitur filius areæ. Eſai. 21. quoniam ab ea dependet, quãtum ad hoc quod in area trituratur, ac permũdatur. Et Threno. 3. ſagittæ dicuntur filiæ pharetræ: quoniam in ea ſeruantur, atq; ab ea tanquam ex matris vtero educuntur. Vel ſecundò, dicitur aliqua res filia alterius, propter ſimilitudinẽ quã habet cum illa. Sicut terra Promiſsionis vocatur, cornu filiũ olei: quoniã & figurã habebat ſimilẽ cornu, atque erat terra craſſa & ſuccoſa, in quo ſimilitudinem olei referebat. Quo modo loquendi impij dicuntur filij Belial & diaboli, propter ſimilitudinẽ quam cum illo habent. Igitur præſens Eccleſia non ſolùm originem ducit ab illa ſuperiori & inuiſibili, verumetiam ab ea dependet: quoniã ab illa conſeruatur per gratiam, & ſpiritum quem ab ea communicat, & quoniam Angeli cuſtodes nobis præſidio ſunt, nè ab alijs nobis damna inferãtur. Immo etiam propter ſimilitudinem quam habet cum illa: quoniam gratia, quæ in electis eſt, animas eorum veſtit, deificat, atq; ſimiles; immò & participes diuinæ naturæ efficit. Id ergo intelligere voluit D. Ioan. cùm dixit, vidiſſe ſe ciuitatẽ ſanctam Hieruſalem deſcendentem de cœlo: quoniam & ab illo ortum habet, & ab eo nutritur, atque conſeruatur. Eapropter & Eccleſia comparatur ſcalæ Iacob, quæ à terris vſq; ad cœlos pertingebat, & in ſuperiori parte ſcalæ, quæ cœlos tãgebat, vidit Dominum illę innixum, atq Angelos aſcendentes & deſcendentes per eam. Quoniam Eccleſia hæc, quæ in terris videtur iacere, ad cœlos vſq; pertingit: quia ibi eſt caput noſtrum, cui Eccleſia hæc innititur, ſicut vidit eam Spiritus ſanctus in Canticis innixam ſuper dilectum ſuum: & Dominus ei innititur: quoniam in hac Eccleſia Chriſtus conſeruatur, & eſt, ſecundũ illud quod Deus ipſe dixit: Ecce ego vobiſcũ ſum omnibus diebus. Vidit autem Angelos aſcendentes & deſcendentes: quoniam animę quotidie ex hac Eccleſia in illam transferuntur, & ex illa ad nos Angeli deſcendunt, vt nobis aduerſus hoſtes præſidio ſint. Aſcẽdunt quotidie ſuſpiria, orationes, atque bona opera; deſcendunt viciſsim ad nos gratia, lætitia, auxilia, conſolatio, quibus hæc mala præſentia ſuſtinere poſsimus. Magnum enim commercium inter nos & illos habetur, ſicut inter patres & filios, inter germanos, inter amicos conciueſq;, atq; ſodales, eiuſdemq; patris, ac Domini ſeruos & filios. Illa enim, cœleſtis radix eſt, ac ideò tales ex ſe germinat ramos, quales ſunt iuſti: quoniam ſi radix ſancta, & rami. Sed quoniam ſimilitudo alicuius rei non debet in omnibus tenere: aliàs non eſſet ſimilitudo, ſed eadem res, vt docet Damaſcenus, oportet primùm dicere, in quibus diſſimilitudinẽ habeant ac diſcõueniant hæ duæ Eccleſiæ, vt hinc colligamus, in quibus conueniant, ac aſsimilentur. Primò differunt in loco; quoniam illa ſurſum eſt hęc autẽ deorſum. Vnde Paul. hic. Illa autem quæ ſurſum eſt Hieruſalem, &c. Ibi eſt vbi Deus reſidet: quoniam & ſi Deus ob ſuam infinitatem dicatur vbiq; eſſe, ſecundum illud Hierem: Cœlum & terram ego impleo; tamen ſingulari modo dicitur eſſe in cœlo empyreo, propter ſingulares ac excellẽtes operationes, quas ibi habet. Ibi quippè gaudium eſt beatorum, illiſq; ſe conſpicabilem præbet: quemadmodũ & anima propter ſuã indiuiſibilitatem eſt tota in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis. Cæterum dicitur ſpeciali modo eſſe in capite, propter peculiares & excellẽtiores operationes, quas ibi habet: quoniam ibi eſt ſenſus cõmunis, imaginatiua, ſenſitiua & memoria, quæ ſunt inſtrumenta quibus anima ſuas principales efficit operationes, quales ſunt intelligere ac ratiocinari. Eodemmodo Deus, & ſi totus vbiq; ſit, in empyreo tamen æthere peculiari modo dicitur eſſe: quoniam ibi habet illuſtriſsimã Curiam ſuam, vbi ipſe cum ſuis curialibus reſidet, excellẽtioreſq; ſuæ diuinitatis operationes cum eis exercet. Surſum ergo eſt mater noſtra Hieruſalem, ô veri Chriſti cultores! vt illũc opera, deſideria, gemitus & corda dirigamus, vbi eſt hæreditas, patria, & theſaurus noſter, admonentemque Paulum Apoſtolum audiamus, atque dicamus. Quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens. Non vbi Sol, non vbi ſtellæ, nõ vbi Angeli, ſed ſuperius aſcende vbi Chriſtus eſt, in dextera Dei ſedẽs Quæ ſurſum ſunt ſapite, id eſt, guſtate, non quæ ſuper terrã. Quare Eccleſia quotidie id nobis in memoriam reducit, dicens: Surſum corda. Hinc Chriſtus hodie dicit: Beati pauperes ſpiritu, id eſt dicere, quòd oportet nos ſuper omnia terrena eleuari, quæ intelliguntur diuitiarum nomine: vt gaudijs matris noſtræ

Eſai. 21.
Thren. 3.
Eſai. 5.
Cant. 8.
Matt. vlt.
Genes. 28.
Rom. 9.
Damaſ.
Galat. 4.
Hierem. 23.
Simile.
Coloſ. 3.

nostræ Hieruſalem mereamur perfrui. Illa
Galat. 4. autem quæ ſurſum eſt Hieruſalem libera
eſt. Hæc eſt ſecunda differentia. Illa ciuitas
libera eſt, hæc noſtra tributaria, illa triumphat, nec opus habet iam mereri aut militare, ſed ſtipendio ſuæ militiæ perfruitur, nullum ſoluens tributum; hæc autem quæ in terris eſt tributa ſoluit, non ſolùm Regibus, atq; Principibus ſæcularibus (& fortè tota reclamante iuſtitia) ſed quoniam ex iuſtitia tenemur aduerſus contrarias poteſtates, & vitiorum monſtra dimicare: quoniam hîc milites, illic triumphatores ſumus. Hic dicit de nobis Iob: Militia eſt vita
Iob. 7. hominis ſuper terram, illic triumphi pal-
mam gerunt beati, vt Ioan. vidit in Apoc.
Apoc. 7. De hac Eccleſia dicitur in Cant. Quid vi-
Cant. 6. debis in Sunamite, niſi choros caſtrorum? quoniam in hac Eccleſia, caſtra, agmina, acies ac cætera claſſica inſtrumenta ſunt: de illa autem dicit Eſai. Sedebit populus
Eſai. 32. meus in pulchritudine pacis. Illic ſedere dicuntur: quoniam in tranquillitate, ac in pace pulcherrima gaudent hic ſtantes tanquã in acie ſumus. Nunquid ſedebit miles, cũ acies iam inter ſe conflixerint? Immò potiùs diſtricto gladio, aduerſus hoſtes pugnabit. Alio modo ſe habet Dux dũ in acie
Simile. eſt, alio dũ iam parta victoria ad pprios remeauit lares. In bello ſtat lorica indutus, galea caput coopertus, diſtricto gladio virgã habẽs in manu, qua milites moderetur, modò illos incitans ad bellum, modò ſeipſum mortis periculo offerens. Cæterũ cùm poſt partam victoriam domũ victor redit; dormit in lecto eburneo, in ſericis ſellis ſedẽs, pellibus ſimiarum indutus, ſpolijs inimicorum iam fruitur. Sic & iuſtis euenit hic
Epheſ. 6. ſtantes nos præcipit eſſe Paul. cùm dicit:
State ergo ſuccincti lũbos veſtros, habitu
Eſai. 32. militari induti, illic ſedentes in pulchritudine pacis. Speciosa pax, quæ poſt partam victoriam ſuccedit. Sit primùm pax, cùm victus victori ſuccumbit, ſit pulchra pax, cùm victor imponit leges victo. Sic in Patria iuſti iudicabunt homines, & dæmones; eruntque illis ponentes leges, cùm aſſeſſores cum Chriſto impios iudicabunt.
Cant. 3. Hic vniuſcuiuſq; enſis ſuper fœmur ſuum:
Apoc. 7. illùc quilibet palmam triumphi ſui deferet
Galat. 4. in manu ſua. Igitur illa libera eſt, hæc adhûc ſeruit cum filijs ſuis. Tertiò, illa inuiſibilis, hæc viſibilis eſt: nec enim modò fundamenta illius ciuitatis apparent nobis: quoniam fundamẽtum Chriſtus eſt, ſecundum illud Paul. Fundamẽtum aliud nemo 1. Cor. 3.
poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Hoc fundamentum nos non clarè cernimus in hac Eccleſia, ſed ſub inuolucris & vmbra fidei: Fundamenta ipſius ciuitatis (ait Ioan.) ſunt ex Apoc. 21.
lapidibus precioſis. Hæ res precioſæ, quæ ibi continentur, nobis nunc occultę ſunt. Quare D. Thom. ſuper Epiſt. ad Epheſ. do- D. Thom.
cet, quòd debemus conſiderare Eccleſiam iſtam viſibilem, ſicut ciuitatem quandam Simile.
deſcendentem de cœlo, taliter quòd fundamenta ibi remaneant. Apparent quippè muri, turres, capitella, domus, pulchraque atque erecta ædificia; cæterũ fundamenta latent nobis: quoniam remanent incluſa in cœlo. Sic in hac Eccleſia quandam ſimilitudem, ac expreſsionem illius videmus, fundamenta tamen nobis latent: quoniam illùc manent. Principia enim earum rerum quas credimus nobis non patent, ſed beatis ſolùm euidentia ſunt. Quare ſcientia noſtra dicitur ſubordinata, vel ſubalternata ſcientiæ beatorum. Vna quippè ſcientia dicitur alteri ſubalternata: quoniam ab illa accipit principia ſua, & credit ea, nec probat, ſed ſcientia illa, cui ſubordinatur probat ea, & euidentia facit. Sicuti Geometria eſt ſubalternata Arithmeticæ, à qua ſua accipit principia credita, quæ quidem Arithmeticæ euidentia ſunt. Sic nos ſumimus principia noſtæ ſcientiæ à beatis, quibus euidentia ſunt, nobis autem dumtaxat credita. Principia noſtrę ſcientiæ ſunt articuli fidei, qui nobis ineuidentes ſunt, beatis autem euidentes: quoniam vident clarè Deũ eſſe trinum & vnum, filium Dei eſſe hominem, atque in hoſtia cõſecrata totum conſiſtere; nos autem ſolùm credimus hæc. Sed quoniam illis euidentia ſunt hæc principia; ſufficit ad hoc quod Theologia ſit ſcientia, ſicut Geometria verè ſcientia eſt, licet ſibi non ſint nota ſua principia, ſatis eſt, quòd in ſuperiori ſcientia ſint clara. Quare ex illis principijs, quæ ſunt beatis nota, nos noſtras concluſiones, ac illationes cõponimus: quoniam quidem fundamenta huius ciuitatis nobis latent, radices huius arboris in cœlo ſunt, & ideò nos non cernimus, niſi ramos, & folia, turres, atque capitella. Videmus ſimilitudines quaſdam illius, per quas aliquid quod in alia latet, innoteſcere nobis poteſt. Videmus mirabilẽ ordinem, in hac Eccleſia militante, qui mirabiliter nobis refert illum, qui ſeruatur in trium-

triumphante. Et hæc eſt prima ſimilitu-
Cant. 2. do huius Eccleſiæ cum illa. Vnde Sponſa dicebat: Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. Cella vinaria eſt præſens Eccleſia, in qua ſanguis Chriſti, qui vinum optimum fuit, in Sacramentis diſpenſatur. In hac ergo cella vinaria mirabilem ordinem conſtituit Spiritus ſanctus, ſi millimum illi, qui ſeruatur in cœlo. Hic vnum dumtaxat caput eſt omnibus maius, & hoc caput eſt Summus Pontifex, Romanus Vicarius Chriſti, à quo veluti ex capite omnis veritas, ac vniuerſa decreta fidei in vniuerſum orbem deriuantur; ſimul cum his definitionibus, quæ ad componendos mores conferunt, à qua reliquæ omnes particulares Eccleſiæ, tanquam membra à capite dependent, atq; ab imperio ſuo moderantur. Sic in cœleſti illa Hieruſalem vnum eſt caput, quod eſt Chriſtus Dñs, cuius ſanctiſsima anima omnes Angelicos ſpiritus, ac beatos gubernat, illuminat, atq; tanquã caput in eis innumeras illuminationes influit: quoniã beatiſsima anima illa, propter tantam vnionem, quam habet ad verbum, ab ipſo immediatè recipit illuminationes. Cæterum, ab illa cæteri beati illuminan-
Apoc. 21. tur. Quare Ioannes in Apocal. ait: Quòd agnus eſt lucerna illius clariſsimæ ciuitatis, quæ omnes illius ciues illuminat, atque ſua luce perfundit. In hac Eccleſia diuerſæ ſunt ordines ac miniſteria, quemadmodum & in corpore diuerſa ſunt membra, quæ ad longum recenſet Paulus ad
Epheſ. 4. Epheſ. 4. Ex quibus quoſdam dedit Apoſtolos; quoſdam Prophetas; alios Euangeliſtas; alios Paſtores atque Doctores. Iſti docẽt, illi addiſcunt: iſti imperant, illi obediunt: quidam opitulantur, alij præſident: vnus interrogat, alius definit. Mirabilis ordo Hyerarchicus hic eſt. Verum talis ordo non eſt, niſi expreſsio quædam ac ſimilitudo illius, qui in Eccleſia triumphãte ſeruatur. Illic enim etiam Angeli maiores minores illuminãt; aliqui præſident, alij miniſtrant; alijs etiam alia miniſteria cõmiſſa ſunt: licet omnes vnanimes in ipſius Dei
Pſal. 127. ferantur obſequium. Hic etiam omnes vno pane paſcimur, vno calice potamur; illic omniũ participatio eſt in idipſum, hoc eſt,
Cant. 4. in Dei viſione. Eſt alia ſimilitudo, quoniã ibi eſt Paradyſus, ac viridarium malorũ punicorum, cum pomorũ fructibus, hæc autem Eccleſia etiã eſt Paradyſus, & hortus Dei, niſi quod arbores, quæ hic naſcuntur tranſplantantur in cœleſti Paradyſo. Dicitur autem ille Paradyſus malorum punicorum, quæ coronam habent: quoniam ibi accipiunt ſancti coronã decoris de manu Dei. Dicuntur autem edere fructus Apoc. 14
pomorum: quoniam opera illorũ ſequuntur illos, & ſicut dixit Dominus per Eſai. Eſai. 3.
Fructum adinuentionũ ſuarum comedunt. De præſenti autem Eccleſia dicitur: Hor- Cant. 4.
tus concluſus, ſoror mea ſponſa, hortus, concluſus, fons ſignatus. Bis dicitur hortus concluſus: quoniam nec myſteria fidei hic videntur, nec apertè cognoſcimus quæ ſint plantæ quæ illûc transferendæ ſunt. Dicitur autem fons, propter fontẽ Sacramentorum, qui per ſeptem fiſtulas, quæ ſunt ſeptem Sacramenta, Chriſti ſanguinem, ac rorẽ ſuæ gratiæ promanat. Signatus autem dicitur: quoniam effectus quos Sacramenta in animabus efficiunt, etiam nobis occulti ſunt. Hic flores & arbuſta multa, & ſunt & præfuerunt. Hic vixit vi- Gene. 49.
tis illa, nempè Virgo Beata, quæ botrum Apoc. 7.
illum nobis protulit, qui expreſſus in Crucis prælo ſuæ gratiæ liquorem ex ſe effudit, in quo veri filij Iudà lauerunt ſtolas ſuas, & candidas eas fecerunt. Sunt & lilia candida, qualia ſunt virgines, quæ in corpore & anima florem intactum ſeruauerunt. Sunt & violæ paruæ purpureo colore rubentes, quæ ſunt innocẽtes Martyres, & qui illos ſequuti ſunt. Sunt & mala granata rubea, quales fuerunt Apoſtoli, qui per totum mundũ grana Euangelica ſeminauerũt, ſuo ſanguine humectantes ac rubricantes ea. Roſas etiam rubeas inuenies, quę ſunt Martyres. Amigdala etiã florida, quæ Hyeme florent, & in Vere perſeuerat eorum fructus, Hæc ſunt antiqui Patriarchæ, ac Prophetæ, qui in Hieme antiquæ legis florere cœperunt, & tamen vſq; nunc perſeuerat fructus eorum. Sunt & vberes oliuæ, quales fuerunt Confeſſores ſancti, qui pinguedine deuotionis repleti, oleum pœnitentiæ, ac bonorum operum ex ſe fuderunt. Denique omnis generis plantatio in hoc viridario Eccleſiæ eſt, ſed hinc in alio tranſplantantur, vbi conſtituunt Paradyſum malorum punicorum, de quo ſtatim diximus. In medio il- Cant. 4.
lius Paradyſi eſt lignum vitæ, hoc eſt, Chriſtus Dominus verus homo, qui in medio

medio dicitur eſſe Paradyſi: quoniam in ſuperficie conuexa cœli empyrei, in cacumine eius, glorioſa eius humanitas ſtat, omnibus ſui odoris ſuauiſsimam flagrantiam emittẽs. Propè illum eſt radix illa ſancta, ex radice Ieſſe, nempè Beata Virgo, quæ talem nobis protulit fructum, cui & aſſociantur ſanctæ omnes mulieres, quæ roſetum quodam odoribus plenum conſtituũt. Aliæ, quæ integrum ſemper ſeruauerunt ſuæ integritatis florem; aliæ cum caſtiſsimo matrimonij fructu; aliæ cum fragranti viduitatis continentia. Spiritus etiam Angelici viridarium quodam mirabile ex ſe conſtituunt. Quilibet eorum eſt vna planta: quoniam quilibet eſt vnius ſpeciei, quæ multas & mirabiles plantationes faciunt. Sequitur arborum veterum plantatio, nempè priſcorum Patrum, qui etſi in ſterili terra plantati mirabilem tamen fructum protulerunt. Radix eorum eſt Pater Abraham, cuius fructus fuere obedientia & fides. Ex arbore illo vitæ, qui eſt in medio huius Paradyſi, nempè Chriſto Domino, duodecim palmites, qui duodecim Apoſtoli ſunt, prodeunt, qui extenſi ſunt à mari vſque ad mare, & à flumine vſque
Pſal. 79. ad terminos orbis terrarum: quoniam in
Pſal. 18. omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sequitur Confeſſorum oliuetum, qui lachrymis ſuis irrigati, pinguiſsimum fructum dederunt. Igitur Paradyſus eſt ille, ſicut & iſte; iſte terreſtris, ille cœleſtis. Sed hinc trãſplantantur illic, vt ſi homo in ſtatu innocentiæ perſeuerasſet. Vnde & Dominus ad
Luc. 23. latronem dixit: Hodie mecum eris in Paradyſo, id eſt, in horto meo. Fons autem, quo rigatur; ipſa eſſentia diuina eſt, à qua proffluit vita, viror, & odor illis plantis, vt flores ſint ſemper viuæ, atque in perpetuo Vere perſeuerent, *En perpetua Primauera,*
Pſal. 86. ſecundum illud Pſalmi: Fluminis impetus
Cant. 4. ciuitatem Dei lætificat. Et illud: Fons hortorum, puteus aquarum viuẽtium, quæ fluunt impetu de Lybano, id eſt, de can-
Eccleſ. 1. dore illo lucis æternæ, qui eſt Filius, de quo dicitur: Fons ſapientiæ, verbum Dei in ex-
Pſal. 35. celſis. Inæbriabuntur ab vberbate domus tuæ, & torrẽte voluptatis tuæ potabis eos: quoniam apud te eſt fons vitę: Beati auteẽ ſemper habent os ſuũ adhærens huic fonti, & ideò ſemper bibunt vitam, quare mori nullatenus poterunt. Quem fontem, & Dauid ſumma auiditate concupierat, cùm dixit: Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum *Pſal. 41.* fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei. Ad quem fontem omnes deſiderare debemus habere cordis noſtri os: quoniam hic extinguitur ſitis, refrigeratur calor, omniaque noſtra deſideria complentur, Amen.

Vos eſtis ſal terræ. Chryſoſto. in Imperfecto homil. 10. ait: Quaſi interrogantibus Apoſtolis, ad quos ſit omnia iſta loquutus: Vtrum generaliter ad populum, aut ad ipſos volens oſtendere, quoniam ad ipſos præcipuè hæc loquebatur, addit. *Vos eſtis ſal terræ.* Ad illud reſpicit quod ſuperius dixit: quia Doctor omnibus virtutibus debet eſſe ornatus. Debet eſſe pauper, vt auaritiam libera voce caſtiget. Debet eſſe ſemper ſuſpirans, & lugens, ſiue ſua, ſiue aliena delicta, vt confundat eos, qui nec peccare dubitant priuſquàm peccẽt, nec poſtquàm peccauerint, triſtantur, quia peccauerunt. Ideò ſuſpiret, & plangat, vt per hoc oſtendat, quia grauis & periculoſus eſt mundus iſte fidelibus. Debet eſuriens, & ſitiens iuſtitiam eſſe; vt pigros circa opera bona, vel lectione fidei, aut increpationis flagello valeat excitare, magis exemplo ſuo quàm voce. Debet eſſe manſuetus, vt magis indulgendo, quàm vindicando regat Eccleſiam, vt magis ametur quàm timeatur. Debet eſſe miſericors alijs, ſibi autem auſterus; vt ſibi quidem graue pondus iuſtitiæ ponat, alijs autem leue. Debet eſſe mundo corde, vt non ſolùm non ſe immiſceat circa negotia ſæcularia, ſed nec cogitet de mũdo. Sicut enim oculus quantò mundior fuerit, tantò longiùs videt: ſic & anima quantò longiùs fuerit à ſolicitudine mundiali, tantò ampliùs Deo proximior eſt. Cuius autem cordis oculus mundum aſpicit, illius mens non poteſt Deum videre. Sit autem pacificus, vt tota Eccleſia eius quaſi vna ſit anima, vbi autem concordia non eſt, nec oratio illic exauditur, nec oblatio ſuſcipitur; quia nec ibi eſt Deus, vbi diſcordia nominatur. Debet autem & paratus ad paſsionem eſſe, non vana deſideria martyrij habens, ſed conſtantiam fidei martyribus dignam. Nam quantum ad ſapientes, & miles non ille paratus dicitur ad bellum, qui

Chryſoſt. Moralitas ſeu cõcio.

Simile.

qui concupiſcit exire, ſed qui potens eſt exire. Si ergo omnibus his virtutibus fuerit ornatus, tunc eſt quaſi optimum ſal, & totus populus de illo conditur, magis videndo eum, quàm audiendo. Nam prima doctrina eſt videre bonum, ſecunda au-
Ezech. 40 tem audire. Hactenus Chryſoſt. Ezechiel. cap. 40. refert, quòd cùm eſſet in captiuitate Babylonica, in viſionibus Dei adductus eſt in terram Iſrael, & dimiſſus eſt ſuper montem excelſum nimis, ſuper quem erat quaſi ædificium ciuitatis vergentis ad auſtrum, & vidit ibi virum cuius ſpecies erat quaſi ſpecies æris, & funiculus lineus, & calamus menſuræ in manu eius, *Tenia ſu cartabon, y ſu pedeſtal en la mano.* Hic vir Chriſtus Dominus eſt, cuius aſpectus erat tanquam æris, quod maximè ſonorum eſt (quoniam verba ſua, quæ in hoc monte loquuturus erat, in omnem terram reſonare debebant) ædificium quod in hoc monte, in quo hanc doctrinam prædicauit Chriſtus fabricare contendit, eſt Eccleſia ſua noua. Ad auſtrum autem vidit ædificium hoc fieri, qui ventus calidus eſt: quoniam in calore charitatis Dei, & proximi Eccleſia hæc fundata eſt. Funiculus lineum & calamum menſuræ gerit in manu: quoniam vult nouum ædificium erigere, nouam ciuitatẽ condere; cuius exemplar in monte hoc menſurare nititur, atq; componere. Vnde fundamenta eius hic iacere incipit, quæ fuerũt Apoſtoli: Officia diuidit, atque huius Reipublicæ magi-
Epheſ. 4. ſtratus nominat: nam (vt Paul. Epheſ. 4. docet) ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Paſtores, atq; Doctores, ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem Corporis Chriſti. Hos enim conſtituit Senatores, atque Rectores huius nouæ, ac inclytæ ciuitatis. Et quemadmodum olim in monte alio dedit Deus Moyſi exemplar illius antiqui tabernaculi, & præcepit ei, vt omnia faceret ſecundum exemplar quod ei in monte monſtratũ fuerat; ſic in monte hoc exemplar nobis præbet huius ſpiritualis tabernaculi, quod eſt Eccleſia, præcipiens nobis vt hunc modum, quem nobis in hoc monte conſtituit, in Eccleſiaſtica gubernatione ſeruemus; primaque iacit fundamenta,
Epheſ. 2. quæ fuerunt Apoſtoli, ſecundũ illud Paul. Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum. Ipſe quippè di-
Eſai. 65. xerat: Ecce ego creo cœlos nouos, & terram nouã. Eccleſia dicitur terra, quoniam in ea permanet: dicitur cœlum, quoniam ab illo deriuatur, & alitur, & eius conuerſatio in cœlis eſt. Ad hanc ergo ſaliendam nouam terram, miniſtros ſuos ſal vocat: ad hoc nouum cœlum ornandum, Apoſtolos ſuos luces nominat: ad hoc nouum orbem condendum, illos etiam ciuitates facit. *Vos eſtis ſal terræ.* Inter omnes res, quarum hominibus vſus neceſſarius eſt, nihil vtilius ſale, nec precioſius luce, nec illuſtrius quàm ciuitas ſuper montem poſita, & omnium harum rerum vices gerentes ſunt, qui in Eccleſia Doctores, Paſtores, atque Gubernatores ſunt. Et licet propriè & ex officio id munus gerant dumtaxat illi qui Epiſcopatus gradum in Eccleſia accepe-
runt: nihilominus etiam illis hæc conueni-
re dicemus, qui ex commiſsione, licet non ex officio, munus prædicationis vice Epiſ-
coporum exercent in Eccleſia, quales ſu-
mus religioſi nonnulli, & alij Eccleſiaſti-
ci, qui id in Eccleſia facere conſueuerunt.
Sumus enim inter opitulationes, quas Pau-
1. Cor. 12. lus recẽſet, quibus ſimul cum Epiſcopis, & Prælatis dicitur. *Vos eſtis ſal terræ.* Inter cæteras vtilitates, quas in ſale experimur, hæc vna eſt, & communior, quod edulia condit, ſapidaque ac comeſtibilia reddit, quæ fortè ſine illa congruè comedi non va-
leret, ſecundum illud, quod dicit Iob:
Iob. 6. Nunquid poterit comedi inſulſum, quod non eſt ſale conditum? Virtus, atque eius opera cibus animæ ſunt, hanc tamen inſulſam diabolus ac communis inſania red-
dit. Ioannes in Apocal. Vidit ſtellam de
Apoc. 8. cœlo cadentem, quæ dicebatur Abſinthium, & omnes aquas terræ amaras, atq; impotabiles reddidit. Stella hæc fuit diabolus, qui propter ſuam ſuperbiam è cœlo deturbatus eſt, virtutemque amaram, ac inſulſam ſuis magicis artibus mortalibus reddidit. Dementauit quippè homines, vt virtutem quæ maximè ſuæ naturæ conue-
nit odio haberẽt, & tanquam à ſe alienam
Seneca. refutarent. Vnde Seneca in quadam Epiſtola diſputans, quidnam ſit eſſe hominem ſtudioſum; reſpondet, id eſſe ſecundum rationem viuere, rem quidẽ facilem, quam tamen cõmunis inſania difficilem reddit. Facilis quidem res eſt virtus; vtpotè noſtræ naturæ conformis & amica, & quæ guſ-

tata dulcedinem non minimam præſefert,
Eccleſ.24 ſecundum illud Eccleſ. Qui edunt me adhûc eſurient. Nec enim ſolùm hic de viſione beatifica loquitur, qui cùm omnem noſtram eſuriem faciet, tamen nunquam nauſeam, ac faſtidium generat, ſed ſicut aqua dulciſsima potata, adhûc iterum potandi eam in ſtomacho auiditatem relinquit; ſic de beatitudine dicendum eſt. Sed tamen non ſolùm de illa loquitur in his verbis Sapiens; verumetiam de virtutis vſu, qui ità nobis connaturalis eſt, noſtræque rationi adeò conſentaneus; vt qui eius periculum fecerit, nec virtutem vnquam faſtidiet, nec ab ea diuelli aliquando volet, ſed ſemper noua eam auiditate deſiderat. Sed tamen hanc communis inſania difficilè reddit. Hęc ſtultitia, in quam homines inciderunt, vt non viuant vt homines viuere ſolent, ſed ſicut bruta, hic vſus ſiue abuſus, qui iam inter homines increbuit, vt rationem ſubdant ſenſualitati, hæc communis inſania, hoc eſt, parum ſana natura (hoc enim ſignificat inſania) *Razon mal ſana*, hæc virtutem difficilem,
Simile. atque amaram reddit. Quemadmodum infirmo contingere ſolet, vt cibum illum abominetur, quem priùs auidiſsimè ſumebat: quoniam malus humor infecit guſtum, vt ſibi diſsipiat quod antea ſapiebat. Sic hæc hominum communis inſania, atque hæc diaboli aſtutia, qui abſinthium hoc in virtutis exercitio miſcuit; virtutem odioſam, ac inſipidam & inſulſam reddunt. Cùm tamen ipſa dulciſsima ſit, maximèque hominis appetitui conueniens, contra quos Dominus per Eſaiam
Eſai.5. inuehitur, dicens: Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes amarum in dulci, & dulce in amaro! Miſerrimos illos iudico, qui in talem abuſum deuenerunt, vt virtutem, quæ ſecundum ſe dulciſsima eſt, amaram faciant, & è contra, vitium, quod ipſum abſinthium eſt dulceſcere dicant. Quoniam in iumenta degenerauerunt, & cibum iumentorum, homi-
Simile. num cibum fecerunt. Si aliquando tranſis per ſata viridis hordei, & dicis: O quàm pulchrum hordeũ hoc eſt! nunquid deſcendis, vt manduces de illo quantumcumque tibi bonum appareat? Minimè quidem: quoniam hordeũ non hominum, ſed iumentorum cibus eſt. Quomodo ergò peccata tibi dulceſcunt, quæ non hominum, ſed dæmonum alimenta ſunt? Communis quidem inſania hoc fecit. Quid ergo faciendum? Mittere ſal in has amaras aquas, vt nobis dulceſcant. Quem-
4. Reg.2. admodũ fecit Heliſæus, quod ſuper aquas Hierico, quæ amariſsimæ erant, & impotabiles miſsit ſal, & protinùs in dulcedinẽ conuerſæ ſunt. Sic nos ſal hoc in virtute mittere debemus, vt impoſitam ſibi amaritudinem perdant, nempè amplectendo virtutem ipſam, & in operibus eius oſtendentes nullam in ea ineſſe amaritudinem, aut difficultatem; immò ſummam ſuauitatem habere, cùm videant homines nos illam ſummo cum gaudio exercere. Hoc enim eſt oſtendere fidem noſtram, quam prædicamus, ex operibus, *Hazer ſalua à los hombres de la virtud, para que la pierdan el miedo.* Vnde ad Titum
Tit.2. 2. dicebat Paulus: In omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operum, in integritate, in grauitate, in caſtitate, hoc eſt, vt ſis integer in virtute, nec videaris difficultatibus eius frangi, vt cùm te integrum in operibus virtutum videant exiſtimationem falſam, quam habent de virtute (nempè quòd oſſa frangat) amittant. Id enim voluit Dauid dicere ad
2. Reg.11. Ioab, cùm quadam die malè præliaſſet aduerſus filios Ammon: Non te frangat iſta res, hoc eſt, non ideò deſpondeas animum ad proſequendum bellum; ſed iterum atque iterum experire varios euentus eius. Sic & nos animoſitatem addere debemus hominibus, quibus à principio difficile apparet virtutis certamẽ, propter ea quæ diabolus aduerſum eam machinatur. Sed cùm videant nos eius operibus integerrimo animo incumbere, non illos frangat timor ille mendax, ſed iterum atque iterũ illam experiri contendant. In grauitate etiam, & in caſtitate: quoniam ipſum virtutis exercitium graues nos, atq; caſtos efficit. Ipſa quippè virtus grauis, atq; pudica eſt (vt ait Iacobus) &. c. 1. ad eumdem
Iacob.3. inſtruens Prælatum qualem oporteat eſſe
Tit.3. (ait Paulus:) Amplectentem eum (qui ſecundum doctrinã eſt) fidelem ſermonem, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt arguere: Amplectentem (ait) hoc eſt, manibus, & brachijs ambiat virtutem, operetur illam qui doctor eſt eius; vt poſsit in doctrina ſana hanc hominũ inſaniam reuincere, oſtendens

dens falſam eſſe hominum æſtimationem de virtute: quoniam nec amara eſt, nec difficilis, ſed leuis atque ſuauis eam exercentibus eſt. *Vos eſtis ſal terræ.* Aliam proprietatem habet ſal, nam facit terram
Pſal.106. ſterilem, ſecundum illud: Dedit terram fructiferam in falſuginem, à malitia inhabitantium in ea. Hoc eſt, propter malitiam incolarum, terram frugiferam ſterilem reddit Deus. Vnde ſeminare ſal ſuper aliquam terram eſt illam ſterilem reddere, & indignam vt fructus reddat, propter malitiam inhabitantium in eam. In
Iud.9. cuius ſignum Abimelech Iud. 9. Superſeminauit ſal ſuper ciuitatem Sichem, in ſignum quod nunquam ampliùs habitari deberet, nec fructus producere ob ſua peccata. Terra (hoc eſt caro noſtra) poſt peccatum ſpontè ſpinas & tribulos germinat, ſecundum illud quod ei dixit Deus: Maledicta terra in opere tuo; ſpinas & tribulos germinabit tibi. Ergo oportet ſuperſeminare ſal ſuper hanc terram, vt ſterilis reddatur, nec ampliùs has peſsimas producat herbas, hoc eſt, mortificare carnem, caſtigare, vulnerare, ac ſuper vulnera ſal mittere correctionis, vt doleat, gemat, & conteratur, nec has peccatorum ſpinas ampliùs producere audeat, ſecun-
Coloſ.3. dum illud Conſilium Pauli: Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram. Ac ſi diceret: Sal ſeminate ſuper ea, nè in ea peſsimæ herbæ exoriantur. Item, ſal vermes occidit, illos nimirùm qui in carnis ſterquilinio, vbi nunc anima ſedet, generantur, qui vermes animam corrodunt, atque feriunt, nec eam quietam viuere pa-
Iob.30. tiuntur. De quibus dicebat Iob. Et qui me comedunt non dormiunt. Quoniam & vigilantes, atque dormientes, hæ carnis illecebræ comedunt animas. Quæ opera Pau-
Galat. 5. lus cõmemorat ad Galat. 5. cùm dicit: Manifeſta autem ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, commeſſationes. Hos
Rom.7. ergo vermes (quos Paul. Roman. 7. fructus mortis nominat: quoniam totam animæ ſubſtantiam exedunt, atque corrodunt) hos, inquam, necare debemus, mortificando membra noſtra ieiunijs, correctionibus, vigiliis, ac cæteris carnis macerationibus. Quinimò multi dicunt, quod etiam ſerpentes ſi guſtauerint ſal, moriuntur. Serpens primum hominem ſeduxit, cui ſerpenti maledicens Deus, dixit: Ter-
Geneſ.3. ram comedes. Mittamus ergo ſal in hanc terram, in qua paſcitur ſerpens hic antiquus. Hoc eſt, in carne noſtra peccatrice, hæc opera ponamus plagis, ac ieiunijs, & cæteris religioſis obſeruantijs eam ſeminemus, vt cùm ad eam paſcendam venerit ſerpens, exiſtimans ſe peccati cibum in eam inuenire, hoc ſal offendat, quo guſtato pereat. Et tunc cùm terram hanc maledictam, hoc eſt, carnem tuam hoc ſale ſeminatam ſterilem feceris, ſpi-
Simile. ritum fertiliſsimum reddes, quemadmodum ſi à ſpinis, ac cæteris inutilibus herbis purgaueris agrum tuum: triticum copioſiſsimum dabit. Id enim eſt, quòd Do-
Hierem.1. minus per Hieremiam cap. 1. Prædicatorem admonet, dicens: Ecce conſtitui te ſuper gentes, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſsipes, & ædifices, & plantes. Hoc eſt Prædicatoris munus, qui ſalis officia gerit, vt euellat ſpinas, & tribulos, & bonum ſemen ſeminet in agro cordis eorũ, quos docet. Quod alibi etiam Dominus dicit: Nouate vobis nouale, &
Hiere. 4. nolite ſerere ſuper ſpinas. Id eſt, Eradicate plantas, ac malas herbas, & cùm purus fuerit cordis ager, & quaſi nouus apparuerit; tunc poteritis bonum ſemen ſeminare: aliàs ſi ceciderit ſuper ſpinas ſuffocabunt illud ſpinæ, & ſine fructu fiet. ¶ Traditorum etiam, atque proditorum domus ſale ſeminari ſolent, in ſignum quod ampliùs tâm peſsimum fructum non germinabunt. Oportet ergò domos peccatorum ſale ſeminare, hoc eſt, illos proditores, atque præuaricatores aduerſus Deum oſtendere, vt publicos hoſtes Dei declarando, ſecundum illam Pauli ſententiam, inſtruens prædicatorem, cui ait: Argue, obſecra, in-
2. Tit. 4. crepa, in omni patientia, & doctrina. ¶ Vnde alia ſalis proprietas eſt, quod poſita ſuper vulnera mordet, & dolorem cauſat: vt intelligat Prædicator, quòd vulnera peccatorum mordere debeat. Sed tamen etiam ſaporem edulijs tribuit: quoniam amore, ac dulcedine debet condire correctiones, & reprehenſiones quas facit. Vnde legis veteris Sacerdotes, ſanguine ſimul, & oleo vngebantur: vt intelligerent, quòd deberent eſſe contra vitia ſanguinolenti; aliàs leues ac ſuaues.

Vino, & oleo vnxit vulnera illius ſemiuiui
Luc.10. Samaritanus (vt legis apud Lucam) quoniam vtrumque debet habere Prælatus. Vinum mordet vulnera, oleum linit ea. Et in arca teſtamenti, ſimul erat mannà, &
Hebr.9. virga Aaron, *Ha de auer del pan, y del palo en el ſacerdote, que es arca de Dios.* Et in baculo Epiſcopali cuſpis eſt, qua ferit terram; baculus autē ſuſtinet, & cū correctio ex charitate procedit (quod fit quando Prælatus, & neceſſaria abundanter ſubditis tribuit, & ſimul eorum errata caſtigat) tunc verum eſt pouerbium illud Sapien-
Prouc.27 tis: Meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula odientis. Non tibi placeant (frater mi) Prædicatores, aut Magiſtri illi, qui nihil quod poſsit animum pungere audientis, aut confitentis, ſed ſemper ea quæ placent, dicunt, vt verum faciant
2.Thi.4. Paul. vaticinium ad Thimot. ſcribens: Quod in nouiſsimis temporibus deberent homines coaceruare ſibi Magiſtros prurientes auribus. Id eſt, qui loquuntur pla-
Eſai.1. centia, vt dixerat Eſaias, ea quæ homines volunt: vt ſi tu vis diues fieri, non ſolùm non contradicant, verumetiam te doceant quomodo poſsis locupletari, augere, atq; ſeruare rem tuam. Immò quod peius eſt te ſanctum prædicant coram omnibus, & quod rectè officium tuum exequaris, & tibi & alijs intonant, fortè quoniam à te
Hierony. munera accipiunt, de quibus Hieronymus ſuper illud Eſaiæ cap.1. Omnes diligunt munera (ait.) Sunt enim qui diligunt retributiones, & eos ſolùm habent amicos, à quibus munera accipiūt, nec os amicorum conſiderant, ſed manus, & eos ſanctos prædicant, quorum exhauriunt marſupia. Vnde quidam magnus Prælatus huius Regni, ſimul & doctiſsimus, tanquam ſeductricem à ſe expulit quandam fœminam, quam multi viri ſapientes, ac probi tanquam ſanctam venerabantur: quoniam aiebat ille Archiepiſcopus: Semper dicit mihi hæc mulier, quòd rectè gero officium meum, nec quidquam quòd me poſsit offendere loquitur: cùm tamen ego nouerim negligentias multas, quas, & in me, & in officio gerendo habeam. Hinc Dominus per Hieremiam
Hiere.23. Prophetam cap.23. dicit: Nolite audire verba Prophetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt vos. Viſionem cordis ſui loquuntur, non de ore Domini. Dicunt his, qui blaſphemant me, loquutus eſt Dominus: Pax erit vobis: & omni qui ambulat in vanitate cordis ſui, dixerunt: Non veniet ſuper vos malum. Quis enim aſſuit in conſilio Domini, &c.? Quare & incan-
Exod.8. tatores Ægyptij in tertio ligno defecerunt, nec enim potuerunt educere ciniphes, qui tamē ſonitum ore faciunt, & aculeum habent quo pungant, & elliciant ſanguinem. Quoniam mundani homines aſſentatores ſunt, nec vulnera infligere volunt peccatoribus, ſed eorum mala facta laudare, aut pernicioſiſsimo ſilentio diſſimulare: cùm è contra boni ac pij, verbi Dei ſonitu ſanguinolentos peccatores ferire non deſinant. Et ſic intelligit Diuus
Hierony. Hieronymus illud Prouerb. 5. Fauus di-
Prouer.5. ſtillāns labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius; nouiſsima autem eius amara quaſi abſinthium, & acuta quaſi gladius biceps. Meretrices ſunt hæretici, qui alieni hærent doctrinis, quibus & iunguntur hypocritæ, qui per dulces ſermones, &
Rom.16. benedictiones ſeducunt corda innocentium, vt Paulus docet: Hi enim aſſentatores mundani potiùs ſunt, quàm prædicatores Euangelici, & amaritudine replent corda, & quaſi gladius biceps, corpus & animam ſecant. Quare in omnibus ſacri-
Leuit.2. ficijs præcipiebatur, vt offerretur ſal, mel autem in nullo: quoniam charitatis correctio familiaris debet eſſe ſeruo Dei; procul autem ab eo mollis aſſentatio. Ex quo etiam colligitur, quòd cùm in omni ſacrificio ſal præcipiebatur apponi; nobis voluit ſignificare Spiritus ſanctus, quod in omnibus operibus Chriſtiani hoc ſal miſcendum eſt. Volo dicere, quòd hi qui ſunt ſal terræ omnia opera Chriſtianorum, ſic ſuo exemplo, atque doctrina debent dirigere, vt ſalubria ſint facienti, nempè in temporalibus Deum reſpiciant, inque ſpiritualibus modum per humilitatem ſeruent, vt ſic omnia opera eorum ſacrificia ſint accepta: quoniam non inſulſa, ſed ſale condita ſunt. Quare vniuerſaliter dicit illos hic eſſe ſal terræ, non populi Iudæorum tantùm, vt Moyſes, & reliqui Prophetæ, ſed vniuerſaliter totius terræ. *Vos eſtis ſal terræ.* Terra ſalſuginis ſterilis ſolet eſſe; tamen ſi aliquem fructum fert illum optimū, atq; dulciſsimum profert: quoniam etſi pauci ſint, qui Euangelij doctrinā ſuſcipiunt per fidem, & pauciores qui opere eam exequantur: tamen hi, qui fructum ferunt dulciſsimum, atq; amabi-

liſsimum

liſsimum illum dant: quoniam eſt fructus ſale conditus, charitate, ac amore confectus, quò quid dulcius excogitari poteſt? Vnde etſi vna tantùm pars grani cecidit in terram bonam; tamen abundantiſsimum fructum protulit, atque optimum. Quare
Malac. 3. Malach.3. dicitur bonis, qui in terra bona ſale hoc mixta ſeminauerunt verbū: Eritis vos terra deſiderabilis, *Codiciada por buena*, nec erit ſterilis vinea in agro: quoniam erit
Hylarius. fructus dulcis, qualis eſt fructus vinearum: Sal (vt D. Hylarius docet) ex aqua & igne generatur. Prima mūdi renouatio per aquā facta eſt; ſecunda debet fieri per ignē, per aquam ergo & per ignem debet mūdus hic renouari, hoc eſt, per blandas correctiones à charitate emanantes, & cùm hoc non ſufficit, oportet adhibere ignem duræ reprehenſionis, & cremare, atque cautherizare dura corda, & pertinaces conſcientias, ſe-
2.Thi.4. cundum illud Paul. Argue, obſecra: Ecce aquam: Increpa: Ecce ignem. Vnde & ad
Ad. Tit. Titum dicit: Increpa eos durè, vt ſani ſint in fide. Hoc eſt dicere: Si ad perfectam eorum ſanitatem oportet adhibere ignem in ferro cādente; nè verearis ita facere, etiam ſi ob id inſanus oblatret mundus, & contra
Pyerius. ſtimulū recalcitrare nitatur. Nam (vt Pyerius in ſuis Hieroglyphicis docet) Ægyptij qui ſunt mundani obtenebratum habentes cor (id enim Ægyptus ſignificat) ſal abomi-
Genc.46. minantur. Et ijdem Ægyptij (vt in Geneſ. habetur) odio habent paſtores, qui dicuntur ſal terræ. Quoniam hoc officium ſic exercere debemus, etiamſi id mundus abhorreat. Immò ea opera facere debemus, quæ maximè mundus horret, nempè corpus affligere, diuitias deſerere, contemnere honores, Crucē Chriſti, ac eius opprobria amplecti. Hoc quippè erit abominationes Ægyptiorum ſacrificare Domino. Cæterum hoc præcipuè aduertēdum eſt, quòd priùs nos facit ſal terræ quàm luces: quoniam priùs condienda ſunt corda, hoc eſt, voluntates, quàm illuminandos intellectus per fidem. Quoniam (vt Theologi dicunt) ad credendum requiritur pia affectio. Nam veritates fidei, non conuincūt intellectum noſtrum, ſicut rationes demonſtratiuæ faciunt. Illis enim etiam renitente voluntate, non poteſt non aſſentiri intellectus; vt quod triangulus habeat tres angulos æquales duobus rectis. Cæterum quòd Deus ſit trinus & vnus, quòd Chriſtus ſit Deus & homo, non demonſtrantur, ſed voluntariè creduntur imperante volūtate intellectui, vt eis aſſentiat, quia Deus dicit, hoc ei obſequium præſtantes, vt propter ſolum verbum ſuum, abſque vlla alia ratione credamus. Quare credere eſt voluntarium, & opus religionis, quo hoc obſequium præſtamus Deo dicenti, Quia ipſe dicit: Aliàs fides non eſſet meritoria, ſecundum illam D. Gregor. ſententiam. Fides non habet Gregor.
meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Vnde D. Auguſtinus ait: Nemo Auguſt.
credit niſi volens, quod in prouerbio Hiſpano dicitur: *El creer es corteſia.* Cùm igitur credere ſit voluntarium, oportet primùm hoc ſale voluntatem condire, vt ad veritates fidei pietate quadam afficiatur. Quod tunc fiet, cùm gratioſis verbis, atque efficacibus voluntatem attrahere ſatagemus, ita quod ſermo noſter ſit ſale conditus, vt Apoſt. docet, & ſic affecta voluntas Coloſ.4.
intellectum ad ſe trahat, atque captiuum illum reddat in obſequium fidei. Nam ſi voluntas ſit prauè affecta, circa falſa dogmata, ad illa etiam trahet intellectū: quoniam vicinus voluntati valdè eſt, & Græcorum proloquium fuit: Aliquid mali, ex vicino malo. Nam ideò peccatores ſunt ignorantes: quoniam illa praua voluntatis affectio intellectui etiam adhæreſcit, & ſicut illa prauo eſt infecta affectu, ita intellectū prauis dogmatibus inficit. Igitur primùm condienda eſt voluntas, vt deinde illuminari intellectus poſsit. Et hunc ſenſum cum præcedenti (nempè illo in quo diximus prædicatores eſſe ſal vniuerſæ terræ, vt omnium opera condirent in ordine ad vitam æternam) exiſtimo germaniorem eſſe huius loci: *Vos eſtis ſal terræ.* Obſer- Alia moralitas ſeu concio.
uandum hîc eſt, quòd his rebus confert prædicatores ſuos Chriſtus, quæ ſicut vtiliſsimæ ac neceſſariæ maximè ſunt, cùm in ſua ſe conſeruant natura ac perfectione; ita inutiles, impertinentes, ac prorſus vanæ erunt, ſi ab illa degenerent, atque in ſui corruptionē deſciſcant. Confert enim nos ſali, luci, ac ciuitati ſupra montē conſtructæ. Quid magis opportunum aut neceſſarium quàm ſal, dum in ſua eſt naturali perfectione ac natura? Quot commoditates humanæ naturæ præſtat? Poſt panem, qui proprius cibus hominis eſt, & poſt potum, nihil ad vitam noſtram magis neceſſarium reperies quàm ſal, ſecundum illam Sapientis ſententiam: Initium Eccli. 39.
vitæ hominis aqua, & ſal, & panis. Immò

ipſe panis poſt ſal ponitur; quippè qui inſipidus ac inguſtabilis ſine ſale eſt. Omnes cibos vitæ noſtræ neceſſarios ſal condit, corruptioni obuiat, fœtores fugat, deniq; ad omnia humana commoda neceſſa-
Leuit.2. rium eſt ſal. Immò & ad diuina dixerim: quoniam veteri lege præcipiebatur, vt nullum ſine ſale offerretur ſacrificium. Quod
Marc.9. Dominus Marc. 9. dixit: Omnis victima ſale ſalietur. Cæterum ſi corrumpatur, ſi infatuatũ fuerit, ſi à ſua degeneret natura, nihil inutilius, nihil vilius in vita inuenies *Ad nihilum valet vltrà, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.* Vel in ſterquilinum proijciatur. Quid de luce dicemus? ſpiritualis qualitas, ac perfectiſsima ab omni corruptione remota, oculis amabilis, quibus hãc vniuerſi pulchritudinem aperit, colores diſtinguit, & quidquid viſui delectabile eſt, manifeſtat. Pedes noſtros dirigit, offendicula oſtendit, lætificat, viuificat, ducit & reducit nos, multaſque alias nobis vtilitates confert: & tamen ſi (vt hic Dominus dicit) ſub modio ponatur, prorſus inutilis efficietur ac vana, ac ſi non eſſet; immò potius inficiet omnia fumo, atque fœtore, comburet modium, in illam ſimul & in modiũ offendemus, atq; extinguemus & conculcabimus eam, & nos cadentes vulnerati reſurgemus. Ecce quot mala lux fecit, quæ antea tot bona faciebat. Ciuitas etiam ſuper montem poſita, quæ eſt veluti arx, atque caſtrum, quo ſe ab hoſtibus protegunt ciues, ac tenues deſertiq;, & habitationi & commercio ciuium, & rectę, ac polyticæ gubernationi, accommoda: ſi tamen aduerſus eam aduenerit hoſtis, & vi militum cœperit, funditus eam deſtruit, lapideſque diſpergit in vijs, ita quòd abſque offendiculo nullus poteſt trãſire per eam.
Eſai.1. Quemadmodum & Dominus per Eſaiam cap. 1. fuerat comminatus, cùm dixit: Et relinquetur filia Syon, ſicut vmbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario, & ſicut ciuitas quæ vaſtatur, in qua non relinquitur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur. His ergo tribus rebus miniſtri Dei comparantur, qui quantum vtilitatis Eccleſiæ afferimus, ſi in noſtro rectè nos geramus officio; tantum damni adducemus; ſi ab eo, ad quod cõſecrati ſumus degeneremus. Vnde & nobis dicitur: *Vos eſtis ſal terræ.* Idem eſt ac ſi diceretur nobis: Vos eſtis res, qua maximè indiget terra, id eſt, ea res eſtis, quæ magis neceſſaria eſt in terra. Quid opus eſt plures hic coaceruare proprietates ſalis? Ipſum eſt in terra adeò neceſſarium ac vtile, vt abſque ipſo nullus ſapiat cibus, nec ipſe panis, ſine quo vita hæc hominũ ſuſtentari non poteſt. Sic nec abſq; miniſtris vita hæc ſpiritualis tranſigi poteſt: quoniam nullum opus, bonum aut meritorium eſſe poteſt, abſq; hoc ſale, hoc eſt, abſq; hac doctrina, quam Dei miniſtri docemus, abſq; gratia, quam in Sacramentis adminiſtramus, ſecũdum illud Iob: Aut Iob.6.
quomodo poteſt comedi inſuſſum, quod non eſt ſale conditum? Quinimò nec panis ipſe abſq; ſale guſtari poteſt; audeo dicere, nec ipſe Deus proficuus eſſe voluit, ſine nobis. Volo dicere, quòd licet Deus potuit ſe communicare ſuis fidelibus, abſque medijs miniſtris; tamen vt omnia in ordine & menſura diſponeret noluit immediatè ſe dare fidelibus, niſi medijs miniſtris, ac Sacerdotibus ſuis. Sic enim & vniuerſum diſpoſuit ipſe Deus, vt inferiora per ſuperiora gubernarentur, & ſic aſcẽdendo perueniretur ad ipſum, qui eſt fons & origo totius boni creaturarum. Quoniam doctrina Chriſti, gratia Chriſti, merita Chriſti, ſatisfactio Chriſti, quibus meritum Chriſtiani innititur; per nos diſpenſantur, ac communicantur. Quare ob id exiſtimauerim ego, Sacerdotes in ſcripturis vocari Deos, ſecundum illud: Dijs non detrahes: Exod.22.
quoniam ea quæ ſunt Dei nos adminiſtramus, eo modo loquẽdi, quo ſolemus dicere, cùm aliquis multũ valet apud Regem, ille eſt Rex: quoniam omnia quæ vult ipſe facit, vt Aman apud Regem Aſſuerum vocatur pater Regis, ſic quoniam ea quæ ſunt Esther.16.
Dei, nos efficimus; nempè eius merita, ſanguinem, Sacramenta, verba, & myſteria eius per nos ad populum deueniunt, quid mirum quòd vocemur Dij? Nullum enim in Eccleſia ſacrificiũ offertur ſine hoc ſale, hoc eſt, ſine nobis miniſtris: quoniam vnũ dumtaxat ſacrificium quod in Eccleſia offertur, pro viuis & mortuis (quod eſt Euchariſtia) nos offerimus, nos conſecramus, nos illud fidelibus cõmunicamus: nam nec Angeli habent hanc poteſtatẽ conſecrandi Chriſti corpus, aut remittendi culpas, vel gratiam conferendi, quam tamen nos per ordinis characterem, & Eccleſiæ authoritatem habemus. Quare nos dicimur ſal terræ. Sal quidem terra eſt, ſed humectata priùs ab aquis ſalſis, & deinde radijs Solis calefacta congelatur in ſal. Sic miniſtri

miniſtri Chriſti de terra ſumus, ſicut & alij, tamen ſuo rore nos ĩntingit Deus, atq; ſuis radijs nos ferit ſol iuſtitię Chriſtus, cõmunicando nobis illam excellentiæ poteſtatem, quam etiam in quantum homo habet à Deo, & ſic congelamur in ſal; hoc eſt, efficimur adeò neceſſarij in republica Chriſtiana, vt ſine nobis nullatenus conſtare poterit. Quare etiam dicuntur ſal: quoniam ſignum pacis ac fœderis ſunt inter Deum & homines. Diuerſæ vtique ac variæ fuere cæremoniæ, ac modi quibus homines olim inter ſe pacem firmabant, ſed quę apud Hebræos cõmunior extitit fuit effundere ſal. Quare primum quod ante hoſpites ponebatur erat ſal, in ſignũ fœderis ac pacis, quod cum illis conſtituere volebant. Sal quippe ſolida reddit corpora, ſic & pax firmitatem amicitiæ conſtituit. Quare effuſio ſalis in conuiuio pro infœlice omine habebatur. Exiſtimabant quippe fore ſignum diuiſionis, vel contentionis, & quod pax inter eos
Leuit.2. non erat duratura. Quod & Dominus ad Iteram explicauit Leuit.2. dicens: Non auferes ſal fœderis tui, de ſacrificio tuo. Et cla
Numer.18 rius Numeror.18. vbi dicitur: Omnes primitias Sanctuarij quas offerunt filij Iſrael Domino, tibi dedi, ac filijs tuis. Pactum ſalis eſt ſempiternum coram Domino, tibi ac filijs tuis. Ac ſi diceret: Tibi concedo primitias, quæ in templo meo offeruntur, vt tibi ac filijs tuis proueniant, & vt firmiùs & ſecurius id habeas eas tibi do cum pacto & fœdere ſalis, perpetuo tempore duraturum. Igitur cum ſal ſit ſignum fœderis ac pacis, ſi abũdantia huius ſalis ſit in Eccleſia, ſignum erit amoris, ac charitatis Dei erga nos. Quod & ipſe oſtendit. Nam à principio cùm primã charitatem volebat manifeſtare, quam cum noua nupta, ſcilicet, Eccleſia ſua habebat; multum ei huius ſalis contulerat. Nam poſt primos paſtores qui fuerunt Apoſtoli, dedit Eccleſiæ illos Martinos, Auguſtinos, Ambroſios, & alios quamplurimos, qui doctrina ac exemplo ſuo, corda condiebant, incorruptam fidem in Eccleſia ſeruabant, ſerpentes ac vermes vitiorum interficiebãt, atque ideò inter Eccleſiæ primores meritiſsimè computantur. Deinde dedit Eccleſiæ inſignem illum prædicatorem Domini cum: cui & aſſociauit humilitatis exemplar diuiniſsimum Franciſcum, alios etiam quãplurimos, qui & animas ſaliebant, Eccleſiã illuſtrabant, Deumque pacificum ac propitium cum hominibus habebant, viciſsimq; homines in Dei officio continebant. Qua propter Dominus per Oſeam ca.2. dicebat: Oſea.2.
Exaudiam cœlos, & ipſi exaudient terrã. Cœli quippe medij ſunt, inter terram & Deum, ſic probi miniſtri Chriſti ſequeſtres ſunt inter nos & Deum: vt Moyſes de ſe ip- Deut.5.
ſo dixit: Hos ergo cœlos Deus exaudit, cum pro nobis fundunt preces, & ipſi noſtras exaudiunt orationes, cùm Deum nobis placare nituntur. Nam vt Paul. docet ad Hebr. Hebr.5.
5. Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur, in his quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia populo. Illi ergo viri ſancti qui cœli dicuntur, propter puritatem vitæ exaudiuntur à Deo, cùm pro populo qui terra eſt depræcantur, atque in eis gratiam cœleſtẽ effundunt, qua & ipſi ad cœleſtia dirigãtur. Qua propter & Moyſes pro populo intercedebat, quotieſcumque Deum iratum aduerſus eum cernebat. Quare ſal hoc plurimum debemus cõcupiſcere. Et ſicut cùm in Scriptura numerantur oblationes, quas aliqui in templo faciebant earum rerum; quæ ad ſacrificia peragenda neceſſarię erant, cũ peruenitur ad ſal dicitur: Sal vero abſq; menſura offerebant: ita & nos debemus à Deo fla 4.Eſdr.7
gitare, vt de hoc ſale abſque menſura ſuæ Eccleſiæ prouideat. Hoc eſt huiuſmodi viros, qui condiunt ac ſaliunt terram verbo & exemplo ſuo multos nobis præbeat. Et per eos quaſi per ſal ſecuri ſimus fœderis pacis ac amicitiæ Dei. Et quemadmodũ abundantia talium, ſignum eſt beneuolẽtiæ Dei erga nos, ita huiuſmodi penuria nota eſſe ſolet, iræ, ac vindictę Dei ad nos. Quare hoc malum cõminatur Deus nobis, ob noſtra peccata per Eſai.cap.29. cùm dicit: Eo quod Eſai.29.
appropinquat populus iſte ore ſuo, & labijs ſuis glorificat me, cor autem eorum longe eſt à me: Ideò ecce ego addam, vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & ſtupendo. Hoc eſt talis erit vindicta, quã ego exequar in eis, vt quaſi de re noua ac grandi omnes qui viderint, aut audierint obſtupeſcãt. Erit autem hæc vindicta talis. Peribit enim ſapientia à ſapientibus, & intellectus prudentum eius abſcondetur. Hoc eſt, pactum ſalis dirumpam, quod vobiſcum conſtitui, cùm ſapientes atque Doctores, & veræ doctrinæ magiſtros à vobis iratus tollã. Deinde ſequitur. *Quod ſi ſal euanuerit in quo ſalietur?* Vbi Græci legunt, ſi ſal infatuatum fuerit. Nam ſicut inſuſſum à cibo trãſfertur ad hominem, ita fatuum ab homine

Martialis tra ıſfertur ad cibum. Quare Martialis be
tas, quod inſipidæ ſint infatuatas vocat, &
Terentius Terentius quendam inſulſum & fatuum vo
cat. Dicere ergo (euanuerit) idē eſt ac ſi di
ceret, ſi inefficax factum fuerit ſapore ſuo
& acrimonia deperdita. *In quo ſalietur?* Hoc
poteſt accipi ſimperſonaliter, vt ſit ſenſus.
Per quid fiat ſalitio, & conditura non erit
vnde reliqua inſulſa condiantur, & ſaliantur ſale iam corrupto. Vnde quædam Gloſ.
paraphraſtica dicit. Quid tandem erit reliquum, quo multitudinis inſulſa vita condiatur? Et ita verum eſt, quod ſi Epiſcopi & Ecclesiaſtici miniſtri, non poſſunt populum docere, atque condire, quod non habeat populus alios à quibus doctrinam, & ſacramētorum participationem requirat, ſed plorabit cum Hieremia dicens: Paruuli petierunt
Thren. 4. panem, & non erat qui frangeret eis. Et poterit etiam cum eodem lachrymabiliter di-
Ibidem. 1 cere: Egreſſus eſt à filia Syon omnis decor
eius. Quoniam ſi ſanctitas in Dei miniſtris
deeſt, vbi nam quærenda eſt? Et hoc quare?
Ibidem. Quia facti ſunt principes eius, velut arietes
non inuenientes paſcua; & abierunt abſq;
fortitudine, ante faciem ſubſequentis. Arietes ſunt Prælati in Eccleſia, qui aliorum duces ſunt, & ideò debent fortitudine paſcere, & cornibus de peccatoribus vindictam ſumere: ſic enim dicitur, in eorum cōſecratione, cū eis imponitur mithra. Imponitur tibi galea ſalutis, cùm cornibus vtriuſq; teſtamenti, vt terribilis ſis aduerſarijs veritatis, & fortitudine horum cornuum defen-
Exod. 34 das veritatē. Cuius figura præceſsit Exod.
34. Cùm facies Moyſi apparuit cornuta;
quare terribilis filijs Iſrael videbatur, ita vt
non poſſent filij Iſrael in faciem eius inten-
2. Cor. 3. dere vt dicitur. 2. Cor. 3. Hic ergo quia infatuati ſunt, & ſaporem diuinorum perdiderunt abierunt abſq; fortitudine: Quoniam iam non poſſunt interponere ſepem, nec ſtare, ante faciem Dei, pro peccatis populi deprecantes, quemadmodum & Moyſes &
Eſai. 56. alij ſancti facere ſolebāt. De quibus & Eſai.
dicit, quod ſunt canes muti, non valentes latrare. Quod nec audeant reprehendere vitia, aut populi aut etiam maiorum, ſicut
1. Reg. 2. Hely ſacerdos reprehenſus eſt à Domino:
quia nō correxit filios ſuos. Hi ergō ob hoc abierunt abſque fortitudine, ante faciem ſubſequentis. A beū enim poſt Reges, poſt Magnates, poſt diuitias & honores, à quibus ſuſpenſi trahuntur, & quos non audent contriſtare. Sed melius eſt vt ſumatur perſonaliter, & ſit ſenſus. Si ipſum ſal inſipidum & corruptum fuerit, in quo iam ipſum ſal ſalietur? Ac ſi diceret: Si ipſe calor qui cætera calefacit infrigidatur, quis illum poterit calefacere? Et licet antecedens ſit impoſſibile, tamen conſequentia bona eſt, vt cum dicimus ſi homo volaret haberet alas. Nam certè ſi ipſum ſal quod cætera condit inſipidum ac inſulſum fiat, non habet vnde ſaliri poſsit. Infatuitas autem hæc idem eſt, quod eſſe inſulſum, vt dixim⁹, hoc eſt, abſq; rerum diuinarum guſtu. Hoc eſt dicere: Si eccleſiaſtici ac religioſi carnis, ac mundi delicijs dediti ſuauitatem ſpiritus amiſerint, quis deuotos ac feruidos reliquos faciet? Si enim cor mœret & triſtatur, quis
Eſai. 1. membra cætera lētificabit? Vnde Eſa. Omne caput languidum, & omne cor mœrens, à planta pedis vſque ad verticem capitis, nō eſt in eo ſanitas. Si enim capita euaneſcunt; quomodo non turbabuntur membra? Et ſi cor mœret, hoc eſt, eccleſiaſtici ac religioſi, qui officium cordis exercent in hoc corpore myſtico, à quibus deriuatur vita ſpiritus in alios, ſicut à corde vita corporis in membra, ſi hi ſpiritus lætitia ac pinguedine deuotionis carent, quis alios hoc gaudio perfundet? Quaſi dicat: nullus. Vnde
Hiere. 23. Hierem. cap. 23. dicitur: In Prophetis Samariæ vidi fatuitatē, & prophetabant in Baal, & decipiebant populum meum. Fatuitas hæc (vt Theologia nos docet) oppoſita eſt ſapientiæ, quæ ſignificat ſapidam ſcientiā hoc eſt, ſuauiter ſapere diuina. Reperit ergo in Prophetis Samariæ fatuitatem, hoc eſt rerum diuinarum ignorantiam ac accidiam: quia nullum de ſpiritualibus guſtum habebant, ſed prophetabant in Baal, nihil aliud quam quæ mundi ſunt ſapiebant. Væ illis qui Prophetarum locum in Eccleſia obtinent, quales ſunt prædicatores ac Doctores ex officio, vt Epiſcopi, qui non ſolum ſpiritualia neſciunt, verumetiam ſe totos carnalibus ac temporalibus negotijs dederunt! Hæc cogitant, hæc loquuntur, hæc ſcribunt, in his ſe fabulis exercent, quid Reges faciant, quis eorum maiorem aucupauerit fauorē, cui obueniet ille alius pinguior Epiſcopatus. Mittantur nuntij, currant veredarei, xenia dentur illi, & illis, qui plus apud Reges poſſunt, ſeruentur aurea ſcuta, emantur annui redditus, concreſcant in arca pecuniæ: cæterum quomodo docendi ſint fideles; quo pacto impedienda peccata, qua via neceſsitatibus pauperū ſuccurrendum

dum ſit, nec verbum, nec cogitatio ſaltim vnquam eorum mentes aſcendit: quoniam in illis fatuitas eſt, & non in Deo ſed in idolo Baal, hoc eſt in mundo prophetant. Quare illis dicendum erit, quod Dominus
Matth. 16 aliquando dixit Petro carnalia ſuadenti. Vade poſt me Sathana: quia non ſapis ea quæ Dei ſunt. Hæc erit vindicta. *Echarle de caſa.* Vnde & hic ſubditur. *Ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras & conculcetur ab hominibus.* Mittere eum foras, eſt, illū interno gaudio priuare, vt ſolum ad exteriores cæremonias deſeruiat, nihilque ſpirituale, aut internum, nec in ſe ſentiat, nec alios docere valeat. Sapiens quippe dicit:
Eccleſ. 20. Homo acharis quaſi fabula vana. Id eſt, homo inſulſus, ſine gratia, fabula ac deriſio eſt expoſitus omnibus, nec vllam de eo æſtimationem faciunt, ſed tanquam vanus ac inu-
Ezech. 15. tilis floccipenditur. Quod Dominus Ezechi. in parabola vitis explicuit cap. 15. cum ait; Fili hominis quid fiet de ligno vitis, ex omnibus lignis nemorum, quæ ſunt inter ligna ſyluarum? Nunquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus vt pendeat ex ea quodcumq, vas? Vtramq; eius partem conſumpſit ignis, & medietas redacta eſt in fauillam. Mira res! Lignum vitis, quod dum ipſi viti adhærebat dulciſſimum fructum ferebat, nēpe vinum, quod Deum & homines lætificat: ſi à vite abſcindatur inutiliſsimum eſt & ad nihil prorſus aptum niſi ad ignem; ita vt nec ſuſtinere ædificium, nec vaſculum ſuſtentare poſsit,
Numer. 13. quod ex eo pendeat. Sic & de nobis philoſophandum eſt. Viri religioſi, ac Dei cultui & miniſterio dicati, qui dum Deo per gratiam, & charitatem ac deuotionem iungimur, ſuauiſsimum fructum omnibus damus, nempe botrum illum terræ promiſsionis, quod in ligno crucis expreſſum liquorē protulit, quo Deum & homines lætificauit, ac verbis noſtris & exemplis fidelium corda deuotionis gaudio adimplemus: ſi ab hac vite abſcindimur, ſi mundana quærentes hæc ſpiritualia gaudia relinquimus, iā prorſus vani ac inutiles ſumus, quoniam nec ad ædificandam Eccleſiam valemus, nec ad ſuſtinendos fragiles ac peccatores ſufficien-
1. Cor. 13. tes ſumus: Cùm tamen de charitate ſcriptū ſit, quod omnia ſuffert & omnia ſuſtinet. In
Leuit. 1. ſacrificio turturis, veſicula gutturis ac plumæ, in locum cinerum mittebantur. Volatilium ſacrificium ſignificat illud, quod viri eccleſiaſtici de ſe ipſis faciunt: Nam comparatione cæterorum, quaſi aues ſunt, qui alis ſcientiæ ac poteſtatis ſuper alios volant. Sed poſtquam ſacrificium hoc conſummatum eſt, reliquiæ eius, nempe veſicula gutturis atque plumę, in locum cinerum proijciū tur. Priſci patres ſe verè Deo tanquam turtures ſacrificauerunt effundentes ſanguinē pro Chriſto, iugulantes atque relecantes ea quæ Deo diſplicere videbant. Cæterum reliquiæ huius ſacrificij nos ſumus, quibus tantum veſica gutturis ac plumę ſuperſunt, nihil enim aliud quam effundere verba ſcimus. *Gorgear, hablar de papo.* Multa dicere, & pauca vel nulla facere. Plumas etiam habemus, hoc eſt, aërem verberamus. Nā per aerem mundi huius, cum dignitatibus ac diuicijs volare volumus. Quare in locum cinerum proiecti ſumus, vbi à prætereuntibus conculcamur. Nam & verba noſtra quantū uis alta floccipendunt, & vanitates noſtras irrident, atque ſic foras eiecti, à vera erga Deum interna religione; ea quæ exterius apparent, cùm ea videant mixta mundanis cupiditatibus, paruipenduntur ab hominibus. Vnde Dominus per Eſai. cap. 7. dicit: *Eſai. 7.* Erit in paſcua boum, & in conculcationē: Per boues ego Principes tēporales, ac Magnates intelligo, qui meliora bona Eccleſiæ depaſcunt, & inſuper nos conculcant pedibus ſuis: quoniam nos nihili pendunt, & ſi-
Simile. cut veſtigia calcantis, apparent in calcato, ita in nobis veſtigia mundi à quo calcamur apparent. Propterea enim conculcamur à mundo: quoniam in eius turbam nos intromittimus; concupientes ea quæ & ipſe mūdus concupiſcit, quem ſi fugeremus nullatenus ad nos calces eius pertingerent. Et iterum Eſai. cap. 10. dicit: Ponam eam in con-
Eſai. 10. culcationem, quaſi lutum platearum. Quod conculcatum poſtea eijcitur extrà plateas. Quod & Hieremias in ſuis lamentationib⁹ plangebat dicens cap 4. Quomodo obſcura
Thren. 4. tum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides Sanctuarij, in capite omnium platearum? Vbi D. Hieronymus
Hieron. ſic ait: Cùm quilibet poſt ſanctitatis habitum terrenis ſe actibus inſerit; quaſi colore permutato ante humanos oculos eius reuerentia deſpecta palleſcit. Sāctuarij lapides in plateas diſperguntur, cùm cauſa ſæcularium foras lata itinera appetunt, hi qui ad ornamēta Eccleſiæ internis myſterijs, quaſi in ſecretis Sanctuarij vocare debuerant. Ad hoc quippe Sanctuarij lapides fiebant, vt intra Sanctaſanctorum in veſtimento communi

communi Sacerdotis apparerent. Cùm vero miniſtri religionis à ſubditis honorẽ Redemptoris ſui, ex merito vitæ non exigunt, Sanctuarij lapides in veſtimento Pontificis non ſunt, qui diſperguntur per plateas, cùm perſonę ſacrorum ordinum, voluptatum ſuarum latitudini deditæ, terrenis negotijs inhærent. In capite autem, quia cùm terrena agũt ſummi videri appetunt, vt & lata itinera teneant ex voluptate delectationis, & tamen in platearũ ſint capite, ex honore ſanctitatis. Et cap. 4. etiam dicit: Diſperſi ſunt lapides Sanctuarij in medio platearum. Hoc fit cum miniſtri Dei, qui ſicut lapides viui ædificantur, diſperguntur in negotijs ſæcularibus. Hoc enim diabolus vult, ſicut Pharao filios Iſrael diſperſit ad colligendas paleas: cùm tamen ſcriptum ſit: Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſæcularibus, vt ei placeat cui ſe probauit, hoc eſt, vt intus in Dei amore ſe teneat, ne eijciatur foras ad exteriora dumtaxat. Et eodem capite ſic dicit: Candidiores Nazarei eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſaphiro pulchriores. Denigrata eſt ſuper carbones ignis facies eorum, & non ſunt agniti in plateis Nazarei eius, hoc eſt, ſanctificati eius, ſegregati eius ac coronati. Hæc enim omnia Nazareus ſignificat. Coronati veluti Reges, quibus dicitur: Gens ſancta, regale ſacerdotium. Cum poteſtate ligandi atque ſoluendi animas, ſicuti & rex corpora. Et conſecrati & ſanctificati Deo, qui deberent eſſe candidiores niue, & nitidiores lacte, hoc eſt (vt D. Hiero. hic docet) in ſpiritu & in carne puriſsimi. Nam nix congelatur, ex aqua cœleſti, & ſignificat diuina & cœleſtia, lac autem ex animalis carne exprimitur, & ſignificat humana & terrena. Hi ergo Nazarei in diuinis & humanis, in cœleſtibus & terrenis: in ſpiritualibus & corporalibus: candorem ac puritatem mentis ſeruare deberent. Rubicundiores ebore antiquo. Ebur enim (ait D. Greg.) antiquitate rubeſcit, & ſignificat eos, qui *De puro Chriſtianos viejos eſtan colorados.* Voco autem veteres Chriſtianos, non quantum ad genus (hoc enim quantum ad Deũ parum refert) quoniam, vt Paul. docet, in Chriſto Ieſu nec circuncifio aliquid valet, nec præputiũ. Sed debent eſſe veteres Chriſtiani, quantum ad conſuetudinem, quam debent habere ad ſanguinem Chriſti. Debent enim frequenter ea intingi, atque lauari in ſacramentis, qui hunc ſanguinem fundunt, vt cùm ex hac antiqua conſuetudine, & diuturna contemplatione Paſsionis Chriſti rubicundas iam reddiderint animas, ſic candidati ac rubricati ſimiles appareant Sponſo, de quo dicitur, quod eſt candidus & rubicundus. Saphiro pulchriores. Saphirus colorem cœli refert, ſic iſti Nazarei poſſent dicere, conuerſatio noſtra in cœlis eſt. Et tamen cùm ſic deberẽt eſſe, vt omnibus candidi ac lucidi apparerent, proh dolor! Denigrata eſt ſuper carbones ignis facies eorum, & non ſunt agniti in plateis. Carbo (ait Hierony.) prius fuit ignitus, deinde extincto igne remanſit niger. Sic mali eccleſiaſtici, qui prius igne deuotionis ſuccenſi ſuum miniſterium implebant: extincto charitatis ac deuotionis igne, nigri, ac fœdi remanſerunt, ita quod in plateis nõ agnoſcantur: quoniam nihil in habitu ac exteriori ſplendore, in nullo alio à cæteris diferunt. Quare iam non eis tantus honos defertur, vt olim, ſed ſicut alios ſæculares illos habent homines, nec in plateis plus eis deferunt quam alijs, ſaltim interiori reuerentia. Sed adimpletum videmus illud Eſaiæ vaticinium, Erit, ſicut populus ſic ſacerdos. Quoniam nec nos in moribus aut vita, ab alijs diſcriminamur. Igitur. *Si ſal euanuerit ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.* Nam cum ipſe non habeat ſal, nec ſibi nec alijs prodeſt. Sal (ait hic Albertus) hanc mirabilem naturam habet: quoniam per ſimilitudinẽ quam habet extrahit aliud ſal. Quare ſi piſces ſalſos, aut carnes ſalſas, in aqua recenter ſalſa immergas, citius ſal extrahitur ab eis, quam ſi in aquas dulces illa poneres. Quod experientia conſtat. Nam in aqua maris quæ ſalſiſsima eſt, ſi in illa immergas piſces ſalſos, citius amittunt ſal quam in alijs aquis. Vnde Heliſæus vt aquas Hierico ſalſas dulceſcere faceret, ſal miſit in eas. Sic Prælatus qui ſal hoc habet, amaritudinem ſubditorum cum illa extrahit, & dulces in eis ſanctos labores efficit, vt ſupra diximus. Cæterum, ſi hoc ſale caruerit, nec ad hũc nec ad alios effectus vtilis erit. *Ad nihilum valet vltra.* Nullam vtilitatem habet ſal infatuatũ. Immo nec ſterquiliniũ ex illo fieri poteſt, vt ait Luc. Peccata ſecularium ſal tim ſterquiliniũ cõficere poſſunt, quoniam cautiores ſolent reddere peccatores. Quod Chriſtus innuit in parabola illa de ficu ſterili quã habebat homo in horto ſuo, & præcepit hortulano vt eradicaret eã, & tũ hortulanus

Thren. 4.
Exod. 5.
2. Tim. 2.
Ibidem.
4. Pet. 2.
Hieron.
Gregor.
Galat. 5.
Cant. 5.
Hiero.
Eſai. 24.
Albertus
Simile.
Luc. 14.
Luc. 13.

nus voluit, ſed miſit ſtercora ad radices eius vt p ea calefacta fructificaret. Per ficũ intelliguntur peccatores: quoniã patres nri poſt peccatũ ſub ficu delitescere voluerũt. Huic ſi ad radices ſterc⁹ ponas, fructificabit. Stercora ſunt peccata: radices, animę intellectus & voluntas: ponere ſtercora in radicibus, eſt; peccata ante oculos mentis peccatori ponere, vt videns eorum turpitudinem erubeſcat, & deteſtetur ea; nec amplius ea committere audeat, ſed in bonorũ operum fructus ſe transferat. Hæc vtilitas Prælato peccanti non obuenit: quoniam peccata eius ſcandaloſiſsima ſunt, ac ſacrilega multum radicib⁹ arboris huius (quę eſt Eccleſia) officiũt nec aliquis audet ea ſibi ob oculos ponere, propter reuerentiam dignitatis. Quod & D. Gregor. in Paſtorali his verbis docet: Nemo amplius (inquit) in Eccleſia nocet, quã qui peruerſe agens nomen vel ordinem ſanctitatis habet: delinquentem namq; eum redarguere nullus præſumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur, dum præ reuerentia ordinis peccator honoratur. Immo potius ſal hoc corruptum, & infatuatum radices inficit, eaſq; deficcat, ac putrefactas reddit. Radices huius arboris fidelium, Eccleſiaſtici ſumus, ſi hęc exiccentur radices, totus arbor peribit. De Salamandra legitur quod ſe radicibus arborum iungit, quas & comburit & exiccat, & ſic totus arbor inuſtus perit. Diabolus qui in igne inferni ſicut ſalamandra viuit, radices huius arboris arefacere ac comburere nititur, & ideò iungitur Eccleſiaſticis eoſque corrumpit, vt exiccatis radicibus arbor etiam exiccetur. Vnde Paul. ad Roma. Si radix ſancta, & rami. Quod ſi radix corrupta fuerit, idem iudicium erit de ramis. Et ad Hebr. Ne qua radix amaritudinis ſurſum germinãs, & per eam inquinentur multi. Quare D. Chryſoſt. homil. 38. in Imperfecto, docet, quõd ſicut quando agricola videt arborum folia, ac fructus exiccari, colligit quod radices putrefactæ ſunt, ſic quando viderimus charitatis rorem inter Chriſtianos exiccari, deuotionis pinguedinem attenuari, fidem paulatim corrumpi, bonos ac religioſos mores labefactari, exiſtimare debemus quod ex corruptis radicibus hæc mala proueniant. Et ſicut quando domus aliqua vel ciuitas, ob ſua delicta ſale ſeminatur volum⁹ ſignificare, quod deinde ad omnem bonum fructum ſterilis erit: ſic quandò viderimus ſal hoc per terrã diſperſum ac ſeminatum, & ab omnibus cõculcatum iri, iam inde colligere debemus & mundum proditorem eſſe; cùm per illũ ſal hoc ſpargatur ac ſeminetur, ac deinde ſterilem deinceps fore, ſicut terra ſalſuginis eſſe ſolet. Et certe cùm ego conſidero viros eccleſiaſticos ac religioſos in terra iacere, atq; contemptui Principibus ac Magnatibus fieri, & quaſi res infimas ab omnibus conculcari, mea & populi peccata in memoriam reuoco, ac ſuper ea ingemiſco timens, ne ob hoc quod mundus aduerſus Deum proditor eſt, hæc mala ſuccedant, cauenſq; maximè, ne terra deinceps bonorum operum ſterilis fiat. Nam ſcriptum eſt Pſalm. 106: quod Deus dedit terram frugiferam in ſalſuginem, à malitia inhabitantiũ in ea. Væ tibi terra, quæ ita ſal iſtud iacere, ac conculcare permittis; ſterilis quippe ac infructiſera deinceps eris. Vnde Hierem. 22. dicitur cuidam regi, qui Prophetas ac Sacerdotes conculcabat, mediumque Eſaiam ſeccare fecit: Voca virum iſtum ſterilem: quoniam in diebus ſuis nõ proſperabitur. Sterile erit regnum, in quo Principes ac Magnates ſal iſtud cõculcauerint & contẽptui habuerint. *Ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.* Vt ab interioribus ad exteriora tranſitum faciant, curiſq; temporalibus impliciti ab internis diſtrahãtur. Vnde D. Gregor. 1. par. Paſtorali: ca. 4. ait. Dum mens per inſolentem curam foras trahitur, à timoris intimi ſoliditate euacuatur. Quoniam anima quæ ſe exterioribus implicat, ibi à fructibus ſpiritus euacuatur, quare tunc ab omnibus conculcatur, cùm eam videant bonis operibus exinanitam, & dicunt ei hoſtes ſui: Incuruare, vt tranſeamus, vt Eſai. dicit: Nam cùm tanquam reges hæc omnia contemnere deberemus, facti ſumus mancipia eorum, ac ideo mundus (vt aſſolet) tanquam ſequaces ſuos nos irridet. Iudi. 1. legitur, quod Adonicer tyrãnus quidam habebat ſeptuaginta reges captiuos, qui ſub menſa eius colligebant micas quæ de eius menſa cadebant, amputatis pedum ac manuum extremitatibus. Sic enim mundus tyrannus, nunc cum viris eccleſiaſticis facit. Qui cũ deberent reges eſſe, regibuſq; iura ac leges imponere, nunc concupiſcentes temporalia, facti ſunt mundi mancipia, atque Regibus & Magnatibus ſubſunt, colligentes micas, quæ de menſa eorum cadũt, ambientes Epiſcopatum, quem ſicut panem in fruſta iam frangunt Reges, accipiẽtes & ſpolia, & penſiones, & ſubſidia ex eo, illũq; in

Gregor.
Simile.
Roma. 11.
Hebr. 12.
Chryſoſt.
Simile.
Simile.
Pſal. 106.
Hiere. 22.
Gregor.
Eſai. 51.
Iudich. 1.

in micas comminutum, huic vnam, alteri aliam micam aut fruſtum porrigunt. Amputatis ſummitatibus manuum ac pedũ. Extremitates ſunt fines: quoniam iam non habent Deum pro fine, aut animarum ſalutẽ, ſed ſuos prouẽtus ac delicias. Summitates manuũ & pedum dicimus nos, *las yemas*, in quibus delicatior eſt tactus: quoniam iam non delicatos fines intendunt; quales ſunt res ſpirituales, ſed ea quæ craſſa ac turpia qualia ſunt temporalia, volunt. Cæterũ vir orthodoxus intelligens quantæ molis ſit, quod ſal hoc non conculcetur, nec eccleſia ſtici contemptui habeantur, his non obſtãtibus debet (ſi poteſt) illos à terra erigere, nec ad id quod malum ac minus perfectũ in eis eſt, attendere, ſed ad vtilitates quas ex eis Eccleſia capit, & ad aliquos bonos omnique virtute refertos, quos in Eccleſia Dei norit eſſe. Nec enim debent eſſe homi nes Chriſtiani, ſicut Balaac Rex Moab, qui ſuburbana, ac infirmiora exercitus Iſrael oſtendebat Prophetæ Balaã occultans ea, quæ meliora videbantur, vt induceret eum ad maledicendum populo. Sic multi peſsimi Chriſtiani faciunt. Si aliquid minus bonum, in viris religioſis ac eccleſiaſticis inue nerint, id efferunt, id omnibus manifeſtãt, indignum facinus proclamantes, quòd homines in carne vitam agentes ſigna quædã humanæ fragilitatis aliquando exhibeant. Cęterũ bona quę faciũt, (quę quamplurima ſunt) nec ſcire volũt, nec etiã ſi ſciant mani feſtant, & hoc (vt D. Auguſt. ſuper Pſal. 10. docet) faciũt, vt ſagittẽt in obſcura luna (ſic enim ipſe legit) rectos corde. Eccleſiã hanc militantem vocat lunam: quia à Chriſto qui eſt verus ſol accipit lucem, ac ſuam claritatem. Igitur mali ac homines peſsimi, ſi viderint obſcurari hanc lunam, ſi aliquos deffi cientes à recto, & à vera religione aberrantes in Eccleſia perſpexerint, hæc oblatrant proclamant, atque in ſydera efferunt, vt ſic homines rectos, ac ſimplices ab eorum deuotione retrahant, ac deterreãt. Tu tamen conſilium illud accipe, quod D. Auguſtin. docet dicens: Contingit aliquando quod in ſpineto aliquo, inter ipſas ſpinas deliteſcit vitis, cum botro prematuro. Quid ergo debes facere, ſi racemum illum vis accipere? Botrum carpe, & ſpinam caue. Sic debes mittere manũ ad botrum, vt tamẽ caueas nè in ſpinis vulnereris. Sic ſi inter vitia ac humanos deffectus, quos in Prælatis ac eccleſiaſticis viris perſpexeris, etiam aliquid bo-

Numer.23

August.

simile.

ni inueneris, nempe doctrinam Euangelicam, quam te docent, & alia quamplurima bona, quæ ex eis Chriſtianis euenient, botrum carpe, & ſpinam caue. Quæ bona ſunt accipe, quæ vero mala declina, ſicut dixit Dominus turbis. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, quæ dicunt facite, ſecundum vero opera eorum nolite facere. Quinimo & attendere debet populus Chriſtianus, quod ſi ob eorum peccata multotiens permittit Deus, vt eccleſiaſtici viri non ſint tales quales oportebat vt eſſent, tamen collatione facta inter populũ & eccleſiaſticos, quantumuis peccatores ſimus reſpectu populi videbimur iuſti. Quod ſi tales nõ ſumus quales & patres noſtri fuerunt, & quales miniſterium noſtrum poſtulat, ſibi imputet populus Chriſtianus, quod in vindictam ſcelerum ſuorum id permittat Deus. Sic enim apud Eſai. Filij Iſrael ob ſua facinora fatebantur ſibi deficere iuſtos, Prophetas, ac prędicatores, quales olim cũ in Dei ſeruitio permanebant, habuerunt. Facti ſumus (ait) vt immundi omnes nos, & tanquam pannus menſtruatæ vniuerſę iuſtitięnrę. Hoc eſt, tot deflect° opera noſtra comitantur, vt plus immunditiæ quam candoris in eis appareat, quemadmodum & in panno menſtruatæ videre licet: Et cecidimus quaſi folium vniuerſi, & iniquitates noſtræ quaſi ventus abſtulerunt nos. Sicut enim arborum folia cùm eis deficit humor exiccantur, & ab arbore decidunt, ſic deffi ciente charitatis humore arida efficiuntur opera noſtra, ac ideò ab arbore expellimur. Loquebatur enim de captiuitate Babyloni ca Propheta, in qua à terra ſua expulſi ſunt propter hæc peccata, ita & peccator cui deficit charitas, quæ eum fixum in Dei amore tenere debuerat quocumque vento circumfertur; & in qualibet occaſione à Dei amore decidit. Quid ergo conſequutum eſt propter huiuſmodi peccata? Ideò, ſubdit Propheta, non eſt qui inuocet nomen tuũ, qui conſurgat & teneat te. *No ay quien tenga las manos à Dios como Moyſen. Vos eſtis lux mundi.* Cum prius dixiſſet eos eſſe ſal ſigni ficans eos delectos ad condiendos mores, & affectus hominum, iã eos lucem vocat: quoniam etiam delecti erant, ad pellendas verbo & opere tenebras, in quibus totus iacebat mundus. Nam populus Gentilium nullum habebat lumẽ. Iudaicus adhuc vmbris legis adherebat, & indigebat luce, quę eas illuſtraret, atq; claritate veritatis obſcuritates

Matth.23

Eſai. 64

simile.

Moralitas ſeu cõcio.

illas

illas perfunderet. Item prius eos dixit, Sal terræ, nunc autem, lucem mundi eos vocat, lux vero à cœleſtibus venit, vt inter hęc duo extrema, terram & cœlum vniuerſitatem omnium creaturarum includeret. Nam inter extrema includuntur media, vt intelligeremus Apoſtolos debere eſſe totius orbis renouatores. Ideo enim in veſte Aaron totus erat deſcriptus orbis terrarum (vt dicitur Sapiẽtiæ. 18.) quoniam totum orbem poſuit Deus ſuper Sacerdotes ac miniſtros ſuos, vt illũ Deo prœpararent. Octo quippe veſtes Summus Sacerdos habebat olim. Veſtiebatur enim primò tunica linea, quæ ſignificabat terram: quoniam linum in terra naſcitur. Habebat etiam cingulum, quod omnes veſtes Aaron cingebat, & ſignificabat Occeanum mare, quod omnem terram cingit. Eſt quippe velut cingulũ terræ, quare cingulum illud aquas omnes referebat. Habebat etiam tunicam hyacinthinam, qua ſuper lineam veſtiebatur, & per eam in telligebatur aër, qui communiter cœlum appellatur: eo quod hyacinthus colorem ceruleum; quem cœlum videtur habere, referat. In ora etiam veſtimenti habebat tintinabula argentea, quę ſignificabãt tonitrua: malogranata aurea, fulgura ipſa referebant. Aliã veſtem qua induebatur diuerſis lapidibus pretioſis diſtinctam, ſtellatum cœlum reddebat. Mithra quam ſuperponebat capiti cœlum empyreum, lamina aurea quam ſuper frontem gerebat, Deũ ipſum ſuper omnia præſidentem ſignificabat. Nam & in ipſo erat ſcriptum nomen Thetragrammaton, quod ſignificat, Deum prout eſt fons eſſendi. Et ſic verificatur quod Sapiens dicit, quod in veſte podẽris eius, id eſt, in veſte talari, totus erat ſcriptus orbis terrarum. Vt intelligat Sacerdos atq; Prælatus, quod à pede vſque ad caput habet ſuper ſe vniuerſum orbem, & quod eſt Omnipotentis Dei ac Creatoris omnium miniſter, & quod vniuerſus orbis ſuo eſt addictus miniſterio, vt illum recta fide illuminet, & bonis moribus inſtruat. Et ideò dicitur ſal terræ, & lux: quoniam cœlum & terram, & ea quæ cœli ambitu continentur, ſub ſua ſe habere cura intelligat. Sed obſerua quod quemadmodum ædificium, quod in hoc mõte Chriſtus ædificare aſcendit, huius terris nouæ, ac ciuitatis nouæ eſt ſupernaturale, ita & fundator eius, qui eſt Chriſtus Dominus, homo eſt ſupernaturalis, quia eſt homo & Deus ſimul. Ciuitas etiam ipſa ſupernaturalis eſt & cœleſtis: nam è cœlo eam vidit deſcendere Ioannes in Apocalypſi: miniſteria deinde ſupernaturalia ſunt, atque miniſtri: quoniam omnia hæc tendunt ad hoc, quod homines faciant beatos. Deinde conſidera quod eſſe beatum non eſt homini naturale, ſed eſt vltimus eius finis, ad quem per ſua opera moueri debet: Quoniam ſuis actionibus res ſuum vltimum finem conſequuntur, ſicut graue ſuo pondere ad centrum deſcendit, & leue aſcendit. Cæterum ex his actionibus, quæ media ſunt ad conſequendum finem vltimum, quædam ſunt adeò efficaces, vt ipſummet finem efficiant, ſicut medicina quæ eſt medium ad conſequendam ſanitatem ipſamet efficit eã, quæ eſt finis eius: eo quod media hæc habent proportionem cum fine. Attamen beatitudo hominis eſt ſupernaturalis, quare opera ſua ex ſe ipſis nullam habent proportionem cum iſto fine, niſi per gratiam Dei ad hoc eleuentur. Vnde opera noſtra non efficiunt hunc finẽ; ſicut medicina ſanitatẽ, ſed ab alia cauſa ſuperiori debet homini prouenire ſuus finis, nempe à Deo. Sed per opera noſtra Chriſtiani poſſumus mereri, vt Deus nobis hunc conferat finem, qui eſt beatitudo noſtra, & hoc merentur opera iuſti. Hoc docet Diuus Thom. 1. p. quæſt. 62. artic. 4. Quare ſicut finis noſter eſt ſupernaturalis, ita & media quibus illum conſequi debemus ſupernaturalia ſunt, quæ nobis præbere debet ipſemet Deus, qui finem prœbet, ſecundum illud Pſalm. Gratiam & gloriam dabit Dominus. Cæterum non ſolum finis & media, quæ ſunt gratia & virtutes per ſe infuſę, ſupernaturalia ſunt, verumetiam & miniſteria quibus hæc cõferuntur. Quare poteſtas quam miniſtri Dei habemus ad dimittendum peccata, & conferendum gratiam in nomine Chriſti tanquam eius vices gerentes, etiam eſt ſupernaturalis. à primo Sacerdote Chriſto per alios miniſtros eius nobis ſupernaturaliter proueniens. Et non ſolum miniſterium eſt ſupernaturale, verumetiã & miniſtri, in quantum ſupernaturalia opera exercemus ſupernaturales etiam ſumus: quoniam non ad miniſteria naturalia, ſed ad ſupernaturalia acciti ſumus. Quare & nomina quæ nobis imponuntur, tanquam miniſtris huius ſupernaturalis mininisterij, etiam ſunt ſupernaturalia, quæ hæc ſupernaturalia miniſteria ſignificarent, & ideò nos vocat ſal, lucem, ciuitatem ſupra montem, lucernam ſuper candelabrum. Creauit

Sapien.18

Exod. 39

Apoca. 21

D. Thom.

Pſal. 83.

Deus

Deus Adam primum hominem, & adduxit ad eum omnia animalia, vt illis imponeret nomina: & quia ſapiens erat, & per ſcientiã infuſam omnium rerum naturas ac quiditates callebat: illis impoſuit nomina, quę ſignificarent propriam vniuſcuiuſque rei naturam. Vnde dicitur ibi: Omne quod vocauit
Geneſ.2. Adam: ipſum eſt nomen eius, hoc eſt ſignicans propriam naturam eius. Idem fecit cũ Eua vxore ſua, cui primò impoſuit nomen Virago, quia à viro ſumpta erat, & poſtquã peperit filium, Euam vocauit eam: eo quod eſſet mater omnium viuentium. Et idem fecit Dominus cum Abraham, & Sara, cũ eis nomina mutauit, poſtquam Abraham eleuauit, ad hoc quod eſſet pater omniũ credentium in Chriſto. Sic nouus hic conditor huius noui orbis quem modò conſtituit, facit. Eleuabat diſcipulos ſuos ad noua & ſupernaturalia munia, noua etiam ac ſuperna turalia nomina eis impponit. Vnde & Simonii impoſuit nomen Petrus: quoniam ſuper illum tanquam ſuper petram ædificaturus erat Eccleſiam ſuam. Ioannem vocat filium tonitrui: quoniam Euangelium ſuum altiſsimum ſuper vniuerſum orbem tonare debebat, & modò vocat eos Sal, Lucẽ, Ciuitatem, quoniam ad hæc officia eos promo-
Eſai.51. uebat. Ecce ego poſui te (ait Propheta) vt plantes cœlos, & fundes terram. Ad hanc terram quam fundat, nouos agricolas, ac cultores elegit, & ideò dicit illis. *Vos eſtis ſal terræ*: Ad hoc cœlum nouum quod plantat, nouas etiam luces creat, & ideo dicit illis: *Vos eſtis lux mundi*. In hunc nouum orbem quem condit nouas etiam ædificat ciuitates, & arces ſuper montes inexpugnabiles poſitas, & ideo eos vocat ciuitates. Ecce horum nominum rationes. *Vos eſtis lux mũdi*. Eſt nè res aliqua æſtimabilior quã lux? Vident oculi noſtri amabiliorem aliquã rem, quam ſit lux? Minime certe. Nam ideo tantum apud nos æſtimatur ſol: quoniam eſt fons atque origo huius excellentiſsimę qualitatis, quæ eſt lux. Hoc ergo officium, hanc nomenclaturam tribuit: Deus ſuis diſcipulis hodie. Vos eſtis luces ac ſoles mundi. Non ſine cauſa dicebat Dauid: Mihi nimis
Pſal. 138. honorificati ſunt amici tui Deus. Nam quis maior honor excogitari poteſt, quam hominibus titulos illos ac nomenclaturas communicare, quibus Deus ipſe nominatur ac honoratur? Reges temporales vocabunt aliquem ex amicis ſuis, vel Comitem, vel Marchionem, vel (ad ſummum) Ducẽ, cœterum Regem nullum omnino dicent, nec patientur tali nomine aliquem ex ſuis ſubditis appellari. Deus aute adeò cũ ſuis amicis amicus liberalis eſt, vt nomina propria ſua eis communicare non pigeat: Deos enim eos vocat ſecundum illud Pſalm. Ego dixi Dij
Pſal.81. eſtis. Et quoniam ipſe per excellentiam vocatur lux mundi, ſecundum illud Ioann.8.
Ioann.8. Ego ſum lux mundi, hunc etiam illuſtriſsimum titulum hodie ſuis communicat cùm dicit: *Vos eſtis lux mundi*. Id eſt, eſtis id quod ego ſum. Cæterum ſemper magnum mediat interſtitium, in his appellationibus inter Deũ & homines. Quoniam (vt docet
D. Thom. D. Thom. quæſtione.13. primæ partis) nomina quæ propriè dicuntur de Deo, & non ſolum methaphoricè, cùm ad creaturas trãſferuntur, æquiuocè, & ſecundum analogiã de illis dicuntur, & non ſecundum eam proprietatem, qua dicuntur de Deo. De Deo quippe dicuntur eminenter, eſſentialiter, & perfectè, de creaturis vero imperfectè, accidentaliter, & per participationẽ. Quod autem eſt tale per participationem, non adęquat id quod eſt tale per eſſentiam, nec poteſt ei æquiparari: quoniam effectus nõ poteſt totum quod eſt in cauſa participare, niſi ſecundum ſuam capacitatem & naturã, maximè quando cauſa eſt alterius rationis. Quare in ipſa phraſi ac modo loquẽdi Scriptura id nobis inſinuare videbimus. Nam ea nomina quæ dicta de Deo, vel de Chriſto etiam communicantur creaturæ, cũ ea de, Deo vel de Chriſto dicit Scriptura, altiori modo etiam in verbis ipſis ipſi ea attribuit quam creaturis. Talibus enim terminis talia nomina Deo vel Chriſto tribuit, vt in eis ſuperexcellentiam eius ad creaturas exprimere videatur. Verbi gratia, Chriſtus dicitur Deus, homines etiam dicuntur Dij, ſed homines per participationẽ vocantur Dij, Chriſtus verò per eſſentiam. Quod diſcrimen Dominus videtur inſinuare apud Ioannem, cùm adducens hoc teſtimonium Pſalmiſtæ. Ego dixi Dij eſtis, quaſi illud explicando, ſubdit. Si illos (inquit) dixit
Ioann. 10 Deos ad quos ſermo Dei factus eſt, & non poteſt ſolui Scriptura, quem Pater ſanctificauit & miſit in mundum vos dicitis: Quia blaſphemas, quia dixi filius Dei ſum? Loquitur de ſe ipſo quatenus Deus & homo ſimul, & vult dicere quod altiori & veriori modò ipſe dicitur Deus quam cæteri iuſti. Quoniam alij dicuntur Dij qui hoc donum acceperunt à Deo, nempè verbum ſuum, quod

quod illos participes, & quaſi cõſortes diuinæ naturæ facit, cũ illi in veritate credunt. Chriſtus autẽ eſt Deus, per donum vnionis perſonalis, qua factum eſt, vt natura noſtra diuinæ perſonę fuerit vnita, ac proinde perſona illa, quæ eſt Chriſtus, in veritate & ſecundũ naturã & eſſentiã ſuam dicitur Deus: quoniam eſt perſona verbi, quod in principio erat apud Deũ, & Deus erat verbũ. Sed attende vt melius intelligas, quod aliud eſt loqui de perſona Chriſti per ſe (nam ſic ex natura ſua habet quod ſit Deus) aliud eſt loqui de eadẽ perſona, ſecũdum quod eſt ſuppoſitum huius humanę naturæ, & ſic etiam altiori modo dicitur Deus, nempe per vnionem perſonalem. Ecce eminentiã qua Chriſtus inter alios iuſtos vocatur Deꝰ. Quã Deitatis naturã etiã explicat, in illo verbo (miſit in mũdũ.) Nã in perſonis diuinis vnã aliam mittere, nec dicit ſuperioritatẽ, nec imperiũ ſed tãtũ originẽ, eo modo loquendi quo dicimꝰ, arbor mittit flores, quoniã eſt origo florũ, & ita Filius mittitur à Patre, in quãtũ ab illo procedit, & Pater dicit mittere illũ: quia eſt origo eiꝰ ac ſimplex principiũ nõ cauſa. Vult ergo dicere, quod ſua diuinitas eſt ei naturalis, in quantum à Patre originaliter ab æterno procedit. Et miſit in mundũ. Ergo anteà quam eſſet mundus, iam ipſe erat in principio apud Deum: Quoniam Deus non eſt pars vniuerſi, ſed ipſe per ſe conſtituit aliud vniuerſum, ſed mittens Filiũ ſuum cùm noſtrę carnis ſubſtantia: illũ fecit partem iſtius vniuerſi, ſicut quilibet aliorũ ho
Pſal. 81. minũ eſt. Ecce ergo quomodo ſingulariter, hoc nomen dicatur de Chriſto. Eodem modo iuſti dicũtur filij Dei in illo met teſtimonio, Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes.
1. Ioan. 3. Et Ioannes ait: Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & ſimus. Chriſtus etiam dicitur filius Dei, ſed altiori ac veriori modo, ſecũdum illud.
1. Ioan. 5. Vt ſimus in vero filio eius. Non dicit eũ verũ filiũ, quia nos ſimus filij falſi (verè enim ſumus filij eius) ſed vt oſtendat ſuperexcellentiã, qua ipſe eſt filius Dei. Ille enim eſt filius naturalis, nos adoptiui, ipſe eſt filius Dei per ęternã generationẽ, nos per gratiã: ſua filiatio nõ alij innitur, quoniã eſt naturalis, noſtra quia eſt adoptiua fundatur ac innititur in ſua: Quoniã filiatio adoptiua fundatur in naturali, ad cuius ſimilitudinẽ fit.
Iacob.1. Vnde Iacob. volũtariê genuit nos, in ipſo ante mũdi cõſtitutionẽ. Ideo ergo dicitur Chriſtus verus filius Dei: quia naturalis, ad differentiã noſtræ filiationis, quæ eſt adoptiua. Quinimo nõ ſolũ in terminis illis qui eſſentialiter dicũtur de Deo tenet hęc doctrina; verũ etiã in illis qui ſecundũ metaphoram Deo tribuũtur: Nã excellentiori modo ſecundũ illã ſimilitudinẽ dicũtur de Deo, vt
Ioan. 14. eſt illud Ioã.14. Ego ſum vitis vera, Nõ quod ipſe ſecundũ naturã ſit vitis, ſed quod quantũ ad proprietates, & ſimilitudines cũ ea, in animabus exercet eas eminẽtiori modo, quã ipſa vitis in corporibus. Ad propoſitũ ergo: Chriſtus dicitur lux, & nos etiã vocat luces, ſed vt oſtẽdatur eius ſuperexcellentia, quantũ ad hoc quod eſt lux. Dicitur de
Ioann.1. illo Ioan.1. Erat lux vera, quę illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundũ. Lux vera dicit: quia lux perfectiſsima, lux in qua infinite cõtinetur, quidquid pertinet ad lucẽ. Lux vera. Verũ, eſt obiectũ intellectus, quod cũ illo maximè cõuenit, dicere ergo quod eſt lux vera, eſt dicere, quod eſt lux ſumme intelligibilis, quantum eſt de ſe: eo quod eſt ſumma veritas. Sicut ſol eſt maximè viſibilis, quantũ eſt de ſe, licet ob imbecillitatẽ noſtri viſus nõ poſſimus illũ videre. Ipſe quidem eſt lux per eſſentiam, ſicut cauſa lucis, alij per participationẽ eius. Ipſe
Geneſ.1. lucẽ corporalẽ fecit; ſecũdũ illud Gen.1. Tenebrę erãt ſuper faciẽ abyſſi, & dixit Deus fiat lux, & facta eſt lux. Eſt etiã efficiẽs cau
Pſal.4. ſa lucis naturalis hominis, ſecundũ illud: Signatum eſt ſuper nos lumẽ vultus tui Dñe. Cæteræ inferiores creaturæ ſunt lumen pedũ Dei: quoniã ſolũ ſunt veſtigiũ quodam Dei indicãtes, quod per illas trãſiuit Deus, & quod in eis veſtigiũ quodã ſuæ ſapiẽtiæ Simile. impreſſum reliquit, ſicut quãdo homo veſtigium impreſsit in arena, cognoſcimus quod homo per illũ locũ tranſierit: nõ tamen inde intelligimus, quis, vel qualis fuerit ille
Eccleſ.1. homo. Nã ſcriptũ eſt quod Deus effudit ſapiẽtiã ſuã ſup oĩa opera ſua. At vero homo eſt lumẽ vultus ac faciei: quoniã per lumen naturale ꝙ habet poteſt Deũ aliqualiter cognoſcere, nẽpe ꝙ ſit, & ꝙ ſit infinitꝰ & æternꝰ, primꝰ motor, & prima cauſa efficiẽs; & alia huiuſmodi. Eſt quippe ad imaginẽ Dei, & ideo eſt lumẽ vultꝰ eiꝰ. Eſt etiã Deꝰ principiũ efficiẽs luminis ſupnaturalis, ſecũdũ illud Pau. Deꝰ qui dixit de tenebris lumẽ ſplẽ
2. Cor. 4. deſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientię claritatis Dei, in faciem Chriſti Ieſu. Hoc eſt dicere, quod ipſemet Dominꝰ, qui cũ tenebrę occupabãt terram dixit, Fiat lux, & illuminauit tene-

bras, ipſe cũ corda noſtra eſſent obſcurata
abſq, cognitione Chriſti Ieſu, illuſtrauit ea
hoc ſupernaturale lumine. Ipſe igitur eſt
lux per eſſentiam, à quo deriuatur lux ad
omnes alias creaturas, quæ ad illum pergũt,
vt accendant lucernulas ſuas; vnde non vo-
cantur luces in abſtracto, ſed in concreto
Ioann. 1. lucernæ. Quare vbi apud Ioann. dicitur de
Baptiſta: Nõ erat elle lux, eſt apud Græcos
articulus, ocheos, ideſt, non era illa lux, quæ
eſſentialiter ſic dicitur. Vnde de illo dicit
Chriſtus. Ille erat lucerna ardens & lucens.
Non lux ſed lucerna accenſa, in iſta luce.
Et hic vbi homines vocat lucẽ, vt ſe explica
ret, in quo ſenſu eos ſic appellaſſet ſubiun-
git. *Nemo accendit lucernam, & in abſcondito
ponit.* Quaſi diceret homines etiam iſtos eſ-
ſe lucernas, qui à vera luce eam quam ipſi
habent mendicant. Itaq; ipſamet Scripturę
phraſis nos docet, quod tales excellentiæ
nulli alij conuenire poterunt, niſi Chriſto,
Auguſt. ſecundum illam regulam Auguſt. 2. libr. de
doctrina Chriſtiana, vbi docet, quod quan
do ſacra Scriptura de aliquo ſingulari homi
ne loquens: talia ac tanta videtur dicere de
eo, quod ſuperent capacitatẽ eius; de Chri
ſto ea tunc debemus intelligere. Quoniam
multa de mẽbris ac partibus dicuntur, quę
de capite ac de toto debent potius intelligi.
Quemadmodum in Pſalmis multa præ-
dicantur de Salomone, ac præcipuè Pſalm.
71. quæ nullatenus in illo Rege verificata
Pſal. 71. ſunt, nec verificari potuerunt, & ideo ad ve
rum Salomonẽ referenda ſunt, nimirum ad
Chriſtum, cui omnia congruunt, vtpote in
Coloſ. 2. quo ſunt omnes theſauri Dei abſconditi.
Ioann. 1. Vnde id quod de illo dicitur, quod erat lux
vera, quæ illuminat omnem hominem ve-
nientem in hunc mundum, ipſamet verba
teſtantur, quod nulli alij poſſunt conueni-
re quam Chriſto Domino. Quis enim om-
nes homines illuminare poſſet, niſi ipſe qui
lux vniuerſalis eſt? Nam & Paulus lumina-
re magnum fuit, non tamen vniuerſum or-
bem illuminauit, ſed ab Hieruſalem vſque
ad Illyricum (vt ipſemet teſtatur) repleuit
Euangelium Chriſti. Deinde ſolum ſenſus
exteriores ſua prædicatione illuminabat
proponens illis hanc lucem: nã corda ſolus
Deus illuſtrare poterat. Igitur aliter Apoſto
li lux dicũtur, aliter Chriſtus. Illi enim di-
cũtur lux per participationẽ, Chriſtus per
Simile. eſſentiã, qui tanquã Pater luminũ, in eis ge-
nerat lumen quodã ſimillimũ ſibi. Quemad
modũ & in cœlo videmus ſolẽ, per reflexio
nẽ radiorũ ſuorũ aliũ ſolẽ, immo & alios ſo-
les quaſi videri generare: quoniã recipiũtur
radij ſui luminoſi, in materia limpida ac cla
ra, quæ quaſi ſpeculũ quodã recipit ipſum
ſolẽ, & aſsimilatur ei, & refert illũ. Quod
fit cũ aër ab alijs vaporibus purificatus eſt.
Sic Sol hic iuſtitiæ Chriſt⁹ Deus noſter ſuo
rũ diſcipulorũ animas mũdauit, ac puriſsi-
mas reddidit, & ob hoc eas hodie in montẽ
aſcendere facit, quaſi volens vapores iſtos
à terra eleuare, hoc eſt, eorũ animas ab om-
ni terrena infectione immunes reddere, &
eas veluti ſpecula limpida, quaſi chryſtallũ
facere, vt recipientes radios iſtos luminoſos
ſoliſte ceuin ſpeculũ quoddã reflecteret, &
ſimilitudinẽ quandã ipſius Solis iuſtitiæ re
ferrẽt, & poſſet tũc ad illos dicere. *Vos eſtis
lux mundi.* Id eſt, eſtis veluti trãſumptũ quo
dã meũ, qui lux ſum mũdi. Et poſſet etiã di
cere D. Paul. 2. Cor. 3, Nos vero omnes reue *2.Cor.3.*
lata facie gloriã Dñi ſpeculãtes, in eandem
imaginẽ trãsformamur à claritate in clari-
tẽ, tanquã à Dñi ſpiritu. Hoc eſt, nos tãquã
filij Aquilæ facie ad faciẽ intuemur Solẽ, ſi
cut & diſcipuli Chriſtũ intuebãtur & ipſe
illos. Vt Luc. refert, quaſi qui in eos ſuã lu- *Luc.6.*
cem imprimere volebat, & eos ſoles facere
gloriã Dñi ſpeculãtes, vel inſpeculãtes (vt
aliqui ex Græcis legũt) hoc eſt tanquã ſpe-
cula hanc lucẽ recipiẽtes, vt eã alijs redda-
mus, quẽadmodum ſpeculũ imaginẽ recipit,
vt alijs videndã reddat, ſic & nos Apoſtoli *Simile.*
veluti ſpecula hanc recipimus lucẽ, vt alijs
in nobis tanquã in chryſtallo quodam eam
intueantur, & ab ea illuminẽtur. In eandem
imaginẽ trãsformamur, tanquã à Dñi Spi-
ritu. Hoc eſt, conuertimur in ſoles ac luces
conformes imagini illi, à qua hanc lucem
recipimus, quæ eſt Spiritus Dei, qui eam
nobis confert. A claritate in claritatẽ. Hoc
eſt, ab interiori claritate, ad exteriorem,
nempe quod recipimus interius in cor-
dibus, ac intellectibus noſtris hanc lu-
cem, & exterius alijs eam reddimus, verbis
noſtris illam hominibus oſtendentes. *Vos
eſtis lux mundi.* Lux à me communicata non
in veſtros vſus dumtaxat, ſed vt mundo
illam communicetis. Ac ſi diceret eis.
Volo vos tanquam Vicarios meæ lucis
conſtituere, vt cùm ego aſſumptus fuero
à mundo (nam quamdiu ſum in mundo
lux ſum mundi) vos illuminando meas
vices agatis. Quemadmodum Sol ſuam lu- *Ioann. 9.*
cem communicat lunæ, & alijs aſtris cœle- *Simile.*
ſtibus, vt cum nocte adueniente ille ab hoc
mundo

mundo abfuerit, illa ſint veluti vicem gerẽ
tia ſuæ lucis, ſculpturæ illę cœlorum, quæ
veluti carbunculi fulgent. *Aquellos eſmaltes
del cielo.* Suo lumine illuſtrent orbem. Sa-
piens in Eccleſ. c. 41. vocat ſolem vas admi
rabile, opus excelſi. Sicut em fecit ſolẽ velu
Eccleſ. 41. ti vas ſuæ lucis quam per totũ mundum de-
ferret, ſic & Apoſtolos ſuos tanquam vaſa
Simile. ſuæ lucis ſuis manibus fabricauit, vt doctri-
nam ſuam quæ vera lux animarum eſt, per
totum portarent orbem. Vnde & Paulum
vas vocauit cùm dixit ad Ananiam. Vas ele
ctionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum
coram Regibus, & gentibus & filijs Iſrael.
Nomen autem Chriſti lux eſt cordium. Vn
de & Pſalm. 18. dicitur: In ſole poſuit taber
Pſalm. 18 naculum ſuum, vbi alia litera habet ſecun-
dum Hieron: Soli poſuit tabernaculum ſuũ
hoc eſt, Chriſto, qui eſt ſol iuſtitiæ dedit ha
Hieron: bitacula, ac vaſa in quibus reciperetur, &
habitaret ſua lux, atq; veluti ſol mouerẽ-
tur ad illuminandum omnes homines hu-
ius mundi. Vel dic, quod ideo ſolem vocat
uas: quoniam hæc eſt ſacræ Scripturæ phra
ſis, vt inſtrumenta cuiuſcumq; rei vocet va
ſa: vaſa bellica, hoc eſt inſtrumenta bellica.
Et illud Pſalm. In eo poſuit vaſa mortis, hoc
Pſalm. 7. eſt inſtrumenta, quæ ſolent adducere mor-
tem, ac homines interficere, ſic ſol dicitur
vas lucis Dei, hoc eſt inſtrumentum lucis.
Homines etiam ſunt vaſa hoc eſt, inſtrumẽ
ta huius lucis, nec enim ſunt principalia
agnetia, ſed inſtrumenta dumtaxat quæ vir
tutẽ lucẽdi, ac motũ à cauſa principali quę eſt
Chriſtus recipiunt. Vnde Baruch. 3. dicitur:
Baruch. 3. Stellæ dederunt lumen in cuſtodijs ſuis, &
lætatæ ſunt, vocatæ ſunt & dixerunt, adſu-
mus, & luxerunt ei cum iocunditate qui fe
cit illas. Videntur enim ſtellæ dare lucem
in cuſtodijs ſuis, quaſi milites cuſtodientes
arcem, qui vigilias noctis cuſtodiunt, vigilan
tes ſuper arcem, & ſpeculantes cum luce,
nè hoſtes improuiſò adueniant. Sic ſtellæ
videntur cuſtodias ac vigilias noctis ſerua-
re ſuper orbem, nè in abſentia ſolis pereat.
Hacen la guardia y la centinela al mundo. Læ
tatæ ſunt: Proſopopœia eſt, & analogica lo
quutio, cùm ea quæ hominum ſunt alijs tri
buuntur per ſimilitudinem, quemad-
modum & pratum dicitur ridere, cum flo-
ribus ac virore planum eſt: eo quod lętitiam
quandam in oculis aſpicientium cauſet. Sic
ſtellæ dicuntur lætari: quia cùm de nocte
nobis ſuas emittunt luces, apparet quod cœ
lum per ipſas tanquam per ora rideat
atque lætetur, & in oculis aſpicientium
lætitiam quandam ac admirationem effi-
ciunt. Vel dicuntur lætari, vt oſtendatur
promptitudo & hilaritas, qua mandata Dei
exequuntur, qui eis præcepit, vt has no-
ctis vigilias ſuper orbem cuſtodirent. Vo-
catæ ſunt & dixerunt (adſumus.) Nam di- *Geneſ. 1.*
xit Deus: Fiat lux, & facta eſt lux. Et lu-
xerunt cum iocunditate, ei qui fecit illas.
Hoc eſt, ad gloriam Dei lucent non ad
ſuam, vt lux principalis cauſæ intelligatur.
Lucent, non vt ſibi illa pulchritudo impu-
tetur, qui tantum inſtrumenta ſunt, & hoc
ſumma cum iocunditate faciunt gauden-
tes, in hoc maximè quod ipſa inſtrumenta
ſint Dei, per quorum pulchritudinem quan
to ſpecioſior ſit factor eorum cognoſcatur.
Sic & nos tanquam Dei inſtrumenta ei lu- *Simile.*
cere debemus, qui nos fecit luces ſuas, ſicut
inſtrumentum mouetur ad opus, non quod
decor operis inſtrumento tribuatur, ſed
principali agenti. Quod ſtatim ipſe Chri-
ſtus nos docet cùm dicit: Sic luceat lux ve-
ſtra coram hominibus; vt videant opera ve-
ſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum
qui in cœlis eſt: Quare Thimiama illud
ex tot rebus odoriferis confectum, quod
in templo in honorem Dei cremabatur, in-
terdicebat ſub pœna mortis ne in alios vſus
prophanos cremaretur, vt habetur Exod. *Exod. 30.*
30. Sic vnguenta doctrinæ Chriſti, per quę
eius bonus odor ſumus, non debent in vſus
prophanos cremari. Hoc eſt Prædicator
Euangelicus, non humanam ac propriam
laudem intendere debet. (Hoc enim eſſet
in prophanos vſus Thimiama conuertere)
ſed ſolummodo gloriam Dei in proximis
oſtendere quærat. Quis enim maior honor
mihi prouenire poterit, quam quod per me
glorificetur Deus ab omnibus, & gloria eius
in vniuerſum excreſcat orbẽ? Ecce quomo-
do Deꝰ eſt cauſa principalis huius lucis, nos
autem inſtrumẽtalis, qui moti à Chriſto ope
ramur ad gloriam eius. Sed quoniam Chri
ſtus Dominus non ſolum eſt cauſa effecti-
ua & finalis hius lucis, verumetiam eſt cau-
ſa exemplaris omnium rerum, ad cuius ſimi
litudinem quiquid perfectum in rebus crea
tis eſſe poteſt debet exprimi, ideo oportet
ſcire quo pacto ipſe ſit lux omniũ rerũ, vt
ad eius ſimilitudinẽ & nos noſtrũ miniſteriũ
exprimamus. Primò ipſe eſt omniũ rerum
Magiſter ac Doctor, qui omnes creaturas
ſuas exequi operationes docet, nõ ſolũ ratio
nales verũetiã irrationales, quoniã tãquã au

thor naturę ad ſuas ꝓprias operationes eas ducit. Ideoquippe dicit op⁹ naturę, op⁹ intelligētię: quoniã ita infallibiliter ſuos fines naturales attingunt, cũm tamen eos non cognoſcant, quod per hoc euidenter cognoſcitur ab aliqua alia cauſa ſuperiori eas dirigi.

ſimile. Quemadmodum qui videt ſagittam attingentem ſcopum, clare colligit, quod ab aliquo ad illum ſit directa, etiamſi ipſum non viderit. Creauit Deus à principio prima indiuidua omniũ rerum, & reliquit in eis impreſſam virtutem alia ſimilia generandi ac producendi, Ac ſi dixiſſet illis: Videtis qualia ego hæc prima indiuidua feci, ad horum ſimilitudinem debetis vos & alia generare. Vt Deus à principio fecit germinare terrã, plantas, & arbuſta, quibus reliquit ſemen vt alias ſibi ſimiles producerent. Ac ſi doceret plantas, ac diceret. Ad harum ſimilitudinẽ alias debetis ꝓducere, & ſimiliter in animalibus fecit. Vnde & prima operatio creaturæ rationalis tribuitur authori naturæ, ac ſi eas inſtrueret dicens: Ad huius ſimilitudinem & exemplar veſtras operationes operari debetis. Quare prima operatio tã Angeli, quam hominis, ſi in homine inueniretur, non poteſt eſſe peccatum: quoniam attribuitur authori naturæ, qui te voluit docere, quod ad ſimilitudinem illius operationis (quæ bona eſt) deberes tu & alias actiones operari. Hoc idem & multo melius, in ſupernaturalibus actionibus facit. Cũm igitur homines facere luces decreuerat docuit eos, quo pacto hoc officium exercere deberent. Et ad hunc finem aſcendit in montem & ibi aperiens os ſuum dixit: Beati pauperes ſpiritu, beati qui lugent, qui eſuriunt: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum, gaudium, atque ſaturitas, &c. Ac ſi diceret eis: Hæc eſt lux qua illuminare debetis homines, oſtendere illis, quomodo ſub paupertate ſint diuitiæ, ſub mœrore gaudium, ſub fame ſaturitas. Ad hoc enim hoc ſupernaturali lumine egent homines. Quare primum dixit eis quod eſſent Sal terræ. Quoniam docere debebant homines hanc paupertatem, hanc famen, has lachrymas, hæc opprobria. Sed protinus eos luces facit: vt poſtquam docuerint illa omnia quæ hominibus aduerſa appareant, tanquam luces oſtendere poſſint ibi eſſe diuitias, honores ac præmia. Quod videtur cõtigiſſe Petro & condiſcipulo ſuo Ioãni. Nã cũ aſcenderẽt in tẽplum ad

Actor. 3. horã orationis nonã, & claudus quidã, ab vtero, intẽdẽs in eos, peteret ab eis eleemoſynã reſpondẽs Petrus dixit: Argentũ & aurum nõ eſt mihi: quod autẽ habeo hoc tibi do, In nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti ſurge & ambula. Et apprehenſa manu eius dextera alleuiauit eũ, & protinus cõſolidatę ſunt baſes eius & plantę. Nam cũ Petrus dixiſſet Argentum & aurum non eſt mihi: voluit docere quomodo ipſe eſſet pauper, ſed vt declararet theſaurũ qui ſub illa paupertate tegebatur tanquã illuminans hanc veritatem ait: In nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti ſurge, & ambula. Ecce officium lucis Euangelicæ, has veritates illuminare. Hoc ergo eis vult dicere Chriſtus: *Vos eſtis lux mũdi.* Hoc eſt, has veritates debetis docere, nõ naturales quas docuit Plato aut Ariſto. Vnde cũ Simon Magus diſputationẽ iniſſet cum D. Petro; interrogauit eũ diffinitionẽ mali. Et reſpondit Petrus: Magiſter meus Chriſtus, non docuit nos diffinitionẽ mali, ſed quomodo deberemus fugere malũ. Hæc enim debet eſſe noſtri magiſterij ſubſtantia, ſupernaturalia quæ ad beatitudinẽ ordinantur docere, & hac luce mentes hominũ illuſtrare: quoniam hæc lux potior eſt omnib⁹ ſcientijs naturalibus, ſecundũ illud Sap. 7. *Sap. 7.* Eſt enim ſpecioſior ſole, & ſuper omnẽ diſpoſitionẽ ſtellarũ, luci cõparata inuenitur prior. Illi enim ſuccedit nox: ſapientiam autẽ nõ vincit malitia. Hoc eſt, quod hęc ſapiẽtia diuina lucidior eſt omnibus ſciẽtijs naturalibus: quoniã (vt Ariſto. docet) minimũ de *Ariſt.* cognitione diuinorũ, deſiderabilius eſt quã quælibet cognitio rerũ naturalium. Dicitur enim lucidior ſole, cuius tamen effectus ſupereminẽt omnibus his inferioribus. Vnde Eccle. 43. dicitur: Altitudinis firmamentũ *Eccleſ. 43.* pulchritudo eius eſt, ſpecies cœli in viſione glorię. Sol in aſpectu annũtiãs, in exitu vas admirabile, op⁹ excelſi. Ac ſi diceret, huius mũdi (qui dicitur firmamentũ) pulchritudo eſt ſol, qui etiã eſt ſpecioſitas cœli. Apparet enim veluti ſimilitudo, ac expreſsio quædã gloriæ Dei. Itaq; ſol nõ ſolũ ſpecioſum reddit cœlũ, verũ etiã & terrã pulcherrimã facit quoniã facit luce ſua, vt ſpecioſitas eius appareat. Vnde dicit. Solin aſpectu annũtiãs: in exitu, vas admirabile, op⁹ excelſi. Nã quãdo ſolorit, radijs ſuis incipit lętificare terrã, & ꝓpiã pulchra quę in ea ſunt oculis omniũ manifeſtẽt. In exitu autẽ cũ plenus luce cernit, apparet vas quodam admirabile aurum radijs lucidiſsimus ſplendens, partim roſeo colore, partim aureo diſtinguens cœlum, in quo maximè apparet opus eſſe

excelſi illius artificis qui omnia ſua ſapientia formauit. Vas admirabile, opus excelſi. Excellentia quadam dicitur ſol opus excelſi Dei: quoniam illud opus dicitur eſſe proprium artificis, quod maximè accedit ad ſapientiam ſuæ artis, & in quo plus ſplendet excellentia eius. Sapientia autem Dei inter hæc viſibilia plus videtur ſplendeſcere in ſole, quam in alijs creaturis: propter excellentiam lucis, & aliorum effectuum

Chryſoſt. eius. Dicit enim D. Chryſoſto. ſuper cap. primum Ioann. quod ſol continet in ſe eminenter formas, & ſpecies atque effectus huius mundi viſibilis, ſicut cauſa vniuerſalis omnium generabilium, & corruptibilium.

Plotinus. Et magnus ille Philoſophus Plotinus exponens ſomnium Scipionis quod Cicero eleganter ſcripſit ait, Solem vocari caput, principem, ac moderatorem luminum, animam mundi, & cor cœli. Caput dicitur quoniam cætera luminaria præcedit ſuæ lucis maieſtate, ac ideò dicitur ſol: quoniam ſolus eſt qui ex ſe ipſo habeat lucem. Eſt autem mo-

Macrobi. derator luminum (vt dicit Macrobius) quoniam ipſe efficit motum retrogradum ab Occidente ad Orientem, & ſtationes ſtellarum, quæ dicuntur erraticæ. Sed anima mundi nuncupatur hac ſimilitudine. Quoniam ſicut quidquid homo facit, à deliberatione animæ procedit: ſic omnia quæ in hoc orbe ſublunari contingunt, ſunt veluti effecta ipſius ſolis, preter ea quæ libero ſubſunt arbitrio, quæ tamen, licet indirectè, etiam per ſuas influentias adiuuat, vnde ab eo diſtinctio temporum eſt: nempe Dies, & Nox: Ver, & Hiems: Æſtiuũ tempus & Autumnale. Eſt autem & cor cœli, quoniam ſicut cor in medio corporis eſt, & omnia mẽbra viuificat, ſic ſol in medio cœli omnibus viuentibus vitam tribuit. Et ſicut defficiente corde defficit motus, ſic defficiente ſole, omnia viuentia, & mobilia defficerent. In his ergo proprietatibus ſol mirabiliter Deum imitatur. In ipſo quippe ſunt formæ, ac eſſentiæ rerum ſuperna quadam eminentia, ipſe eſt princeps ac moderator omnium rerum, per cuius voluntatem omnia gubernantur, in quo viuimus, mouemur, & ſumus, atq; in his omnibus in immenſum excedit ipſum ſolem. Et præterea ſoli ſuccedit nox, nã tenebræ poſt illũ ſunt, ſed tamen tenebrę in Deo non ſunt vllę (vt ait

1. Ioãn. 1. Ioan.) Nã ſapientiã non vincit malitia, nec *Sap. 7.* in eo ſunt tenebrę ignorãtiæ nec culpę. Huiuſcemodi etiã eſt doctrina quã nos prædicamus lucidior ſole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarũ: Omnes enim alias ſcientias, tã naturales, quã adquiſitas, lõge ſuperat. Illis enim ſuccedit nox, ſapientiam autem, non vincit malitia. Nã in ſcientijs illis naturalibus tenebrę ignorantiæ, ac erroris immiſcẽtur, noſtra autem doctrina tota eſt lux ac veritas, nec hanc ſapientiam malitia erroris vincere poterit. Sed tamen ſicut ſol eſt princeps lucis, ita & nos alios debemus in hac luce pręcedere, tam quoad intellectum, quam quoad voluntatem. Secũdum illud Eſai. Præcedite, præcedite ante *Eſai. 13.* eos, leuate ſignum & ingrediantur portas Duces. Primi enim qui occupant portas vrbis Duces eſſe debent, etiã inter confertos hoſtes irrumpentes. Ita & nos portas cœli, per vim in hoſtes irrumpentes capere primi debemus. Et ſicut ſol ſuper terram eleuatur & in cœlo cõſiſtit, ſic & prędicatorem qui lux eſt, ſuper omnia terreſtria eleuatum eſſe oportet, & quod conuerſatio eius cœleſtis ſit. Et ſicut oculi ſuperiorem locum ob- *Simile.* tinent in corpore: quoniam alia membra dirigere debẽt: ſic Prælati & Prædicatores, qui alios illuminare tanquã oculi Eccleſiæ debent, locum etiam ſuper alios in virtute debent fortiri, & ex hoc quod luminaria in cœlo ſunt, ſemper vno perpetuo tenore labuntur: quoniam non patiuntur peregrinas impreſsiones, vnde nec nubila ſolis claritatis minuunt. Calefacit ſol, & ipſe non calefit: frigefacit luna, nec ipſa vicicisſim repatitur: tranſit ſol per aquas, nec tamen humectatur: pertranſit ignem, nec comburitur: per lutum pergit, nec eo afficitur: quoniam expers eſt harum omnium impreſsionum. Sic verus religioſus ac eccleſiaſticus, ſi in cœlorum ſiſteret deſiderio ſtabilis & fixus, in omni virtute perſtaſſet, nec nubila eum peccatorum obtenebrarent, nec conuerſatio peſsimorum macularet, nec peregrinas has pateretur impreſsiones: quoniam omniũ terrenorum generabilium, & corruptibiliũ expers omnino eſt. Hoc enim ſignificare voluit Spiritus ſanctus, cũ Leu. 21. pręcipit *Leuit. 21.* Sacerdotibus, vt nec in morte patris aut matris, immo nec Principis ſui, aut Regis cõtaminarẽtur. Hoc eſt quod nulla cura huius mũdi etiã ꝓpriorũ parẽtũ, aut Principũ Sacerdotẽ diſtẽdere poſſet ab ea in qua ſiſtere debet veritate ac doctrina, ſed ꝓ omnia hęc deberet abſq; macula ꝓtrãſire, quaſi qui ſup omnia in cœlo tanquã luminare fixus eleuaret, Vnde animalia illa quę vidit Propheta *Ezech. 1.*

habebant aſpectus in ſimilitudinem fulguris corruſcantis. Fulgur enim cum ſplendore illo ea per quę pertrãſit comburit. Quod
Simile. ſi neſcitis fulguris Philoſophiam, ſcitote quod fulgur generatur ex vaporibus ſiccis, qui à terra per virtutem ſolis eleuantur, atque clauſi in aliqua nube illic paulatim inflammantur, qui cùm iam incenſi fuerint per virtutem caloris nubem rumpere conantur vt exeant, & tunc fit tonitruum illud quo dirumpuntur nubes, quod prius eſt quam fulgur, licet vltimò à nobis audiatur, & poſt tonitruum exit fulgur, quòd ſplenre illo ſimul ſecum vim magnam ignis deferens, quidquid ſibi ſeſe obuiam offert, dirumpit, atque comburit. Sic de iuſtis Philoſophandum eſt, quorum deſideria vapores quidam ſunt, qui à terra per virtutem ſolis hoc eſt, per virtutẽ charitatis eleuantur. Deſideria quippe iuſtorum non terrena ſed cœleſtia ſunt, quæ deſideria in corde iuſti quaſi in nube quadam recluduntur. Sic
Eſai. 60. enim iuſtos vocat Eſai. cùm dicit: Qui ſunt hi qui vt nubes volant? nempe afflatu Spiritus ſancti attracti, ſuper õmnia terrena volant, ibique per charitatem flãmeſcũt, atq; incenduntur ſecundum illud Paul. Chari-
2. Cor. 5. tas Chriſti vrget nos. Hoc eſt, hic amor Dei eſt qui incendit deſideria, in cordibus noſtris. Et ſequuntur tonitrua, nempe ictus flagellorum, ſuſpiria, lachrymę, pectoris ſingultus, quibus plus verbum Dei in illis incenditur. Et tunc exijt fulgur verbi Dei ab ore eorum dirumpens vitia, atque peccata hominum, & ſimul illuminans corda eorũ.
Simile. Nam ſicut fulgur illuminando ferit, ſic & verbum Dei illuminando corda, vt intelligant mala quæ fecerunt vulnerat etiam, atque peccata caſtigat: eo quod hæc ſit proprietas verbi Dei, vt illuminando feriat, ſe-
Abacu. 3 cundum illud Abacuch. 3. In luce ſagittarũ tuarum ibunt, in ſplendore fulgurantis haſte tuæ. Sagitte quippe ac lancea Dei, quibus verba ſua comparantur, ſplendentes, veluti fulgura feriunt. Et etiam quia verus Dei prædicator debet ſecum ferre ſplendorem bonorum operum, & tunc per flagellum correctionis ferire poterit peccatorum
Ezech. 1. corda. Vnde aſpectus eorũ animalium, quę vidit Ezechiel, quæ prędicatorũ typũ referebant, erat quaſi carbonum ignis ardentiũ, & quaſi aſpectus lãpadarum. Nã coburebãt ſicut carbones, & illuminabãt ſicut lampades: quoniã veri prædicatores, verbis debẽt comburere vitia, operibus autẽ illuminare corda. *Vos eſtis lux mundi.* Lux non eſt corpus, ſed qualitas quædam ſpiritualis. Nec *Alia moralitas ſeu concio.* eſt, ex qualitate horum corporum, ſed ex alia quinta eſſentia qualia ſunt corpora cœleſtia. Vnde nec ipſa patitur peregrinas impreſsiones. Tales vult Deus ſuos condere prædicatores, vt non corporales ſed ſpirituales appareant. Ideò quippe, tot in illos immitit perſequutiones, flagella, ieiunia, ac tribulationes, vt groſſitiem illam corporis leuigantes, ac polientes conſumant, & tenues ac ſpirituales reddantur. Et quia hunc effectum optime operatur ignis, miſit in illos ignem Spiritus ſancti, qui groſſitiem illam, ac corruptionem corporum conſumeret, & eos quaſi ſpiritus agiles ac expeditos redderet. Sic enim ignis lapides duros atq; craſſos conſumere ſolet, vt eos pumicoſos ac agiles reddat. Sicut videmus in ora illa quæ vulcanes ignes appellantur, quomodo ex ea *Simile.* exeant lapides, quos pumices appellamus, per virtutem ignis adeò conſumptos pumicoſos atque leuigatos, vt & ventus tanquam plumas eos vbique circumferre poſsit. Sic ignis Spiritus ſancti in miniſtris ſuis aliquãdo operatur. Conſumit quidem craſsitiem ac corruptionem, & impedimenta corporum, & eos pumicoſos ac blandos, ad recipiendum humorem gratiæ reddit, & ſimul agiles, atq; paratos, ad ea ad quæ eos Spiritus ſanctus ducere voluerit, quemadmodũ & animalia illa ſancta quocumq; impetus *Ezech. 1.* ſpiritus ea ferebat, ambulabant. Vnde & Pſal. dicit: Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, *Pſal. 103.* id eſt, nuntios ſuos ſpirituales facit, & miniſtros ſuos, ignem vrentem: quoniam illuminando comburunt, ſicut & lux ſolis. Quare iam non corporales actiones, ſed ſpirituales videntur exercere, quibus potiſsime eos vacare videmus. Nec videntur iam eſſe qualitatum corporalium capaces, ſed in quintam eſſentiam cœlorum tranſlati, non patiuntur peregrinas has impreſsiones. Quibus optime dicitur: *Vos eſtis lux mundi.* Lux ſua ſubtilitate omnia penetrat, atque per cancellos & rimulas ſe intromittit, & abdita quæque perluſtrat. Sic prædicator ſubtiliſsime hominum vitia penetrare debet: atque virtutes agnoſcere, vt vitia manifeſtet & corrigantur: virtutes autem pandat, vt imitentur. Ideo enim Chriſtus Dominus in Canticis comparatur capræ, cùm dicitur: Similis capræ; quoniam capra *Cant. 2.* inter cætera animalia accutiſsimi viſus eſt, quam viſus acutiem etiam ſuis prædicatoribus

toribus communicat: Quoniam & ipſi com-
Cant. 4. parantur hinnulis caprarum, cùm dicitur: Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli caprarum gemelli. Per vbera prædicatores intelligũtur, qui lacte verbi Dei animas lactant, atque paſcunt, & hi aſsimilantur filijs capre qui acutiſsimi viſus ſunt. Immo & medici dicunt, quod capra in viſceribus gerit humorem quendam vtiliſsimum ad rectè videndum. Sic & prædicatores, quaſi ex humore & inclinatione debent appetere ſapientiam, per quam & bona & mala agnoſcere atque manifeſtare queant, atque pulchrum & fœdum oſtendere. Hæc eſt enim lucis proprietas omnia ſiue ſpecioſa, ſiue de-
Ariſtoteles in prologo Metaphiſica. formia manifeſta facere: hinc enim probat Philoſophus naturalem appetitum ineſſe homini ad ſciendum: quoniam diligimus ſenſus, & præcipuè viſus quia magis cognoſcitiuus eſt inter ſenſus, & plures rerum differentias nobis demonſtrat. Cuius ratio eſt quoniam viſus vtitur luce pro medio, ad videndum, quod non faciunt alij ſenſus, ſed viſus multiplicat ſpecies ſuas per medium lucidum, nam in tenebris non videmus, atque ideò plures rerum differentias, quam cæteri ſenſus demonſtrat. Quare & natura plures viſui cuſtodias poſuit quam alijs ſen-
Epheſ. 5. ſibus: vt oſtenderet præſtantiorem ac vtiliorem eſſe alijs. Vnde Paulus Epheſ. 5. ait: Omne quod manifeſtatur ſeu manifeſtat, (nam vtramque lectionem patitur litera) lumen eſt. Quare huius diuinæ Sapientiæ
Ibidem. Magiſter, & bona & mala manifeſtare debet: bona, laudando: mala verò, redarguendo. Nam (vt Paulus vbi ſupra dicit) Omnia quæ arguuntur, à lumine manifeſtantur. Etiam ſi ægrè ferat peccator: nam de labijs
Cant. 5. Sponſæ dicitur in Cant. Labia tua diſtillantia mirrham primam. Labia Eccleſiæ prædicatores ſunt, mirrha autem amara. Prædicanda eſt ergo veritas in Eccleſia, etiam ſi peccatoribus ac peſsimis amareſcat. Nam veritas de ſe dulcis ac amabilis eſt, ſed quoniam lux eſt, quæ etiam mala manifeſtat, eam odio habent peccatores, ſecundum illam cælebrem ſententiam Diui Augu-
Auguſt. ſtini. 10. Confeſſor. capit. 24. vbi inquit: Amant homines veritatem lucentem, odio
Idem. habent eam redarguentem. Amant eam, cùm ſe ipſam prodit: odio habent eam cùm eos ipſos prodit. Sicut & alibi dixit, quod oculis ægris odioſa eſt lux, quæ puris eſt amabilis. Et Chriſtus Dominus
Ioan. 3. dixit: Qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Forte ideo peſsimi homines nolunt audire concionatorem, qui veritatem prædicat, nimirum vt non arguantur opera eorũ, cùm tamen omnis homo debeat igne ſaliri, hoc eſt, luce, vt dicitur Marci. 9. Ergo *Vos eſtis lux mundi.* Hanc vobis ego com- *Marc. 9.* munico lucem, nam ideò hæc lux noſtra dicitur candor lucis æternæ. Sapientiæ. 8. *Sap. 8.* Quoniam candor ſiue albedo videtur quod ſit filia lucis, nam plurimum illi ſimilatur propterea quod multum participat de luce. Ideo quippe albedo dicitur diſgregatiua viſus: quoniam lucem habet ſparſam, per quam quaſi diſgregatur & ſpargitur viſus. Sic in filijs huius lucis, qui candorem eius communicant, tot debent apparere quaſi ſparſa opera lucis, quæ ſunt opera ſancta, vt viſus ibi diſgregetur, & quaſi per campum latum ſpargatur. Vel ſi vis, per candorem intellige ſinceritatem, qua veritas Euangelica prædicanda eſt. *Quan candidamente ſe ha de predicar el Euangelio!* Nempe abſque vllo erroris condimento, aut ſiniſtræ intentionis commixtione, ſecundum quod docet Paulus. 2. Corinthio. 4. dicens: *2. Cor. 4.* Non ambulantes in aſtutia, nec adulterantes verbum Dei, ſed in manifeſtatione veritatis commendantes noſmetipſos, ad omnem hominum conſcientiam coram Deo. Ille ambulat in aſtutia, qui volens nouas ac falſas doctrinas introducere, aſtutè inter veritates iam receptas alias nouas immiſcet, quaſi quæ ex primis veritatibus conſequantur: & ſi videt quod nullus contra eas oblatrat, intrepide deinde eas docet: quod ſi viderit eis aduerſari, vel tacet, vel ad catholicum ſenſum eas retorquere nititur, ne adulterinæ appareant. Et hi quidem ſi docendi haberent facultatem, eas publicè prædicarent. Contra quos Hieronymus ad Auguſtinum ſcribens, ait: *Auguſt.* Quidam vtroque claudicant pede habentes quidem affectum erroris, cùm docendi non habeant facultatem. Et hi dicuntur adulterare verbum Dei: quoniam oculus adulteri (vt ait Iob) obſeruat caliginem, & *Iob. 24.* iſti ſub æquiuocis verbis, quæ ad quemlibet ſenſum ipſi girare poſſent, ſuas incipiunt adulterinas proles miſcere. Vnde alia litera habet. Non cauponantes verbum Dei, ad ſimilitudinem cauponum, qui bonum vinum aquæ immiſcent, ſic iſti falſaveris immixta docere preſumunt. Contra quos ait Eſai. Argentum tuum verſum eſt in *Eſai. 1.*

ſcoriam vinum tuum mixtum eſt a qua. Igitur nõ in aſtutia, aut ſiniſtra intentione prędicandum eſt verbum Dei, hoc eſt propter lucrum vel hominum gloriã (hoc enim eſt
Simile. adulterare verbum Dei) Nam ſicut adulter non prolẽ ſed ſuam explere voluptatẽ intendit, ſic iſti prędicatores, non animarum fructum, ſed ſua commoda quærunt, & ta-
Hier. 23. lis intentio iter parat ad falſas doctrinas, vnde & quidam Propheta dicebat. In Prophetis Hieruſalem vidi ſimilitudinem adulterãtium, & iter mendatij. Non, inquam, hac praua intentione prædicandum eſt verbũ Dei, ſed in manifeſtatione veritatis, hoc eſt candidè, ac ſincerè, vt veritas quæ eſt lux,
2. Cor. 4. omnibus palam fiat. Commendantes noſmetipſos ad omnem conſcientiam hominũ coram Deo, vt non ſolum homines nos tãquam veros ac candidos prædicatores agnoſcant, verumetiam coram Deo tales ſimus. Dicit ergo eis: *Vos eſtis lux mũdi.* Id eſt, hominũ. Per methonimiã totum ſumitur hic pro parte principaliori mundi, quæ eſt homo. Nam & de Chriſto à quo iſtæ luces deri-
Ioann. 1. uantur, dicitur. Et vita erat lux hominum. Lux hæc viſibilis cõmunis eſt nobis & brutis: nam & oculus bouis ea fruitur, ſicut oculus hominis: tamen verbũ Dei quod eſt vita eſt lux hominum. Impreſsit quippe hominibus naturale lumen rationis, quo ſupereminent brutis, immo & ſupernaturale lumen gratiæ, cuius ſolus homo inter cætera animalia eſt capax. Quare harum luminũ ſolus Deus eſt cauſa. Ideo quippe dicitur Pater luminum: quoniam eſt cauſa luminis corporalis mediante ſole, & eſt cauſa imme
Iob. 28. diata luminis naturalis & gratiæ. Vnde & Iob. c. 28. loquens de hac luce, quę eſt diuina ſapientia, aſſerit eam adeò profundam atq; difficilem, vt ſolus Deus eam cognoſcere poſsit, ac cui voluerit communicare. Ait quippe. Habet argentum venarum ſuarum principium, & auro locus eſt, in quo conflatur. Relationem hic facit Iob rerum pretioſarum, quas natura quaſi conſulto in viſceribus terræ abſconditas habet, quæ tamen ſuum habent originem, ſua ſingularia loca vbi generantur: Sed ſubdit. Sapientia tamẽ vbi inuenitur? & quis eſt locus intelligentiæ? Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium, volucres quoque cœli latet. Hoc eſt, nec ipſi Angelici ſpiritus, qui accutiſsimo intellectu prediti multa abſcõdita ſecreta norũt, huius theſauri fontẽ aut venã intelligere queũt. Quis ergo hãc ſapientiã nouit, aut quis generator eius erit? Deus (ait) intelligit viã eius, & ipſe cognouit locum illius. Id eſt, ſolus Deus id perfecte nouit: quoniã ſe ipſum agnoſcit, in quo huius lucis origo eſt, & ipſe cui vult prębet illã. Vnde. ca. *Iob. 36.*
36, ait: In manibus abſcondit lucem, & præcipit ei vt rurſum adueniat, & annuntiat de ea amico ſuo. In manibus ſuis eam habet, vt poſsit eam cui voluerit dare, & ita communicat eã amico ſuo. Et hæc eſt verior lectio per. N. licet alij legant cum duplici. M. M. ſic, Immanibus abſcondit lucem, hoc eſt ſuperbis eam negat, & humilibus amicis ſuis eam concedit. Quare Ægyptijs in tenebris *Sap. 18.*
conſiſtẽtibus, filijs Iſrael maxima erat lux: quoniã hui⁹ lucis author Deus eſt, qui inmanibus eã habet, & annũtiat de ea amico ſuo. Vnde Summi Sacerdotis munus erat olim *Exod. 25. & 31.*
lampades templi accẽdere, nempe candelabrum illud aureum, in quo erant ſeptẽ lampades, quod ſignificabat prædicatores. Erat autem ductile, non fuſile; quoniam fuſilia in momento fiunt, quæ autem ductilia ſunt plures ictus oportet recipere vt perficiãtur. Quia prædicator. *Ha de ſer hecho à machi martillo.* Diſciplinis, ieiunijs, maximiſque macerationibus carnis, ſecundũ illud Paul. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne cum alijs prædicauerim ipſe repro *91. Cor.*
bus efficiar. Hoc ergo munus etiam exercet modo Summus Sacerdos Chriſtus. Ipſe enim has accendit lampades atque purificat, quas ſuper candelabrum ſuæ Eccleſiæ conſtituit, vt ipſe dicit in Apocalypſi. *Apoc. 1.*
Hæc dicit qui ambulat in medio candelabrorum aureorum. Nam in medio harum lampadarum conſiſtit, emungens eas ac purgans, & accẽdens, vt luceant in templo ſuo. Quare adhuc puer in medio Doctorũ *Luc. 2.*
repertus eſt à parentibus ſuis in templo, quaſi iam agens officium Summi Sacerdotis, ad quem cura candelabri & lampadarum pertinebat. Vnde & ipſe dicicit eis. *Vos eſtis lux mundi.* Ac ſi diceret: Ego authoritate Summi Sacerdotis: qua à patre fungor vos in mei templi luces ac lampades conſtituo. Nã ſicut verbo meo lucẽ hanc corporalem feci, cum dixi: Fiat lux, & facta eſt lux, eadẽ authotitate vos luces ſpirituales mei tẽpli facio. Vnde Paul. in teſtimonio quod ſupra citauim⁹ id docet, dicẽs: Quoniã De⁹ qui *2. Cor. 4.*
dixit: De tenebris lumen ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordib⁹ noſtris ad illuminationẽ ſciẽtię claritatis Chriſti, in faciẽ Chriſti Ieſu. Hoc eſt. Qui à principio lucem condidit, & nobis

& nobis aliam infundit, qua cognoſceremus faciem Chriſti Ieſu, hanc enim, & Prædicatores alijs debemus oſtendere, vt fecit Ioannes, dicẽs: Ecce Agnus Dei. De-
Ioan. 1. bemus quippè Chriſtum prædicare, & notitiam faciei eius in alios transfundere, vt
2. Cor. 4. poſsimus dicere cum Paulo: Non enim nos metipſos prædicamus, ſed Chriſtũ Ieſum. Sed obſeruãdum, quòd Chriſtus Summus Sacerdos, nõ ſolùm lucem his lampadibus præbet, atque eas ſua luce accẽdit, verumetiam oleum præſtat, quo luceant. Diuus
Auguſt. Auguſtinus in tractatu quodam, quem de Paſtoribus facit, docet oleum hoc ſignificare bona temporalia, quibus vita præſens
Simile. ſuſtentatur; ſicut lumen lampadis oleo lucet, ac ſicut cibo eo alitur. Quoniam Chriſtus Dominus Prælatis quos lampades ſuas fecit, etiam tẽporalia ſubſidia tribuit, quibus lumen illud, quod in ſe habent, ſuſtentetur, & alatur. Cæterum aduertẽdum maximè eſt, nè oleum multum ſuperexcedẽs ſuffocet mixum, in quo ardet lumen lampadis (vt ſæpè contingit) vt quando oleum ſuperabundat in lampade parùm lucet, & penè extingitur, ac filum tinctum oleo videtur ſuffocari. Sic, ſi multum abundent temporalia, extinguetur lãpas, & lux illa ſpiritualis, vel ſaltim parum eius lucis apparebit, quod vtinam his temporibus multis Eccleſiæ Prælatis non contingat, vt potiùs ſplendorem illum temporalem intendant, quàm lumen ſpiritus animabus præbere. Tunc enim parum, aut nihil huius ſupercœleſtis luminis apparebit. Igitur ex dictis habemus, quôd lux horũ luminum, lux diuina eſt à Deo miniſtris ſuis communicata. Quod etiam docet Origenes ſuper
Origenes. primum caput Ioan. dicens, Quòd quemadmodum aër, qui ex ſua natura lucẽ non
Simile. habet, niſi communicatam à ſole, quod in eo reſplendet; non eſt prędcipuè ipſe aër qui lucet, ſed potiùs ſplẽdor Solis, qui in aëre eſt. Sic in illo homine, quem Deus hac luce illuſtrauit, quod in eo ſplẽdet prædcipuè, non tam ipſe homo eſt, quàm radius ille ac ſplendor, quem à Deo communicatum habet. Quod ſi ita eſt (fratres mei) quòd lux iſta, qua vos illuminamus Prædicatores, eſt lux illa cœleſtis, ac diuina, quæ etiam ipſos Angelicos ſpiritus illuminat, quid cauſæ eſt quòd in vobis ita parum ſplendor huius lucis radiare videatur? immò potiùs vos in tenebris, quàm in tanta luce habitare videamini? Fortè cauſa eſt, quia lampades huius lucis, qui ſunt Eccleſiaſtici miniſtri, iam penè extinguntur. Sed eſtò in aliquibus hoc verũ ſit; tamen alij adhûc ſuum integrum ſplendorẽ emittunt. Quare exiſtimo in cauſa etiã eſſe, quòd vos (ô Chriſti cultores) cœci ad tantum lumen facti eſtis. Nec enim aſſuefacitis oculos ad hoc lumen; ſed potiùs in Ægypti tenebris eos offuſcatos habetis. Vnde D. Auguſt. ſuper *Auguſt.*
Ioan. ſic ait: Fraudati oculi ſuo cibo, luce quippè paſcuntur, defatigantur ieiunio, & debilitantur; ita quòd lucem ipſam, qua reficiuntur, videre non poſsint. Quod ſi diutiùs affuerit, extinguntur, & quaſi moritur in eis ipſa acies lucis. Vult dicere Auguſt. Si lux eſt oculorũ cibus, & ea carẽt oculi, quid mirùm quòd omninò extinguantur? & ſic videmus oculos aſſuefactos tenebris, non poſſe poſteà videre lucem. Quemad- *Simile.*
modum corpus ſi priuetur ſuo cibo, attenuabitur, & tanto tempore abſque cibo relinquetur, quod omninò pereat. Sic de oculis dicendum eſt, & ſic de oculis animæ philoſophandum eſt. Si tu adeô odio perſequeris veritatem, quæ eſt lux oculorum mentis tuæ, vt ferè nunquam hac luce paſcas oculos, immô eos potiùs aſſueſcas tenebris errorum & ignorantiæ, quid mirùm ſi attenuetur eorum acies, vel omninò extinguatur? De Sacerdote illo Hely legitur
1. Reg. quòd præ ſenectute caligauerant *1. Reg. 3.*
oculi eius, nec poterat videre lucernã Domini, antequàm extingueretur. Videbat quidem lumen Solis, propter eius magnos ſplendores. Videbat etiam lucernam templi, cùm in toto ſuo vigore ardebat: cæterum cum deficiebat lux eius, & penè iam extinguebatur, non illã tunc videbat propter debilitatem viſus. Et hic eſt proprius iſtius loci ſenſus. Sic & Chriſtianis in vſu venit. Habent enim debiles mentis oculos, per non vſum (vt diximus) taliter quòd niſi magnos errores ac communes, quos iam in ore omnium eſt contra fidem eſſe, videre non poſsint. Nam ſi alij inſurgant errores contra fidem, qui penitùs eam non extinguant, ſed extinguere volunt; & iam iam penè extinctam iri videamus, hos non omnes propter imbecillitatẽ viſus videre poteſtis. Opus eſt, vt alius vos moneat, vt caueatis. Nunquid ſi ego tunc dicerem tibi: Caue frater ab hac doctrina noua, quæ videtur caliginem aliquem in hac lampade inducere, facerem nè tibi iniuriam, an non potiùs benè mereri deberẽ apud te? Sicut

ſi quis Sacerdotē illū Hely admoneret, dicēs Dñe lampas extinguitur, præpara eam nè deficiat. Nunquid non illi gratias referret, quia ſic eū admonuiſſet? Cur ergo tibi ego oneroſus videor, quia hæc monita tibi præbeo, vt caueas ab his doctrinis, quæ viam præparant ad extinctionem Fidei? Itaque propter viſus debilitatem cernere hodie homines non poſſunt parua lumina, qualia nos ſumus, niſi maiora luminaria Deus mundo præbeat, quæ videre poſſit. Hæc precor Deum, vt populo ſuo, iam penè oculis deficienti prouideat. Videmus propter continuum, ac varium motum cœli multoties apparere ſtellas, quæ nūquam in eo viſæ ſunt. Cùm ergo quotidie in hoc inferiori cœlo, quod eſt Eccleſia, varios motus ac curſus videamus, quomodo non apparent iam nobis noua aſtra, quæ deficienti præ ſenectute mundo maiora lumina præſtent? Cùm hoc cœlum plantauit Chriſtus nouas ei prębuit luces, quales fuerunt Apoſtoli, magna huius mundi luminaria, quæ denſiſsimas Ægypti tenebras ab eo ſua luce fugarunt. Poſt quos Martyres ſequuti ſunt, qui veluti lampades ſuo ſanguine, tanquàm oleo madidæ, non modicam lucem hominibus præſtiterunt. Poſt quos Senatus ille Doctorum emicuit, qui moribus ac doctrina Eccleſiam Dei, tanquàm nouæ ſtellæ illuſtrauerunt. Nam, vt Daniel.c.12. dixit: Qui ad doctrinam erudiunt plurimos, fulgebunt tanquam ſtellæ in perpetuas æternitates. Iam poſt eorum tempora ſancti cœnobitæ, ac eremitæ fulgerūt, deſerta Ægypti, ac Scythiæ nouo lumine perfundentes. Poſt quos magnus pater Benedictus inſtituti Monachorum pater, quem & meliſluus Bernardus ſequutus eſt, qui tanquam noua aſtra in mundo apparuerunt; qui Apoſtolicam lucem mundo ſuis inſtitutis, quaſi ſuſcitarunt. Ecce poſt illos (cœlo ſuo curſu labente) duas nobis oſtendit ſtellas, quæ nunquam in eo viſæ fuerunt. Dominicum dico, atq; Franciſcum, qui veluti luminaria magna talem ſplendorem dederunt, vt ex radijs eorum, adhûc lux non modica in Eccleſia perſeueret. Nunc verò deficiente iam luce & oculorum acie penè obtuſa, cur non aliqua noua ſtella in cœlo hoc apparet, quæ orbem nouo perfundat lumine, atque ſub intrantes tenebras fuget, & mundo penè iam in viſu deficienti medeatur? Quænam ſterilitas temporum hæc eſt (ô Domine Deus?) Vbi benedictio illa, quam Patriarcha Iacob, ſuper filium ſuum Ioſeph effudit, quando dixit: Omnipotens benedicat tibi, benedictionibus cœli deſuper, benedictionibus abyſſi iacentis deorſum, benedictionibus vberum & vuluæ? Hæc benedictio patres noſtros, qui nos præceſſerunt, comprehendit, quibus & cœleſtia & terrena ſimul propitia erant, quæ tamen omnia nobis his temporibus aduerſantur: cùm & cœlum æneum, & terra nobis ferrea ſit. Benedictionibus etiam vberum, & vuluæ replebātur: quoniam & vterus Matris Eccleſiæ, tunc plurimos filios & illos primos gignebat, & vbera eius, hoc eſt, Prædicatores dulciſsimo lacte ſacræ doctrinæ abundabant, quo paſti atq; nutriti fideles, deuotione, ac charitate repleti pinguiſcebant. Nunc verò maledixiſti Domine benedictionibus noſtris, vt per Prophetam quendam prædixeras, quia non poſuimus hæc ſupra cor. Et illud Oſeæ.9. In nobis adimpletū videmus, qui dicebat ad Deum: Dñe Deus quid dabis eis? Da eis vuluam ſine liberis, & vbera arentia. Paucos filios & illos debiles, ac deſides in Eccleſia modò gigni videmus. Arentia vbera eius conſpicimus, cùm prædicatores arentes abſq; deuotione & feruore audiamus. Vt in nobis hodie irā Dei ſentientes, à noſtris malis omnibus reſipiſcamus, quatenus gaudium nobis quod amiſimus reſtituatur, & lumen cœli videre poſsimus.

Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montē popoſita. Id eſt dicere: Tanta perfectione ac ſanctitate fulgere debēt Prælati, ac Eccleſiaſtici viri, qui locum Apoſtolorum in Eccleſia Dei obtinēt; vt nullatenus occultari poſsit, ſicut ciuitas in monte poſita etiam à longè conſpicabilis eſt: ac ſuper alios ita emineant, ſicut ciuitas ſupra montem ædificata ſupereminet viculis, qui in vallibus ſiti ſunt. Et (vt vno verbo dicam) culmē ac faſtigiū perfectionis attingere debēt, quantum in hac vita mortalibus fas eſt. Socrates cùm ab amicis reprehenderetur, quod eſſet nimium Philoſophus, reſpondit, quòd Philoſophus deberet eſſe tanquam Magiſter cantorum, qui aliquādo leuat vocem etiam pluſquàm proportio muſicæ petat, vt ab alijs audiatur, & eos ad conſonantiam muſicæ trahat. Sic & Prælatus debet eſſe, qui vt alios ad conſonantiam virtutis trahat, & quēlibet in ſuo puncto collocet; oportet vt alios ipſe plurimum in operibus excedat.

Simile. *Dani. 12.* *Genc. 49.* *Malach. 2* *Oſea.9.* *Moralitas ſeu cōcio.* *Sotrates.* *Simile.*

Vnde

Vnde Eſaias: Clama nè ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuā. Vbi & de vocibus operum poteſt intelligi; de quibus dictum eſt: Clamor Sodomorum aſcendit ad me. Nam tam bona opera, quàm mala clamant ad Deum, ſed alia vindictam petūt, alia præmium. Ciuitas ſemper omnibus neceſſarijs abundat, quibus viculi ac parua oppida egent, quare ad ciuitatem concurrunt, pro his quę ſibi neceſſaria ſunt. Sic & Prælatus omnibus virtutibus abundare debet, vt ad eum pauperes concurrentes, quidquid petierint accipiant ab eo. Nam miſer in eo miſericordiam inuenire debet, ignorans ſapientiam, impudicus caſtitatem, ębrius ſobrietatem, & ſic de alijs, ſecundum illud teſtimonium Pauli. 1. Thimot. 3. Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virum, ſobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hoſpitalem, doctorem, non vinolentum, nō percuſſorē, ſed modeſtum, non litigioſum, non cupidum. Item: *Ciuitas ſuper montem*: quoniam debet eſſe refugium & arx, vbi ab inimicis protegantur ſubditi, ſecundum illud Cant. Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendēt ex ea, omnis armatura fortium. Collum poſt caput gerit primum locum in corpore, atque iungit corpus capiti, & in eo formatur arteria vocis. Sic Eccleſiæ Prælati (poſt Chriſtum qui eſt caput) ſecundum locum tenent in Eccleſia, ſequeſtreſq; ſunt inter Deum & homines, placantes Deum hominibus, & homines reconciliantes Deo, quod voce ac prædicatione ſua faciunt. Hi ergo ſunt veluti turris Dauid, quæ ædificata eſt cum propugnaculis. Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium, hoc eſt, quòd ſicut in ciuitate munita ſunt muri, antemuralia, turres, atque propugnacula, quibus ciues ab inimicis protegantur. Sunt etiam arma offenſiua, quib' hoſtes ferire poſſent; ſic Epiſcopus non ſolùm ſanam doctrinam debet docere ſubditos, qua veluti in propugnaculo quodam ab hoſtibus protegantur, verumetiam debet hoſtes ferire, reuincendo eos qui contradicunt, vt Paulus ad Titum docuit. Nam ſunt ciuitates illæ refugij, quas Deus in veteri lege ſegregauerat, vt in eis poſsint homicidæ, qui caſu aut ignorantia percuſſerant proximum à vindicta conſanguineorum interfecti ſe defendere. Quoniam licet omnibus debeant eſſe refugium Prælati, ſed præcipuè his qui ex ignorantia peccant, inſtruendo eos in via veritatis & vitæ. Sed tertiò dicuntur, ciuitas ſupra montem, hac ratione: quoniam ciuitates ex lapidibus polytis, atque manu artificis elaboratis ædificari ſolent, è contrà vici, atq; oppidula ex terra, vel ex impolytis lapidibus ædificātur: ſic ergo Prælati, quoniam muri ſunt ciuitatis ſanctæ Hieruſalem, non vt viculi, aut oppiduli ex impolyto lapide, ſed ex optima atque arte elaborata materia debent eſſe. Scriptum quippè eſt per Pſalmiſtam, quòd Hieruſalem ædificatur vt ciuitas. Volo dicere (fratres mei) quòd ille qui in prælaturam Eccleſiæ aſſumitur, iam perfectus ac cultus omni genere virtutum debet eſſe. Priùs enim mortificatione carnis, ac cupiditatū eius expoliri debet, antea excuſſorio, ac ferro, alijſque inſtrumentis debet eſſe excuſſus ac cœlatus, quàm in hoc ædificio ponatur. Nam ſicut in templo illo Salomonis nullus audiebatur ſonitus alicuius ferramenti, ſed iam excuſsi ac polyti adducebantur lapides ex caſulis artificū, ad hoc deputatis; ita quòd nullum eſſet impedimentum, quin ſtatim in ædificio ſtrui potuiſſent. Sic Prælatus ex diuturno virtutis exercitio, cùm ad Prælaturam accitur, ita integer & abſque vllo vitio debet peruenire, vt nullo opus ſit labore amplius, quo rectè ſe gerat in ſuo munere. Hoc enim eſt quod Paulus dicit de Epiſcopo, quòd debet eſſe ſine crimine, hoc eſt, abſq; defectu aut impedimento; quod ipſum inhabilem ad tantum munus exercendum, reddat. Et ideò dicit etiam Paulus: Quòd non ſit neophytus, nè in ſuperbiam elatus incidat in laqueum diaboli, hoc eſt, non ſit nouitius in exercitio virtutis, vt opus ſit in ipſa Prælatura ipſum docere elementa ſermonum Dei, ſed anteà iam dolatus atq; excultus in omni opere virtutis ſit. Aliàs in ſuperbiam erigetur, & gibboſus fiet, ita quòd non poſsit in ædificio cum alijs lapidibus collocari. Superbia enim, ac vana gloria familiares ſunt his, qui ſine humilitate, & alijs virtutibus, ad Epiſcopatus aut Prælaturæ arcem euehuntur.

Cæterum, non incongruè Eccleſiam hanc militantem, ciuitatē hanc ſuper montem poſitā aſſeremus eſſe. Ciuitas quippè eſt ciuium vnitas, hoc eſt, congregatio ciuium ſub vno regimine, ac ſub eiſdem legibus viuens. Sic in Eccleſia, multi vnum corpus ſumus, vnum caput, vnū baptiſma,

vnus

Eſai.58. *Geneſ.18.* *1. Thim.3.* *Cant.4.* *Tit.1.* *Deut.4. & 19.* *Pſal.121.* *3. Reg.6.* *Tit.1.* *1. Tim. 3.* *Alia moralitas ſeu concio.*

vnus ſpiritus, vna fides, vnica inconſutilis tunica Chriſti, abſque vllo aſſumento, vel diuiſione cõſiſtens. Quoniam Eccleſia vna doctrina ſana abſque ſectione perſeuerat,
1. Cor. 1. ſecundum illud Paul. 1. Cor. 1. Obſecro vos fratres, vt idipſum dicatis omnes, & nõ ſint
Galat. 1. in vobis ſchiſmata. Et ad Galat. 1. Si quis vobis aliud prædicauerit, præter id quod
2. Cor. 1. prædicatum eſt, anathema ſit. Et 2. Cor. 1. Nonnè eodem ſpiritu ambulauimus? nonnè eiſdem veſtigijs? Id Chriſtus etiam in
Ioan. 17. ſua oratione poſtulauit, dicens: Peto vt ſint
Hebr. 12. vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Et ex auditus eſt pro ſua reuerentia. Secundò, ciuitas debet eſſe munita, circumſepta muris, roborata turribus, cæteriſque belli machinis adornata. Hoc etiã habet hęc ciuitas Dei. Turres ſunt altiſsimæ authoritates, ac teſtimonia firmiſsimæ veritatis, quibus ſua corroborant argumenta huius Eccleſiæ Ma-
Cant. 4. giſtri: ſicut ſupra ex Cant. 4. cap. probauimus hoc teſtimonio. Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Turris hæc, eſt ſolidiſsima veritas ſacræ Scripturæ, quæ in Eccleſia Dei eſt: munitiones autem ſunt expoſitiones harum authoritatum, confirmatæ authoritate Eccleſiæ. Hæ enim ex-
Simile. poſitiones ſunt veluti ſcuta, in quibus depictæ eſſe ſolent imagines Regum, figuræ Ducum antiquorum: ſic authoritates, vel teſtimonia, quæ in confirmationem harum veritatum adducuntur, oportet, vt ſecum ferant inſignia ac imagines antiquorũ Patrum, quos Eccleſia nobis tanquam Doctores proponit, vt ſemper conformia ſint eorũ doctrinæ, atq; eius quæ ſemper in Eccleſia prædicata eſt. Nam quæ vanitatem, nouitatem, aut inſanam afferunt oſtentationem, tanquam aliena à fidelium cœtu releganda ſunt: quoniam inſignia antiquorum Patrum non præſeferunt. Hoc enim
1. Tim. 6. eſt quod Paulus docet, dicens ad Timot. Prophanas vocũ nouitates deuita, hoc eſt,
Vincent. (vt ait Vincentius Lyrenienſis) ſententiarum, dogmatum, rerum, quæ ſunt vetuſtati contrariæ. Omnis armatura fortium. Hæc ſunt argumẽta ratiocinationeſq;, quas ſacri Doctores aduerſus hæreticorum verſutias excogitarunt, vt eos reuincere poſſent, &
1. Petr. 3. vt parati ſint ad ſatisfactionem omni poſcenti eos rationẽ, de ea quæ in eis erat ſpe: quoniam hi ſunt fortes armati, qui atria Eccleſiæ cuſtodiunt, nè per ea ſe intromittat hoſtis ad arcem veritatis debellandam. Eſai. 54. Ponam iaſpidem propugna-
Eſai. 54. cula tua. Iaſpis, qui duritiem ſimul cum ſplendore habet, ſignificat firmitatem fidei; ſimul cum ſanctorum interpretatione, ac teſtimonijs, qui eam ſplendeſcere in intellectibus fidelium faciunt: Muri & antemurale (ait Chryſoſt.) ſunt (vt ſupra nos
Chryſoſt. diximus) Prælati, ac Doctores, qui ſubditorum ignorantium, ac imbecillium, protectores ſunt, ſecundum illud Eſai. 26. Vrbs
Eſai. 26. fortitudinis noſtræ Syon, Saluator, ponetur in ea murus & antemurale. Murus huius ciuitatis Chriſtus Saluator eſt; antemurale Doctores, & Prælati, qui aduerſariorum ictus recipiunt pro Chriſto, ac reſiſtũt nè præſidia veritatis expugnent. Nam qui id nobis non rectè præſtant, à Domino ar-
Ezech. 13. guuntur per Ezech. cap. 13. dicentem: Non aſcendiſtis ex aduerſo, nec oppoſuiſtis vos murum pro domo Iſraël. Huius ciuitatis ſitus altiſsimus eſt, nempè mons virtutis ac
Phil. 3. contemplationis ſpecula, iuxta illud Paul. Conuerſatio noſtra in cœlis eſt. Vel mons iſte, ſuper quem erigitur ædificium hoc,
Eſai. 2. eſt Chriſtus: de quo per Eſai. dicitur: Erit præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles, & fluẽt ad eum omnes gentes: quoniam Chriſtus ſuper omnes alios montes eleuatur. Quod ſi per hunc montem intelligas Romanam ciuitatem, quæ ſuper ſeptem montes fundata eſt, non erit abs re: quoniam Epiſcopus Romanus eſt ſuper omnes alios, & ideò dicitur, quòd eleuabitur ſuper colles, cui Chriſtus ſuper omnes hanc poteſtatem dedit, vt ipſa eſſet radix omnium Eccleſiarum, & ad eam deberent fluere omnes gentes. Vnde ipſa eſt mons ille, de quo
Pſal. 67. Pſalmiſta dicit: Mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo, etenim Dominus habitabit in finem. Quoniam vſque ad finem erit in ea hæc veritas, etiamſi ad alias transferretur nationes, ſemper Epiſcopus Romanus diceretur, & eſſet caput. Quod ſignificauit Chriſtus, cùm apparens Petro propè Romam dixit ei: Vado Romam iterùm crucifigi. Ac ſi diceret, Quòd fides Chriſti crucifigi, deinceps deberet permanere apud Eccleſiam Romanam, & quòd ibi deberet permanere fixũ vexillum ſuæ Crucis. Hinc & de hoc monte Pſalmiſta
Pſal. 67. iterum ait: Mons coagulatus, mons pinguis, vt quid ſuſpicamini montes coagulatos? Quod in illa Eccleſia Romana eſt pingue-
do gra-

do gratiæ, & veritatis: quoniam in illa eſt Chriſtus ſalus noſtra, extra quem nulli potuit conſtare ſalus. Quare qui ab illa deſciuerit, in ſuſpitionẽ hæreſis veniet, immò verè erit Apoſtata, atque chiſmaticus. Ad illam enim regnum Chriſti, quod eſt ſpirituale, tranſlatum eſt, in qua antea vigebat imperium temporale, vnde Epiſcopus Romanus, ſemper Rex ac Imperator Eccleſiæ erit. Quare dicimus in Symbolo Fidei: Credo ſanctam Eccleſiam Catholicam, per quam intelligimus Romanam. Sanctam dicimus, quia in ea ſemper permanet charitas, quæ nunquam excidit, nec
1. Cor. 13. in hoc ſæculo nec in futuro, vt ait Paulus: licet in alio in omnibus beatis perſeueret, hic in aliquibus ſemper conſiſtat. Catholica dicitur, hoc eſt, vniuerſalis: quoniam eadem eſt Eccleſia, quæ eſt apud nos, & apud Indos, & apud Ægyptios, & vbicunq; ſit vera Fides Chriſti. Confitemur enim ſanctorum Communionem: quoniam omnes qui ſunt in charitate, aliorũ bona opera communicant: immò & animæ quæ ſunt in purgatorio noſtris ſuffragijs fruuntur, ſecundum illud Pſalmi: Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium
Pſal. 118. mandata tua. Quem verſum conſulere poteris in Cõmentarijs noſtris ſuper Pſal. 118. His ergo rationibus Eccleſia hæc dicitur eſſe ſupra montem, ac ideo non poteſt abſcondi. Primùm, quoniã omnia ſunt viſibilia in ea. Chriſtus eſt viſibilis, quoniã homo eſt
Baruch. 3. ille de quo dictũ eſt. Poſt hæc in terris viſus eſt. Petrus etiam eſt viſibilis, alij Põtifices viſibiles, aqua baptiſmi viſibilis, ſpecies panis & vini, oleũ vnctionis omnia viſibilia ſunt. Sed dices: Si omnia in Eccleſia viſibilia ſunt, quomodo tanquã articulum Fidei cõfitemur Sanctã Eccleſiã Catholicã, cum Fides ſit inuiſibilium? Nam Fides eſt credere quod non vides, quam, argumentum
Hebr. 11. non apparẽtium definit eſſe Paul. Reſpondebo tibi & dicam: Quod credis inuiſibile eſt. Videbant Diſcipuli humanitatẽ Chriſti, ſed quod credebãt erat inuiſibile, nempè diuinitas. Sic nos videmus puerum baptizari, ſed ibi eſſe remiſsionem peccatorum, hoc eſt, quod credimus. Item videmus ſpecies panis & vini, ſed credimus ſub illis verè contineri Chriſtum, hoc nõ videmus. Item non pteſt abſcondi: quia non poteſt ſubmergi, nam portæ inferi non præualebunt aduerſus eã, & Chriſtus dixit Petro:
Luc. 22. Ego rogaui pro te Petre, vt nõ deficiat Fides tua. Vnde Eſai. 33. dicitur. Reſpice Syõ Eſai. 33.
ciuitatẽ ſolemnitatis noſtræ. Oculi tui videbunt Hieruſalem habitationem opulentam, tabernaculum quod nequaquã tranſferri poterit, nec auferentur claui eius in ſempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur: quia ſolummodò ibi magnificatus eſt Dominus noſter. Antiquũ enim erat mutabile: nam ideò ferculum nominatur Cant. 6. cùm dicitur: Ferculũ ſibi fecit Cant. 6.
Rex Salomõ de lignis Lybani. Erat enim Exod. 25.
quaſi portatile: ideò quippè præcipiebatur quod aſſeres quibus portabatur Arca, ſemper eſſent in annullis inſerti, quaſi ſemper eſſet parata arca illa, vt amoueretur, *Era como tener calçadas las espuelas*. Tabernaculum autem hoc, quod eſt Eccleſia, nunquã transferetur: quia portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Vnde tres illi pueri Matth. 19
Artaxerxis Regis, quorum quilibet ſuam dixit ſentẽtiam, ſic fatſi ſunt. Primus dixit: 3. Eſd. 3.
Fortis eſt Rex. Secundus: Forte eſt vinum. Tertius: Fortiores ſunt mulieres, ſuper omnia autem vincit veritas, quoniam hæc veritas quæ eſt in Eccleſia, omnes alias res fortes vincit. Deuicit enim ac ſtetit ſuper Reges horrendos atque tyrannos, quando perſequebantur Martyres ſuos, Nerones, Traianos, Diocletianios. Deuicit & vinũ, hoc eſt, hæreticos ſenſuales atque ebrios, qualis fuit Mahumetus. Mulieres etiam, hoc eſt, domeſtica, atq; quotidiana peccata. Super omnia hæc palmam feret Eccleſiaſtica veritas. Quod ſi vis, etiam in hac ciuitate ſunt emporia ac nundinæ ditiſsimæ. Si quæris alimentum, panẽ & vinum optimum inuenies in menſa Chriſti. Si oleum, in extrema vnctione. Si aquã, in Baptiſmo. Si balſamum, in confirmatione. Si vis ſal, vt ſapida ſint opera tua; diſcipulos fecit ſal, Chriſtus, qua & calix aquæ frigidæ iam ſapit, & dulceſcit in cælo. In hac etiam ciuitate ſunt diuerſi ſtatus, ac officia, in quorum diuerſitate pulchritudo Eccleſiæ conſpicitur. Nam (vt Diuus Thomas docet) oportuit diuerſas eſſe creaturarum ſpecies D. Thom.
ac genera, vt in illis multiplex perfectio Dei participaretur, ac manifeſta fieret: quoniam nulla creatura eſt capax, vt in ea omnes perfectiones Dei includantur, ſed oportuit vt tot eſſent vaſa, ad hoc quod quodlibet id de perfectionibus Dei acciperet, quod ſecũdum menſuram naturæ ſuæ, ac vaſis poſsit capere. Sic de perfectionibus ſupernaturalibus dices. Oportet, vt
vnus

1. Cor. 12. vnus prædicet, alius confeſsiones audiat, alius oret, alius præſit; vt ſic adimpleatur in Eccleſia analogia corporis naturalis, vbi ſunt diuerſa membra, ac diuerſa officia, & non totum corpus ſit oculus, aut auditus, Pſal. 44. aut manus. Et ſic appareat pulcherrima Regina hæc veri Regis Chriſti Sponſa ſtans à dextris eius circũamicta varietate, & cum Regina Sabba omnes in admirationem & laudes Dei, & Eccleſiæ ſuæ rapiamur; videntes ſapientiſsimè diſtributos ordines, commiſſa officia, in hac veri Salomonis regia domo, & dicamus cum Pſalmiſta: Pſal. 86. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Ecce ergo quibus de cauſis Eccleſia hæc vocetur Ciuitas ſupra montem poſita.

Moralitas *Nec accẽdunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum vt luceat omnibus, qui in domo ſunt.* Simpliciter hoc intelligitur, ſicut lucerna non accenditur vt occultetur: nam Marc. 4. & Luc. 8. vbi hæc Marc. 4. Luc. 8. ſententia alio tempore etiam dicta citatur, additur, de poſitione lucernæ ſub lecto. Et apud Lucam pro modio ponitur vas: Nemo (inquit) lucernam accendens operit eam vaſe, aut ſubtus lectum ponit. Et idem. c. 11. Luc. 11. Nemo lucernam accendit, & in abſcondito ponit, nec ſub modio, hoc eſt (vt Euth. Euthim. dicit in Matthæum) nec enim ego vos eo fine diuina ſcientia accendi, vt & illa abſcondatur: ſed ecce pono vos ſuper candelabrum, vt omnes qui in domo ſunt illumi- Eccli. 26. netis. Vnde Eccleſ. 26. dicitur: Lucerna ſplendens ſuper candelabrum ſanctum, & Exod. 25. faciei ſpecies ſuper ætatẽ floridã. Exod. 25. Præcipit Dominus fieri candelabrum aureum, cum ſeptem haſtilibus, & ſeptem lucernis, non tamen quod lateat, ſed in ipſo Apoc. 1. templo manifeſtũ ſit. Apoc. 1. Vidit Ioan. Dominum ambulantem in medio candelabrorum ſeptem, quæ ſeptẽ Eccleſias deſignant, vt ſit aliquid ſuper candelabrum, cùm in eminenti Eccleſiæ loco apparet. In eum autem vſum lucent, vt proſint his qui Geneſ. 1. in domo ſunt. Geneſ. 1. Poſuit Deus luminaria in firmamento, vt lucerent diei & no- Eccleſ. 43 cti. Et Eccleſ. 43. Mundum illuminans in excelſis Dominus. Talis autem doctrina Ibid. 24. diuini Verbi eſt. Eccleſ. 24. Doctrinã quaſi & 33. antelucanum illumino omnibus, & narrabo illam vſque in longinquum. Et cap. 33. Videte quoniam non ſolùm mihi laboraui, Philip. 2. ſed omnibus inquirentibus veritatẽ Phil. 2. Inter quos lucetis ſicut luminaria, in hoc mundo verbum vitæ continentes. Et hoc ſignificat Chriſtum ambulare inter candelabra, hoc eſt, dare operam vt lucernæ ardeant, & nec extinguantur, nec occultentur. Vnde & Chromatius cõcione. 2. in. c. 5. Chromat. Matth. ait: Lucerna hæc legis & Fidei, non occultanda nobis eſt, ſed ad ſalutẽ multorũ ſemper in Eccleſia, velut in cãdelabro conſtituenda, vt veritatis ipſius luce, & nos fruamur, & omnes credentes illuminentur. Ad cuius luminis contemplationem, etiam per Eſaiam nos Spiritus ſanctus adhortatur, dicendo: Venite ambulemus in luce Domini. Auguſt. tamen hic altiori ac tro- Auguſt. pologica intelligentia hoc accipit, nempè quòd lux bonæ doctrinæ nõ eſt obſcurãda, aut tegẽda propter commoda temporalia. Modius enim cùm ſit menſura rerum temporalium, rectè ſignificat retributionem commodorum temporalium. Non eſt ergo occultanda lucerna ſub modio, hoc eſt, non eſt tacenda veritas, nec ſpe lucri, nec metu damni. Aliàs Dominus aduerſus illos qui contrà faciunt, inuehitur per Prophetam, Ezech. 13. cùm dicit: Propter pugillũ hordei, & fragmen panis violabant me ad populũ meum, vt viuificarẽt animas quæ nõ viuunt. Tunc Prælati ac Sacerdotes viuificãt animas quæ non viuunt, cùm abſoluunt eos, qui indigni ſunt abſolutione, & quando hoc faciunt ob commoda temporalia, vt quando diuites aut potentes, qui non debent abſolui, abſoluunt; tunc Dominus dicit quôd violabant eum ad populum ſuum propter pugillum hordei, & fragmen panis, hoc eſt, ſacrilegium committebat, ſicut qui violant ſacra, & etiam quando id timore faciunt mundano. Ex metu quippè eorum conſtricti, ſe ſub modio tegere, ac occultare contendunt, vbi replentur fumo, ac fulligine lucernæ, quæ ibi eſt occultata; & facta eſt illis lux ad obſcuritatem & tenebras, quæ ad claritatem & pulchritudinem debuerat eſſe. Quare illi, qui ob commoda temporalia prælaturas aſſumunt, & ambiunt, non vt veri ſponſi, ſed vt meretrices negligentiores ſunt circa curam filiorum, & opprimunt eos iniurijs; ſicut meretrix illa oppreſsit filium ſuũ nocte, quod ſi eſſet coniugata, accuratiùs prouidiſſet nè occideret 3. Reg. 3. illum. Vnde Iob. 39. de ſtruthione dicitur, Iob. 39. quòd dereliquit oua ſua in terra, & obliuiſcitur quòd pes conculcet ea, aut beſtia agri conterat: induratur ad filios ſuos, quaſi nõ ſint ſui. Sic faciunt peſsimi Prælati, qui ob ſua commoda honores expetunt, non fi-

liali

liali amore filios ſuos in Chriſto diligunt, ſed meretricio ac turpi & ideò indurantur ad filios ſuos, quaſi non ſint ſui. Claudit quippè cor peſsimus Prælatus, vt non miſereatur ſubditiſui, etiamſi viderit eũ neceſsitatem pati, ac ſi non eſſet ouis ſuæ protectioni commiſſa, ſed quaſi cũ alienis, duriùs cum illis agit, nec curã habet, an ſemẽ verbi Dei in eis coaluerit, an ſi tranſeuntes viam, conculcauerint. Quod ſi in alijs ſimilitudinem habeat cum Prælatis bonis, tamen in hoc diſcernitur ab eis: nam in eadẽ Iob. 39. authoritate præmiſſerat Iob: Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennæ accipitris: quoniã iſti ſtruthiones ſimiles videntur auibus volatilibus, & tamen nec ad ſpiritualia volãt, Ambroſ. nec aſſumunt ſibi pennas vt aquilæ. Ambr. Beda, verò, & Beda intelligunt hic per lucernam ſub modio ſignificari lucem Euangelicam, ſub menſura legis nõ eſſe concludendam, nec intra terminos vnius gentis eſſe coarctandam, ſed etiam ad Gentes, & Scythas, & Barbaros deriuandam ſuper candelabrum poſita, vt omnes illuminare poſsit. Hylarius. Sic & Hylarius Synagogam (inquit) dignè Dominus modio comparat, quæ ſuſceptos fructus intra ſe tantùm receptans certum modium dimenſæ obſeruãtiæ continebat. Nunc tamen fructu omni adueniente ſe vacuauit, non tamẽ potens luminis occludendi; atque ideò iam lucerna Chriſti non recondenda ſub modio eſt, nec operimẽto Chromat. occultanda Synagogæ. Hæc ille: Chromatius etiam vbi ſuprà ſic dicit. Poteſt autem & aliter intelligi, quia multiplex intelligẽtia ſpiritualis eſt, vt in lucerna ipſum Dominum ſignificari noſcamus, propter aſſumpti corporis humilitatem, hic quidem non ſolùm ſecundum gloriam diuinitatis, Sol iuſtitiæ nuncupatur, ſed ſecundum aſſumpti corporis Sacramentum, etiam lucerna oſtenditur: quia cùm Deus eſſet gloriæ & maieſtatis æternæ, humilis in hoc mundo tanquàm lucerna apparuit, & non ſine cauſa tanquàm lucerna: quia lucerna per noctem lucere conſueuit. Idcircò itaq; in hoc mũdo humilis tanquàm lucerna apparuit, vt tenebras erroris de cordibus noſtris, & ignorantiæ noctem depelleret, qui in hoc mundo veluti in nocte poſiti degebamus. Huiuſmodi ergo lucerna, & Incarnatio Chriſti oſtenſa à lege ac Prophetis; iam non obſcura prædicatione legis, tanquàm modio tegitur, nec infidelitate Scribarum, ac Phariſæorũ, velut quodam vaſe perfidiæ operitur, ſed in Cruce velut in candelabro conſtituta omnẽ Eccleſiæ domum illuminat. Secundũ myſterium itaq; Incarnationis lucerna eſt, ſecundum gloriã verò diuinitatis Sol iuſtitiæ eſt. Deniq; in ipſo Crucis candelabro, tanquàm Sol reſplenduit, cùm per Apoſtolorum prædicationem, quaſi per quoſdam radios vniuerſo orbi clariſsimũ ſuæ cognitionis lumen inuexit Dominus & Saluator noſter, qui eſt benedictus in ſæcula. Auguſt. etiam tom. 6. Auguſt. oratione de quinq; ſenſibus. cap. 7. in eamdem venit ſentẽ tiam: Vides (inquit) tenebras mundi, & tu lumen abſcondis. Nemo accendit lucernam, & in abſcondito ponit, nec ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Iſta domus, totus mũdus eſt: lucernæ accenſio, eſt Incarnatio Verbi; candelabrum autẽ, Crucis eſt lignum; lucerna in candelabro lucẽs, Chriſtus eſt in Cruce pendens. Nemo accendit lucernam, & ponit eam ſub modio, ſed ſuper candelabrtum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Vides tu, videamus & nos, tenebræ ſunt, non offendamus in paganis, nè erremus cum hæreticis, luceat nobis lucerna, doceat nos Verbũ in carne ſuper candelabrum, ibi illuminando conſumatur; ſicut candela alios illuminando 2. Cor. 12. conſumitur, ſecundum illud Paul. Ego autem libentiſsimè impendam, & ſuperimpendar pro vobis, *Gaſtareme, y regaſtareme por voſotros.*

Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Cùm Apoſtolos ſuos Sol & luces feciſſet, & eos manifeſtos debere eſſe mundo docuiſſet; nunc ſolerti cura optimus Magiſter duobus præceptis oſtendit eis, quomodò in ijs dictis ſe gerere debeãt. Alterum eſt circa gloriam, non tamẽ prohibendo eis innanẽ gloriam (nam hæc à tantis viris longiſsimè abeſſe oportebat) ſed oſtendendo modum, quo lucere debeant. Ac ſi diceret eis: Modus lucendi ſit iſte. Sic luceat lux veſtra, hoc eſt, doctrina coram hominibus, qui tantùm vident ea quę apparent, vt videant opera veſtra bona, non ſolùm audiant verba, ſed videant opera veſtra, non aliena bona, non mala, nec ſpeciem mali habentia: *Et glorificent Patrem veſtrum, &c.* Hæc ſententia, ſecundum phraſim familiarem Hebræis, ſumenda eſt, pro eo quod eſt, vt videntes opera veſtra bona glorificent Patrem veſtrum.

ſtrum, pro quò notandum eſt, quòd virtutis natura eſt quod ſit publica, ſicuti vitij quod ſit ſecretum. Quoniam virtus à lumine naturali procedit, vitium verò ab ignorantiæ tenebris (omnis enim peccans eſt ignorans), quare in diuinis literis virtutes lux, peccata tenebræ nuncupantur, ſecundum illud Ioann. 3. & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem, & Paul. nos admonet ad Roma. vt abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Hoc eſt vt depoſitis peccatis amplectamur virtutes lux autem de ſe viſibilis ac patẽs eſt, iminô & cauſa viſionis. Tenebræ autem inuiſibiles ſunt, & impeditiuæ viſionis: quare peccatores apud Eſai. reprehenduntur, quod peccata ſua tanquam Sodoma prædicauerint, hoc eſt manifeſta dederint. Sed hic Chriſtus admonet ſuos, vt luceat lux eorum coram hominibus, & videant opera ſua bona. Quòcirca, natura, ea quæ in nobis imperfectiora ſunt contecta eſſe voluit faciẽ verò, è contra omnibus patẽre. *Et glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.* Aliàs vanus eſſet iſte finis lucendi coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, niſi comitem haberet hanc vtilitatem gloriæ Dei. Vt glorificent patrem veſtrum, non vos, nam quia ſapiens magiſter nouerat, quantùm in homine valeãt appetitus proprij (ſecundum illud, amabile quidem bonum vnicuiq; autem proprium) ideò tanquam ſuauis rerum moderator, ſic temperat appetitum propriæ gloriæ, vt non trahat diſcipulos ad appetitum gloriæ alienę, ſed transfert illum appetitum in deſideriũ gloriæ, proprij patris. Conſultò, quippè nõ dixit vt glorificẽt Deum, qui omnino à nobis diuerſus eſt, ſed glorificent patrem veſtrum non alienum. Nam gloria & honor patris non eſt aliena à filijs, ſed tanquam propria filiorum reputatur: eo quod filij naturaliter quærunt gloriam proprij patris. Vnde quærendo gloriam patris noſtri, proprium quęrimus bonum, nam in filios redundat gloria patris, qui in cœlis eſt, vt diſtinguat illum à patre terreno, ſimul & explicet rationem quarè hæc gloria Deo patri noſtro debeatur, nimirum ratione excellentis dominij quem habitatio, in ſupremo cœlorum exprimit. Per quod etiam datur nobis intelligi, quod filiali amore hanc patris gloriam debeamus quærere, hoc eſt tanquam filij gloriam patris quærere. Ità quod non ſufficit diſcipulis qui ſunt ſal & lux mundi, vt intendant gloriam Dei per ſua opera, ſed exigitur ab eis, vt intendãt illam filiali affectu, alioquin non quærunt gloriam patris ſui qui in cœlis eſt. Hæc interpretatio optima eſt Caietani. Volo enim & ego hoc Chriſti præceptum ſeruare, vt in rectè dictis non meam expetam gloriam, ſed eam in autorem reflectam, tam proximum quam primum.

Ioan. 3. *Roman. 13* *Eſai. 3.* *Ariſtote.* *Caietan.*

Sed vt hoc meliùs explicemus aduertẽdum eſt, quod ſicut in corporalibus quædam ſunt, quæ recipiunt lucem non tamen in alios reflectunt eam, quemadmodum lapides, qui etiamſi lucem recipiunt, propter ſuam groſsitiem tamẽ non poſſunt alijs illam reddere. Quædam tamen corpora & recipiunt & reddunt, ſicut ſpeculum & lucem recipit & eam in alios reflectit, ſic de hac ſpirituali luce philoſophandum eſt. Hanc enim lucem, & bonus & malus recipiunt: nam hunc ſolem Deus ſuæ fidei, atq; cognitionis oriri facit ſuper bonos & malos. Hanc tamen lucem prauus veluti lapis recipit (nam propter craſsitiem illam, quam in anima ſua efficiunt peccata, non poteſt illam alijs reddere ſed in ſeipſo extinguitur, nec bonis operibus coram alijs lucere poteſt. Bonus tamen tanquam ſpeculum hoc lumen recipit (vt ſupra diximus) ac in alios tam doctrina quam vita radios tanti luminis reflectit, quod hic inſinuat dominus, cum diſcipulis ſuis dicit. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona.* Hoc eſt alijs etiam lucere debetis. Vnde & de Ioanne Baptiſta dicitur, quod erat lucerna ardens & lucens, non ſolùm in ſeipſo ardebat, ſed etiã in alios lumen retorquebat, ſed quoniam hæc lux à patre luminum communicata eſt, in eius gloriam hæc omnia retorquenda ſunt, quoniam ſicut cætera luminaria, quæ à ſole accipiunt lucem ſuam, tanquam à primo fonte lucis, ipſam maieſtatem lucis ipſius ſolis pandunt nam cum ſol ſe mundo manifeſtat cætera aſtra quaſi retrahunt radios ſuos, nec tunc officium luminandi præſtant, in quo videntur fateri ſe, à ſole ſuã lucem accipere, & à tanti luminis maieſtate ſe vinci. Et ſic intelligitur illud Pſal. 18. Ipſe tanquam ſpõſus procedens de thalamo ſuo. Nã ſicut cùm Princeps aut ſponſus manè è lecto ſurgentẽ, & exeũtem foras domũ omnes illũ reuerẽtur, diſcooperiẽtes capita ſua, ſuperiorẽ ſibi fatentes, ſic cũ ſol in Oriente naſcitur, quaſi exurgere

Ioan. 5. *Simile.* *Pſal. 18.* *Simle.*

exurgere de lecto ſuo videtur, tantaq; lucis ſuæ maieſtate mũdum irradians ingreditur, vt cætera luminaria ſe ſe illi ſubijciant, tanquam inferiora, & diſcooperiunt capita ſua: quoniam videntur tunc à ſua ſuperſedere luce, & claritate; ſicut coram ſuperiore fieri ſolet, & non eſt qui ſe abſcondat à calore eius: quoniam omnibus ſuã communicat lucem, atque ſuis influentijs comparticipes facit. Sic luces iſtæ ſpirituales manifeſtando lucẽ ſuam, ſimul & gloriã Dei manifeſtant, à quo quidquid lucis habent, acceperũt: vnde licet Pſal. hic. 18. ad literã videatur loqui de corporibus cœleſtib⁹, & de Sole, cũ verſu primo dicit: Cœli enarrãt gloriam Dei, & opera manuũ eius annuntiat firmamentũ: nam ipſa cœlorum cõpoſitio, atq; aſpect⁹ ſatis videt nobis referre ea, quę lumine naturali de Deo intelligere poſſumus: tamen Eccleſia ſequuta D. Paul. ad Rom. hunc Pſalmum intelligit etiam ſpiritualiter de Apoſtolis, & de his, qui eorũ munera exequũtur, qui ſuis bonis operib⁹ ac doctrina gloriã Dei manifeſtãt, & qui eorũ bona opera vident, glorificant Patrẽ omniũ, qui in cęlis eſt. Vnde paraphraſis Chaldaica ſic dicit: Qui ſuſpiciunt cœlos, enarrãt gloriam Dei. Nam ſicuti, qui oculis corporeis pulchritudinẽ cœli cõſpiciunt, in Dei laudibus prorũpere ſolẽt, ſic qui cœlos hos ſpirituales conſiderant, pro operibus eius bonis magnificãt Deũ, & ſic tacẽdo & operãdo plùs prędicant, q̃ ſolummodò loquendo, vt ibidẽ ſubinfertur. Non ſunt loquelæ nec ſermones: quoniã cœli ſilendo, & mandatũ Dei exequendo ipſum omnibus hominib⁹ prædicãt. Hoc ergo eſt quod Dñs hic Diſcipulos ſuos admonet, dicens: *Sic luceat lux veſtra corã hominibus, vt videãt opera veſtra bona, & glorificẽt Patrem veſtrũ, qui in cœlis eſt.* Semper gloriã ſibi reſeruat Deus. Ac ſi diceret: Etſi vobis hæc nomina mea communico, vt dicamini lux mundi; ſicut & ego tali titulo vocor: tamen gloriam tanti miniſterij nõ vobis ſed mihi, vt proueniat, volo. Obtulit Abrahã ſacrificium Deo quadã vice, ex animalib⁹ & auibus, & animalia quidem diuiſit, aues verò non. Per animalia, opera hominis intellige; quippè, qui & animal eſt, & eius opera diuidi debent: quoniam fieri debent coram hominibus, vt videantur ab eis, vt hic dicit Chriſtus: Vt videant opera veſtra bona: intentio tamen ſignificata per aues (quia ſubtiliores, & per æthera volitant) non debet diuidi, ſed integra ad Deũ debet referri, ipſumq; ſolum tanquã ſcopum omnium ſuorum operũ aſpicere. Nam gloria eſt veluti Dei vxor, & quemadmodum Puthifar herus Ioſeph, oĩa quę in domo ſua habebat, poſuit in manus ſuas, præter vxorẽ ſuã; vt ipſemet Ioſeph dixit ad illã: ſic & de gloria dicendũ eſt: quoniam illã nemini vult concedere Deus, etiamſi prophetiã, interpretationem ſermonum, & cæteras gratias gratis datas; immò & iuſtitiam ſuã tibi tribuat: vxorẽ tamen (quę gloria dicitur viri) hanc ſibi ſoli reſeruat Deus, ſecundũ illud quod ipſe dicit: Gloriam meam alteri non dabo. Quoniam ſicut penicillus, aut cætera pictoris inſtrumenta, non poſſunt ſibi gloriam elegantis picturæ tribuere, ſed manui pictoris, qui ea mouebat: ſic nec homo qui inſtrumentũ Dei eſt (ſecundum illud: Lingua mea calamus ſcribę) poterit ſibi gloriam recti operis vſurpare, ſed manui Omnipotentis Dei, qui operatur omnia in omnibus, adſcribere debet: Nunquid artifex, qui iuſſu & expenſis alterius opus aliquod fabricat, ſtemmata ſua, atq; inſignia in eo ponit? Minimè gentium. Sed ille, qui imperauit, & ſumptus fecit, ſuas ibi imagines, ſtemmata, atque ſcuta ponere ſolet. Deus tibi confert gratiam ad benè operandum, Deus iubet, Deus ſumptus fecit, tu minimũ quidem laboris in opere exerces, cur tua inſignia, & non potius Dei in eo apparere voles? Sua ſtemmata, ac ſcuta, ſuũ ſanguinem, flagella, Crucem, mortem, ac merita ibi ſcribe, vt appareat quiſnam talium operum fabricator fuerit. In authorẽ primum, qui Deus eſt, gloriam tuorum operũ refer. Sicuti luminaria omnia in ſolẽ radios ſuos ac lucem retorquent. Nam ad locum, vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant; aliàs velut ingratus ſeruus flagellaberis, & de te dicetur illud Sapien. 10. Ingrati ſpes veluti hibernalis glacies tranſit, hoc eſt, quia non habuerunt recurſum ad fontem, in ſemetipſis abſq; fructu contabuerunt. Aliàs, qui humanam gloriam ex his expectant, dicuntur Oſeæ. 12. Oleum portare in Ægyptum, hoc eſt, diuinæ gratiæ liquorem, pro huius tenebroſi mundi lucris vendere ac commutare. *Et glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.* Eratis enim aliquãdo tenebræ (ait Paul.) nũc autẽ lux in Dño, vt filij lucis ambulate. Id dicitur eſſe vnaquæq; res, quod ei, ſecũdum ſuam naturã conuenit eſſe. Sicut aër dicitur eſſe tene-

Rom. 8. *Simile.* *Pſalm. 18.* *Geneſ. 15.* *Geneſ. 39.* *Eſai. 42.* *Simile.* *Pſal. 44.* *1. Cor. 12.* *Simile.* *Simile.* *Eccleſ. 1.* *Sap. 10.* *Oſeæ. 2.* *Epheſ. 5.*

tenebroſus, quoniam id eſt ſecundum ſuam naturã, iam lux ab extrinſeco ei aduenit, nempè à Sole. Lux hæc ſupernaturalis gratiæ & Fidei, non eſt homini naturalis, ſed ſuperaddita à Deo, & ideò dicit: Eratis eĩm aliquãdo tenebræ, hoc eſt: Nõ inerat vobis à natura hæc lux ſupernaturalis, ſed in ordine ad illam tanquã tenebræ eratis. Nunc autem eſtis lux in Domino, id eſt, ſi quid habetis de hac luce, totum eſt à Deo, & à Chriſto huius lucis authore. Vt filij lucis ambulate, Quaſi huius Solis filij in illũ reflectite radios lucis veſtræ, vt ꝓpter eã glo
Pſal.3. rificent Patrẽ veſtrũ. Vnde Pſalm. 3. dicitur: Signatum eſt ſuper nos lumẽ vultus tui Domine: Super nos ait, quia intelligendo hunc verſum de lumine ſupernaturali, ſuperadditum eſt naturæ noſtræ, quæ quidem & ſi ſit capax huius lucis, non tamen
Simile. habet eam à natura. Quemadmodum cera habet quidem potentiam, vt ei imprimatur ſigillum, ſed tamen non habet illud ex ſe niſi aliunde ei addatur: ſic natura noſtra capax eſt gratiæ & Fidei ſecundum ſuam naturam, ſi tamen ei à Deo imprimatur,
Auguſt. iuxta illam celebrem ſententiam D. Auguſtini: Poſſe habere Fidẽ, ſicut poſſe habere charitatem, naturæ eſt hominum: habere autem gratiã, eſt fidelium. Vnde alia litera habet: Eleua ſuper nos Domine ſigillum tui luminis. Ad ſimilitudinem eius qui eleuat manũ, vt feriat ſigillum, ad hoc quod imprimatur in cera, ſic eleuauit manum Deus ſuper cætera animalia: primùm quando impreſsit nobis lumẽ naturale, quo ſuper cætera animalia eleuamur; & ſecũdò quãdo impreſsit nobis lumẽ ſupernaturale gratiæ, quo & ſuper Angelos euehimur: nam per hoc efficimur conſortes diuinæ
Iacob. naturæ. Igitur vt filij lucis ambulemus, vt omnia hæc referamus ad Patrẽ luminum, à quo dona hęc optima atq; perfecta ad nos
Gregor. deſcendunt. Vnde D. Gregor. 8. Moral. cap. 38. Occultanda ſunt ergo quæ agimus (ait) nè hæc in huius vitæ itinere incautè portantes, latrocinãtium ſpirituum incurſione perdamus, & tamen veritas dicit: Videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cælis eſt. Sed aliud eſt profectò cùm in oſtenſione operis gloria quæritur Largitoris; aliud cùm laus priuata concupiſcitur de dono Largientis. Vnde rurſus in Euangelio hæc eadẽ veritas dicit: Attendite, nè iuſtitiam veſtrã faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Opus ergo noſtrũ cũ hominib⁹ oſtẽdetur, in cordis priùs examine penſandũ eſt, per eiuſdẽ oſtẽſionis ſtudium quid quæratur. Si enim dantis gloriã quęrimus, etiã publica noſtra opera in cõſpectu illius occulta ſeruamus: ſi verò per hæc, noſtrã laudem concupiſcimus, foràs ab eius conſpectu iam fuſa ſunt, etiamſi à multis ignorẽtur. Sed valdè perfectorũ eſt ſic oſtẽſo opere, authoris gloriam quærere, vt de illata laude priuata neſciant exultatione gaudere. Tunc ſolũ namq; innoxiè hominibus laudabile opus oſtẽditur, cum per deſpectũ mentis veraciter laus impenſa calcatur. Aug. lib. 1. de ſermone Dñi *Auguſt.* in monte. c. 12. ait: Si tantummodò diceret Sic luceat lux veſtra corã hominib⁹, vt videant bona facta veſtra: finem conſtituiſſe videretur in laudibus hominum, quas quærunt hypocritæ, & qui ambiunt honores & captant vaniſsimam gloriam. Contra hos dicitur Galat. 1. Si adhũc hominibus pla- *Galat.1.* cerem Chriſti ſeruus nõ eſſem. Et Pſal. 62. *Pſal.62.* Qui hominibus placent, confuſi ſunt: quia Deus nihili fecit illos. Et iterũ: Deus confringet oſſa eorũ, qui hominib⁹ placent. Et rurſus Apoſt. Galat. 6. Non efficiamur in- *Galat. 6.* anis gloriæ cupidi. Et iterũ: Probet autem ſe homo, & tũc in ſemetipſo gloriam habebit & nõ in altero. Non ergo tantùm dixit: Vt videant opera veſtra bona, ſed addidit: *Et glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.* Vt hoc ipſum quòd homo per bona opera placet hominibus, non ibi finẽ conſtituat, ſed referat hoc ad laudẽ Dei, & propterea placeat hominibus, vt in illo glorificetur Deus. Hoc enim laudãtibus expedit, vt nõ hominem, ſed Deum honorẽt, ſicut in ipſo homine quem portabant Dominus oſtendit, vbi admiratæ ſunt turbæ (paralytico ſanato) virtutes eius, ſicut in Euãgelio ſcritum eſt Matth. 9. Timuerũt & glorificaue- *Matth. 9.* runt Deum, qui dedit poteſtatẽ talem hominibus. Cuius imitator Paul. Apoſt. dicit ad Galat. 1. Tantùm autẽ audientes erant, quoniam qui aliquãdo nos perſequebatur, nunc euangelizat Fidẽ, quam aliquãdo vaſtabat, & in me glorificabãt Deũ. Hacten⁹ Auguſti. Igitur (vt omnia dicta in cõpendio redigamus) Prælati, & Prędicatores debẽt eſſe ſal terræ, vt virtutẽ, quæ amara hominibus videtur, dulceſcat in illis, & quoniam debemus eſſe pacis ſignũ populo Chriſtiano. Conuenit etiã, vt ſit lux cœleſtis, & ſuper candelabrũ, id eſt, in Eccleſia; ſic enim in Apoc. Eccleſiæ vocantur candelabra; vt *Apoc.1.* non

non ſolùm dicantur lux propter altitudinẽ virtutũ, quæ in eis debet ſplendeſcere; verumetiam ad hoc, vt conſumãtur pro aliorum illuminatione. Debẽt etiam eſſe ciuitates ſuper montẽ ædificatæ, ad defenſionem & offenſionem inimicorum. Qui ergo nihil horum habet, ad quid prælaturas Eccleſiæ ambit? Quomodò poterit eſſe ſal, qui inſipidus eſt? Quomodò lux, qui in tenebris ignorantiæ ſedit? Quomodò erit arx, aut ciuitas fortis, timidus ac puſillanimis?
Eſai.3. Repellat à ſe tale munus, ac dicat: Non ſum Medicus, & in domo mea nõ eſt panis, nec veſtimentum, nolite me cõſtituere Principem: nec ſcientiam habeo, nec prudẽtiam, nec virtutis habitus, nec charitatis ſubſtantiam in me video, quid me vultis Principẽ inter vos facere? Debent eſſe veritatis via, & aliquando ſunt iter mendatij, vt dixit
Hiere. 23. Hierem. Dicunt enim, & nõ faciunt. Confortauerunt manus peſsimas, vt nõ conuerterentur vnuſquiſq; à malitia ſua. Nam qui deberẽt manus peſsimorũ confringere nè operentur malum; ſuo malo exemplo, vel doctrina aliquando confirmant eas. Deberent eſſe oculi, qui ſuper populũ vigilarẽt, & ſopitos eos videmus, atq; ex nimio ſomno oſcitantes, ſicut in Principibus ac maio-
Eſai.29. ribus videmus, ſecundũ illud Eſai. 29. Miſcuit vobis Dñs ſpiritũ ſoporis, claudet oculos veſtros, Prophetas, & Principes vr̃os, qui vident viſiones, operiet. Hæc eſt oſcitantia, ac incuria, quam circa res ſpirituales videmus in Prælatis. Claudit prædicatorũ oculos, nè videant populi peccata ad corrigendum ea. Deberẽt eſſe ciuitates refugij, & fiunt ciuitas ſanguinũ, hoc eſt, culparũ & aliquando publicarũ, quæ populũ ſcandalizant, & cùm deberẽt eſſe in defenſio-
Ezech. 24 nem, fiũt in offenſionẽ: Væ ciuitati ſanguinum (ait Dñs per Ezech. cap. 24.) ſanguis enim eius, in medio eius ſup limpidiſsimã petram effudit illũ, non effudit illum ſuper terrã, vt operiretur puluere. Peccata cæterorum citò obliuioni traduntur, ac cooperiuntur puluere: Eccleſiaſticorum peccata maximè ſcandaloſa ſunt: quoniam effundimus ſanguinẽ ſuper limpidiſsimam petrã, & quia veluti omniũ ſpeculũ ſumus, à longè noſtra mala videntur. Plus nocent, plus offendũt, plus in auribus hominũ ſtrepũt.
5.Reg.5. Quod ſi tales ſup muros Eccleſiæ ponãtur, in deriſionem veniet Eccleſia Dei. Sicuti Iebuſæi ſuper muros Hieruſalem poſuerũt cœcos & claudos in irriſionem Dauid, qui expugnabat eam, quaſi dicerent, quod illi cœci, ac claudi potẽtes eſſent ad defendẽdam ciuitatẽ contra Dauid. Sic cùm ſuper muros Eccleſiæ ignorantes, ac debiles, & impotentes ponuntur, quaſi cuſtodes, aut propugnatores, in irriſionẽ Chriſti cedere videtur, quaſi tales ſufficiant, vt præſint Eccleſiæ ſanctæ ſuæ.

Nolite putare, quoniam veni ſoluere legẽ, aut Prophetas. Nõ veni ſoluere, ſed adimplere. Hoc eſt alterũ præceptũ, quod Dñs Diſcipulis imponit. Duo quippè erãt, quæ Diſcipulorum animos à recto vſu ſui miniſterij deducere poterãt. Et vana hominũ gloria, & legis veteris vſus, illa ob vehementem animi propẽſionem ad ꝓpriam gloriam, hic verò ꝓpter authoritatẽ Moyſi. (Et quoniã multi putabant Chriſtũ legẽ ſoluere: quia Sabbatis curabat, & ob alia quę illi imponebãt ab hac falſa opinione vult remouere Diſcipulos ſuos, & etiam quia Dñs quædã præcepta maiora, q̃ quæ in veteri lege continebantur, docebat) reſecare vult aduerſam opinionẽ, quam de illo concipiebãt, nẽpè, ꝙ vellet deſtruere legem illam, & docet, ꝙ ea quæ præcepturus eſt, non aduerſantur legi & Prophetis, ſed potiùs ſupplere quod legi deerat. Nomen autẽ legis licet aliquã- *Ioan. 15.* do pro ſcriptura totius veteris teſtamẽti accipiatur, vt in illo, ſed vt impleatur ſermo, qui in lege eorũ ſcriptus eſt, qa odio habuerunt me gratis: tamen in hoc loco tantũ pro quinq; libris Moyſi ſumitur, quos ſingulariter vocãt Hebrei, Torach, hoc eſt, legem, & hic ſoluere pro diſſoluere, ac deſtruere, ſumitur; nam ſic ſonãt verba Græca: immò & Euangelium Matth. (quod aliqui dicũt in Hebreo ſcripſiſſe) ſic habet Lebatel, hoc eſt, eneruare à verbo batal, quod idem ſignificat. Et ita legunt Batablus, & Pagnin. *Batablus.* Nam dupliciter dicitur, quis ſoluere legẽ. *Pagnin.* Videlicet, & dum eã tranſgreditur, & dũ eã abolet & deſtruit. De primo modo ſtatim dicitur: Qui ſoluerit vnũ de mandatis iſtis minimis. Et cum Ioan. 8. Dñs dicit: Nõ ſoluiſſe legẽ Moſayſam ꝑ circũciſionẽ hominis in Sabbato factã: ijs enim locis ſoluere legẽ eſt eam tranſgredi. Hic verò potius videt ſecũdo modo loqui ꝓ hoc, quod eſt doctrina ſua veterẽ legẽ abolere, & deſtruere. Licet etiã vtroq; modo intelligi poſſit, & ꝙ nec venit illã ſoluere trãſgrediẽdo, nec diſſoluere abolendo. Eſt deinde aduertendũ, ꝙ tripliciter dicitur adimpleri lex. Primò, vt ſit ſeruare illam, vt in illo Pauli:

Qui diligit proximum legem impleuit. Secundò, vt ſit promiſsiones legis ipſo facto exhibere, quomodo frequenter Euangeliſtæ dicunt aliquid in lege promiſſum adimpletum eſſe, vt cùm dicitur Lucæ. 24. *Luc.24.* Neceſſè eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege & Prophetis, & Pſalmis de me. Tertiò, implere legem eſt eam perficere, eiuſque imperfectionem ſupplere. Quibus modis Dominus adimpleuit legem. Nam legis præcepta in ſeipſo ſeruauit factus ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret, *Galat. 4.* & promiſſa legis & Prophetarum opere compleuit, imperfectionem autem legis ſuppleuit, & iuſtificando homines per Paſſionem & Fidem ſuam, quod lex præſtare non poterat (nam Paul. dicit ob id Chri- *Roman.8.* ſtum damnaſſe peccatum in carne, vt legis iuſtificatio impleretur in nobis: quia eam lex non efficiebat, ſed tantum ad illud diſponebat) & ſecundò præceptis legis addendo conſilia. Sed hic (cùm dicat Dominus ſe non veniſſe ſoluere legem, aut Prophetas, ſed adimplere) videtur potiſſimè loqui de adimpletione legis, quæ fit exhibitione & completione promiſſorum legis, & quæ fit additione præceptorum, ſiue conſiliorũ legem perficientium. Nam præcepta Sacramentorum addidit, quæ legem perficerent: quoniam de priori expletione patet, cùm ſubdit: Amen dico vobis, iota vnum aut vnus apex, non præteribit à lege, donec omnia fiant. Et de ſecunda etiam loquutum fuiſſe patet, cùm ſubdit: Niſi abundauerit iuſtitia veſtra, pluſquàm Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in Regnum cœlorum.

Dubium. Sed, vt hæc clariùs elucescant, difficultas magna hîc videtur oriri, quomodo verum ſit, quòd Chriſtus non venerit ad ſoluendam legem, cùm eam ſuſtulerit & abrogauerit, ſaltem quoad cœremonialia & iudiciaria eius præcepta. Nam & Paulus *Epheſ.2.* Epheſ.2. dicit, quòd Chriſtus medium parietem maceriæ ſoluit, & quòd legẽ man- *Hebr.7.* datorũ decretis euacuauit. Et ad Hebr.7. Reprobatio quidem fit prioris mandati, propter infirmitatẽ eius, & inutilitatẽ. Introductio verò melioris ſpei, per quam approximamus ad Deum: immò & videbatur opera etiam legis ſoluere, cùm iubebat in Sabbato tollere grabatum, & fecit lutum *Caietan.* ex ſputo in Sabbato, & alia. Caietanus reſpondit, quòd Dominus negat ſe veniſſe perſonaliter ad ſoluenda vincula legis: nam hoc debebat facere per Diſcipulos ſuos, quemadmodũ & ipſe dixit: Non ſum miſſus, niſi ad oues quæ perierũt domus Iſraël: quoniam etſi conuerſurus erat etiam gentes, tamen hoc non debebat facere in ſua perſona, ſed ſuorũ Diſcipulorum. Sic modò, quia ipſe non debebat per ſuam perſonam abſoluere ab obligatione ſeruandi legem: ſed Diſcipuli poſt mortem ſuam id erant facturi; ideò dicit, quòd nõ venit ſoluere, non dicit, Non ſoluam, ſed, Non veni ſoluere. Et hoc patet, quia Diſcipuli ſui poſt mortem ſuam ſeruabãt legalia, & mulieres Sabbato ſiluerunt ſecundum mandatum Lucæ.23. Et Petrus dixit ſe nunquã *Luc 23.* manducaſſe immundum aliquid contra legem. Acto.10. Et illi, qui accuſabant Ste- *Act.10.* phanũ dixerunt: Iſte dixit, quòd Ieſus Nazarenus mutabit traditiones, quas tradidit Moyſes: Mutabit (dicit) de futuro. Sed hęc *Act.6.* ſolutio Ianſenio non placet: quoniam certè *Ianſen.* Dominus de ſua perſona hæc dicit, vt & Apoſtolos habeat etiam in hoc imitatores. Nam ſubiungit: Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, &c. Deinde, quoniam huic quod eſt ſoluere legem, opponitur adimplere legem, ita vt ſignificetur, Si legem ſoluiſſet, hoc eſt, abrogaſſet, non eam impleturum, cùm tamen nihilominus adimpleuiſſet legem, ſi legem quam abrogauit per Apoſtolos, in ſua perſona abrogaſſet. Quare probabilior videtur ſententia Ruperti, in hac *Rupert.* parte, quæ ſic habet. Scriptura dupliciter loquitur de lege Moyſi. Quandoque enim dum de ea eſt ſermo, habetur reſpectus ad ea, quæ ſunt illi legi propria, quæque per ſolam illam legem ſunt introducta; qualia ſunt iudicialia, & cœremonialia, quomodò Paulus loquitur in pluribus locis. Quandoque tamen reſpectus habetur ad ea quæ ſunt præcipuè à Deo intenta, & maiora in lege; qualia ſunt Decalogi præcepta & alia moralia, quibus Deus & illos, & alios docet quomodò iuſtè, ſobriè, ac piè hîc viuere poſsimus. Cœremonialia quippè, ac iudicialia veluti acceſſoria quædam fuerunt, ac accidentalia præcepta, quæ Deus pro conditione hominum & temporum iudicauit, conuenire illi populo pro illo ſtatu, tanquã vtilia ad obſeruationem eorũ, quæ præcipuè requirebantur. Quod Hierem.7. *Hierem.* explicauit Dñs, cùm dixit: Holocauſtomata vrã addite victimis veſtris, & comedite carnes: quia non ſum loquutus cũ patribus veſtris,

veſtris, & nõ præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Ægypti, de verbo holocauſtomatum, & victimarum, ſed hoc verbum præcepi eis, dicens: Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus, & ambulate in omni via, quemadmodum mandaui vobis. Qua ſententia ſatis indicat Deus, quod quaſi coactus populi illius conditione, qui ad idololatriam erat deditus, cœremonias illas illis indixiſſet, non quia per ſe neceſſariæ erant, quemadmodum cætera Decalogi mandata. Quare *Ezech.20.* Ezechiel.20. dicit Dominus dediſſe ſe primùm Iſraëli præcepta & iudicia ſua, quæ faciens homo, viueret in eis. Significans præcepta Decalogi. Poſteà tamen propter populi peccata dediſſe etiam præcepta nõ bona, & iudicia, in quibus non viuerent. *Hierony.* Significans (ſecundum Hieronymum, & *Rupert.* Rupertum) cœremonialia. Et in Pſalmis, cùm de lege fit mentio, & mandatis eius, ferè intelligendum de ipſa lege, ſecundum id quod eſt in ea præcipuum. Vt cùm dicitur, *Pſal. 18.* Lex Dñi immaculata conuertens ani- *Pſalm.10.* mas, & fidelia omnia mandata eius con- *Pſal.118.* firmata in ſæculum ſæculi: & cùm in Pſalmis precatur doceri legem Dei, aut in ea duci. Igitur in hoc loco, cùm Dominus dicit, Se non veniſſe ad ſoluendum legem, ſed ad adimplendum eam: loquitur ſecundum ea quæ in lege ſunt præcipua, nempè præcepta moralia & Decalogi; hæc enim ſemper perſeuerant. Quare cùm poſteà cum ſuis præceptis legem perfecit, tantùm adfert præcepta moralia, & non cœremonialia. Illam ergo legem, quæ dilectionem Dei, & proximi præcipit; & ea quæ moderantiam ſeruandam docent: Dominus non ſoluit, ſed adimpleuit: eò quòd perfectius docuit quomodo hæc deberent adimpleri, quàm lex ipſa docebat vel exigebat, vel intelligebat exigere. Sed & de cœremonialibus dicendum eſt, non penitùs ea ſoluiſſe, ſed potiùs cõpleuiſſe. Nam etſi, ſecundum literam abroganda docuit, ita vt vim obligandi ampliùs non habeant, non tamen penitùs ſoluit. Hoc enim feciſſet, ſi docuiſſet ea mala fuiſſe, & tamen à Deo inſtituta fuerunt, adimpleuit tamen ea: quoniam in ſeipſo exhibuit, quòd per illas cœremonias ſignificabatur: & ſecundò, quoniam docuit quomodo illa precepta ſpiritualiter intellecta perfectiùs obſeruarẽtur à Chriſtianis: immò hoc ipſum quod fecit ſoluendo obligationem cœremonialium, ſecundum literalem intelligentiam fuit potiùs adimplere illa: quoniam hoc ipſum à lege fuit prædictum, & promiſſum in multis locis. Et quod hic etiam loquatur de cœremonialibus, & non ſolùm de moralibus patet ex ſubiunctis: nam dicit nihil præteriturum de lege, donec omnia fiant. Vbi manifeſtè Dominus loquitur de lege, quatenus continet non ſolùm præcepta, ſed etiam promiſſa, & prophetias. Cœremonialia autem præcepta, prophetiæ quædam erant ſpiritualiter intellecta: & Hie- *Hierony.* ronymus, & Auguſtinus etiam de cœre- *Auguſt.* monialibus intellexerunt hunc locũ. Itaq; dicendum eſt, quòd Chriſtus adimpleuit totam veterem legem. Primò, quantum ad finem; nam finis vtriuſque legis eſt hominem Deo coniungere, hoc autem imperfectè præſtabat lex vetus, perfectiſsimè autem id facit lex noua, quæ non ſolùm confert gratiam, verùm & ad gloriam inducit. Secundò, quantum ad effectum. Nam iuſtificatio quam vetus figurabat, in noua perficitur. Ideò quippè altare veteris legis erat vacuum & inane intus, per quod inſinuabatur, quod ibi nihil ſolidum offere- *Exod. 38.* batur, quod ad iuſtificationem, ſecundum ſe præſtaret. Altare autem noſtrum ſolidum eſt, ac plenum pane ac vino, hoc eſt, ſubſtantia humanitatis, & diuinitatis Chriſti. Ac ideò Paul. Sacramenta veteris le- *Galat. 4.* gis vocat infirma, & egena elementa; egena quoniam diuitias gratiæ non continebant; infirma quoniam neminem poterant iuſtificare. De Sacramentis autem nouæ legis dicit Concilium florentinum, quòd gra- *Conc.Flor.* tiam continent, & verè eam ſuſcipientibus conferunt. Si gratiam continent, non ſunt egena nec vacua, ſed diuitijs gratiæ plena: ſi eam verè ſuſcipientibus conferunt, non infirma ſunt, ſed virtutem iuſtificandi habentia, per gratiam autem vires animæ adminiſtrantur. Præcepit Olim Heliſæus *3.Reg.17.* pauperculæ cuidam mulieri viduæ, vt vaſa accommodata peteret à notis & vicinis, & ſuper ea diſtillaret oleũ de lechyto, quo adimplerentur vaſa, & venderet, & ſolueret creditoribus ſuis, quæ debebat vir eius, & de reliquo ipſa, & ſuperſtes eius filius viuerent. Hæc vidua fuit Synagoga repudiata à Deo, vt ipſe dixit Eſai. 50. Quis eſt iſte *Eſai.50.* libellus repudij, quẽ ego dedi matri veſtre? et nondum ſponſum Chriſtum acceperat, pauper, quia lex gratiã non conferebat nec poterat debitum Deo ſoluere, nec ſibi, ani-

mæq; ſuę prouidere. Vaſa accõmodata habet: quia legem vſq; ad Chriſtum habebat, tanquam commodatam: nam lex Chriſti eſt vera, & æterna poſſeſsio; lex enim, &
Luc. 16. Prophetæ (ait Chriſtus) vſq; ad Ioannem, qui iam Chriſtum præſentem annũtiabat. Venit Chriſtus Dominus, & ex corpore ſuo (tanquam ex lechyto) oleum ſanguinis ſui fudit, & adimpleuit vaſa vacua, ex quo oleo & ſatisfacere pro originali & actuali peccato poſſumus, & viuere de reliquo Deo grati. Hoc autem non eſt ſoluere legem, ſed adimplere quod illi deerat. Vnde
Rom. 3. Paul. ait, quòd per fidem Chriſti ſtatuitur lex, non deſtruitur. Hoc eſt, ſtabilitur, & firmatur, ſolidaque efficitur per gratiam, quæ & corda ſtabilia reddit, ſecundum il-
Hebr. 13. lud Paul. Optimum eſt gratia ſtabiliri cor. Hocq; ſtabilimento gratiæ ſolidam ac perpetuam facit legem, quæ ſine illa infirma
Rom. 8. erat, ſecundum illud Paul. Nam quod impoſsibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: quia per carnales obſeruantias infirma erat, cùm carni iuuamina gratiæ non adminiſtraret. Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carnem, vt iuſtificatio legis (hoc eſt, eam iuſtitiam, quam lex promittebat, & non efficiebat) adimpleretur in nobis. Et hoc ſignificauit ſenex ille Symeon, qui in vlnas ſuas Chriſtum amplexus eſt. Quaſi Chriſtus eſſet, qui vacuum legis antiquæ, & præ ætate & infirmitate iam ſeneſcentis, adimplere deberet, & qui vlnas, ac menſuram legis veteris coagitatam, ac ſuper effluentem faceret. Sed de hoc conſule Comment. noſtros ſuper Pſalm. 118. fol. 142. tract. 4. & 143. vbi & hoc teſtimonium Paul. ad longum explicatum videbis: & tracta. 5. fol. 162. Tertiò, adimpleuit Chriſtus legem veterem quantum ad promiſſa Prophetarum, vt hic docet ipſe Chriſtus. Propter quod in Euangelio ſæpè repetitur. Hoc factum eſt, vt adimplerentur ſcripturæ Prophetarũ: &
Eſai. 25. antiqui ſancti in oratione petebãt. Eſai. 25. Conſilium tuum antiquum verũ fiat. Nam quod per Prophetas ſuos Deus promiſerat, præſtitit in Euangelio. Quartò, quantum ad iudicialia, quæ ordinabantur ad pacificum Reipublicæ ſtatum habendum. Sed Chriſtus per Euangelium ſuum ad quandam tranquillitatem & pacem propèmodum cœleſtem homines inuehit, dum docet nullis perturbationibus aut aduerſitatibus cedendum eſſe. Vltimò, compleuit quantũ ad cœremonialia, dum figuris ſuccedit veritas. Sed aduertendum inſuper, quòd ex his omnibus præceptis, cœremonialia & iudicialia, quantum ad vim obligandi abrogata ſunt; tamen cœremonialia, quia per illa ſignificabatur Chriſtus venturus, & per illa profitebantur illius legis profeſſores Fidem implicitam, quam de Chriſto habebant: qui modò illis vteretur tanquam neceſſarijs infidelis eſſet: eò quòd profiteretur Chriſtum venturum, qui tamen iam venit, ſecundum promiſſa Patriarcharum, & eſſet pernicioſum mendatium. Quare Chriſtus implendo hæc cœremonialia euacuauit ea: nam adueniente corpore, id quod vice corporis, tanquam vmbra erat, meritò excluſum fuit. Quare verè dicit hic Dominus, Se non veniſſe ſoluere, ſed adimplere legem. Non enim legem tanquàm malam penitus abrogauit. Quod ſi luce prodita cedunt vmbræ, ſi iam factis ipſis præſtò eſt quod Prophetæ prædixerant: Nihil legi derogatur, ſed potiùs accedit perfectio. Vnde Leo Papa *Leo Papa.*
ſermone quodam de Paſsione Domini, ſic ait: Hoſtia in hoſtiam tranſit, ſanguine ſanguis aufertur, & legalis feſtiuitas dum mutatur, impletur. Habuit illa tempus ſuum, habuit honorem ſuum, illa typis quibuſdam adumbrauit, quod nunc in re ipſa toti orbi repræſentatur. Vnde (quemadmodum Prophetarum oracula) prædictiones futurorum erant, ſic & tota legis illius hiſtoria nihil aliud apparebat, quàm theatrum quodam, vbi futurorũ comœdia agebatur, ſecundum illud Paul. Vmbram ha- *Hebr. 10.*
bens lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum: Eſt enim lex noua (ait Diuus Thomas in quodam loco) veluti ef- *D. Thom.*
figiatum quodam legis veteris. Lex enim vetus effigies erat legis nouæ. Illa quidem cœremonijs, & præceptis carnalibus, ceu cancellis quibuſdam circumſepſit cupiditates hominum, nè impunè prolaberentur in omne flagitium, quo capatiores eſſent Euangelicæ doctrinæ, nunc quod perfectius eſt exprimitur. Illa carnalis & craſſa hactenus profuit, nunc abſque cœremonijs datur gratia, quæ peccata diluat. Non *Similia.*
magis illa læditur, quàm ſi pictæ imagini Regis, Rex ipſe viuens ſuccedens, omnium oculos in ſe deflectat. Aut ſi puer imbecillis, progreſſu temporis grandeſcat in virum adultum. Aut ſi frondibus, & folijs

folijs ſuccreſcat fructus maturus, aut ſi lunam & ſtellas Sol exoriens obſcuret. Illa conata eſt præſtare quod promiſit, & non potuit; nunc ad plenum quod illa non potuit præſtatur. Repetamus ergo illud
Roman. 3. Paul. ad Roman. Legem ergo deſtruimus per fidem? Abſit: Sed legem ſtatuimus, hoc
Leo Papa. eſt (vt ait Leo Papa ſermone primo de Penthecoſte) quoniam gratia promiſſa eſt per legem, & lex impleta eſt per gratiam.
Theodor. Item, quia (vt ait Theodoretus apud Eu-
Eucumen. cumœniũ) in hoc lex vet° cõfirmatur: quia quod illa præſtare non potuit, per Euange-
Figura. lium accepimus. Huius rei tanquam figura quædam nos admonet aurea corona, quæ
Exod. 25. iuſſu Dei Arcæ ſuperponebatur Exod. 25. Nam ſicut illa decorem & ornamentum adiecit Arcæ, non autem abſtulit figuram; ſic gratia Euangelica plenitudinem, & decorem contulit legi antiquæ. Vnde Greg.
Nizen. Nizenus in libro de cognitione Dei, & capitibus contra Hebræos ait: Ipſe enim tum antiqui, tum noui teſtamenti author Chriſtus; ideò dicit: Non veni, vt ſoluerem legem, ſed adimplerem, hoc eſt, vt illam propter Hebræorum imperfectionem imperfectam maiori, quàm & viris congruente Philoſophia perficerem, & abſoluerem. Illa enim erat pædagogus, qui ad Euangelium ſuſcipiendum inſtituebat, hæc eſt autem Præceptor ipſe, qui docet perfectiora. Et illa quidem corpora informabat, hæc autem animos erudit. Vetus ergo eſt miniſtra nouæ, ad nouam enim ducit, & viam miniſtrat, & parat. Ex quibus omnibus collige, quòd lex vetus por Chriſtum per-
Simile. fecta & abſoluta eſt. Nam (vt ait quidam Doctor Neothericus non contemnendus) ſi quãdo pictores primos tractus duxerint, & informem rerũ effigiem delineauerint, habent tamen apud ſe ſpeciem ipſarum perfectam, ſicut & omnes artifices (obſer-
Auguſt. uat Auguſt. tractatu. 1. in Ioan.) eorum quæ facturi ſunt, priùs ideas in mente concipiunt, vt ſi quis domum ædificaturus ſit, priùs apud ſe ipſam domum effingit, & fundamenti parietis, tecti, commoditatũq; omnium rationẽ habet. Iam verò ſi contingat pictorem, poſt primas illas lineas penicillũ admouere, veros colores adijcere, rerum facies exprimere, & informem, rudemq; tabellam ad perfectum deducere, quis illum arbitretur contra ſuæ artis profectionem concepti operis inſtitutionem, & tabellæ puhritudinem feciſſe? Aut quis exiſtimet nouũ opus illum effinxiſſe? Hoc ſi quis obijciat, audiet à pictore, nihil nouũ obire, nihil non priùs conceptum effingo, primas lineas duxeram, nunc illas ad perfectum deduco. Sicut enim fœtus primùm *Simile.*
informis eſt, diſponitur tamen ad perfectiorem formam, quam vbi acceperit, non nouum quid, ſed idem ipſum perfectum & completum eſſe incipit; ita quoque primi tractus ad perfectiores ſpecies diſponuntur, quæ vbi ſucceſſerint, vnum & idem, ſed abſolutum opus eſt. Ad eumdem ſanè modum Chriſtus oſtendit ſe, vnum, eumdemq; legis veteris & nouæ inſtitutorem, nèc aliam inter vtramq; diſtantiam eſſe, quãm quod hæc perfectior, illa verò perfectiorem appeteret, ad quam etiam diſpo-
nebatur: ad Hebr. 7. Nihil ad perfectum *Hebr. 7.*
adduxit lex. Ideò Chriſtus non veni (inquit) legem ſoluere, ſed adimplere. Vtiq; *Simile.*
ad inſtar pictoris, qui lineas priores, non ita delet, vt nouum opus condat, ſed quod illis adũbrauerat veris coloribus illuſtrat. Vnde Cyrillus Alexandrinus Dialogo de *Cyrillus Alex.*
Adoratione, & Cultu in ſpiritu & veritate: Nam (inquit) & fabriferrarij ſtatuam ſolidaturi; primùm obſcuram ſpeciem in cera faciunt, deindè illæ igni liquefactæ æs infundunt, & ſic opus ſuum producunt, vt nouam ſpeciem ac pulchritudinem habeat adiectis ad vmbras varijs colorum ſpeciebus, & apparent quidem dum æs cerã liquefacit aboleri prima lineamẽta, res autem ipſa non ſic habet. Verè enim dicere poſſunt, & faberærarius, & pictor, non deſtruximus vmbras, nec omnino inutiles figuras fecimus, ſed impleuimus potiùs. Nam quod in vmbra & figuris, tantùm obſcurè, deformiterque videbatur, id ad meliorem, clarioremque formam productum eſt. Et ſiquidem ſacram diuinituſque inſpiratam ſcripturam, quis rectè perſcrutari vellit, planè ſciet verum eſſe quod dico. Moſes enim velamen ſuper faciem ſuam ponebat: eò quòd non poſſent filij Iſraël reſpicere faciem eius, propter claritatem illius, ſicut ſcriptum eſt. Nam craſsiores Iudæorum mentes, quæ externa legis videbant, quodãmodo ferre poterant, id eſt, ea quæ per literam legis videbantur. At intolerabilia erant & inacceſſa, quæ intus latebant. Eapropter, & Diuus Paulus ſcribit, vſque in diem hunc velamen in lectione veteris teſtamenti manere non reuelatum, quia per

Chriſtum aboletur, ſed vſq; in hunc diem
quando legitur Moyſes, velamẽ ſuper cor
eorum poſitum eſt; hactenus Iudæorum
2.Cor.3. res promouerunt: Nos autem (inquit) re-
uelata facie gloriam Domini, vt ſpeculo re-
præſentantes ad ipſam imaginẽ transfor-
miamur, à gloria in gloriam, tanquam à Do-
mini ſpiritu: hæc ille. Igitur ſic legem vete-
rem perfecit Chriſtus. Quare non mirùm,
ſi adueniente quod perfectum eſt, euacue-
tur quod erat ex parte, nempè ea quæ tan-
tùm hanc veritatẽ ſignificabant, iam quan-
tùm ad hoc abolita ſunt. Paulus ait: Finis
legis eſt Chriſtus, ergo conſequuto fine
quieſcit motus. Omnia autem illa veteris
Hebr. 12. legis ſacrificia ac cœremoniæ (quæ Paulus
ad Hebr. vocat mobilia bona) ad hoc ten-
debant & mouebantur quotidie per quo-
tidiana ſacrificia, vt ad Chriſti ſacrificium
pertingerent, quod ſignificabant. Et pro-
pheticæ voces ad hunc etiam finem tende
Simile. bant, tanquam ad ſcopum. Ergo ſicut cum
ſagitta attingit ſcopum, ceſſat motus ſa-
gittæ: ita poſtquam lex & Prophetæ Chri-
ſtum attigerunt, iam quieuiſſe ac ceſſaſſe
dices, nec enim plus vltra habent quò ten-
Luc.16. dant. Vnde Chriſtus lex & Prophetæ vſq;
ad Ioannẽ, qui ſcopum iſtum digito oſten-
dit, tanquàm qui iam attigiſſet illũ. Quare
Sixtus Papa III. in epiſtola de diuitijs:
Adimplet (inquit) legem, cùm eam veram
eſſe oſtendit, quando per ſe ceſſare facit
illa, quæ iam ceſſatura prædixerat, & de
antiqua lege legem nouam produxit, &
nouum teſtamentum promulgauit ex ve-
Eſai.2. tere, vt magis ac magis legis ac Prophetarum prædicta ſuppleret, in quibus continebatur: De Syõ procedet lex & verbũ Do-
Hebr.7. mini de Hieruſalem. Et alibi: Dabo eis teſtamentum nouum, non ſecundum quod
diſpoſui patribus eorum. Quare lex vetus
Phil.3. comparatur ſtipulæ: nam vbi Paul. dicit ad Phil.3. Arbitror vt ſtercora. Græci legunt, Arbitror vt ſtipulã, & per ſtipulam (vt ait
Gagney. Ioannes Gagneyus) intelligit legem veterem. Sicut enim neceſſaria eſt ſtipula donec creuerit triticum, & ſeparatum inde fuerit: ita Chriſto (qui fuit verum granum frumenti) nondum nato, & in legis ſtipula latente, vtilis erat lex. Vbi autem per Paſsionem, & Reſurrectionem collatum eſt nobis hoc granum, & per Aſcenſionem in horrea æterni Patris reconditum; ad nihil amplius vtilis fuit legis culmus, & ſti-
Eſd.4. pula. In quarto libro Eſdræ dicitur, quòd quando natus eſt Iacob, in exitu ab vtero plantam Eſau fratris ſui manu propria tenebat, itaq; finis Eſau fuit initium Iacob. Sic lex vetus & noua, vna poſt alteram venit: ita tamen quod finis veteris legis fuit initium nouæ. Vetus enim lex poſt ſe no- Rom.10.
uam trahebat, & noua finem legis aprehendit manu ſua, hoc eſt, Chriſtum tenuit, qui finis legis dicitur, ſecundum illud Cantic. Cant.
Tenui eum nec dimittã. Nam vt ipſe Dominus promiſit, ſemper nobiſcum erit omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſæculi. Hoc autem fecit, vt ex Iudæis, & Matth.28
Gentilibus vnum ſibi populum copularet: quoniam lex erat veluti maceria, & inter ſtitium ſeiungens Iudæos à Gentilibus. Nunc verò diſſoluens medium parietem maceriæ, & legem veterem nouis decretis euacuans, ex duobus vnum conflauit populum, vt ſit vnum ouile, & vnus Paſtor. Et hic eſt ſenſus illius ſententiæ Paul. ad Ioan. 10.
Epheſ.2. quam à pincipio citauimus, quæ Epheſ.2.
ſic dicit: Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ ſoluens inimicitias in carne ſua, legẽ mandatorum decretis euacuans, vt duos condat in ſemetipſo, in vnum nouum hominem faciens pacem, vt recõciliet ambos in vno corpore. Et ſicut Eſau, & Iacob in vno vtero continebantur, & collidebant; ſic lex noua in veteri veluti in vtero continebatur, & colluſio illa puerorum ſignificabat eam, quam Iudæi veteris legis cultores, cum nouæ legis obſeruatoribus debebant habere, quod lex noua contineretur in ve-
teri docet D. Thom. 1.2.q.107. art.3. Nam D. Thom.
quæ implicitè, & ſub figura in veteri lege continebantur, explicitè & aperte tradun-
tur in noua. Vnde Chryſoſtom. exponens Chryſoſt.
illud, quod habetur Marc. 3. Vltrò terra Marc.3.
fructificat primùm herbam, deinde ſpicam, demum plenum frumentum in ſpica, dicit: Primò herbam fructificat in lege naturæ, poſtmodum ſpicas in lege Moyſi, poſteà plenum frumentum in Euangelio. Eſt ergo lex noua in veteri, ſicut frumentum in ſpica, in qua eſt veluti in vtero. Quæ ſententia eſt Auguſtini libro de Catechizandis rudibus. Docet enim, quòd lex noua occultabatur in veteri, & vetus lex mani-
feſtatur in noua. Eiuſdem eſt ſententiẽ D. Gregor.
Greg. homil. 6. in Ezechi. explicans illud: Dubium.
Quaſi ſit rota in medio rotæ, ſcilicet, Euangeliũ in lege veteri contentũ. Sed hinc oritur dubiũ, quoniã ſi lex noua cõtinetur in veteri,

veteri, ſicut effectus in cauſa, ſequitur quod lex vetus eſt perfectior noua, quod eſt abſurdum. Sed reſpondetur quod lex vetus continet nouam poteſtate & virtute, ſicut ſemen fructum. Et hęc explicatio eſt Concilij Florentini. Sed aduerte quod genus cõ Concil. Floren.
tinet ſpecies, & viciſsim ſpecies continet genus, diuerſimode tamen. Nam genus continet ſpecies, in potentia, & in confuſo, cæterum ſpecies continẽt genus, in actu, & formaliter. Nam genus eſt de intrinſeca ratione ſpeciei, ſic igitur lex antiqua continet nouam ſicut imperfectum perfectius, quod dicit D. Thom. & hoc eſt continere poteſtate, vt genus ſpeciem, quod dicit Concilium: Viciſsim lex noua continet veterem eminentia quadam, & perfectione, ſicut rationale continet ſenſitiuum, & quadrangulus triangulum. Vnde vtrumque verum eſt quod altera alteram continet. Et vt diſtinctius procedatur, conſideratria, quę ſunt in lege noua, nempe, Fidem, Moralia præcepta, & Sacramenta gratię. Fides noſtra continebatur in antiqua lege implicitè, quæ progreſſu temporis fuit diſtincta, prout in Cõcilio ſupra citato fuit declaratum, quod Fides de proceſsione Spiritus ſancti contine-
batur implicitè in Symbolo Apoſtolorum, Conciliũ Nicenũ.
& poſtmodum Conciliũ Nicenum explicitè & diſtincte declarauit. Cæterum Mõralia præcepta diſtincte, & explicite ſatis, in antiqua lege continebantur, ſed hominũ abuſu obſcurata erant, luce autem Euangelica manifeſtata ſunt. At Sacramenta gratiæ continebantur in antiqua lege, ſicut ſignatum in ſigno, quæ quidem non eſt talis cõtinentia, ſicut continẽtur effectus in cauſa efficienti, & ideo non ſequitur quod perfectior ſit lex antiqua. Cæterum licet ex dictis ſatis explicatum videatur, quomodo Chriſtus non ſoluerit, ſed adimpleuerit legem, tamen quia poſtquam hæc ſcripſeram caſu uenit in manus pagella quędam, cuiuſdam viri docti noſtri ſęculi, in qua legi quędam quę mihi placuerunt, ideo ea communia facere volo. Nam quæ ſine fictione didici, ſine inuidia etiam communico. Ait ergo vir ille doctus: Chriſtus in his verbis: Nõ veni ſoluere legem ſed adimplere, vult dicere: Quoniam in tota concione mea nulla fit mentio præceptorum legis antiquæ, præceptorum, inquam, iudicialium, ſiue cæremonialium, quæ per ſe pertinebant ad illã legem à Deo poſitam, ne exiſtimetis quod ego venerim ad abrogandam legem per ſe, & ex intentione. Quoniam illa ipſa habẽt ſuã conſummationem, & finem, hoc ipſo quod per me complentur myſteria, ad quæ ſignificanda illa eſt inſtituta. Itaque complementum debet accipi, pro exequutione rerum ſignificatarum, & patet. Nam idem eſt iudicium quantum ad iſtum textum, de Prophetis, & de lege: nam eodem contextu dicitur: Nolite putare quoniam veni ſoluere legem, aut Prophetas: Complementũ autem Prophetię conſiſtit, in exequutione rei prophetatę, iuxta illud, quod ſæpiſsime habetur in hiſtoria Euangelica. Hoc factum eſt, vt adimpleretur quod dictũ eſt per Prophetam, ergo ſimiliter complementum legis, quantum ad rationem ſignificandi in futurum debet accipi pro exequutione myſteriorum Chriſti. Et hic eſt ſenſus perfectiſsimus illius loci. Luc.24. Neceſſe eſt im- Luc.24.
pleri omnia quæ ſunt ſcripta, in lege, & Prophetis, & Pſalmis de me. Quod ego etiam
ex D. Paulo colligo, qui ad Hebr.9. dicit: So Hebr. 9.
lummodo in cibis, & potibus, & varijs baptiſmatibus, vſq; ad tempus correctionis impoſitis. Vocat tempus correctionis quando non ſolum mala, ſed etiam imperfecta corrigenda erant, & in melius mutanda. Cęremonialia enim non tanquam mala, ſed tanquam inperfecta erant corrigenda: quia illa tanquam puerilia impoſita ſunt, vt per ea homines ducerentur ad perfecta. Itaq; volo dicere, quod quantum ad exercitium, cæremoniæ ille habuerunt tempus præfixum nempe vſque ad Chriſtum, qui imperfectiora legis correxit, quantum vero ad rationem ſignificationis, & completa ſunt in Chriſto, & complentur etiam in Eccleſia, vſque ad diem iudicij, vt ſtatim videbimus. Immo ſi hunc ſenſum volumus extendere ad præcepta moralia, etiam in eis verificari poteſt. Nempe quod per Chriſtum impleta eſt lex naturalis. Quoniã gratia Chriſti fuit cauſa, quod perfectiſsimè ſeruaretur lex naturæ. Ita docet Auguſt. libr. de vera Auguſt.
religione. cap.2. & 3. Et colligitur ex Paul. Roma.8.
Roma.8. dicẽte: De peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis. Id eſt, Chriſtus per ſuam mortem damnando peccatum, fecit, vt iuſtitias legis adimpleremus, eo modo quo iuſtificaremur per eorum adimpletionem, nempe per gratiam Chriſti. Itaque, adimplere, habet iſtum ſenſum, Veni efficere, vt adimpleretur lex iuſtitiæ. Similis phraſis eſt cum
Actor.2. dicitur de Iuda. Poſſedit agrum de Act.2.

mercede iniquitatis, hoc eſt, dando pretiũ fuit cauſa, quod ager poſsideretur. Et eſt phraſis Hebraica: quoniã in illa lingua aliqua verba ſignificantia actum immanentẽ accipiuntur tranſitiue, vt cognoſcere, pro facere cognoſcere: adimplere, pro facere, adimplere. Et per hæc facile reſpondetur ad authoritates quæ in oppoſitũ adduci ſolent. Ex illis enim ſolũ colligitur, quod per mortẽ Chriſti lex vetus habuit ſuã conſummationẽ, ea ex parte quæ erat poſitiua lex. Quod quidem factum eſt, non propter abrogationem eius, ſed quoniam expletis rebus, ad quas ſignificandas ad tempus quodã deſtinata eſt: functa eſt officio, & fine ſuo. Et ſic intelligitur verbum illud Chriſti. Cõſummatum eſt, id eſt, omnia iam ſuam perfectionem adepta ſunt in me, atque ad ſuũ finem peruenerunt. *Amẽ quippe dico vobis, donec tranſeat cœlum, & terra, iota vnum aut vnus apex, non præteribit à lege, donec omnia fiant.* Iota eſt minima literarum, ſaltem in Alphabeto Hebræo, quæ dicitur Iod. Apex dicũt aliqui quod ſit minimũ punctũ, quod ſuper dictionem ponitur, licet Ianſenius dicat, quod hæc puncta apud Hebræos, & apud Græcos, ſero ſunt recepta, & apud Hebræos tempore D. Hierony. nondum erant notæ accentuum, aut notæ vocalium quas puncta vocant. Quare dicit apicem hic vocari ſummum elementi faſtigium, licet hoc parum referat. Eſt autem hyperbolica loquutio, non enim laboratur de literarũ apiculis, cùm probabile ſit multa volumina veteris teſtamenti intercidiſſe, quorum nomina videntur citata, in Canonicis libris, & tamen nõ inueniuntur. Ergo illæ apices & literę etiam præterierunt. Sed planus ſenſus eſt, verè vobis illud affirmo, quod vſque ad conſummationem ſęculi, quando tranſibũt cœlum & terra, non quidem ſecundum ſubſtantiam ſuam, ſed ſecũdum ſtatum ſuum, nec minimum quidem ex vniuerſa lege eſt periturum, ſed perficientur vniuerſa, quæ in ea ſunt ſcripta, ita quod nihil omnino promiſſum, aut proditum in lege Moſayca fuerit, quod non adimpleatur. Nec intelligas propter aduerbium (donec) hic poſitum bis, minima legis eſſe peritura, poſtquam tranſierũt cœlũ & terra. Sed vult dicere, quod cœlum & terra, quæ ſtabiliores partes ſunt orbis, aliquando tranſitura ſint, cùm tamen nihil legis tunc prætermiſſum ſit, & euentus, & perfectio omnium quæ lex promiſit erunt. Nec ſignificatur quod omnia, quę lex habet implenda ſunt, ante quam cœlum & terra immutentur, cùm multa in ipſa immutatione ſint adimplenda, & alia poſteà; nẽpe in ipſomet iudicio, quod etiam in lege adumbratum fuit, ſed hoc ſignificatur, quod nullo vnquam tempore ſæculi lex diſſoluenda ſit ſed futurũ eſſe, vt omnia impleãtur. Itaque lex quid diuinum eſt, quod nec perire, nec diſſolui cum rebus perituris poterit. D. Auguſt. libr. 1. de ſermone Dñi in monte. c. 15, interpretatur hæc verba Chriſti, de ſummo, ac perfecto complemento antiquæ legis, quæ quidem continet etiam ea quæ ſunt minutiſsima, cuiuſmodi cenſentur Iota, & Apex. Et ex hoc loco facilè cõſtat explicationem ſuperioris clauſulæ, quã dedimus vltimo loco, eſſe germanam, atq; literalem. Aduertendum eſt enim, quod ſi Chriſtus in hoc loco verba faceret de adimpletione legis, quantũ ad exequutionẽ præceptorum omnium etiam minimorum, profecto defficile verificatur illa vniuerſalis, donec tranſeat cœlum & terra omnia fient. Nam vt patet experimento, etiamſi antiqua lex aliquo tempore fuit in vſu apud Iudæos, poſt Paſsionem Chriſti, tamen poſt Concilium factum ab Apoſtolis. Actor. 15. Aliquæ cæremoniæ dumtaxat ſunt præceptæ, quæ & progreſſu temporis abolitę fuerunt. Quare non loquitur Chriſtus de eius exequutione, ſed vult dicere: Intelligite quo modo ego venerim ad implendam legẽ, quoniam certiſsimè aſſero vobis, quoniam nec minimum præceptum, nec minima legis cęremonia caritura eſt ſuo complemento, in myſterio ſignificato, dum perſeuerauerit ſtatus huius mundi. Ita que ille modus loquẽdi (donec tranſeat cœlum & terra) iſtam habet energiam. Donec cœlum & terra habẽt iſtum ſtatum tranſitorium, in motu ſeruientem corruptioni, dum (inquam) cœlum & terra iſtum ſtatum ſeruant omnia fient, & complebuntur, hoc eſt, ante diem iudicij. Licet hæc expoſitio contraria videatur ſuperiori, quantum ad hoc vltimum. Quare meliorem exiſtimo, priorẽ quantum ad hoc quoniam multa quæ in lege prophetata, & adumbrata fuerunt complebuntur in ipſo die iudicij, & in ipſa beatitudine corporum.

Ianſenius

Actor. 15.

Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. Primò quęritur quę ſint iſta mandata minima, & quomodo cum ſuperiori ſententia hæc verba connectantur. Secundò quomodo intelligatur, quod qui non

non fecerit, & non facere docuerit minimus vocetur in regno cœlorum. Auguſt. per mandata minima intelligit ipſa mandata legis, quæ per Iota, & Apicem ſunt ſignificata, quæ Dominus mox perficit per ſuã doctrinam, quę dicuntur minima reſpectu eorum, quæ Dominus mox docturus erat: quoniam minus hominem perficiunt & beatificant. Quæ autem Chriſtus docet, maxima dicuntur: quoniam maxime hominem perficiunt. Et quod ſic debeat intelligi patet, quoniam hæc ſententia appendix eſt ſuperioris, & ex ea infertur, & in illa de his quæ legis ſunt fit mentio. Chryſoſt. vero quem ſequitur Theophilact. per peccata minima intelligit ea, quæ Chriſtus addidit præceptis legis, nempe cùm dicit: Ego autem dico vobis, qualia ſunt non iraſci, non concupiſcere, diligere inimicum, quæ dicuntur minima à Chriſto humilitatis, & modeſtię cauſa. In Imperfecto vero dicit vocari minima, eo quod minor eſſet illorum trãſgreſsio, & minus neceſſaria eorũ obſeruatio. Ait quippe ipſe mandata Moyſi in actu facilia, ſunt, Non occides, Non adulterabis, &c. Et ideo in remuneratione modica, in peccato autem maxima. Mandata autẽ Chriſti, id eſt, Ne iraſcaris, Ne concupiſcas, &c. Ipſo actu difficilia ſunt, & ideo in remuneratione magna ſunt, in peccato autem minima. Nã abſtinere ab homicidio & adulterio, facile eſt, nam ipſa criminis magnitudo voluntatem facientis repercutit, ſed non iraſci, non concupiſcere: quia leue reputatur, non facile ſeruatur à multis, & multum laborioſum eſt poſſe non iraſci, aut non concupiſcere, aut non odio habere inimicum. Caietanus per mandata minima, non intelligit ea, quæ ſunt circa venialia. Nam ſicut veniale non eſt ſimpliciter peccatũ, ſed ſecundũ quid: quia non contra legem, ſed prętęr legẽ eſt. Ita nec præcepta quæ prohibent venialia dicentur ſimpliciter, ſed ſecundũ quid præcepta. Sed appellatione minimorum intelligit minima quidem mandata legis, quorũ tamen tranſgreſsio eſſet contra legem. Ianſenius tamen exiſtimat non eſſe neceſſarium, quod omnia mandata Chriſti vocentur minima, ſed talẽ vult eſſe ſenſum. Qui ſoluerit vnum de mandatis iſtis, etiamſi illa ſint minima, hoc eſt, vnum mandatorum etiã minimorum, vt ſignificetur minimũ fore, nõ ſolũ eũ qui multa mãdata ſoluerit, ſed etiã qui vnũ tantũ ſoluerit, etiãſi illud nõ ſit ex maioribus, ſed ex minimis, & hæc eſt etiam ſententia Caietani. Quare & intelligi ſecundum hunc ſenſum poteſt, cùm dicit Dominus (de mandatis iſtis) demonſtrare non tantum ſua præcepta, ſed etiam legis mãdata, quæ adducturus eſt, & omnino omnia præcepta, quę traditurus eſt, quãuis non omnia ſint dicenda minima. Vnde tunc ſic infertur hæc ſententia ex ſuperiori. Quoniã veni ad perficiendum, & implendum legẽ, quæ omnino diſſolui non poteſt, ideò quicumque ſoluerit vnum quatumuis minimũ, ex his mandatis, quibus ego ſum legem perfecturus; aut quę lex præcepit, minimus vocabitur, &c. *Et docuerit ſic homines.* Hoc eſt, qui docet ſeruare quod ipſe nõ pręſtat, nam docet vt alij ſeruent mandata, quæ ipſe non ſeruat, minimus erit. Vel ſi docuerit homines, ita vt ego iam præſcribo, id eſt, ſi recte docuerit, ſic vt egõ doceo hęc præcepta intelligenda, & tamen ea non fecerit, hic non eſt eijciendus quidem à regno cœlorum: tamen non habebit talem locum qualem habiturus eſt, qui & rectè docet, & ea quæ docet opere adimplet, ita vt comparatio hic fiat inter Doctores, vt contextus ipſe manifeſtare videtur. Id eſt dicere, non talem debet habere locum in regno cœlorum, hoc eſt, in præſenti Eccleſia Doctor ille, qui docet etiam minima præcepta ſeruanda, & ea ipſe non ſeruat, ſicut ille qui & docet, & facit etiam minima. Ita Ianſenius cum Caietano. Non enim qui temere iraſcitur mox excludendus eſt in regno cœlorum, ſi non doceat licere, temerè iraſci. Hieronymus vero ſic explicat. Poſſumus intelligere, quòd Magiſtri eruditio etiamſi paruo peccato obnoxius ſit deducat eũ de gradu maximò, nec proſit docere iuſtitiam, quam minima culpa deſtruat, & beatitudo perfecta ſit, quæ ſermone docuerit opere complere. D. Auguſtinus intelligit hoc de eo qui male docet & male adimplet, vt doceat alios ſoluere minima mandata, vt ipſe ſoluit. Qui ſenſus nõ abhorret à contextu. Nam ipſe dixit ſe nõ veniſſe ad ſoluendum legem, quam & verbo docuit & opere. Qui ergò aliter docet, & ſoluit legem quam ego dixi, me non eſſe ſoluturum, ſed perfecturum, nempe perfectiora docendo, iſte autem docet deteriora, ergò iſte quoniam mihi aduerſatur, minimus, id eſt, nullus vocabitur in regno cœlorum. In quo voluit & Scribas, & Phariſæos notare, qui ea mandata quæ legi iam erat additurus, & etiam quædam legis mandata, & ſoluebant tranſgrediendo ea, & docebant ea non

Auguſt.

Chryſoſt. Theophil.

Caietanus

Ianſenius

Ianſenius Caietanus

Hiero.

Auguſt.

ea non eſſe ſeruanda, vt ſatis Dñs poſteà
Hieron. ſignificat. Vnde Hierony. Sugillat, inquit
Phariſæos, qui contemptis mandatis Dei
ſtatuebant proprias traditiones, quod non
eis proſit doctrina in populo, ſi vel parum
quod in lege præceptum eſt deſtruant. Et
tũc cùm dicitur (minimus vocabitur in reg-
no cœlorum) vt accipiamus regnum cœlorũ
& Eccleſiam militantem, & triumphãtem.
Vnum quippe regnum coſtituunt tam mili
tantes, quam triumphantes, quod hic incipit
per Fidem, & ibi per gloriam cõſummatur,
& perficitur. Talis autem in triumphãte
Eccleſia, minimus, & contemptibilis habe-
bitur, à Deo, & à ſanctis omnibus. In hac
etiam Eccleſia minimus reputabitur: quo-
niam tandem è numero ciuium eijciendus
eritniſi reſipiſcat, omnes enim ji dicuntur,
in regno cœlorum minimi, qui eo ſunt loco
in populo Dei, vt in eorum numero nõ ſint
ſemper permanſuri. Verum ex his omni-
bus interpretationibus hanc vnam ego mi-
hi conflare videor. Chryſoſto. homel. 16. ſu-
Chryſoſt. per Matth. & homel. 10. in Imperfecto, &
Theophil. ſuus compilator Theophilact. exiſtimant
Chriſtum, in illis verbis (qui ſoluerit vnum
de mandatis iſtis minimis) mentionem fa-
cere de præceptis moralibus ſpectantibus
ad charitatem, miſericordiam, & iuſtitiam,
quæ Chriſtus in progreſſu huius concionis
commendat Chriſtiano populo. Nam ita in
Pſal. 48. Pſalm. 48. habetur: Audite hæc omnes gẽ-
tes, & poſteà ſubditur doctrina præceptorũ.
Non ſecus profectò per illud pronomen
(iſtis) deſignatur doctrina mandatorũ ſubij
cienda. Nec enim videtur quid aliud prono
men (iſtud) poſsit demonſtrare, quã ea quæ
mox Dominus eſt præcepturus, vt ſit ſen-
ſus. Qui ſoluerit vnum de mandatis iſtis mi
nimis, quæ modo ſum præcepturus. Et etiã
ex ſubiunctis ex oppoſito, qui autem fece-
rit, & docuerit, ſubintelligendum quippe
indubiè eſt (mãdata iſta.) Iã vero quæ ſunt
illa mandata, quæ qui fecerit & docuerit, ma
gnus eſt vocandus, patet ex ſubiuncta ratio
ne. Dico enim vobis, quia niſi abundauerit
iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum & Pha-
riſæorum, &c. Inde enim patet magnũ non
vocandum in regno cœlorum, niſi eum qui
fecerit, & docuerit illa mãdata, quibus Chri
ſtus legem perficit, & adimpleuit. Illa autẽ
mandata dicuntur minima, non quia re ve-
ra non ſint magna, & grauia: ſed quoniam
à Scribis & Phariſæis, per errorem tracta-
bantur tanquam minima, & præcepta leuis
momenti. Et Hieronymus ſuper. c. 28. Hie- *Hieron.*
remiæ ponit hanc regulam. Quòd Scriptu-
ra quandoque loquitur de rebus ſecundum
opinionem vulgi. Vocat enim Prophetas,
qui re vera non erant, ſed exiſtimabantur
eſſe. Et Ioſeph. Luc. 2. dicitur Pater Chriſti *Luc. 2. &*
qui putabatur filius Ioſeph. Vt cap. 3. dicit: 3.
In hunc modũ ſolet explicari illud Matth. *Matth. 9.*
9. Qui minor eſt in regno cœlorum, maior
eſt illo. Hoc eſt, Chriſtus qui exiſtimatur
minor eſſe in hac Eccleſia Iudæorum, reue
ra præſtat Ioanni, & excedit illum. Vnde ſe
cundum iſtam phraſim dicuntur iſta præ-
cepta moralia, minima, quia ſic æſtimaban-
tur à Phariſæis, ita vt dicãtur minima quaſi
per conceſsionem quandam. Ac ſi diceret,
hæc mandata quæ vos habetis tanquam mi
nima, eſto ita ſint tvt vos dicitis parua, tamẽ
qui ea non ſeruauerit ſuũ accipiet iudiciũ.
Et ita habetur Matth. 23. Væ vobis Scribę *Matth. 23.*
& Phariſæi hipocritæ, qui decimatis men-
thã, & anethũ, & cyminũ, & relinquitis quę
grauiora ſunt legis, miſericordiam, ſcilicet,
& iudicium, & Fidem. Hæc oportuit facere,
& illa non omittere. Duces cœci ſcolantes
culicem, camellum autem deglutientes. Ex
his facile colligitur connexio & conſequen-
tia, in hoc textu. Etenim præmiſerat Chri-
ſtus omnnia quæ ad legem pertinebant ob-
ſeruanda eſſe. Quod quidem veritatem ha-
bet conſiderando diuerſitatem mandato-
rum: nam cæremonialia erant ſpiritualiter
adimplenda ratione rei ſignificatæ, moralia
autem ſecundum rem: nam per gratiã Chri
ſti (vt diximus) perfectiſsimè hæc præcep-
ta moralia à Chriſtianis erant adimplenda.
Quocirca vt deterreat peruerſos Miniſtros
ac Doctores legis, â tranſgreſsione horum
mandatorum moralium, quæ illi minima
exiſtimabant, dicitur eis, quòd ſi tranſgreſ-
ſi ea fuerint, minimi etiam ipſi vocabuntur
in regno cœlorum. Perpendite obſecro illũ
modum loquendi (ſoluere mandata) Lex di-
citur vinculum, ac ligamen quodam. Pro- *Prouer. 6.*
uerb. 6. Conſerua præcepta Patris tui, & li-
ga ea in corde tuo. Et Eccleſ. 6. Inijce pedes *Eccleſ. 6.*
tuos in compedes ſapientiæ, & collum tuũ
in torquẽ illius. Quare quando homo tranſ-
greditur legem dicitur ſoluere, ac rumpere
vinculum & ligamen per metaphorã: quo-
niam ſe excutit à lege, ſecundum illud Hie
rem. 2. A ſæculo confregiſti iugum, rupiſti *Hierem. 2.*
vincula, dixiſti, non ſeruiam. Quis autem
ſit ille qui violat hæc minima legis, & docet
violare, facile eſt intelligere conſiderando
quod

quod vel loquitur Chriſtus de doctrina,
quæ oritur ex malo exemplo, & eſt ſcanda-
lum, vel loquitur de illis, qui cũ ſint nequiſ-
ſimi etiam peruerſa docent in moralibus,
Ezech. 13. iuxta illud Ezec. 13. Cõfortaſtis manus pec
Oſeæ 4. catoris, & feciſtis mœrere animam iuſti mẽ
daciter, quam ego nõ contriſtaui. Et Oſeę.
4. Peccata populi mei comedebant, & ad
iniquitatẽ animas eorum ſubleuabant. Vo-
cabitur autem talis minimus in vtraq; Ec-
cleſia, tam triumphante, quam militante
abſolutè loquendo: quoniam alienus erit à
Auguſt. gratia, & gloria Dei, ac proinde reprobus &
damnatus. Nam vt docet Auguſt. libr. 1. de
ſermone Domini in monte. cap. 16. Qui vi-
tã ęternã conſequũtur habẽt magnũ digni
tatis faſtigiũ, & ita nõ poſſunt vocari minimi
quod perinde eſt, ac ſi diceret, ſunt nullius
momenti. Etenim cùm in Scripturis ſignifi
Abdiæ. 1. catur vilitas in aliquo genere, dicitur homo
paruulus reſpectiuè. Abdię. 1. Dedi te paruu
lum in gentibus, contemptibilis es valde. Et
Mich. 5. Micheæ. 5. Tu Bethleem paruulus es in
millibus Iuda. Attamen ad exprimendam
vilitatem ſummam qualis erit damnatorũ,
vtitur Chriſtus hoc vocabulo, Minimus,
quaſi dicat, nihil. Et hinc habuit exordium
illa conſuetudo loquendi, vt hoc aduerbio
Minimè, vtamur loco negationis, minimè
faciam, id eſt, non faciam. Erunt igitur ni-
hil: quia nulla inferior miſeria excogitari
poteſt, quam damnatorum, & eſt dicere dã
Albert. nabuntur. Vel ſecundum Albert. Non veni
ſoluere legem ſed adimplere, id eſt, ſupera-
bundanter implere: quia minima legis addã
ſuper magna, & gratiam implendi ſuper
mandata, & intentionem legiſlatoris ſuper
opera, & formam ſuper informia, & ſpiritũ
ſuper literam, & ſic non ſolum implebo, ſed
addens gratiam gratiæ adimplebo: quia gra
tia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.
Ioann. 1. Qui autem adimplet legem, ſecundum in-
tentionem legiſlatoris, nõ ſolum iuſtus, ſed
etiam epycheyes, id eſt, ſuperiuſtus, ab Ari
Ariſto. ſtotele. 5. Æthico. dicitur: Forma autem eſt
Charitas, quæ eſt plenitudo legis, & finis le
1. Timo. 1 giſlatoris, ſecundũ illud Paul. 1. Timoth. 1.
Finis præcepti eſt charitas, hanc autem ma
xime docuit Chriſtus. Et de Spiritu patet.
Ioann. 6. Quoniam ipſe dixit: Verba quę ego loquor
vobis ſpiritus & vita ſunt, hoc eſt, ſpirituali-
Epheſ. 2. ter intellecta viuificant. Et ad authoritatem
Paul. Epheſ. 2. quæ dicit (legẽ mandatorũ
decretis euacuans) reſpondetur, quod dupli
citer aliquid euacuatur, vno modo à fine,
altero ab ipſo quod continetur, vel videtur
in ipſo contineri. Lex à fine non euacuatur,
qui eſt Chriſtus, & iuſtitia eius. Vt dicitur
Roma. 10. Sed ab hoc quod videbatur in ip *Roma. 10.*
ſa contineri; euacuata eſt à Chriſto, id eſt,
vacua eſſe oſtenſa. Etenim ſalus credeba-
tur eſſe in lege, cùm ab illa eſſet vacua, ſe-
cundũ illud Paul. Galat. 2. Scientes quod ex *Galat. 2.*
operibus legis, non iuſtificatur homo. ¶ Cæ *Moralitas*
terum vt aliquid quod ad mores attinet di-
camus, aduertendũ eſt, quod Chriſtus Do-
minus hic vult nos admonere, quod nec mi
nima quidẽ negligam⁹, ne paulatim defluã-
mus. Nam vt Gregor. docet in morali. Ille *Gregor.*
illicita declinare poterit, qui ſe à licitis ali-
quãdo cautè reſtringit. Et Auguſti. homel. *Auguſt.*
quadam de tempore dicit. Quod vnum gra
nũ arenæ, non multũ ponderis habet, mul-
ta autẽ ſimul, ponderoſa valde erũt, ſic mul *Simile.*
tæ minutæ culpæ, quæ ſi non corrigantur
ſuo pondere in maiora trahent. Quare ani- *Ezech. 1.*
malia illa ſancta plena erant oculis ante &
retro: quoniam non ſolum debemus aſpice-
re, ad ea quæ tanquã magna mala ante ocu-
los habemus: verũ etiam ad ea quæ tanquã
minima in tergo poſita deſpicimus. Vnde
Hieronymus ad Helyodorum in epitaphio *Hieron.*
Nepotiani, ait, quod ſicut Deus in magnis
& paruis rebus creatis, ſuã ſapientiã ſimul,
& potentiam manifeſtat, vt in Elephanto,
& in ape: ſic Dei ſeruus qui illũ imitari niti
tur, in magnis, & minimis illi placere ſata-
gat. Sapiens etiam dicit, quod qui minima *Eccli. 19.*
negligit, paulatim defluit. Hoc eſt, dulciter
moritur, & inſenſibiliter, ſicut ille cui pau-
latim defluit cruor. Nam paruus error in
principio fit maximus in fine, & de Lazaro *Ioann. 11.*
prius dicitur quod erat languens, deinde
mortuus. Nã qui circa minima langueſcit
paulatim diſponitur ad mortifera. Et Ec-
cleſ. 10. dicitur: In pigritijs humiliabitur con *Eccleſ. 10*
tignatio: *Viene à deſplomarſe el maderamiẽto.*
Et ſpiritualis ædificij fabrica inclinabitur
ad ruinam, propter negligentiam operãtis.

Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vo
cabitur in regno cœlorum. Videntur hic omit *Moralitas*
ti alij duo gradus, nempe qui faciunt & nõ
docent, & qui docent & non faciunt. Sed hi
quoniam medij gradus ſunt, in extremis
comprehenduntur. Nam qui docent & nõ
faciunt, inter minimos reputantur, qui autẽ
faciunt licet non doceant, ad magnos videã-
tur pertinere. (Magnus vocabitur in regno
cœlorũ.) Creaturæ in ſua natura conſidera
tæ, ſi ad Deum referantur dicuntur habere
eſſe

eſſe exiguum & fragile, & reputantur quaſi non ſint Sapien.11. dicitur. Quoniam tanquam momentum ſtaterę, ſic eſt ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris ante lucani, qui deſcēdit ſuper terram. Et Eſai. 40. Ecce gentes quaſi ſtilla ſitulæ, & quaſi momentum ſtateræ reputatæ ſunt, Ecce in ſulæ, quaſi puluis exiguus, omnes gentes quaſi non ſint ſic ſunt coram Deo, & quaſi nihilum, & inane reputatæ ſunt. Conſultò his teſtimonijs noſtram deiecimus atq; minuimus naturam, vt mente cogitemus à quanta humilitate, in quantam celſitudinē nos euehat gratia Dei, vt magni efficiamur in regno cœlorum. Is tamen hanc celſitudinem conſequitur, qui non ſolum ſeruat mādata, verumetiam ſua doctrina Eccleſiam ædificat, & fideles ad rectè viuendum inſtruit & inducit. Hic erit magnus in regno cœlorum: quoniam non ſolum gratiam & gloriam conſequetur, ſed ſummum gradum in vtroque obtinebit. Quare de Ioanne Baptiſta qui magnus Prædicator ac Doctor Euangelicæ doctrinæ futurus, erat dictum eſt Luc.2. Hic erit magnus coram Domino. In republica Regum temporalium ſunt varij gradus dignitatum, illę autem perſonæ, quæ maximè accedunt ad dignitatem regiam, tum propter nobilitatem generis, tum propter opulentiam, & diuitiarum abundantiam Magnates dicuntur, & Primates, & in lingua noſtra dicuntur *Grandes*. Ita ſimiliter in republica cœleſti, & ſummi Dei, qui maxime accedunt ad dignitatem illius Regis regum, & Domini dominantium dicūtur & ſunt reuera Magni. Eiuſmodi ſunt viri Apoſtolici, qui ſimul obſeruando præcepta, alios etiam docent obſeruare ea. Etenim Deus in ſeipſo ſummè perfectus eſt, tamen perfectionem ſuam creaturę communicat ſpirituales gignendo filios, qui ſunt Dij per participationem. Id volebat nobis Deus inſinuare, cùm Eſai. 66. dicebat: Nunquid qui alios parere facio ipſe non pariam? & qui generationē alijs tribuo ſterilis ero? Vbi loquitur de generatione filiorum adoptiuorū. Similiter cōmentari oportet eos qui magni dicūtur in regno cœlorū excellere perfectione & genere alios, eāq; debere effundere in eos, docēdo ſpiritualiter, & cooperando, vt homines ſint filij Dei per gratiā. Id enim nitebatur efficere Paul. dū quaſi cū doloribus parturiēs hos filios dicebat ad Galat. 4. Filioli mei quos iterū parturio, donec formet Chriſtus in vobis. Et 1. Cor. 4. 4. Per Euāgeliū ego vos genui, & ad Philemo. rogo te pro filio meo quē genui in vinculis.

Sap. 11. — Eccleſ. 40 — Luc. 2. — Simile. — Eſai. 66. — Galat. 4. — 1. Cor. 4.

Mos eſt in ſcholis, vbi vniuerſale ſtudiū florere ſolet, vt nec gradus baccalaureatus, nec Doctoratus detur, niſi illis, qui tot annis probauerint ſe in ſcholis illis, & in aulis illius facultatis, in qua honorātur aſsiduè auditores fuiſſe, vel qui tot diſputationibus reſpōdētes affuerint. Sic in regno cœlorū gradus iſte, vt quis nō Doctor aut Magiſter, ſed magnus appelletur laureaq; iſta glorię decoretur, oportet vt hos duos probet ſe habere curſus (vt ita loquamur) nēpe vt & fecerit hæc præcepta, & alios docuerit vt faciāt. Nā qui ſolueritvnū de mādatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorū. Nō vult dicere q̄ aliquē gradū etiā minimū adquirēt, ſed qd minimus vocabitur, hoc eſt, nihili pēdebitur. *Noſe hara quenta del.* Nō ſolū autē qui dicūt, & non faciūt nullū honoris gradū adquirēt: verū etiā multa loquela eos eijciet à regno Dei, cū linguas ſuas acuunt aduerſus proximorū honorē, ſecūdū illud Paul. Nec fornicarij nec maledici regnū Dei poſsidere poterūt. Quoniā in hoc horto, ac paradyſo Chriſti arboresinfructuoſſe ſi minimè admittūt, quę ſolū folia aut flores habeāt, ſed quę fructū affērāt in tēpore ſuo. Nā & ficū illā infructiferā præſcindi iuſsit Dñs horti, nè terrā in vanū occuparet: ſic corā Deo nihil proſunt foliaverborū, aut flores rethorū, niſi operū fructus inter ea ſplēdeāt. Nā verba in vētū prolata potius animi inflationē quā morū correctionē oſtēdūt. Quare de talib⁹ Dñs p Ezec. dicebat: Aſſur pulcher in ramis & nemoroſus frōdibus, & inter cōdenſas frōdes eleuatū eſt cacumē eius. Nā arbores quę fructuū pōdere nō deprimūtur, ſed ſolū folia habēt in immēſum eleuare ſolēt cacumina, ſic qui verborū folijs luxuriāt, nec pōdus bonorū operū eos p humilitatē deijcit, ſuperbi ac elati euadūt: nā inter cōdēſas frōdes eleuat cacumē eorū. Inter verborū phaleras ac ſermonis lenocinia, in ſuperbiā ac vanitatē efferūtur. Pau. quippe dicebat q̄ etiāſi linguis hominū & Angelorū loqueret, ſi tñ charitatis fruct⁹ nō haberet, nihil eſſet. In ora Sacerdotalis veſtimēti, erāt tintinabula argētea, & malogranata aurea. Per tintinabula verba p malogranata opera intelligūt: quoniā malū punicū cū aperit, & pulchrū in granis apparet, & ſimul ſucci dulcedinē pfert. Quoniā ille eſt admittēdus ad Sāctuarij miniſteriū, qui nō ſolū verborū ſonitum, verūetiā operum

Ad Philemonem. — Moralitas ſeu concio. — Simile. — Luc. 13. — 2. Cor. 6. — Ezech. 31. — 1. Cor. 13. — Exod. 28.

operū ſuccū ac pulchritudinē habēt: habēt em & q̄ auditū delectēt, & ſimul oculos ac guſtū afficiāt. Quare Seneca reſpondēs cui dam amico ſuo, qui ab eo petierat quēnam eligeret ſibi Magiſtrum, reſpondit. Eum elige Doctorem, quem cùm videris, magis mireris quā cùm audieris. Ne de illo dicatur quod quidā Spartanus audiens luciniā dulciter, & alta voce canentem, cùm poſtea in manus habuit tam paruulum paſerculū dixit: Hic totus vox eſt, præterea nihil. Qui enim multa dicunt, & pauca faciunt, quaſi monſtra quædam videntur. Vnde D. Bernard. tanquam monſtra naturæ tales depingebat dicens: Monſtrum quodam videtur eſſe lingua magniloqua, & manus remiſſa. Ac ſi hominem videres cum pede magnæ menſuræ, & tamen ille tam puſillus, vt totum corpuſculum pes operiret, qualia ſimilia monſtra depingi ſolent. Sic ſi videres hominem linguam tanquam Elephantis proboſcidem habere, manus tamen ſicut pueruli vnius diei, tanquam naturæ monſtrum eſtimares illum. Tales arbitrare illos, qui magnificè loquuntur, & remiſſè in Eccleſia operantur. Tanquam monſtra & peccata naturæ, ab ea expellendi ſunt. Quoniā in Eccleſia Dei tales deformitates non admittuntur. Vnde Pſalm. de bono viro ait: Erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuū dabit in tempore ſuo, & folium eius nō deſluet. Quare animalis, quod offerebatur olim, & pectuſculum, & armus dexter in vſum Sacerdotum cedebant. Vt oſtenderet Deus, & quod Sacerdos debet habere in pectore ſcientiam, & in opere efficaciam. Nimirum opus in brachio dextro, hoc eſt, facere opera vitæ æternę, quæ per dexteram ſignificantur vbi erunt electi. Nec in ſacrificijs quæ Sacerdotes offerebant miſcebatur mel: quoniam dulcedo verborum, nō multum confert ad hoc quod ſacrificia ſint Deo accepta, Vnde Hieron. 3. Tom. in Epiſtola ad Fabiolam, de veſte ſacerdotali ait: Quod in veſte Sacerdotali, non prius erat rationale, deinde ſuperhumerale, ſed è contra prius ſuperhumerale deinde rationale. Quoniam prius debemus operari humeris, deinde docere rationabilia, ne doctrinæ authoritas caſsis operibus deſtruatur. Vnde Propheta Oſeas cap. 10. ſecundum Septuaginta ſic ait: Seminate vobis in iuſtitia, & metite fructum vitæ. Illuminate vobis lumen ſcientiæ. Prius ſemina in iuſtitia, poſtea lumen ſcientiæ. Vnde Pſalmiſta dicebat: A mandatis tuis intellexi, hoc eſt, ex obſeruatione mandatorum tuorum accepi ſcientię intelligentiam, operando mandata tua ea intellexi, ne prius inciperem eſſe magiſtri erroris, quam diſcipulus veritatis. Ita etiam Paul. Roma. 2. docet. Quod non auditores ſed factores legis iuſtificabuntur. Nam lex Euāgelica eſt ſcientia moralis quā (vt docet Ariſtoteles. 1. Ethi.) non tam diſcimus vt ſciamus, quā vt boni ſimus. Hinc illud Pſal. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum. Quaſi dicat, non tam deſeruit oculis ad expectandum, quam greſsibus ad dirigendū. Hinc legis factores dicuntur legem implere. Nam ſicut in fabrica, cum operis lineamenta ducuntur. *Quando ſe da la traça.* Vacua ſunt & innania, donec cōſtituātur quæ diſpoſita ſunt, ſic prorſus notitia legis, lineamenta ponit operationis; tunc vero impletur cum exequutioni mādatur: Vnde Eſai. 2. dicebant gentes. Docebit nos vias ſuas ambulabimus in ſemitis eius. Et inter ſpiritualia animæ ornamenta quorum eſt mentio. Ezech. 16. Primum locum obtinent armillæ, cùm dicitur: Dedi armillas in manibus tuis. Per quas (authore Hieronymo) bona opera ſignificantur, quæ nobis à Deo cōceſſa ſunt. Et torquem collo tuo, quo ſignificatur legis obedientia, circulum in auribus tuis: vt prompto animo ſacram doctrinam audiamus. Hoc ergo eſt quod dicit Paul. nō ſatis eſſe circulos habere in auribus, hoc eſt audire verba Dei, vel audita in alios effutire, ſed habere oportet in manibus armillas, & torquem in collo, ne dicatur nobis illud Hierem. A ſæculo confregiſti iugum, rupiſti vincula, dixiſti non ſeruiam. Aliàs de his qui dicunt, & non faciunt, dicitur in Prouer. Circulus aureus in naribus ſuis, mulier pulchra & fatua. Sicut enim ſus ſi anulum habet in naribus, cùm illo piſcines & ſtercora voluit, ſic ſcientia in lingua peccatoris cū ſuis immūditijs inuoluitur, ceu mulier pulchra & turpis, quæ pulchritudine ſua in cenno vitiorum voluptuatur. Ille ergo, qui facit & docet, magnus vocabitur in regno cœlorum. Nam (vt ait Hierony. libr. 1. contra Iorim.) Sicut ille qui de vena educit aurum, & deinde igne in fornace purificat illud, plurimum in hoc laboris inſumit; & tamē operis laudem non ille aſſequitur, ſed qui ex illo auro tanto cum labore perducto, vel vas, vel aliud quodlibet opus arte ſua fabricat: Sic etiam ſi doctor, aut concionator tēpus

Bernar. — Simile. — Pſalm. 10 — Leuit. 7. — Hiero. — Oſea. 10. — Pſal. 118. — Rom. 2. — Ariſto. — Pſal. 118. — Simile. — Eſai. 2. — Ezech. 16. — Hieron. — Hiere. 2. — Prouer. 11. — Hieron. — Simile.

pus omne terat nimioque labore ſe excruciet, voluendo libros, ac ſenſus optimos ſacræ Scripturæ meditando, non tamen ipſe coronam aut præmium accipiet, ſed qui ex illo ſacræ Scripturæ auro, quod ille tanto labore eduxit, opera bona fabricare nouit.
Prouer. 3. Vnde Prouerb. cap. 3. dicitur: Circunda eas gutturi tuo, & deſcribe in tabulis cordis tui.
Hieron. Hinc Hieronymus dicit. Benè gutturi circundari dicit virtutes cum vox loquentis potius in gutture fieri ſoleat: quia, ſcilicet, prædicationis vox, de internis manat, ſed extra circundat. Nam quod alios ad benè viuendum ſuſcitat, eo ad benè agendum & opera prædicantis ligat: nè extra ſermonē actio tranſeat, ne voci vita contradicat. Hi ergo qui faciunt, & docent bona, ſunt viri fortes ac validi, qui operibus ſuis mundum debellare contendunt. Sunt enim illi viri ſelecti, qui non ſe curuauerunt cum biberent, & ideo cum eis Gedeon debellauit
Iud. 7. Madianitas, ſicut in libro. Iud. legitur. Quòd cùm aduerſus Madianitas pergeret Gedeon ad bellum, præcepit illi Deus, vt in trāſitu fluminis probaret ſuos milites, & quòd illi qui flexo poplite biberent, tanquā inutiles domum dimitteret, qui vero ſtantes aquam acciperent manibus perferret ad
Gregor. bellum. D. Gregor. Per illos qui incuruati bibunt intelligit malos ac peccatores: nam è contra de bonis dicitur, qui non curuauerunt genua ſua ante Baal, illi viri fortes in Eccleſia ſunt ad bellandos dæmones, hæreticos ac rebelles, qui non flectuntur ad diuitias, honores, aut voluptates huius ſæculi, qui non corruūt ante idola mundi, ſed ſtantes & in bono fixi, per ea quæ ſunt mundi
Eſai. 35. tranſeunt. Quare Dominus per Eſai. nos admonet dicens: Genua debilia roborate. *Que hagamos oficio de Algibriſtas.* Hoc eſt, quod roboremus illos, qui mox vt honores, diuitias, vel voluptates viderint corruunt ante illa, & adorant ea. Admonentes vt ſtent in ſtatu illo, in quo Deus eos collocauit.
Eſai. 2. Nā Deus hominē rectū fecit cœlū q; videre iuſsit, ne ab hoc ſtatu cadas vt dixit Eſai. Incuruabit ſe homo, & humiliabitur vir. *Caen de ſu eſtado.* Qui quidem rectus erat, & obediunt inimicis, qui dicunt animæ ſuæ in-
Eſai. 51. curuare vt tranſeamus. Non hi ſunt viri fortes, & Eccleſiæ propugnatores, ſed illi qui ſtantes, & tranſeuntes bibunt. Qui nihil huius mundi ſumunt, niſi quod neceſſarium ad tranſigendam vitam eſt, & aquas manibus ad os applicant, hoc eſt, qui manibus & lingua ſapientiam diuinam hauriunt facientes, & docentes: ore docentes, manibus operantes quę docent. Vnde Paulus dicebat: *Paulus.* Ego autem ſic pugno non quaſi aërem verberans, ſed caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo, ne cum alijs prædicauerim ipſe reprobus efficiar. Solis verbis docere, eſt aërem verberare: quoniam verbum nihil aliud eſt, quam aer verberatus. *Es dar golpes en el ayre.* Sicut gladiator qui docet aliū *Simile.* quomodo offendat hoſtem, & quomodo ſe protegat ab eius ictibus, & cùm ferio cum alio ſtrictis gladijs contendit nihil illorum quæ docuit alios, fecit. Sic pigri Prædicatores, qualis ego ſum, docent alios artem iſtā degladiandi cum uitijs & diabolo, & tamen ipſi non faciunt ea quæ docent, nec talem normam in gladiatura ſeruant. Paul. autem *1. Cor. 9.* non ſic pugnabat quaſi aërem verberans. Sed caſtigo (ait) corpus meum, nè cùm alijs prædicauerim ipſe reprobus efficiar. Contra ſe ipſum cōuertebat arma, ſciebat enim hoſtem corpus noſtrum aſſumere tanquam arma contra nos. Confringe ergo hæc inimici tui arma, quòd ſi hoſtem ferire non vales quia ſpiritualis eſt, ſaltem carnem tuam percute qua velut inſtrumento bellico aduerſum te vtitur inimicus. Sicut Eleazarus ille vir fortis, apud Machabæos, cùm non poſſet percutere eos qui ferebantur ab Elephanto, & a bello pugnabant, beſtiam ipſam percuſsit & interemit; ſic tu ſciēs quod diabolus ſuper carnem tuam æquitat, vt inde te feriat, ſi hoſtes petere non potes quia ſpirituales ſunt, beſtiam ipſam percute, hoc eſt, carnem tuam macerationibus ſpiritui ſeruire compelle. Et qui ſic operantur ſunt Sexaginta fortes illi, qui lectulum Salomo-
Cant. 2. nis, hoc eſt, Eccleſiam Dei, ambiunt vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum, vel contra femur ſuum, vt alia litera habet, hoc eſt illi qui aduerſum ſeipſos arma conuertunt. Igitur cùm tales viros habet Eccleſia, in pace ſunt ea quę poſsidet, cùm verò defficiūt, hoſtes ſæuiunt, & multiplicantur, inſurgunt hæreſes innumeraque mala ſuccreſcūt. Vnde Dominus per Eſai. c. 3. hanc nobis calami
Eſai. 3. tatem minatur dicens: Ecce enim dominator Dominus exercituum auferet à Hieruſalem, & à Iuda validum & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ, fortem & virum bellatorē. Hos fortes auferet ab Eccleſia ſua, robur panis & aquæ, hoc eſt doctrinæ vires: quoniā qui eā docēt imbecilles ſunt, & ad tēporalia cōmoda incuruantur.

Quare

Quare Euangelica doctrina non ijs viribus ac vi prædicatur, qua animos audientium penetret, atq; deijciat: & ideo quia tali cuſtodia caret Eccleſia ob noſtra peccata, tot ſtrages hoſtium in ea videmus graſſari. Ecce quam neceſſarij ſunt iſti viri magni, qui faciunt & docent ſimul.

Dico enim vobis, quia niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum non intrabitis in regnum cœlorum. Hactenus ea nos docuit Chriſtus, quæ ad dirigendum finem Chriſtianæ vitæ conducebant, & quę ad informandos eccleſiaſticos viros, qui ad hunc finem nos dirigere debent ſpectabant: nunc vero ad componendos omnium mores deſcendit, præcepta ac conſilia docens, quæ ad hunc finem maximè conferre poterant, quam doctrinam ſic exorditur. *Dico enim vobis.* Licet in multis exemplaribus ſit (autem) in alijs, tamen, eſt (enim) & in Biblia Plantini ſic legitur. Redditur enim ratio quare dixerit ſe veniſſe ad implē dā legē, & quare ſeruanda ſint mādata ſua, quibus legem eſt perfecturus & impleturus. Phariſæi ſuā iuſtitiā in ſolis exteriorib⁹ actibus ponebāt, nihil curātes de interioribus, & licet exteriora opera legis in præcepto eſſent, maximè tñ interiora reformāda erant. Quare nō dicit: Ne preſtemus nos Pahriſęorū iuſtitiā, ſed q̄ ſuper exteriorē iuſtitiā operū addamus interiorē cordis iuſtitiā. Quod autē illi in ſolis exterioribus obſeruantijs ſuā cōſtituerēt iuſtitiā, patet ex illo q̄ dixit
Luc. 10. Phariſæus ille. Luc. 10. Ieiuno bis in Sabbato, decimas do omniū quæ poſsideo, nō ſum adulter, &c. Quæ omnia exteriora opera erant, ipſis etiam multa propter duritiem ſuam permittebantur, quæ nos facere nefas eſſet, vt dare libellum repudij, & quod illi intelligebant de vſuris, & de vindicta ſumenda de inimicis. Tertio ipſi cortici legis inhęrentes eam explicabant, vt in multis locis hic videbimus, nos autem non ſecūdū Scribarū & Phariſęorū interpretationē eā intelligere debem⁹, ſed ſecūdū verā Chriſti Dñi intelligentiā. Et aduerte q̄ nō dixit debere abūdare iuſtitiā nrā, pluſquā illa quā teſtificāt lex & Prophetę, nā iuſtitia Dei in
Rom. 3. fuſa (vt inquit Paul. Roma. 3.) teſtificata eſt
Deuter. 30 à lege & Prophetis, & Deuter. 30. Fūdat pręceptū charitatis ſupernaturale, vbi explicat homines per charitatē viuere vita gratiæ & gloriæ. Dicit enim: Mandatū hoc q̄ ego præcipio tibi hodie, nō eſt ſupra te, nā prope eſt ſermo in corde tuo & in ore tuo, vt diligas Dominū Deū tuū, atq; illi adhæreas, & viuas: ipſa enim eſt vita tua. Quem locū Paul.
Rom. 10. intelligit de iuſtitia Dei interna, & *Romā. 10.* infuſa quam quidem ignorabant Scribæ & Phariſæi, & introduxerant iuſtitiam ſimu-
2. Tim. 3. latam iuxta illud. 2. Timo. 3. Habentes quidem ſpeciem pietatis, virtutem autem eius
Moralitas ſeu concio. abnegantes. ¶ Altius autem intelligendo hunc locum, debet abundare iuſtitia noſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum: quoniam debemus illam internam ac ſupernaturalem iuſtitiam quærere, quæ animas iuſtificat, & Deo gratas reddit, & hæc eſt illa quæ conſiſtit in Fide, Spe & Charitate Chriſti, & Dei. Pro quo aduertendum quod Chriſtus Dominus in hoc ſermone quem in mōte prædicat voluit generalem quandam totius orbis reformationem facere, tollendo prius impedimenta quæ peccatum adduxerat, inter quæ vnum fuit ignorantia. Peccatum quippe totum deſtruxerat ac voluerat orbem, nec rem aliquam in ſuo reliquerat loco, ſed omnia à ſuis proprijs locis tranſtulerat: ac confuſione quadam reuoluerat atque mutauerat, ita vt non idem ſed alter, atque ille diuerſus videretur mundus ab eo, qui primum formatus eſt. Cùm igitur finis aduentus Chriſti fuerit, auferre peccatum,
& ea quæ illud conſequuta fuerant, ſecun- *Eſai. 27.* dum illud Eſai. Hic eſt omnis fructus, vt auferatur peccatum, intellige cum deffectibus ſuis, & vnus eorum fuerat hæc mundi tranſuerſio atque mutatio, qua omnia à ſuis proprijs locis tranſlata erant, ideo hic nouus mundi Reformator contendit modò omnia ad ſua ppria loca reducere. Poſuerat à principio Deus in paradyſo hominem, quaſi ille locus ſibi conuenientior eſſet, peccatum illum à paradyſo expulit, venit nouus artifex mundi, & hominem iterum ad paradyſum reddere nititur incipiens prædicare, quod appropinquaret regnum cælorum: Hoc enim fuit, errantem ouem, ſuper proprios humeros ad proprias caulas reducere. Item Deus hominem in ſua gratia ac amicitia creauerat: peccatum ab illa eduxerat illum, Chriſtus nos reducere ad illam ſatagit: Nam gratia (ait Ioannes) per *Ioann. 1.* Ieſum Chriſtum facta eſt. Et hoc fuit enigma illud quod Phariſæus intelligere nequibat, cùm Ioannis. 3. Dominus dixe- *Ioann. 3.* rat ei: Oportet vos naſci denuò, & reſpōdit Nichodęmus dicens: Quomodo poteſt homo naſci cùm ſit ſenex? Nunquid poteſt iterato inventrē matris ſuæ introire & renaſci?

Z Ita

Ita debet fieri, & ad hoc venit filius hominis, vt nos iterum ad vterũ reuocet. In vtero quippe gratiæ formatus fuit homo, à quo quasi abortiue eductus à diabolo est, oportet nos iterũ in vterum gratiæ introire, vt naſcamur filij Dei. Item à principio conditionis hominis illum immortalem, per iuſtitiã originalem condiderat Deus, ſed per peccatum mortalis effectus ad hanc vitam immortalẽ illum reuocat Dominus, cùm per Reſurrectionẽ ſuam, qua ad vitam immortalem ſurrexit, noſtræ reſurrectionis ac immortalitatis cauſa factus, diceret: Ego veni vt vitam
Ioan.10. habeant, & abundantius habeant, vt ſic omnia ad ſua priora domicilia reduceret: ad
Eſai.32. hoc enim (ait Eſai.) erat vẽturus. Ecce in iudicio regnauit Rex, vbi alia litera habet: Ecce ad iuſtitiam faciendam regnauit Rex, nẽpe, vt iuſtitiam diſtributiuam in rebus conditis ſeruaret, quæ exigit vt quælibet res ſuum contineat ac conſeruet locum. Igitur hoc malum peccatũ fecerat, vt omnia à ſuis locis euerteret, & in tantum hoc malum creuerat, vt & iuſtitiam ipſam à ſuo proprio loco expulerit. Nam proprius locus vbi iuſtitia inſidet, cor, anima, atq; voluntas eſt: (Sumimus autem hic iuſtitiã prout includit omnes virtutes, ſecundum quod eſt generalis virtus) intulerant autem illi vim, & inuitam ab anima in carnem traxerãt eam, ita quod in ſolis corporeis ac exterioribus actionibus iuſtitiam cõſiſtere exiſtimabant, nullam de cordis iuſtitia curam habentes, adeò carnales effectierant homines, vt & ipſam virtutẽ
Geneſ.6. carnem facere conarentur. Quare cũ Deus mundum prima vice deſtruere, vellet, dixit: Non permanebit ſpiritus meus in homine: quia caro eſt. Alia litera: Ipſa caro, abſq; ſpiritu, ſine corde, ſine Deo, itavt de eo diceret Propheta: Factus eſt populus meus quaſi columba non habens cor: nihil enim de cordis munditiæ curabant, ac ſi cor non haberent. Qui error præcipuè inter Phariſæos tunc temporis vigebat, hi enim omnem legis iuſtitiam, in exteriori obſeruantia conſtituebãt nullam de interiori curam habentes, contra
Matth.23 quos Chriſtus Dominus ſæpe dicebat: Væ vobis Scribę & Phariſæi hypocritæ, qui mũdatis quod exterius eſt calicis & paropſidis,
Luc.11. intus autem pleni eſtis omni immunditia. Quare Apoſtolus eorum iuſtitias, carnis appellat, & ſanctũ quoddam ſæculare, quaſi nihil de ſpiritu apud illos habens. Igitur Chriſtus Dominus orbis moderator, ac artifex, videns etiam iuſtitiã à ſuo proprio loco exulare, ipſam nititur ad cor reducere, dicens: *Dico enim vobis, quia niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarũ & Phariſæorũ.* Hoc eſt, non ſolum exterius iuſti debetis apparere, vt Phariſæi faciunt, ſed potius de interiori iuſtitia debetis curã gerere: quoniam ibi eſt vera iuſtitia collocata, niſi per redundãtiam exterius ſe prodeat, propter colligantiam animæ cum carne. Duos hæc ſententia Chriſti patitur ſenſus, alter qui & altior & principalior eſt, quod iuſtitia noſtra quæ verè coram Deo iuſtitia eſt, & quæ in conſpectu eius nos iuſtos oſtẽdit, non ea eſt quã opera noſtra per ſe ſolum ſumpta efficere poſſunt, ſed ſecundum quod innituntur iuſtitiæ Chriſti, hoc eſt, cùm fiunt per vnionẽ ad Chriſtum, per charitatem, & fidẽ ac ſpẽ, quę ſunt proprie virtutes Chriſtianę. Et hoc eſt argumentum quod D. Paul. proſequitur in tota illa Epiſtola ad Romanos, vbi altiſſimè oſtendit quod opera illa veteris legis adimpleta ſicut illi adimplebant, nempe exterius dumtaxat ea faciendo, abſq; vllo reſpectu ad Chriſtum, ſolum in cortice non in ſpiritu illo, qui ibi oſtendebat Chriſtum, opera, inquam, illa tali iuſtitia Phariſaica facta, non ſolum non efficiebant noſtram iuſtificationem, quinimo nouam ad peccandum occaſionem adferebant. Nam cum ex vna parte lex illa aliquaveta bat, adquę caro propenſa erat, ex alia non conferebat gratiam, qua carnis fragilitas roboraretur, hinc appetitũ fortius excitabat vt ferreretur in vetita, inde nullam gratiam, aut auxilium conferens, carnem in ſua imbecillitate relinquebat. Quare quod nos vere iuſtificat, fides viua in Chriſto eſt, illiq; conſociata oportet vt ſint opera noſtra, vt meritoria ſint. Quôd vt intelligatur (quoniã altam exigit conſiderationẽ hic ſenſus) aduertẽdũ eſt, quod dupliciter poterant adimpleri opera legis. Primo modo ſecundum exteriorem formã præcepti, dumtaxat in cortice literæ ſiſtendo, intelligendo omnia carnaliter, promiſſa etiam putando eſſe temporalia. Et talis obſeruatio legis, nec animam iuſtificabat, nec metas carnis tranſigebat, ſed ibi ſiſtebant omnia intelligendo etiam promiſſa eſſe temporalia, nempe quia videbantur in cortice promittere vitam temporalem, vt qui eam legem obſeruaret liberaretur à pœna, in trãſgreſſores legis lata. Et ſic intelligitur illud
Ezech.Dedi eis præcepta quæ faciens homo viuet in eis. Ezech.20 Hoc eſt, viuet vita temporali: quoniã nõ occidetur tanquam legis tranſgreſſor.

Ad Rom. per totam Epiſtolam

Alio modo adimplebatur lex illa, ab aliquibus etiam ſpiritualiter faciendo illa opera in charitate Dei, & in fide implicita Chriſti, quæ in illa lege quaſi arcanũ quoddã profitebatur, & ſic verè illa opera iuſtificabant corã Deo, & ſic intelligitur illud quod Chri-
Matth.19. ſtus Dñs reſpondit cuidam iuueni (qui illum interrogauit, quid ſibi faciẽdum eſſet, vt ad vitã æternam admitteretur) Si vis (inquit) ad vitã ingredi, ſerua mandata. Nam ſi decalogus obſeruetur exteriori dumtaxat obſeruantia abſq; hoc ſupernaturali modo quẽdicũt Theologi obſeruari quãtum ad ſubſtantiam, nõ ſufficit ad hoc q̃ homo iuſtificetur: obſeruare autem tali modo, ſic. Vnde ei voluit dicere Chriſtus: Serua mandata eo modo, quo Deus vult obſeruari ad iuſtitiam internam, quę etiam in
Ezech.20. illa lege profitebatur. De primo modo obſeruandi legem dixerat Chriſtus Ezech.20. Dedi eis præcepta nõ bona, & iudicia in quibus non viuent: quoniam opera illa ex ſe non iuſtificabant ex opere operato, vt Theologi dicunt, niſi ad hunc finem ſupernaturalem dirigerentur. Talis ergo erat Phariſæorũ iuſtitia abſq; vlla relatione ad Chriſtum: quoniam & ſi Chriſtus ibi implicite profitereť, ipſi tamẽ, ſic ſe gerebant ac ſi nulla talis relatio neceſſaria eſſet, ſed ſolum exterius opera legis exequi, ſicut & modo peſsimi Chriſtiani ſic ſe habent in ſuis operibus, ac ſi nullam Chriſti fidem profeſsi eſſent. Quare Phariſæi illi totam ſuam iuſtitiam, in ſolis ſuis operibus conſtituebant, erant quippe Pelagiani, quod patuit in Phariſęo illo, qui ſe ex ſuis operibus iu-
Roma. 10. ſtificare volebat, vt modo dixim⁹. Quod Paulus Rom. 10. docet cùm ait: Ignorantes enim iuſtitiam Dei, & ſuam quærentes ſtatuere: iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Illam vocat Paul. iuſtitiam Dei, quam Deus in nobis efficit mediante merito Chriſti. Et quoniã iſti hãc ignorabant, & per iuſtitiã propriorũ operũ iuſtificari volebant, abſq; vlla relatione ad hãc iuſtitiã: ideô dicit illos nõ eſſe ſubiectos huic iuſtitiæ: nec enim animę eorũ ſubiecta ſunt, in quibus hæc Dei iuſtitia ſubiectetur & ſit.
Matth.4. Quod &c. c.4. expreſsius docet: Si enim Abraham (inquit) ex operibus legis iuſtificatus eſt habet gloriam, ſed nõ apud Deũ. Eſt iuſtitia apud homines, illa quæ nõ innititur Chriſto, ſed nõ apud Deũ: quoniã apud homines vocãť iuſti, propter habitũ iuſtitiæ acquiſitum, ſicut dicuntur ſcientes, qui habitibus ſcientiarũ fue
Geneſ.15. rint imbuti. Sed quid dicit Scriptura? Credidit Abrahã Deo, & reputatũ eſt illi ad iuſtitiam. Id eſt, ex hoc iuſtificatus eſt, quod fide qua debuit, credidit promiſsionibus Meſsiæ, & illa fides Chriſti quæ in Abraham erat charitate cõmitata, illum coram Deo iuſtum reddidit. Quod & in illa ſententia quam alibi explicuimus (vt iam ſupra retulimus) manifeſtũ fit, cùm ait Paul. cap. 8. Nam quod impoſi- Romã. 8.
bile erat legi, in quo infirmabatur per carnẽ Deus filiũ ſuũ mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatũ in carnem: vt iuſtificatio legis impleretur in nobis. Id eſt, ea quam lex promittebat, minime tamen dare valebat. Vnde & Ioannes Bap-
tiſta hoc teſtimonium perhibuit de Chriſto Ioann. 1.
dicens: Lex per Moyſem data eſt, gratia, & veritas, id eſt, iuſtitia per Ieſum Chriſtum facta eſt. Hinc & Pſalmiſta, in hac iuſtitia geſtiebat liberari cùm dixit. In iuſtitia tua libe- Pſalm.30.
rame. Tua enim iuſtitia, ſaluare poteſt, non mea. Ecce ergo in quo debeat iuſtitia noſtra abundare, ſuper eam quæ eſt Scribarum & Phariſæorũ. Et ſic iuſtitiam Chriſtus ad ſuum proprium locum deduxit, nempe ad ipſum Chriſtum, in quo eſt veluti in cauſa efficienti, ac principio. Et noſtra iuſtitia ab illo deriuatur, ſicut lumen aëris à ſole.

Cæterum adeò increbuerat horum Scribarum ac Phariſæorum inſipientia, vt non ſolum carerent hac Chriſti iuſtitia, qua ſola iuſtificari poteſt homo, verum etiam iuſtitia illa naturali, qua homines naturaliter dicuntur iuſti omnino eſſent orbati. Quoniam denominatur quis iuſtus ab habitu iuſtitiæ, quem in voluntate (quæ virtus eſt interior animæ) gerit, ſed iſti nihil juſtum aut bonum in anima habebant, ſed tota eorum iuſtitia, in ſolo exteriori actu conſiſtebat, hoc eſt, ſolum ea opera reputabant iuſta, quæ hominũ oculis videbantur, ita vt ſe reputarent iuſtos: quia homines illos vt iuſtos verebantur, cum tamen intus omni eſſent pleni iniquitate, ac auaritia, & ideo eos vocat Chri- Matth.23.
ſtus ſimiles ſepulchris dealbatis: qui tamen intus pleni ſunt oſsibus mortuorum. Hoc eſt, peccatis mortalibus inueteratis, & induratis in oſsibus eorum. Atque vtinam hiſce temporibus, non abundarent homines tali Phariſæorum ignorantia obcæcati, qui quoniam ab hominibus qui ſolum faciem vident & à mulierculis, quæ his vmbris ac fucis virtutis, veluti pueruli delectantur, tãquam beati ac iuſti habentur, illam etiam ipſi de ſe æſtimationem conciperent. Quod ſi aliquando intus ſe ipſos iudicarent & cernerent, quantum ſibi de vera iuſtitia deeſt, forte non in hoc Phariſæorum iudicio deuenirent. Quare veri Euangelici Magiſtri,

nõ hãc exteriorẽ iuſtitiã pręcipere docere debẽt, ſed illã internã, quæ in charitate Dei & ꝓximi cõſiſtit, à qua & hęc exterior ortũ debet habere. Nũquid ille qui in pingẽdo eſt artifex, cũ diſcipulũ docet hãc artẽ pingẽdi, docet ne prius quomodo dãdi ſint colores, quomodo ponẽdę vmbræ, quomodo deaurãdæ veſtes, atq; cętera quę potiꝰ ornãt, quã efficingũt imaginẽ? Minime gẽtiũ. Sed priꝰ quomodo delineãda ſit figura docẽt, quomodo lineas ducat, vt faciẽ, collũ, brachia, ac cętera mẽbra formet, poſtea addiſcet quomodo eã ſuis coloribꝰ ac vmbris ornet. Exterior hęc iuſtitia ornatꝰ potiꝰ ipſius iuſtitię eſt, quã ipſa vera imago. Effigies quippe iuſtitiæ in anima eſt, vbi imago eiꝰ reſplẽdet ꝑ charitatẽ, humilitatẽ, ac cętera virtutes quę illã cõplẽt atq; integrãt: hãc priꝰ effingat verꝰ Euãgelij magiſter: ornatus quippe exterior virtutis facile addiſcet, ſi vera imago iuſtitiæ in anima prius formata ſit. Quid eim ꝓderit pictori colores addere, niſi ſit imago cui inſint? Quid tibi ꝓficiũt hæc ornamẽta virtutis, ſi nullã eius verã effigiẽ habeas? cerẽ colis hiſce fucis, nõ imaginẽ quã nõ geris. Si tibi daret veſtes ad veſtiẽdã imaginẽ, & quę veſtiẽda erat imago nõ daret, quid faceres, aut quid diceres? Vbi eſt hęc imago, quę his ornari debet veſtibꝰ? Cur tu exteriora tantũ addiſci? vbi eſt virtutis imago, quæ his ornãda venit figuris? Verũ eſt q̃ in tabernaculo erãt ſaga cilicina, ac pilli caprarũ, erãt etiã ornamẽta aurea & biſſina, erãt gẽmę ac precioſi lapides, quę illis caprarũ pillis ac cilicijs tegebãt ſi ſolũ illa ſaga cilicina ac pilli caprarũ in tabernaculo fuiſſent, ꝓfecto omniũ oculis viliſsima res appareret, ac ab omnibꝰ paruipenderet, nũc vero quoniã precioſas res tegũt, ac ab imbribus ꝓtegũt, nõ incõgruè in tabernaculo Dei ſunt. Sic in anima quæ tabernaculũ Dei eſt, cũ in illa aurũ charitatis fulget, gẽmęque virtutũ ſplẽdẽt, etiã pilli caprarũ, & ſaga cilicina in ornamẽto ſunt: quoniã tũc exteriora hæc ꝓtegũt, atq; cõſeruãt diuitias illas interiores. Aliàs autẽ ſi ſolę ſint, quid efficiũt? Quid ſunt? Pilli vtiq; caprarũ, hypocritarũ larvę acluporũ ſub veſtimẽtis ouiũ ſimulacrũ. Expreſsiones potius ſunt peccatorũ, ſicut pilli hędi, quibꝰ manus Iacob occultabãt: Eſau peccatorẽ ſignificabãt. Capilli Sãſonis in capite ſuo magnã ei fortitudinẽ cõferebãt, ſed ab illa abciſsi pilli tãtũ modo erãt. Capilli certe ſuperfluiẽt in corpore, potiꝰ ad ornatũ capitis videt pertinere, ſic exteriores cæremonię potiꝰ ſũt ornamẽta virtutis, q̃ ipſa virtꝰ. Quod ſi capilli inſint, atq; radices ſuas in anima habeãt, quę eſt caput, à virtute, ſcilicet, ꝓficiſcãt: tũc magnũ tibi roborẽ aduerſus omnes hoſtes addẽt. Sed ſi à capite fuerint abciſſæ, hoc eſt, ſi nõ à vera ac interna mẽtis virtute ꝓficiſcãt, ſuperfluũ quid ac vanũ reputabũt. Quod ſi à charitate, quæ eſt caput virtutũ ꝓdeãt, Philiſtęos, leones, ac quęq; ferocia demoliẽt. Verũ eſt, q̃ ſicut poſtquã Dalida raſit Sãſonis pillos, mox ſe virib' ſenſit diminutũ, ac in manꝰ Philiſtęorũ traditus eſt: ſic qui hæc exteriora virtutis exercitia omittit, citò ſe ſentiet perditũ iri. Si eim clauſtri ſolitudinẽ dimiſſeris, ꝓtinus ſenties te in deuotione tepeſcere. Si pœnitẽtiæ opera abijcis, videbis quãtũ ſupte Dalida tua, hoc eſt caro valeat. Si ſilẽtiũ rũpis, diſſolutio te capiet, ſi orationẽ oblitꝰ fueris, iã multa te mala circũdabũt, deniq; qui minima negligit paulatim deſluit. Poſtremo ſicut capilli in capite Sãſonis ſignificabãt ipſum eſſe Nazareũ, hoc eſt, Deo ſanctificatum ac conſecratũ, ſic oĩa hæc opera exteriora ſignũ debẽt eſſe interioris ſanctitatis, ac deuotionis, & q̃ intus & extra, corpore & animo conſecratus ſis Dño.

Simile. *Simile.* *Exod.20.* *Iudic.16.* *Iudic.16.* *Exod.20.* *Deute.5.* *Auguſt.* *Cicero.* *Simile.* *Exodi.21.* *Deuter.19*

Audiſtis quia dictũ eſt antiquis. Non occides. Qui autẽ occiderit reus erit iudicio. Ego autẽ dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui autẽ dixerit fratri ſuo (racha) reus erit cõcilio. Qui autẽ dixerit (fatue) reus erit gehennæ ignis. Hic manifeſtat q̃ tã virtꝰ q̃ vitiũ in interiori actu cõſiſtat, & nõ ſolum in exteriori vt Phariſęi exiſtimabãt. Pręceptũ autẽ de vitãdo homicidio habet. Exo.20. & Deuter.5. in quo oĩs occiſio hominis inordinata prohibet. Et quidẽ Aug. libr. 1. de ciuit. Dei. à. c. 17. vſq; ad 24. diſſerit cõtra paganos, nũquã fuiſſe homini licitũ, ꝓpter aliquã cauſam ſemetipſum occidere. Et ita pręceptũ nõ dicit: Nõ occides ꝓximũ, ſed Nõ occides hominẽ quicũq; ille ſit. Et Cicer. 1. Tuſcul. amplificat doctrinã Socratis, qui iſtã veritatẽ luculẽter expreſsit exẽplo ſatis idoneo. Etenim nõ decet militi deſerere ſtationẽ ſibi præfixã, & ſignãter à Duce, & à Pręfecto. Omnes homines in hac vita ſumus cõſtituti à ſummo Imperatore Deo, tãquã in ſtatione militari, quo circa diſceſſus noſter ab hac vita ad illã pertinet, non ad nos, ac proinde nullus ſibi poterit mortẽ aſciſcere. Homicidã autẽ eſſe reũ iudicio, nihil eſt aliud, quã id q̃ præcipitur in lege Exo.21. Quod qui hominẽ occidiſſet vocaret in iudiciũ vt expẽderet cauſa ꝓpter q̃ homicidiũ illud perpetratũ fuerit: nã in aliquo caſu homicida nõ dãnabatur morte, ſed habebat refugiũ, in quibuſdã ciuitatibus quæ Deuteronom. 19. deſignantur. Itaque ſi proprietatem vocabuli conſideremus, reus per ſe loquendo importat delinquentem, ſed cùm quis vocatur in iudicium, vt

Ianſe. vt eius cauſa diſceptetur, licet ſecũdũ Iãſen. per iudicũ poſsit intelligi pœna vel condemnatio, quæ infligebatur homicidæ quãuis non videat quadrare ſequenti ſentẽtiæ, in qua iam aliter illa oratio (reꝰ erit iudicio) accipiẽda erit quãuis id nõ videat eſſe abſurdũ. Ego autẽ dico vobis, quia oĩs qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio. *Qui autẽ dixerit fratri ſuo (racha) reus erit cõcilio. Qui autẽ dixerit (fatue) reus erit gehennæ ignis.* In his verbis duo ſunt maximè cõſiderãda alterũ, q̃ in ipſa phraſi loquẽdi deſignat Chriſtũ eſſe verũ Deũ. Etenim (vt benè aduertit Chryſo. hom. 16. ſup Matth.) Prophetæ antiqui, & Moyſes legiſlator, cũ verba populo faciebãt, vt verbis ſuis authoritatẽ adderent idẽtidẽ repetebãt, hæc dicit Dñs. Cæterũ Chriſtus, vt docet Paul. ad Hebr. 12. ita excellere Moyſem docet, vt Moyſes eſſet quaſi ſeruus fidelis in domo Dei: Chriſtus autem eſſet, quaſi filius in domo ſua: & ideo tãquam Dñs & Deus, nõ alterius authoritate ſe fulciri nitit, ſed in propria loquitur dicens: *Ego autẽ dico vobis.* Alterũ conſiderãdũ eſt, q̃ in his correctionibꝰ legis naturę in hac cõcione adhibitis, quãdoq; error introductꝰ apponitur manifeſte, quãdoq; autẽ ſupprimit, etiãſi intelligat ex correctione adhibita, verbi gratia, cũ dicit infrà: Audiſtis quia dictũ eſt antiquis, Diliges amicũ tuũ, & odio habebis inimicũ tuũ, error ibi exprimit introductꝰ à Phariſęis q̃ licitũ eſſet odio habere inimicũ: attamẽ cũ dicto antiquorũ, Nõ occides, apponit à Chriſto, Si quis iraſcit, &c. Subindicat Phariſæos hac in parte errauiſſe exiſtimãtes actꝰ intrinſecos vindictę cõtra ꝓximũ, ſi nõ ſe explicarẽt in actualẽ occiſionẽ, vel vulnerationẽ, etiãſi ꝓrrũperẽt in cõtumelias aut deſpectũ externũ, ſine cõtumelia expreſſa, nõ eſſe in lege ꝓhibitos. Sed quoniã rudibus turbis, & ex media plebe accitis diſcipuliis loquebat Dñs: ideo vt vulgo hęc mãdata à Phariſęis acceperãt, refert, nõ vt in lege ipſa cõtinebãt: quoniã vulgus, nõ vt erãt ſcripta, ſed vt à ſuis magiſtris ea acceperãt, ſic & loquebãt de illis, q̃ ſi Scribis & Phariſæis loquutꝰ fuiſſet, potiꝰ Scripturã q̃ vulgo dicta citaſſet, ſicut legis perito ſciſcitãti quid faceret vt conſequeret vitã ęternã, reſpõdit. In lege quid ſcriptũ eſt? Quomodo legis? Et ſic diceret modò. Audiſtis q̃ in monte Sinai dictũ eſt priſcis patribꝰ: Nõ occides, nã & illud. Qui autẽ occiderit reꝰ erit iudicio, cũ in lege nõ ſcriptũ ſit ſatis indicat, ſic vulgo cõmuniter referri, quia ſic referebãt tũc Doctores legis. *Ego autẽ dico vobis.* Chriſti doctrina vocat argẽtũ purũ vt patet in Pſal. 11. Hoc autẽ argentũ, vt Dñs cõquerit ꝑ Eſai. c. 2. Verſum erat in ſcoriã, propter admixtionẽ peruerſorũ dogmatũ, quę introduxerat iniquitas Phariſaica. Sed hoc argentũ, vt Prophęta Malachias dicit, Chriſtꝰ cõflauit, atq; emũdauit ſedens in mõte. Eſt etiã obſeruãdũ q̃ ira, de qua impræſentiarũ fit ſermo, nõ eſt illa quæ eſt Paſsio, quæ abſtrahit à bono & malo, nec illa dicit ira ꝑ zelũ, de qua Pſal. dixit: Iraſcimini & nolite peccare: ſed ira quæ hic à Dño reprehendit ea eſt, quæ vnũ ex capitalibus vitijs dicit, de qua diſſerit D. Tho. 2. 2. q. 158. de qua ſtatim dicemus. *Qui autẽ dixerit fratri ſuo (racha)* Dubiũ eſt quid ſignificet hæc dictio (racha) Hiero. in cõmen. huius loci, & Hilarius Chryſo. hom. 16. & 11. in Imperfecto exiſtimãt eſſe dictionẽ ſignificãtem, & importare hominẽ vilẽ pannoſum, ſiue innanem aut parui cerebri, q̃ nos dicimꝰ, *Es vn pobre hõbre, es vn pobreton, ò mentecapto ò menguado.* Etenim (rachos) Grecè hęc oĩa ſignificat. Licet Chryſoſt. etiã dicat q̃ (racha) lingua Siriaca ſignificat, nõ grãde cõuiciũ, ſed initiũ aliquod cõtẽptus ſignificãs ac ſi ſtomachatus herus dicat ſeruo. Abi tu, dic illi tu. Sed tã hæc interpretatio apud nullũ Hebręorũ interpretem inuenit, nec in paraphraſi Chaldaica, quę (thargũ) dicitur. Immo Hiero. dicit eſſe dictionẽ Hebręam, vel potius Chaldaicã deriuatã ab Hebraica. Quod autem ſignificet hominẽ vacui cerebri, nõ videt cõuenire propoſito: quoniam ſic nõ differrent ſecundus & tertius modus, idem quippe eſſet dicere (racha) & (fatue) licet Caie. dicat q̃ illud dicitur hyperbolice hoc autẽ, ſcilicit, dicere (fatue) proprie. Illud eſt vitiũ naturale, fatuitas autẽ opponitur prudentiæ. Et Ianſe. dicit ſignificare hominẽ vaniſsimũ ac innanẽ, id eſt, vacũ omnibus bonis. Nã vbi nos legimus Iud. 11. Congregati ſunt ad eũ viri inopes. 2. Paralip. 13. dicit: Cõgregati ſunt ad eũ viri vaniſsimi, & hoc (dicit) minima iniuria eſt, & multo minor q̃ dicere (fatue) tũ parua hæc videtur differentia. Quare multo probabilius eſt q̃ D. Aug. docet. 2. de doctrina Chriſtiana. c. 11. & 1. lib. de ſermo. Dñi in monte. c. 19. & dicit hoc dicidiſſe à quodã Hebræo, q̃ ſecũdũ ſermonẽ Hebręorũ hæc dictio (racha) nõ eſt ſignificatiua ad placitũ, ſed potiꝰ interiectio ſignificãs deſpectũ, ſicut hæc interiectio (heu) apud Latinos & (ay) apud Hiſpanos exprimunt dolorem, ita (racha) apud Hebręos ſignificat irati deſpectum: nam quælibet lingua habet ſuas interiectiones ad exprimendos affectus animæ, ſicut apud Italos hæc vox (mo) deſpectum ſignificat alterius, vel quando Hiſpanus mouens circulariter manum aduerſus alterum, nullum

Chryſoſt. *Hebræo.12* *Matth.5.* *Pſal.11.* *Eſai.1.* *Malach.* *Pſalm.4.* *D.Tho.2.2.q.158.* *Hiero.* *Chryſoſt.* *Chryſoſt.* *Hieron.* *Caieta.* *Ianſe.* *Iudi.11.* *2.Paral.13* *Auguſt.*

terminũ dicit, ſed, àà, irriſoriè & iracũdè, pfert ita apud Hebræos dicere (rachà) exprimebat iratũ animũ aduerſus alterum cum deſpectione. *Qui autem dixerit (fatue)* Huic dictioni correſpõdet in Græco (mori) & ſignificat hominẽ ſtultũ & inſipiẽtẽ, ſtultus autẽ in Scriptura ſæpe dicit fatuus, ac ſi diceres hominẽ inſipidũ, omni ſapore & guſtu ſapientiæ vacuũ ſiue in iudicãdo, ſiue in loquẽdo, de quo Prou. 16. dicit: Expedit magis vrſę occurrere raptis catulis, q̃ fatuo cõfidẽti ſibi in ſtultitia ſua, & Eccle. 20. Ex ore ſatui reprobabit parabola: quia nõ dicit illã in tẽpore ſuo. Igitur Chriſtus Dñs hic tria genera peccatorũ deſcribit, nimirũ ira cũdiã internã, eius expreſsionẽ p vocẽ exprimẽtẽ irati deſpectũ, & demũ tertio in contumelioſa verba prorũpere, quę oĩa mala, atq; p hibita ſunt etiã ſine peuſione aut occiſione. Sed quoniã aliquãdo licitũ eſt iraſci & Prælati puniẽtes, ſiuè corripiẽtes plures oſtẽdũt deſpectũ & vocãt delinquẽtes ſtultos & inſenſatos, vt Pau. Galat. 2. O inſenſati Galatæ quis vos faſcinauit. Et Luc. 24. O ſtulti, & tardi corde ad credẽdũ: ideò in aliquibus codicibus (vt hic teſtatur Hier.) addit, Quicũq; iraſcit fratri ſuo temere, vel ſine cauſa, & eadẽ appoſitio fit in, rachà, & in (fatuè) Sed tamen hæc appoſitio, explicatio eſt, & nõ pertinet ad textũ, & ita dicit ſup hũc locũ appoſitionẽ fuiſſe illã, & explicationẽ alicui cui videbat nimis durũ omnẽ actũ irę eſſe peccatũ. Sed tã talis explicatio neceſſaria nõ eſt, vt apponat textui: Sicut enim illud præceptũ, Nõ occides, intelligit nõ occidere hominẽ irrationabiliter, & præter ordinẽ iuris, ita ſimiliter cum dicit Chriſtus: Qui iraſcit fratri ſuo reus erit iudicio, ex ſubiũcta pœna inſinuat prohiberi irã irrationabilẽ, nõ tamẽ illã quã iuſta vindicta præcipit, q̃ exprimit Chriſtus hic dicẽs: Qui iraſcit fratri, aut qui dixerit fratri, nã Prælatus & corrigẽs nõ id dicit fratri, ſed erranti.

Difficultas autẽ hic eſt nõ modica, an hęc tria peccata, de quibus hic fit mẽtio ſint mortalia. Nã ſi attẽdamus ſuperficiẽ literę videt q̃ ſola illa cõtumelia, qua dicit proximo, fatue, ſit culpa mortalis: nã illi ſoli delicto apponitur inferni pœna, cæteravero dicũt obnoxia iudicio. E cõtra autẽ videmus irã cõtra proximũ reprehẽſam à Chriſto, & alibi vituperatã in Scripturis eſſe culpã mortalẽ patet ex ipſa phraſi Scripturę. *Qui iraſcitur fratri ſuo.* Quod perinde eſt ac ſi dicas: Qui appetit vindictã irrationabilẽ cõtra proximũ: in quo appetitu manifeſtè violat charitas, ac proinde cõmittit mortale delictũ. Similiter ac æquiualẽti modo dicẽdi habet Iob. 15. Virum ſtultũ interficit iracũdia.

Quo fit, vt ira auferatur vitã gratię. Et Eccleſ. 7. Ne ſis velox ad iraſcẽdũ: ira enim in corde ſtulti requieſcit. Et clarius Eccleſ. 28. Iræ malitia exagerat, cũ dicit. Qui vindicari vult à Dño inueniet vindictã. Homo homini reſeruat irã, & à Dño quęrit medelã? Tãdẽ Pau. Epheſ. 4. ita ait: Oĩs ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollat à vobis. Et nomine clamoris intelligit peccata ſcãdalola cõtra iuſtitiã, iuxta illud Eſa. 5. Expectaui iuſtitiã, & ecce clamor. Ecce quẽadmodũ ira conumerat interalia peccata mortalia. Sed de ſecũdo, hoc eſt de deſpectu proximi, qui cõtinet in voce (racha) manifeſta eſt ratio illã eſſe mortalẽ culpã: quãdo quidẽ ille contẽptus ſuperat in malitia irã, vt patet ex ipſo gradu obſeruato à Chriſto. Primo enim recẽſet irã, ac deinde cõtẽptũ (racha) tãquã aliquid graui. Oportet tũ ad ſupficiẽ literæ quæ ducit ad cõtrariũ ſenſum reſpõdere, & intelligẽtiã illi germanã adhibere. Aug. 1. lib. de ſermo. Dñi in mõte. c. 19. inquit: Tacita quadã ſignificatione Chriſtũ, in his verbis decreuiſſe diſtinctã pœnã, in his generibus peccatorũ, ſed grauẽ & acerbã, qualis debet peccato mortali. Etenim quẽadmodũ in rebus humanis cõparatũ eſt, q̃ ſunt aliqua delicta quæ quidẽ examinant in iudicio, & tũ licet grauia ſint, habẽt tũ nõnihil excuſationis. Reperiũt etiã quędã peccata, quę quãuis ſint manifeſta & mereãt graue iudiciũ: non tũ taxatũ eſt in lege, ſed oportet cõſiliũ adhibere ſapientũ, vt ſciat qua pœna coercẽda ſit illa culpa. Cęterũ cõtingit eſſe delictũ, circa q̃ nihil oportet expectare: quoniã eius gratitas, & euidẽtia, & notitia legis, quæ illũ coercet poſtulant, vt cõfeſtim puniat. Ita & in propoſito oportet cõmẽtari, q̃ peccata quæ fiunt cõtra legẽ diuinã & charitatẽ, etiãſi ſint mortalia, & mereant pœnã ęternã, eſt tũ in eis gradus malitię magnus, maior, & maximus, qui quidẽ ſubintelligũtur, in eo q̃ dicitur iracũdũ eſſe reũ iudicio: deſpectorem vero proximi, cõcilio: cõtumeliatorẽ, gehenna ignis. Simili modo loquendi dicitur Ioann. 3. Qui nõ credit iã iudicatus eſt, quaſi dicat: Delictũ infidelitatis tantũ eſt, vt ſtatim fidelis ſuccũbat pœnæ, nullo præmiſſo iudicio, & examine. Vnde & ſubdit: Hoc eſt autẽ iudiciũ quia lux venit in mũdum, & dilexerũt homines magis tenebras q̃ lucem. Ac ſi diceret: Delicta eorũ, qui fidei veritatem acceperunt ſed nõ obſeruauerũt legem, quia dilexerũt magis tenebras quã lucẽ: nõ habẽt tantam grauitatẽ quãta in his eſt, qui nec veritatem recipere voluerũt: & ideo ſtatim ſuccumbẽt pœnæ abſq; vllo iudicio, aut examine cauſę. Et quia volebat Chriſtus oſtẽdere etiam in peccatis

Eccleſ. 7.
Eccleſ. 28
Epheſ. 4.
Eſai. 5.
Auguſt.
Ioan. 3.

tis cordis cõſiſtere malitia, eadem quæ in exterioria actu, ideò eãdẽ pœnã q̃ decreuit homicidio exteriori, decernit etiã interiori cũ p irã fratris deſidero mortẽ. Nã vt ait Ioann. 1. Qui odit fratrẽ ſuũ homicida eſt. Cũ autem dixerit; qui occiderit reus erit iudicio, etiã dicit, qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio: eadẽ quippe culpa cõmittitur interiori actu ſicut exteriori, imo illa eſt radix iſti, & ideo ſimili pœna vterq; actus plectit. Sed dices: Quænã ſit hæc gehenna ignis, quę tã familiaris in Euãgelio eſt, quã ſignificationẽ aut energiã habet? Hiero. ſuper Matth. c. 10. & in lib. quæſt. & traditio. Hebræarũ in ſecundũ lib. Paralip. docet ad radicẽ montis Moriac, iuxta fontẽ Siloe ſitã eſſe vallẽ amœniſſimã, quę erat filiorũ Enon, quibus expulſis per Ioſuè ſorte obtigit tribui Iudã, vt patet ex. c. 15. & 18. Ioſuè, & vocabatur gehenna ſiue gehennon, id eſt, vallis (Hennõ) & etiã dicebatur Gebenhon, id eſt, vallis filiorum Hennõ. Ibi propter amœnitatẽ loci poſuerunt abominãdum idolũ Moloc, cui populus ille rebellis ſacrificabat filios ſuos paruulos, & cõburebat viuos corã illo. Ex quapeſſima ac praua cõſuetudine habuit exordiũ alia nomẽclatura, quę dicebatur thophet, q̃ ad literã ſignificat ſeductionẽ ſiue tympanum: eo q̃ in illis nefandis ſacrificijs, quãdo cõburebantur paruuli, no patres audientes eorũ eiulatus flectẽrẽtur miſericordia tympanis alijsq; muſicis inſtrumẽtis ſonabãt, vt auditus eiulatus impediret, & ſic ſeducẽbãtur parentes, & ideò etiã dicebatur vallis ſeductionis & tympanorũ. Hãc vallẽ poſtea contaminauit Rex Ioſias, & impleuit eã oſſibus mortuorũ, & in eius abominationẽ Dñs per Hierem. comminatur dicens. c. 7. & 19. & 4. Reg. 23. Illã vallẽ futurã morticinũ quoddã, propter multitudinẽ corporũ interfectorũ, quæ in vindictã idolatriæ commiſſæ in illa valle in ipſam tanquam in ſepulturam erãt proijcienda. Cœterũ quoniã illa vallis erat pfunda, & ignis plena, & deputata eſt à Deo in ſupplicũ peccatorum cõmittentium idolatriã, habuit originẽ iſte vſus loquendi, vt infernus qui eſt locus damnatorum, in profundiſsimo valle ſitus, vbi eſt ignis, & ſulfur dicatur gehenna ignis & tophet. Vnde Eſa. 29. Cũ ſermonẽ faceret de inferno ſic dicit: Præparata eſt ab Heritophet pfunda, & dilatata, à Rege præparata nutrimẽta eius ignis & ligna multa, flatus ſicut torrens ſulfuris ſuccendens eã. Vtitur autẽ gehenna ignis Hebraica phraſi, pro eo q̃ eſt gehenna ardẽs, & ignita, etſi aliquãdo nõ apponit ignis debet ſubintelligi, vt patet ex illo Matthę. 10. Eũ timete, qui poteſt & corpus & animam mittere in gehennam, vt patet poſtea Marc. c. 9. vbi apponitur ignis.

1. Ioann. 3.
Quare dicitur gehenna.
Hiero.
Ioſuè. 15. & 18.
Hiere. c. 7 & 19. & 4. Regum. 23.
Matth. 10.
Marc. 9.

Moralitas

Sed oportet ſcire (vt ad moralia trãſeamus) quęnam ſit hęc ira quam hic prohibet Dñs, & quæ ſint eius mala vt prohibeãtur. Et primũ hæc ira, quæ tãquã peccatũ vetat, eſt appetitus vindictæ contra proximũ, nõ ſeruato ordine iuſtitiæ, Et certè hęc ira in veteri lege prohibita erat, vt patet Leuit. 19. Non quæras vltionem, nec memoreris iniuriæ ciuiũ tuorum. Et Iob. 36. Nõ te ſuperet ira, vt aliquẽ opprimas. Quo verbo inſinuatur, quod ira hoſtis eſt nos impugnans, & tantò grauior, quantò hic appetitus reſiſtendi contrarijs connaturalior nobis eſt. Nã (vt Aug. lib. 14. de ciuita. c. 15. docet.) Videmus homines contra res innanes iraſci, vt quando malè ſcribentem ſtillũ collidit, vel calamum frangit iratus. Verum & iſta licet irrationabilior, tamen quędam (ait) vlciſcendi libido eſt, & neſcio quę (vt ita dixerim) quaſi vmbra retributionis, vt qui mala agit mala patiatur. Quare Scriptura ab ira maxime nos deterret. Ioſeph fratribus ſuis dixit: Ne iraſcamini in via. Omnes nos fratres ſumus, atq; viatores pergentes ad patriã, ex huius mundi tenebris bonis operibus onuſti, quibus in illa patria veſcemur, nõ debemus in hac via iraſci, ſed pacifici pertranſire. Quare aduerſus talẽ inimicum maximè dimicandum eſt. Vnde Eccleſ. 12. dicitur: Auferirã à corde tuo. Auferenda eſt ira à corde: quia eſt quaſi tempeſtas, ceu grando mentem deſtruens, vt dicit Gregorius: Vnde ſicut tempeſtas timetur vineæ ſic ira timenda eſt cordi, auferenda eſt à corde: quia eſt ignis infernalis bona animæ exurens. Prouer. 6. Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, vt veſtimentum illius non ardeat? Ira quippe de illis ſerpentibus ignitis eſt, quæ vexabant homines in deſerto, vt dicitur Numeror. 12. Sic etiam hodie multos exurit ira in deſerto clauſtri, quare irã veluti armaturã igneam aſſumit diabolus contra nos, ad deſtructionem boni ſpiritualis. Nã ſicut ignis naturalis potentior eſt ad deſtructionẽ, quã alia elemẽta, ſic ira quę eſt ignis ſpiritualis. Quare in prælijs magnis, tormẽtis igneis pugnat cõtra hoſtes, ſic diabolus veluti catapulta vtitur ira aduerſum nos, & ſicut Dominus ignẽ amoris accẽdere voluit in terra ad deſtructionẽ regni

Leuit. 19.
Iob. 36.
Auguſt.
Genes. 45
Eccleſ. 12.
Gregor.
Prouer. 6.
Numer. 12

diaboli, ſic diabolus vtitur ira, tanquam igne ad deſtructionem regni Dei, de quo ig-
Ioel. 1. ne poteſt ſpecialiter intelligi illud Ioel. 1. Ignis comedit ſpecioſa deſerti. Pulchriorem enim orbis partem hic ignis infernalis eſurit: quoniam in nobilibus ac opulen-
Eccleſ. 28 tis magis exardeſcere ſolet. Vnde Eccleſ. 28. Secundum ligna ſylvæ, ſic ignis exardeſcit, & ſecundũ virtutẽ hominis ſic iracũdia illius erit, & ſecundũ ſubſtantiam ſuã exaltabit irã ſuã. Ecce vbi aperte dicit nobilib⁹ & diuitibus irã prædominari. Quare ira in exercitu diaboli incẽdiaria eſt, quę & incẽdia ſolet ipſa efficere. Eſt enim iracũdus veluti ſerpẽs ignẽ ore vomẽs, exurens eos qui
Prouer. 15 ſunt iuxta ſe. Vnde Prouer. 15. dicitur. Vir iracundus prouocat rixas, qui autem patiẽs eſt, mitigat ſuſcitatas. Rixa enim dicitur à ritu canum, qui ſe ipſos dentibus dilaniant, ſic iracundi more canum alios mordent, &
Galat. 5. latratibus ſuis iram in alijs excitant. Vnde Paul. Quòd ſi ad inuicem mordetis, videte ne ad inuicem conſumamini. Et profectò ira valdè nocet proximis: quoniam fere omnia mala, quę ſibi inuicem inferunt homi-
Prouer. 27 nes ex ira procedunt: Vnde Prouer. 27. dicitur: Graue eſt ſaxum, & onerofa arena,
Eccleſ. 22. ſed ira ſtulti vtroq; grauior. Et Eccle. 22. Super plumbum quid grauabitur, & quod illi aliud nomen quam fatuus? Arenam, & ſalem, & maſſam ferri fortius eſt ferre, quam
Prouer. 18 virum imprudentem, fatuum, & impium. Et Prouer. 18, Spiritum ad iraſcendum ſacilem, quis poterit ſuſtinere? Dicitur autem
Cato. iracundus, fatuus: quoniam (vt Cato dicebat) iratus ab inſano non differt, niſi mora
Horatius. tẽporis. Vnde Horatius ait: Ira, furor breuis
Prouer. 27 eſt. Et Prouer. 27. dicitur: Ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati ſpiritus ferre quis poterit? Sicut enim ignis iucluſus intra nubem, prorrumpit in fulgura coruſcantia; ita ille ignis iracundiæ niſi freno rationis cohibeatur nullam habet miſericordiam, ſed eſt valde
Prouer. 22. pernitioſus, & præcipue amicis, & familiaribus. Vnde Prouer. 22. Noli eſſe amicus homini iracundo. Quoniam parum durat talis amicitia: ignis enim iræ comburit in eo
Similia. vinculũ amoris. Et ſecundò quia homines iracundi ſunt veluti lignũ ignitũ, quod conſueuit exurere ea quæ tangit. Et tertiò quia ſunt veluti lignũ ſpinoſum, q̃ pũgit amplectentes ſe. Quare iracũdi familiari amore amplectẽdi nõ ſunt, nã licet homo amet omnes arbores quas habet in horto, ſpinoſas tamẽ libẽter declinat. Sic licet omnes homines amãdi ſint, tamẽ iracunderũ familiaritas declinãda eſt. Quid amplius vis, vt dicã tibi iracũdes? Plus noces tibi ipſi, quã alijs, nã ira nocet corpori ſecundũ illud Eccleſ. 30.
Eccleſ. 30. Zelus, & iracũdia minuũt dies. Quare caniculi breui tẽpore vitã finiũt: quoniã valde iracundi ſunt, immo nocet rei familiari, qd̃ & experientia teſtatur: quoniã propter irã ſe mutuò homines feriũt: & perdunt omnẽ ſubſtãtiam ſuam à proprijs latibus extorres facti. Et Sapiens Eccleſ. 10. id dicit: Obiurgatio, & iracundia anihilabunt ſubſtantiam.
Eccleſ. 10. Quare iracund⁹ coparat homini qui habet
Simile. domũ lignea, quę vel ſi tãtillus ignis eã accẽderit, ſubitò totã cõſumet, & qui manẽ à lecto ſurrexit diues, ad eundem lectũ redibit pauper. Sic homo iracũdus ſibilo vnius verbi, & ſe & ſubſtantiã ſuam in momento per
Eccleſ. 2. didit, atq; cõbuſsit. Vnde dicitur Eccleſ. 2. Væ illis qui perdiderũt ſuſtinentiam. Qua
Simile. re comparatur etiam ollię nimium ſuccenſę quæ omnia quæ in ſe cõtinet foras emittit: Sic iracundię ignis, omnia bona ſua foras iacit. Hinc Prouer. 15. dicitur: Cor ſatui ebul
Prouer. 15 lit ſtultitiam. Item, ira auferet bona ſpiritualia, tollit enim ab homine miſericordiam, ſecundum illam Sapientis ſententiam quã paulò ante citauimus. Ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor. Cuius cauſa eſt: quia ira inquinit victoriam, finis enim iræ victoria eſt, qui autem in bello victoriã
Iacob. 1. quęrit nulla in hoſtes miſericordia flectitur. Tollit etiam ab homine veram iuſtitiã Iac. 1. Ira viri iuſtitiam Dei non operatur: Vbi dicit Gloſ. Qui iratus iudicat, etiamſi iuſtitiam iudicet, tamen diuini examinis iuſtitiam, in quam perturbatio non cadit, non
Sap. 12. poteſt imitari. Nam Sapien. 12. dicitur: Tu autem dominator virtutum, cum tranquillitate iudicas. Et ſuper illud Iob. 36. Non te
Iob. 36. ſuperet ira, dicit Gloſ. Si ira correctionem ſuperat, ante opprimit quã corrigat, ſub ſpecie zeli iuſtitię furor eſt. Zelus iuſtitiæ, qua
Simile. ſi ignis ardere debet de oleo miſericordiæ, & ſicut ignis lampadem deſtruit, niſi adſit oleum, ſic zelus iuſtitiæ cor hominis deſtruit niſi adſit oleum miſericordiæ. Chriſtus Dñs deſtructionẽ Hieruſalẽ, quã ipſe fa
Luc. 19. ctur⁹ erat, pri⁹ fleuit vt legit Luc. 19. Quinimo nõ ſolũ oĩa bona animæ perditira; verũ eſt ianua, qua ſe vniuerſa mala intromittũt in cor. Quare Gloſ. Hiero. & Grego. ſup
Gregor. ilud Prouer. 15. (Vir iracũdus prouocat rixas) ait. Ianua vitiorũ eſt iracũdia, qua clau-

ſa

ſa virtutib⁹ intrinſec⁹ dat quies, aperta ad
Prouer. 29 omne facin⁹ armabit anim⁹. Vnde Proue.
Prouer. 19 19. Qui ad indignãdũ facilis eſt, erit ad peccãdum procliuior. Et c. 19. Qui impatiens eſt, ſuſtinebit damnum. Nam veluti lapidibus preciofis obruimur, cùm iniuriarũ cumulo petimur, ſi eas tamen patienter ſuſtinemus. Igitur ira maximè à nobis deui-
Roma. 12. tanda eſt. Vnde Paul. Date locum iræ, id eſt, *Dexalda paſſar*. Sicut enim (ait Chry-
Simile. ſoſtomus) ſi ſagitta iacitur à ſagittante, & nõ expectetur ictus eius, ſed detur ei locus, vt tranſeat, neminem feriet, ſed in vacuum tranſibit; ſic ſi iræ proximi tui locum dederis, vt tranſeat, eius fugiens conſpectum, nec eum etiam plùs tuis verbis prouocans, ſed dimittendo ſagittas ſuas, vt in vacuum tranſeant, nullum tibi vulnus infligẽt. Vel date locum iræ, hoc eſt: Nè ita coanguſtatum habeatis cor, vt non poſſitis capere iniuriantium vobis verba, quin protinùs aduerſus eos inſurgatis, ſed dilatate corda per charitatẽ Dei, & proximi, vt in vobis ipſa charitas plures receſſus aut ſinus faciat, in quibus poſſint recondi iniuriæ, non vt ſeruentur ad vindictam, ſed vt ſufferantur ad meritum: charitas quippè patiens eſt, benigna eſt, non agit perperam, non æmulatur. Hos omnes receſſus ac ſinus habet charitas, in quibus iniurias, ac contumelias, & quælibet aduerſa capere poſsit. Hęc eſt in-
Caſsian. terpretatio Caſsiani in collatione. 16. Ab-
Epheſ. 4. batis Ioſeph. Hinc idem Paul. ait: Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram, hoc eſt, non tantùm debet durare ira in corde hominis Chriſtiani: vt poſt Solis occaſum eat cubitum, abſq; hoc quòd deponat iram, aut liuorem vindictæ. Vel ſic: Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram, id eſt, Chriſtus Sol iuſtitiæ non ſeparetur à vobis propter
Pſal. 4. peccatum iræ. Hoc eſt dicere quod Pſalmiſta ait: Iraſcimini, & nolite peccare, quod ex ſubiunctis à Chriſto Domino manifeſtius fiet. Ait enim: *ſi ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quòd frater tuus habeat aliquid aduerſum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens, offeres munus tuum.* Cum ſuperiori ſententia docuerit, quanta diligentia cauendum ſit, nè fratrem noſtrũ interiori, nec exteriori actu etiam quàm minimo lædamus, ſciens homines faciles eſſe ad iraſcendum, nec omnes obſeruaturos ea, quæ tãto rigore mandauerit; nunc ordine congruo docet nos, quidnam faciendum ſit, ſi fortè in aliquo iſtorum, quæ cõmemorauit, læſerimus fratrem noſtrum. Et quoniam illa particula, (Ergo) videtur inſinuare, quòd hæc ſententia ex ſuperioribus inferatur, erit hæc connexio. Cùm tanta ſit habenda cura erga charitatem proximi conſeruandam, vt nec intus in pectore, nec exterius verbo etiam minimo offendatur, & tanta animaduerſione Deus puniat eos, qui hanc charitatẽ lædũt, tàm qui tacitè læſerit, quàm qui dixerit racha, vel fatue pœna gehennæ puniendus ſit, ante omnia opera danda eſt, vt charitas ſciſſa reſarciatur, & fratri ſuo reconcilietur; quæ reconciliatio etiam ipſi ſacrificio, quod Deo offertur, anteponenda eſt, cùm nullum ſacrificium acceptum ſit Deo, abſq; proximi charitate. Remedium igitur adhibet, vt læſio proximi reſarciatur, quod ante ſacrificium ei reconcilietur. In quo vult oſtendere, quòd qui læſit proximum, etiam ipſum Deum offendit, cùm nõ velit ſacrificium de manibus eius ante reconciliationem cum fratre læſo, & vt doceat etiam fratrem læſum, quanta velocitate ac liberalitate debeat donare iniuriam fratri petenti veniam: quoniam expectat id Deus, vt ſibi offeratur ſacrificium. Ac ſi dicat læſo: Nè differas dimittere citò fratri petenti veniam: quoniã differs ſacrificium quod mihi offerri debet. Vbi etiam ponderanda eſt mira Dei gratia, ac charitas erga nos, qui vt promoueat mutuam hominum charitatem, cùm alioquin liber ſit Deus, nulliq; alteri aſtrictus nihilominus ſuam gratiam vult pendere à fratris gratia, ita vt ſuam impertiri nolit, niſi fratris gratia impetrata, in quo etiam abundare vult iuſtitiam noſtram, ſuprà Scribarũ, & Phariſæorum: quoniam illi etiam læſo fratre, abſque vlla reconciliatione, ad ſacrificia illa externa recurrebant, exiſtimantes omnia delicta mundari per ea, cùm tamen interim pleni eſſent proximorum odijs, & offenſionibus, & tamẽ hic nos docet malle Deum fraternam charitatem, quàm ſacrificia, vt ipſis Phariſæis aliquando dixerit, Euntes autem diſcite, quid eſt miſericordiam volo, & nõ ſacrificium. In cuius figura exemplum præceſſit in Iacob, qui non niſi fratre Eſau ſibi reconciliato legitur altare erexiſſe, in quo ſacrificium offerret Deo. *Quod frater tuus habet aduerſum te.* Ille aduerſum te aliquid habere dicitur (ait Aug.) quẽ tu offendiſti; videlicet, qui habet vnde
August.

tecum expoſtulet, & qui habet cauſam de te conquerendi, tanquam à te læſus, nec placatus; qui autem te offenderit, aduerſus hunc tu aliquid habere dicendus es: quoniam habes vnde cum eo expoſtules, & de eo queraris. Signãter ergo Saluator iubet: Si aduerſum te frater aliquid habet, vt nõ offeras oblationẽ, niſi reconciliatus; ſi verò tu aduerſus alium habes aliquid, id eſt, ſi tu ab alio læſus es, nõ præcipitur tibi, vt ante oblationem reconcilieris fratri: quoniam quidem tu fratrem non offendiſti, magnæ tamen perfectionis fuerit, ſi propter charitatem fratrem inducas, qui te offendit, vt tibi reconcilietur, & quaſi offeras teipſum ad reconciliationem, ac illum tu ipſe vltrò ſollicites ad redeundum tecum in gratiam, à quo tu rogari debueras. Notanda eſt tamen differentia inter reconciliandũ fratri, & fratrem dimittere. Si enim te frater læſerit, non debes Deo ſacrificium offerre, niſi priùs fratri offenſam dimiſeris, non tamen exigitur vt fratrẽ vocans cum eo ipſo te reconcilies, cùm eum non offenderis; ſed tu ſi offenderis, reconciliationem debes curare antequàm offeras; itaque læſus debet dimittere: lædens, autem debet, antequam offerat reconciliari fratri ſuo. Quidam Codices Latini habent per infinitiuum (reconciliari) quem iungunt imperatiuo (vade) meliùs tamẽ per geminum imperatiuum legitur: Vade priùs recõciliare fratri tuo, cui cõſonat lectio Græca. Et vide quanti Deus faciat proximi charitatem, cui fratris reconciliatio ſatisfacit pro peccato, pro quo nec ipſe gehennæ æternus ignis in perpetuum ſatisfaciet. Tamen doctrina hæc de reconciliatione cum fratre facienda, antequam offeratur munus; eſt cum grano ſalis intelligenda, nec debemus multum anxiè amplecti ſuperficiem literę, ſed ſic intellige: Si læſiſti fratrem, & accedis ad ſacrificium celebrãdum, vel ad communicandum, & potes facili opera cũ proximo tuo reconciliari, confeſtim vt agas neceſſe eſt. Verumtamẽ ſi propter diſtantiam, vel aliam rationabilem cauſam, non poteſt exerceri ſatisfactio ante ſacrificium & communionem, nullum eſt periculum ſi differatur, vel expectetur cõmoditas, dumtamen intùs in anima cum illo fœdera iungas. Hoc eſt dicere: Si pedibus corporis reconciliationẽ facere nequis, pedib⁹ animæ vade ad eam faciendam, hoc eſt, intùs in corde fratri reconciliare, deſiderans etiam exterius cum eo in gratiam redire, ſi tunc valeres. Et licet Chriſtus de ſacrificijs, quæ tunc offerebantur, ad literã videatur loqui, multò magis de Miſſæ ſacrificio intelligẽdum eſt; cuius illa ſacrificia vmbra ac figura extiterunt. Quod ſi à ſacrificijs diuinis ceſſandum eſt ante reconciliationem proximi, quantò magis alia minùs bona, ac minùs neceſſaria opera relinquere debemus, vt cum fratre læſo gratiam habeamus? Et aduertendum, quod non ſatisfuit Chriſto cœleſti Magiſtro dicere: Cùm offers munus tuum antecedat reconciliatio proximi, ſed vt charitatem ſummopere commendaret tali genere orationis eſt vſus. Si cum actu offers munus tuum Deo, venit tibi in mentem iniuria illata proximo, cuius oblitus fueras, relinque ibi munus tuũ, &c. Ex quo colligitur concordiam fratrũ maximè Deo eſſe gratam, vt Pſal. 131. Ecce quàm bonum, & quàm iocũdum habitare fratres in vnum. Et in Eccleſ. 25. cap. dicitur: In tribus beneplacitũ eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram Deo, & hominibus. Concordia fratrum, & amor proximorum, & mulier, & vir benè ſibi conſentientes. Alioquin ſi cõcordia deeſt, reijcitur à Deo ſacrificium, iuxta illud Eſai. 1. Nœomeniam & Sabbatum & Feſtiuitates alias non feram. Quo mihi multitudo victimarum veſtrarum? Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Hoc eſt peccatis contra proximũ ſunt inquinatæ, & coopertæ. Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum de medio veſtri, vbi ſit ſermo de internis odijs. Sed oritur hic difficultas: quoniam videtur hoc præceptum ſuperuacaneum eſſe, cùm in multis iniurijs proximo factis nulla admittatur reconciliatio. Nam Eccleſ. 22. habetur: Ad amicũ ſi produxeris gladium, non deſperes; eſt enim regreſſus ad amicũ. Si apperuerit os triſte, ne timeas: eſt enim concordatio. Excepto cõuitio, & improperio, & ſuperbia, & myſterij reuelatione, & plaga doloſa in his omnibus effugiet amicus. Ecce quomodò ſcriptura cõfert iniurias conuitij, & ſuperbiæ, quæ continentur in (rachà) & in contumelia fatui minimè poſſe reſarciri. Reſpondetur tamen, quòd Sapiens illo loco mentionem facit humanæ conſuetudinis deprauatæ, nec ſtatuit quid debeat fieri, ſed quod ab hominibus perperam vſurpatur, explicat. Vel poſſet dici, quod Sapiens loquitur ſecũdum quod, vt plurimum contingit

Codices Latini.

Pſal. 131.

Eccleſ. 25.

Eſai. 1.

Eccleſ. 22.

tingit inter homines, vt penè nunquam tales iniurias remittant, vel quòd videatur ipſarum iniuriarum natura ſecundum ſe, & abſolutè conſiderata ſic expoſcere. Cæterum Chriſti charitatem omnibus obſeruatu neceſſariam, hoc documento Chriſtus Dominus declarauit. Diuus Auguſt. 12. de Ciuitat. cap. 22. Cùm exageraſſet odium quod graſſatur inter homines, nihilominus (ſait) à Deo commendatam maximè fuiſſe charitatẽ & concordiam, & id explicuiſſe Deum ſtatim à principio conditionis humanæ, in eo quòd mulierẽ Deus ex coſta Adã formauit, vt omnes homines vinculo quodam conſanguinitatis necterentur. Et quoniam non ignorabat hanc charitatis legem ab hominibus huius ſæculi obliuioni eſſe tradendam; voluit tamẽ in animis ſanctorum eam ſculpere.

Auguſt.

Aliqui ſic volunt explicare hũc locum, dicentes, quòd Scriptura frequenter vſurpat adagia vulgaria, & prouerbia, quæ tunc temporis inter homines circunferebantur, vt eſt illud: Neminem in via ſalutaueritis; ac ſi diceret: Ita feſtinanter properate ad prędicationis miniſterium, vt etiam nec ſalutationis verba proferatis in via. Tanta attentione detẽtos vos eſſe oportet circa hoc miniſterium. Nam prouerbium hoc erat inter Græcos, qui vt aliquem mouerent, vt feſtinanter iret, dicebant: Poſt tergum nè reſpiciatis. Ita videtur in propoſito voluiſſe inſinuare Dominum; ac ſi diceret: Tanta feſtinatione volo, vt cũ fratre ſciſam amicitiam reſarcire cures, vt etiamſi ſacrificium Deo offerre feſtines, illud dimittas, quantumuis magnum & excellens negotium ſit & ad reconciliationẽ cum fratre faciendam properes. Sed quia ſecundũ hanc interpretationem, non videtur tantam habere hæc verba energiam, vt obligent tanquàm præceptum: ideò prima interpretatio, vt melior amplectenda eſt, niſi velis dicere cum Chryſoſtomo: hic etiam aliquid intermiſceri conſilij, & perfectionis Euangelicæ, vt ſiue ſis lædens, ſiue læſus tanta velocitate hanc feſtines facere reconciliationem; ac ſi diceret in noſtro vulgari, *No ſeas oydo ni viſto. Eſto conſentiens aduerſario tuo, dum es in via cum eo, nè fortè aduerſarius tradat te iudici, & iudex tradat te miniſtro, & in carcerẽ mittaris. Amẽ dico tibi, non exies inde, donec reddas nouiſſimum quadrantem.* Superuacaneum exiſtimo hic recenſere diuerſa placita circa hanc ſententiam. Nam Diuus Hieronymus recenſet, aliquos per aduerſariũ intelligere animam carni repugnantem, alios diabolum, de quo Petrus: Aduerſarius veſter diabolus. Nec enim intelligi poteſt, quomodo anima debeat tradere carnẽ tortori, cùm ambo ſimul luere debeant pœnas; nec conuenit vt intelligamus Deum præcipere, vt diabolo ſimus conſentientes, vel (vt alij ex Græco transferunt) beneuoli: Gnoſtici faciebant aduerſarium carnem & diabolum, quibus dicebãt, aliquandò conſentiendum eſſe, vt ſuas expleret libidines; vt refert Epiphani. lib. 1. tom. 2. in hæreſim. 27. Hæc autẽ monſtra potiùs, quàm veritates ſunt. Cæterum (vt docet Hylar. in Comment. ſuper Matth. Cant. 8.) non eſt conuellenda connexio textus, in explicatione literali, ſed priora ſubſequentibus debent alligari. Igitur habita ratione ſermonis Dominici in præcedẽtibus, iſte textus geminã habet intelligentiam, eamq; literalem. Prima eſt adhibita à Chryſoſtomo, homil. 16. ſuper Matthæum, & conſiſtit in hoc, vt aduerſarius dicatur ille ipſe, qui paſſus eſt iniuriã, & habet iuſtam querelam aduerſus offendentem. Erit igitur ſenſus: Cum eo, quem offendiſti, qui proinde habet aliquid aduerſum te, conare quàm citiſsimè poteris, dum negotium eſt in progreſſu; nec adhũc eſt datum tempus aduerſario ad excogitandam vindictam pro iniuria accepta, ſiue ad quærendum remedium à iudice temporali, conare, inquam, quàm feſtinanter valueris, vt conſentias cum aduerſario, illiq; efficiaris amicus, illi ſatis faciendo, non coactus à iudice, ſed beneuolè ex propria voluntate; nè fortè ſi tardaueris hanc adhibere medicinam aduerſarius tuus conueniat te coram iudice, quod ſi euenerit, in carcerem traditus, lues pœnas omnes, ſecundum rigorem iuris debitas. Itaq; exiſtimat Chryſoſt. Chriſtum hoc in loco duplici nomine voluiſſe homines allicere ad concordiam. Altero deſumpto ex debito religionis & charitatis, quod hactenus explicatum eſt; altero quoniam habet vtilitatem temporalem minimè contemnendam; nempè fugere iudicũ pœnas easq; euitare, ſi ſe amicabili concordia reconciliauerint, ſi fortè fortuna propter aliquam iniuriam amicitiæ fœdus fuerit violatum. Etenim, ſicut Paul. Rom. 13. ad coercendum peccatorem, nè licentioſus ad peccandum fiat, exagerat vindictam iudicum, dicens: Non enim

Chryſoſt.

Hieronym.

1. Petr. 5.

Epiphan.

Hylar.

Chryſoſt.

Chryſoſt.

Rom. 13.

enim ſine cauſa gladium portat: Dei enim miniſter eſt vindex in iram ei qui malum agit. Ideò ſubditi eſtote, nõ tantum propter irã, ſed etiam propter cõſcientiam, hoc eſt, ob timorem iræ, qua iudex exactè punire ſcelera ſolet; ita ſimiliter non eſt alienum à vera philoſophia, ad flectendos mortalium animos, ad amicitiam, vt ad euitãdos carceres, torturas, ac cætera damna, quæ iudices infligere ſolent, fœdera rupta nos ipſi reſarcire curemus. Hanc expli
Caiet. cationem ſequitur Caiet. quoad primum, niſi quòd intelligit per iudicem Deum, & per pœnam; illam quæ in altera vita infligenda eſt, ſiue æterna in inferno ei, qui debitor erat pœnæ æternæ, ſiue temporalis in purgatorio ei, qui ſolùm temporariam pœnam debebat, hoc eſt, ſi non citò reconcilieris fratri tuo, eiùs iniuria clamabit contra te ad Deum, qui ſuam in te exequetur exactam iuſtitiam. Sed ſequẽdo iſtam explicationem Chryſoſt. (quadrans) accipitur pro minuta menſura pecuniæ, & hoc vocabulum Latinum eſt, quamuis vſurpetur à Græcis, & eſt genus nũmi duo minuta
Marc. 12. continentis, vt patet ex cap. 12. Marc. vbi dicitur viduam miſiſſe duo minuta, & additur, quòd eſt quadrans. Eſt autem quarta
Plinius, Cicero: pars aſsis, quã à tribus vncijs Plinius triuntium vocat. Cicero verò tiruntium; vnde & prouerbium dimanauit: Nec tiruntiũ quidem inſumpſit; ac ſi noſtro ſermone diceremus, *Vna blanca, o vn marauedi, o vn cornado*: apud Italos, *vn quatrin*, hoc eſt, *Pagaras haſta el poſtrer marauedi.* Licet Eraſm.
Eraſmus. in annotat. huius loci cenſeat legẽdum poſtremum quadrans, non nouiſsimum: quoniam nouiſsimum dicit vltimum in tempore; poſtremum verò deſignat ordinẽ aliarum rerum, in quibus nõ eſt ſucceſsio. Sed hæc annotatio nullius mihi momenti videtur. Nam ſiue dicas poſtremum, ſiue nouiſsimum, intelligitur ad id quod eſt vltimũ, & minimũ in menſura precij (vt diximus) Vltimò, notandum eſt circa illam doctrinam (donec) quæ hic ſignificat conſequentiam, itaq; eſt interpretatio legitima, Non exies donec ſoluas, poſtquam autem ſolueris, exies à carcere. Sed eſt altera intelligentia, quam ſequuntur viri grauiſsimi,
Cyril. Cyril. ſuper Matth. Cantic. 4. Chryſoſt. in
Chryſoſt. imperfect. homil. 11. & vis huius interpretationis in hoc eſt ſita, vt ſermo Chriſti referatur ad eum, qui paſſus eſt iniuriam, & aduerſarius ſit inimicus lædens, ſiue in bonis corporis, ſiue in fama & honore, ſiue in facultatibus. In hoc ſenſu intelligitur illud
Philip. 1. Philip. 1. In nullo terreamini ab aduerſarijs, quæ eſt illis cauſa perditionis; vobis autem ſalutis, & hoc à Deo. Item. 1. Tim. 5.
1. Tim. 5. Volo viduas nullam occaſionem dare aduerſario maledicti gratia. Igitur vult dicere Chriſtus: Tu qui eſſentus es iniuria, exue indignationem, & appetitũ vindictæ, obliuiſcere nocumenti accepti, eſto beneuolus & amicus aduerſario tuo, & hoc effice quã
Epheſ. 4. citiſsimè poteris, iuxta illud Epheſ. 4. Sol nõ occidat ſuper iracundiam veſtrã. Quam
Auguſt. ſententiam expreſsit Auguſt. egregiè in ſua regula, cùm dixit: Lites aut nullas habeatis, aut quàm citiſsimè finiatis, nè ita creſcat in odium, & trabem faciat deſeſtuca, & animam faciat homicida. Sic enim legitis: Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Illud autem verbum (dum es cum eo in via) referendum eſt ad tempus huius vitæ, in quo integrum nobis eſt benè operari, & in virtutes incumbere, ac ſaluti animæ noſtræ
Eccleſ. 5. conſulere, iuxta illud Eccleſ. 5. Quodcunq; poteſt manus tua inſtanter operare, & ſubditur cauſa ſatis idonea: quoniam nec tempus, nec ratio, nec conſilium erit apud inferos, quò tu properas. Etenim illa ſententia Chriſti. Ioã. 9. (Me oportet operari, dum
Ioan. 9. dies eſt, venit nox quando nemo poterit operari) accõmodanda eſt membris Chriſti, quibus hæc lex neceſſariò obſeruanda eſt; vt dum dies huius vitæ durat, inſtanter operemur: nam veniet obſcuritas mortis, poſtquam neutiquam operãdi tempus habebimus. Sed quomodò cohærebit ſecundum hunc ſenſum id quod ſequitur: *Nè fortè aduerſarius tradat te iudici, &c.* Eſt ſenſus, quòd cùm homo iniuria læſus, vult inimicitias exercere cum proximo; ille inimicus non reconciliatus, cui homo non placatur, eſt cauſa demeritoria, vt homo tradatur Supremo Iudici Deo, puniendus in inferno propter vindictam, ſecundum illud
Eccleſ. 28. Eccleſ. Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam, & peccatum illius ſeruans, ſeruabitur, id eſt, non obliuiſcetur, ſed in memoriam retinebit Deus, vt acriter puniat. Et infrà: Memento nouiſsimorum, & deſine inimicari, memento timoris Dei, & nè iraſcaris proximo. Tabitudo & mors imminent in mandatis eius. Vult dicere Scriptura: Conſumptio & miſeria æterna parata eſt, atq; ſupplicium certiſsimũ, his qui negligunt mandatum Dei, de amicitia ineunda

ineunda cũ aduerſario: *Nè fortè aduerſarius tradat te iudici.* In verbo, tradat, eſt ſignificatio tranſitiua, faciet te tradi propter demeritum tuum. Illa autem dictio, fortè, deſignat effectum fortuitum, conſiderata arbitrij libertate. Nam poteſt homo ſuum incommodum vitare, & illud incurrere, liberè tamen. Cæterum, reliqua quę ſequuntur de miniſtro, & carcere, & ſolutione
Auguſt. quadrantis refert. Auguſt. ad pœnã æternam inferni. lib. 1. de ſermone Domini in monte. cap. 21. Etenim miniſter eſt angelus malus deputatus à Deo, tanquam carnifex ad vindictam malefactorum. Ita di-
Matth 22 citur Matth. 22. Rex dixit miniſtris: Ligatis manibus, & pedibus mitte eum in tenebras exteriores. Attamen miſsio in carcerẽ nihil eſt aliud, quàm damnatio gehennæ ignis. Gehenna enim eſt perpetuus carcer, cuius perpetuitas explicatur illis verbis: Non exies inde, donec reddas nouiſsimum
Auguſt. quadrãtem. Etenim, vt benè dicit Auguſt. in loco citato ſuper illud Pſalm. Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorũ, exprimitur Regnum Chriſti perpetuum. Nam ſi Chriſtus regnat, dum ponuntur inimici ſui ſub pedibus eius, nullus erit aduerſarius, qui impediat eius imperium, ac proinde durabit in per-
2. Cor. 15. petuum: vt explicatur. 2. Cor. 15. Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. Et ſic intelliguntur
Eſai. 22. verba illa Eſai. cap. 22. Si dimittetur hæc iniquitas veſtra, donec moriamini. Indicãt enim hæc verba illud peccatum nunquam fore dimittẽdum: quoniam ſi ante mortem non dimittitur, poſt mortem nõ eſt remiſſio vlla culpæ. Ita profectò commentari oportet in preſentia, quod cum dicit Chriſtus: Non exies inde (hoc eſt ex carcere) donec reddas nouiſsimum quadrantẽ; vult dicere, quòd nunquam exiet: quoniam ſtatus infernalis, eſt idoneus ad patiendum, ſed non ad ſoluẽdum, nec ſatisfaciendum, quo fit, vt qui illo carcere ſunt addicti, perpetuis flammis cruciabũtur. Quænam iſtarum explicatio ſit veriſimilior, non facilè dixerim: mihi tamẽ (vt verum fatear) plùs placet ſecunda: nam ſimile documentum
Matth. 18 huic traditur à Chriſto Matth. 18. cùm dicitur: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum, inter te & ipſum ſolum; ſi te audierit, lucratus es fratrẽ tuum. Vbi ſine dubio fit ſermo de peccatis commiſsis contra proximum; & præcipit Chriſtus quòd qui læſus eſt iniuria, oblitus proprij nocumenti, det operam ad correctionem ſpiritualem inimici. Nec tamen per iſtam explicationem labefactatur præceptum correctionis fraternæ, ſed maximè ſtatuitur: quoniam, ſi cùm homo eſt affect⁹ iniuria, ſi ſperat correctionem fratris, teneretur illũ corripere oblitus proprij nocumenti; à fortiori tenebitur, cùm peccata non ſunt contra ipſum
Ianſen. corripientem. Ianſenius exiſtimat hanc
Luc 14. ſententiam eſſe parabolam ſimilẽ illi, quam Chriſtus Luc. 14. prædicauit de illo, qui inuitatus ad nuptias deberet recumbere in nouiſsimo loco, nè ſi in excelſo ſederit, honoratior illo ſuperueniens eum de illo loco deponat, & cum rubore incipiat nouiſsimũ locum tenere: ſed potiùs ſi in deſpectiorĩ loco ſe poſuerit, dicatur ei, vt aſcendat ſuperiùs, & ſit illi gloria coram ſimul diſcumbentibus. Volens hoc exẽplo docere, quod ſi nos humiliauerimus coram Deo, exaltabit nos; et ſi nos exaltauerimus, humiliabit nos. Sic in propoſito, hoc exemplo vult docere, quantum commodi nobis afferat cita recõciliatio cum proximo offenſo, & quot damna faciendo eã vitemus, adducens hoc exemplum: Si aliquem læſiſti, & ipſe te vult conuenire apud iudicem, nonnè ex vſu tuo facies, ſi dum vadis cum illo in via, antequam ad iudicem venias, cum illo pacem iungeris, beneuolèq; illi reconciliari nitaris? Euitabis enim & carceris damna, atq; inhonorationem, & ſimul ex re tua facies: quia conueniens cum læſo, non integrum perſolues debitũ, ad quæ te iudex ſimul cum expenſis exoluendis condemnaſſet. Sic vtiliter facies, ſi beneuolè pacẽ feceris cum aduerſario quem læſiſti, nè coram Summo Iudice te conueniat, qui debitum omne cum rigore exigat, & in carcerem retrudaris inferni, donec vniuerſum perſoluetis debitum. Non abnuo hanc expoſitionem, licet eas (quas diximus) anteponam huic: quoniam ſi (vt iacent verba Chriſti) interpretari poſſunt, quid opus eſt parabolycos ſenſus fingere, præcipuè cùm apud nullum Doctorem, quos ego viderim parabola hæc, ſententia nuncupetur, niſi
Epiphan. apud Epiphanium loco modò citato lib. 1. tom. 2. in hæreſim. 27. qui referens illam
Beauxa. Gnoſticorum ſententiam, dicit apud Beauxamim, in harmonia Euangelica ſuper hũc locum: Confingunt Gnoſtici ad parabolæ huius interpretationem, &c. Aliqui autem vermem conſcientiæ, hũc aduerſarium intelli-

telligunt, alij ſynderesim rationis, quibus reſiſtere nõ valemus. Sed quoniam de hoc ſpecialis ſermo infra eſt faciendus, ſuperuacaneum exiſtimaui, id hic anticipare, dicendum. *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: Non mœchaberis. Ego autem dico vobis: quia omnis qui viderit mulierem ad cõcupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* Qui ſaluam eſſe Rempublicam volunt, cauent, nè qua rebus publicis, & quæ communem vtilitatem ſpectãt iniuria fiat, hoc eſt, communi vię fluminis alueo, aut fonti communi: quoniam omnes ciues harum rerum commoditate fruuntur. Chriſtus itidem non ea modò, quæ priuato cuique expediunt, ſed maximè, quæ ad communia commoda ſpectant, prouidere curauit. Quid autem ad agendam & ſtabiliendam Rempublicam magis ſpectat, quàm ſi proles ciuibus generoſa naſcatur? Hoc autem quomodo fieri poterit (vt Phylo Iudæus docet) niſi matrimonio ſuus honor, & leges à Deo poſitæ coniugatis ſeruentur? Et ideo poſtquã iram compeſcuit Dominus, qua etiam communi bono officere ſolet, nunc concupiſcentiam coercere ſatagit, quæ eſt radix, qua coniugij fœdera violari ſolent, atque commaculari. Vnde & dicit: Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: Non mœchaberis. Sed ſtatim occurrit dubium, quemnam errorem hic corrigere voluerit Chriſtus prohibendo cordis in alienam vxorem concupiſcentiam? Quoniam (vt ſupra diximus) verba illa: Ego autem dico vobis, correctionem alicuius Phariſaici erroris inſinuare videntur, & tamen Phariſæi nunquam docuerunt concupiſcentiam alienæ vxoris eſſe licitam, cùm in lege Exod.20. ſicut expreſſè in Decalogo dicitur: Non mœchaberis, ita expreſſè prohibetur concupiſcentia vxoris alienæ, quocirca videtur incredibile, quod Phariſæi exiſtimauerint concupiſcẽtiam talem non eſſe peccatum. Quare Auguſt. dicit, quòd Phariſæi id intelligebãt de ablatione alienæ vxoris. Lyranus dicit, quòd illi ſolùm id intelligebant de exterioribus ſignis concupiſcentiæ, qualia ſunt oſcula & tactus. Vel dicere poſſumus, quòd etiamſi intellexiſſent interiorem concupiſcentiam eſſe vetitam, non tamẽ percipiebant per illam incurri adulterij, vel fornicationis crimen, maximè cùm in Decalogo ſint diſtincta præcepta: Non mœchaberis, & nõ concupiſces vxorẽ proximi tui, Dominus autem hoc addidit Legi, quod docuit, ſola concupiſcentia hominẽ reum facere męchiæ aut adulterij. Vel (vt vult Caie.) quia lex dicebat: Non cõcupiſces vxorem proximi tui, putabant non eſſe prohibitam cõcupiſcentiam mulieris ſolutæ, quæ non erat coniugata, & ideò ad omnium mulierum, quæ nõ ſunt proprię cõcupiſcentiã extendit Chriſtus præceptũ hoc. Ea quippè mulier, quæ mea vxor nõ eſt, tanquã aliena reputanda eſt, vt aliena dicatur ſolũ reſpectu proprię: & ideò Chriſtus abſolutè dixit: Quicunq; viderit mulierem ad concupiſcẽdum eam, iam mœchatus eſt eã in corde ſuo. Non dixit alienã, licet vtus fuerit verbo męchari, quo vſus eſt lex, quã ipſe interpretabatur, quaſi extendens adulterij nomẽ ad quamlibet alienam, quæ non ſit propria, etiam ſi in rigore adulteriũ non ſit. Alij id intelligunt de delectatione moroſa, cùm quis delectatur in aſpectu mulieris pulchræ, & ſecum cogitat de illa exardeſcens in illa ſenſibili cogitatione, abſq; hoc quod velit cũ illa męchari, vel quia id reputat impoſſibile, vel quia vltrà ſua cogitatio non progreditur, ſed illam turpem cogitationẽ habet pro obiecto ſuæ delectationis, & hoc fortè Phariſæi non intelligebant eſſe peccatũ, quòd tamẽ hic prohibet Chriſtus. Licet videatur huic ſententiæ obſtare verbũ illud, ad concupiſcendum eam, niſi dixeris illam cogitationem turpem, ac voluntariam eſſe interpretatiuè concupiſcẽtiam alienæ mulieris: nam qui de tali turpi cogitatu voluntariè gaudet ſignũ manifeſtum dat, quod plus gauderet de opere ipſo turpi, ſi illud ad libitum exequi valeret. Igitur concupiſcentia, quæ eſt cũ animi deliberatione atq; cõſenſu in delectationẽ, vel opus, eſt mortale peccatũ, & hic prohibetur à Chriſto, quoniã hoc non ſolùm eſt titillare, ſed conſentire. Quare Sapiens nos admonet, vt auertamus faciem à muliere compta, ſed quoniã viſus principatur alijs ſenſibus corporis, ſub illius nomine omnes alij ſenſus intelliguntur. Nam ea quæ tactu, guſtu, auditu, & alijs ſenſibus corporis percipiuntur ſub nomine viſus ſolemus nominare, cum dicimus nos nunquam vidiſſe, nec talem cibum, nec tam ſonoram vocem, cùm tamen, nec vox, nec cibus viſu hauriantur. Cuius ratio eſt, quoniam viſus inter omnes ſenſus maximè cognoſcitiuus eſt, quare & aliorum ſenſuũ perceptiones ei attribuuntur. Vnde hic ſub viſu, alij ſenſus intelliguntur,

Similc. *Phylo.* *Dubium.* *Exod.20.* *Auguſt.* *Lyranus.* *Caietan.*

guntur, nempè, qui tetigerit mulierem ad concupiſcẽdum eam, vel aloquutus fuerit, aut audierit, & ex auditu in eius deſiderium exarſerit. Refrenandi ſunt ergo ſenſus exteriores, maximè viſus, tactus, auditus, nè mors intret animam per corporis ſui feneſtras, vt Hieremias lamentabatur, teſtante quippè Scriptura: Colloquium mulieris, quaſi ignis inardeſcit, &: In ſpecie mulieris multi corruerunt. Quare Iob.31. dicebat: Pepigi fœdus cum oculis meis, vt nec cogitarem de virgine quidem, hoc eſt, nè mihi veniret in mentem cogitatus pulchræ mulieris, quæ alliceret animum ad malum, ſtatui firmitate quadam, vt oculos à muliere pulchra auerterem, nè ex viſu certum haberet deſiderium cogitatus libidinoſus. Et Threno.3. Oculus meus depredatus eſt animam meam. Viſus autem præcipuè refrẽnandus eſt: quoniam per viſum percipitur pulchritudo, venuſtas, color, inceſſus, atq; ornatus mulierum, quæ omnia animum pellicere ſolẽt ad libidinẽ. Vnde Dauid per viſum captus eſt amore Berſabeæ, & ſimul cum adulterio perpetrauit homicidium. Senes etiam illi, apud Danielem, videndo ſæpè pulchritudinẽ Suſanæ in eius amore exarſerũt. Quare Scriptura eos qui viſum non cohibent, nè videant, quod non licet concupiſcere, dicit habere oculos plenos adulterijs, & inceſſabilis delicti pellicientes animas. De quo vide quæ diximus in Comment. noſtris ſuper Pſal. 118. ſuper illũ verſum: Auerte oculos meos, nè videant vanitatem, tractatu. 5. fo. 172. Quare Chriſtus Dominus perſpectam habens fragilitatem noſtram, vt auerteret ab hominibus intuitus libidinoſos, ita pronuntiat: Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, id eſt, vt concupiſcat eam, vel viderit cõcupiſcendo eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Dubium autem hic exoritur: quoniam videtur diminuta doctrina hęc Saluatoris, vtpotè quæ ſolos homines videtur amplecti, nihil de fœminis dicens, cùm tamen etiam ipſę per viſum ſoleant cõcupiſcere viros. Ad hoc dubium reſpondetur cum Auguſtino in quæſtionibus ſuper Exod. q. 71 eſſe regulam obſeruatam in Scriptura, vt vbi de ſexu perfectiori qualis eſt viri, fit mẽtio, ibi etiam intelligatur fœmina, maximè vbi ponitur lex ſpectans ad vniuerſum genus hominum, ſiue diſeritur de perfectione virtutis, quæ eſt communis viris ac fœminis, vt quando Pſalm.1. dicitur: Beatus vir, qui nõ abijt in conſilio impiorum, nulli dubium eſt quin etiam ibi intelligatur ſexus fœmineus, cui & talia, qualia ibi dicuntur contingere poſſunt: quoniam fœminæ per gratiam & virtutem in virilitatem tranſeunt maſculorũ. *Quòd ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te. Expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm duos oculos habentem, mitti in gehennam. Et ſi dextera manus tua ſcandalizat te, abſcinde eam, & proijce abs te. Expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam.* Eraſmus in annotationibus offenditur in verbo, ſcandalizo, quod non eſt Latinum, ſed Græcum, potuiſſet enim dici, ſi oculus tuus fuerit tibi obſtaculo, & etiam commodius (ait) potuiſſet dici, vnũ oculum habentem ad vitam ingredi, & non in vitam ingredi: ſed eius animaduerſiones (vt rectè dicit Titel. in Apologia pro vulgata editione no. teſt.) ad hoc videntur tendere, vt labefactent omnino authoritatem interpretis, quæ tamen in magno pretio habenda eſt. Nec eſt mirandum, ſi verbum, ſcandalizo, Græcũ vſurpetur à Latinis, propter ſui energiã, ſignificat enim cauſare in motum, ruinam & lapſum, *que ſe dize en Caſtellano, hazer tropieço:* quod quidem Latinè dici non poteſt, niſi per circumloquium. Quod verò illa phraſis Græca reperiatur in verſione, nihil obſtiterit ſententiæ veritatis. His igitur omiſsis, quæ Grammaticę ſpeculationes ſunt, conuertamus animum ad intelligentiam huius loci, qui non nihil difficultatis habet. Legitur enim in Eccleſiaſticis hiſtorijs, quoſdã propter zelum, non ſecundum ſcientiam, intellexiſſe hæc verba Chriſti in cortice ſolùm, & in ſuperficie literæ, & eruiſſe ſibi oculos, & amputauiſſę manus: quoniam iſta membra corporis illis extiterunt aliquando occaſio pecandi. Similiter viri grauiſsimi memorant Origenẽ, alioquin doctiſsimum, illud verbum Chriſti Matth.19. (Sunt Eunuchi, qui ſe caſtrauerũt propter Regnum cœlorum) pingui minerua, vt aiunt, ac materialiter accepiſſe, ſibiq; genitalia præcidiſſe. Igitur qui hoc pacto verba Chriſti interpretãtur, falluntur maximè, & (vt inquit Auguſt.3. lib. de doctrina Chriſtiana. c.3. & 6.) carnaliter ſapiunt, & figuratam loquutionem accipiunt tanquam propriam, nec eleuant mẽtis aciem ad percipiendum intelligentiam

Hierem.9. *Eccleſ. 9.* *Iob.31.* *Thren. 3.* *2.Reg.11.* *Dani.13.* *Dubium.* *Auguſt.* *Pſal.1.* *Eraſmus.* *Titelm.* *Matth. 19* *Auguſt.*

tiam ſpiritualem, quæ traditur in figura
August. illa. Vnde idem pater Auguſt. eodem lib.
c.16. adhibet regulã notatu digniſsimam,
quæ ſic ſe habet: Cùm in ſermone diuino
ſacræ Scripturæ fuerint aliquot verba, quæ
propriè vſurpata continent aliquid trucu-
lentum, ſœuum, atque inhumanũ, figuratè
ſunt intelligenda. Huic regulæ debemus
accommodare ſententiam, quam habemus
in manibus. Igitur iſta figura poteſt dupli-
citer exponi. Primò, quòd oculi & manus
propriè accipiantur; cæterum eruere ocu-
los, abſcindere manus ſumatur methapho-
ricè, pro eo quod eſt abſtinere ab vſu ocu-
lorum, & vſu manuum. Conſuetum quippè
eſt in ſcripturis, vt cùm aliquod inſtrumẽ-
tum deſtinatum ad aliquod opus ceſſat à
ſua operatione dicitur deſtrui, mortificari,
1.Cor.6. & cadere de loco ſuo. 1.Cor.6. Eſca ventri,
& venter eſcis, Deus autem hanc & illam
deſtruet. Vult Paul. dicere: In hoc ſtatu
animalis vitæ venter ſeruit ad egerendas
eſcas, ſed in ſtatu reſurrectionis ceſſabit ab
illa operatione; & ideò dicitur deſtrui: quia
ab officio quodmodo exercet, ceſſabit. Et
Colloſ.3. Colloſ. 3. Mortificate membra veſtra, quæ
ſunt ſuper terram, hoc eſt, prohibete illa, nè
in operationes illicitas prorrumpant. Et
quaſi exponens ſeipſum ſubiungit forni-
cationem, immunditiam, &c. Id eſt, vitia
membrorũ occidite, ceſſent à prauis ope-
rationibus, exhibuiſtis ea arma peccati, ex-
hibete ea arma iuſtitię, vt ampliùs non de-
ſeruiant peccato. Et Luc.21. dicitur. Virtu-
Luc.21. *Matt.24.* tes cœlorum mouebuntur, quod Matth.24.
alijs verbis dicit: Stellæ cadent de cœlo.
Nam cùm tunc non habeant hunc motum
regularem, quem modò ſequunturlumi-
naria cœli, ac ceſſent ab hac operatione
ordinata, dicuntur cadere de cœlo, ac mo-
ueri de loco ſuo. Sic accipite verba Chriſti:
Si oculus tuus dexter ſcandalizat te. Apponi-
tur adiectiuus ille (dexter) ad deſignãdam
maiorẽ dilectionẽ erga oculũ: nam in de-
xtro oculo viget maior efficacia ad viden-
dũ; & idẽ eſt iudiciũ de manu dextra, in
qua excellit vis motiua, & operatio inſtru-
mentalis in varijs generibus operum, &
ita dicitur manus potiſsimum organum. Si
igitur oculus tuus dexter, vel manus tua
dextera intuens, ſiue tangens eſt tibi oc-
caſio peccati, omninò circà tale obiectum
cohibe intuitum, atq; tactum, non ſecus ac
ſi oculum eruiſſes, ac manus amputaſſes.
Itaq; vtitur Chriſtus hoc modo loquendi,
ad exaggerandum quantopere vitandum
ſit periculum ſenſibilis delectationis, quæ
inducit ad illicita deſideria. Ac ſi diceret:
Sic cohibenda ſunt mẽbra ab illicitis ope-
rationibus, ac ſi tunc non haberemus. Ac
ſi quis à te peteret gladium ad occidẽdum
hominem, poſſes ei reſpõdere: Non habeo
gladium: quoniam illum nõ habes ad per-
petrandum homicidium; & ſic rectè dice-
res: Ad hoc facinus, non habeo gladium.
Vnde Hylar. ſuper Matth. Can.4. in hunc *Hylar.*
modũ dicit: Fit enim puritatis gradus ex-
celſior, dum præcipitur hominibus, vt non
ſolùm caueant illicitas actiones, verũetiam
ſi abſtineant à motiuis extrinſecis peccato-
rum. Quod maximè verum habet in mate-
ria luxuriæ, de qua inquit Paul. 2. Cor. 6. *2.Cor.6.*
Fugite fornicationem. Alia explicatio ad-
hibetur huic loco, quæ etiam videtur ger-
mana ac literalis, vt per oculos intelliga-
mus res maximè dilectas & gratas, quæ no-
bis ſunt maximi emolumenti, inſtar oculo-
rum. Ariſtotel. in principio Methaphi. id- *Ariſtot.*
circo ſuper alios ſenſus probat oculos ab
hominibus amari: quoniam maximè ſub-
ſeruiunt diſciplinis, ac ſcientijs acquiren-
dis, eò quòd plures rerũ differentias, quam
cæteri ſenſus, hauriant. Et hinc ortum ha-
buit vulgare illud proloquium, *Amole como*
a las niñas de mis ojos. Per manus autem in-
telligitur omne illud, quod in agẽdo iuuat,
& conducit, tanquam inſtrumentum ſepa-
ratum. Hinc & de diligẽti viro ad operan-
dum dicimus, *Fulano es mis pies y mis manos.*
Quo loquẽdi modo etiam vtitur Scriptura,
cùm Iob.29. dicit. Oculus fui cœco, & pes *Iob.29.*
claudo. Vnde (ſecundum iſtam methapho-
ram) vult dicere Chriſtus Dominus: Si
amicus, quem diligis perinde, atque oculos
tuos, eſtq; tibi loco oculi dextri. Similiter
ſi miniſter, quo in agendo vteris tanquam
manu dextra, ſi inquam iſte, vel ille eſt tibi
in ruinam, vel ſcandalũ; relinque amicum,
& ab illo tanquã ab hoſte teterrimo fuge.
Eijce miniſtrum tanquã aduerſarium tru-
culentum, etiamſi tibi adeò moleſtum ſit,
ac ſi oculum dextrum eruiſſes, aut manum
dextrã amputaſſes. Huic intelligentiæ ad-
hærescunt viri grauiſsimi. Auguſt. lib.1. de
ſermone Domini. c.24. Chryſoſtom. ſuper *Auguſt.*
Matth. homil.17. itemq; Hieron. & Hylar. *Hieron.*
Hic eſt autem vtraq; intelligẽtia tanquam *Hylar.*
germana accipiẽda, ac ſi tibi dixerit Chri-
ſtus: Sicut ob totius corporis conſeruatio-
nem & ſtatum ſuſtineres, vt tibi erueretur
oculus,

oculus, & manus abſcinderetur, nè totum
corpus periret: ſic nè anima & corpus in
gehennam intereant, debes ab his quæ
maximè diligis aliquando abſtinere: me-
lius enim tibi eſt, vt integer in æternam
vitam conſerueris, quàm propter vnius
diei voluptatem in ſempiternum pereas.
Eſt autem diſcrimen cõſiderandum, nam
ſequendo primam intelligentiam, perire
vnum membrorum, ſiue oculum, ſiue ma-
num, debet refferri ad ceſſationẽ in ope-
ratione, ſiue per oculos, ſiue per manus.
Cæterum, ſi ſequamur alteram explica-
tionem, perire oculum ſiue manum, nihil
aliud eſt quàm amicum fugere, & ſeruum
deſerere, cùm offendiculum tibi præbent
peccandi: quoniam in vtroq; ſenſu vtiliùs
eſt perire oculum ſiue manum, quàm ho-
minem amicis ac miniſtris ſtipatum mitti
Albertus Magnus. in ignem æternum. Alber. Magn. ſic pro-
cedit: *Si oculus tuus dexter ſcãdalizat te, &c.*
Ariſtot. Secũdo de cœlo dicit Ariſt. quòd dextera
Moralitas eſt, vnde motus incipit, & ſiniſtra trahitur
in motu: vbi enim virtus mouentis eſt, ibi
incipit motus, & ibi eſt dextera. Et ſecũ-
dum hoc proſpectus cordis; vnde eſt ordo
& motus totius vitæ, eſt dexter oculus: ſi-
niſter autẽ qui trahitur, & obedit, eſt pro-
ſpectus corporis in organis ſenſualis mo-
tus. Senſualis autẽ motus ligari quidẽ po-
teſt, ſed curari nõ poteſt: quia ille eſt ani-
Auguſt. malis, nam ſicut dicit Auguſt. Fertur diſ-
ſoluta laſciuia, in delectabilia ſenſuum. Et
Galat.5. Galat.5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiri-
tum. Et ideò de ſiniſtro nihil dicitur, ſed
ſupponitur, quia quãtum eſt de ſe ſemper
ſcandalizat. Itaq; per dextrum oculũ, ra-
tionis proſpectum: per ſiniſtrum, ſenſua-
litatis motus intelligit, *Los malos ſiniestros*
de la carne. Commemorat autẽ dextrum,
qui in ſuum ordinem trahit ſiniſtrum, de
Epheſ.1. quo dextro dicitur Epheſ. 1. Illuminatos
oculos cordis veſtri. Et hi oculi dextri
ſunt, quos Naas Iſraẽlitis volebat eruere.
1.Reg.15. 1.Reg.15. Quoniam diabolus nouit, q̃ in
exteriori oculo non eſt peccatum, niſi ab
interiori, qui dexter eſt, trahatur ad illud,
hoc eſt, conſentiendo interior oculus, in
eo quod exteriori placuit, & ideo volebat
paſsione vel libidinis, vel inuidiæ, aut iræ
obcœcare interiorẽ, aut eruere, *Eruè eum.*
Notandũ eſt, q̃ dupliciter oculus eruitur,
& materialiter & formaliter: materialiter
quando pupilla excutitur, & ſic nõ debet
erui oculus: alio modo eruitur ſecundum
formã, nam oculus & cæteræ animæ po-
tentiæ nihil omninò agũt, niſi per formas
apprehẽſas, & illæ ſunt quæ ſenſus & po-
tentias perficiũt ad operationẽ. Tunc er-
gò oculus dexter eruitur, quando forma
mouens ad illicitas concupiſcẽtias ampu-
tatur, id eſt, quando peſsimæ cogitationes
auertuntur, ſecundum quod Dñs per Eſai. *Eſai.1.*
monet, dicens: Auferte malũ cogitationũ
veſtrarum. 1.Cor.4. Fugite fornicationẽ: *1.Cor.4.*
quia nõ eſt vincere niſi fugiẽdo tales for-
mas & figuras, quæ ab exteriori proſpe-
ctu ad interiorẽ deriuantur. Et Pſalm.54. *Pſal.54.*
Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitu-
dine, hoc eſt, quaſi abſq; conſortio exte-
riorũ ſenſuũ, cùm ſimilitudines corporũ,
quas ad animas deferebant, auerterem. Et
quoniam hoc concupiſcentiæ malum non
vincitur niſi fugiendo; ideo hic nihil aliud
percipitur, niſi excuſsio faciẽda. Sed ma-
lum iræ non perfectè vincitur, niſi benefi- *Matth.5.*
cia impendendo inimico. Vnde dictũ eſt:
Vade reconciliare fratri tuo. De quo vi-
dendus eſt locus modò citatus à nobis, in
noſtris Comment. in Pſalm. 118. fol.175.
ab illo verbo, Occaſiones fugere, & tract.
11. fol. 365. Defecerunt oculi mei. *Dictum*
eſt autem. Quicunq; dimiſerit vxorem ſuam,
det ei libellum repudij. Ego autem dico vobis,
quia omnis qui dimiſerit vxorẽ ſuam, excepta
fornicationis cauſa, facit eam mœchari, &
qui dimiſſam duxerit, adulterat. Dictum eſt
autem. Non dicit, Audiſtis quia dictum
eſt antiquis, vt in alijs: quoniam hoc non
inducitur tãquam inter principalia præ-
cepta numeratum, ſed tãquam annexum,
& propterea non dicit, Audiſtis quia di-
ctũ eſt, ſed Dictum eſt autẽ, proculdubio
à lege veteri. Alber. Magn. in Matth. di- *Albertus Magnus.*
cit, quòd cùm matrimonium ſit coniun-
ctio maris & fœminæ legitima indiuiduã
vitæ conſuetudinẽ retinens, actus prohi-
bitus qui contra legẽ matrimonij eſt, du-
pliciter matrimonio cõtrariatur, legitimæ
enim coniunctioni repugnat mœchia, &
indiuiduæ vitæ conſuetudini contrariatur
repudium, ideò poſt primi prohibitionẽ
ſecũdum prohibet in hoc loco, cùm dicit:
Ego autem dico vobis, &c. Ex his verbis
perperã intellectis, quidã in Eccleſia in-
duxerũt falſum dogma, Quòd qui dimittit
vxorem propter adulterium ab ipſa com-
miſſum, poteſt aliam ducere, itaq; primũ
matrimoniũ diſſoluitur ppter adulteriũ,
nõ ſolùm quoad thorũ & cohabitationẽ,

verumetiam quoad vinculum, & idcircò hæc verba diligenter ſunt expendenda. Sed primum omnium, quoniam radix & origo germanæ intelligẽtiæ huius textus ſumitur ex intelligentia antiquæ conſuetudinis vſurpatæ à Iudæis circa diuortiũ
Deut.24. vxoris, de qua habetur Deut. 24. operæpreciumſuerit explicare, an licitũ fuerit antiquitus diuortium. Etenim permiſsio alicuius rei poteſt intelligi quatuor modis. Primus eſt per priuationem præcepti
1.Cor.7. in maiori bono; ſicut 1. Cor. 7. ſecundũ indulgentiam permittitur matrimoniũ: quoniam virginitas, quæ eſt maius bonũ, neutiquam præcipitur, ſed conſulitur. Secundus modus eſt, quãdo propter benignitatem legiſlatoris valentis cohibere aliquod factum ſub mortali culpa apponitur lex obligans ſolùm ad veniale, tũc enim permittitur minus malũ culpæ, vt vitetur maius, cuius modi eſt mortale. Eſt exẽplum in regulis aliquarum religionum, vbi leges quarundam obſeruantiarũ, non obligant niſi ſub veniali, cùm potuiſſet legiſlator obligare ad mortale. Tertius modus eſt, cùm Deus voluntatẽ peccatoris nõ coercet, neq; cohibet à peccato apponẽdo gratiam ſpecialem, vt homo nõ peccet. Et de
Rom.9. hac permiſsione loquitur Paulus Rom. 9. Suſtinuit in multa patientia vaſa iræ aptata in interitum. Vltimus modus permiſsionis intelligitur, quando peccatum non punitur pœna externa in Republica, in quo ſenſu ſolemus dicere permitti vſurarios, & meretrices. His conſtitutis, omiſsis opinionibus alijs, dicendum eſt, quòd diuortium in veteri lege erat permiſſum: quia non puniebatur à legiſlatore, & hæc permiſsio fiebat ad euitanda vxoricidia, ad quæ populum illum eſſe procliuem videbat Deus. Probatur
Matth.19 hoc manifeſtè ex doctrina Chriſti Matthæ. 19. Nam obijcientibus Phariſæis, Quid ergo Moyſes mandauit dare libellum repudij, & dimittere? ait Chriſtus: Moyſes ad duriciem cordis veſtri permiſſit vobis dimittere vxores veſtras, ab initio autem non fuit ſic. In hac reſponſione, niſi vim manifeſtam faciamus verbis Chriſti, & ipſa inflectamus ad ſenſus alienos menti ipſius, docemur manifeſtè repudium non fuiſſe licitum, ſed dumtaxat permiſſum, ita vt impunè id poſſint facere. Libellus autem repudij erat teſtimonium publicum, quo conſtaret mulierem eſſe dimiſſam, & poſſe impunè, cui voluiſſet nubere. Immò & modò Iudæi vtuntur hac lege permiſsiua, vt refert Munſterus apud Ianſeniũ his verbis. Munſter.
In quarta Sabbati, vigeſima menſis Sinã, annoquinquies milleſimo, ducẽteſimo, nonageſimo, tertio à creatione mũdi, hic & in hac ciuitate, Ego Iacob ſic cognominatus, filius Rabbi Iſaac volui ex animo, & citra vllã coactionẽ dimiſi, & eieci hãc, quæ hactenus fuit vxor mea filia illius Rabbi, & cõcedo licentiã & poteſtatem, vt p libito ſuo vadat quò voluerit, duciq; poſsit ab omni viro, nec eam quiſquã prohibere præſumat, in cuius rei teſtimoniũ dedi ei libellũ repudij, & ſchedã dimiſsionis, atq; ſignaculũ diuortij, iuxta conſuetudinẽ Moyſi, & Iſraël. Quod autẽ dicit, Facit eam mœchari, ſenſus eſt, impendit vxori occaſionem, atque periculum, vt labatur in adulterium. Quantùm verò attinet ad vinculum matrimonij, nè quis exiſtimet illud per diuortium diſſolui, ſubiungit Chriſtus: qui dimiſſam (quomodocunq; illa ſit dimiſſa) duxerit, adulterium committit. Et eſt explicatio Catholica & vera huius loci, quam ſequuntur Chryſoſt. & Theophil. quod confir- Chryſoſt. Theoph.
matur Marc. 10. Quicunque dimiſerit vxorẽ ſuam, & aliam duxerit, adulterium Marc.10.
committit ſuper eam, etſi vxor dimiſerit virum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur. Et ſimiliter Luc. 16. habentur eadem ver- Luc.16.
ba. Senſus igitur illius ſententiæ Matth. Matth.19
19. Dico autem vobis, quia quicunq; dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimiſſam duxerit, mœchatur, hic eſt, quòd propoſitio illa in virtute eſt vna copulatiua; at verò ſecundum phraſim Hebraicam conſtituitur copulatiua, etiamſi ponatur verbũ (ſemel) quod deſeruit duabus partibus. Eſto exemplum in Pſal. 49. Pſal.49.
Non in ſacrificijs tuis arguam te, holocauſta autẽ tua, in conſpectu meo ſunt ſemper. Eſt ſenſus: Non arguam te in ſacrificijs tuis, nec etiam arguam te, quòd holocauſta tua non ſunt in conſpectu meo. Similiter copulatiuè dicit Chriſtus: Qui dimiſerit vxorem ſuam, niſi propter fornicationem, mœchatur; & vlteriùs, Qui dimiſſam duxerit quomodocunq; dimiſſa ſit, mœchatur; ita quòd non debet hic reduplicari, Niſi propter fornicationẽ, vt alij perperam faciunt. Et videtur mihi ſimile

Actor.3. mile illud Actor. 3. Scio, quia per ignorantiam feciſtis, ſicut & Principes veſtri: Nonenim reduplicatur hîc illud Per ignorantiam: quoniam non ex ignorantia, ſed ex malitia Principes Iudæorum morti tradiderunt Chriſtum; ſed vult dicere Petrus: Scio, quòd vos populus per ignorantiam feciſtis, quod Principes veſtri fecerunt, nempè morti tradere Chriſtum. Ita in propoſito illud, Niſi propter fornicationem, non debet in ſecunda parte copulatiuæ replicari, ſed verbum illud (dimiſerit) qui dimiſſam quomodocumque vir dimiſerit eam duxerit, adulterat. Et hæc interpretatio optimè conſonat cum verbis huius loci, quem explicamus. Hoc eſt dicere: Ille qui dimiſerit vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari. Mox ſequitur altera pars ſatis clara, Et qui dimiſſam duxerit quomodocumq; illa dimiſſa fuerit, & ob quamcumq; cauſam, adulterat. Et hic eſt ſenſus vniuerſalis Eccleſiæ, cuius magiſterio omnis ſe ſubdere debet intellectus. Itaque ſeparatio hæc intelligitur quantum ad thorum, & cohabitationem tantum. Meminit autem Chriſtus cauſæ fornicationis dumtaxat: quoniam hæc eſt maior & diuturnior; poteſt enim vir ob adulterium perpetuò abſtinere ab vxore, ob alias autem cauſas non perpetuò, ſed eo tempore quo durat occaſio, qua ceſſante, in idipſum debent reuerti. Similis ſententia habetur
1.Cor.7. apud Paulum. 1. Corint. 7. Excipiuntur nihilominus aliquot caſus, quibus non licet viro vxorem fornicantem dimittere, nimirum vel quòd vxor à culpa ſit immunis, vel vterque æquè ſit culpabilis. Primò, ſi & ipſe vir ſimiliter fornicatus fuerit, nihil enim (ait Auguſtinus) eſt iniquius
Auguſt. quàm fornicationis cauſa vxorem dimittere, ſi & ipſe conuincitur fornicari; occurrit enim illud, In quo alterum iudicas teipſum condemnas. Secundò, ſi ipſe vxorem proſtituerit. Tertiò, ſi mulier virum probabiliter mortuum credens, propter longam eius abſentiam, alteri nupſerit. Quartò, ſi eſt latenter ab aliquo cognita, ſub ſpecie viri lectum ſubintrante. Quintò, ſi fuerit vi oppreſſa. Sextò, ſi reconciliauit eam ſibi, poſt adulterium perpetratum carnaliter eam cognoſcens. Et quanquam exceptis his cauſis licitum ſit marito vxorem dimittere, non tamen tenetur: non enim dimittere eam Dominus præcipit, ſed permiſit inculpabiliter, niſi quando ob dimiſsionem ſpes eſſet correctionis eius, vel eſſet ſcandalum quaſi ipſe adulterium eius conſentiret, tunc enim teneretur dimittere. Scriptum quippè eſt: Qui adulteram tenet, ſtultiſsimus eſt. Sed Prouer.18
quia iterum de hoc redibit ſermo, Deo dante, hæc modò dicta ſufficiant. *Iterum audiſtis, quia dictum eſt antiquis, Non periurabis; reddes autem Domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis, Non iurare omninò: nec per cœlum, quia thronus Dei eſt: nec per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius: nec per Hieroſolymam, quia ciuitas eſt magni Regis: nec per caput tuum iurabis, quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum. Sit autem ſermo veſter, Eſt, Eſt; Non, Non. Quod autem his abundantius eſt, à malo eſt.*
In veteri lege Exod. 20. Et Leuitic. 14. Et Exod.20. Leuit.14.
Deuter. 5. prohibetur periurium his ver- Deuter.5.
bis: Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum, & non iurabis falſum in nomine Dei. Cæterum, illud, Reddes autem Domino iuramenta tua, non eſt expreſſe in lege veteri, ſed æquiualenter. Etenim, cùm dicitur Deuter. 6. Per nomen Do- Deuter.6.
mini Dei tui iurabis, non præcipitur iuramentum, ſed adhibetur modus iurandi licitè, hoc eſt, quòd ſi aliquando iuramentum eſt vſurpandum, non iurabis per nomen idoli, nec falſi Dei, ſed per nomen Dei veri, qui vt eſt veritas prima, ita eſt teſtis infallibilis veritatis; & hoc (inquit Chriſtus) nihil aliud eſt, quàm reddere Deo iuramenta, id eſt, veritatem iuramenti acceptam referre teſtimonio Dei. Et Caietanus, & alij ſic intelligunt hæc Caiet.
verba; vt ſit ſenſus, Quando iuraueris, per nomen Domini iurabis, & non per creaturas, nec per nomina falſorum deorum, vt hic duo diuerſa intelligantur adduci præcepta ad iuramentum ſpectantia, quorum ſecundum deſumptum, eſt ex
Deuter. 6. vbi dicitur: Dominum Deum Deuter.6.
tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies, & per nomen eius iurabis. Sed huic intelligentiæ videtur obſtare verbum Græcum, quod idem eſt, ac perſolues, & reddes; ac proinde ſenſus ſit: Quod iuraſti, id perſolues, veluti Deo debitum, vt ſit explicatio eius, Non periurabis, ſic quòd hæc pars ex eiſdem locis intelligenda eſt eſſe deſumpta. Vnde illa: Non periurabis

rabis, & hic eſt germanior ſenſus. Cæterum ex ſubiunctis verbis: Ego autem dico vobis non iurare omninò, variæ ertæ ſunt hæreſes prohibentes omne iuramentum. Primùm Vvaidenſes, qui modò ſunt Anabaptiſtæ, Vviclephus etiam, quem Concilium conſtanciense dānauit, etiam quantum ad hoc dogma, & Diuus Bernardus ſermone. 63. ſuper Cant. refert ridiculam hæreſim aliquorum hæreticorum ſui temporis, dicentium, non eſſe licitum iuramentum, eſſe tamen illis licitum periurare, nè ſecreta ſuæ ſectæ ab alijs ſcirentur. Quare difficultas maxima in hoc loco eſt, propter varias Patrum ſententias, quos refert Sixtus Senenſis lib. 6. Bibliothecæ, annot. 26. in Matth. qui videntur omninò reddere illicita quælibet iuramenta, tam per Deum, quàm per creaturas à Chriſtianis exhibita. Nihilominùs tamen tanquam certum fidei dogma aſſerendum eſt iuramentum eſſe opus religionis, ac proinde honeſtum ac licitum, & quandoq; neceſſarium. Quinimò ipſemet Deus iuramento vſus eſt, cùm Geneſ. 22. dixit. Per me metipſum iurui (dicit Dominus.) Et Pſalm. 109. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum. Quæ iuramenta explicans Paul. ad Hebræos. 6. inquit: Cùm Deus non haberet maiorem per quem iuraret, per ſemetipſum iurauit, vt promiſsioni ſuę immobili veritas apponeretur iuramenti. Et quoniam forſitam dicet quiſpiam diuinum teſtimonium non eſſe conſentaneum ad noſtrum inſtitutum, cùm fiat ſermo de iuramento creaturæ, quod eſt opus religionis, Ecce Daniel. 12. Et Apocalyp. 10. habetur Angelum iuraſſe, per viuentem in ſæcula ſeculorum. Quod ſi adhuc inſtes. exempla Angelica eſſe aliena ab intentione noſtra, nam Chriſtus promulgauit hæc exempla hominibus, & non Angelis: nam & Eraſmus hunc errorem docet in annot. huius loci, quod in lege Euangelica eſt omninò prohibitum iuramentum. Hic tamen manifeſtus error eſt. Nam Diuus Paulus, qui homo erat, & ſanctus frequenter in ſuis epiſtolis iurat ad Roman. 1. Teſtis mihi eſt Deus, cui ſeruio in ſpiritu meo, &c. Et ad Galat. 2. Quæ autem ſcribo vobis, ecce coram Deo, quia non mentior. Et ad Philip. 1. Teſtis mihi eſt Deus, quomodo cupiam vos in viſceribus Chriſti. Nec poſſunt hæc teſtimonia labefactari,

Conciliū Conſtan. *D. Bern.* *Sixt. Sen.* *Geneſ. 22.* *Pſal. 109.* *Hebr. 6.* *Daniel. 12.* *Apoc. 10* *Eraſmus.* *Roman. 2.* *Galat. 2.* *Philip. 1.*

quia Paulus non dicit, Per Deum: nam (vt inquit Auguſtin. lib. 1. de ſermone Domini, cap. 20.) hæc omnia æquiualent: Teſtis mihi eſt Deus, iuro per Deum. Et Paulus huiuſmodi iuramentum vſurpat. 1. Cor. 15. cùm dicit: Quotidie morior, per gloriam veſtram, fratres: vt ipſemet Eraſmus legit, & intelligit quòd ſit iuramentum, ac ſi diceret, *Yo juro por vueſtra gloria y vida que cada dia muero y trabajo*. Dicere autem, quòd Paulus confirmatus in gratia Chriſti, & exiſtens ſpecimen eximium ſanctitatis, violauerit Chriſti præcepta, blaſphemum eſt & hæreticum. Inſuper conſuetudo Eccleſiæ antiqua confirmat hanc veritatem, nam cùm ſe offert grandis neceſſitas, pacta, & conuenta humana iuramento firmantur, iuxta illud Paul. Hæbræ. 6. Finis omnis controuerſiæ eſt iuramentum. Igitur ad dubium reſpondetur, quòd quemadmodum in illo præcepto, Non occides prohibetur occiſio hominis nuda, non autem veſtita ſuis circunſtantijs, nempè quod publica iuſtitia id exigat, vt publicus maleſactor capite plectatur: ita in hoc præcepto, Non iurare omninò, inhibetur iuramentum nudè acceptum, nam ſic malum eſt moraliter. Si tamen debitis circunſtantijs veſtiatur, nempè veritate, iudicio, & iuſtitia, vt per Hieremiam Dominus docet; vt primò ſit veritas in iuramento, nam hæc eſt nucleus & ſubſtantia eius, aliàs ſine veritate ſemper erit mortale: Sit etiam ex iuſtitia, hoc eſt, pro re iuſta & neceſſaria; & cum iudicio, id eſt, non temerariè iuretur, ſed aduertenter & cum iudicio (quamuis ſi duo hi comites deſint, ſi tamen veritas adeſt, non erit periurium mortale) ſi inquam his circunſtantijs veſtiatur, licitum & ſanctum erit iuramentum, & religionis actus: quoniam per illud profitemur Deum eſſe ſummam veritatem, qui nec falli, nec fallere poſſet. Iuramentum enim, ex primęua intentione naturæ neceſſarium non erat; nimirùm ſi homines in veritate permanſiſſent, quia tamen per peccatum deſciuerunt ab illa, & mendaces facti ſunt, ideò iuramentum introductum eſt, vt per illud homines ſibi inuicem fidem adhiberent. Vnde Iacobus: Ante omnia (fratres mei) nolite iurare, nec per cœlum, nec per terram, nec aliud quodcumque iuramentum. Sit autem ſermo veſter, Eſt, Eſt; Non, Non.

Auguſt. *1. Cor. 15.* *Eraſmus.* *Hebr. 6.* *Iacob. 5.*

Ante

Ante omnia dicit: quoniam iuramentum non eſt ex primęua intentione naturæ, & ex his quę ſecundum ſe neceſſaria ſunt, ſed eſt veluti potio amara, quæ ſecundum ſe non eſt appetibilis, ſed ſuppoſita corporis infirmitate, neceſſaria eſt. Et fortè in hoc ſenſu Patres omne iuramentum damnant, quaſi ſecundum ſe bonum non ſit, ſed ſuppoſita hominum malitia, & quia Chriſtus venit, vt hominem ad primam innocentiam reduceret, ſuppoſito quod ad eam homines redire deberent, tunc Euangelicis viris, qui ſecundum Euangelij ſimplicitatem viuerent nō eſſet neceſſarium iuramentum, ac proinde nec bonum. Noſtra autē ſententia eſt Auguſt. lib. vnico contra mendacium. c. 15. & lib. 1. de ſermone Domini in monte cap. 30. & 31. vbi dicit, quòd iuramentum quamuis ſit opus bonum & religioſum, ſi tamen ſit frequens, ac temerè vſurpatum inducit manifeſtum periculum peierandi, iuxta illud Eccleſ. 23. Iurationi non aſſueſcat os tuum: multi enim caſus in illa. Et infra: Vir multum iurans, replebitur iniquitate, & non recedet à domo eius plaga. Et cap. 27. Loquela multum iurans horripidationem capiti ſtatuet, *Como quando vemos à vn hombre iurar mucho, parece que ſe nos eſpeluzan los cabellos de temor*. Ex his facilè colligitur intelligentia huius loci. Nam Iudæi ex illo, Reddes Domino iuramenta tua, inferebant nullum incommodum afferre iuramentum, dummodò verum iuraretur, & per Deum verum, etiamſi ſine neceſſitate, aut iudicio fieret; Chriſtus autem docet omninò non eſſe iurandum, hoc eſt, ex primæua intentione iuramentum non eſſe licitum, & niſi adſit neceſſitas complens nullatenus eſt iurandum. Albertus Magnus ſic exponit hunc locum, non iurare omninò: Si formaliter negatio refertur ad totum, & eſt ſenſus dico vobis, Non omninò iurare, id eſt, non ex quacumque cauſa, vel leuitate iurare, & tunc non prohibet quin ex aliqua cauſa iurare poſſit. Si autem refertur materialiter, eſt ſenſus, Dico vobis non omninò iurare, id eſt, ex nulla cauſa iurare. In quo ſenſu Chryſoſtomus dicit, quòd iurare ſit illicitum, & arguit Clericos, qui elementa porrigunt, & tenent iurantibus. Sed ait Albertus, quòd reuera ſenſus literæ eſt,

Simile. *Auguſt.* *Eccleſ. 23.* *Eccleſ. 27* *Matth. 5.* *Albertus Magnus.* *Chryſoſt.*

quem dicit Chryſoſtomus: ſed quia iurare eſt actus iurantis, cuius principium eſt voluntas, & non natura; prohibetur iſte actus ſecundum quod exit à voluntate, & eſt dicere, nullam omninò voluntatem habeatis iurandi; ſed ſemper ſit in vobis voluntas contraria iuramento, & ideò quando contingit propter neceſsitatem iurare, indulgetur: procedit enim tunc iuramentum à voluntate, veluti coacta neceſsitate, quæ tamen abſolutè abhorrebat à iuramento. Et ſic intelligitur illud Iacobi. 5. proximè citatū: Ante omnia (fratres mei) nolite iurare, id eſt, id in commune habeatis, quôd nunquam iuretis, ſi tamen cogat neceſsitas, id vobis iam conceditur: quoniam aliter conſtare fides inter homines non poteſt. Vel ſecundum Dionyſium, Nolite iurare omninò, id eſt, non iurare omnibus modis indifferenter, vel ex qualibet cauſa, vt docebant Phariſæi, ſed ſolummodo dicto modo. Nec tamen, etſi ita intelligatur hæc ſententia ſequitur (vt diximus) iuramenta incauta, aut leuia, id eſt, ſine neceſsitate, & iudicio eſſe peccata mortalia, dummodo veritas non deſit, ſatis eſt, quòd ſit peccatum graue veniale. Eſto exemplum. Eccleſiaſt. 7. habetur: Noli velle mentiri omne mendacium: aſsiduitas enim illius non eſt bona. In quo loco prohibetur omne mendacium quodcumque illud ſit, & tamen mendacium, vno excepto pernitioſo, non eſt peccatum mortale. De pernitioſo tamen debetis intelligere, quod in eodem capite antecedit. Noli amare mendacium aduerſus fratrem tuum, nec in amicum ſimiliter agas. De quo videndi ſunt Doctores Theologi in ſuo loco. Ex his omnibus colligere licet hanc Chriſti doctrinam, partim eſſe præcepti, partim eſſe conſilij (nam in hoc Domini ſermone, vt ſancti dicunt mixta ſunt præcepta cum conſilijs) præcepti enim eſt quatenus prohibentur iuramenta falſa inqua, & temeraria etiam per creaturas; conſilij verò quatenus docemur fugere iuramenta quantum omninò fieri poterit, vt etiam vbi cauſa eſſe videtur rationabilis iurandi, non omninò iuremus, niſi magna ſit; & maximè neceſſaria. Atque colligere etiam licebit tres cauſas, ob quas ſummopere vitanda ſunt iuramenta. Primò, nè per aſsiduitatem iurandi deci-

Iacob. 5. *Eccleſ. 5.*

datur aliquando in periurium, qua de cauſa malè audit iuramentum apud ſanctos,
Ambroſ. vt apud Ambroſium Pſalm. 18. vbi dicit, hoc præceptum maximè pertinere ad infirmos, qui ſibi non ſatis conſcij ſunt, an præſtare poſsint quod iurant. Hac de cau-
Eccleſ.23. ſa etiam Sapiens Eccleſ. 23. ea quæ retulimus dixit. Secundò, ob reuerentiam diuini nominis, quod tàm ſacroſanctum eſſe debet, vt non niſi in re grauiſsima illud in teſtimonium adhibeamus, cùm in re leui, nec virũ quidem aliquem honeſtum in teſtem vocare deceret. Ad quam cauſam videtur hic reſpexiſſe Dominum, cùm dixit: Per cœlum non iurandum, quia thronus Dei eſt. Tertiò, ob fidem, quæ inter Chriſtianos deberet eſſe mutua, & tanta, vt certus quiſque eſſet, nec etiam in re minima ab alio poſſe decipi, etiamſi ſimplici aſſertione diceret, vt Dominus hic innuit, dicens: Sit autem ſermo veſter, Eſt, Eſt; Non, Non. Et ad authoritates ſanctorum, qui videntur omnia iuramenta interdicere Chriſtianis, præter id quod ſuprà diximus, poſſumus & modò dicere eorum verba intelligenda eſſe, ſecundum exigentiam loci Euangelij, quem exponunt, videlicet, quòd iuramenta non ſunt Chriſtianis licita, ſicut Iudæi ſibi licita putabant, quodque veritas Euangelica nullum recipit iuramentum, tanquam per ſe bonum & appetendum, cùm quodlibet ex malo ſit. Vltimò, aduertendum eſt ex
Caietan. Caietano, quòd in hoc perficit Dominus præceptum, non periurandi, tollendo non ſolùm periurium, ſed & occaſionem periurandi: quoniam ſine iuramento impoſſibile eſt incurrere periurium. Perficit etiam præceptum referendi iuramentum in Deum, tollendo ſolicitudinem referendi, vbi namque non iuratur, nulla eſt opus ſolicitudine referẽdi iuramentũ in Deum. Dicit ergo: *Ego autem dico vobis, non iurare omninò, nec per cœlum, quia thronus Dei eſt: nec per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius: nec per Hieroſolymam, quia ciuitas eſt magni Regis: nec per caput tuum iurabis, quia non potes vnum capillum album facere, aut nigrum.* In his verbis Chriſtus prohibet iuramenta, quæ fiunt per creaturas, in quibus implicitè tanquam in effectis Dei continetur ipſe Deus, vt cauſa vniuerſalis omnium, & includitur etiam Dei teſtificatio. Etenim nomine cœli, & terræ intelligitur vniuerſalitas creaturarum, quæ ſunt corpora ſimplicia, ſiue mixta, vno excepto homine, qui ſecundum animam rationalem à Deo immediatè creatam, nec pendet à cœlo, nec à terra, ſed eſt in hoc mundo tanquam in quodam domicilio.
Geneſ. 1. dicitur: In principio creauit Deus *Geneſ. 1.*
cœlum & terram, hoc eſt, vniuerſas creaturas. Deuter. 33. Et Eſai. 1. Audite cœli, *Deut.33.*
quæ loquor; audiat terra verba oris mei. *Eſai.1.*
Eſt ſenſus: Vniuerſæ creaturæ audiant.
Hierem. 23. Cœlum & terram ego impleo, *Hierc.23.*
id eſt, vniuerſa quæ ſunt, iuxta illud Vergilij: Iouis omnia plena. Luc. 21. Chriſtus *Luc.21.*
Dominus vtitur hac phraſi: Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. Vult dicere: Quantumuis vniuerſæ creaturæ tranſeant, atque mutentur, ſiue in propria ſubſtantia, ſiue in actione ſua, verba autem mea firmiſsima erunt, nec ſuccumbent alicui falſitati, ſed infallibilia cenſebuntur, vtpotè profecta à diuina veritate. Sed quæritur, quare prohibetur iuramentum per quamcunque creaturam? Chriſtus reddit rationem: Non eſt iurandum per cœlum: quia thronus Dei eſt. Hoc intelligitur, vel quoniam in ſupremis creaturis cœleſtibus maximè reſplendet maieſtas Dei, ſicut Regis amplitudo, magis perſpicitur cùm ſedet in throno ſuo. Sic dicitur Pſalm. 18. Cœli enar- *Pſal.18.*
rant gloriam Dei. Et infrà: In Sole poſuit tabernaculum ſuum. Quaſi illa tam excellens creatura, qualis eſt Sol ſit tabernaculum, & thronus Dei. Idipſum inſinuatur
Sapien. 1. Hoc quod continet omnia, ſcien *Sap.1.*
tiam habet vocis. Nimirum cœlum, quod hæc omnia inferiora ambit, & quaſi ſub ſe continet, Dei maieſtatem prædicat perinde, ac ſi loqueretur. Vel dicitur cœlum thronus Dei: quoniam eſt locus beatorum, in quibus Maieſtas diuina per gloriam manifeſtatur. Et ita dicitur infrà. 6. *Matth.6.*
Pater noſter, qui es in cœlis. Cæterum, nec etiam per terrã iurare debemus: quoniam illa eſt ſcabellum pedum Dei. Per iſtam metaphoram indicat Spiritus ſanctus efficientiam diuinam, atque eius præſentiam ſe extendere ad creaturas terrenas, ſed non ita perfectè perſpici in illis, ſicut perſpicitur in cœleſtibus: nam creaturæ terrenæ ſunt veſtigium Dei, cœleſtes verò imago Dei. At verò, quod attinet ad Hieroſolymam, quæ eſt ciuitas Regis magni, ita intellige, ꝙ forſam Iudæi iurabant per Hieroſolymã, & templum eius, in qua vigebat

vigebat religio veri Dei, ſicut vulgares ſolent dicere: *Iuro por eſte Templo ſanto de Dios.* Quocirca Hieroſolymam eſſe ciuitatem Regis magni referendum eſt, ad eſſe ſpirituale & diuinum, quo illa ciuitas excellebat, tanquam exiſtens Eccleſia Dei. In Scriptura autem Eccleſia Dei ciuitas
Pſal. 47. nominatur, vt Pſalm. 47. Fundatur exultatione vniuerſæ terræ, mons Syon ciuitas Regis magni. Dixerat autem Propheta verſu præcedenti: Magnus Dominus, & laudabilis niniis, in ciuitate Dei noſtri, in
Pſal.86. monte ſancto eius. Et Pſalm. 86. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Dixerat autem Pſalmiſta, verba faciens de iſta ciuitate: Fundamẽta eius in montibus ſanctis. *Nec per caput tuum iurabis.* Ad inſinuandum, quod cùm in homine peculiari quadam ratione exiſtat Deus: quoniam illum gubernat, tanquam animal rationis particeps, & ratio habet pro inſtrumentis potentias, quę ſunt in capite, peculiariter admonemur, vt nec per caput noſtrum vſurpemus iuramentum. Idem autem eſt cenſendum de qualibet parte noſtri corporis, quæ à capite habet exordium, & à capite regitur, & gubernatur: quare cum laudare volumus hominẽ prouidum, ac induſtrium in rebus agendis, dicimus, *Tiene muy buena cabeça.* Et ratio ſubiuncta eſt: *Quia non potes vnum capillum album facere, aut nigrum.* Vt intelligas minima quæque in homine ſubiecta eſſe diuinæ prouidentiæ. Secundum quem modum loquendi, dicitur in-
Matth.10 frà. 10. Capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt: quoniam etiam capilli diuinæ
Luc.21. ſubiacent prouidentiæ. Et Luc. 21. Capillus de capite veſtro non peribit. Quod autem dicitur: Non poſſe capillum album facere, aut nigrum, intellige ab intrinſeco: nam accidentaliter nihil vetat capillos denigrare tinctura. Itaque iurare per creaturas illicitum eſt, niſi adſint circunſtantiæ ſupradictæ, quæ concomitari debent iuramentum: nam cum illis iurauit Ioſeph,
Geneſ. 42 per ſalutem Pharaonis, Phariſæi tamen exiſtimabant abſolutè licitum eſſe. Et licet tu non memineris Dei, quando per creaturas iuras: tamen ibi neceſſariò includitur: quoniam tu per iuramentum quodcunq; intendis tuum dictum confirmare per infallibilem veritatem, hæc autem non eſt in creaturis, niſi quatenus in eis eſt Deus. Quare iurando per creaturas, iuratur per Deum, qui in illis eſt, vel eas ſubijciendo Creatori, quod fit per iuramentum execratorium, vt cùm Ioſeph iurauit per ſalutem Pharaonis: idem enim *Geneſ. 42*
erat, ac ſi diceret: Deus auferat à Rege ſalutem, ſi hoc ita non eſt. Vel ſimpliciter per illas iurando; vel per cœlum, in quo gloria Dei manifeſtatur; vel per terram, in qua relucet diſpoſitio poteſtatis diuinæ: & ſic iurando per cœlum & terram, iuratur per eum; cuius Maieſtas præſentatur in cœlo; vel cuius diſpoſitio ſplendet in terra. Per hoc autem, Quòd non poſſumus vnum capillum album facere, aut nigrum in noſtro capite: euidenter patet, quòd non à nobis, ſed ab ipſo Deo caput accepimus; & ideò iuramus per illum, à quo habemus caput. Voluit etiam Chriſtus, prohibendo iuramentum per creaturas, inhibere idololatriam: nam idolatræ iurabant per creaturas, in quibus credebant diuinitatem, quæ eſt infallibilis veritas, latere. Albertus Magnus ſic ait: Fi- *Albertus Magnus.*
deles ſimplices olim, ideò per creaturas iurabant: quia putabant talibus iuramentis non obligari, eò quòd nulla in creaturis eſſet diuinitas, & nulla eſſet teſtificata per eas veritas, cùm de omnibus dictum ſit Eccleſ. 1. Cuncta ſubiacent vani- *Eccleſ. 1.*
tati. Qui arguuntur ab Auguſt. Nam licet *Auguſt.*
creatura in ſe vana ſit, tamen veritatem habet exemplatam à diuina veritate, & hoc quando iurat ipſa intentione iuramenti, refertur ad diuinam veritatem, ſicut in veneratione imaginis, imago refertur ad ſanctum cuius eſt imago; & tunc ſic relata ad Dei veritatem obligat iuramẽtum, quod fit per creaturas. Infideles autem iurabant per creaturas: quia putabant aliquid numunis eſſe in eis, & attribuerunt eis venerationem immobilis veritatis, & vtrunque prohibet Chriſtus. Pro quo eſt aduertendum, quòd terra dicitur ſcabellum pedum Dei: quoniam in ſcabello non figitur, niſi planta pedis, quæ eſt vltima pars pedis, quoniam in terra eſt minima, & vltima ſimilitudo Dei; ſimilitudo, ſcilicet, veſtigij, quoniam non imitatur Deum in pulchritudine, ſed in materialibus formis in materiam deiectis & calcatis, quæ repræſentant quædam indicia Dei creaturis, & non enarrant gloriam Dei, ſicut cœlum, ſed quaſi tranſeundo per eas Deus eis veſtigia quædam, ac indicia ſuæ ſapientiæ impreſsit; ita quòd poſſumus dicere, *Por aqui paſſo Dios.* Sicut quando videmus ve-

ſtigium hominis, dicimus: *Por aqui paſſo vn hombre*. Cœlum autem & Angeli, & homo, ſecundum animam non dicuntur ſcabellum, ſed thronus Dei & ſedes, ſe-
Eſai. 66. cundum illud: Cœlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum eſt pedum meorum.
Simile. Quoniam ſicut lux ſparſa per aërem purificat illum, atque ſerenat, vt ſubiectum capax ſuæ lucis ac pulchritudinis illum efficiat: ſic cœli, ac Angeli, quoniam illos Deus ſua luce mundificat, ac ſerenos reddit, efficiuntur throni, ac ſubiecta ipſius Dei: quoniam Deus illos purificando perſpicuos reddit ſicut cœlos, vt poſſint diui-
Dionyſ. næ pulchritudinis eſſe capaces. Quare Dionyſius ait, quôd throni ſunt eleuati à ſcabellari ſubiectione propter depurationẽ, & ſerenationem naturæ, & therchici, id eſt, diuini principatus efficiuntur immaterialiter ſuſceptiui, & ſic anima hominis, quæ poſt lumen intellectus agentis recipit ſupernaturale lumen Fidei, vel potiùs diuinæ viſionis, quod animam adeò puram, ſerenam, atque immaterialem reddit in ea parte, qua recipere habet veritatem, quæ vocatur intellectus poſsibilis, quod efficitur tunc locus & thronus pulchritudinis altiſsimarum veritatum, ſicut perſpicuum, aſperſum, ac ſerenatum lu-
Sap. 1. mine, efficitur locus ſpecierum lucis, & ſic dicitur: Anima iuſti, ſedes ſapientię. Igitur cœlum imitatur Deum in repræſentatione pulchritudinis & gloriæ, tanquã thronus, ac ſubiectum capax talis pulchritudinis; terra autem tanquam ſcabellum, & vltimum, cui veſtigia ſua tantùm impreſsit Deus. Quare per has res iurare, niſi adſint comites iuramenti, iniquum eſt: quoniam hæc imitatio Dei, quam gerunt, refertur in diuinam veritatem, quam quælibet res ſuo modo repræſentat, & ideò obligat iuramentum tale. Hieroſolyma etiam habet imitationem Dei in gratia: quoniam ab illa ciuitate exiuit vtrumque regimen, & Sacerdotale, & Regale, hoc eſt, ſpirituale, & temporale, quæ duo ſpecimen quoddam, ac exẽplar referũt à iuſtitia Dei, quæ & animas per gratiam, & corpora per humanas leges, quæ à ſua æterna originem ducunt, gubernat ac regit. Et ideò non eſt iurandum per illam, quia ciuitas eſt magni Regis, non Deus, ſed exemplar quoddam Regni eius; & ideo obligat qui per illam
Pſal. 121. iurat. Pſal. 121. Hieruſalem, quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in id ipſum. *Nec per caput tuum iurabis*: quia homo eſt ad imaginem Dei, ſecundum animam, cuius operationes maximê in capite vigẽt. Et ſubiungit cauſam: *Quia non potes vnum capillum album facere, aut nigrum*: quaſi dicat: Non iures per caput tuum, quaſi ſit Deus, cui numen aliquod tribuas, vt Idolatræ exiſtimãt: quoniam ſi tu eſſes Deus, per quem iurandum eſt, omnia tua in tua caderent poteſtate, tamẽ nec in minimam rem, qualis eſt capillus valles; nec enim illum album facere poteris, vt fit in canicie, quæ eſt ex deffectu naturæ, & tamen nec iſte deffect⁹ tuæ ſubiacet poteſtati. *Sit autẽ ſermo veſter, Eſt Eſt, Non Nõ*. Secundũ phraſim Hebraicam, cùm aliquid reſpondetur affirmatiuè ad interrogationem non dicitur aliud, quam fecit, vel eſt, vel quidpiam ſimile, & non vſurpatur particula aliqua ſincathegorematica, deſignans affirmationem. Eſt exemplum Matth. 20. Cùm Matth. 20
interrogauit Chriſtus filios Zebedei, dicens: Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Reſpondent. Poſſumus. Et tamen non dicunt, ſic, vel maximè. Igitur Chriſtus volens reducere aſſertionem humanam, ad ſynceritatem priſtinam (nam lingua Hebræa prima omnium fuit) ait: Cùm affirmatis dicite, Eſt; cùm negatis dicite, Non, nec oportet iuramentum anne-
ctere. Simili phraſi (ait Paul.) Nunquid, 2. Cor. 1.
quæ cogito ſecundum carnem cogito, vt ſit apud me, Eſt, & Non? Vult dicere: Nunquid cogitationes meæ ſunt carnales, & mutabiles, vt nulla habita ratione firmitatis, atque conſtantiæ adulando alijs dicam, Eſt: quoniam ipſi volũt rem aliquam affirmare; aut dicam, Non: quoniam ipſi contendunt rem negare, vt viderer imitari paraſytum illum Gnatonem apud Terentium, qui dicebat: Ait, aio; negat, nego? Terent.
Secundo: *Sit autẽ ſermo veſter, Eſt Eſt, Non Non*: vt ſeiungantur paulíſper iſtæ dictiones, & ſit ſenſus: Si interrogaris: Eſt ita hæc res? reſpondeas ſimpliciter: Eſt. Et ſi interrogeris: Non eſt ita hæc res? ſyncere dicas: Non. O quàm ſyceros, ac veraces vult Dominus noſter Chriſtianos ſuos efficere, vt tribus tantùm literis affirmationes omnes, & alijs tribus negationes vniuerſæ includantur, vt tam familiaris nobis adſit veritas, vt eam quaſi in compendio his ſex literis habeamus incluſam! Vbi eſt erronea illa Platonis ſententia, qui in li- Plato.
bro de Republica dicebat, oportere re-
ctores

ctores ciuitatum artem mentiendi callere, vt per eam ſeducerent rude vulgus, quando oportuerit: quoniam veritate non ducitur, cæteris tamen id non licere, ne perniciosum exemplum latius ſerpat? Ecce veritatis magiſter omnes indiſcriminatim tantam cordis, ac oris veritatem docet, vt nullis ambagibus aut fictionibus nobis ſit licitum loqui, ſed ſimpliciter reſpondere, eſt eſt, non non, hoc eſt, quod ſi eſt af-
firmatio in corde, ſit etiam in ore, & ſi eſt
negatio in corde, ſit etiam in ore, ne dicatur
Pſal. 17. tibi illud Pſal. 17. In corde, & corde loquuti ſunt. Hoc eſt, ne ſis duplex corde, & aliud habeas cor, quo loquaris tibi, aliud quo loquaris proximo, habens in alio corde occultatum mendatium. Subdit autem Dominus pro ratione huius ſententiæ. *Quod autem his abundantius eſt, à malo eſt*. Eſt mirabilis ſententia hæc & digna Chriſti magiſterio abducentis homines à fallacijs, dolis, atq; aſtutijs, & volentis noſtram loquelam conuertere ad priſtinam ſinceritatem. Nam annectere iuramentum verbis noſtris, à malo prouenit, vel alieno, vel tuo. Ab alieno nempe à malo incredulitatis alterius, qui tibi fidem adhibere non vult, niſi adhibeas iuramentum. A tuo autem: quoniam in more habes iurare, & ideò cùm poſsis ſimplici aſſertione reſpondere ex præua tua conſuetudine iuramẽtum annectis. Verum eſt quod quãdo propter hoc malum naturæ noſtræ, non adhibetur fides in re magni ponderis, niſi iuramentum adhibeas, adhibendum tunc eſt: nam eſt finis omnis controuerſiæ, inter
Hebr. 6. homines, (vt ait Paul.) Ex quo colligitur iuramentum non eſſe per ſe malum, ſed debere vſurpari in caſu neceſsitatis, quando vero nihil refert id quod dicitur, an credatur vel non, non eſt vſurpandum iuramentum: quoniam minus incommodum ſine dubio eſt, non credi rem veram parui tamen momenti, quam irreuerenter adducere diuinũ teſtimonium, cùm negocium de quo agitur, non tantam expoſcat confirmationem.

Moralitas ſeu concio de iuramẽtis

Sed quoniam hic Dominus noſter tantopere nos deterrere curat à iuramentorũ vſu, operepretium exiſtimaui aliqua hic in medium adducere, quæ ad id etiam nos adiuuare poſsint. Nam licet ſola verba tanti magiſtri afficaciſsima deberent eſſe, vt nos à tali loquela abhorrere facerent, tamen
1. Cor. 3. quoniam Paulus dicit: Nos eſſe adiutores Dei eius interpretando ſanctiſsima verba: aliqua dicemus, quæ etiã ad hoc quod Chriſtus docet nos mouere valeant. Et primo incipientes ab hac vltima Chriſti ſententia, id nos maximè abhorrere à iuramento deberet quoniam propter malum naturæ introductum eſt. Nam virulentus ille coluber, qui primos parentes per mendatium ſeduxit dicens illis: Nequaquam moriemi- Geneſ. 3.
ni ſed eritis ſicut Dij, non ſolum illos ſuo morſu vulnerauit, verum & veneno infecit, quo & nos filios ſuos etiam commaculauit, vt iam primæ veritatis immemores menda tio potius acquieſcamus, & de nobis audeat dicere regius pſaltes. Mendaces filij homi- Pſalm. 61.
num in ſtateris, ac ſi nos falſarios mendaciſ ſimos diceret. Et alibi: Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax. Ad corrigendũ Pſal. 115.
igitur hoc malum naturæ (veluti medicina quędam) iuramentum adinuentum eſt, quo prauitas hæc naturæ lapſæ, atque infirmæ ad mentiendum fulciretur. Nam (vt Paulus dicit:) omnis controuerſię, iuramentum eſt Hebr. 6.
finis. Quod ergò ad contegendum naturæ vitium introductum eſt: ego in ore & in publicis verbis geſtare audebo? Nunquid gloriaris de panno aut corio, quod ad tegendũ fœdus vulnus geris? Nunquid illud coram omnibus proferes, & non magis quantũ poteris celabis, ne vel ſignum aliquod tuæ fœditatis appareat? Si ergo iuramentum ſignũ eſt, quod homo eſt mendax, cur iſtud tantæ infamiæ ſignum paſsim efferes, & in ore tãquã quid familiare verſabis? Niſi emẽ mẽdax eſſes, & hac apud alios laborares infamia, nullatenus iuramento indigeres. Quare Quintilianus libr. 8. refert quod olim infa- Quintilia.
miæ genus erat homines graues ac probos iurare, quaſi eorum authoritas abſque iuramento ſufficere deberet, vt eis adhiberetur fides. Quapropter flãmines, hoc eſt, Sacerdotes, non cogebantur iurare, quoniam tanquam dedecus habebatur: erat quippe tunc nobilem ad iurandum cogere, quaſi ſi illum in eculeo poneres, vt per tormenta ab eo extorqueres veritatem. Quod ſi iuramentũ medicina eſt aduerſus iſtum morbum, quo nos infecit ſerpens (nam & ipſe mẽdax eſt, Ioan. 8.
& pater mendatij vt Chriſtus dixit) quare omnis mendax eſt filius diaboli, ſi, inquam iuramentum medicina & pharmacum quodam eſt contra iſtam naturæ ægritudinem, cur tam frequenter ea vteris ô homo? Nun- Simile.
quid de pharmaco æger plus ſumit, quam quod conueniens ac neceſſariũ eſt ad egerendum prædominantem humorem? Signanter ſi pharmacum fortiſsimũ eſt, cuius

ſi vel dragmã ſumpſeris ſuffocaberis. Pharmacum fortiſsimum eſt iuramentũ, in quo reuerentia diuini nominis aſſumitur, ſi plus æquo ex eo aſſumpſeris mortiferum tibi erit, hoc eſt, ſi abſque magna neceſsitate, veritate, & attentione iuraueris, exitium animæ tuæ æternum paras, (Vnde Sap. Eccle. 23. Vir multum iurans replebitur iniquitate, & non recedet de domo eius plaga.) Hoc eſt, peſsimus humor iniquitatis, in anima redundabit, (vt cùm plus æquo de medicina ſumitur contingit in homine) & in præſenti, caro etiam plagis magnis vapulabit. Homines enim qui multũ iurant funeſtos ſucceſſus habere videmus, & in opprobrium vitam finire. Ego vidi iuuenem quendam, qui cùm ob ingentia facinora duceretur ad mortem, cum ventum eſſet ad locum ſuppli tij ante quam ſtrangularetur, dixit ſe ideò, in illam miſeram ſortem deueniſſe: quia in peſsima conſuetudine iurandi à primæua ætate vixiſſet. Debet etiam nos ab hoc vitio deterrere Dei nominis Maieſtas, quod ineffabile eſt, cui omne genu flectitur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, quod & adorant dominationes, & tremunt poteſtates, quod & ſummus Sacerdos in lamina aurea ſuper frontem gerebat, in ſignum maximę reuerentiæ. Hoc tu ore tuo nequiſsimo paſsim mentiendo nominare audes? Quid faceres ſi præconem videres vinum venale, per vicos, & plateas defferre in calice, in quo conſecratur Chriſti ſanguis? Nũquid non nimio zelo ac ira aduerſus illum exardeſceres? Cur aduerſus te metipſum arma non vertis, qui nomen Dei, quolibet vaſę ſacratius, per vias, domos, & plateas, paſsim apud omnes affers, abſq; vlla tanti nominis reuerentia ore tuo turpiſsimo illud peierans? Nunquid non falſarium illum dices, qui ſigillo Regis mendatium aliquod ſigillaret quod non mandauit ei dominus ſuus vt faceret? Quod ſi in literis Papæ id faceret excõmunicatus eſſet ipſo iure. Nomen Dei venerabile ſigillum eſt quo veritas confirmatur atque ſigillatur. Si mendatium tali ſigillo confirmas, nonne falſarius ac proditor eris, excommunicatuſque manebis illa Paul. excommunicatione: Siquis non amat Dominum Ieſum anathema ſit? Quis vir alicuius momenti conſentiret, vt tu illum ſemper tecum ferres, ad cõfirmãdum quidquid dixeris? & vis tecum afferre Deum, vt omnia dicta tua etiam falſa conteſtetur? Conſidera Chriſtum Dominum, in carne cum hominibus conuerſantem ea authoritate ac opinione, qua inter mortales pollebat, auderes ne accedere ad illum & dicere: Domine volo mentiri, confirma mendatium meum? Minime gentium. Incredibilis enim inuerecundia hęc foret. Hoc idẽ facis quotieſcumque nomen Dei affers cũ mendatio: vocas enim Deum vt tuam conteſtetur falſitatem, quo quid nequius excogitari poteſt? Quare periurium grauius eſt homicidio, & adulterio, & alijs quibuſcũq; peccatis, quæ contra proximum committuntur. Mira res! diabolus potuit hominibus nefas hoc ſuadere, quod ille nunquam commiſit. Nuſquam enim legimus diabolum iuraſſe, qui tot quotidie committit facinora. Periurium eſt veluti quędam diuini nominis denegatio, & habet ſecundum locũ poſt idolatriam, vt D. Thom. docet quo. 1. q. 9. à 2. Accedit ad hoc, q̃ in Scriptura periuriũ maximè deteſtatur. Primò enim ponitur inter ea quæ Dominus odit. Nam Zach. 8. legitur: Vnuſquiſque malum contra amicũ ſuum ne cogitetis in cordibus veſtris, & iuramentũ mendax ne diligatis: omnia enim hæc ſunt quę odio, dicit Dominus: Maledicuntur etiam periurij. Ibidem Zacha. 5. Dixit ad me Dominus: Hęc eſt, maledictio quæ egreditur ſuper faciem omnis terræ: quia omnis fur, ſicut ibi ſcriptum eſt, iudicabitur, & omnis iurans ex hoc ſimiliter iudicabitur. Educã illud, dicit Dominus exercituum, & veniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio domus eius, & conſumet eum, & ligna eius & lapides. Apparet etiam hoc apud Ioſuè ca. 9. Quomodo deluſus Ioſuè à Gabaonitis iurauit illis per Dominũ, quod non interficeret eos, & poſtquam aperta eſt illuſio illorum, volebat populus illos occidere, quod propter iuſiurandum quod eis Ioſuè præſtiterat nullatenus permiſit fieri. Immo & poſteà. 2. Reg. 21. Miſit Dominus famen ſuper omnem terrã Iſrael, & per tres continuos annos nõ pluit Dominus ſuper terram, propter quod conſuluit Dauid Dominum, & intellexit iratũ eſſe Deum aduerſus populum: quoniã Saul fregerat iuramentum quod Ioſuè præſtiterat Gabaonitis, & niſi puniretur facinus illud, non ceſſaret ira Domini. Data eſt ergo optio Gabaonitis, & elegerunt ſeptem viros, qui reſidui fuerant de domo Saulis, quos manibus ſuis interfecerunt Gabaonitæ ſuſpendentes in ſeptem lignis, & tunc dicit

Eccleſ. 23.

Simile.

Simile.

1. Cor. 6.

Simile.

D. Thom.

Zacha. 8.

Zacha. 5.

Ioſue. 9.

2. Reg. 21.

dicit Scriptura, repropitiatus eſt Dominus terræ. Quod ſi iuramentum poſt tot annos factum tantã vim adhuc retinebat, vt propter eius tranſgreſsionem talem vindictam Dominus ſumpſerit, quid faciet Deus his qui non ſemel aut bis, ſed millies, & bis millies, hodie, heri, & cras, & iuramenta aſſertoria mendaciter iurant, & promiſſoria infringere non verentur? Et. 4. Reg. 25. Quoniam Rex Iuda iurauerat Regi Babylonis ſe ſub illius imperio permanſurum, nec aduerſus eum reuelaturum, cùm poſt eà fidem hanc fregiſſet, ipſe & omnis populus captiuus ductus eſt in Babylonem. Ecce quanta clade Dominus periuria caſtiget. Vnde tã quam boni publici deſtructores à communi hominum conuictu relegandi eſſent iuramenti fractores. Nam propter eos Deus clades populis immittere ſolet, vt in exemplis poſitis patuit. Propter quod eccleſiaſtica iura grauiſsimis pœnis in periurios animaduertunt. Nam. 22. q. 1. cap. Prædicandũ eadẽ pœna puniuntur periurij, qua & adulteri, & Can. Fabianus ſeptem annos iubet pœnitere eum qui peierat, quemadmodũ & homicidã. Quod ſi hãc extimeſcens pœnitentiam confiteri renuerit, excommunicetur, atque à conſortio fidelium expellatur. Et eadem. q. 1. cap. Clericum: Interdicitur clerico, ſub pœna excommunicationis iuramentum per creaturas. Et cap. Siquis præcipitur, quod ſi clericus per caput vel capillos Dei iurauerit, deponatur: laicus vero, excommunicetur. Vltimò ad hoc facere poterit gentium in iurando religio. Plutarchus in Problematibus refert, quod patres inſtituebant filios, ſi aliquando per Herculem iurare deberent, vt foras domos exirent ad plateas, vt ſpatium haberent prius meditandi quid facerent. Item, quãdo oportebat iurare per Deam Cererem, prius ingredi debebant templum ſacramq; veſtem, induere, ac faculam in manu acceſam tenere, quatenus atentè perſpicerent, qua reuerentia nomen tantæ Deæ aſſumere tenerentur. Plato. 11. lib. Legum. docet eſſe maximè debitum, vt homines Deorum ſuorũ nomina magna cum veneratione tractent. D. Cyrillus etiam refert inter Athenienſes religioſiſsimè obſeruari, ne quis per progenitores ſuos iuraret. Tantam cum dæmonijs iſti religionem obſeruabant, & nos Deũ verum omnium conditorem & Patrem, in ore irreuerenter aſſumere non veremur. Socrates etiam gentilis ſic ſuo Dæmonico ſcribit. Iuſiurandum coactum propter duas debes admittere cauſas, vel vt teipſum turpi crimine exoluas, vel vt amicos tuos, in magnis periculis ſerues. Pecuniarum autem gratia per nullum Deum iuraueris, etiam ſi ſis verè iuraturus: videberis enim alijs peierare, alijs pecuniarum cupidus eſſe, & prius decet bonos viros exhibere ſe fideliores iureiurando. Et D. Baſil. in ſermone ad adoleſcentes, quomodo ex Grecia, &c. refert de Clinia vnum ex familiaribus Pythagoræ, quod cùm liceret illi per iuſiurandum trium talentorum mulctam effugere, exoluit potius quam iurauit, & hoc cùm rectè iureiurando vſurus eſſet. Accipe denique; inauditum exemplum, quod docet quanta religione apud Æthnicos iuſiurandum ſeruabatur. Refert Plutharcus, quod Cleomenes Lacedęmoniorum Dux, cùm indutias trium dierum iuraſſet Grecis, quibus cum bellum gerebat, tertia nocte eos ſomno oppreſſos, ac ſecuros propter iuramentũ adoruſs eſt, & plurimos illorum interemit, illiq; periurium obijcientibus reſpondit, ſe dies iuraſſe obſeruaturum inducias, non tamen noctes. Sed cum in ciuitate cognita fuit iniuria, quam Dijs ſuis fecerat peierando: mulieres armis quæ è templis eduxerant eum foras ciuitatem pepulerunt, atque ipſe omnibus rebus deſperatis ſeipſum gladiolo quodam interemit. Quapropter vos ô Chriſti fideles, obſecro ſimul atque exhortor, vt ab hac peierandi labe veſtras linguas cohibeatis: quoniam ſignum maxime impudentiæ, immo & contemptus Dei eſt, eius nomen paſsim in ore gerere, nihil de diuina reuerentia penſantes. In cæteris quippe vitijs aliquid emolumenti quæritur vel vtile, vel delectabile, in hoc autem vitio paſsim iurandi, nullum aliud commodum ego inuenio, niſi peccatum. *Peccat por peccar.* Quod ex maximo Dei contemptu, & peccandi conſuetudine prouenire ſolet. Quare de talibus dici poterit illud Sapientis. Peccator cum in profundum venerit peccatorum contemnit.

Audiſtis quia dictum eſt. Oculum pro oculo, dentem pro dente, Ego autem dico vobis, non reſiſtere malo, ſed ſiquis te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram: & eiqui vult tecum in iudicio contendere & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium: & quicumq; te angariauerit mille paſſus, vade cum eo alia duo Qui petit à te, da ei, & volenti mutuare à te, ne auertaris. Hæc lex Tallionis, quam ferunt fuiſſe

4. Re. 25.

Cap. Prædicandũ.

Can. Fabi.

Cap. cleri.

Ca. Siquis

Plutharc.

Plato.

Cyrillus.

Socrates.

Basilius.

Plutharc.

Prouer. 6.

fuiſſe Radamnati, in lege veteri rudo illi populo conſtituta erat, vt vulgares homines ab expectatione vindictæ deterreret timẽtes quòd idem malum ipſi repaſſuri eſſent. Tamen hanc legem etiam ipſi Iudæi malè intelligebant exiſtimantes ad literam obſeruare debere ſemper, cùm tamen recta ratio exigat, vt qui Principem alapa percuſſerit non ſatisfaciat, ſi ipſe etiam alapa repercutiatur, cùm & lex ipſa decreuerit, quod qui Principem malediceret occideretur. Intelligebant deinde vindictam ex proximo expetere, etiam propria authoritate, quinimo & ex liuore & vindictæ appetitu licere, quæ omnia hic damnare intendit Magiſter noſter Chriſtus perficiens legẽ quoad hæc. Nam ego lęſionẽ accipere poſſum, vel in meo corpore quod explicatur per maxillę perculsionem, vel in rebus exterioribus, cùm res meas ſuripere à me aliquis iniuſte vult tollendo tunicam meam, vel tertio in operibus vim mihi inferendo vt vadã quo alius vult: vt intelligamus ad omnia malorum genera præcipi, vt nos metipſos offeramus. In quo & intelligitur abundantia legis nouæ ſuper antiquam: illa enim indulgebat peti vindictam oculi pro oculo: dentis pro dente: iſta præcipit, non ſolum ſuſtinere mala illa, ſed etiam offerre ſe ad ſuſtinendum alia inferenda. *Ego autem dico vobis, non reſiſtere malo.* Eſt notandum in omnibus his Domini verbis, quod cùm tam præcepta quam conſilia Chriſti, non aduerſentur rectè rationi, eſſet enim Deus cõtrarius ſibi ipſi, cùm & ipſa recta ratio à Deo ſit, contra quòd dicit Paul. Fidelis eſt Deus, ſeipſum negare non poteſt. Cùm igitur hæc Chriſti verba rectę rationi non ſint contraria, ſecundum illam intelligenda ſunt. Nam cùm recta ratio dictat reſiſtendum eſſe malo, ne vel deterior fiat proximus licentia, vel uitia impunita magis ſerpant, tunc publica poteſtas debet ea coercere, immo & priuata perſona via iuridica, quando id recta exegerit ratio. Quando verò ipſamet ratio dictauerit ſuſtinenda eſſe mala, & non reſiſtenda, vel vt patientia noſtra alijs in exemplum ſit, & charitas erga Deum manifeſtetur, vt quando martyres fugere non volebant, ſed ſe ipſos offerebant morti, quia tunc inſtabat proximorũ charitas ne alij in tormẽtis defficerẽt, & honor Dei, qui etiã ipſi vitæ præponendus eſt, tũc in præcepto erit ita ad literã facere. Quare hoc præceptũ, vel eſt affirmatiuũ etiãſi habeat formã negatiui, vt vult Caieta. ita quod ſit ſenſus non reſiſtere malo, hoc eſt, ſuſtinere mala, quando oporteat, vel ſi eſt negatiuũ ſit idẽ cũ eo quod dicit Paul. Non vos defendẽtes chariſsimi. Hoc eſt, quod cũ ratio recta id dictauerit, etiãſi aduerſario reſiſtere valeamus, ſuſtineamus mala potius, & ſuccumbamus eis. Nã etſi præcepta negatiua obligẽt pro ſemper, etiã hic recte intellecta ſemper obligant, nã ſemper quod recta ratio dictauerit expedire maximè ad Dei honorem, & proximi charitatem, faciendum eſt. Sic enim intellectũ, negatiuũ eſt, & ſic intellectũ, nunquã licebit contrariũ, aliàs in præparatione animi ſufficit hæc ſeruare, quod & in verbis ſubſequentibus liquet. Nã cũ dicitur alterã eſſe præbendã maxillã percutienti, non ſemper ad literã intelligendum eſt, cũ Dñs noſter id nõ fecerit, immo & reſponderit danti ei alapã, & Paul. cũ coram Põtifice repercuteretur, non alterã prębuit maxillã, ſed Sacerdoti reſpondit: Percutiet te Deus paries dealbata, vt habetur Actor. 23. Sed ſunt hyperbolicæ loquutiones, & figuratiuæ per illã figurã quæ dicitur auxeſis ſeu augmẽtũ, perinde quippe eſt ac ſi diceret. Tã procul ab homine Chriſtiano debet eſſe appetitus vindictę, vt potius debeat alterã porrigere maxillã danti alapã, quam repercutere. Quod ſi aliquando ratio recta dictauerit, id ſecundũ literã, ob aliquã vrgẽtẽ rationẽ eſſe faciendũ, ita debet fieri ſicuti Chriſtus Dñs, etiãſi illi qui percuſsit eum alapa nõ prębuit alterã maxillã, ſed reſpõdit, tamẽ ipſe de ſe per Prophetã dicit: Faciẽ meã dedi percutiẽtibus, & genas meas volẽtibus. Faciẽ meã nõ auerti, ab increpantibus, & conſpuentibus in me. Et Paul. etiã dicit diſcipulis ſuis Corinthijs, quos ipſe ſecundum Euangelium genuerat. Suſtinetis ſi quis in faciem vos cædit. Id autem quod dicitur: Siquis te percuſſerit in dexterã maxillam, idem eſt ac ſi diceret, in alterã maxillam, niſi forte id dicatur ad exagerandã iniuriã, cũ ſemper in dextera ſit aliquid magis honoris. Quare (vt recte ait Ianſe.) Hic intermiſcẽtur prę cepta ſimul cũ cõſilijs, vnde hæc dicta partim vim præcepti habent, partim naturã cõſilij. Præcepti emẽ vim habẽt quatenus prohibẽt, ne vnquã iniuriã nobis illatã ipſi vindicemꝰ, aut ex ira ab alijs vindicari cupiamꝰ, & quatenꝰ præcipit, vt iniurias malorũ patienti animo tolleremus, conſilij verò naturã habet, quatenus prohibetur, vt tanta cum manſuetudine illatam iniuriam

Caieta.

Roma. 12.

Actor. 23.

Eſai. 50.

2. Cor. 11.

Ianſenius

iniuriam ſuſtineamus, vt etiam vbi ſine omni ſcandalo poſſemus vltionem, modò licite expetere nõ requiramus. Immo & nos ipſos ad iniurias ęquo animo offeramus. Aut ſic preceptum eſt, cum propter gloriã Dei, aut proximorum ædificationem neceſſariũ fuerit non reſiſtere malo, conſilium verò cum expediens fuerit, etſi non neceſſariũ. Eodem modo intelligenda ſunt, quæ ſequũtur. *Qui vult tecum in iudicio contendere. &c.* Secundum illud Paul. Iam hoc dictum eſt inter vos, quod lites habeatis. Quare non magis iniuriam accepiſtis? Quare non magis fraudem patimini? Præceptum quippe eſt, cùm ſine magno ſcandalo lites eſſe non poſsint, conſilium quando ſine illo. Vel ſi ſit hyperbole, vt ait Ianſenius: (Nam Chriſtus ſæpe vulgo loquebatur tropis, & metaphoris, ſicut illis erat in vſu) erit ſenſus tantũ Chriſtianos debere fugere lites, vt potius omnia ſua voluntarie relinquant, quam eas gerant. *Omni autem petenti da ei.* Hoc eſt, liberaliter tribue, nam qui cito dat bis dat. Vnde Paul. ad Timoth. ait: Diuitibus huius ſæculi præcipe, facilè tribuere. *Et volenti mutuare à te, ne auertaris.* Volenti (ait) non petenti, hoc eſt, quod ſi præ verecundia nõ audet petere, & intelligis quod vult à te petere, tribuas libenter. Vel ne auertaris. *Nolemus eſtres mal roſtro.* Nõ certe ſatiari poſſum hac ſanctiſsima, ac pijſsima doctrina Domini noſtri Ieſu Chriſti, quam mites ad ſufferendas iniurias, quam liberales ad tribuendum proximis nos velit, vt iam non homines, ſed quaſi Dij videamur alijs hominibus eſſe, vt verum ſit prouerbiũ illud in nobis: Deus eſt homo homini. Sed de his iam plura dicere paramus (nam ſequitur) *Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Diliges amicum tuum & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos, vt ſitis filij patris veſtri qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & peccatores.* Nuſquam in Scriptura legitur Deum præcepiſſe, vt odio haberemus inimicũ, ſed ex falſo intellectu Phariſæorum hic error proceſsit: quoniam terminus qui ibi ponitur videtur ſignificare amicum, id eſt. Diliges amicum tuum. Vnde Hieron. Leuit. 19. vbi hoc præceptum inter cætera ponitur vertit (diliges amicum tuum ſicut te ipſum) Ex hoc inferebant Phariſæi eſſe odio habẽdum inimicum, nam (vt refert Alber. Magnus hic) in ſuis traditionibus Phariſæi ponebant hoc eſſe diuinum præceptum, dicebãt enim Rabba vaſe, & Rabi Ioſue, & Rabi Ionna, & alij Scribæ, quod Deus dedit duplicem legem, vnam in lapidibus ſcriptam, aliam in cordibus ſapientum, & ſecundum hanc, vnum mandatum arguebatur ex alio, & ſic quando Dominus dixit: Diliges amicum tuum appropinquantem tibi, ex amicitia, ex conſequenti dixit: Odio habebis inimicum tuum recedentem à te per inimicitiam. Quod falſiſsimum quidem erat, atq; hunc errorem corrigit in hoc loco dicens: *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros &c.* Ad cuius intelligentiam ſciendum eſt, quod inimicus poteſt tripliciter conſiderari, vel in quantum homo, vel in quantum inimicus, vel in quantum homo inimicus. De primo, conſiderando hominem materialiter, abſq; hoc quod ſit inimicus, certum eſt quod debet diligi: nihil enim in illo tũc conſideramus niſi naturam bonam, quæ à Deo eſt, & nihil habet quod odio habeatur. Si autem conſideretur formaliter in quantũ inimicus, non exigit ratio recta, vt tunc ſic diligatur. Idem eſt dicere: Dilige inimicum, in quantum inimicus, ac dicere, diligere malum in quantum malum, vel amare malitiam, quæ in inimico eſt, quod abſurditatem dicit: Quare malitia illa non eſt amanda ſed odio habenda, ſecundum illud Pſalm. Iniquos odio habui, hoc eſt, iniquitatem in malis odio proſequutus ſum. Et hæc malitia eſt in qua mihi aduerſatur, cui & reſiſtere poſſum cum moderamine in cultatæ tutelæ. Si enim inimicus vult in me exercere ſuam malitiam, vel me occidendo, in honorãdo vel alio quouis malo me afficiendo, tũc reſiſtere poſſum illi tanquam mihi contrario: id enim natura mihi, ſicut & alijs rebus conceſsit. Meo contrario reſiſtere, & contraniti poſſem, & in hoc ſatis prouidit mihi natura, ſicut igni contulit vt aduerſaretur aquæ, non abſolutè ſed in frigiditate, in qua & aqua contrariatur illi. Cęterum conſiderando tertio modo inimicũ, nempe hominem inimicum, ſic diligendus eſt, ſcilicet, homo inimicus diligendus eſt: quoniam homo ille proximus meus eſt. Malum illius odio debeo proſequi, atque reſiſtere illi, ipſum autem ſubiectum minimè mihi licet odio habere: quoniam bonum eſt & Dei creatura atque meus proximus eſt. Quare illũ teneor interius diligere, ſicut & alios proximos: ita quod nec debeo illi deſiderare

1. Cor. 6.

Ianſen.

Ad Timotheum 6.

Hiero.

Albertus Magnus.

Pſal. 118.

Simile.

derare aliquod damnum determinata, atq; efficaci voluntate, nec de damno eius gaudere, ſecundum illud Iob. 5. Si lætatus ſum ad ruinam eius qui me oderat, & gauiſus ſum quod inueniſſet eum malum, &c. Debeo etiam charitatis beneficia illi exhibere eo caſu quo & alijs proximis. Nempe debeo illi benefacere, cùm indigens fuerit, eo caſu quo alijs indigentibus tribuere teneor, orare etiam pro illo, cùm charitatis neceſsitas id exigit. Quare non poſſum hominem inimicum, à beneficijs communibus excludere, nec enim poſſet diſtributor boni communis inimicum ſuum à tali diſtributione ſeparare, nec iudex poterit denegare illi ea quæ iura omnibus concedunt, quãuis à gratuitis beneficijs exceptare poſſem inimicũ, ſecluſo tamen ſcandalo, nec ab orationibus communibus illum excludere poſſem. Denique ea quæ alteri proximo exhibere teneor charitatis iure, ea etiam inimico debeo: quoniam & ipſe proximus meus eſt. Sed de ſolita familiaritate dicendum eſt, quod ſi antea quam mihi inimicus factus eſt, eum nimis familiariter tractabam, etiã ſi ab illa peculiari amicitia eum excludere poſsim, tamen omnino omnem ab eo tollere conuictum nunquam ſecurum putaui. Hoc eſt, quod nec loquaris ei, vel verba ſaltem communia, & alia vrbanitatis ſigna nolis ei concedere, quæ omnibus hominibus in communi conuictu exhiberi ſolent, non tutum cenſeo. Primum quoniam mihi difficile erit credere, te intus in animo tuo rectam cum illo gerere mentẽ, cui nec verbum concedere velis, nec faciem reſpicere illius digneris, ſed vultum ſemper auertas ab eo, quomodo charitas Chriſti in te manet ô frater? Deinde quomodo hoc non ſcandalizabit fratres tuos, ſi ita te auerſum viderint ab eo, cum quo antea tantam iunxeras amicitiam? Maximè ſi religioſi ſint vnius profeſsionis & domus, qui & choro & menſa, & alijs communibus actionibus ſimul aſsiſtunt, ſi nec inuicem loqui, aut aſpicere dignentur, quomodo fratres alios non ſcandalizabunt? Quis credet illos intus ſe diligere, qui talem exterius ſimultatẽ oſtẽdunt? Et idem dico de his, qui ſanguine iuncti ſunt, aut grandem inter ſe amicitiam habuerunt. Quod ſi aliquando aliqua recta ratio dictet expedire pro tunc ab inimico omnino auerti ad euitanda maiora dãna, eſto concedo tibi aliquando id expedire quidẽ, tamen cautus ſis oportet, ne has ſimiles aut

Iob. 5.

alias fingas cauſas, quibus odium quod intus geris occultes. Vide ſi in animo diligis fratrem tuum, vt tuus tibi Dominus mãdat, ne teipſum ſeducas amice, vt id quod ex odio quod habes aduerſus fratrem tuũ procedit in alias fictas proijcere cauſas velis: Attende etiam ne ſcandalum puſillis præbeas, vel maioribus, qui ex talibus ſignis colligere poſſent te odio proſequi fratrem tuum. Omitto Prælatos, Patres ac Superiores, quibus vindicta criminum commiſſa eſt. Talibus enim vice punitionis, & vindictæ licebit conuictum eorum auertere, vt Dauid fecit cum filio ſuo Abſalon. Sed aduerte (vt ſemel finiam) quoniam etſi difficile tibi appareat intus in corde diligere inimicum, ſi vim facias ad diligendum, te & illum Deo offerendo, & ſi illam difficultatẽ, & renitentiam ſentias, non ideo de peccato mortali timere debes, niſi omnino vindictæ aut liuori conſenſum præbueris. Nam difficultates illę, quæ ex praua noſtra inclinatione proueniunt, communes ſunt omnibus actibus virtutum, maximè huic qui difficilior eſt. Ecce quomodo diligendus ſit inimicus, internis, & externis actibus.

Cæterum quoniam materia hæc maximè prædicabilis eſt, operepretium erit plura ad hoc propoſitum hic inſerere, & primo aduertendum eſt, quod Chriſtus in hoc ſermone, quem in monte aſcendens prædicauit, id maxime voluit vt lex naturalis à Deo hominibus promulgata recte, ac verè, atque ſecundum proprium & verũ ſenſum intelligeretur, quam tamen homines tunc temporis ſua prauitate fœdauerant. Vigebant quippe tunc mortales, in vitiorum culmine collocati, erant enim carnales nimiũ, atque ſenſuales, ventri ac veneri ſatis obnoxij, quæ vitia rudos ac inertes reddiderant: Nihil enim adeò rectæ intelligentiæ obeſt, quam multum ventri ac veneri indulgere, ſecundum illam D. Hieronymi ſententiam: Venter pinguis craſſum ſenſum generat. Quare videmus homines lautè paſtos, atq; potatos inertes, atque inhabiles, ad ſeueriora negotia perſiſtere. Cum enim animus vt recte intelligenda percipiat opus habeat, vt ſeipſum intra ſe colligat, atque ab exterioribus ſenſibilibus auertatur, ſi ad hæc exteriora ipſum relaxare ſinitis, in craſſitiẽ ac ruditatem quandam euadet, ita vt nec ea quæ manifeſtiora ſunt intelligere queat. Atque hac ratione homines tunc temporis, in maximas deuenerant ſtultitias, ipſumq; lumen

Moralitas ſeu concio

Hiero.

lumen naturale ſuis offuſcauerunt vitijs, legemque naturæ hac luce ſolis clariorem prauis intelligentijs deturpauerant, & quaſi ſub nubilo quodam errorum velatam habebant. Quod malum non tantum inter gẽtes, quæ lumine diuino carebant, verum & inter ipſos Iudæos luce Scripturarum illuminatos ſerpſerat, & increbuerat. Accedebat ad hoc quod prædicatores illius ætatis, aſſentatores potius quam veritatis aſſertores erant, nec quidquam aliud quam populi auram auſpicabantur. Quapropter nihil quod graue videretur auditoribus, docebãt, ſed loquebantur illis placentia, eorumque prauas inclinationes fouebant. Et quoniam populus ille inter alias nationes propenſus maximè erat ad vindictam, crudeliſsimus namque ex natura exiſtebat, nimiſq; ægre ferebat, non ſe vindicare de inimicis, ideo Phariſæi ad eorum nutum legem interpretabantur, docentes, odio habendos eſſe inimicos, atque illis debere etiam nocendo reſiſtere, quod vniuerſam legem naturæ ſubneruabat, res publicas omnes communẽq; ac ciuilem conuictum ſubuertebat. Idem enim erat illud hominibus perſuadere, ac ſi tibi aliquis ſuadere vellet, vt temetipſum ac membra tua morſibus, ac manibus dilaniares. Omnes quippe homines vnum efficimus corpus (ait Paul.) Singuli autem alter alterius membra. Quod ſi inuicem ſe occidere ac vulnerare liceret hominibus priuata authoritate ad ſuam ipſorum vindictam, quid aliud erat quam proprium corpus dilacerare, vniuerſaſque communitates deſtruere, pacemque publicam eneruare, atq; illud quod Dominus Eſai. cap. 9. clamabat perpetrari? Vnuſquiſque carnem brachij ſui vorabit, Ephraim Manaſſem, Manaſſes Ephraim. Et illud Paul. Quod ſi ad inuicẽ comeditis & mordetis, videte ne ab inuicẽ conſumamini. Atque vtinam, ô bone Deus hiſce temporibus non id proueniat, vt quoniam homines maximè carnales ſunt, & prædicatores pruri entes auribus, aliqua dogmata in Eccleſia introducantur, quæ ſi antiquitûs temporibus patrum noſtrorũ Auguſtini, Hieronymi, aut Ambroſij ad aures eorum peruenniſſent, tales & anathemate & excommunione ferirent. Igitur cùm Chriſtus Dominus venerit ad illuminandas tenebras noſtras, errorum nubila diſpergere, atque à ſua Eccleſia falſa dogmata eliminare, ideo hodie aſcendit in montem falſoſq; errores condemnat, vociq; grandi quæ toti

Simile.

Eſai. 9.

Galat. 5.

mũdo inſonare debebat, ait: *Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Diliges amicum tuũ, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros, &c.* Ego qui Magiſter & Legifer ſum, hæc vobis intimare volo præcepta. *Diligite inimicos veſtros.* Hac prima concione (plures enim ſuper hoc Euangelium ſcripturus ſum) aliquot pias rationes in medium afferre volo, quibus hoc mandatum Domini Chriſtianis ſuaderi poſsit, quod tam alienum à mentibus fidelium hodie videmus, & prima ratio ſit. Quoniam ille qui tibi damnum intulit, non te principaliter offendit ſed Deum, itaque primus offenſus Deus eſt, tibi ſecundario offenſa tetigit: culpa quippe directe contra Deum inhibitorẽ tendit, hominem autem quaſi indirecte tangit, quare Dauid poſt occiſum Vriam, poſt iniuriam adulterij illi illatam, clamabat ad Deum, atque dicebat: Tibi ſoli peccaui. Quid ais ô prudentiſsime Rex? Nõne Vriã inſontem occidiſti? Nonne vxorem eius Berſabeæ violaſti? Quomodo nunc dicis ſolum te contra Deum peccaſſe? Quoniam etiamſi offenderim proximum, ac ſeruum meum iniuſte, talis tamen offenſa principaliter Deum reſpicit, hominem vero quaſi ſecundariô, & ideo ſoli Deo me peccaſſe fateor. Si ergo ille qui principaliter offenſus eſt iniuriam donat, cur tu ô miſer dimittere renuis? Siquis vellet alterum glandine catapultæ occidere, & quia caſu tu propè eras odor ſulphurei pulueris nares tuas affecit, ſi alter cui directe damnum & iniuria facta eſt, libẽter illum donaret, cur tu cui tantûm caſu illo odore affecit contumax eſſes ad dimittendum? Offenſa quidem peccati aduerſus Deum inhibitorem directe tendit, te ſecundario afficit. Si Deus eam liberaliter dimittit, cur tu ô homuncule procax ac durus ad cõdonandas iniurias eris? Nũquid tu nobilior aut honoratior Deo es, qui tamẽ offenſas liberaliter remittit? Secunda ratio ſit. Quoniam principalis author iniuriæ tibi factæ Deus eſt, nam licet Deus non ſit author mali culpæ, eſt tamen author mali pœnæ, in quantum pœnam illius offenſæ tibi illatæ, in bonum tuum ordinat, ſi patienter feras, ſecundum illud Prophetæ. Si eſt malum in ciuitate quod Dominus non fecerit. Id eſt, pœna quam Dominus non intulerit. Offendens autem ſolum eſt inſtrumentum, cuius malum Deus ad tuum commodum dirigit, Chriſtianus autem debet eſſe optimus Philoſophus, qui effectus in ſuas

Pſal. 50.

Simile.

Amos. 6.

ſuas primas & principales cauſas reducere
nouerit. Si ergo Deus hoc modo principa-
lis author tuæ iniuriæ eſt, cum eo debes de
iniuria conuenire, cum Deo autem quomo-
do contendere poteris, niſi caput & hume-
ros tantę Maieſtati ſubmittendo? Occlu-
dendo os, & aures inclinando. Si quis homo
Simile. nobilis ab alio offenſus eſt, & ex mandato
alterius fuſte percuſſus à ſeruo, nũquid iſte
in fuſtem vindictam ſumet illum in fruſta
conſcindẽdo, aut in ſeruo ſolo vlciſceretur
tantam iniuriam? Non equidem arbitror,
ſed potius in principale agens deſeuiet, aliàs
ſuum non recuperaſſet honorem, ſecundum
mundanas leges loquor. Cùm ergo Deus ſit
principale agens, ex cuius imperio ac vo-
luntate, qua hæc mala permittit: proceſſit
vt hic peſsimus homo tanquam flagellum eſ
ſet ac fuſtis, quo te percuteret ac caſtigaret
Deus, non cum fuſte ſed cum Deo de iniu-
ria agendum eſt, cum quo contendere ho-
munculus quomodo poterit, aut reſiſtere?
Amos.3. Quis enim reſtitit ei & pacem habuit? Non
Iob.9. aliter cum Deo agere poſſumus, niſi patiẽ-
ter eius manum ferendo, atque humiliter
omnia noſtra ſuæ maieſtati ſubmittendo,
pro omnibus ei gratias referendo. Sic enim
Iob.1. & patientiſsimo Iob contigit. Qui cũ à Deo
percuſſus eſſet, à planta pedis vſque ad ver-
ticem capitis omnibuſque bonis amiſsis, fi-
lijs orbatus, etiam ab amicis & vxore pro-
pria deſpiceretur; corruens in terram dice-
bat. Nudus egreſſus ſum de vtero matris
meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus de-
dit, Dominus abſtulit, ſicut Domino pla-
cuit, ita factum eſt, Sit nomen Domini be-
nedictum. Quid ais ſapientiſsime Iob Do-
minus dedit Dominus abſtulit? Nũquid nõ
Iebuſei, & Chaldei cuneis factis irruerũt in
tua pecora, atque camelos tuos, & occiſsis
paſtoribus ea rapuerunt? Nunquid non ig-
nis de cœlo reliqua conſumpſit? Et ventus
validus domum in qua erant conuiuantes
filij tui & filiæ ſubuertit, & oppreſsit om-
nes gnatos tuos? Quomodo dicis ea dominũ
abſtuliſſe? O homines ignari! neſcitis quod
omnia hæc Dei volũtate facta ſunt, cui nul
lus vnquam hominũ reſtitit? Cæteri quaſi
eius inſtrumenta fuerunt? Quid cum illis
contendere debeo, niſi cum Deo cuius nu-
tu hæc facta ſunt? Cum Deo autem quid fa
ciam, niſi me illi totũ humiliter ſubmittere
dicendo: Sit nomen Domini benedictum?
2.Reg.16. Simile quoddam & ſancto Regi Dauid con
tigit, cùm fugeret à facie filij ſui Abſalon
exercitibus Cerethi & Pheleti, qui & cu-
ſtodes corporis Regis erant circumſeptus.
E regione quidam vir vilis ex familia Saul,
contra eum ſurrexit puluerem ſpargens ad
uerſus eum, & iniurioſis verbis ipſum Re-
gem impetens varia opprobria in ipſum ia-
ctando. Quod cùm audiſſet Abiſai Dux,
eius, voluit amputare caput illius, qui Regi
exprobrabat, niſi ipſemet Rex Dauid illi
obuiam iſſet dicẽs: Dimitte illum vt male-
dicat mihi. Quis ſcit ſi Dominus præcepit
ei, vt maleddiceret mihi? Ecce quomodo ſan-
ctus Rex omnia referebat in Deum. Quod
& Dominus noſter Ieſus Chriſtus etiam in
ſinuauit ea nocte, qua captus à Iudæis eſt
reprehendens Petrum, quia vulnerauerat
ſeruum dixit: Calicem quem dedit mihi Pa
ter, non vis vt bibam illum? Et propinaturi *Ioann.18.*
illũ erant vas aceti cũ felle mixti Iudæi, ta-
men quoniam omnia ex Dei iuſſu fiebant,
ideò in illum retorſerat factum Chriſtus,
cui niſi obediendo aliter reſiſtere non vale
mus. Sic verus Chriſti fidelis in Deum om
nia hęc mala reflectat, tanquam in princi-
palem cauſam reſoluendo, vt doctus Philo-
ſophus omnia in primas cauſas reſoluit, &
ſic intelligendo hæc damna à Deo eſſe in
ſuum commodum ordinata, patienter feret
& meritum patientiæ lucrabitur pro omni-
bus gratias agens ipſi Deo. Tertia ratio ſit.
Quoniã inimicorũ perſequutio plus emolu
menti, quã dãni nobis aſſerre ſolet: Nam pa-
tienter tolleratæ iniurię, æternam in nobis
operantur gloriam. Vnde Dauid de inimi- *Pſal.117.*
cis ſuis dicebat: Circundederunt me ſicut
apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis. Nã
ſicut apis etiamſi aculeo pungat, tamen dul *Simile.*
ciſsima mella fundit, ſic inimici iniuria ta-
metſi nos pungere ex vna parte videatur;
ex altera mella conficit: quoniam ęternum
gloriæ pondus operatur in nobis. Et exarſe
runt ſicut ignis in ſpinis. Nam ſicut ignis
in ſpineto deterret, crepitus illos, ac ſtridо- *Simile.*
res ſonando, tamen terram poſtea ab ſpi-
nis & tribulis mundatam reddit, ſic inimi-
ci ſtridores ac ſtrepitꝰ patienter accepti ani
mam à peccatis mundant. Vnde & alibi di
cebat. Qui tribulãti me exultabunt ſi mo- *Pſal.12.*
tus fuero, ego autẽ in miſericordia tua ſpe-
raui, qua, ſcilicet, me permittis ab inimicis
opprobria ſuſtinere, vt poſtea ęternum mi-
hi retribuas honorem. Nam ob momenta-
neam iniuriam, ſempiternam nobis gloriam
comparamus, ſecundum illud Sapientis:
Vſque in tẽpus ſuſtinebit patiens, & poſtea *Eccleſ.1.*
redditio

redditio iocunditatis. Quare dicit Dñs. *Ego
autem dico vobis.* Ego qui & gegennã, & co-
ronas tribuo, qui & claues cœli, & aby ſsi cõ
tineo, qui mundo legem, Principibus decre-
ta conſtituo. Dico vobis: *Diligite inimicos ve
ſtros.* Prius in corde diligite illos, vt opera
externa exhibita veritatẽ habeant, & ſint
vera veræ dilectionis ſigna, ſecundum illud *Ioann.3*
Ioann. Fratres diligamus, non verbo, nec
lingua, ſed opere & veritate. Nã verba men
datia eſſe ſolent, cùm non correſpondeant
interiori affectui: ſic em̃ dicit in puerbio.
*Oſculor ipſe manus, quas vellẽ cernere trũcas.
Manos beſa el hombre que las querria ver corta
das.* Mentiri autem eſt contra mentem ire,
quod tunc fit quando aliud ſentis corde, &
aliud profers ore, quod hodie inter homi-
nes maximè in vſu eſt, *Vt ſitis filij Patris ve-
ſtri, qui in cœlis eſt.* Si enim tanti Patris vos
filios eſſe iactatis, debetis illũ etiã in mori-
bus imitari. Attẽdite ad petrã vnde exciſi
eſtis. Petra autẽ erat Chriſtus, ex qua cũ in
cruce penderet, ex latere eius lãcea percuſ
ſo exciſi ſumus. Itaque ſumus filij Chriſti
Eſai. 41. mortui, cuius ſanguis ſemẽ fuit, quo in filios
1.Cor. 10. Dei generati ſumus. Attẽdamꝰ ergo ad hũc
Patrẽ noſtrũ pendẽtẽ in cruce, & ibi Patrẽ
pro crucifixoribus exorantẽ ac dicentẽ: Pa
ter ignoſce illis: quod enim faciũt, neſciũt.
Cõſidero ego hodie Chriſtũ Dominum, in
duabus cathedris ſedentem, nẽpe in monte
vbi hanc docet doctrinam, & in Caluario
ſuper cathedram crucis, & in vtraq; cathe-
dra eandem docere doctrinam, nimirũ ini-
micorum dilectionem. Sed in vna cathedra
id docet verbis, & in alia exemplis. Si ergo
attenditis ad hanc petram, vnde exciſi
Simile. eſtis, inimicos diligere, ac pro eis exorare
debetis. Conſiderate hominem aliquem in
ligno pendentem, manibus ac pedibus
affixum, omniaque mẽbra ſua illic ligata,
tunc ſi quis illum opprobrijs, ac iniurijs la-
ceſceret potius ſibi quam illi faceret iniu-
riam, quoniam hominem ſic affixum, qui
nullum membrum mouere poteſt iniurijs
petere, in te ipſum potius reflectis iniurias,
qui taliter impedito homini detrectare non
vereris. Homo Chriſtianus cum Chriſto
Galat.2. crucifixus eſt (ſecundum illud Pauli: Chri-
ſto confixus ſum cruci) quid illum iniurijs
prouocas? Ligatus eſt, nec pedes, nec ma-
nus habet, quibus ſe defendere valeat, im-
mo nec os, quo tibi reſpondere queat. Ha-
bet enim in ore aceti, & fellis incaſtratu-
ram, manus clauis affixas, ſimiliter & pedes,
caput ſpinis obſitum, vt quocumque ſe
verterit pungatur, quomodo ſe defendere
valebit? In te ipſum iniuriam retorques,
qui in talem hominem dicteria iactas. *Diligite ergo inimicos veſtros, &c. Vt ſitis tanti Pa
tris filij.* Cur non dixit: Vt ſitis filij Omni-
potentis Dei, ſed Patris veſtri? Certe vt in
ipſo nomine Patris, iam nobis miſericor-
diam inſinuaret, pater enim nomen eſt pie-
tatis, ac amoris, quem patres erga filios ge-
rere ſolent, præcipue quia Deus dicitur Pa
ter miſericordiarum. *Qui ſolem ſuum oriri fa-
cit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos, &
iniuſtos.* Si vis hoc intelligere ſpiritualiter *1Cor.1.*
etiam & miſtice, per ſolem intellige Chri-
ſtum qui ſol iuſtitiæ dicitur, qui pro omni-
bus ortus eſt (nobis enim eſt datus, & no-
bis natus ex intacta Virgine) & pro omni-
bus mortuus eſt, rorem etiã ſuæ gratiæ om
nibus non auerſantibus effudit. *Si enim dili-
gitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habe
tis? Nonne & Publicani hoc faciunt?* Non ha-
betis mercedem: quoniam hoc potius eſt re
pendere vicem, quam mereri mercedem,
& hoc dicit Caieta. eſſe conſilium, ſcilicet,
diligere inimicum extra articulum neceſsi- *Caieta.*
tatis, & intelligit de diligere actuali dile-
ctione, quando non teneor exire in talem
actum, aut benefacere illi. Hoc enim etiam
publici peccatores, qui nullam à Deo mer-
cedẽ expectãt faciũt: & gẽtes, eos qui ſe ſa-
lutãt, reſalutare cũſueuerũt. Ampliꝰ ergo tu
Chriſtiane debes facere, vt ampliorem mer
cedẽ accipias. Quare hic de mercede vber-
rima & ſuperexcellenti, quæ ſuperabundan
tibus operibus reſpondere ſolet, loquitur
Chriſtus: Hęc eſt lex Chriſti, ea quam mũ-
dus hodie ſeruat Alcoranus eſt Antichri-
ſti. Volens enim diabolus rurſum hanc ſuã
hæreſim inter homines ſuſcitare, eos ſui ho
noris amantiſsimos facit, ita quod etſi capil-
lum alterius tetigeris, vel aliquod minimũ
verbum bili præpeditus protuleris, quod
alteri videatur iniurioſum, iam omnia ſan-
guine, & igne vindicanda ſint, & miror
certe hominum inſaniam, qui cùm honor-
em pluſquam pecunias, & alia bona æſti-
ment: pecuniam ſeruent in thecis æreis,
honorem tamen in vaſis vitreis inclusum
gerant, vt vel vnum argentum extraha-
tur à te opus eſt agmine armato te adire,
& vt auferatur tuus honor, pluſquam pecu-
nia habitus, minimum quodque verbum
abũdat. Mentis hęc certe debilitas eſt. Qua
re in domibꝰ in quibꝰ olim lãcea, & cetra ac

cætera bellica armamenta ad præliandum contra paganos mueniebantur, modo arma proditoria inuenietis ad dimicandũ contra proximum, vel ingenium ignis paruum, vel loriculam æreã, vel alia huiuſcemodi, quæ non aduerſus hoſtium agmina, ſed contra proximum tuum parantur.

Moralitas ſeu concio

Cõcludit hãc doctrinã Chriſtus dicens: *Eſtote ergo & vos perfecti, ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt.* Iam hanc nobis perfectionẽ lex noua cõtulit, vt in ea imitari Patrẽ noſtrũ cœleſtẽ poſſimus: nã ſicut amicis hæc nobis arcana cœleſtia pandit. Vnde & Dñs

Ioann. 15.

diſcipulis ſuis dixerat: Iã nõ dicã vos ſeruos quia ſeruus neſcit quid faciat dñs ſuus. Vos autẽ dixi amicos, quia omnia quæ audiui à Patre meo nota feci vobis. Ideò etiã Euãgeliũ dicitur bonũ nũtium: quoniã hæc noua annũtia: nobis quę antiquis occulta fuerũt, ſed quæ nobis lætitiã præbeãt. Quid enim gratioſiùs nũtiari nobis poſſet, quã dicere omnes iã mortales fratres, proximos, ac amicos eſſe? Nec eſſe iã inimicũ quẽ timeamus ſed vt ſecuri in vtramq; aurẽ dormire poſſimus, quoniã vt lex hæc Euãgelica ſeruet, iã nullus erit inimicus, aut hoſtis quẽ pauere debeamus. Vnde & Chriſtus Angelus conſilij dicitur: Hoc eſt bonus nũtius, qui talem nobis pacẽ annuntiat, præcipit ſimul atque cõſulit. Vnde & dicit Chriſtus: *Audiſtis quia dictũ eſt antiquis, &c. Ego autem dico vobis, &c.* Obſerua. Mandatum hoc de inimicis diligendis, etiamſi nouum illud dicimus antiquum tamen, ac vetuſtiſsimum eſt: quoniam eſt ipſa lex naturalis, quam à principio Deus mentibus hominum inſculpſit. Dicitur tamen nouum: quoniam Chriſtus Dominus illud interpretando, & maxime cõmendando renouauit, atq; à priſtina corruptionis vetuſtate purgauit. Inueniſti in

Simile.

domo tua imaginem quandam, in angulis atq; tectis abſcõditã, ac proiectam, puluere conſperſam, offuſcatis coloribus, lineamentorum obſcuritate fœdatam, fracta mẽbrorum ſculptura: ita vt trũcus incultus potius videatur quam imago, & tamen tu illam à puluere excutis, perficis, colores deducis: ſculpturas confractas reparas, renouas, corrigis: totamque quaſi de nouo depingis. Nũquid illa imago nõ dicetur tua atq; nua, cũ tu illã quaſi de nouo finxeris? Sic Chriſtus ſe habuit cũ hoc mãdato dilectionis proximi. Homines illum quaſi oblitum ac proiectum in angulis habebant, errorum puluere circumſperſum, atq; obſcuratũ, multis in partibus confractũ, ita vt iam nõ appareret quid eſſet. Apparebat quidẽ mandatũ: Diliges proximum tuum, ſed non apparebat quiſnam eſſet hic proximus diligẽdus: quoniã etiam inimicus, in ratione proximi venit, & ita ſolum corpus truncatum huius mandati videbatur. Aſſumpſit tamen illud Chriſtus Dominus in ſuis eburneis, ac tornatilibus manibus, atque errorum puluerẽ ab eo excuſsit, membra delineauit, colores perfecit, totumque quaſi ex integro renouauit dicẽs: *Audiſtis quia dictũ eſt antiquis.* Hoc eſt, iam antiquatum ac corruptum hoc mandatum erat, ego autem illud renouatũ ac perfectum vobis profero. Vnde ſuum vocat hoc mandatum Chriſtus cũm dicit: Hoc *Ioann. 15.*

eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem. Nam etſi præceptum hoc eſſet legis naturæ, tamen quoniam illud Dominus perfecit ac declarauit, dicitur ſuum. *Ego autem dico vobis.* Diuus Chryſoſto. ait, quod hoc mo *Chryſoſt. Simile.*

do ſe geſſit Deus cũ hominibus, in lege noua & veteri, quomodo Magiſter cum diſcipulis. Nouitios enim ac tyrones in diſciplinis, prius in minoribus ſcholis eos docet veritates aliquas vniuerſales, ac indigeſtas, quibus præparentur ad maiora, non enim adhuc capaces ſunt maiorum veritatum. Cęterum poſtquam in illis rudimentis ſufficiẽter inſtructi ſunt, eos ad maiores ſcholas transfert, vbi diſtinctius & clarius eis iam veritates proponuntur. Sic Deus in lege veteri homines quaſi rudes & nouitios, in mino *1. Cor. 3.*

ribus tenebat, tanquam paruulis lac dabat non eſcam, exteriora quædam illis propone bat, de interioribus pauca & ea confuſione quadam docebat. Quare Paulus legem veterem pædagogum vocat quæ ſicut pue *Galat. 3.*

rorum magiſtra, de minoribus homines docebat. Erant enim homines in illa quaſi pupilli, ſub matre tutrice degentes. Cæterum Chriſtus Dominus, qui à Deo nobis venit Magiſter, homines ad maiora conuertit, & interiora clare ac diſtincte docet, & non ſolũ amicos diligendos, verũ etiam inimicos prædicat. Non ſolum non eſſe de illis ſumẽdam vindictam, verum & illis benefaciendum eſſe. Quare dicit. *Eſtote ergo vos perfecti &c.* Quoniam maiorem vos perfectionem doceo, quam antiquos. Et ad hoc docendum in montem, quaſi in primariam cathedram aſcendit, ibi oppoſitam aduerſarijs doctrinam docet dicens: *Audiſtis quia dictũ eſt antiquis, &c. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros, actu interiori: Benefacite*

facite his qui oderunt vos: Quantum ad actũ exteriorẽ. Et in hoc oportet quod noſtra iuſtitia abũdet ſuper Scribarũ & Phariſæorũ, nẽpe vt prius interiores actus reformemus, à quibus exteriores prodeunt, in quo non ſolum grauiorem non fecit ſuã legẽ, verum & faciliorem: homines quippe faciles reddidit ad exercenda exteriora opera virtutis,

Roma. 11.

interiores actus rectificando. Nam cũm exteriores ab interioribus procedant tanquã à radice, ſi radix ſana fuerit, & rami ſanitate perfruentur. Si em̃ tu interius, ex animo proximum diligis, facile tibi erit nec occidere, nec damnum aliquod illi inferre. Quòd ſi intus mulierẽ non cõcupiſcis, nec cum illa adulterium perpetrabis, & ſic de alijs. Quare faciliores nos reddidit his præceptis, & aptiores ad ſeruandam legem. Nã

Chryſoſt. Simile.

(vt ait hic Chriſoſt.) ſi duos inter ſe rixantes video, & volo inter eos pacem componere, quis melius hoc efficit, qui eos ad inuicem ſeparauit, an qui arma etiã quibus contendebant ſimul abſtulit? Proculdubio hic ſecuriorem pacem effecit. Id ergo in lege noua operatus eſt Chriſtus. Non ſolum fœdera inter homines iunxit, ac pacem fecit

Eſai. 30.

pręcipiens illis, ne ſe alterutrum læderent, verumetiam, & arma ab eis abſtulit prohibens odia, illa enim ſunt arma incẽtiua bellorum, ex intrinſecis quippe odijs omnia bella procedunt. Non ſolum inimicum non lædas, verumetiam mando, vt interius diligas illum. *Eſtote ergo & vos perfecti, ſicut & pater veſter perfectus eſt.* Nonne affatim honorem habebis, ſi in eo ponas honorem tuum ac perfectionem, in quo & Deus? Videtur mihi certe quod ſic, ſed Deus honorẽ ſuum ponit, in hoc quod eſt inimicis parcere, delicta condonare, & in hoc maxime perfectus apparet, quod peccata dimittit, ſecundum illud Eſai. Propterea expectat Dominus, vt miſereatur, & exaltabitur parcẽs vobis. Et in hoc ſuam collocat perfectionem, vt ei dicatur: Deus qui omnipotentiã tuam parcẽdo, maxime & miſerãdo manifeſtas. Hoc quaſi propriũ ſibi vſurpare præſumit, vt ei dicatur: Deus cui propriũ eſt miſereri ſemper & parcere. Cui etiam dicitur: Qui iraſceris & propitius eris diſſimulans peccata hominum propter pœnitentiam. Quid ergo dicis homuncio, Deus ponit honorem ſuum in hoc quod eſt inimicis parcere, & tu in eo quod eſt vindictam de eis ſumere? Deus dicitur perfectus, quia ſolem ſuum ori ri facit ſuper bonos & malos, &c. & miles, glorioſus non æſtimat perfectum virum niſi illum qui ſe de inimico vindicauerit, vel occidendo, vel alijs iniurijs afficiendo? Proh Deũm atque hominum fidem! vel Deum ignorãtiæ nota inurere niteris, quaſi neſciat in quo verus honor ſitus ſit, & melius id norit pannoſus ac ſtultiſsimus miles, vel tu forſam honoratior Deo ipſo es, vtpotè qui in te vindicando colloces honorẽ tuum, quem Deus in parcendo ponit. Bone Deus, Nonne tu Rex Regum es, & Dominus Dominantium? Nonne filius tuus ſapientia tua eſt? Quomodo ergo homunculus clamat infamem virum atque imperfectum eſſe, qui non vindicauit iniuriam, cũ Sapientia tua dicat eam condonare diuinã eſſe perfectionem? & cũm ſis Rex omnium Regum, quis poterit honoratior te nuncupari? O hominum inſanam ſuperbiam! O Dei ſummam benignitatem, qui talem aduerſus ſeipſum contumeliam fert, cũm tamen poſſit facillimè eam vindicare! Hoc eſt quod in quadam parabola Dominus ſignificauit. Cũm Rex iratus contra ſeruum cui decem millia talenta dimiſerat, & tamen ipſe conſeruum ſuum propter centum denarios affligebat dixit: Serue nequam omne debitum dimiſi tibi quoniam rogaſti me *Matth. 18*

nonne ergo oportuit & te miſereri conſeruitui, ſicut & ego tui miſertus ſum? Et iratus ligatus manus & pedes ipſum in tenebras exteriores mitti iuſsit, donec vniuerſum per ſolueret debitum. Vide ne ita tibi contingat ô miſer homuncio! *Eſtote ergo vos perfecti ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt.* Poteris hic dicere quod ſuper Pſal. 118. nos dixi- *Simile.*

mus tract. 13. fol. 427. quomodo Ægyptij per lyram quæ ex vocibus temperatis ac conſonis conſtat ſignificabant amicitiam, ſed homines hanc lyram diſtemperarant, & Dominus eam temperare veniebat. Nam Phariſæi chordam ſiue fides proprij amoris nimis euectas habebant, præponentes parentibus ac alijs proximis propria commoda, ſi des vero ſeu chordam amoris proximi adeo laxatam ſubmiſſamque tenebant, vt ad inimicos non daret ſonitum. Tamen Chriſtus Dominus hanc temperauit cithatarã, vt cum fidium adæquata proportione æquabilem etiam ſonitum daret. Nam chordam proprij amoris laxauit, taliter quod deberet aliquãdo ſe & animã ſuã odio habere homo. Proximi verò amoris chordã eleuauit vt in æquali pũcto ac proportione cũ ſeipſo eſſet, cũ dicit: Diliges proximũ tuũ ſicut te *Matt. 22.*

ipſum. Immo & vſq; ad inimicos hũc ſonitũ extẽdit. Docuit etiã artẽ quomodo pcuri de

berent fides iſtę: Nã ſine arte tãgendo chordas, cõfuſum, & diſſonũ emittũt ſonũ. Charitas ergo eſt ars qua debẽt fides huius citharæ tãgi, tali tenore ac induſtria, qua citharæ fides percutiũtur. Si em vnã percutis nõ debes aliã tãgere, cuius vox no cũ ea coeat atq; cõueniat, aliàs in cõcinnam facis melodiã. Sed quælibet per ſe tangatur, vel cũ ea percutiatur amica vox. Phariſæi talẽ ignorabãt induſtriã confuſeq; percutiebãt fides, atq; voces ipſas cõfundebãt, neſciẽtes diſtinguere inter hominem & inimicũ, ſed cõfuſe vtrũq; dãnabant. Nã aliter cõſiderãdus eſt inimicus quatenus homo, aliter quatenus inimicus. Primo modo amãdus eſt, ſecũdo minime. Prima vox tãgenda, ſecũda dimittẽda: quia diſſona eſt. Et hoc charitas docet, quod naturã quę in proximo eſt, quia bona eſt, ames, & hac charitatis arte percutias: nequitiam vero qua te perſequitur, proſequaris odio, quia malum amandum non eſt. Vnde Paul. 1. Cor. 13. ait: Quod ſine charitate factus eſt velut ęs ſonans, aut cymbalum tinniens, ſed lex Domini vocatur Pſalterium decem chordarum ſecundum illud Pſal. 149. In Pſalterio decem chordarũ pſallam tibi. Quoniam hac arte percutiuntur omnes decem chordæ, nempe charitate, cũ in his duabus mandatis dilectionis Dei & proximi vniuerſa lex includatur. Vide prolixi⁹ loco citato, Medicus cũ infirmũ curat, infirmitatẽ vult in eo deſtruere, ipſum autẽ hominem ſaluum facere, & ad hoc propoſitum flegbotomiam, euacuationem, ignem, ac cætera medicamina applicat, vt peſſimus ac effrenatus humor conſumatur, & ſubiectũ ad priſtinam ſanitatem reducatur. Inimicus tuus homo eſt, ſed infirmus, humore peſſimo plenus, qualis eſt malitia, quę in illo illam ægritudinẽ cauſat. Tu ergo vt peritus medicus effrenatũ nitere deſtruere humorem, bonis operibus aduerſus illum contranitẽdo, vt flegmata illa charitatis igne cõſumantur, hominem vero ipſum vt ſanus ſit, & optare debes & curare. Sic enim & Paul. dicebat: Si eſurierit inimicus, tuus ciba illũ: ſi ſitit, potũ da illi: hoc enim faciẽs carbones ignis congeres ſuper caput eius. *Haraſte derretir las flemas*, & vt peſſimus ille humor digeratur. In proportione vocũ cõſiſtit muſica, & in diſproportione diſſonãtia, etiãſi voces inter ſe cõtrarię ſint, alię nimirum graues, aliæ acutæ, aliæ altę aliæ ſubmiſſe, tamẽ cõuenientia ac proportione placidũ auribus ſonũ emittũt: ſemper enim cõueniẽtia rerũ eſt boni effectiua. diſcõueniẽtia vero mali: amor autẽ etiã cõtraria facit cõuenire. Humorũ proportio ac cõueniẽtia ſalutẽ efficit: diſcõuenientia ægritudinẽ cauſat. Elemẽta coeũtia generationes rerũ pariũt: diuiſa verò corruptionẽ earundem trahũt. Per elementorũ conueniẽtiã generatur aurũ, argẽtũ, lapides pretioſi, & optima quęq; : ſic concordia omnia bona in anima parat, quæ diſcordia diuellit. Empedocles aiebat, per elementorũ cõuenientiã mundũ gigni, & per litẽ eorũ corrũpi: nã concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximę dilabũtur. Quoniam omne regnũ in ſe diuiſum deſolabitur. De lapide quodam qui (tyre⁹) dicitur fertur, quòd integer ſupernatat aquę: diuiſus, in partes ſubmergitur. Amore ac cõcordia ſuper omnes tribulationes pręualebũt homines, quę ſi diuidãtur & diſconueniant, deglutiẽt ab eis, ſecũdũ illud Paul. Si ad inuicẽ mordetis, videte ne ab inuicẽ conſummani. Vnde D. Baſil. dicit quod cõcordia & amor eſt arca Noe, qui homines ſuper omnes fluct⁹ incolumes ſeruat. Hic poteris etiã adducere, id quod à principio huius capitis nos adduximus, ex Aug. de ciuit. c. 18. Quomodo Deus in rebus ipſis quaſi orationẽ quãdã rethoricã fecerit, ex antitheſib⁹, & cõtrarijs cõpoſitã, quæ maximè vniuerſum decorũ reddit, ſecundũ illud Eccle. 33. Cõtra bonũ, malũ eſt: & cõtra vitã, mors: ſic & cõtra virũ iuſtũ, peccator: & ſic intuere in omnibus operibus Dei duo cõtra duo, & vnũ cõtra vnũ. Ex his em cõtrarijs & vniuerſi hui⁹ pulchritudo conſtat. Nec em decor albedinis appareret, niſi cõtrapoſita nigredine, nec calor ignis placeret, niſi eſſet frigiditas quę diſplicet, nec amabilis omnibus lux, ſi res omnes lætas efficeret, niſi tenebrarũ horror eas triſtes redderet: ſic nec iuſti bonitas ſplẽdeſceret, niſi cõtrapoſita malitiæ peccatoris, nec æquabilitas virtutis ſic eã decoraret, niſi vitij peruerſitas è contrario aſpiceretur. Immo nec operationes rerum eluceſcerẽt, niſi actiones contrariorum eas excitarent. Ad quid enim comboureret ignis, niſi eſſet frigus cui aduerſaretur? Nam per antypariſthaſim operantur res, hoc eſt ad præſentiam contrariorũ excitantur ad operandum. Ideo quippè in æſtate putei frigidi ſunt: quoniam tunc calor frigido contrarius viget, cui cùm nititur reſiſtere in ſe ipſo omnes ſuas colligit vires, & ideo fortior fit, & eadem ratione ventres animalium in hyeme calidiores ſunt. Sic etiam opus fuit hac antypariſthaſi ac contrarietate inter bonos & malos,

1. Cor. 13.
Pſal. 149.
Similę.
Similia.
Roma. 12.
Prou. 25.
Empedo.
Saluſtius.
Galat. 5
Baſili.
Auguſt.
Eccleſ. 33.
Similę.

si enim bonus contrarium non haberet tepeſceret forſam, & quaſi ſecurus nihil de bonis actionibus curaret, ſed cum videt contrapoſitam malitiam ex aduerſo ſtare, in ſe vires ſuas colligit, vt contrarietur ei. Ecce ergo quid conferant inimici, in tantum vt Paul. dicat Deum ob id permittere malos, & quaſi neceſſarios habere, vt in illis qui ſunt vaſa iræ aptata in interitum ſuam oſtenderet iram, atq; vindictam, immo & ſuſtinentiam, ſuſtinens illos, in multa patientia. Eſtote ergo vos perfecti, ſicut Pater veſter cœleſtis perfectus eſt, qui in bene faciẽdo inimicis ſuã maximè potentiã pfert.

Roma. 9.

Moralitas ſeu concio

Eſtote ergo vos perfecti ſicut Pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Quoniam Chriſtus ad hoc venit vt homines perfectos faceret, & Deo ſimiles, quam perfectionem lex vetus præſtare non poterat, neminem enim ad perfectum adduxit lex, quare futuram ſperabat hãc perfectionem. Sancti eritis (ait eis Dominus Deuter. 18.) quoniam ego ſanctus ſum. Et. 2. Regum. 12. Ero perfectus coram eo. Futuram promittebant hanc perfectionem quæ fienda erat per Chriſtum, quam lex efficere non valebat. Quare modò dicitur: Eſtote vos perfecti, iã perfectionis Magiſtrum habetis præſentem, eſtote ergo iã pfecti. Vnde ipſe in cruce dixit (Cõſumma tum eſt.) Hoc eſt omnia ad conſummatam perfectionem duxi. Quam perfectionem vnico verbo adimpleuit: nam in præcepto charitatis, quæ compẽdium totius legis eſt adimpleta eſt, ſecundum illud Pau. Vniuerſa lex hoc vno verbo impletur. Diliges proximum tuum ſicuti te ipſum. Quod antea Eſai. prædixerat. c. 10. Conſummatio abreuiata innundabit iuſtitiam: conſummationem, & abreuiationem faciet Dominus ſuper terram. Illud enim verbum (Breue) ſed conſummans quo Dei & proximi dilectio præcipitur, innundationem perfectæ iuſtitiæ adduxit in homines. Nã perfectio creaturæ in coniũctione ad ſuum vltimum finẽ, qui eſt Deus conſiſtit, hanc autem vnionẽ facit charitas, quę immediatè totũ hominẽ iungit Deo: & ideo in ea tota perfectio conſiſtit. Vnde Paul. ait, Super omnia charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis. Quoniam charitas eſt vinculum quod ligat nos Deo, in quo conſiſtit noſtra perfectio. Vel dic, quod ideo dicitur vinculum perfectionis: quoniam eſt corona, conſummatio ac finis totius perfectionis ac legis, & idem eſt dicere, eſt vinculum perfectionis, ac dicere, eſt plenitudo legis, & velut clauis quæ ædificium complet, ac claudet, vniuerſamq; in ſe includit virtutem & perfectionem. Igitur Chriſtus Dominus hoc munus ſuper ſe aſſumpſit, nempe vt amorem hominibus ſuaderet, ſecundum illud: Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt ardeat? & vt regnum amoris ad ſuos vſq; terminos extenderet: Vſurpauerant quippe Phariſæi, non minimam partem eius iuriſdictionis, atq; diſtrict⁹: quoniam ad amicos dumtaxat coarctauerant eam, inimicos ab eius regno excludentes, & tantus error etiã ſapientes mundi occupauerat. Nam Cicero 1. de offi. ait, Virum bonum oſſe, qui quibus poteſt prodeſt, nocet nulli, niſi laceſſitus in iuria. Quod arguens Lactantius Firmianus in ſuis diuinis inſtitutionibus ait, hoc eſſe, & patientiam, & innocentiam ab hominibus eliminare, cũm tamen vtiliſsimæ ſimul ac neceſſariæ ſint in mundo. Quoniam patientia in nulla alia re adeo manifeſtatur atque probatur, quam in ſufferendis inimicorum iniurijs. Nam ideò forſam Iacobus in ſua Canonica ait: Patientiã habere opus perfectum, quod in hoc maxime reluceat ac perficiatur, nẽpe in tollerãdis inimicis. Innocẽtia etiã, in hoc maxime ſplẽdet, ꝙ nec inimic⁹ eam perdere poſsit. Error autẽ iſte vſq; ad populũ Dei, qui tũc erãt Hebręi, extẽdebat, decepti forſam Doctores illorum, quoniã apud illos terminus quo De⁹ præcepit illis amare ꝓximũ ſignificat, & amicũ & vicinũ, & cõciuẽ, ſodalẽ & ꝓximũ, quinimo & phraſis Hebręa omnes homines etiã inimicos ꝓximos vocat: Nã & Ægyptios cru deliſsimos illius populi hoſtes ꝓximos vocat, quoniã ubi nos legim⁹: Petat vnuſquiſq; à vicino ſuo vaſa aurea, & argẽtea, legunt; Hebręi: Petat vnuſquiſq; à ꝓximo ſuo. Et qui Babylonicã turrim ędificabãt ſic etiã vocãt cũ dicit: Dixit vnuſquiſq; ad ꝓximũ ſuum. Itaq; omnes homines, qui inter ſe vnionẽ aliquã habẽt quacũq; via eã habuerint dicũt ꝓximi: & quia omnes homines, in vna humana ſpecie vniũt, ꝓximi etiã dicũt. Phariſæi autẽ nolebãt hũc terminũ ad omnẽ ſuã ſignificationẽ extẽdere coarctãtes illũ ad ſolos amicos, & illos dicebãt eſſe amãdos ſecũdũ præcẽptũ legis, ex quo inferebãt inimicos eſſe odio habẽdos. Cõtra quos dicit Hiere. 8. Veremẽdatiũ operat⁹ eſt ſtyll⁹ mẽdax Scribarũ. & Eſai. 1. Argentum tuũ verſum eſt in ſcoriã, vinum tuum mixtũ eſt aqua. Hoc eſt, ꝙ eloquia Dei, quæ dicũt argentũ

Eſai. 10.
Col. 3.
Cicero.
Lactan.
Iacob. 1.
Exod. 11.
Geneſ. 11.
Hierem. 8.
Eſai. 1.

igne examinatũ, in errores vertebant Phariſæi, & vim veritatis diuinæ in mẽdatij fragilitatẽ vertebant. Hoc autem (vt optime
Chryſoſto. ait Chryſoſto.) erat amorem à mundo propellere, & exulem facere: Quoniam ſi ſolũ amici ſunt diligendi, qui pauciſsimi ſunt, fere nihil amoris relinqueretur in mundo, ſine quo tamen mundus conſtare non poteſt, eſt enim ſol vniuerſi. Vnde & Orpheus an
Orpheus. tiquiſsimꝰ Poeta dicebat, Amorẽ, omniũ rerũ claues habere, quibus cogitatus, cõceptꝰ atq; vniuerſa corda aperiebat. Nam cũ ipſe Rex cordiũ ac voluntatũ ſit, claues ei omniũ rerũ tanquã vero Dño traduntur, quare inter amicos nihil occultũ eſt. Habet emẽ alter alterius mentis referantes claues. Igitur cũm Chriſtus, in hunc mundum venerit, tanquam lux ad illuminandas tenebras & tanquam iudex, non vt iudicaret ſed vt ſaluaret mundum, vnicuiq; reddendo quod
Simile. ſuum erat, aſcendit in montem omneſque iſtos condemnat errores. Vnus ſol ſufficit ad tollendas è medio tenebras, nec vllum aliud luminare id valet, nec luna nec ſtellæ fixę, vel errantes in cœlo. Videmus quippe adhuc illis exiſtentibus tenebras in cœlo occupare terram, tamen protinus vt ſolis radij apparent, & tenebræ & omnia alia lumen accipiunt. Sic nullus potuit tenebras huius mundi tollere præter vnum Chriſtum qui ſol eſt iuſtitiæ, nec Philoſophi, nec Oratores, nec Moyſes, nec Prophetæ adhuc tenebras illuminare omnino poterant, donec venit Chriſtus, qui de tenebris ipſis lumen
Ioann.1. fecit, nam lux in tenebris lucet (ait Ioann.) Inter ipſas tenebras, quæ totum obſcurauerant orbem ingreſſa eſt lux iſta, illuſtrauitque illas, atque à mundo pepulit, ſerenum totum ac lucidum reddens. Quare ſolus ille hunc ab eo abſtulit errorem dicens. *Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Diliges amicum*
Eſai.16. *tuum, &c. Ego autem dico vobis, &c.* Venit enim vt iudex reddere velociter vnicuique quod iuſtum eſt: *Vino por juez de terminos*, vt terminos proprios daret amori, à quibus iniuſte expulſus erat, & extendens illum vſque ad inimicos, poſuit illum in ſua propria
Pſal.118. poſſeſsione ac ſtatu. Vnde & Pſalmiſta dicebat Pſal.118. Omnis cõſummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis. Cũm cõfidero (ait Propheta) quantũ amoris iuſ extẽderis ac ampliaueris, quã latum feceris hoc præceptũ ꝓ vocas tuũ, in hoc mihi apparet oĩs conſummationis vidiſſe finẽ, hoc eſt, amorẽ ipſum in ſuis finibus ac terminis collocatũ. Dicitur emẽ amor cõſummatio, vt diximus, quoniã eſt clauis, corona ac finis omniũ perfectionũ. Ideo quippe alas habere dicitur: quoniã ſuper omnia alia ſuo volatu ſe eleuat. Cũ ergo video amorẽ vſq; ad inimicos pertingere, videor mihi illũ in vltimis ſuis terminis videre. Sic enim de Chriſto Domino dicitur: Cũ dilexiſſet ſuos qui erãt in mundo, in finẽ dilexit eos. Hoc eſt, *Ioann.13.* amorẽ in ſuis terminis ac vltimis finibus poſuit, cũ pro crucifixoribus deprecatus eſt. Hoc etiã voluit oſtendere in genere mortis qd̃ pertulit. In cruce emẽ expaſis manibus ad dexterã, & ad ſiniſtrã occiſus eſt: vt doceret nos ad omnẽ locũ extendere alas amoris ſui, ad dexterã & ad ſiniſtrã, ad bonos & ad malos, ad iuſtos & ad peccatores, & vſque ad latronẽ dilatatus eſt amor ſuus. Ibi in cruce quaſi in circulũ & orbẽ obuolutus eſt, vt omnia alta & profunda, lata & lõga cõprehendat amor ſuus. Id enim deprecabatur Paul. Deũ, vt ſuis clientulis reuelaret dicẽs: Flecto genua mea ad Patrẽ Dñi noſtri *Epheſ.1.* Ieſu Chriſti, vt det illuminatos oculos cordis veſtri, vt poſſitis cõprehẽdere quæ ſit lõgitudo & latitudo, ſublimitas, & profundũ, ſcire etiã ſupereminentẽ ſcientiæ charitatẽ Chriſti. Volebat enim, vt intelligeremus per reuelationẽ quantus fuerit Chriſti amor, ſupereminet enim omnẽ ſcientiã: quoniã extẽſus eſt, ad cœlũ & terrã, & abyſſum ipſum inferni penetrauit, cũ ad illũ expoliandũ deſcendit. Pacificauit enim per ſanguinẽ crucis eius, ſiue quæ in cœlis, ſiue quę *Coloſ.1.* in terris ſunt. Quare & Dauid dicit: Statuiſti in loco ſpacioſo pedes meos. Hoc eſt in *Pſalm.30.* lege tua quæ eſt lex amoris, quem adeo latum & ſpatioſum feciſti, vt etiam inimici per hanc viam ambulare poſsint. Hoc etiam ſignificabat quod Deus in lege veteri præcipiebat, nempe quod non haberent diuerſa pondera. Nam pondus & pondus, mẽ *Prouer.20* ſura & menſura (ait Sapiens) abominabilis eſt apud Deum. Nec enim alio pondere debes regulare amicum, alio inimicum: quoniam amoris pondere vtrumque menſurare debes. Non dico quod non poſsis, immò & debeas, plus diligere amicum quam inimicum, ſed hoc aſſero quod in pondere amoris vterq; includitur, in hac æqualitate ponderis, ꝓ eo caſu quo indigenti amico teneor prouidere, eodẽ etiã, & inimico, & ſicut interno amore teneor diligere amicũ, ita etiã & inimicũ: nã vterq; quãtũ ad hoc æqualiter proximus eſt. Quod etiã oſtẽdit tunica Chriſti

Chriſti Dñi, quæ erat in cõſutilis deſuper cõtexta per totũ, & ideo nõ eſt diuiſa. Hæc
Ioann.19. tunica eſt charitas, quæ integra abſq; diuiſione, vel acceptione perſonarũ ad omnes extenditur, etiam ad inimicos, qui hac lege amoris ſimul cũ alijs proximis cõprehendũ
Simile. tur, in ſenſu in quo explicatũ eſt. Maioris actiuitatis eſt ignis ille, qui ad diſtãtiora loca ſuo calore pertingit, quã qui ad proximiora, ad hũc enim oportet accedere propè, vt calefias: ille vero etiã à longe calefaciet te. Olim minimę actiuitatis erat calor iſte: quoniam ſolũ ad amicũ, qui propè eſt, extendebatur. Nunc vero extẽſa eſt ſphera ſuæ actiuitatis, atque vſq; ad inimicos dilatata eſt,
Epheſ.2. etiã illos qui longe ſunt cõburit. Ideo quippe Chriſtus dicitur pax his qui longe erãt,
Eſai.6. & his qui propè. Et Eſai. dicit volaſſe ad ſe vnũ de Seraphim, & forcipe carbonẽ ſuſtuliſſe, quo inuſsit labia eiꝰ. Significabat enim quod illi Phariſæi hũc amoris ignẽ ſtrictũ, quaſi in forcipe tenebãt, nec erat niſi vnus carbo ignitus: quoniã ſolus amicus diligendus erat, & ideo oportebat accedere prope,
Ezech.20. vt ad iſtum igniculum calefieres. Cæterum Ezehiel vidit præcepiſſe Deũ viro, qui erat indutus veſtimẽtis albis, vt de igne qui erat inter Cherubim impleret manus ſuas, & carbones illos ignitos per totam ciuitatem ſeminaret. Hoc quippe præcepit Deus Pater Chriſto homini induto carne noſtra linea, hoc eſt terrena & munda, vt de amore illo quo Cherubim ac Seraphim ardent impleret manus ſuas, & inter homines ſeminaret illum, quatenus omnes hic ignis accenderet tantoque igne iam mundus ardet, vt inimicus ad illum calefieri iam poſsit ſecundum
Roma. 12. illam Paul. ſententiam. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: & ſi ſitit, da illi potum: hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius. Hoc eſt dicere, cùm etiam inimicus huius ignis amoris noſtri ſit capax, ad illum vſq; debes extendere illum. Quare dicit Chriſtus. *Ego autem dico vobis, &c.* Hoc nobis ſufficere abunde deberet Domine Deus, quod tu hęc nobis ſanctiſsima mãdata intimaſti. Sufficiebat Pythagoræ diſcipulis, quod magiſter ſuus aliquid dixiſſet, vt ſtatim crederent, nec aliã rationẽ redderẽt q̃ dicere Ipſe dixit, & non ſufficit tibi (ò Chriſtiane) quod hęc mandet tibi ille, de quo dicitur: Ipſe dixit & facta ſunt. Audaciſsimꝰ puer ille Abſalõ cũm ſeruis ſuis
Pſal. 32. *2. Reg. 13.* præcepiſſet vt Amnõ fratrẽ ſuũ in cõuiuio occideret, propter ſtuprũ qd̃ obtulit ſorori ſuæ Thamar, dixit poſtea eis: Nolite timere, Ego ſum qui præcipio vobis. Cur times hæc mãdata perficere? Vide quid dicat tibi Chriſtus verus Deus & homo. *Ego autem dico vobis.* Ego ſum qui præcipio vobis. Cur nõ credis hoc Chriſto hæc tibi dicenti, & fidẽ das ſtultiſsimo militi cõtraria aſſerẽti? Chriſtus dicit tibi: Parce inimico tuo: quoniam hoc maximus honor atque perfectio eſt, & renuis facere; pannoſus ac fatuus homunculus dicit tibi, Dedecus tibi erit ſi non vindictam ſumis de illo, & facis, O Chriſtiane! quid dico Chriſtiane? Dicam potius ô pagane, qui talem Deo tuo iniuriam irrogas, vt potius homunculo quam illi fidẽ adhibeas! *Diligite ergo inimicos veſtros, &c. vt ſitis filij Patris veſtri, qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos.* Et tamen poſſet malos hac luce ſolis priuare, ſicut priuauit *Sap. 18.* Ægyptios, filijs Iſrael in luce permanentibus. *Vt ſitis filij Patris veſtri.* Magna dignitas hominis Chriſtiani, vt dicatur filius Dei, propter imitationem tantæ virtutis, qualis eſt inimicis etiam beneficus eſſe. Sicut eſt grandis dignitas iuſtorum quòd vocentur filij Abrahæ propter imitationem eius maximę fidei, ſic dicantur filij Dei ob imitationem huius virtutis miſericordiæ, quæ plus in eo ſplendet, & in qua ſe perfectum dicit: Nã vbi Matth. dicit: Eſtote ergo vos perfecti ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt (ait Luc.) Eſtote ergo vos miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt. Quaſi ſe volẽs explicare, in qua virtute ſe diceret perfectum, & in qua vult vt imitemur illũ, nempe in hoc quod ſimus erga omnes miſericordes, maxime circa peccatores ad imitationem ipſius Dei, qui de hac virtute maxime videtur gloriari. Dicit enim quidam ſanctus Doctor, quod ſi eſſent duo homines & vnus offenderet Deum mortaliter, ſpe tamen veniæ conſequendæ ab eo, alter neutiquam peccaret mortaliter, tamen ob hãc cauſam quia Deus non parceret illi, nec ad hoc eius miſericordia valeret, maiorem iſte iniuriam Deo infert quam ille: quoniam iſte tollit ab eo id de quo Deus tantopere gloriatur. Tyrannus ille Iulius Cæſar, *Iuli. Cæſ.* poſt partam victoriam ab inimico ſuo Põpeio, cũ reſciuiſſet Catonẽ Vticenſem ſibi mortẽ cõciuiſſe, ne in manus eius incideret, ferẽ fleuiſſe dicẽs: Inuidit Cato meę glorię q̃ illi parcẽdo mihi parauiſſem. Si ergo infidelis ille atq; tyrãnus gloriã & honorẽ ſuũ ponebat in eo quod erat parcere inimicis,

Deus legitimus omnium rerũ Rex atq; Imperator, cur nõ & de hac magnificentia gloriabitur? Vnde Eſai. dicit: Propterea expectat Dominus, vt miſereatur & exaltabit parcens vobis. *Ganara honra perdonando*. Et à Paulo dicitur Diues in miſericordia. Per hãc enim fama Dei volat, hæc illũ potentẽ facit: nã per illam omnipotentiã ſuã manifeſtat, ſicut diues per pecunias. Quinimo ad menſurã potẽtię ſuę habet & miſericordiã, & ſicut potentia eſt infinita, ita & miſericordia in Deo, ſecundũ illud Sapien. Miſereris omnium: quia omnia potes. Vt in hoc ſæculo potentes atq; diuites doceret, quod ſecundum menſuram potentiæ ac diuitiarũ debent eſſe miſericordes, qui enim multum poteſt, multam etiam debet præſtare miſericordiã. Immo ad hoc intellige tibi datã potentiã, vt cũ illa oppreſſorum miſerearis, atq; ab opprimẽtibus eos defendas. Ad hoc ſcias tibi datas eſſe diuitias, vt cum illis egenis ſubuenias, ad hoc ſcientiam, vt cum illa ignorantes doceas. Quemadmodum Deus vtitur potentia ſua ad benefaciendum omnibus, ac ſi ad hoc ſolum haberet illam. In hoc ergo Deus ſuam oſtendit perfectionem vt in omnibus beneuolus ac magnificus ſit. Quare ſancti qui hoc intelligebant, pro ſumma ducebant fœlicitate multas iniurias pati, ſcientes quantam pro illis accipere debent remunerationem. Vnde de quadam ſancta virgine quæ Ioanna dicebatur de Orbicto legitur, quod pro magno ducebat lucro, iniurias pati, & recitabat ducentos Paternoſter pro illis, à quibus eas accipiebat, quaſi in remunerationẽ accepti beneficij. Sed tu impie Chriſtiane id non capis, & ideo in tuo mundi alcorano permanes, quã tuncumque legi Chriſti aduerſetur.

Eſai. 30. — *Epheſ. 2.* — *Sap. 11.* — *Ioanna de Orbeto.*

Moralitas ſeu breuis concio.

Cæterum vt hanc iam finiamus materiã aliquot veluti fragmẽta circa illã dicamus. Et primô aduertendũ eſt quod hic error quẽ hic condẽnat Chriſtus, qui totum inuaſerat orbem, ortum habuit ex deprauata voluntate per vitia, quæ tunc maximè inter homines increbuerant. Nã cum voluntas propinqua ſit intellectui, ex tali propinquitate etiã corruptio aliqua illi adhærescit. Vnde vitia in voluntate, blanditiæ quædam ſunt, quibus intellectus allicitur, vt illi cõſentiat, & tanquã bona approbet, quæ volũtas concupiſcit. Quare cũ abũdare vitia in mũdo videmus, timendũ eſt, ne nouæ hereſes pullulare incipiãt. Peccata quippe in volũtate poſita, quaſi hoſtes ſunt, qui veritatẽ quę eſt in intellectu oppugnare cõtendunt. Secundò obſeruandũ eſt q̃ vt mandatũ hoc obſeruetur oportet recte diuidere, & ſeparare precioſum à vili, & amarũ à dulci. Sicut em̃ ſunt aliquæ herbę intus dulces, pellẽ tamẽ habẽtes amarã, quã ſi detrahis ſuaues guſtui efficiũtur. Sic ſi in inimico homine detrahis amaram pellẽ malitiæ, remanet natura eius nuda quæ bona eſt & dulcis ac ſuauis volũtati. Nã ſic amabilis ab illa eſt. Et ſicut olim præcipiebat Deus, vt detraheretur pellis animali immolãdo, ſic debes detrahere nequitiã ab inimico, & bonã eius naturam amare, nam tunc acceptiſsimũ offeres ſacrificiũ Deo. Vnde & Dauid dicebat de inimicis ſuis. Perfecto odio oderã illos. Illud enim eſt perfectũ odium, cùm malũ inimici odio habemus, bonum tamen eius amore proſequimur: hoc enim eſt facere de inimico amicũ, ſicut & Dauid fecit cũ Saule, quẽ cum ſemel & iterum interficere potuiſſet, abſtinuit tamen ab illo malo, quod cùm Saul intellexit reconciliatus eſt, & à perſequendo illum ceſſauit. Vnde Paul. Noli vinci à malo, hoc eſt, non te malũ in ſe conuertat (hoc enim eſſet vinci à malo, ſicut ignis dicitur vincere aquam, quãdo illam in ſe cõuertit) ſed vince in bono malũ. Quod tunc efficis quãdo bonis operib⁹ inimicũ ad bonũ & ad pacem cõuertis. Eſt em̃ magnũ dedecus, q̃ à re tam vili qualis eſt malum te ſuperari permittas. Et hæc eſt ſanctorũ victoria quę vincit mundum, quam & Dominus Hiere. 15. illis promiſerat cũm dixit: Ipſi conuertẽtur ad te, & tu non cõuerteris ad eos. Aduertendũ eſt etiã quod præcipuus actus fortitudinis, non eſt aggredi ſed ſuſtinere, vt Ariſtotel. & Diuus Thomas docent. Quoniam Chriſtus Dominus comparatur leoni propter fortitudinem, quam tamen non oſtendit aggrediendo ſed ſuſtinendo, quod etiã in martyrib⁹ videm⁹. Quare nõ eſt ſignũ ignauiæ perpeti inimicorũ iniurias, vt mũdus ſtultus æſtimat, ſed potius eſt opus maximę fortitudinis. Immo eſſe impatientes ac iracũdos eſt ſignum debiliſsimę virtutis. Ex fragilitate enim tua prouenit, vt non poſsis iniuriam ſuſtinere, vt patet in fœminis, de quibus dicit Sapiens: Non eſt ira ſuper iram mulieris. Ex debilitate enim ſexus id prouenit, quod facile iraſcantur nihil valentes ſuſtinere. Quare de iuſtis dicitur, quod mutabunt fortitudinem, hoc eſt, non æſtimabunt fortes, quos mundus æſtimat eſſe, nempe qui vindictam ab hoſtibus

Simile. — *Ioann. 5.* — *Hiere. 15.* — *Ariſto.* — *Apoc. 2.*

expetunt

expetunt, ſed eos qui ſuſtinere aſpera poſſunt: Væ enim illis (ait Iudas Thadęus) qui perdiderunt ſuſtinentiam. Quare nec deſiderare malum inimico debemus, vel petere aut optare quod Deus illi vindictam inferat. Eſſet enim tunc velle nos facere Deum carnificem noſtrum. Idem namque eſſet, ac ſi diceres Deo (ait Greg.) Domine illum inimicum meum interfice, quod ego non poſſum facere, tu ſis meæ vindictæ exequutor. Vnde & Iob dicebat: Si gauiſus ſum ad ruinam eius, qui me oderat, & exultaui quòd inueniſſet eum malum: Non enim dedi ad peccandum gutur meum, vt expeterem maledicẽs animam eius. Super quo vide D. Gregor. 22. Moral. cap. 6. Niſi fortè eſſet inſignis Reipublicæ hoſtis putà Turca, aut Antichriſtus, tunc enim ob bonum commune liceret illi deſiderare mortem, quemadmodũ & inferre. Vltimò notandum eſt circa illa verba: *Ego autem dico vobis*: quod quemadmodum inter homines cõtingere ſolet, quòd ſi es offenſus ab alio, & vir magnæ authoritatis, & cui tu debitor es, pro eo te deprecatur, dicens tibi: Non propter illum, ſed propter me debes illi parcere, mihi hanc dona iniuriam, ego in meam reputabo partem. Sic Chriſtus Dominus dicit. Quod etſi inimici noſtri non mereantur, vt illis condonemus iniurias; tamen quia id talis Dominus benefactor, ac amicus noſter præcipit, propter illum facilè debemus facere. Quis enim ei mandãti contradicere audebit? Exauditus eſt (ait Paul.) pro ſua reuerentia.

Iud. Thad. — *Gregor.* — *Iob. 31.* — *Gregor.* — *Simile.* — *Hebr. 5.*

Cap. VI.

ATtendite, nè iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem nõ habetis apud Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Poſtquàm Chriſtus Dominus præcedenti capitulo perfectionem Chriſtianæ religionis nos docuit, nunc modum quo eam exercere debemus, oſtẽdit. Sicut poſtquàm perſuaſi alicui, vt artẽ pingendi addiſcat, tunc incipio illũ inſtruere modum, quo artem illam exercere debeat. Eſt autem hic modus, recta intẽtio erga Deum, quam in omnibus operibus noſtris gerere debemus. Nam (vt Albertus Magn. hîc docet) virtutis opus plùs conſiſtit in modo, quàm in facto, ſecundum illud Deuter. 16. Iuſtè quod iuſtum eſt exequeris. Omnis autem modus abundantis iuſtitiæ conſiſtit in recta operis intentione; ſecundum quòd intentio ſumitur pro ea, quæ tendit in finẽ: quia quantum eſt de natura operis nõ tendit in finem, niſi ſubſtantialiter fini debitis circunſtantijs proportionetur. Niſi enim ſimplicitas intentionis opus bonum comitetur; dicetur de operante illud Eccleſ. 2. Væ peccatori ingredienti terram duabus vijs. Et illud Iacob. 1. Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis. Et quia duo ſunt, quæ maximè intentionem retorquere ſolent, nempè gloriæ cupiditas, atq; pecuniæ, de his duobus in hoc capite agit. Quare hæc doctrina maximè aduertenda eſt: quoniam pulchras facere vias noſtras intendit, quæ tunc erunt pulchræ, quando finis earum, à quo pulchræ vel deformes dicuntur, pulcher ac bonus erit. Vnde Prouerb. 22. dicitur: Appone cor ad doctrinam meam, quæ pulchra erit tibi, & conſerua eam in corde tuo. Quare hic vult nos docere optimus Magiſter, vt omnia opera noſtra propter Deũ faciamus, in eius amore perſiſtẽtes. Hic enim amor iungit opera noſtra Deo: & ideò ea pulcherrima ac ſpecioſiſsima reddit, ſecundũ illud Eccleſ. 24. Ego Mater pulchræ dilectionis, & timoris, & ſanctæ ſpei. Pro quo notandum, quòd eorum quæ ſunt, quædam ſurſum, quædam deorſum feruntur, quædam medium locum tenent, ſecundũ illud quod ſuo Metamorphoſeo Ouidius ex Iudæorum libris tranſtulit, dicens:

Albertus — *Deut. 16.* — *Eccleſ. 2.* — *Iacob. 1.* — *Prouer. 22.* — *Eccleſ. 24.* — *Ouidius.*

Ignea conuexi vis, & ſine pondere cœli,
Eminuit, ſummaq; locum ſibi legit in arce.
Proximus eſt aër illi leuitate, locoq;.
Denſior his tellus vltima poſſedit.

Id autẽ etiam in animabus inuenies. Quædam enim tendunt ſurſum Pauli conſilium ſequẽtes, qui ait. Quæ ſurſum ſunt quærite, quæ ſurſum ſunt ſapite, ſuſcipientes id, ad quod Eccleſia quotidie nos hortatur, dicẽs: Surſum corda. Et Pſalmiſta dicebat: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo & requieſcam? Aliæ deorſum feruntur audientes hoſtes, & obedientes, dicentibus. Incuruare, vt trãſeamus. Contra quas & quidam Poëta dicit:

Col. 3. — *Eſai. 51.*

O curuæ in terras animæ, & cœleſtium inanes!

Quæ & ad inſtar ſerpentis, ſuper ventrem

ſuum

ſuum reptant, & terrã comedunt, atq; lingunt, & nihil præter terrena appetũt, quales erant hi ad quos ſermonem ſuum Dominus noſter Chriſtus dirigit, quibus & dicebat: *Vos de mundo hoc eſtis, ego de ſupernis ſum.* Et quoniam Paul. contraponit duos homines: primum vocat de terra terrenum; ſecundum de cœlo cœleſtẽ, ſicut primus homo nos ad terrena deprimebat: ita ſecundus, qui eſt Chriſtus Dominus, ad cœleſtia ſubleuat, docẽs, vt non ſolùm non appetamus terrena, nempè diuitias, aut honores, aut voluptates, verumetiam, vt intentio omnium operum noſtrorũ ad Deum feratur. Nec etiã ſiniſtro oculo aliquid terrenum aſpiciamus, ſed quod cogitatione & auiditate in illa æterna patria cõueriſemur, ſecundum illud Eſai. 60. de viris iuſtis loquens: Qui ſunt hi, qui, vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas? In quibus verbis Propheta videtur loqui ad literam, de Apoſtolis, ac Apoſtolicis viris, nam ſunt verba Prophetæ, quaſi iam videntis. Comparat autem motum Apoſtolorum tendentium in Deum celeritati curſus nubium, & columbarum: quoniam nubes maximo impetu ventus impellit, columbæ verò ſumma celeritate trahuntur amore pullorum, & quoniam à terra eleuantur, nihil in ea eſt, quod earum motum impedire, aut retardare poſsit. Ita ſimiliter viri ſancti cùm reſecant iſtos affectus circa terrena, & per motum intellectus, & voluntatis tendunt in Deum, nihil eos impedit, ſed libero motu, atq; celeri curſu ad Deum volant, ceù nubes, atque columbæ. Item Eſai. 33. de viro iuſto dicitur: Iſtæ in Eccleſijs habitat (ſcilicet per cogitationem, & deſiderium) munimenta ſaxorum ſublimitas eius, panis ei datus eſt (nam Pſalmiſta dicit: Non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem) *Nolo falta de comer*: aquæ eius fideles ſunt, hoc eſt, perennes & perpetuæ, quæ nunquam deficiunt. Iſte autem ſic eleuatus à terrenis, reſecatis affectibus humanis, tendit ſine aliquo impedimento in Deum, & ideò ſubdit Propheta: Regem in decore ſuo videbunt, oculi eius cernẽt terram de longè. Ea enim quæ de proximo videntur, maiora apparent, quæ autem de longe parua: nam ſi quis ex alta turre hominem aſpiciat, quaſi formica videbitur. Cùm ergo vir iuſtus eleuatus ſit à terra, Deum proximè aſpicit; terram autem à longe videt; & ideò Deus decorus ſibi videtur, omnia autem quæ in mundo ſunt, tanquam parua, & nullius momenti reputabit. Quare & Propheta quaſi parui faciens omnia terrena, illudens eis ſubdit ſtatim: Vbi eſt literatus? Vbi legis verba ponderans? Vbi Doctor paruulorum? Sicut enim ſtellæ in conſpectu Solis non ſplendent, ſic & terrena omnia ante diuinæ Maieſtatis conſpectum nihil apparent. Et quoniam motus iſte, & tendentia in Deum, poteſt impediri, per affectiones circa diuitias, & circa gloriam mundi: ideo in iſto capite tales affectus reprimit Chriſtus. Primum autem reprimit affectum humanæ gloriæ, quæ vehementiùs rapere ſolet hominis voluntatem; & ideò verbis grauiſsimis ab ea nos ſeparare nititur ſtatim à principio, dicens: *Attendite, nè iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, &c.* Quod quidem verbum non appoſuit, cùm reprimit affectum diuitiarum. Et ad ſimilitudinem boni hortulani, priùs optimus Magiſter eradicare contendit vitium, quam virtutem plantet. Priùs enim dicit: *Cùm facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te.* Et poſteà ſubdit: *Sit eleemoſyna tua in abſcondito.* Item: *Cùm oratis, &c. Sed intra in cubiculum tuum, &c.* Et idem de ieiunio, ſic enim dixerat Hieremias cap. 4. Nouate vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas. Ita ſimiliter Euangelicus prædicator priùs reſecare debet vitia, quam plantare virtutes: *Attendite, nè iuſtitiam veſtram, &c.* In his verbis Prædicator diuinus attentionem captare videtur, cùm dicit: Attẽdite. Nam exquiſita petitionis attentio magnitudinẽ rei oſtendit. Quotieſcunque enim in diuinis literis apponitur verbũ hoc (attendite) magnitudinẽ rei dicendæ deſignat Hiere. c. 8. dicit: Attẽdi, & auſcultaui, nemo quod bonũ eſt loquitur. Item Deut. 27. Attende & audi Iſraël. Iob. 13. Iudicium labiorum meorum attendite. Item Prouerb. 8. Eſai. 49. Et in Pſalmo: Attendite populo meus legem meam. Et cùm hoc verbũ bis tantum ponatur in hoc Dominico ſermone, neceſſariò intelligendum eſt magnũ aliquid ibi contineri; cùm Prædicator ſummè ſapiens, immò ipſa ſapientia ſit: *Nè iuſtitiam veſtrã.* In pluribus exemplaribus Græcis eſt eleemoſyna loco iuſtitiæ, ſed in multis alijs eſt iuſtitia. Pro quo eſt notandum, quòd iuſtitia in diuinis literis accipitur aliquando largo vocabulo pro operibus virtutis, iuxta

Ioan. 8. — 1. Cor. 15. — Eſai. 60. — Simile. — Eſai. 33. — Pſalm. 36. — Simile. — Similit. — Simile. — Hiere. 4. — Hiere. 8. — Deut. 27. — Iob. 13. — Pſal. 77.

iuxta legem diuinam factis, vt eſt illud Deut. 19. Nè dicas, Propter iuſtitias meas introduxit me Dominus in terram iſtam, id eſt, propter opera mea. Nec enim propter iuſtitias tuas, hoc eſt, propter opera tua. Et Pſalm. 17. Et retribuit mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam, id eſt, ſecundum opera mea. Qua phraſi vtitur etiã D. Auguſt. ſuper Pſalm. 30. dicẽs: Si attendas ad iuſtitiam meam, damnas me. Ratio autem, quare opera virtutis iuxta legem facta dicantur iuſtitia, duplex eſt. Prima, quoniam opera virtutis, quæ ſunt conformiter ad legem, & ad Euangelium, ſunt adeò in iuſtitiæ puncto conſtituta, vt nihil illis addi vel tolli poſsit, habentque maximam conformitatem, & æqualitatem cum ratione ipſa, ſic adeò vt nihil conformius rationi excogitari poſsit, quàm lex, & Euangelium. Euangelium quippè, ac lex flores ſunt rationis naturalis. Et ita intelligitur illud Can. 2. Iam Hyems tranſijt imber abijt, & receſsit, flores apparuerunt in terra noſtra. In Hyeme arbores nihil aliud habent quàm radicem; in Vere autem ex hac radice pullulant flores, & fructus. Flores autem in Hyeme habẽt eſſe in radice & trunco. Ita flores Euangelij pullulant ex ratione naturali, veluti ex radice & trũco: & propterea ratio naturalis reſpectu legis Euangelicæ dicitur Hyems, Euangelica verò lex Ver. Vnde Euangelica opera dicuntur flores honoris & honeſtatis, vt habetur Eccleſ. 24. cuius expoſitionem vide in D. Thom. 1. 2. quæſt. 70. art. 1. ad. 2. Secunda ratio eſt, quoniam in ipſis operibus virtutum ratio quædam iuſtitiæ reperitur incluſa ab ipſo Deo, quod docet Caietan. 1. 2. q. 114. a. 1. Opera enim virtutum poſſunt dupliciter conſiderari. Vno modo, ſecundum quod egrediuntur à tali virtute; verbi gratia, à charitate, ſecundum quam rationem pertinẽt ad virtutem charitatis. Alio modo, ſecundum quod habent rationem meriti incluſam à Deo, & ſecundum iſtam rationem pertinent ad iuſtitiam, non quidem perfectæ, ſed imperfectæ, qualis eſt inter filium & patrem. Et hac ratione in ſacris literis opera virtutum dicuntur iuſtitiæ, vt ſupra dixit Chriſtus: Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquàm Scribarũ, & Phariſæorum, *veſtram*. Obſerua, quòd Chriſtus Dominus opera virtutum, & rationem meriti vocat iuſtitiam noſtram, vt in hoc maximè manifeſtet liberalitatem, ac miſericordiam ſuam. Nam cùm ſit donum Dei, taliter nobis confert illud, vt faciat eſſe noſtrum. Pro quo eſt aduertẽdum, quòd in quocunq; actu meritorio duo ſunt conſideranda. Aliud eſt, quod ſe tenet ex parte hominis, ſecundũ quã conſiderationem actus non habet rationẽ meriti. Aliud eſt, quod ſe tenet ex parte Dei, & ſecundum hoc actus habet quod ſit meritorius, & ſatisfactorius. Doctrina eſt D. Tho. 2. 2. quæſt. 161. artic. 3. quod etiam ſignificatur Oſeæ. 13. cùm dicitur: Perditio tua ex te Iſraël, tantummodo in me auxilium tuum. Ex quo ſequitur, quòd in diuinis literis & in ſanctis aliquando gloria attribuitur gratiæ Dei: quoniam meritum quod habet homo, fundatur in gratia Dei, & taliter eſt meritum quod eſt donum Dei, & gratia eius, ſecundum illud Roman. 6. Stipendia peccati, mors; gratia Dei, vita æterna. Vbi vita æterna tribuitur gratiæ. Item Pſal. 102. Qui coronat te, in miſericordia, & miſerationibus. Vbi Auguſt. ait: Deus coronat dona ſua, & non merita tua. Item Bernard. homil. 67. in Cantica: Gratiæ ſubtrahis, quidquid meritis deputas. Nolo meũ, quod gratiam excludat, horreo quidquid meum eſt, vt ſit meum. Qua etiam ratione dicitur Cantic. vltimo, quòd aſcendit Sponſa per meritum, innixa tamen ſuper dilectum ſuum, id eſt, ſuper gratiam diuinam. Quæ eſt iſta (ait Spiritus ſanctus) quæ aſcendit de deſerto, delitijs affluẽs, innixa ſuper dilectum ſuum? Item Eſai. 50. Quis ex vobis timens Deum, audiens vocem ſerui eius, ambulans in tenebris, & non eſt lumen eis? innitatur ſuper Deum ſuum. Scala etiam Iacob, quam vidit Geneſ. 28. poſita erat ſuper terram: innixa tamẽ ſuper Dominum. Cæterum licet hæc ita ſint, tamẽ quoniam ex dono Dei & gratia ineſt nobis meritum & iuſtitia: ideò aliquando in ſacris literis vita æterna vocatur præmium iuſtitiæ, ſecundum illud. 1. Timot. 4. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Aliquando verò in ſacra Scriptura vnũ per aliud temperatur, vt aſſeratur quod in noſtris operibus eſt iuſtitia, ex diuina tamen miſericordia, vt dicit Auguſt. 13. de Trinit. cap. 10. vbi ait: Ea quæ dicuntur merita noſtra, dona ſunt Dei. Eſt tamen locus inſignis id explicans Eſai. 55. vbi dicitur: Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate, venite, emite, abſque argento, & abſq; vlla commutatione. Nam quo-

Deuter. 19 — Pſal. 17. — Auguſt. — D. Thom. — Oſeæ. 13. — Rom. 6. — Pſal. 102. — Auguſt. — Bernar. — Cant. vlt. — Eſai. 50. — Geneſ. 28. — 1. Tim. 4. — Auguſt. — Eſai. 55. — Cant. 2. — Simile. — Eccleſ. 24 — D. Thom. — Caiet. — Matth. 5.

quoniam gratia ſupponitur ad meritum, & eſt donum Dei ipſum meritum: ideò dicitur abſque argento, & abſque vlla commutatione: quoniam id quod eſt ex merito, ex ea parte, qua eſt ex parte hominis, nullius prorſus valoris eſt. Cæterum, quoniam in ipſo merito reperitur iuſtitia ex dono Dei; ideò dicitur emptio. Immò ex parte emptoris exigit Propheta paupertatẽ ſpiritualem, ad emptionem vitæ æternæ. Et ita dicit: Et qui non habetis argentum. Qui enim plus cognoſcit ſuam ſpiritualem paupertatem, & quàm inualidus ſit ad bonum, & procliuis ad malum; iſte talis magis diſpoſitus eſt ad iſtam emptionẽ vitæ æternæ; magis enim cognoſcit beneficia diuina in ſe. Ex hoc etiam ſequitur ſecundò, quòd in hoc myſterio maximè ſplendet diuina miſericordia, & liberalitas. Nam iuſtitia, quę ſua eſt, taliter applicatur nobis, vt verè dicatur à Chriſto noſtra. Dicitur enim liberalis ille (ait Ariſtot. & D. Thom.) qui donat propter commodum ipſius cui donat, abſque vllo reſpectu ad propriam vtilitatem, aut lucrum, quod clarè patet in Deo. Immò, vt honor maior nobis ſuccreſceret; nomen liberalis ſubterfugit donans nobis gloriam propter merita noſtra, quæ tamen dona ſunt gratiæ eius: quod etiam contigit in redemptione generis humani. Taliter quippè peccatum hominem dimiſit, quod ex donatione ipſa & remiſsione, nõ intẽdat acquirere nomen liberalis; ſed taliter occultet hoc nomen Deus, vt ipſe homo dicatur ſatisfacere de rigore iuſtitiæ. Cæterum, hæc iuſtitia, quæ à Deo noſtra dicitur pro ſua liberalitate, à nobis ſua dicenda eſt: debemus enim diuinũ beneficium agnoſcere, & gratias ei pro tanto reddere bono. Quod Auguſt. recognoſcens Pſal. 30. ſuper illud: In tua iuſtitia libera me, dicebat: Libera me in tua iuſtitia: nam ſi ad meam attendas, damnas me. Eſt enim quædam iuſtitia Chriſti, quæ noſtra fit, cùm gratis donatur nobis. Vnde Baruch. 1. dicitur: Tibi Domine iuſtitia, nobis autem cõfuſio faciei noſtræ. Quod ferè eiſdem verbis habetur Daniel. 9. & Mich. 7. Educet me in lucem, videbo iuſtitiam eius. Et Baruch. 2. Anima quę triſtis eſt, & incedit curua, &c. dat tibi gloriã, & iuſtitiam Domino. Quod ſi homo in ſeipſo debet cognoſcere iuſtitiam eſſe ſuam, hoc etiam debet eſſe quòd cognoſcat illam iuſtitiam eſſe ſuam, non ſuis meritis, ſed ex dono Dei, ſecundum

Ariſtot.
Auguſt. Pſal. 30.
Baruch. 1.
Dani. 9. Mich. 7. Baruch. 1.

illud Eſai. 45. In Domino (dicet) meæ ſunt iuſtitiæ. Et quoniam populus ille inſipiens Iudæorum, hanc ſecum non contulit mirabilem conſiderationem, à Deo ſuo derelictus in multa crimina corruit. Quod & apud Eſai. frequentiſsimè; & apud Paul. in epiſt. ad Romanos reperiemus; præcipuè cap. 10. vbi ait: Ignorantes enim iuſtitiam Dei, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei nõ ſunt ſubiecti. Regula eſt ſacræ Scripturæ, quam Diuus Auguſt. docet ſuper Pſalm. 103. in illo verſu: Sol cognoſcit occaſum ſuum; quod verbum (cognoſcere) in oratione affirmatiua, præter cognitionẽ ex parte intellectus, aliquando importat affectionem ex parte voluntatis, vt idem ſit cognoſcere, id eſt, recognoſcere, & benè affectum eſſe, vt in noſtro ſermone dicimus, *Reconocer el beneficio*: id eſt, cum affectu & gratitudine. Vnde ibi Sol cognouit occaſum ſuum, intelligitur Chriſtum cognouiſſe mortem ſuam, cum grandi affectu & deſiderio ad illam. E contrà verò in oratione negatiua importat neglectũ, atq; contemptũ. Quare, cùm Paul. dicit: Ignorantes iuſtitiam Dei, neglectum importat, hoc eſt, parui facientes Dei iuſtitiam & contemptui habentes, vt ſuam ſtatuerent. Verbum autẽ (ſtatuere) importat firmam adhæſionẽ cum affectu ad ſuam iuſtitiam; itaque vult dicere Paul. quòd ex nimio affectu ad propriam iuſtitiam; Dei iuſtitiam neglexerunt: & ideò iuſtitiæ Dei non fuerunt ſubiecti. Derelicti quippè ſunt à Deo, vt in proprias inuentiones abirent, de quibus dicitur Pſal. 80. Et nõ audiuit populus meus legem meam, & Iſraël non intendit mihi, ſcilicet, per gratiarum actionem. Et dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum; ibunt in adinuentionibus ſuis. In hoc ſenſu dicitur de filijs Heli, non cognoſcentes Dominum, id eſt, abſque reuerentia & bono affectu ad Deum. In quo etiam ſenſu de Chriſto dicitur, quòd non cognouit peccatum, hoc eſt, nullum affectum habuit vnquam ad peccatum. Et illud: Me autem Iſraël non cognouit, hoc eſt, nullum bonum affectum habuit erga Deum. *Faciatis coram hominibus*. Id nos in his verbis vult docere Dominus, quòd ſicut hæc iuſtitia, quæ in nobis reperitur, à Deo procedit tanquam à principio: ita ad ipſum ordinatur tanquam ad finẽ, Deus enim eſt principium, & finis omnium rerum, vt dicitur Apocal. 1. Ego ſum alpha & O. principium, & finis. Vnde iuſtitia

Eſai. 45.
Rom. 10.
Auguſt. Pſal. 103.
Pſal. 80.
1. Reg. 2.
Rom. 8.
Eſai. 1.
Apoc. 1.

iuſtita hæc, cùm ordinatur ad innanẽ gloriam, à proprio fine diſtrahitur, & in inferiorem finem ordinatur, ab eoq; inficitur; ſicut res ſuperioris ordinis, cùm ad inferiores ordinantur, ab eis inficiuntur. Quare iuſtitia Phariſæorum comparatur panno meſtruatę. Eſai. 64. Quoniam iuſtitia, quæ ex natura ſua ordinatur in Deũ, ſi in innanem gloriam retorquetur (ſicuti retorquebatur Phariſæorum iuſtitia, & Hypocritarum) tunc ab illo fine inficitur, quoniam tangit illũ; ſicut pannus inficitur à muliere menſtruata, cùm tangit illã. *Vt videamini ab eis*. Non vetat Chriſtus Dominus, nè faciamus opera noſtra corã hominibus, aliàs contrarius eſſet ſibi ipſi (qui ſuprà nos docuit) dicens: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Non enim vult finem eſſe noſtrorum operum videri ab hominibus, ſed vt glorificetur Pater noſter cœleſtis. Rurſus non dixit ibi: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videamini ab eis; ſed vt videant opera veſtra bona. Aliud eſt enim velle ſe videri ab hominibus; aliud velle ſua opera videri. Nam qui vult ſe videri, propriam gloriam quærit ab hominibus, à quib⁹ vult ſe videri; qui autem vult ſua opera videri ab hominibus, non vt ab eis gloriam quærat, ſed vt ex bonis operibus laudẽt Deum, & alios ad ſui imitationem prouocent, non propriam gloriam, ſed eam, quæ Dei eſt, quærit. *Alioquin mercedem non habebitis apud Patrẽ veſtrum, qui in cœlis eſt*: quoniam non illi laboraſtis, ſed vobis; non propter illum operati eſtis, ſed propter gloriam veſtram. Cur vobis erit debitor Deus? Et non dicit: Alioquin damnabimini, ſed, Mercedem non habebitis apud Patrem veſtrum: ſiue quòd frequenter non eſt mortale peccatum vanæ gloriæ appetitus, ſed veniale; ſiue potiùs quòd proprium damnum boni operis ſit amiſsio mercedis à Deo reddendæ. Id enim oſtendit talia opera vana eſſe & inutilia, ac fruſtra fieri, vt quæ mercedem operis minimè conſequantur. Non autem dicit: Mercedem non habebitis à Patre veſtro, ſed apud Patrem veſtrum; vt mercedem bonorum operum intelligamus iam repoſitam eſſe, ac reconditam apud Deum, antequàm detur. Sicut & Paul. dicebat repoſitam eſſe ſibi coronam iuſtitiæ; vt ſic non ſegnes ad rectè operandum efficiamur ſcientes repoſitam iam eſſe nobis,

Eſai. 64.
2. Tim. 4.

ac præparatam mercedẽ pro eis. Frequenter autem repetit nomen Patris cœleſtis, vt plùs ad ſtudium placendi Deo, accendamur: Quis enim filius non plùs ſtudet placere Patri illiq; cœleſti, quàm homini terreno atque mortali, cuius merces caduca terrena, atque mortalis erit, cùm è contrà cœleſtis Patris præmium cœleſte immortale, ac æternum fore neceſſe ſit? Vnde Gregorius ait: Stultum eſt inde tranſitoria querere, vnde æterna poſſumus habere. Miſera profectò commutatio. Quare idem Gregorius, 8. Moral. cap. 37. de his loquens hypocritis, dicit: O miſeri, affectantes laudes hominum, in ſemetipſis diſsipant fructum bonorum operum! De quibus dicitur Hierem. 7. Fruſtrà conflauit conflator, malitiæ eorũ non ſunt conſumptæ. Argentum reprobum vocate eos: quia Dominus proiecit illos. Omni enim induſtria ſua, & omni labore adhibito, producunt argentum reprobum, quod ſolam apparentiam habet, & nullius valoris eſt.

Gregor.
Idem.
Hierc. 7.

Sed quoniam Chriſtus Dominus in toto hoc capite, à vanæ gloriæ ictibus nos vult eſſe munitos: operæpreciũ exiſtimaui aliqua hic, licet pauca, de hoc vanę gloriæ vitio inſerere. Et primò ab eius deſcriptione exordiendo. Vana gloria, ſecundum Auguſtinum, eſt iudicium hominum de aliquo benè opinantium: ſecundum Tullium verò vana gloria eſt magna dicti, vel facti frequens fama, cum laude. Tantæ autem vanitatis eſt peccatum illud, quod licet omnia, quæ ſub Sole ſunt, vanitas ſint; tamen vana gloria, quaſi vaniſsima hoc nomẽ ſibi appropriauit. Hoc autem vitium inde occaſionem ſumit, quod cùm frequẽs ſit peccandi cõſuetudo apud homines; pauci ſint qui uirtutem ſectentur. Qui cùm ſeipſos tot iniquis conferant; videntes ſe illis ſuperiores, euaneſcunt: cùm tamen ſicut conſuetudo peccandi ruborem iam peccati, ac infamiam tollit, ſic & conſuetudo rectè operandi hanc iam debuiſſet vanitatem auferre. Qui ab hominibus gloriam quærit clauem arcæ, vbi eſt theſaurus ſuus, illis committit, ſecundum illud dictũ Bernardi: Fideliſsimus ſuimet cuſtos, non tutum arbitratur labijs hominum committere gloriam ſuam. Non tutum planè, ſed ſtultum eſt, ibi theſaurum tuum recondere, vbi non valeas reſumere cùm volueris. Si ponis in os meum, non in tua, ſed in mea poteſtate collocas; cùm vtiq; pro meo libito, vel te laudare

Moralitas de vanæ gloriæ vitio.
Tullius.
Bernard.

laudare poſsim, vel derogare tibi. Sanum vas & inconcuſſum eſt conſcientia, & ſeruandis ſecretis idoneum, nullis patens inſidijs, nulli violentiæ cedens, nullo quippè oculo vel manui acceſsibilis, excepto dumtaxat ſpiritui, qui ſcrutatur etiam profunda Dei. Quidquid ibi repoſuero ſecurus ſum, quia non perdam. Seruabit viuo, defuncto reſtituet. Nam quocunq; vado, ipſa mecum iter facit, ſecum ferens depoſitum, quod ſeruandum acceperat. Viuo adeſt, mortuum ſequitur, vbi q; gloria vel confuſio inſeparabilis, pro qualitate depoſiti. Hactenus Bernar. Quid enim ſtultius exiſtimari poteſt, quàm vt ab illo appetam teſtimonium, immò magno precio emam, qui nihil mihi vel prodeſſe, vel obeſſe poteſt, et à Deo non quæram, cuius teſtimonium me vel reprobum, vel probum facit?
1.Cor.4. Quod intelligens Paul. aiebat: Mihi autem pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Qui enim iudicat me Dominus eſt. *Bernar.* Vnde & Bernar. ait: Vt quid alieno, vel mei ipſius teſtimonio contentus ſum, cuius nec vituperio reprobus, nec laude dignus inueniar? Si ante tribunal veſtrũ iudicandus aſtarem, meritò de laude veſtra gloriarer. Nunc autem cùm ſolius Chriſti iudicio ſim præſentandus, quantæ inſaniæ eſt mei, vel alterius iudicio gloriari? Sicut
1.Ioan.5. dicitur. 1. Ioannis. 5. Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus. Et horum teſtimonio ſtabitur in omnibus. Præterea talis hominum gloriæ amator, in poteſtate hyſtrionum ſe ponit. Fingũt enim eum talem qualem volunt, iam vſq; ad fęces deprimunt, iam ſuper aëra efferunt illum. De his enim vi-
Pſal.106. detur dicere Pſalmiſta. Aſcendunt vſque ad cœlum, & deſcendunt vſque ad abyſ-
Bernard. ſos. Vnde Bernardus ait: Qui conſcientias ſuas in alienis linguis poſuerunt, modò parui, modò magni, modò nulli videntur, provt linguis hominum eos vel laudare, vel
Simile. vituperare placuerit. Hæc ille. Quare comparantur gallis in altis turribus poſitis, qui ad omnem ventum ſe mouent, contra illud
Eccleſ. 5. quod dicitur Eccleſ. 5. Non te ventiles in omnem ventum. Sunt & arundines vento
Iob.21. agitatæ, ſunt & palleæ, vt Iob. 21. dicitur: Erunt ſicut palleæ ante faciem venti. Timendum etiam maximè hoc vitium vanæ gloriæ eſt. Primùm, quoniam inſidiatur mentis oculo, hoc eſt, intentioni; qui oculus ſi nequam fuerit, totũ corpus tenebroſum erit, id eſt, tota congeries operum, vt infrà dicitur. Quare comparatur Herodiadi illi *Marc.6.* ſaltatrici, quæ caput fecit amputari Ioannis: quoniã vana gloria, quæ ſe oculis mentis, quaſi ſaltando offert, caput operis amputat. Nam cùm nõ fiat opus propter Deũ, qui caput omnium operum debet eſſe, ſed propter hominum gloriam; quaſi decapitat opus, & acephalum illud reddit: vnde ſequitur quòd tollit meritum ab opere. Nam vt quidam ſenex dixit in vitis patrũ, ſicut fieri non poteſt, vt herba ſimul naſcatur & ſemen: ita impoſsibile eſt, vt laudem & gloriam ſæcularium habentes, ſimul & fructũ habeamus cœleſtẽ. Mira res! Ab ipſo bono opere vana gloria naſcitur, & ipſum bonũ opus à quo naſcitur veluti vipera enecat. Nam ſicut ſagitta plumis paſſerum, quibus *Simile.* vires volandi acquirit, ipſum paſſerem percutit; ſic vana gloria ipſum opus bonum, à quo vires aſſumit, & interimit, & ſine fructu aliquo efficit, immò & ipſum qui illam appetit, caſtigat. Nam ſecundum verbum Philoſophi, hoc ſolum habet vana gloria, quod ſe appetẽtes fugit, & ſe fugientes appetit. Secundò, debet odio haberi hoc vitium: quoniam magnas habet vires. Quare dicit Auguſtinus: Quas vires nocendi ha- *Auguſt.* bet vana gloria, non ſentit, niſi qui bellum ei indixerit. Quòd etſi cuiquam facilè eſt laudem non appetere, cùm negatur: difficilè eſt tamen ea non delectari, cùm offertur. Gregorius etiam ait: Aliquantulum fa- *Gregor.* cilè eſt humanam laudem non appetere; difficillimum oblatam reponere. Idem: Eſt timenda, quoniam illos vincit, qui cætera *Hieronym.* vitia vincunt. Vnde Hieronymus: Difficiliùs arrogantia caremus, quàm auro vel argento, & gemmis. Interdum enim his abiectis glorioſis tumemus ſordibus. Auguſt. *Auguſt.* Sunt qui de contemptu inanis gloriæ, vaniùs gloriantur. Tertiò, hoc vitium maximè cauendum eſt: quoniam remanet poſt alia. Vnde in libro Sentẽtiarum Proſperi *Proſper.* dicitur: Cùm omnia vitia ſuperauerit homo, manet periculum, nè mens benè ſibi conſcia potiùs in ſe, quàm in Domino glorietur. Vitium illud inuadit res ſacras, cùm alia vitia eas fugiant. Committitur etiam hoc peccatũ in Eccleſia, in ſeruitio diuino, & meliores in Eccleſia nititur maculare, ſcilicet, religioſos. Succumbere etiam facit viros religioſos ſpirituales in bello ſpirituali, ſicut humilitas facit triumphare. Sicut enim Dominus virtutem tribuit ei, qui de victoria

victoria dat ei gloriam; ſic vires non ſubminiſtrat ei, qui furatur ei gloriã. Deniq; quomodò non timẽda ſit vana gloria, quæ maximum impedimentum eſt ad credendum? Secundum illam Domini ſentẽtiam
Ioan. 5. Ioan. 5. Quomodò poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem quæritis, & gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non vultis? Quare hæretici omnes hanc gloriam humanam captare maximè appetũt, & vt eam conſequantur, diſcredunt, nouaq; figunt dogmata, quibus populi auram venentur. Fugiendum igitur magnopere eſt hoc vanæ gloriæ vitium, ſoliq; Deo honor & gloria tribuenda ſunt.
Leuit.27. Ideò quippè Dominus decimam partem bonorum noſtrorum ſibi dari mandauit, nouem partibus nobis retentis, vt inſinuaret ſibi omnia perfecta, nobis autẽ imperfectionem conuenire (in nouenario quippè numero imperfectio deſignatur, ſicuti perfectio in decennario, qui eſt numerus numerorum) ſecundum illud quod ſuprà ci-
Dani.9. tauimus: Tibi Domine iuſtitia, nobis autẽ
D. Thom. confuſio faciei. Id docet D. Tho. 2.2.q.87. art.1. Atq; adeò Chriſtus Dominus non eſt decimatus in lumbis Abrahæ, qui decimas tribuit Melchiſedech, licet ibi fuerit decimatus Leui, à quo vetus Sacerdotium prodijt: quoniam Chriſtus nullam maculam, aut imperfectionem contraxerat, vt alij
Hebr.7. Sacerdotes, ſecundum illud Paul. Hebræ. Talis enim decebat, vt nobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, & excelſior cœlis factus, qui non habeat neceſsitatem (quemadmodum & reliqui Sacerdotes) priùs pro ſuis, deinde pro populi
D. Thom. peccatis hoſtias offerre. D. Tho. 3.p.q.31. Et quemadmodum Mardocheus noluit ge-
Heſther. 13 nua ſua flectere ante Aman, veritus nè honorem Dei transferret ad creaturas; ſic nos gloriam, quæ ſolius Dei eſt, non nobis vſurpare debemus, ſed dicere cum Pſal-
Pſal. 113. miſta: Non nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Quod ſi nobis nimis infeſtum fuerit vitium hoc; Deo nos commendare debemus, dicentes: Domine vim patior, reſponde pro me. Nec tamen propter huius vitij timorem, quę bona ſunt, ac conducentia prætermittere debemus, ſed dicere, quod ſanctus ille Pater diabolo, qui ei vanam gloriam ingererat, reſpondit: Nec propter te hoc opus incepi, nec pro-
D. Thom. ter te dimittam. Sic docet D. Tho. opuſc.
Moralia. 64. cap. de vana gloria. *Cùm ergo facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt in Synagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, Receperunt mercedem ſuam.* In tribus operibus præcipuis nos admonet optimus Magiſter, nè ea ob hominũ gloriam faciamus. In eleemoſyna, quæ charitatis ac miſericordiæ opus eſt; in oratione, quæ eſt opus religionis ac fidei, ac in ieiunio, quod in Chriſtianis opus videtur ſpei. Sperantes quippè in eo, qui dixit: Beati qui nunc eſu- *Matth.5.* ritis, quia ſaturabimini, ieiunamus. Deſcendens ergo ad eleemoſynam, dicit: *Cùm ergo facis eleemoſynam*: quaſi diceret: Cùm facis dico, quia non ſemper poteris facere: nec enim ſemper facultas ſuppetit, vt voluntas faciendi eleemoſynam, ſecundum illud Ioan. 12. Semper pauperes habebitis vobiſ- *Ioan.12.* cum, & cùm volueritis, poteſtis illis benefacere. Et. 2. Corin. 8. Non vt alijs ſit remiſ- *2.Cor.8.* ſio, vobis autem tribulatio. Tribulatio autem fieret dantibus, ſi ſemper darent. Secundò, effectũ eleemoſynæ inſinuat, cùm dicit, *Facis*: quoniam nõ ſufficit verba bona pauperi dare, niſi cùm facultas adeſt opere ipſo ipſi prouideas, ſecundum illud. 2. Co- *Ibidem.* rinth. 8. Nunc verbo & facto oſtendite, vt quemadmodum promptus eſt animus voluntatis: ita & ſit perficiendi, ſecundum id quod habetis. Et Iacob. 2. Si frater, aut ſo- *Iacob.2.* ror nudi ſunt, & dixeritis eis: Ite in pace, & calefacimini, & ſaturamini, non dederitis autem eis, quæ neceſſaria ſunt corpori, quid proderit vobis? Tertiò, dicendo, *Eleemoſynam*, quod opus miſericordiæ ſignificat; deſignat quo affectu eleemoſyna tribui debeat. Debet enim ex miſericordia (quæ charitatis eſt filia) procedere, iuxta illud. 1. Ioan. 3. Qui habuerit ſubſtantiam *1.Ioan. 3.* huiuſmodi, & viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodò charitas Dei manet in illo? Et Iob. 30. *Iob.30.* Flebam quondã ſuper eo, qui afflictus fuerat, & compatiebatur anima mea pauperi. Et hoc eſt communicare neceſsitatib⁹ pauperum, quod docet Paul. Roman. 12. Et ſic *Rom.12.* intelligi debet illud Thob. 4. Noli auertere *Thob.4.* faciem tuam ab vllo paupere. Non enim poteſt intelligi, quòd ſemper & vbique, & omnibus pauperibus tribuere debeamus, cùm hoc impoſsibile ſit; ſed quòd ſaltim affectu omnibus commiſereamur, nõ auertentes faciem ab eis, quaſi contemnentes eos. *Noli tuba canere ante te.* Mos erat olim, vt ad ſonitum tubæ pauperes certa hora, & in certo loco conuenirent, vt ſic ab eis tollere-

tolleretur labor vagandi,& diſcurrendi per vicos & domos, & nullus exciperetur pauper ab eleemoſynæ beneficio, quod & faciebant Phariſæi, vt ab hominib⁹ viderentur. Quod tamen nos facere non debemus, ſed ſinamus tubas ad claſsicum vſum: vt

Virgil. Virgilius dicit:

Aërem ciere viros, Martemq́; accendere cantu.

Chriſtianorũ eſt in omnibus Dei gloriam

Laurẽtius Presbyter. quærere. Vnde Laurentius quidam, preſbyter Nouarienſis, de eleemoſyna dicit: Fructifera arbor non loquitur, ſed ex fructu cognoſcitur. Apes non in publico cellas intexunt, ſed ſub vili cortice, hinc tandem

Simile. gratia dulcoris. Quid eſt quod tu ex tua eleemoſyna gratiam ab hominibus captas? *Noli tuba canere ante te*, hoc eſt, noli ſicut muſica delectari vana hominum opinione & gloria. Perſonabat enim hominum laus, in auribus horum hypocritarum, ſicut muſica, quę aures dulcedine ſua afficere ſolet,

Amos.6. Iob.11. ſecundum illud Amos. 6. Sicut Dauid putabant ſe habere vaſa cantici. Et Iob. 21. Tenent tympanũ & cytharam, & gaudẽt ad ſonitum organi: tuba autem & organũ cum aëre ſuos ſonos emittunt. *Ante te.* Non dicit, Poſt te, tunc enim eſſet tentatio vanæ gloriæ inſequens opus bonum, cui & reſiſtere poteris. Ante te autem præcedere tubam, eſt talem intentionem accipiendi gloriam ab hominibus, præcedere opus bonum. *Sicut hypocritæ faciunt.* Multa de hypocritis in animo eſt accumulare in ſequẽti capitulo. Nunc autem id ſciendum eſt: quòd hypocrita apud Græcos idem eſt quod mimus; ſiue hiſtrio apud Latinos, qui in theatris alias perſonas agunt, quæ non ſunt. Agit enim perſonam Regis, qui pauper ſutor, aut ſartor eſt. Sic & hypocritæ perſonas ſanctorum fingunt, cùm ipſi interim in magnis deliteſcant peccatis. Et ſicut qui in theatro alias agunt perſonas, id faciunt, vt videãtur & ſpectatoribus placeant; ſic & hypocritæ quaſi in publico theatro opera ſua faciunt, vt ab hominibus

Albertus ſpectentur, & laudentur. Albert. Magn. dicit, quòd olim hiſtriones laruas Ducum & heroum induebant, & percuſſus aër vocis in laruam, ſonum grauem perſonabat, hoc eſt, boatum vocis inflatæ reddebat. Sic hypocritæ aura populi inflati ſono quodam vocis tumido; mira de ſeipſis prædicare non verentur. Hoc autem faciunt in Synagogis, & in vicis, vbi homines conuenire ſolent, vt videantur ab hominibus. Intentio hæc, bonum opus, non minus quàm modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Etſi enim (vt ſcribit Philoſophus. 1. Ethic.) laus præmium virtutis eſſe cenſeatur; ita tamen vt illud ſtudioſi nõ appetant, cùm virtus & ſummũ bonum propter ſemetipſum expetendum ſit. Qui autem gloriam propriam quærit, quomodò ijs incumbet, quæ ad Deum dirigi neceſſe eſt? ſecundum illud, quod ſuprà citauimus ex Ioan. cap. 5. Quomodò poteſtis credere, qui gloriam ab inuicẽ accipitis, & gloriã quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis? Et. 2. Cor. 11. Si gloriari oportet, nõ expedit quidẽ, quæ infirmitatis meæ ſunt, gloriabor. Et. 1. Tim. 1. Soli Deo honor, & gloria. Vnde Petrus Chryſog. ſerm. 9. ait: Dicet aliquis, Ergo in conuẽtu, in plateis, in triuijs, neganda eſt miſericordia, nõ præbẽdus eſt victus. Planè & in omni loco, & in omni tẽpore faciẽda eſt miſericordia, præbendus eſt victus, nuditas eſt tegẽda; ſed ſic quomodò docuit miſericordiæ author, vt miſericordia non terræ ſit nota, ſed cœlo, nõ hominibus ſit inſinuata ſed Deo. In plateis, in triuijs ſuũ pietas habet ſecretum; è contrà platea triuium eſt, cùm in ſecreto facit. Hypocrita nihil ſecretũ facit. Fratres, Deus monendo ſic vota culpat, non loca, ſenſum non opera, ſtudium non datorem iudicat. Non vbi facias quãdo facias, ſed qualiter facias: quia Deus de cordibus, non de manibus, facta metitur. Et de ſenſu, non de locis operum, colligit qualitatem. Miſericordiam coram ſe ſolo vult fieri, qui ſolius eſt miſericordiæ, & remunerator, & teſtis, & dicit Matth. 25. Eſuriui & dediſtis mihi manducare. Vult in paupere ſibi dari, & qui vult ſibi dari, vult quod datum eſt ſe debere. Et qui vult ſe debere quod datur, vult largientibus nihil perire. Deus parua poſcit, maxima redditurus. Vnde homo ſi in paupere Deo fœneras, teſtes homines non requiras, fides arbitros non requirit. De accipientis fide dubitat, qui ſine mediatoribus nihil dat. Qui credita diffamat, vrit verecundia debitorem. Ergo homo daturus Deo, da ſecretò, vt quod dederis non ſit oneris, ſed honoris. *Vt videantur ab hominibus.* Auguſt. ſerm. 60. de tempore: Qui enim (inquit) ideò facit eleemoſynam, vt ab hominibus ſe laudari deſideret, etiam ſi occultè fecerit, publicè facit: quia laudem ab hominibus quærit. Qui verò eleemoſynã pro ſolo Dei amore facit, & vt opus illud bonũ reliqui imitentur,

Ariſtot. *Ioan.5.* *2. Cor.11.* *1. Tim.2.* *Petr. Chryſologus.* *Matth.25* *Auguſt.*

tur, & non ipſe, ſed Dominus collaudetur, etiamſi publicè faciat eleemoſynã, abſconſè facit: quia prò eleemoſyna illa non hoc quod videtur, ſed hoc quod non videtur, deſiderat, nec ab hominibus laudem, ſed à Deo mercedem optat accipere. *Amen dico vobis, Receperunt mercedem ſuam.* Hoc eſt, quam ipſi in opere ſuo intenderunt. Vnde Diuus Hieronymus hìc: Suam (ait) non Dei mercedem receperunt. Verbum præteriti temporis oſtendit mercedem de hoc ſæculo intelligi: merces enim quam à Deo expectamus, in futurum repoſita eſt; laudati ſunt enim ab hominibus, quorum cauſa exercuerunt virtutes. Hæc ille. Non autem debes intelligere, quòd tales in futurum non iudicabuntur, ſed tantum quòd illud quod erat bonum in illo opere, in hac vita ſuum præmium accepit, quod illi exquiſierant, nempè hominum gloriam ac laudes: quare in futura nullum accipiet. Fallacia verò, quæ coniuncta eſt ei operi à Deo qui ſolus eam cognoſcere poteſt, punietur. *Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua.*

Hieron.

Auguſt. Auguſtinus lib. 2. de ſermone Domini in monte, capite. 4. refert quaſdam opiniones circa intelligentiam huius loci, & eas reijcit. Quare prima eſt, quòd per ſiniſtram intelligantur infideles, hoc eſt, quòd eleemoſyna non ſit facienda coram infidelibus. Hanc opinionem confirmat Chry-

Chryſoſt. ſoſtomus in imperfect. ſuper hunc locum, ex Canone quodam Apoſtolorum hoc præcipiente, qui tamen Canon iam non inuenitur in his, qui modò ſunt, nec talis

Auguſt. ſententia vera eſſe poteſt, vt Auguſtinus ibi docet. Et idem de illis, qui dicunt per ſiniſtram intelligi inimicos. Nam Chriſtus Dominus, & Apoſtoli, & coram infidelibus, & coram inimicis ſanabant infirmos, & opera miſericordiæ præſtabant. Nec verò per ſiniſtram intelligitur vxor (vt aliqui etiam Thomiſtæ intelligunt) exiſtimantes, quòd cùm mulieres tenatiores eſſe ſoleant, ab illis debere maritos occultare eleemoſynam, nè ipſam impediant: quoniam hoc omni probabilitate caret. Sed Auguſtin. per dexteram intentionem operis, per ſiniſtram verò appetitum humanæ laudis intelligit. Vel per dexteram intentionem implendi legẽ, per ſiniſtram, laudem delectationis accipiamus; nam tũc valor operis perijt. Cùm enim (ait) conſcientiæ facientis eleemoſynam, miſcet ſe appetitio laudis humanæ; fit ſiniſtra conſcientia operis dextrę. Neſciat ergo ſiniſtra tua quid faciat dextera tua, hoc eſt, non ſe miſceat conſcientiæ tuæ appetitio laudis humanæ, cùm in eleemoſyna facienda diuinum præceptũ contendas implere. *Vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito.* Hæc verba per hyperbolem legenda ſunt, per quendã exceſſum, & eminentiam. Hyperbole figura eſt, cùm dictio excedens fidem ponitur augendi, vel minuendi cauſa, vt. 2. Reg. 1. Saul *2. Reg. 1.* & Ionathas dicuntur aquilis velociores: minuendi cauſa, cùm aliquis dicitur teſtudine tardior. Ita hic locus hyperbole cum metaphora eſt. Ac ſi diceret: Taliter humanos conſpectus fugere debes, in faciendo eleemoſynã, aut alia bona opera; vt ſi fieri poſſet à te ipſo cauere deberes nè ſcires. Ac certè tunc neſcit homo opera ſua, quæ ipſe facit: quando ita facit ea, ac ſi nihil faceret. Contemnit enim opera ſua, cùm ea videat mille deffectibus mixta, & eſſe tanquam pannus meſtruatæ, quòd ſi aliquid boni habent, intelligit eſſe à Deo (vt ſuprà diximus) habet ſe quaſi neſciens ea. Hoc enim *Leuit. 1.* ſignificabat turturis ſacrificium; nam cum iugulabatur retorquebant caput eius ad collum: vt intelligas quòd cùm te in bonis operibus ſacrificium offers Deo, debes auertere caput, quaſi abhorrendo opera tua, quæ cùm à te ſolo prodeunt, nullius valoris ſunt, & ipſemet neſcis an amore vel odio digna ſint, an fortè aliqua ſiniſtra intentione commaculentur. Sed te debes ha- *Simile.* bere veluti viator, qui auiditate magna pergens ad patriam, non illud iter quod perfecit, ſed quod perficiendum reſtat, attendit; immò nihil aliud in mente gerit, quàm ad patriam ſuam iam accedere. Sic nihil aliud cogitare debes, niſi finem tuum conſequi, qui eſt Deus. Quemadmodum & Paul. dicebat: Quæ retro ſunt obliuiſcens, *Philip. 2.* ad ea quæ ante me ſunt, extendo meipſum, Sequor autem, ſi quo modo comprehendam. Quare ſeruus Dei id petere debet à Deo, & dicere: Domine oro vt ſanctus ſim, & ignorem egomet me eſſe ſanctum, *Sea yo ſanto ſeñor, y no lo ſepa yo.* Neſciat ergo ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Sacra Scriptura per mẽbra noſtra, quæ nobis inhærent, intima nr̃a intelligere vult: quemadmodũ ſuprà dixit: Si pes tuus, vel manus tua ſcandalizat te, hoc eſt, ſi ea quæ intimiora ſunt tibi ſcandalũ præbent, abſcinde, &c. Sic modò ab intimis tuis cauere debes nè

ob eorum laudes eleemoſynas elargiaris, velab his caue ob hoc ipſum, qui tàm propinqui tibi ſunt, ſicut manus ſiniſtra dexteræ. Et ſic intellecta hæc ſententia (ait Caiet.) poteſt eſſe præceptum, vel cautela. Præceptum in hoc ſenſu, vt ſi velimus, q̃ adimpletio legis ac conſiliorum meritoria ſit coram Deo, non debemus ea ſiniſtra intentione facere; ſed ab omni exteriori reſpectu ac alieno à Deo intentionem noſtram auertere & celare: hoc enim exigitur ad hoc, quod legis adimpletio ſit grata Deo. Si autem ſit cautela, id erit dicere, ita parum noſtræ infirmitati nos debere confidere, vt & nos ipſos in noſtris operibus caueamus, quaſi diffidentes nobis, nè fortè aliqua praua intentio omnia opera noſtra inficiat. *Vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & Pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.* In abſcondito intelligitur modo ſuprà explicato, vt per opera noſtra non intendamus oculis hominum placere, ſed oculis Dei, qui abſcondita noſtra penetrat, ſecundum illud Iob. 31. Nonnè omnes vias meas, & greſſus meos dinumerat? 3. Reg. 8. Solus nouit corda filiorũ hominũ. 2. Reg. 16. Homo videt ea quæ apparẽt, Dominus autem intuetur cor. Hiere. 17. Ego Dominus ſcrutans corda. *Videt in abſcõdito.* Non modò, quia omnia illa quæ in corde latent, cognoſcit; ſed quia ex his hominum iuſtitiam diiudicat, nam ex corde prodeunt homicidia, adulteriaque, &c. Matth. 15. Ita veri adoratores adorãt in ſpiritu & veritate. Ioan. 4. Pſallã ſpiritu, pſallam & mente. *Reddet tibi.* In antiquis exemplaribus Græcis (vt ſupra diximus) additur. In propatulo reddet tibi, ſiquidem te non modò coram Angelis ſuis, ſed & coram omnibus maiori gloria donabit. Reddet, id eſt compenſabit, & retribuet. Reddet enim vnicuiq;, ſecundum opera ſua. Et Eſai. 3. Retributio manuum ſuarum fiet illi. Reddit autem Deus pro eleemoſyna multiplicia bona, nimirũ temporalia in præſenti. Prouer. 28. Qui dat pauperi, nõ indigebit. Iterum ibidem: Qui deſpicit deprecantem, ſuſtinebit miſeriam. Et Luc. 6. Date, & dabitur vobis. Reddet & gratiam. Tob. 4. Eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat. Date eleemoſynã, & ecce omnia mũda ſunt vobis. Reddet & in futuro vitam æternam. Luc. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Sed de hoc ſtatim. Hic eſt ſenſus germanus huius ſententiæ, Neſciat ſiniſtra tua.

Iob. 31. *1. Reg. 8.* *2. Reg. 16.* *Hiere. 27.* *Matth. 15.* *Ioan. 4.* *1. Cor. 14.* *Matth. 16* *Eſai. 3.* *Prouer. 28* *Luc. 6.* *Tob. 4.* *Luc. 11.* *Luc. 16.*

Myſticè verò ſic intelligenda eſt, quòd per dexteram, atq; ſiniſtram vtramq; hominis naturã percipiamus ſpiritualem, ſcilicet, & carnalem, ita quòd ſpiritualis ſit dexterа, carnalis ſiniſtra. In quocumque igitur opere exequẽdo neſciat ſiniſtra quid faciat dextera, hoc eſt, ſpiritus nullatenus cõſulat carnem: quoniam carnis rationes, atq; motiui omninò aduerſantur ſpiritui, ſecundum illã Paul. famoſam ſententiam: Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Fortiſſimus ille Samſon in capillis capitis ſui habebat ſitam illam ſuam magnam fortitudinem Philiſtæis hoſtibus ſuis ignorantibus. Quis enim ſcire poterat, quod in re tam fragili, qualis eſt capillus, tanta eſſet fortitudo celata? Dum ergo hoc tacuit ſecretum, omnes funes ac vincula Philiſtæorum dirumpebat. At poſtquam id Dalidæ Philiſteæ reuelauit, protinus in manus inimicorum traditus eſt, atq; ab eis illuſus & excœcatus. Philiſtæa ſiniſtra dicitur: Neſcit Philiſtæus ſiniſter, hoc eſt, mundanus, atq; carnalis, in quo ſuam habeat fortitudinem vir iuſtus atque ſpiritualis; habet enim eam in pillis capitis ſui, quæ res delicatiſsima eſt, hoc eſt, in rebus ſpiritualibus, commutat quippè (ſecundum Eſaiæ teſtimonium) fortitudinem ſuam, quam non in caducis rebus, quales ſunt ea quæ ad carnẽ attinent; ſed in perennib⁹ & ſpiritualib⁹, qualia ſunt ſpiritualia, eam collocat, nimirum in ſufferendis iniurijs, in perſequutionibus tollerandis, in fame, & ſiti, in labore & erumna, in vigilijs & ieiunijs multis, quo quid remotius à carnalium opinione eſſe poteſt? Non ergo hæc cum Philiſtæa ſiniſtra, hoc eſt, cum carne tua conferas, nec conſilium ab ea capias, aliàs ſuis blandicijs auferet à te hanc magnam fortitudinem tuam, atq; in vincula conijciet te, & oculis euulſis ad piſtrinũ deſideriorum eius, quæ varia ſunt, molere faciet. Niſi fortè velut alter Aiot vtrã; manu pro dextra vtaris, & cum Paulo dicere poſsis: Per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris. Vir quippè iam vndique in virtute perfectus, qui carnem ſpiritui ſubdere didicit, atq; deſeruire cogit, iam ſiniſtra p dextra vtitur; caro quippè ipſa vi conſuetudinis ſpiritualis facta, iam libenter ad onera ſpiritus operã ſuam ſubminiſtrat, quare talis non eſt cur ſiniſtram timeat, cum dextera iam facta ſit.

Moralia. *Galat. 5.* *Iud. 16.* *Eſai. 40.* *Iud. 3.* *2. Cor. 6.*

Etiam

Etiamſi caro ſciat ieiunandũ, aut vigilandum eſſe, nec remittitur nec recalcitrat, nec triſtatur, nec terga vertit, ſed cum gaudio munia etiam ſpiritus exequitur; ita vt dicere poſsit cum Dauid: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Igitur dum talem perfectionem aſſequutus non fueris, quam fortè per totam vitam tuam aſſequi nullatenus poteris, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Non carnis conſilia captes, nec eius rationibus acquieſcas, ſed accipe conſiliũ illud Sapiẽtis, qui Eccl. 7. dicit: Noli cõſiliari cũ ſocero tuo, & à zelantibus te abſcõde conſilium, quia omnis conſiliarius prodit conſilium, ſed eſt conſiliarius in ſemetipſo, hoc eſt, nec cũ carne, nec cũ agnatis eius ſecreta ſpiritus tractes, ſed tecũ in abſcondito cordis tui cũ temetipſo, hoc eſt, cũ tuo ſpiritu, qui potior pars tui eſt; ac proinde ab ipſo tu ipſe denominaris, huiuſmodi arcana pertracta. Quod eſt clarius dicere: Nè ducaris carnis rationibus, ſed ſpiritus & rationis. Vndè & Sponſa dicebat. Lęua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Id eſt dicere: Carnem quæ lęua eſt, nolo videre, ſed ſubtus eam habere opto: dextera autem (hoc eſt ſpiritualibus rationibus) me totam circumplecti deſidero. Caro quippè me ſuadet, vt de inimicis meis vindictam ſumam, aliàs quaſi timidus, & inhonoratus habebor, ſpiritus vero fide illuminatus docebit nè id faciam, vt ſim filius Dei, qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, &c. Hoc ſibi velit diabolus, vt Philiſtææ, id eſt, lęuæ ſuaſionibus acquieſceres, vt non oculis fidei, ſed carnis, ea, quæ facturus eſſes, cerneres. Sicut Rex Naas Ammonites hoc petebat à filijs Iſraël, vt oculos ſuos dextros erueret. Hoc & aduerſarius petit, vt mentis oculo obcœcato, per carnis oculum ducereris, & illi myſteria tua panderes, ac cum Samſone perires. Et quia homines hodie non diuinis rationibus aguntur in ſuis operationibus, ſed mundanis & humanis; ideò tot hæreſes, tot peccata, tot ſtrages, homicidia, crudelitates, ac immania facinora exercentur. Non ergo ſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua. Vias enim, quæ à dextris ſunt, nouit Dominus, peruerſæ verò ſunt quæ à ſiniſtris ſunt. Prouer. 3. Quare reprobi à ſiniſtris erunt.

Pſal. 83. *Eccleſ. 7.* *Cant. 2.* *1. Reg. 11.* *Prouer. 3.* *Matth. 25*

Moralitas de eleemoſyna.

Sed quoniam iterum non redibit ſermo, vt de eleemoſyna miſericordiæ filia tractemus, hî (licet obiter) nonnulla de eius laudibus dicamus. Primum autem modum, quo eleemoſyna fieri debet, explicemus, ex verbis Chriſti hic dicentis. *Te autem faciente eleemoſynam.* In quibus verbis tria ſignificantur, diſcretio facientis, perfectio facti, & commiſeratio eius cui fit. Primùm dicendo (te) quaſi dicat, Non alio quodam. Nam cùm ob hominum laudem eleemoſynã pauperi damus, non facimus, ſed vendimus illam. Cum pauperis importunitate extorquetur à nobis, non facimus ſed cogimur. Tunc autem nos facimus, quãdo ſola gratia & volũtate facimus. Nã ideò eleemoſyna vocat omnis gratia, quia gratia vult dari, & in cauſa, & in dato, & in intentione, ſicut Paul. 2. Cor. 9. ait: Potens es Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt abundetis in omne opus bonum. *Faciente.* Hoc denotatur operis perfectio, quæ his circũſtantijs veſtiri debet. Debet quippè eleemoſyna largiter & profuſè fieri, non tenuiter atq; contractè. Secundò, fieri debet bonis verbis, leniter & gratioſè, platis. Tertiò, expeditè & citò dari debet. Quartò, debes diſcretè attẽdere cui des. De primo dicit Prou. 3. Honora Dñm de tua ſubſtantia, & de primitijs frugũ tuarũ da pauperibus. Non enim honorat Deũ, qui nõ tribuit munus quod Deo dignum ſit, nec de primitijs offert, qui vilia dat. Vnde Abel Geneſ. 4. obtulit Deo de adipibus gregis ſui; & Dñs per Prophetã cõqueritur, dicẽs: Si offeratis languidũ & claudum, nonnè malũ eſt? Quod & Paul. 2. ad Corin. docet his verbis. Præparẽt benedictionẽ, ſic, quaſi benedictionem, non quaſi auaritiã. De lenitate autẽ ſermonis dicitur Eccleſ. 18. Nonnè ardorẽ refrigerabit ros? Sic, & verbum melius quàm datum: & ideò à Paulo eleemoſyna vocatur benedictio: quoniam ſimul, cum beneficentia operis debet eſſe bona dictio in ſermone. Cur duris verbis pauperes tractas, qui Chriſti tui perſonam repræſentant? Quod autem expeditè & celeriter fieri debeat: habetur Prouerb. 3. Nè dicas amico tuo, Vade & reuertere, & cras dabo tibi, cùm ſtatim poſsis dicere. Cum diſcretione etiã debet fieri eleemoſyna, vt det plus indigẽti, & taliter quòd non alijs fiat remiſsio, nobis autẽ tribulatio, & illis occaſio detur peccandi, quinimò ſubtrahatur furandi. Vnde Eccleſ. 12. Si benefeceris, ſcitò cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa. Et Rom. 12. Rationabile obſequium veſtrum. *Eleemoſynam.* Debet eĩm eleemoſyna ex cõpaſsione fieri, & cõmiſeratione miſeriæ eius cui tribuit. Quarè nõ eſt danda ei, qui non indiget, ſecundũ illud Eſai. 56. Frãge eſurientibus panẽ tuũ, & egenos, vagoſq; induc in domũ tuam, cùm videris nudũ operi eũ. Nec eĩm ſemẽ ſuper aliud ſemẽ ſerit, nec ager qui iam ſeminatus eſt, iterũ ſeminat. Vnde Pſal. 125. Euntes ibãt, & flebant mittẽtes ſemina ſua. Flebant ex cõmiſeratione alienæ miſeriæ, & ibi ſeminabãt miſericordiæ fruct⁹, vbi

2. Cor. 9. *Prouer. 3.* *Genes. 4.* *Matth. 1.* *2. Cor. 9.* *Eccleſ. 18.* *Prouer. 3.* *Eccleſ. 12.* *Rom. 12.* *Eſai. 56.* *Simile.* *Pſal. 125.*

vbi indigentiã eius videbãt. *Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua.* Hic inſinuatur, q̃ ſimpli ci intentione eleemoſyna dãda ſit, vt diximus,
Rom.12. ſecundũ illud Paul. Qui tribuit in ſimplicitate. Si eĩm dextera eſt vnde incipit motus, ſiniſtra defectus carnis, periculoſæ ſciret ſiniſtra opus
Rom.7. bonũ: retraheret eĩm dexterã ab illo. Apoſtolus quidẽ delectabatur legi Dei, ſecundũ interiorem hominẽ, ſed ſiniſtra eſt illud nõ bonũ, quod habitat in nobis, & propellit ad mala.
Mich. vlt. Mich. vlt. Ab ea quę dormit in ſinu tuo cuſtodi
Geneſ.22. clauſtra oris tui. Et cùm Abrahã aſcenderet in montẽ, ad ſacrificandum Dño filium ſuũ, dixit pueris ſuis: Spectate me hîc cum aſino, ego & puer illùc vſq; properãtes, cùm adorauerimus reuertemur ad vos. Puer eſt ſpiritus, qui ab homine aſſumẽdus eſt, ſerui ſunt curæ carnales, & aſinus eſt corpus, qui relinquẽdi ſunt tẽpore ſacrificij noſtri, nè retrahãt, vel diſtrahant nos ab eo. Vnde etiã famulis ſuis occultũ erat ſacrificium Abrahæ. *Vt ſit eleemoſyna tua in abſ-*
Eccleſ.29. *condito*, ſecundũ illud conſiliũ Sap. Abſconde eleemoſynã in ſinu pauperis, & ipſa exorabit p̃ peccatis tuis. Obſeruandũ quippè eſt, q̃ antè orationem eleemoſynã hic nobis proponit Chriſtus: quoniã oratio, vt recta ſit, debet fundari in operibus miſericordiæ: nam animalia illa ſancta, quæ vidit Ezech. habebant manus hominum ſub pennis eorum. Pennæ orationẽ referunt, quæ eleuat mentẽ ad Deum; tamen debet habere pro fundamẽto manus hominũ, quę denotãt miſericodiæ opera, ſecundũ illud
2. Cor. 5. Pau. Siue mẽte excedimus Deo, ſiue ſobrij ſumus vobis: quoniã licet vir ſpiritalis per contẽplationis pennas, vſq; ad tertiũ cœlũ euehatur; tamẽ aliquando deſcẽdere debet, & cõdeſcendere proximorũ vtilitatibus, ſicut & Chriſtus Dñs faciebat aliquãdo, qui cũ pernoctaſſet in orationibus in monte, tamẽ die facto deſcẽdebat, vt famelicos paſceret, & infirmos ſanitati reſtitueret. De recomẽdatione autẽ eleemoſynæ inter alia q̃ plurima quæ afferri ſolent, hoc vnum in ipſo ſtatim veſtibulo ſeſe mihi offert, quod me ſemp in maximã admirationẽ rapuit.
Matth.25 Quôd cũ Matth. referat vltimã illã ſententiã, quã Dñs prolaturus eſt in die iudicij, & in dãnationem malorũ, & in fauorẽ bonorũ, nullam aliã rationẽ aſsignat præmij bonorũ, niſi exercuiſſe opera miſericordię, nec aliã aſsignat cauſam dãnationis reproborũ, niſi eadẽ opera neglexiſſe. Ait quippè ibi Matth. Tũc dicet Rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, poſsidete paratũ vobis Regnũ à cõſtitutione mũdi. Cur, ô iuſtiſsime iudex, tantũ eis bonũ paraſti? Nunquid quia ieiunarũt? quia miracula fecerũt? quia pro te tormẽta & mortẽ oppetierunt? Bona quidẽ hæc opera, ſed nõ ea hic modò cõmemoranda cẽſeo; ſed quæ ſequũtur tantũ. Eſuriui eĩm, & dediſtis mihi manducare; ſitiui & dediſtis mihi bibere; hoſpes eram & collegiſtis me; nudus & operuiſtis me; infirmus & viſitaſtis me; in carcere erã & veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt iuſti, dicẽtes: Dñe, quãdo te vidimus eſurientẽ, & pauimus? ſitientem, & dedimus tibi potũ? quando autẽ te vidimus hoſpitẽ, & collegimus te? aut nudũ, & cooperuim⁹ te? aut quãdo te vidimus infirmũ, aut in carcere, & venim⁹ ad te? Et reſpondẽs Rex, dicet illis: Amẽ dico vobis quandiù feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet Rex his qui à ſiniſtris erũt: Diſcedite à me maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Quid cauſæ eſt, q̃ tã rigidè illos dãnas Dñe Deus? Nunquid quia nomẽ tuũ tota die blasphemauerunt? quòd homicidæ, adulteri, facinoroſiq; fuerũt? Minimè. Immò licet nihil horũ fecerint, tamẽ ſi opera miſericordiæ dimiſerũt, cùm tenerẽtur, ob hoc dũtaxat condẽnaſſem eos. Tunc reſpondebũt illi: Dñe, quando te vidimus eſurientẽ, & non pauimus te? aut ſitientẽ, &c. Amen dico vobis, Quoties non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis. O verba prorſus omnẽ pietatẽ ac miſericordiam redolẽtia! quod pauperi tribuis, Chriſto tribuis; quod pauperi tollis, à Chriſto auferis. Sicut cũ B. Mart. partẽ chlamydis dedit pauperi, ipſe Chriſt⁹ illa coopert⁹ apparuit ei:
Hieronym. vnde D. Hiero. ait: Quotieſcũq; manũ pauperi porrexeris, Chriſtum cogita: ac ſi diceret: Ipſe
Auguſt. Chriſt⁹ eſt cui in paupere eleemoſynã tribuis. Et D. Aug. ait: Grãdis crudelitas & ingratitudo eſt, q̃ petat à te Dñs tuus partẽ earum rerũ quæ tibi cõtulit, & tu impudẽter ac crudeliter deneges ei. Habes quid cõferas meretrici, aleatori, paraſyto, & filio tuo, vt profundat ac diſſipet, & dicis te nõ habere quid tribuas Deo tuo, in paupere ſuo neceſsitatẽ patienti? Fac ſaltem hãc cũ Deo tuo partitionẽ. Si duos filios habes, ſit Chriſtus tertius, & q̃ de duob⁹ ſuperfuerit, tribue ei tanq̃ tertio. Si quatuor habes, ſit Chriſtus tuus quintus, & q̃ ex quatuor ſuperauerit, Chriſto tuo, qui quintus eſt, confer. Quid conuenientius inter te & Deũ tuũ excogitari poteſt? Id ei ſufficit cũ hoc contentus euadet. Id
Matth.25. Chriſtus exprimere voluit in parbola talentorum, quando Rex quidã peregrè proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et vni dedit quinque talenta, alij verò duo, alij vnum. Et cùm redijſſet, accepto Regno, poſuit rationem cum eis, quidnam cũ pecunia ſua negotiati fuiſſent. Et acceſsit qui quinq; talenta acceperat, & dixit: Dñe quinque talenta tradidiſti

didiſti mihi; ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum. Similiter, & qui duo acceperat, quos Dñs in quinq; ciuitatibus ac duobus præmiauit. Cæterũ, qui vnum talentũ acceperat, abiens fodit in terrã, & ibi poſuit illud, & integrũ reſtituit Dño ſuo, exiſtimans id ſufficere ſibi. Iratus tamẽ Rex illũ durè increpauit, q̃ pecuniam ſuã non poſuerit ad mẽſam, & ad vſuras, & iuſsit vt tollerẽt pecuniã ab illo, & darent illi qui habebat decem talẽta; ipſum verò ligatis manib⁹ ac pedib⁹, mitti in tenebras exteriores. Rex iſte Chriſtus Dñs eſt, qui in regionẽ cœleſtem tam elongatam à nobis abijt, interim tamẽ bona ſua nobis reliquit, hæc ſunt & bona naturalia & gratiæ, immò etiã bona fortunæ. Nam licet hæc minimũ locũ, inter omnia teneant; tamẽ quia inſtrumẽta poſſunt eſſe ad beatitudinẽ, inter hæc bona etiam cõputari poſſunt. De his ergo intelligendo parabolã iſtã, ideò hæc bona confert nobis Deus, vt diſtribuẽdo ea pauperibus æternã nobis cõparemus vitã. Hoc enim eſt exponere pecuniã adviſuras, dare eã pauperib⁹,
Prouer. 19 ſecundũ illam celebrẽ Sapien. ſententiam, qua dicit. Dño fœneratur, qui miſeretur pauperis. Quã ſententiam miris modis am-
Chryſ. plificat Chryſ. O quã ſecurè (ait) tuã collocas pecuniã, ſi Dño ad vſuras tribuis! Homo quippè non ita ſecurus eſt. Poteſt enim & cũ capitali, & cum redditib⁹ fugere. Poteſt & mentiri, atq; te fallere. Poteſt & in pauperiẽ deuenire, & impotens eſſe ad reddẽdum. Quare periculoſè ei credis pecunias tuas: Qui autẽ Dño dat, in tuto eas collocat. Deus quippè non indiget bonis tuis. In hoc enim Deus eſt, q̃ nullius eget, ſecundũ
Pſal. 15. illud Pſal. Ego dixi Dño, Deus meus es tu: quoniã bonorũ meorũ non indiges; & ideò non fugiet cũ eis, nec à te furabitur ea, nec te decipiet: quia nec falli nec fallere poteſt. Nec timeas eũ in miſeriã, aut inopiã poſſe deuenire: quoniã ſecũ habet diuitias & glo-
Prouer. 8. riam, opes ſupernas & iuſtitiã, vt Sap. dicit: In ſeipſo quippè diuitias, abundantiãq; omnium habet. Non igitur te fraudabit, ſed ſaluo ſemper capitali copioſiſsimũ tibi lucrum accumulabit, hic & in futuro, ſicut & ipſe dixit. Centuplũ accipies, & vitã æternam poſsidebis. Vidiſti nè hominẽ ob eleemoſynarũ largitionẽ in pauperiẽ aliquãdo deueniſſe? Nunquã certè. Non ob hoc dũtaxat, q̃ nullus tantũ in eleemoſynas profundit, vt ſibi detrimentũ paret, verũetiam quoniam Deus in hac vita numerata pecunia ſoluit, cum lucro, quod ei tribuiſti; etſi modò, quia inſtat fratris neceſsitas ei ſuccurris cũ aliquo detrimẽto tuæ rei, ille alia via, quã tu neſcis, tibi illud lucrũ ceſſãs, aut damnũ emergẽs maximo cũ lucro reſtituet. Cùm igit in die iudicij Rex Chriſtus Dñs reuerſus fuerit ad mundũ, eos qui nõ ſolùm ſpiritualibus, verùm & tẽporalibus merita ſua accumularũt diſpertiendo, & dãdo pauperibus, in ſedes cœleſtes, diuitijs ac gloria plenos collocabit; eos verò qui auaritia, & puſillanimitate pecunias ſuas in terra ſuffodientes ſeruauerint, in thecis ęreis occludentes, nec pauperibus erogãtes, in infernorum tenebras intrudet. Et ſimul mãdat, vt pecunia illius alteri detur; quod in præſenti cernim⁹ oculis nr̃is. Videmus quippè multos opulẽtos mercatores, in pauperiem redactos, atq; ſeruos ſuos diuitijs affluẽtes: quoniã fortè iſti miſericordes in pauperes extiterunt, & illi nimiũ tenaces fuerũt, ſecundũ quod & Sap. dicit: Argentũ impiorum diuidet iuſtus. Et hoc eſt enigma illud mirabile, quod hodie inter pꝓceres & diuites huius mũdi cernitur. Eorũ progenitores non adeò diuites ſicut filij eorũ fuerũt (aucta quippè res eorũ temporũ curriculo eſt) & tamẽ patres ac proaui eorũ, plus ſplẽdoris ac maieſtatis in domib⁹ ſuis habuerunt, & nihilominus ſic eorũ res familiaris abundauit, vt & hoſpitalia cõdere, eccleſias ac mõaſteria ædificare, magnaſq; illis diuitias ac redditus annuos relinquere potuerint. Filij verò eorũ, qui modò ſunt, poſsidẽt plures agros, populos, auctiora tributa à vaſallis accipiunt, & minus ſplẽdent maieſtate clientulorũ, equitũ, atq; comitatus, q̃ patres eorũ; & tamẽ ſemper in egeſtate ſunt, immẽſum æs alienũ conflauerũt, totã rẽ ſuã in annuos cẽſus expendũt, nec aliã poteris reddere rationẽ niſi hãc, quã ego dicã tibi: quoniã eorũ patres ac proaui, in communẽ vtilitatem expendebãt res ſuas: vt Mauros debellarẽt, equites ac milites plurimos alebant, irruptiones q̃ plurimas in Mauros facientes, Regibus ꝓprijs ſumptibus in ſuis bellis ſeruiẽtes: deinde hoſpitalia, monaſteria, ac domos publicas cõdentes. Iſti è cõtrà cũ aleatorib⁹, & meretricib⁹ conſumũt bona ſua, & nõ ſolũ opera publica nõ erigũt, ſed ea quę patres ſui erexerũt, diripere cupiũt, litibus, ac thecnis eorũ bona vſurpãdo; quæ patres eorũ illis reliquerunt prætextu fictitię alicuius cauſæ, dicẽtes bona illa nõ fuiſſe libera, ſed maioricatui annexa, vel q̃ extra quintã partẽ bonorũ erãt. Ecce quid præſtet benè expẽdere res tuas. D. Chryſ.

ait. Hoc maximè diuites torquet, cùm ex hac vita diſcedunt, q̃ diuitias ſuas ſecũ deferre nõ poſſunt. Vis, ô diues, conſiliũ optimum, quo poſsis omnẽ tuã ſubſtantiã tecum in aliã vitã transferre? Inter pauperes diſpertire illã, & in alio ſæculo inuenies eã. Ipſi quippè erũt curſores, qui quicquid illis ꝓpter Deũ dederis, in conſpectu Dei collocabunt. Ibi enim iterũ diuitias tuas reperies, in multo maiora bona commutatas. Id
Eccleſ. 11. vult dicere Sapiens. cùm ait: Mitte panem tuũ ſuper tranſeuntes aquas: quia poſt tem-
Simile. pora multa inuenies illum. Apud lacunas, quæ dicũtur de Vrbion, ex quibus fluuius Duerus emanat, fertur id cõtingere. Quòd ſi lignũ mittas in eis, protinùs ſubmergitur, & poſt aliquod interſtitiũ tẽporis, longè à loco in quo ſubmerſum eſt, apparet. Sic qui in pauperes diuitias ſuas erogat, videtur q̃ ſibi ſubmergantur & pereant, tamẽ tranſacto tẽpore, in æternitate eas inueniet. Videbit illuc ſuas eleemoſynas prodire. Pauperes autẽ ſunt aquæ: nam ſicut aquę tranſeunt, ſic & homines tanquam inundantes aquæ, iſti poſt illos tranſeũt properãtes ad mortẽ. Vnde alia litera habet: Mitte panẽ tuum ſuper faciem aquarũ, hoc eſt, ſuper pauperes, quorũ facies aquis lachrymarum
Acto. 9. humectatæ ſunt. In actib⁹ Apoſtolorũ erat quædã mulier vidua nomine Tabitha, plena eleemoſynis ac operibus bonis, quæ ex infirmitate quadã mortua eſt. Et accerſito Petro poſt mortẽ eius, orauerũt pro ea ipſum pauperes, oſtendentes tunicas, caligas, & veſtes, quas faciebãt illis Dorcas (ſic eim etiã appellabatur.) Quas cùm videret Petrus, eam ſuis orationib⁹ ſuſcitauit, ac viuã illis reſtituit. Pauperes quibus benefeceris præcedentes te oſtẽdent in conſpectu Dei bona quæ eis cõtuliſti, & orabũt pro te ad Deũ, quorum orationib⁹ propter tua bona opera factis te ſuſcitabit Deus in nouiſsimo die, vt ſecũ viuas in æternitate. Sic enim & Sapiens dicit: Abſcõde eleemoſynã in ſinu
Eccleſ. 29 pauperis, & ipſa orabit pro te ad Deũ. Sic & B. Laur. reſpondit tyranno ſciſcitanti ab eo, vbi nam eſſent theſauri Eccleſiæ, & dixit: Facultates Eccleſiæ quas requiris, iam in cœleſtes theſauros manus pauperũ deportauerũt. In quadã prouincia mos erat, vt eum quẽ Regem ſibi conſtituebãt poſt aliquot annos à regno ſuo ipſum exulẽ in quãdã miſerrimã inſulam mitterent. Elegerũt quẽdã hominẽ minimè ſtultũ in Regẽ, ipſe autẽ eo tẽpore quo duraturũ erat imperiũ ſuũ, congregãs diuitias ac delitias quas potuit, eas oẽs in inſulã illã tranſmeare fecit. Quare cũ poſtea Regno priuatus ibi exularet, reperit bona quæ ibi tranſtulit, & illis fruitus eſt. Sic & nos debem⁹ facere. Tẽporaria eſt vita nr̃a, etiãſi Rex ſis, amiſſur⁹ es aliquãdo Regnũ, & exul ad alterius vitæ inſulas mittendus es, illũc ergo oĩa bona tua trãsfer. Quod facies ſi pauperib⁹ tribueris, vt cùm illũc trãſmeaueris de bonis tuis opulẽtus fias. Beati eĩm de bonis operibus ſuis
Eſai. 3. paſcuntur in alia vita, ſecundũ illud Eſai. Dicite iuſto quoniã benè: quoniam fructũ adinuentionũ ſuarũ comedet. Item idem
Chryſoſt. Chryſ. ait: Fœminæ veſtibus magni precij indui appetunt, atq; ſerica & aurea indumenta per terrã trahere cupiunt. Auſculta
Simile. ergo conſilium hoc. Quid potiùs conuenit, q̃ domina rectè ornata ſit an ancilla? Nunquid tibi videtur, q̃ ſerua auro ac gemmis ornata incedat, & domina nuda ac diſſuta appareat? Præpoſterus quidẽ hic ordo eſset. Anima dn̄a eſt, caro autẽ ancilla. Nunquid bonũ tibi videtur, q̃ ancilla ornetur auro, & dn̄a pellibus veſtiatur? Non id conuenit certè. Aufer ergo veſtes ab ancilla, & dominã illis exorna. Quod tunc fiet, cùm corporis ornatũ in pauperes erogaueris; veſtis lanea quã pauperi nudo dediſti, animã tuã aureo veſtimẽto ornauit. Clamis quam dedit B. Martin. pauperi, ipſum epiſcopali infula in perpetuum decorauit ac veſtiuit.
Chryſoſt. Vnde & de eleemoſyna idẽ Chryſ. dicit: Aio hanc caput eſſe donorũ, nam cũ huius acceſione peccata condonentur quid huic par fuerit? Et hom. 35. ad populũ Antoch. Eſt (inquit) eleemoſyna cœli nota ianitoribus, ſpõſalis thalami fores obſeruãtibus, & multa cũ liberalitate ſuos cultores introducet & cõtradicet nemo. Et Proſper Aquin.
Proſper. lib. de promiſ. & prædict. p. 2. c. 7. Eleemoſyna (inquit) à morte liberat, & ipſa purgat peccata. Eleemoſyna bonum munus eſt facientibus eã coram ſummo Deo. Hæc eſt quæ perpetuos ignes extinguit, q̃ reſiſtit peccatis, quæ Chriſtum paſcit eſurientẽ in pauperes, veſtit nudũ, viſitat infirmũ, peregrinũ hoſpitio accipit, quæ omnẽ anguſtiã carceris tollit, inopiam finit. Hæc diuitib⁹ confert remedia, vitã æternam comparat, ad dexterã collocat, iudicis Angelis ſociat
Leo Mar- ex ſeruis filios Dei fieri preſtat. Leo Mart.
tyr. ſer. 1. de ieiunio decimi menſis inquit: Quæ maximè ad religioſos ꝑtinent actiones, tria ſunt: oratio, ſcilicet, ieiuniũ, & eleemoſyna. Idẽ ſerm. 5. de collectis, & eleemoſyna: Nemo (inquit) dilectiſsimi de vllis ſibi vitæ meritis

meritis blandiatur, ſi illi defuerint opera
Eccleſ. 3. charitatis. Et Eccleſ. dicitur: Sicut aqua extinguit ignẽ, ſic eleemoſyna extinguit pec-
Chryſoſt. catum. Sed mouet hic D. Chryſo. hoc dubium. Si Deus omnium rerũ æquus mode-
Sap. 6. derator eſt, & de eo Sapiens dicit, quod æqualiter eſt illi cura de omnibus, cur non æqua ſorte omnibus diuidit bona ſua? Quid cauſæ eſt, quòd huic omnia bona abundẽt, & illi omnia deficiãt? Cur hic debet habere putrefactos panes, tinea comeſſas veſtes, quæ illi ſuperabundant; alius autem fame-licus ac nudus incedere debet? Poterat quidem Deus huic ſuperflua adimere, & illi cui deſunt addere, vt ſic fiat æqualitas omnium. Tamen huic obiectioni reſpondet Chryſoſt. Id æquo iudicio fecit Deus, ita vt tu dicis. Nam ea quæ huic ſuperſunt, illius ſunt cui deficiunt, niſi q̃ tu non vis ei dare, quod eſt quaſi rem alienã furripere. Sed vt hic patientiam, ille miſericordiam exerceret, & vtriq; merendi vitam æternã daretur occaſio; ideò permiſit Deus huius abũdantiam, & illius indigentiã, & elegit Deus, vt potiùs de ſua prouidentia dubitaretur, q̃ quòd miſericordię materia ſubtraheretur à
2. Cor. 8. mundo. Vnde Paul. dicit: Veſtra abũdantia illorũ inopiam ſuppleat. Sic enim & natura id quod indiuiduo ſuperfluit, in pro-
Simile. pagationem ſpeciei deſtinauit. Cùm Rex aliquid ſeruis, aut creditorib⁹ ſuis debet, & decretarũ pecuniarũ literas ſuo ſigillo roboratas eis tribuit, vt in tali ciuitate de tributis Regijs eis ſoluatur debitũ, & iſti decernit pecunias ſuper tributa ſericarũ Granatenſium; alij ſuper ea quæ per mare vehũtur, vt hi qui his tributis præſunt has decretas pecunias eis ſoluãt. Si iſti nolunt ſoluere ſua culpa eſt, qui ſibi Regis pecunias vſurpare volũt, nec alijs quib⁹ mãdat Princeps reddere. Sic humanis reb⁹ diuina prouidentia ſuccurrit. Nam pauperibus neceſſaria decernit, ſed in diuitibus cõſignat ea: vt egenis huius populi in diuitibus ea quib⁹ indigẽt, aſsignat, vel in Epiſcopo, vel in Canonicis, vel in nobilib⁹, vel in locupletibus mercatoribus. Si iſti neceſſaria eis nõ ſubminiſtrãt ipſorũ culpa eſt, qui ea quæ pauperib⁹ in illis deſsignauit Deus moderator orbis, ſibi vſurpare non verentur. Decretũ autẽ Dei ſigillo roboratũ id exiſtimes eſſe, cùm pauper neceſsitatẽ patiens amore Dei à te eleemoſynam petit. In eius quippè nomine eam à te exigere dicit: Si non tribuis cõtra Dei mandatũ, peccaſti. Vnde Diuus
A mbroſ. Amb. (vt refertur in c. ſicut hi. 47. d.) ait: Nec minus eſt criminis habẽti tollere, quã cum poſsis, & abundãs ſis, indigẽtibus denegare. Eſurientium panis eſt, quẽ tu detines, nudorũ indumentũ eſt, quod tu recludis, & miſerorũ redemptio eſt, & abſolutio pecunia, quã tu in terra defodis. Tantorũ te ergo ſcias inuadere bona, quantis deſinis præſtare quod poſsis. Non ſibi ſoli exiſtimet eſſe natũ Chriſtianus, ſed etiam, vt & aliorũ curã ac ſolicitudinẽ habeat. Abrahã
Geneſ. 18. ad oſtiũ domus ſuæ ſedebat in ipſo feruore diei, quare meruit Angelos hoſpitio recipe-
Hebr. 13. re, ſecundũ illud Paul. Hebr. Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hoſpitalitatẽ nolite obliuiſci: per hanc enim placuerunt multi, Angelis hoſpitio receptis. Qui enim ad oſtium domus ſedet, nec totus intra, nec totus extra domũ eſt, ſed q̃ę intus gerũtur circũſpicere poteſt; & trãſeuntes etiã attẽdere: quoniã verus orthodoxus, ac Chriſti cultor, non ſolùm ea quæ ſua ſunt quærere debet, ſed etiã quæ ad proximos attinent, curare tenet. Sedeat aliquãdo in oſtio domus ſuę, nõ ſemper ſibi ipſi incluſus ſit, ſed foras exeat, pauperẽ per portas ſuas tranſeuntẽ videat, vt ei miſereatur, paſcat, veſtiat, hoſpitio (ſi opus fuerit) recipiat. Quin imo aliquando per plateas, per hoſpitalia, per pauperum caſulas diſcurrere debet, vt quaſi venator ad quærendas feras, ſic ipſe ad quærendos pauperes vadat, vt ſic vitam ſibi venetur æternam.

Et cùm oratis, non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in Synagogis, & in angulis platearum ſtantes orare. Amẽ dico vobis, Receperunt mercedem ſuã. Idem docet de oratione, quod de eleemoſyna docuerat: nè ꝑpter gloriã hominum aucupandã oremus, ſicut hypocritę faciũt. Lacedæmonijs mos erat iſte. Homines temulẽtos ducebant ad pueros, vt illos viderẽt, vt vidẽtes indecora ridicula, ac fęda, q̃ę vino madidi faciebãt ębrietatẽ abhorrerẽt. Sic vt in nobis odiũ hypocriſis generaret Chriſtus Dn̄s, indecora ac vana q̃ę iſti hypocritæ faciebãt nobis corã oſtẽdit. Iſti quippè in Synagogis, & angulis platearũ ſtãtes orabãt, vt viderẽtur ab hominib⁹, hoc eſt, in locis publicis, & inflexib⁹ viarũ. Plateæ amplæ ſunt, vbi multitudo hominũ cõuenire ſolet, ad angulos autẽ ſtatim extenditur viſus. Sunt enim exitus viarũ, per quos eſt via eundi & redeundi ad plateas. ſtantes autẽ orabãt, vt quaſi præeminentes ab omnibus viderẽtur. Vbi & ſuperbia eorum

rum occultê notatur, qui Deo ſe ſubijcere, aut humiliare renuebant. Quemadmodum & Phariſæus ille ſtans Deum orabat, & ſe laudabat, & proximum ſuum damnabat. Vel, orabant ſtantes: quia ille fortê tunc erat mos orandi. Nam quia legem acceperunt, ſtantes ad oſtia tabernaculorum ſuorum; ideò etiam ſtantes orabant in angulis platearum. Hieron. ſuper illud Zachar. 14. Vſque ad portam angulorum (ait) quòd hic lapis angularis Chriſtus eſt, qui parietem vtrunq; connectit, de quo Eſai. Ponam in Syon lapidem angularẽ. Super quem vult nos ſuperædificari Paul. dicens: Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu. Hos angulos nõ imitantur hæretici, qui omnia gloriæ & lucri cauſa faciunt, & orant in angulis platearum, rectam ſemitam relinquẽtes. Omnis enim angulus rectam lineam frangit: & ideò meretrix in prouerbijs, In angulis platearum iuuenes expectare dicitur; ſic iſti ad angulos deflectunt: quoniam lineã rectæ intentionis frangunt, cùm oratio ſit recta eleuatio mentis ad Deum. Aduertendum tamen hic eſt, non loqui Chriſtum in hoc loco, de communibus orationibus ac precibus, quæ in Eccleſia fiũt. Has enim, & Paulus inſtituit, & Deus in lege veteri ordinauit, & Apoſtolorum nobis traditione ſtabilita ac firmata ſunt, ſed loquiẽ de priuatis orationibus ac ſpontaneis, quæ nõ oportet vt publicè fiant. Vnde & ait: *Tu autẽ cùm oraueris*, id eſt, cùm orationem tuam priuatam ac ſponta neam vis facere. Item, hic ſolùm vetat prauam intentionem videri, ſcilicet, ab hominibus orantes. *Amen dico vobis, Receperunt mercedem ſuam.* Receperunt (ait) de præterito: quoniam propter tale opus ſic factum, nullã expectẽt mercedẽ de futuro, niſi retributionem mali operis, quæ fiet eis per iuſtitiã Dei; & vt huic damno obuietur adhibet cautelam, dicens: Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuũ, & clauſo oſtio, ora Patrem tuũ in abſcõdito, & Pater tuus qui videt in abſcõdito, reddet tibi. Ad literam his verbis docemur, quàm fugienda ſit hominũ laus, vt potiùs in penetralibus domus, omnibus etiam domeſticis claudentes oſtium orare debeamus, adeò fugiendi ſunt hominũ conſpectus, atq; reſpectus. Nam ſi ad literam intraueris in cubiculũ tuũ claudẽs oſtium poſt te, vt homines intelligant te ad orationem intrare, & per hoc eorũ aucupes laudes; iam tua oratio publica facta eſt. Sic Aug. lib. de ſerm. Domini in monte. Myſticè autem ſic intelligito. Cubiculum eſt ſecretum cordis & ſpiritus, clauſura oſtij eſt cùm ſenſuũ phantaſmata prohibẽtur intrare. Nam licet ſenſus particulares ſint quinq;, ſenſus tamen cõmunis eſt vnus, qui intus in ſecretioribus animæ eſt, qui componendo phantaſias, & figuras, ac ſpecies ſenſibilium, turbat cordis ſecretum. Et iſtæ phantaſiæ vel figurę, ſunt aues ille, quæ deſcendebant ſuper ſacrificium Abrahæ, quas & ipſe abigebat. Sunt etiam muſcæ morientes, quæ perdũt ſuauitatẽ vnguẽti. Ab his ergo oſtium cordis firmandum eſt, & intra cubiculum manendum. Vnde dicitur de Iudith. c. 8. quòd in ſuperioribus domus ſuæ fecerat ſibi cubiculũ, hoc eſt, longè ab ſtrepitu ſenſus, in altitudinẽ ſpiritus, & ibi morabatur mẽte, ſcilicet cum puellis domus ſuæ, ſapientia, & intellectus, cõtemplationi & orationi dedita. Vnde Eſai. 26. Vade popule meus intra in cubicula tua, & claude oſtia tua ſuper te, donec trãſeat indignatio mea. Pertranſiet Angelus percutiens Ægyptios, & non percutiet domũ clauſam, in qua intus agnus immolatur. Quod tunc fit quando in abſcondito cordis Chriſti Paſsio meditatur, & Patri per orationem offertur. Vnde Aug. lib. 2. de ſerm. Domini in monte. cap. 6. ait: Quid eſt ergo oſtium? Foris omnia temporalia & viſibilia ſunt, quæ per oſtium, id eſt, per carnalẽ ſenſum in cogitationes noſtras penetrant, & turba vanorũ phantaſmatum orantibus obſtrepunt. Claudendum eſt igitur oſtium, id eſt, carnali ſenſui reſiſtendum eſt, vt oratio ſpiritualis dirigatur ad Patrem, quæ fit in intimis cordis. Et ſic intelligit Gloſ. ordin. illud Eſai. 32. Et erit fructus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentiũ, hoc eſt, vt in ſilẽtio oremus, nõ in plateis, vt Chriſtus docet. Quare D. Antonius, cùm totam integram noctem in oratione peregiſſet, cùm Sol oriebatur, quaſi iratus aduerſus illum, aiebat: Quid me impedis Sol? qui ad hoc iam oriris, vt me ab huius veri luminis abſtrahas claritate? Nam per lumẽ Solis, iam ſpecies rerum ſenſibilium tranquilitatem cordis quaſi inquietare incipiebant. Cuius etiam eſt hæc cœleſtis, & plùs quàm humana ſententia. Non eſt perfecta oratio, in qua ſe monachus, vel hoc quod erat intelligit. Diuus Auguſt. ſuper Pſal. 35. ſic hanc ſententiam explicat, dicens: Qui de iu-

Hieron. *Zach. 14.* *Eſai. 28.* *Epheſ. 2.* *Prouer. 7.* *1. Tim. 2.* *Auguſt.* *Moralitas* *Geneſ. 15.* *Eccleſ. 10.* *Iudith. 8.* *Eſai. 26.* *Exod. 12.* *Auguſt.* *Gloſ. ord.* *Eſai. 32.* *D. Anto.* *Auguſt.*

de iuſtitia ſua placere vult hominibus, non eo fine, vt homines qui eum vident, Deum laudent; ſed ea intentione vt ipſe laudetur non claudit oſtium contra ſtrepitum: quia patet oſtium in illo ſtrepitu, & non audit Deus, quomodo audire vult in cubili. Cubile ergo, id eſt, cor noſtrum laboremus mundare, & benè erit nobis. *Ora Patrem tuum.* Ecce ſponſus ad quem dirigi debet oratio, ad neminem quippe alium dirigendus eſt pię dilectionis affectus vt Pſal. 140. dicitur: Dirigat oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo. Et Cant. 3. Quę eſt iſta quæ aſcendit ſicut virgula fumi, ex aromatibus mirrhæ, & thuris? Sic ſicut virgula quædam recta aſcendere debet oratio noſtra, bonis operibus boni odoris comitata ad Deum. *In abſcondito.* Ecce finis bonæ intentionis, quæ ab omnibus abſcondita ſoli Deo ſe repræſentat, vt de Anna dicitur, Loquebatur ad Deum in corde ſuo, & vox eius penitus non audiebatur. Pſalm. 34. Oratio mea in ſinu meo conuertetur. Hoc eſt eam conuertam, vt in ſecreto cordis mei fiat. Et 3. Reg. 7. Inuenit ſeruus tuus cor ſuũ vt oraret te, hoc eſt, inuenit congruum locum ad orãdum qui eſt cor. Et Tob. 3. dicitur. Quod Sara aſcendit ſuperius cubiculum domus ſuæ, & tribus diebus permanſit in oratione & nec manducauit, nec bibit. *Et Pater tuus.* Vide quam pium & benè affectum remuneratorem habes. Pater quippe tuus eſt, qui ſemper meliora vult filijs. Luc. 11. Pater veſter cœleſtis dabit ſpiritum bonum petẽtibus ſe. *Qui videt* In quo ſignificatur acceptatio orationis. Ea enim dicitur Deum videre, quæ acceptat. *In abſcondito.* Vbi excluſa eſt turbans & inquieta multudo. Et ideo Geneſ. 22. In monte illo dicitur: Dominus videbit, vbi ſolus fuit Abraham cum puero ſuo: nec enim arbitros tanti operis vel ſeruos ſuos eſſe voluit. Exo. 33. dixit Dominus ad Moyſem: Cùm tranſierit gloria mea ſtabis in foramine petræ, & protegam te dextera mea. Foramen petræ eſt ſecretum intentionis, qua ſoli Deo intenditur, & qui ibi ſtat dextera diuinæ virtutis protegitur. *In abſcondito.* Ab hominum turbationibus, ſecundum illud Pſalm. 30. Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ, à conturbatione hominum, proteges eos in tabernaculo tuo, à contradictione linguarum. 4. Reg. 19. dicitur, quod Deus non veniebat in ſpiritu ſubuertente montes & conterente petras, nec enim in commotione Dominus, nec in igne Dominus, ſed in ſybilo auræ tenuis Dominus. Spiritus, eſt ventus humanæ ambitionis: ſtrepitus commotio, tumultus mundanæ turbationis: ignis, ardor concupiſcẽtiæ carnalis: & in nullo illorum eſt Dominus. Sybilus autem eſt ſancti Spiritus ſuſurriũ, in ſecreto mentis loquens, & ibi eſt Dominus. Et hoc vidit Helias in ſpelunca ſuper montem Dei in abſcondito, vbi viſus eſt à Domino. *Reddet tibi.* In futura vita, vbi repoſita eſt tibi corona iuſtitiæ. Vbi dicit Chryſoſt. O Dei miſericordiam cum admiratione obſeruandam, pro eo quod rogatur à nobis merces promittitur bonis danda! Quis enim Princeps mercede dignum putat, quòd à quibuſdam rogatur, & nõ potius ſummum beneficium deputat ſe impẽdiſſe, quod orãti aurem ſuique copiam exhibuerit? Hic vero non dicitur Pater tuus donabit tibi, ſed, Reddet tibi, veluti, ſcilicet, debitor nobis factus: & quia illum honoramus orando, magno viciſsim nos honore remuneratur,

Cęterũ quoniã hic de oratione prolixior fit ſermo, nõ abſre erit nonnulla de eius neceſsitate, ac qualitate prædicare. Et primò ab eius deſcriptionibus exordiendum eſt. Ioannes Damaſce. ſic eam deſcribit. Oratio eſt aſcenſus intellectus ad Deum. Et accipiendus eſt hic intellectus prout comprehendit duas vires, quæ ſunt propriæ animæ rationalis, quarum vna eſt apprehenſiua, altera motiua. Apprehenſiua dicitur intellectus ſpeculatiuus, motiua intellectus practicus. Tunc autem intellectus ſpeculatiuus aſcendit in Deum, cùm humanos defectus cõſiderando, imbecillitatemque propriã cognoſcendo, ad contemplationem illius ſufficientiſsimi boni, omnes defectus ſupplere valentis aſcendit. In quo nititur modus quo quis orare debet. Primo enim ſe debet in conſideratione demittere, & humiliare, ſecundum illud Sapientis. Iuſtus in oratione primùm eſt accuſator ſui. Quare bonũ erit in oratione aliquem Pſalmum ex pœnitentialibus recitare, quo ſe peccatorem eſſe & defectibus plenum confiteatur. Deinde debet ſe in Dei liberalitate, ac omnipotentia eleuare conferendo illam cum ſuis defectibus, vt percipiat quam potens ac liberalis ſit Deus ad ſuplendos illos. Id enim 3. Reg. 8. dixit Salomon, poſtquam templum orationi dedicatum ædificauerat. Si quis cognouerit plagã cordis ſui, & extenderit manus ſuas in domo hac, tu exaudies in cœlo

Pſal. 140. *Cant. 3.* *1. Reg. 1.* *Pſal. 43.* *3. Reg. 7.* *Tob. 3.* *Luc. 11.* *Geneſ. 22.* *Exod. 33.* *Pſal. 30.* *4. Reg. 19.* *Chryſoſt.* *Moralitas de oratione.* *Damaſce.* *3. Reg. 8.*

ſancto tuo, &c. Et ex hoc intellectus practicus aſcendit in Deum ſperando à Deo impleri deſiderium ſuum. Pars enim affectiua ab apprehenſiua mouetur. Ex hoc enim quod intellectus apprehendit Deum liberalem ac omnipotentem mouetur pars affectiua ad prædicandum eum. Quare per orationem non tam Deum ad nos trahimus, quã nos rapiamur ad illum. Secundo ſic eam de
Damaſc. finit idem Damaſce. Oratio eſt petitio decentium à Deo. Nõ licet filijs omnia indifferenter à Patre petere, ſed ea quæ ad gloriam Dei & æternam ſalutem attinent. Nec decet Patrem omnia indifferenter elargiri filijs (nec enim gladium aut ſcorpionem debet eis porrigere) ſolum honeſta à Deo poſtulanda ſunt, ſi impetrare volumus aliquid
Seneca. à Deo. Vnde Seneca in Epiſtolis. Quanta (inquit) dementia hominum eſt. Turpiſſima vota Deo inſuſurrant, ita vt ſi quis aurẽ admouerit conticeſcant, & quod ſcire hominem nolunt Deo narrant. Sic viue cum hominibus, tanquam Deus videat, ſic loquere cum Deo tanquam homines audiant: Non decet filios Dei à tanto Patre, hæc vilia ac corruptibilia petere, qui poteſt æterna ac
Seneca. immortalia præſtare. Vnde idem Seneca. Maior ſum & ad maiora natus, quam vt mãcipium ſim ſenſuum meorum. Nec viros decet puerilia petere à Patre, ſecundum
1. Cor. 13. illud Pauli. 1. Cor. 13. Poſtquam factus ſum
Gregor. Nizenus. vir euacuaui quæ erant paruuli. Vnde Gregor. Nicen. lib. de oratione. Orationes ideo fieri dicit, vt fiducia noſtra erga Deum ſta-
Simile. biliatur, ac confirmetur, quemadmodum, inquit, in noſtris quique liberis videmus, qui initio quidem vberibus maternis adhærent, quantum natura capit tantum à matre requirentes: quod ſi infans adoleuerit, & aliquam loquendi facultatem adeptus ſit grãdiora poſtulat. Diffinitur tertio, oratio ꝙ ſit pius mentis affectus in Deum directus.
1. Theſal. vltimo. Iſte affectus deſiderium eſt. Vnde ſuper illud. 1. Theſ. vltimo. Sine intermiſsione ora
Gloſſ. te, ait Gloſſa. Ipſum deſiderium bonum oratio eſt, etſi continuum eſt deſiderium continua eſt oratio. Pietas autem à qua pius iſte affectus, qui dicitur oratio, oritur, eſt theoſebia ſiue cultus Deo debitus, qui compre-
Auguſt. hendit fidem, ſpem, & charitatem. Vnde & Auguſt. de orando Deum ad Probã, ait. Ipſa fide, ſpe & charitate, continuato deſiderio ſemper oramus. Et ibidem ait: Ora in ſpe, ora fideliter & amãter. Et talis affectus qui eſt in Deum, dicitur dirigi ad modum nuntij: nam eſt veluti nuntius ab homine ad Deum miſſus. Vnde Gloſſa. ſuper illud
Gloſſ. Pſalm. Intret oratio mea in conſpectu tuo
Pſal. 47. ait: Virtus magna puræ orationis hic notatur, quæ quaſi perſona quædam ad Deum intrat, & mandatum peragit, quo caro peruenire nequit. De quo & Prouer. 25. dicitur: Aqua frigida animæ ſitienti, & nuntius
Prouer. 25 bonus de terra longinqua. Oratio quippe ſemper bona nuntiat, nec vacua à conſpectu Dei reuertitur, ſed bonis cœleſtibus onuſta redit. Ex quibus omnibus deſcriptionibus hæc conflatur: Oratio eſt oſtenſio voluntatis noſtræ, ei à quo impetrare expectamus, id quod deſideramus. ¶ Oratio autẽ nobis in ſacra Scriptura maxime commendatur. Eccleſ. 18. dicitur: Non impediaris
Eccleſ. 18. orare ſemper. Hierem. 33. Clama ad me, &
Hierem. 33. exaudiam te. Et. 1. Machab. 1. Et nunc cla-
1. Mach. 1. memus in cœlũ, & miſerebitur noſtri Deus noſter. Luc. 11. Quærite, & inuenietis: peti-
Luc. 11. te, & accipietis: pulſate, & aperietur vobis. Vbi Auguſt. ait: Non tamen hortaretur vt peteremus, niſi dare vellet. Erubeſcat humana pigritia, plus vult ille dare quam nos ac-
Auguſt. cipere, plus vult ille miſereri, quã nos à miſeria liberari. Luc. 22. & Matth. 26. Vigilate
Luc. 22. *Matth. 26* & orate, vt non intretis in tentationem. Ro-
Roma. 12. manor. 12. Orationi inſtantes. Coloſ. 4. Si-
Coloſ. 4. ne intermiſsione orate. Iacob. 1. Si quis in-
Iacob. 1. diget ſapientia poſtulet à Deo. Et. 1. Pet. 4.
1. Pet. 4. Vigilate in orationibus. Exempla etiam quamplurima ad orandum nos hortantur. Nam Chriſtus Dominus multoties legitur oraſſe. Matth. 14. Dimiſſa turba aſcendit in
Matth. 14 montem ſolus orare. Et ca. 26. Manete hic
Matth. 26 donec vadam illuc & orem. Et ter tunc ora-
Marc. 1. uit ad Patrem. Marc. 1. Diluculo valde ſur-
Luc 4. gens egreſſus abijt in deſertum locum ibiq; orabat. Luc. 4. Ieſu baptizato & orãte aper-
Luc. 6. tum eſt cœlum. Et cap. 6. Factum eſt in diebus illis, Exijt in montem orare, & erat per noctans in oratione. Et cap. 9. Facta eſt ſpecies eius altera dum oraret. Et Ioann. 14. &
Ioann. 14 & 17. 17. Orationes aliquas Chriſtus ad Patrem refert. Sancti etiam tale nobis tribuerunt exemplum. Luc. 2. legitur, de Anna Prophe-
Luc. 2. tiſa, quod nõ diſcedebat de templo ieiunijs,
Actor. 1 & orationibus ſeruiẽs die ac nocte. Et Act. 1. Erãt omnes perſeuerãtes in oratione vna-
Actor. 10. nimiter, cum Maria Matre Ieſu. Et eiuſdem 10. Aſcendit Petrus in ſuperiora domus vt oraret. Et de Beato Martino legitur, quod etiam moriens oculis ac manibus in cœlum ſemper intentus, inuictum ab oratione ſpiritum

ſpiritum non relaxabat. Et de beato Paulo eremita legitur, quòd mortuus ſimilitudinem orantis præſeferebat. Nam inuentus eſt corpus eius genibus flexis, oculis ac manibus in cœlum erectis, ad modum orantis. De quo & dixit beatus Antonius. Patet quam aſsiduè quantumq; oraret viuus, qui non deſinit orare mortuus. Et Iacobus Alphei quem aliqui aiunt, ex vtero matris ſuę ſanctificatum, ex aſsiduitate orandi contraxerat in genibus duritiem camelorum. Et beatus Bartholomeus centies in die, & centies in nocte genua flectebat. Accedit ad hoc quod ipſemet filius Dei, de hac re maxime nos inſtruxit. Vix eſt enim aliquod opus, de quo nos ita inſtruxit Chriſtus ſicuti de oratione. Nã ipſe nos docuit quid orãdum, & vbi, & quomodò, & quãdo orandũ: quis finis, quæ neceſsitas, quæ nos compelleret ad orandum. Noluit ergo nos negligẽter addiſcere, quod ipſe tanta diligẽtia nos docuit. Pudeat diſcipulum Chriſti pigre addiſcere, quod tantus Magiſter tanta ſolicitudine docuit. Vereatur diſcipulus id raro facere, quod Magiſter ſuus ita frequenter fecit. Præeminet etiam oratio reliquis bonis operibus. Bona eſt lectio ſancta, cui tamen
Iſidorus. oratio antefertur. Sic Iſidorus docet dicẽs: Orationibus mũdamur, lectionibus inſtrumur, vtrumque bonum eſt ſi liceat, ſi non liceat melius eſt orare quam legere. Ieiunio item, ac eleemoſynæ videtur aliquo modo præferri. Primò in hoc quod oratio eſt reſpectu eius quod ſupra nos eſt, eleemoſyna vero & ieiunium reſpectu eius quod iuxta vel infra nos eſt. Quare cùm immediatius oratio reſpiciat digniorem finem, in hoc & dignior videtur apparere. Præterea eleemoſyna, & ieiunium, deſeruire videntur orationi: Sunt enim alæ duæ quibus illa ad Deũ
Idem. celeriter volat. Quod etiam docet Iſidorus dicens: Qui vult orationem ſuam volare ad Deum, faciat illi duas alas, ieiunium,
Tob. 12. ſcilicet, & eleemoſynam. Tob. 12. Bona eſt
Figura. oratio cum ieiunio, & eleemoſyna. Oratio columba illa eſt, quæ ramum oliuæ in ore portat ad arcam, quoniam per illam pacem impetramus à Deo. Columba vero auis Spiritus ſancti dicitur, deuota autem oratio ab Spiritu ſancto eſt, ſecundum illud Rom. 8,
Roma. 8. Ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Vnde Bernar. ait: Tepida eſt omnis oratio, niſi eam præcedat inſpiratio. Adde quòd oratio facillimum opus eſt, à quo nullus excuſari poteſt. Eleemoſynam inops elargiri non valet, nec debilis ieiunare, orare autem & mutus poteſt: quoniam
Pſalm. 41 oratio ſola mente fieri poteſt. Vnde Pſalmiſta: Apud me oratio Deo vitæ meæ, & ſuper illud, Iuſtus autem miſeretur, dicit Gloſ.
Chryſoſto. Semper eſt aliquid iuſto quod det, ſaltem orationem. Chryſoſto. Solam orationẽ quaſi tributum ſpirituale anima offert, de ſuis
Gloſſa. viſceribus. Deinde orationis officium honorificum maxime eſt. Cùm Deo colloquia miſcere, familiaria verba ac amicabilia loqui, quid honorabilius homini contingere
Iſidorus. poterit? Vnde Iſidorus: Qui vult (ait) cum Deo eſſe, frequenter oret & legat. Nam cũ oramus ipſi cum Deo loquimur. Immo & eſt officium quod maximum lucrũ affert. Nam nihil eſt ad quod oratio valere non poſsit, ſecundum illud. 2. Paralip. 20. Cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolũ
2 Para. 20 habemus reſidui, vt oculos ad te dirigamus. Et ex hoc officio omni tempore poteſt homo ſibi lucrum acquirere, in Hyeme, & in Æſtate, in ſereno, & in pluuiali tempore. nocte, dieque: feſtiuis diebus, & ferialibus: in infirmitate, in ſanitate: in iuuentute, in ſenectute: ſtando, & ſedendo: eundo, & redeundo: in domo, & extra domum. Quandoque vna hora plus lucratur homo orando, quam valeat ciuitas quædam opulentiſſima: quoniam breui, fideli, ac deuota oratione acquirit homo regnum cœlorum. Quod autem oratio ad omnia ſit potens, atque ad multiplices ſe extendat effectus docet D.
Chryſoſt. Chryſoſto. de incomprehenſibili Dei natura, homil. 5. dicens: Vis orationis vim ignis extinxit, leones cohibuit, bella compoſuit, prælia remouit, tempeſtates ſubſtulit: dæmonia expulit, cœli fores aperuit, vincula mortis dirupit: langores eiecit, offenſas repreſsit: vrbes terræ motu mutantes firmauit: plagas cœlitus irruentes, inſidias hominum, mala denique omnia deleuit oratio. Hactenus Chryſoſt. Magna quidem vis eſt armorum, ſed maior eſt verborũ: quod enim arma non potuerunt, hoc euicerunt verba.
Cicero. Cicero libr. de vera Rethorica. Homines huc, illucque more beſtiarum diſperſos oratoris alicuius eloquentia, ad cultiorem vitã reductos eſſe ſcribit. Ea propter præter cętera vim elocutionis omnes mirati ſunt, quæ tantum potuerit vt quietam rempublicam perturbaret, perturbatam in momẽto ſedaret: Nam populo in ſeditionem commoto, vt ſcribit Virgilius.
Virgilius. *Cũ lapides & ſaxa volãt, furor arma miniſtrat.*

Si forte

Si forte virumq; nem
Inuenere, ſilent, arrectiſq; auribus aſtant.

Tantum poteſt Sapientis & eloquentis hominis viua vox apud homines. At vero apud Deum quantum momenti habet oratio, ſi modo ſuis omnibus partibus conſtet, non quod ille ex eloquentiæ, ſed fidei, ſpei, & charitatis fontibus depromantur! Non mulcetur Dominus perſuaſibilibus humanæ ſapiẽtiæ verbis, ſed oratione fidei. Gregor. Nizenus libr. de oratione ait: Oratio Ionæ, cete domum effecit, Ezechiã exportis mortis ad vitam reduxit, tribus adoleſcẽtibus in ventum rorantem flammam conuertit, Iſraelitis aduerſus Amalechitas trophęum erexit, & centum octoginta quinq; millia Aſſiriorum vna nocte gladio inuiſibili proſtauit. Atque ſexcenta, præter hæc ex his quæ iam acciderunt exempla licet inuenire, quibus palàm fit nihil ex his quæ per hanc vitam colunt ur & in pretio ſunt orationi præſtare. Chryſoſt. homel. 2. de fide Annæ. Nulla (inquit) profecto res eſt, quæ poſsit æquari deprecationi, nec quidquam eſt fide potentius. Vtrumque vobis declarauit Anna mater Samuelis, cùm his muneribus accedens ad Deum omnia quæ voluit effecit. Siquidem & naturam mancam ac ſterilem arrexit, & vuluam quæ cõcluſa erat aperuit, & probrum ſuſtulit, & conuitia æmulæ diſſoluit, ſeque ipſam ad magnam reſtituit fiduciam, dum è petrain frugifera ſpicam meſſuit comãtem. Hęc ille. Denique neceſsitas, quam in præſenti vita gerimus, orationem magis commendabilem reddit. Tria quippe ſolent eſſe occaſio clamandi, ignis: aqua, & hoſtes. Bernard. ergo ſic dicit. Hæc tria quaſi ſingulis diebus inci tare nos debent, vt ad Deum in oratione clamemus, vix enim eſt dies, in quo domus conſcientiæ noſtræ non ſuccendatur igne infernali, ſcilicet, igne prauæ concupiſcentiæ, vnde neceſſe habemus clamare ad aquã diuinæ gratiæ, & ad aquam lachrymarum recurrere. Ignis iſte aliquando ex vna parte extinguitur, & ex alia accenditur. Ex ipſa enim aqua lachrymarum vnde debuit extingui quandoque vires ſumit, vt cũ aliquis vane gloriatur de hoc quod peccata ſua plorat. Item vix eſt dies, in quo homo non ſentiat fluctus malarum cogitationum ſuper caput cordis ſui, vt neceſſe habeamus frequenter clamare illud Matth. 8. Domine ſalua nos perimus. Item vix eſt dies, in quo hoſtes ſuos non videat ad portas caſtri ſui, vt cum verba mala in ore ſuo habet, vel fatuam mulierem aſpicit. Oratio multum competit loco in quo ſumus. Sumus enim in valle miſeriæ, & ideo neceſſe habemus ad Dei miſericordiam frequenter orando clamare. Pugnam habemus cum eo, de quo ſcriptum eſt. Iob. 41. Non eſt poteſtas in terra quæ ei valeat comparari: quapropter neceſſarium nobis eſt paſsim Dei auxilia poſtulare. In futuro, nõ erit hæc pugna, quare nec ibi erit oratio neceſſaria. Vnde Auguſti. de orando Deo. In vita æterna (ait) nõ erit vlla tẽtatio, itaque nec oratio. Non enim erit ibi boni promiſsi expectatio, ſed redditi contemplatio. De oratione plura in noſtris commentarijs ſuper Pſalm. 118. diximus præcipue fol. 75. &. 78. & fol. 217. & 218. 522. 523. Sed vltimo aduerte quod hic dicit Chriſtus Dominus. *Cùm oratis, &c.* Supponit quippe non ſemper eſſe orandum, cũ tamen Dominus per Lucã dixerit: Oportet ſemper orare. Et Paul. ſine intermiſsione orate. Et tamen præter hæc quod omne opus bonũ oratio (vt ſtatim diximus) eſt ẽtiam hoc Domini mandatum adimpletur, cùm ſtatutis temporibus oramus. Vel ille dicitur ſemper orare, qui frequenter orat, quemadmodum in communi modo loquendi dicimus, ille ſemper literis vacat, quia frequenter id agit: vel ille ſemper venationi intendit, quia ſæpiſsime eam exercet, & tamẽ vterque dormit, edit, deambulat, & confabulatur: ſed quoniam ſæpe illa opera exercet, dicitur ſemper illa facere. Sic qui frequenter orat dicitur ſemper orare. Quod fit cum orationibus breuibus, ſed ab intimo calore cordis inflammatis (quæ à ſanctis orationes iaculatoriæ dicuntur) cœlum frequẽtiſsime petit, & Deum ſæpiſsime deprecatur. Vnde Diuus Auguſtinus in Epiſtol. ad Probam, quæ eſt numero centeſsima deorando Deum ſic dicit: Dicuntur Fratres in Ægypto crebras quidem habere orationes, ſed eas tamen breuiſsimas, & raptim quodammodo iaculatas, ne illa vigilanter erecta (quæ oranti plurimum eſt neceſſaria) per productiores moras hebetaretur intentio, ac per hoc ipſi ſatis oſtendunt hanc intentionem ſicut non eſt obtundenda ſi perdurare non poteſt, ita ſi perdurauerit cito non eſſe rumpendam. Hæc ille. Quare verba hæc quæ ſtatim ſubiungit Dominus. *Orantes autem nolite multum loqui ſicut Ethnici faciunt. Putant enim quod in multiloquio ſuo exaudiantur. Nolite ergo aſſimilari eis: ſcit enim*

Gregor. Nizenus. — Chryſoſt. — Bernar. — Matth. 8. — Iob. 41. — Auguſt. — Luc. 18. — 1. Theſa. 5. — Auguſt.

enim pater veſter quid opus ſit vobis, ante quam petatis eum. Hæc inquam verba, non ſic ſunt accipienda, quaſi frequentes aut prolixas orationes prohibuerit Chriſtus, cùm ipſe in agonia factus prolixiùs orauerit, & multas noctes orando inſomnes duxerit: Sed id prohibet nobis quod Ethnici faciunt, qui putabant Deum eſſe exorandum, ſicut homines qui pluribus indigent verbis, vt intelligant, aut ſuadeantur. Circa quod notandum eſt quod nomen in Græco hic poſitũ, pro quo noſter intepres tranſtulit (multiloquium) ſignificat non ſimpliciter multiloquium, ſed nugacitatem, & inutilem verborum profuſionem, qualis eſt cùm idem frequenter, & ſine cauſa repetitur & inculcatur. Hæc quippe dictio (bathalogia) quæ dicitur inutilis repetitio, vſurpata eſt, & ortũ habuit à quodam Poeta qui Bathus dicebatur, qui in Hymnis ſuis quos conſcripſerat eadem multoties inculcabat. Ad quem alluſit Ouidius. 2. Methamorph, cùm Batum iudicem facit eadem iterantem, ſub illis montibus (inquit) erant, & erant ſub montibus illis, cuius bathalogiſmum ridiculè imitatus Mercurius. Et me (inquit) perfide pro dis, me mihi prodis ait: Vnde nõ omne multiloquium hic prohiberi putes, ſed inutile quale erat Ethnicorum, nempe Gentilium. Id enim ſignificat dictio illa Græca, quaſi in eadem permanentes in qua geniti ſunt natura, ſcilicet, ſine diuina lege. Fingebant enim Gentiles Deos ſuos humanis affectibus obnoxios, ac proinde exiſtimabant eos more hominum eſſe exorandos, putantes eos vel dormire, vel longe peregrinari, atq; adeo clamoribus ac ſæpe repetitis vocibus eos excitandos eſſe. Cui cauſæ alluſit Helias (ait hic D. Tho.) 3. Reg. 18. Cùm Sacerdotes Baal ſic videns adhortaretur: Clamate voce maiori, Deus enim veſter eſt, & forſam loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut forte dormit vt excitetur. Quo etiam figmento, Gregor. Naziancenus orat. 1. in Iulianum apoſtham notat Iouẽ ab Homero deſcribi, lib. Illiad, vt qui peregrè profectus, non tam cito vota ſacrificantium exaudierit. Id etiam de Neptuno effingens Odiſſ. libr. 1. ait Homerus:

Nuper Æthiopas perrexerat ille remotos,
Taurorũ celer occurrens pecudumq; hecatõbis.
Atq; hic accumbens carpebat gaudia mẽtis.

Deus autem noſter vbique eſt, nec Mercurio opus eſt illi, qui vota noſtra explicet: penetrat enim vſque ad intima cordis. Vnde Arnobius lib. ſexto aduerſus gentes (ait) Hoc enim eſt proprium Dei complere omnia vi ſua, non parcialiter vſpiam, ſed vbiq; eſſe totum, non adeſſe, non abeſſe, non cœnatum ad Æthiopas pergere, & poſt dies biſſenos priuatum ad domicilium redire. At vero Deus omnia in omnibus eſt, per ipſum viuimus, mouemur & ſumus, vt quidam Poetarum dixerunt, (ait Paul.) Ita que quis quis oraturus eſt perpendat Deum omnia ſcrutari, omnes intẽtiones noſſe, & quo fine quiſque aliquid requirat: quoniam vt cecinit Orpheus (Principium, medium que tuetur) omnia enim nuda apertaque ſunt oculis eius. Chryſoſt. & Theophil. intelligunt bathalogiam eſſe eam nugacitatem, & loquacitatem qua non utilia poſcimus, ſed temporalia, regnum terrenum, honorem, & ſimilia. Verum id non intendiſſe Chriſtum, ex ſubiunctis apparet, nam dicit. *Putãt enim quod in multiloquio ſuo exaudiantur. Scit enim Pater veſter quia his omnibus indigetis.* Hinc ait Hierony. Conſurgit quædam hæreſis Philoſophorum quoque dogma peruerſum, ſi nouit Dominus quid oremus, & ante quam petamus ſcit quo indigeamus, fruſtra ſcienti loquimur: Quibus reſpondendum eſt, nos non narratores eſſe ſed rogatores, aliud eſt enim ignoranti narrare, aliud petere ſcienti. Sed rurſus alia conſurgit quęſtio quam & hic Auguſti. mouet. Nam ſi ideo quia Deus Pater omnia ſcit, multis verbis vtendum non eſt, cur etiam paucis verbis vtendum eſt, vel his ſaltem quibus mox orare patrem docet? Deinde quomodo conuenit hæc ratio qua reijcit multiloquium? *Scit enim pater veſter, &c.* Dici enim poteſt, puod quamuis ſciat, tamen multis verbis vtendum eſt, vt flectatur ad dandum id quod opus eſt. Sed ad vtrumque reſponde tur. Ne orationes longas aut breues ex parte Dei neceſſarias, quaſi propter illas ſciat quod ante ignorabat, vel mutet conſilium, aut æternam ſuam prædiffinitionem: Sed id nobis neceſſarium eſt propter nos, qui cùm ex anima & corpore compoſiti ſimus, propter vtriuſque colligantiam alter alterius miniſterio indiget. Quare vt animus excitet neceſſaria eſt oris obloquutio aliquãdo, vel magna, vel parua, ſecundũ vniuſcuiuſq; indigentiam. Aliqui enim paucis verbis excitantur, alijs plura neceſſaria ſunt. Paladius in hiſtoria Lauſiaca ſcribit Paulũ monachũ ſolitudinis, quæ appellatur Phermeniſceti, præcipuã & fere omnem excitationem

Bathus. Poeta. Ouidius. — 3. Reg. 18. — Naziancẽ. Homerus. — Arnobi. — Actor. 17. — Orpheus. — Chryſoſt. Teophil. — Hieron. — Auguſt. — Paladius.

tionem, in orationibus habuiſſe. Hic vero (inquit) trecentas preces expreſſas, & præſtitutas habebat totidem addēs in ſinu calculos, & in vnaquaque oratione iaciens vnū calculum. Ecce quot orationes iſte ſanctus faciebat: quoniam ad ſuum affectum excitandum neceſſarias exiſtimabat. Et licet Deus non mutetur, vult tamen vt petamus ea quę decreuit nobis dare. Primò quoniam homines non vt ſtipitem, ſed tanquam liberos & voluntate potentes gubernat. Stipiti quidem nulla eius expetente voluntate quicquid neceſſarium eſt tribuit, homo vero qui libertate ac volūtate potitur, opus eſt ipſe deſideret, deſiderium autem non manifeſtatur, niſi precibus petēdo quod vis. Vnde homini inter alia animantia neceſſaria eſt oratio, ad ſuos exprimēdos affectus. Quare media oratione decreuit nobis Deus ſua dona elargiri, vt mox cap. ſequenti Deo dante videbimus. Simul & vt oſtēderet nobis quanta eſſet orationis vis, quaſi potens eſſet ad mutandum Deum, ſi ipſe mutari potuiſſet. Sed de hac plura capite ſequenti dicemus. *Sic autem vos orabitis.* Hoc eſt, nō ſicut hypocritæ, vt ab omnibus videamini, nec ſicut Ethnici multum loquentes exiſtimantes Deum multis verbis indigere, vt intelligat & moueatur: ſed ſicut diſcipuli à tāto Magiſtro edocti ſic orabitis. Quia ſicut dicit Gloſſa. Licet non eiſdem verbis quæ hic dicūtur ſemper oremus, in orationibus perſonalibus, vel eccleſiaſticis: tamē ſic oramus, quia ſenſum contentum in iſtis, & modum orantes retinemus & obſeruamus. Et ideo dicitur Iacob. 5. & 3. Reg. 18. quod Helias orauit, vt non pluueret ſuper terram annos tres & menſes ſex, & tamen ſic orauit quia ſenſum huius orationis non excelſit: quia per hoc, regnum & poteſtas Dei apparuit. Sic etiā Geneſ. 25. Deprecabatur Iſaac pro vxore ſua eo quod eſſet ſterilis, & tamē ſic orauit: quia per illam orationem prædeſtinantis Dei ſicut in cœlo diſpoſitum fuit voluntas in terra facta fuit, & ſic eſt de alijs fidelium orationibus, ſed de hoc ſtatim.

Gloſſ. Iacob. 5. 3. Reg. 18. Geneſ. 25.

Pater noſter qui es in cœlis. Hæc oratio inter omnes alias quibus Eccleſia Deum deprecatur excellentias quaſdam ſortitur, quibus & vtilior & deuotior, atque ad impetrādum efficacior apparet. Quinque enim excellentias continet, quæ in oratione maxime requiruntur. Debet quippe oratio eſſe ſecura, recta, ordinata, deuota & humilis. Secura quidem, nam debemus cum fiducia accedere ad thronum gratiæ eius, vt docet Paul. Hebr. 4. Non deficientes in fide. Et Iacob. c. 1. dicit. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans. Hæc autem oratio, tanquam tutiſsima arx, ac ſecuriſsimus portus nos tuetur: quoniam qui illam docuit ſapientiſsimus artifex eſt, excellentiſsimuſque orator, atque aduocatus noſter apud Patrem, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. Quare optime ordinare ſciuit petitiones noſtras, de quo. 1. Ioan. 2. dicit: Aduocatum habemus apud Patrem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Vnde Ciprianus in lib. de oratione Domini ſic ait: Cùm Chriſtum habeamus aduocatum apud Patrem pro peccatis noſtris, quando pro delictis noſtris petimus, aduocati noſtri verba proponamus. Et poſt pauca: Securior apparet ex hoc quod ipſe qui orationem exaudit, cùm Patre docuit nos orare, ſecundum illud Pſal. Clamauit ad me & ego exaudiam eum. Quare idem Ciprianus ait: Amica, familiaris, & deuota eſt oratio Dominum de ſuo rogare. Quapropter nūquam ab hac oratione ſine fructu receditur, nam per eā venialia dimittuntur (vt docet Auguſt.) in Epiſto. ad Probam. Secundò oratio debet eſſe recta, vt bona & nobis conuenientia poſtulet, ſecundum illam Damaſce. diffinitionem quam ſuprà retulimus. Oratio eſt petitio decentium à Deo. Sæpiſsime quippe repulſam patitur oratio, quoniam nec decora nec decentia petit, ſecundum illud Iacob. 4. Petitis & non accipitis, eo quod male petatis. Scire autem quid ſit petendum, ſicut & ſcire quid eſt deſiderandum difficillimum valde eſt, cùm oratio ac deſiderium pari paſſu currant. Eſt enim oratio interni deſiderij expreſsio: quare quæ iuſtè petimus, iuſtè etiam deſideramus: & è contra. Vnde Paul. Roma. 8. dicit: Nam quid oremus ſicut oportet neſcimus: ipſe autem Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Vocat gemitus inenarrabiles: quoniam Spiritus ſanctus dirigit orationes noſtras, ad id potius quod ad ſalutem æternā cōducit, vt id velimus quod ad talē finē cōgruit, etiāſi aliā natura deſideret. Hi autē fines inenarrabiles ſunt, vt cū, verbi gratia, appeto ſalutē quę propter occultas rationes quas ſol⁹ De⁹ nouit mihi nō cōuenit, cū in oratione, qua p ſalute deprecor, me Dei ordinationi ſubmitto. Etiāſi videor petere ſalutē non poſtulo niſi contrariū quia id expedit ſaluti animę meę, etiāſi id ego ignorē vt in

Hebr. 4. Iacob. 1. 1. Ioan. 2. Ciprianus Pſal. 4. Ciprianus Auguſt. Damaſc. Iacob. 4. Roman. 8

vt in ſequēti cap. Deo dāte videbim⁹. Chriſt⁹ autē ſapiētiſsim⁹ Doctor eſt, cui⁹ eſt docere quid nos orare oporteat. Quare diſcipuli ei⁹. Luc. 11. Dixerūt ad eum: Dñe doce nos orare. Igit̄ ea quæ ipſe orare docuit rectiſsime poſtulantur. Vnde Aug. vbi ſup. Quæcumque autem verba dicamus (ait) nihil aliud dicimus, quam quod in iſta oratione Dominica poſitum eſt, ſi recte & congruenter oramus. Tertiò, oratio debet eſſe recte ordinata, ſicut deſiderium, cùm oratio (vt diximus) ſit deſiderij interpres. Erit autem tunc debitus ordo, ſi ſpiritualia corporalibus: cœleſtia, terrenis: deſiderando præferamus, ſecundum illud Matth. Primū quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius. Hāc ſeriē in hac oratione ſeruandam nos docuit Chriſtus, in qua primò petuntur cœleſtia, deinde terrena. Quarcò, oratio oportet quod ſit deuota, quoniam pinguedo deuotionis facit, vt ſacrificium orationis ſit acceptum Deo, ſecundum illud Pſalm. In nomine tuo leuabo manus meas, ſicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. Deuotio autem multoties propter prolixitatem orationis tepeſcit, ac obtunditur. Quare ſuprà Chriſtus Dominus hanc prolixitatem reſecare volēs, dixit: Orantes autem nolite multum loqui. Et Auguſt. ad Probam. Abſit (inquit) ab oratione multa locutio, ſed non deſit multa precatio, ſi feruens perſeueret intentio. Qua ratione hanc orationem breuiſsimam inſtituit Chriſtus. Deuotio autem ex charitate conſurgit, cuius effectus eſt: charitas autem eſt amor Dei & proximi, quorum vtrumque in hac oratione oſtendi tur. Amor quippe Dei inſinuatur cùm eum vocamus Patrem, dilectio autem patris maxima eſt: quoniā eſt dilectio principij, quæ maxima eſſe ſolet. Dilectio autem proximi in hoc manifeſtatur: quoniam Deum Patrē non meum, ſed noſtrum vocamus, in quo fatemur alios homines qui etiā ſunt filij Dei fratres noſtros eſſe, quare & pro illis etiam oramus dicentes: Pater noſter, quaſi in vno omnes filij patrem noſtrum deprecemur dicentes etiam: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris idem inſinuamus: quoniam ad dimittendū debita fratribus amor proximorum nos cōpellit. Quintò, oratio oportet quod ſit humilis, nam Iudith. 9. dicitur: humilium & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio. Et in Pſalm. dicitur: Reſpexit in orationem humilium. Quod in oratione Phariſæi & Publicani nobis manifeſtatum fuit. Superbi enim Phariſæi oratio repulſa eſt, humilis autem Publicani accepta fuit. Hæc autem humilitas in hac oratione ſeruatur: Nam vera humilitas eſt, quādo aliquis nihil ex ſuis viribus præſumit, ſed totum ex diuina liberalitate impetrandum expectat. Secundo huius orationis excellentia ac efficacia ex eo patet, quod oratio tria præcipue bona ad ducit. Primò enim eſt efficax & vtile remedium: quoniam liberat à peccatis commiſsis, ſecundum illud Pſalm. Tu remiſiſti impietatem peccati mei, pro hac orabit ad te omnis ſanctus: Sic latro in cruce orauit & remiſsionem obtinuit, & audire meruit: Hodie mecum eris in paradyſo. Luc. 23. & apud Luc. 18. Publicanus orauit, & deſcendit iuſtificatus in domum ſuam. In hac autem oratione remiſsionem peccatorum, & liberationem à malo poſcimus: Oratio liberat à timore peccatorum ſuperuenientium, à tribulationibus & triſtitijs, iuxta illud Iacob. vlt. Triſtatur quis in vobis, oret. In hac autem oratione poſtulantes panem quotidianum, aſsiduum auxilium Dei expoſcimus, quo fortes atque conſtantes in tribulationibus & triſtitijs perſiſtamus, idq; idem poſtulamus cùm poſcimus non induci in tētationem. Etiam oratio à perſecutionibus, ab inimicis noſtris prouenientibus nos liberat ſecundum illud Pſalm. Pro eo quod me diligerent detrahebant mihi, ego autē orabam. Secundò valet oratio ad omnia deſideria obtinenda ſecundum illud Matthæi. 11. Omnia quæcumque orantes petitis credite quia accipietis. Quod ſi non exaudimur hoc eſt, quia nō inſtanter petimus: nā oportet ſemper orare & nō deficere. Ideo quia non petimus id quod magis expedit ad ſalutem. Bonus enim Dominus (ait Auguſt.) qui ſæpe non tribuit quod volumus, vt tribuat quod mallemus. Quod in Paul. experientia oſtendit, qui ter orauit vt ſtimulus ille diſcederet ab eo, & tamen non eſt aſſecutus. Quod & in hac oratione videmus. Omnia quippe iuſta deſideria, in ea Deo Patri noſtro manifeſtamus, vt adimplere eadignetur. Tertiò eſt vtilis oratio quia facit nos Deo familiares ac ſocios, cum illo ita familiariter colloquentes, ſicut ſolet homo loqui ad amicum ſuum, ſecundum illud Pſal. Dirigatur Domine oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo. Quod eſt idem dicere cum illo. Intret oratio mea in cōſpectu tuo. Per orationem quippe in præſentia Dei ſiſtimur

Matth. 18 Pſal. 62. Auguſt. Iudith. 9. Pſal. 101. Luc. 18. Pſal. 31. Luc. 23. Luc. 18. Iacob. vlt. Pſal. 118. Matth. 11 Luc. 18. Auguſt. Pſal. 140. Pſalm. 87

ſtimur, tanquã domeſtici ac familiares eius. In hac autem oratione Deum Patrem noſtrum vocamus, quo quid familiarius eſſe poteſt? Tertiò huius orationis præſtantia patet. Primum ex dignitate authoris: Deus enim eſt qui compoſuit eam, vnde ei conuenit illud Eccleſ.24. Ego ex ore altiſsimi prodij. Secundum autẽ eſt breuitas, quare Gloſſat. Beda dicit: Orationem compoſuit breuibus verbis, vt citò fiducia, cito annuendi quod breuiter vult rogari. Hoc eſt: Orationem voluit nobis breuem docere Chriſtus vt fiduciam haberemus, citò nos impetraturos quod petimus. Eſai. (ſicut citat Paul. Romano.9.) ſecundum.70. cap.10. dicit: Verbũ conſummans & abreuians in æquitate: quia verbum breuiatum faciet Dominus ſuper terram. Tria enim Chriſtus Dominus ſuo aduentu in compendium redegit, quæ maxime neceſſaria ſunt ad vitam æternam conſequendam. Hæc ſunt ſacrificia, præcepta & orationes. Plurima veteris legis ſacrificia ad vnum altaris ſacrificium redegit, (vno enim expleta eſt ſacrificio variarum differentia victimarũ) vt ait Leo Papa: Sexcenta tredecim antiquæ legis præcepta, vno charitatis mandato compleuit. Roman.13. Qui diligit proximum, vniuerſam legem impleuit. Ac numeroſas veteres orationes, in hac vna, quam hodie nos docet incluſas voluit eſſe, ne multis affluerémus verbis inutilibus coram Deo. Docuit etiam, vt breuis hæc eſſet oratio, vt omnes fideles minimi & maximi eã addiſcere poſſent, ne quiſquã excuſationem prætexere poſsit, ne addiſceret eam, & ne animus orationis prolixitate ad alia diſtenderetur, ſed his paucis verbis attentius intendere poſſet. Vnde Iſidorus in libr. de ſummo bono ait: Fidei ſymbolũ, & Dominica oratio pro tota lege paruulis Eccleſiæ ad cœlorũ regna ſufficit capeſſenda. Omnis enim latitudo Scripturarũ in eadem oratione Dominica, & ſymbolo breuiter concluditur. Tertia huius orationis præſtantia, fœcunditas eius eſt. Vnde & Gloſſat. dicit: Nihil deeſt quod in ſeptẽ petitionibus non contineatur. Quartum eſt ſpiritualitas, hæc autem oratio tota ſpiritualis eſt, ſecundum quod Gloſſ. dicit: quia ex ore filij qui eſt veritas proceſsit. Quintum eſt virtus eius quę maxima, veriſimile quippe eſt, quod Chriſtus petitiones quæ in ea ſunt non docuiſſet, niſi eas exaudiri vellet. Vnde D. Auguſt. ait: Quod poſt Euchariſtiã Dominica oratio eſt vnum & maximũ remedium, vel vnum de maximis contra peccata venialia. *Pater noſter.* Quælibet oratio quæ à rethoribus dicitur tribus conſtat partibus, nempe exordio, narratione ac cõcluſione. His etiam hęc conſtat oratio. Exordium quippe orationi deſeruit ad captandam audientiũ beneuolentiam, quibus perſuadere noſtra oratione nitimur. Inurbanus namque videreris, ſi abſque vllis præuijs verbis quibus animum cuiuſpiam alliceres, protinus ab illo aliquid tibi commodum peteres. Prius eius beneuolentiam captas, eum amicum liberalem, atque in teſem per beneficum ac magnificum appellans, vt poſtquam talibus verbis beneuolum feceris: gracioſius ab eo tua ſit accepta petitio. Sic cùm Moyſes ſe afflictum ſentiret imparque ſuis humeris videretur totius illius populi cura, cùm petere vellet à Deo, vt ſemper illos comitaretur, quaſi prius ipſum beneuolum efficere volens ait Exod. 34. Dominator Domine Deus miſericors, & clemens, patiens & multę miſerationis & verax, obſecro vt gradiaris nobiſcũ. Eodẽ vſa eſt exordio ſancta illa vidua Iudith. cùm ad amputandũ Holofernis caput pergeret. Ait enim clamans ad Deũ. Deus patris mei Simeon, qui dediſti illi gladium in defenſionem alienigenarum, qui violatores extiterunt, in coinquinatione ſua, & denudauerunt femur Virginis in confuſionem: & dediſti mulieres illorum in prædam, filias illorum in captiuitatem, & omnem prędam in diuiſionem ſeruis tuis, qui zelauerunt zelum tuum. Subueni quæſo te Domine Deus meus mihi viduæ. Sic in hac oratione vt beneuolum nobis Deũ reddamus, patris nomine quaſi blandientes ei eum nũcupamus: cum patris ſit boneuolè filiorum flagitata & audire & concedere. *Pater noſter.* Hoc nomen (Pater) eſt nomen fontis naturæ, & nomẽ affectus: quia pater eſt à quo fluũt omnia, & Pater eſt ex quo in nos & à nobis in ipſum dulciſsimus tendit amoris affectus. Quod enim Pater ſit à quo fluũt omnia, ex hoc patet quoniam ipſe eſt Pater qui producit verbum, in quo ſunt rationes omnium rerum creatarum. In eo quippe ſunt ſicut in cauſa exemplari, ad cuius ſimilitudinem omnia creata exprimuntur. Vnde Pſalm.109. dicitur: Ex vtero ante lucifer genui te, in ſplendoribus ſanctorum, hoc eſt mundorum: quoniam in eo omnia ſancta, ac munda, tanquam in cauſa exemplari ac efficienti ſplendent; & quoniam à cauſa

Eccleſ.24 — Beda. — Eſai.20. — Roma.9. — Leo Papa. — Roman.13. — Iſidorus. — Gloſſ. — Gloſſ. — Auguſt. — Exod.34. — Iudith.9. — Pſal.109.

cauſa tam mũda prodijt mundus: Ideo tali nomine gaudet. Omnia quippe creata quatenus à Deo prodeũt pulchra & mũda ſunt, ſecũdũ illud Boetij. Mundũ mente gerens pulchrũ, pulcherrimus ipſe. Nam ab illis rationibus & ideis, quæ ſunt in Deo (ait Plato) quod iſte ordo creaturarum vocatur mũdus, & ſic dicitur Matth. 11. Cõfiteor tibi pater Dñe cœli & terrę: Eſt em in cœlo Pater filij, quod eſt ſolius perſonæ patris, & eſt pater & Dñs omniũ creaturarũ, qd eſt cõmune toti Trinitati. Pater noſter eſt quãtũ ad creationẽ, ſecũdũ illud: Nũquid nõ ipſe eſt pater tuus, qui fecit & creauit te? Et eſt pater per regenerationẽ, & adoptionẽ, ſecũdũ illud Petri: Regenerauit nos in ſpẽ viuã. Eſt demum pater noſter: quia nos vocat ad ſuã hæreditatẽ, ſecũdũ illud: Si filij & hæredes. Sic autẽ tota Trinitas, quęeſt vnꝰ Deꝰ veriſimè vocat Pater, ſecũdũ veriſimã patris rationẽ, quæ colligit ex Ariſt. lib. 16. & 17. de animalibꝰ. Quod pater eſt, qui ſui aliquid habet in alio, ex quo ille cõſtat in fieri & eſſe pfecto, ſed Deꝰ Pater habet in nobis virtutẽ & ſpiritũ & imaginẽ (hæc em ſunt ea quæ verꝰ pater habet in filio) ergo poteſt dici verꝰ pater. Habet quidẽ Deꝰ in nobis virtutẽ ſuã, quoniã per illã puehimur, non ſolum ad eſſe, ſed ad bene eſſe ſicut & per virtutẽ ſeminis patris filius in eſſe perfectũ deducit. Per Spiritũ autẽ quẽ habemꝰ à Deo formamur. Inſufflauit em ſpiritũ ſuũ in hominẽ, & factus eſt in animã viuentẽ, ſicut & per ſpiritus illos, quos ſecũ defert ſemen à patre, format homo in eſſe perfecto hominis. Imaginẽ autẽ habemus à Deo per quã illi aſsimilamur, ſicut filius patri. Igit pervirtutẽ in ipſo viuimus, per ſpiritũ in ipſo eodẽ mouemur, & per imaginem ſuã ſumus in ipſo id quod ſumus. Virtutẽ largitur Pater, quia ſibi attribuitur potẽtia, ſpiritũ quia generat nos per adoptionẽ, quod tribuitur Spiritui ſancto: imaginem autẽ, quia homines dat filios Dei fieri, quod filio ſpecialiter tribuitur. Per uirtutẽ nos generat, per ſpiritũ nos regenerat, p imaginẽ nos ad filiorũ hæreditatẽ aſciſcit. De quibꝰ p ſingula agẽdũ eſt. Igit p virtutẽ quã Deꝰ habet ex nihilo creãdi dicit pater p creationẽ, ſecũdũ illud Eſa. Nũquid ego qui alios parere facio, ipſe nõ pariã, & qui generationẽ alijs tribuo ſterilis ero? In Patris pſona nõ eſt ſterilis natura diuina, ſed fœcũda: habet em virtutẽ generãdi filiũ ęqualẽ ſibi, ſed & in diuina natura quatenꝰ eſt in tribꝰ pſonis virtꝰ eſt generãdi, & pariẽdi & pducẽdi fœtꝰ, ab ea quippe oĩs generatio pcedit, ſecũdũ illud Epheſ.3. Flecto genua mea ad Patrem Dñi nri Ieſu Chriſti, ex quo oĩs paternitas in cœlo & in terra nominat. Hoc eſt, ab eo eſt oĩs virtus generatiua, à qua oĩs denominatur pater à paternitate quã habet à Deo. Vel (vt alij legũt) à quo oĩs familia in cœlo & in terra nominat, quoniã tã Angelorũ familiæ, quã hominũ, quã cæterarũ creaturarũ à Deo ſunt. Quare per hanc virtutẽ productiuã dicitur Deꝰ Pater p creationẽ, iuxta illud Eſa.64. Et nũc Dñe Pater noſter es tu nos vero lutũ, & fictor noſter es tu, & opera manuũ tuarũ omnes nos. Et licet p hũc modũ omniũ creaturarũ Deꝰ dicat pater, ſecũdum illud Iob: Quis eſt pluuiæ Pater aut quis genuit ſtillas roris? quoniã oĩa ab ipſo cõdita & creata ſunt, tñ etiã, ſecũdũ hũc modũ ſpecialiter dicit Deꝰ Pater noſter, hoc eſt hominũ. Nã p illã cõmunẽ creationẽ, ac generationẽ omniũ rerũ dedit nobis virtutẽ, nõ ſolũ adeſſe naturale præſtãtius cæteris animalibꝰ, ſed ad optimũ eſſe. Dedit em nobis naturã quæ poſsit eſſe capax gratiæ, p quã ſpecialiter diceremur filij Dei, per adoptionẽ & cõmunicationẽ æternæ hæreditatis, ſecũdũ illud Ioan.1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credũt in nomine eius. Nã vt Aug. ait: Poſſe habere fidẽ, ſicut poſſe habere charitatẽ naturæ eſt hominũ, licet habere ſit gratiæ fideliũ, vt ſtatim videbimus. Et Pſal.32. dicitur: Qui finxit ſigillatim corda eorũ, Quoniã ſingulas animas ipſe creat in corporibus, ac ſigillatim in eis hãc poteſtatẽ ac virtutem influit, quaſi ſingulariter hoc dederit cuilibet animæ, quod poſsit eſſe huius filiationis capax, quod ſigillatim ac ſingulariter homini dedit, & nõ alijs animalibus. Ea enim quæ ſigillatim facimus operoſiùs illis intendimus, quaſi volentes aliquid excellens illis dare, tanquam reliqua animalia non hac ſingulari conſideratione condiderit Deus. Et in hoc ſenſu non ſolũ de filio naturali intelligi poteſt illud Pſal. 2. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu ego hodie genui te. Nunquã enim fons diuinę generationis arescit, ſed ſemper fundit virtutem ex qua tales filij fingantur, & formentur, tam in eſſe naturæ, quam in eſſe gratiæ. Igitur hoc eſt primum quod Pater Deus ſui habet in nobis, virtutem, ſcilicet, ſic adeſſe nos deducentem. Dicitur etiam Pater: quia ſpiritum adoptionis filiorum habet in nobis. Hic autem ſpiritus nobis iã per gratiã exiſtenti-

Boetius. — Plato. — Matth.11. — Deuter.32 — 1.Pet.1. — Roman.8. — Ariſto. — Eſai.63. — Genes.2. — Epheſ.3. — Eſa.64. — Iob.38. — Ioann.1. — Pſalm.32. — Pſalm.2.

existentibus confert vitã & motũ, & ſenſum
ſiue cognitionem & affectum. Vitam autẽ
dico diuinam: quia nobis eam influit, iuxta
illud Ioan. 6. Spiritus eſt qui viuificat caro
Ioan. 6. non prodeſt quidquã. Et hæc eſt vita quã
primò in vtero matris Eccleſiæ viuere inci-
pimus, & vitã noſtrã manifeſtare per motũ
ad Deum, & aperire cor noſtrũ, ad fontem
vitę patris cœleſtis. Nam Deute. 4. dicitur:
Deuter. 4 Vos qui adhæretis Dño vniuerſi viuitis.
1.Cor.6. Qui em̃ adhęret Deo vnus ſpiritus eſt cum
eo, ac proinde accipiendo Spiritũ Dei viuet
Pſalm.35. vita Dei: quoniam apud Deũ eſt fons vitæ,
in quo viuimus, quia quod factum eſt in ipſo
Ioann. 1. vita erat. Quo circa quos ſic nũ viuificat pa
ter abortiui ſunt ad nihilum valentes, iux-
ta illud Iob. 3. conſiderans ſe ſine gratia Dei
Iob.3. natũ, dicebat: Sicut abortiuum abſconditũ
non ſubſiſterem. Quare Apoſtolus quandiũ
1.Cor. 25. hanc vitam non habuit, ſe tanquam abortiu-
um reputauit, vt. 1. Cor. 25. dicit: Nouiſsi-
me autem tanquam abortiuo viſus eſt mihi.
Hæc quippe vita eſt motus Dei Patris in
hominem, ad commouendum cor eius in vi
ta Dei, vt Deus viuat in ipſo, & non viuat
Galat. 2. ſibi homo, ſed dicat cum Paul. ad Galat. 2.
Viuo ego iã non ego, viuit vero in me Chri
ſtus, & illud: Quod autem nunc viuo in car
Ibidem. ne, in fide viuo filij Dei, qui dilexit me, &
Eccleſ.4. tradidit ſemetipſum pro me. Vnde Eccleſ.
4. dicitur: Sapientia vitam filijs ſuis inſpira
Ezech.37. uit. Et Ezech. 37. Veni Spiritus inſuffla ſu-
per interfectos, & reuiuiſcant. Sed quoniã
vita manifeſtatur per motũ, poſtquã Deus
largitur nobis eſſe ſpirituale, per ſpiritum
ſuum & vitam hanc ſpiritus, etiam mouet
corda noſtra ad ſe per gratiam, vt appareat,
ad quã vitã viuificati ſumus. Eſt autẽ hic mo
tꝰ ſpiritus, impulſus quidã cordis ad Dominũ
Eſai.29. , ex quo venit Spiritus de quo ſic dicit Eſa.
c. 29. Spiritus robuſtorum quaſi turbo im-
pellens parietem. Robuſti ſunt, Pater, & Fi-
lius, & Spiritus ſanctus, licet vna ſit eorũ vir
tus, quorũ Spiritus qui vnus eſt, protinus vt
cor hominis intrauerit ipſum ſimul cũ cor-
2.Cor.15. pore, quod eſt paries, ad ſe trahit. Ideo quip
pe dicit Pau. 2. Cor. 15. Sicut primus Adã fa-
ctus eſt in animã viuentẽ, nouiſsimus Adã
factꝰ eſt, in ſpiritũ viuificantem, qui animas
noſtras in præſenti viuificat vita gratiæ, &
in futuro vita gloriæ: qui & viuificabit in
Reſurrectione & mortalia corpora noſtra
propter inhabitantẽ ſpiritum eius in nobis.
Hæc autẽ vita gratiæ, per motũ cordis mani
eſtat in iuſtis: quoniã eſt aqua illa viua quã
Dñs promiſit Samaritanæ, quę in corde fit
fons aquæ ſaliẽtis in vitã æternã. Et hoc ſpi
Ioann.4. ritu mouentur animalia quæ Spiritũ Dei ſe
quũtur, quo etiã ſpiritu mouẽtur & rotæ ſe
quẽtes animalia, vt legitur apud Ezech. c. 1. *Ezech.1.*
Nã vbi erat impetus ſpiritus illuc gradiebã
tur animalia ſancta, quæ ſignificant Dei fi-
lios, quorũ corda quaſi rotæ mouẽtur circu
lariter, quorũ motus à Deo incipit tanquã
à principio, & in Deo terminatur tãquã in
fine ſuarũ intentionũ, & ſic cõplent hũc cir
cularẽ motũ, quẽ Plato dicebat omnes crea
turas debere peragere. Tribuit vltimo ſpiri
Plato. tus iſte Patris noſtri nobis cognitionẽ, per
intellectũ, & affectionẽ per charitatẽ vt di-
citur Sap. 7. Eſt em̃ in illa ſpiritus intelligẽ-
Sap.7. tiæ ſanctus. Intelligẽtiæ quidẽ per cognitio
nẽ, ſanctus autẽ per perfectionẽ: nã hoc ſpi
ritu cognoſcimus Deũ eſſe patrẽ noſtrũ, &
eodẽ diliginus illũ. Et de primò dicit Paul.
1.Cor.2. 1. Cor. 2. Nos nõ ſpiritũ huius mũdi accepi-
mus: ſed Spiritũ qui ex Deo eſt, vt ſciamus
quæ à Deo donata ſunt nobis. Et de ſecũdò
Roman.7 Rom. 7. Nõ accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis ite-
rũ in timore, ſed accepiſtis ſpiritũ adoptio-
nis filiorũ Dei, in quo clamamus Abba pa-
ter. Tertiò. Pater eſt in filio paſsimilationẽ,
& ſic habet Deus in nobis imaginẽ ac ſimi
litudinẽ ſuã, ſecũdũ illud Gene. 1. Faciamus
Geneſ.1. hominẽ, ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã,
Sicut em̃ pater carnalis natiuitatẽ filij pro-
mouet ſemper vſq; ad perfectã ſimilitudi-
nẽ ipſius, niſi natura aberret: ita pater ſpiri-
tuũ Deꝰ promouet ſpiritualẽ hominis genera
tionẽ, vſq; ad ſui perfectã ſimilitudinẽ, niſi
obicẽ ponat homo. Dicit autẽ homo ad ima
ginẽ & ſimilitudinẽ Dei: quoniã imago hæc
eſt in ſimilitudinẽ poteſtatis, ꝙ ſicut Deus
præeſt omnibus, ita homo cæteris rebus. In
ſimilitudine originis: quia ſicut ex Deo ſunt
omnia, ita ex vno homine tota prodijt hu-
mana natura. Igit (vt in cõpẽdio dicta redi-
gamus) Deus dicitur pater quia generat ver
bũ, quod eſt ſingulare perſonæ Patris. Tota
autẽ Trinitas dicitur Pater noſter: quoniã
eſt aliquid eius in nobis, nẽpe & virtus eius
qua conditi ſumus per creationẽ, & ſpecia-
liter hominũ Pater: quoniã nos condidit ca
paces optimi eſſe qualis eſt gratia & gloria.
Dedit etiam nobis Spiritum ſuum, quo vi-
uimus vita gratiæ, & mouemur ſuperna-
turaliter ad ipſum, ipſius ſpiritus ſequentes
impulſum. Eſt etiam imago eius in nobis,
ſicut in filio eſt Patris imago. Primò ergo
eſt Pater noſter per creationẽ. Secundò per
adoptionem

Malach.1 adoptionem. Tertiò per aſsimilationẽ. Pro
pter primum debemus ei honorẽ, ſecũdum
illud: Si ego pater, vbi eſt honor meus? Prop
ter ſecũdũ gratiarũ actionẽ ratione redẽp-
tionis, per quã adoptati ſumus in filios Dei.
Redẽptori quippe gratiæ debentur, & pa-
Iacob.1. tri adoptanti: quoniam voluntariè nos in fi
lios Dei aſciuit, ſecũdũ illud: Voluntate ge
nuit nos verbo veritatis, vt eſſemus initium
aliquod creaturæ eius. Propter aſsimilatio-
nem autem tenemur boni eſſe, vt in omni-
bus tanto patri aſsimilemur, vt ipſe ſupra
dixit: Eſtote ergo vos pfecti, ſicut & pater
veſter perfectus eſt. Et hoc qd̃ modo citaui-
mus: Vt eſſemus initium aliquod creaturæ
eius, ſic debet intelligi. Quoniam propter
hoc in nobis ſuæ naturæ impreſsit ſimilitu
dinẽ ac notã: vt per illam & nos cognoſce-
remus Deum (illa em̃ nota notitia Dei eſt)
& affectu etiã in opere imitantes illum alij
per nos in notitiã eius deuenirent. Deniq;
in hoc nomine plurima nobis fiducia, amor
ac dignitas oſtẽdit. Quis em̃ audeat Regem
patrẽ vocare? Nos autẽ Deũ ipſum ore ple-
no patrẽ appellamus, ꝙ nec antiquis patri-
bus cõceſſum fuit. Illi em̃ Deũ Dñum, vlto
rem, alijſq; imperioſis nominibus Deũ nũ
cupabãt, nobis autẽ patrẽ illũ appellare li-
cebit. Ex quo maxima mihi fiducia orit im
petrãdi quicquid voluero. Precipue cũ ad-
dat. *Qui es in cœlis.* Vbi eſt omniũ bonorũ
abũdantia. Si em̃ pater eſt miſericordiarũ,
cui oĩa ſuperabũdant bona, cur nõ miſere-
bitur filiorũ in valle miſeriæ degentiũ, vbi
& malorũ copia, & bonorũ maxima inopia
Bernardus eſt? Vnde & Bern. dicit. Iã illud ꝙ antiquos
tã terribiliter, quã frequẽter intonare ſole-
bat (Ego Dñs) mihi dicitur in oratione, cu-
ius principiũ dulci nomine paterno, ſequẽ-
tiũ petitionũ obtinendarũ præſtat fiduciã.
Patris quippe eſt amore maximo affici er-
ga filios, atq; filijs theſaurizare, & oĩa illis
bona, & optare & ſumma diligẽtia quærere.
Amor autẽ huius patris, & maternũ etiam
amorẽ ſuperat, vt patet Eſa. 46. vbi ſic dicit
Eſai.46 Deus: Nunquid obliuiſci poteſt mulier in-
fantẽ ſuũ, vt non miſereatur filio vteri ſui?
Etſi illa oblita fuerit, ego tñ nõ obliuiſcar.
Quinimo Salomon ex amore illius mulie-
3.Reg.3. ris meretricis, quẽ oſtẽdit ad filiũ ſuũ, cog-
nouit ꝙ illa eſſet vera mater eius. Proprium
quippe eſt parentũ amore affici erga filios.
Quod ſi ab illo aſciti ſumꝰ in filios Dei, cur
1.Ioan.3. nr̃ã dignitatẽ nõ nouerimus? Videte qualẽ
charitatẽ dedit nobis pater, ꝙ filij Dei no-
minemur & ſimꝰ. Charitatẽ vocat beneficiũ
hoc, nec em̃ ex alio prodijt tãtus honor
niſi ex amore quẽ erga electos ſemper geſ-
ſit Deꝰ. Sicut autẽ pater afficit filio tanquã
effectui ſuo, ſic è cõtra filius afficit patri, tã
quã cauſæ & principio ſuo. Et ſicut pater
agnoſcit filiũ propter ſimilitudinẽ ſuã quã
in eo conſpicit, ita & filius patrẽ cognoſcit
per hoc ꝙ eſt eius ſimilitudo, quare filius
dicit nomẽ patris, ſi naturæ nomẽ accipiat.
Quapropter & filiꝰ patrẽ nominat, ante quã
alia verba ſciat ſonare, itaq; primũ verbum
qd̃ pfert, patrẽ ſonat: quia ſimilitudo natu
ralis patris afficit eũ ad nominandũ. Vt &
nos nullũ alium patrẽ appellare nouerimꝰ
niſi Deũ, ſecũdũ illud qd̃ nobis intimauit
Chriſtus Dñs dicens: Et patrẽ nolite vobis
Matth.23. nominare ſuper terrã: vnus enim eſt pater
veſter qui in cœlis eſt, quare & natura ipſa
nos docet, in omnibus preſſuris noſtris veli
mus, nolimus Deũ inuocare. Primũ enim
verbum quod occurrit nobis cũ offendẽtes
cadimus, aut aliquod repentinũ malũ cerni
Pſal. 106. mus, hoc eſt, *Vala me Dios.* Quod & Pſalmi
ſta inſinuat dicẽs: Et clamauerũt ad Domi
nũ cũ tribularent. Et per Oſeã dicit Dñs:
Oſea.6. In tribulatione ſua mane conſurgẽt ad me,
hoc eſt primò. Puerulus etiã in ſinu patris
quieſcit, potiuſq; ibi delectat, quã in ſinuꝰ
aliorũ virorũ, quos multoties cernit, vt nos
in cõplexu Dei requieſcamus, atq; in ſinu
eiꝰ delectemur dicẽtes cũ Spõſa: Læua eiꝰ
Cant.2. ſub capite meo, & dextera eiꝰ amplexabit
& 8. me. Et cũ in eius irruerimꝰ amplexꝰ dica-
mus: Tenui eũ nec dimittã. Itẽ infans ad pa
rentes currit, ſiue ridens ſiue plorans: quo-
Cant. 3. niam nos tam in proſperis, quam in aduer-
ſis ad Deum recurrere debemus, ne in proſ
peris eleuemur, & in aduerſis deficiamus.
Quare ſicut pater merito iraſceretur filio,
qui in ſuis neceſsitatibus alium requireret
quam ſe, quoniam patris eſt filiorum neceſ
ſitatibus occurrere, ſic Deus maxime ſuc-
cenſet nobis, ſi alium pręter eum, in noſtris
4.Reg.1. neceſsitatibus adiutorem quæramus. Quã
obrem iratus eſt Dominus contra Ocho-
ziam: quoniam miſit ad Beelzebub Deum
Acharon, vt ciſcitaretur eum de ſalute ſua
quando cecidit per cancellos domus ſuæ, &
dixit Helias Thesbites ad nuntios occur-
rens eis. Nunquid non eſt Deus in Iſrael,
vt eatis ad conſulendum Beelzebub Deum
Acharon? Quamobrem hæc dicit Domi-
nꝰ: De lectulo ſuper quẽ aſcẽdiſti nõ deſcẽ
des, ſed morte morieris. Et Eſa. 50. Vę filij de

ſertores, qui ambulatis vt deſcẽdatis in Ægy
ptum, & os meum non interrogaſtis ſperan
tes auxilium in fortitudine Pharaonis, &
habentes fiduciam in vmbra Ægypti, &
erit vobis fortitudo Pharaonis in confuſio-
Idem. 31. nem, &c. & cap. 31. Væ qui deſcendunt in
Ægyptum, aut auxilium in equis ſperãtes,
&c. Et vt agnoſcamus nos imbecilles ac in-
ualidos ad omnia, niſi à Deo adiuuemur,
quemadmodum & infans nihil poteſt ſine
parentum iuuamine, vt verum ſit illud quod
Ioan. 15. dixit Chriſtus Dominus. Sine me nihil po-
teſtis facere. Nam nec capillum album face
re aut nigrum poſſumus, cũm tamen mini-
ma res ſit capillus. Quare Paul. dicit. In quo
clamamus Abba pater. Abba vox eſt pue-
rorum (apud Syros) qui nondum recte ſciũt
pronũtiare ſermones, vt doceamur nos tan-
quã balbutientes pueri ac inhabiles, ad Deũ
debere recurrere, qui operatur omnia opera
noſtra in nobis. Licet abba pater, reduplicationem ſignificet, ac ſi diceres, pater pater: in quo & oſtenditur maior dilectionis affectus ad patrem noſtrum Deum, & etiam quod Deus bis eſt pater noſter, nẽpe & quãtum ad naturalia, & quantum ad ſupernaturalia, & quantũ ad corpus & quantum ad animam: quare in vtriſq; ad Deũ tanquam ad patrem accedere debemus. Deinde patris eſt erudire filios, ſic & Deus tanquã pa
Hebr. 12. ter erudit nos, ſecũdũ illud Hebr. 12. Patres quidẽ carnis noſtræ eruditores habuimus & reuerebamur eos, multo magis obtemperabimus patri ſpirituũ & viuemus. Et illi quidem in tempore paucorum dierũ ſecundũ voluntatẽ ſuã erudiebãt nos, hic tamẽ addit quod vtile eſt in recipiendo ſanctificationẽ eius. Itaq; parentes carnales, ea quæ carnis ſunt docuerunt nos, hic autẽ pater ſpirituũ
Ioann. 3. ea quę ſpiritus ſunt nos docet. Quare Nicho dęmus dixit ei Ioann. 3. Scimus quia à Deo veniſti Magiſter: quoniã cœleſtia & ea quę Dei ſunt docet filios, ac diſcipulos ſuos.
Hebr. 12. Item patris officium eſt, corripere filios, ad Heb. 12. Quis filius quem nõ corripit pater?
Prouer. 13. Quod ſi extra diſciplinam eſtis adulteri, ergo & nõ filij eſtis? Et Prou. 13. Diſciplinam Dñi fili mi nè abijcias, nec deficias cum ab eo corriperis: quẽ em̃ diligit Dñs corripit & ſicut pater in filio ſic complacet ſibi. Et Apoc. 3. Ego quos amo arguo & caſtigo. Ad
Apoc. 3. patrem etiam pertinet theſaurizare filijs, & illis relinquere hæreditatem: Hæreditas autem huius patris cœleſtis, ad quam filios
Pſalm. 15. aſciuit, cœleſtis eſt, ſecundum illud Pſal. 15. Funes ceciderũt mihi in præclaris, etenim hęreditas mea pręclara eſt mihi. Et Nume.
Numer. 15 15. Ego ſum hæreditas eorum. Quare Abra-
Geneſ. 25. ham omnem hæreditatem ac ſubſtantiam ſuam dedit filio ſuo Iſaac, filijs autem concubinarum largitus eſt munera: quoniam reprobis hæc munuſcula temporalia largitur Deus, filijs autem cœleſtem ſubſtantiam, immo omnia bona ſua eis in hæreditatem confert. Et quoniam in Chriſto adoptati ſumus, hi qui ſimiles illi fuerint, hanc conſe-
Roman. 8 quentur hęreditatem, ſecundum illud Pau. Quos vocauit, hos prædeſtinauit conformes fieri imagini filij ſui. Quare (vt diximus) per ſimilitudinem aſciſcimur ad hæreditatem filiorum. Hæc ergo omnia nobis Deus tanquam pater elargitur, nos vero è contra debemus illi filialem amorem, obedientiam ac ſubiectionem, ſimulq; in bonis factis imitationem, aliàs tanquã degeneres foras mittemur, & dicet̃ nobis. Pater tuus Ammor-
Ioann. 8. rheus, & mater tua Cethea, & illud: Vos ex
Ezech. 16. patre diabolo eſtis. Vnde nos qui tantum patrem offendimus audiendo patrem, ad lachrymas & compũctionem excitamur, pudoreq; nimio perfundimur, tantæ impietatis
Bernar. ac ingratitudinis recordatione. Vnde Bern. ait: Cogitanti q patrẽ offenderim eſt certũ quod pudeat, & ſi non terreat quadam fronte attollere oculos ad vultũ tam pij Patris, tam malus filius, pudet indigna geſiſſe genitori meo, pudet tanto patre vixiſſe dege-
Gloſſ. nerẽ. Gloſſ. etiam ſuper hunc locum ait: Cauendum eſt vnicuiq; à ſordibus, ne tãto patre ſit indignus. Licet alijs hoc audito nomine teneritudinis, ac affectus exprimantur lachrymæ videntes ſe tanti patris vocari filios, ſimulq; fiducialiter ad thronum gratiæ eius accedunt. Ecce quanta ſub hoc nomine, Patris, comprehenduntur. *Noſter.* Non meus ſed pater noſter dicitur, primò quoniã proprium eſt filio Dei illum patrem ſuum ſingulariter vocare: quoniam ſolus Chriſti Deus eſt pater naturalis, aliorum cõmunis eſt pater, ſcilicet, per adoptionem. Vnde ſolus Chriſt⁹ in hoc ſenſu dicere potuit. Mat
Matth. 26 th. 26. Patẽr mi ſi poſsibile eſt trãſeat à me calix iſte. Et Pſal. 2, Dñs dixit ad me: Fili⁹ me⁹
Pſalm. 2. es tu. Et Pſal. 88. Ipſe inuocauit me: Pater
Pſal. 88. meus es tu. Quare ſpecialier Pater de Chriſto dixit. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, Deus autem non cõplacet ſibi niſi in ſe ipſo, ergo Chriſtus filius eius naturalis eſt, cui eamdem numero diuinam naturam, per illam æternam generationem

nem communicat, & ipſe Chriſtus dixit: Aſcendo ad patrem meum & patrẽ veſtrũ, quaſi diſtinguens noſtrã filiationem à ſua: nam Deus eſt pater Chriſti per naturã, noſter autem per gratiã. Dicat ergo Chriſtus peculiari ratione & affectu. Pater mi, nos
Coloſ. 2. autem dicamus: Pater noſter. Noſtrum illũ dicimus: quoniam ipſe ſe nobis donauit, eũ filium ſuum vnigenitum nobis dedit, in quo eſt omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, hoc eſt, in veritate & non in vmbra, aut figura ſolum. Donando ergo nobis Chriſtũ ſeipſum, ac Spiritum ſanctum nobis donauit: quoniam vna eſt trium diuinitas ac Maieſtas. Et ipſe Chriſtus nomen patris nobis
Ioãn. 17. manifeſtauit, vt ipſe dixit: Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus. Per Chriſtum ergo notitiam perſonæ patris agnouimus, quam ante non noueramus; quoniam myſterium Trinitatis, à Chriſto nobis manifeſta
Roman. 8. tũ eſt. Vnde Paul. ait: Qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non omnia nobis cum illo donauit? Hoc eſt etiam ſe ipſum, ac Spiritum ſanctum, qui ſolus eſt omnia: quoniã in ipſo ſunt eminenter tanquam in cauſa. Non igitur ipſum Deum vſurpamus nobis aut rapimus: quoniam ipſe Deus qui pater
Ioan. 3. noſter eſt, ſe dedit nobis, ſecundum illud Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum: vt filiũ ſuum vnigenitum daret. Hoc eſt vt ſe ipſum daret nobis. Dicitur etiam, noſter, vt intelligamus quod Deus abſq; acceptione perſonarum, omnium noſtrum pater eſt, vt eorum vanam ſuperbiam proſterneret, qui de carnalibus parentibus gloriantur, ſpernentes alios qui pauperes vel ignobiles patres ſortiti ſunt, cùm nulla illuſtrior natiuitas, aut clarior ſtirps, aut generatio excogitari poſſet, quam eſſe filios Dei per adoptionẽ, quã cũ omnes abſq; acceptione perſonarũ adipiſci poſsimus, nõ eſt cur alter alteri in hoc nos præferre velimus, ſed qui
2. Cor. 10. gloriatur, in Dño glorietur. Simulq; vt oſtẽdat, quomodo nos tanquã fratres gerere debeamus, in amore arq; opere, nec dedignemur ob hoc etiã pauperes fratres vocare, & eis tãquã cognatis nr̃is opera charitatis exhibere, ſecũdũ illud Paul. Charitas fraterni
Hebr. 13. tatis maneat in vobis. Et Malach. 2. Nũquid
Malach. 2 nõ pater vn⁹ omniũ noſtrũ? Nũquid nõ De⁹ vnus creauit nos? Quare ergo deſpicit vnuſquiſq; veſtrum fratrem ſuum? Tamen licet omniũ communis pater ſit Deus, nihilominus ſinguli illũ nũcupamus patrẽ, vt ſcias non minorẽ curã erga te ſolũ habere, quã ſi tu ſolus filius eius eſſes ſingulorũ enim pater eſt, ac proinde ſingulis paternã curam impertit. Deniq; dicendo, noſtrum, hortamur quantum Deo oratio cõmunis grata ſit: Omnes quippe petitiones iſtę omnium & pro omnibus ſunt. Quare Paul. has communes orationes plurimũ cõmendabat, &
Matth. 18. Chriſtus Dñs dixit: Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo ibi ſum in medio eorum, vt ſimul confundat eos, qui priuatas ſuas orationes communibus anteponunt, nec quãdo fideles in ſolemnibus ac communibus proceſsionibus conueniunt ipſi illis ſociari dignãtur, quaſi ſingularitate quadam, ac ſuperbia velint dicere ſe plus coram Deo poſſe ſuis priuatis orationibus quam fideles omnes illis publicis ac cõmunibus quibus aſtant, quos ego optaſſem vel ad cõmunẽ omniũ vſum reducẽdos, vel omnino ab Eccleſiæ conſortio euellendos. Nã qui ſe à cõmuni more Eccleſiæ ſubtrahũt, quid reliquum erit, niſi ſuos ſingulares mores, in eã intendere velle? quod Deus optimus, maximus auertat obſecro, ſimulq; vt fidelium oculos aperiat, quo hæc mala præuidere poſsint. Ego ſemper communes & vſitatas Eccleſiæ conſuetudines amplexabor, ac venerabor, ſũmaq; deuotione ſequar ac ſequẽdas ab omnibus prędicabo, ſi quis ſe ab illis ſeiũxerit tanquã membrum ſeparatũ habebo illum. Vnitas quippe fidelium in hoc verbo maxime commendat̃. Vnde
Chryſoſt. Chryſo. hom. 14. operis imp. ait. Noſter dicitur vt etiam pro altero ores. Pro ſe em̃ ore naturę eſt, pro altero gratiæ: Pro ſe neceſsitas cogit, pro altero charitas fraternitatis hortatur. Dulcior eſt autẽ ante Deum oratio, non quam neceſsitas rei trãſmittit, ſed quam charitas fraternitatis commendat. *Qui es.* Poteſt ſumi ita quod verbum, eſt, non ſit tertium adiacẽs ſed alterum extremorum, vt idem ſit dicere, qui es, id eſt, qui habes entitatem veram, quod eſt proprium Dei, Ego ſum qui ſum, qui eſt, miſit me ad
Exod. 3. vos. Eſſe quippe Dei eſt primum à quo omnia quæ ſunt habent eſſe, & à ſe ipſo independens à quolibet alio. Quare eſt primũ ens, ex quo ſequitur quod influat in omnia entia. Nam (vt Ariſt. docet) cauſa prima
Ariſto. ria plus influit quam ſecundaria, quia cum ab alia non accipiat, non poteſt deficere eius influentia. Vnde Iac. 1. dicitur: Omne
Iacob. 1. datũ optimũ, & omne donũ perfectũ deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obũbratio. Neq; em̃ mutat̃ vt quãdoq; in

fluat quando non, ſed ſemper tãquam fons omnia ex ſe bona emittit: Id enim ſignificat nomen Iheouac, hoc eſt, fons eſſendi: Nec viciſſitudinem bonorum accepit, vt modo vnũ habeat modò aliud, ſed omnia ſimulà ſe ipſo habet. Quare omnia ſimul beatis cõfert in ęternitate, quę dicit eſſe tota ſimul. Et quia eſt primum ens, eſt purum, ac ſimpliciſsimum ens: probatur enim à Philoſophis quod primũ ens oportet quod ſit actus purus, atq; ſimplex abſq; aliqua cõpoſitione. Quanto autem aliquid ſimplicius eſt, ait Philoſophus, tanto in pluribus intimius reperitur: nam in compoſitis ipſa compoſitio impedit ne pluribus ſe cõmunicẽt. Quare Deus cũ ſit ſimpliciſsimus, omnibus ſe dat, atq; communicat affluenter: nã idem Dñs omnium diues in omnes qui inuocant illũ dicit Rom. 10. Et eſt ſup omnes & ꝓpoĩa, & in omnibus nobis: Ad Epheſ. 4. Iure ergo optimo talis pater orandus immo adorãdus eſt quoniã abundãter in omnibus ſua bona influere potens eſt. *In cœlis*. Hoc eſt, pater excelſus, ſicut dicebatur prius Abrahã, habitans loca excelſiora: quoniam nullus alius locꝰ eſt excelſior cœlo. Ideo dicimus ipſum eſſe in cœlo, cùm tamen Deus nullo coarctetur loco, ſed etiam loca imaginabilia cõprehendat & adimpleat. Cœlum & terram ego impleo dicit Dñs. Immo nec cœlũ nec cœli cœlorum ipſum capere poſſunt, cũ ipſe infinitus ſit & illi finiti. Dicitur ergo primò eſſe in cœlo, propter peculiares operationes quas ibi manifeſtat, quemadmodum & anima licet tota ſit in toto corpore & in qualibet parte eiꝰ, quoniã indiuiſibilis eſt, tamẽ ſpecialiter dicitur eſſe in capite: quoniam ibi meliores ac digniores operationes exercet, ibi enim præparat, ea quæ ad actionẽ intelligẽdi (quæ optima eſt) requirũtur. Sic licet Deus totus ſit vbiq;, etiam extra omnem locum, tamen quoniam in cœlo empyreo cum ſuis reſidet, ibique ab illis intelligitur atq; videtur, curiãq; ſuã ibi videtur habere, ideo dicitur quod eſt in cœlis, & quia cœlũ perfectiſsimũ corporũ eſt, quia ingenerabile & incorruptibile eſt, & ꝓpter eius ſpeciẽ & pulchritudinem, cui nihil fœdũ admiſceri poteſt. Ideo omnes antiqui in hoc optimè cõuenerũt, ꝙ cœlũ eſt cõueniẽs locus primo enti & primo rerũ genitori, ſecũdũ illud: Cœlũ cœli Dño, terrã autẽ dedit filijs hominum: Et illud: Circa cardines cœli perambulat. In his ergo verbis: Pater noſter qui es in cœlis, explicat id ꝙ nos de Deo dicimꝰ, nẽpe ꝙ eſt optimus, maximus, bonꝰ: bonꝰ, quia nos creauit: optimus, quia nos redemit ac regenerauit: maximus, quia in cœlis habitat. Vnde nec alta timere debemus talẽ patrẽ habẽtes, qui ſup cœlos ipſos exaltatur. Quare & Dñs nos docuit per Hier. cũ dixit: A ſignis cœli nolite timere. Vel dicit eſſe in cœlis, vt intelligamus ꝙ ad dandum cœleſtia ſolus ipſe Pater eſt. Reliqui enim patres naturalia largiũtur, Deꝰ cœleſtia donat, & ad hoc ſolꝰ ipſe potẽs eſt. Vnde Eſa. 63. dicit: Tu em̃ pater noſter & Abrahã neſciuit nos, & Iſrael ignorauit nos, tu Dñe pater noſter, Redẽptor noſter, à ſæculo nomẽ tuũ. Sic ipſe Dñs dicit: Et patrẽ nolite vobis vocare ſuper terrã, vnus em̃ eſt pater qui in cœlis eſt. Et etiã vt per hoc diſcamus, & cœleſtia petere a patre cœleſti, aliàs Deus conqueritur per quẽdã Prophetã dicẽs: Frumẽtũ & oleũ ruminãt, & me nõ quærũt. Hoc eſt: *Roer ſanctos por lo temporal*. Cur parua hęc à tanto Dño petis, qui cœlorũ etiã Dñs eſt? Tẽporalia quippe, etſi à Deo etiã ſint, nõ tñ quaſi meliora bona, ſed ſicut olera dãtur nobis ante alios cibos in prãdio, vt per illorũ eſum excitetur noſter appetitus ad dulciora, & optimè cõdita edulia, quę apponẽda ſunt nobis, ſic Deus hæc tẽporalia largitur, vt per illa accendat deſideriũ noſtrũ ad cœleſtia: Sic em̃ intelligo ego illud ꝙ dixit Dñs in Geneſ. Quaſi hortũ & olera dedi vobis hęc. Hoc eſt tanquã comeſtionis ſitiũtia, vt videtẽs hæc bona in exilio, ad ea quę ſunt in patria aſpiretis meliora. Et dicit etiã eſſe in cœlis, vt ibi dirigatur noſtri operis intẽtio, vbi & patrẽ & patriã habemꝰ, & ibi ſit cõuerſatio noſtra, vbi eſt & pater noſter & ibi cor, vbi & theſaurũ & hęreditatẽ paternã habemꝰ. Et intelligamꝰ ꝙ dũ viuimꝰ in corpore peregrinamur à Dño, & ꝙ nõ habemꝰ hic manentẽ ciuitatẽ ſed futurã inquirimus: atq; eius abſentiã deplorãtes cũ Dauid dicamus. Heu mihi quia incolatꝰ meꝰ, ꝓlõgatꝰ eſt, & quãdo veniã & apparebo ante faciẽ Dei & patris mei? Ecce ergo huiꝰ orationis exordiũ, in quo captare beneuolẽtiã eiꝰ cui preces fundimus exoptamus, tanquã ſi diceremus Deo, fiducialiter ad te precandũ accedimus, quãdoquidẽ, & pater noſter es cui ꝓpriũ eſt miſereri filiorũ. Si enim nos cùm ſimus mali nouimus bona data dare filijs noſtris, quanto magis tu pater cœleſtis dabis ſpiritũ bonum petẽtibꝰ te? Simul etiã potens es (quoniam cœlorum habitator es) & nos reſpicere qui in valle miſeriæ ſumus, & nobis benefacere, vtpote qui cœleſtia & terrena moderaris. Et obſerua quod in hoc

Ariſto.
Roma. 10.
Epheſ. 4.
Hiere. 23.
Simile.
Pſal. 113.
Iob. 22.
Hiere. 10.
Eſai. 63.
Matth. 23.
Oſea. 7.
Simile.
Geneſ. 9.
2. Cor. 15.
Hebr. 4. 13.
Pſal. 119.
Pſalm. 41
Luc. 11.

in hoc exordio, tres virtutes Theologales implicite petimus ac confitemur. Vocamus quippe ipſum patrem cui credimus per fidem, noſtrum, quem per charitatẽ amamus, qui es in cœlis, ad quẽ peruenire per ſpem confidimus. Nunc ad narrationem accedamus. *Sanctificetur nomen tuum*. Diuerſimodè ordo harum petitionum intexitur à ſanctis. Omnes cõueniunt quod ſint in hac oratione tres petitiones, & quoniam bonũ eſt ante malum, ſicut habitus ante priuationẽ, ideo prius petimus ea quæ pertinẽt ad promotionem in bonũ. Et quoniam inter bona ſpirituale eſt prius dignitate, quã temporale, ideo prius ponũtur petitiones ſpirituales quã temporales. Et quia inter bona ſpiritualia diuinũ bonum eſt ante bonum meritorium, quod conducit ad conſequendũ diuinum, ſicut finis eſt ante id quod eſt ad finẽ, ideo priꝰ ponunt̃ ea quæ pertinẽt ad bonũ diuinũ in ſe, deinde ea quæ cõducũt ad hoc ꝙ nos conſequamur illud. His habitis Aug. in Enchiri. ad Laurentiũ. c. 115. ait: Quod in tribus primis petitionibus æterna poſcimus in reliquis quatuor temporalia, quæ tamen propter æterna conſequenda ſunt neceſſaria. Et lib. 2. de ſermo. Domini in monte. c. 17. ait: Harum ſeptem petitionum commendanda & conſideranda diſtinctio eſt. Nam cum vita noſtra temporaliter nũc agatur, atq; ſperetur æterna, & cũ æterna potiora ſint dignitate, quã his temporalibus prius actis ad illa tranſeatur, trium primarum petitionum impetrationes in hac vita, quæ in ſæculo agitur exordiũ capiunt: reliqua vero quatuor, quę petimus ad temporalem iſtã vitã mihi pertinere videntur. Alij volũt omnes iſtas petitiones eſſe ſpirituales, niſi qd̃ tres primæ pertinent ad vitam gloriæ, quatuor vltimæ ad vitam gratiæ. Quare ab illis exordiri deberẽt noſtrę petitiones niſi ꝙ primæ quia dignitate potiores ſunt, ideo primo loco ponuntur, ſicut Moyſes ab illis præceptis quæ ad Deum attinebant decalogo principia dedit. Nã primum quęrendũ eſt regnum Dei, hoc eſt, primo loco, quia finis prior eſt in intentione, deinde iuſtitia qua ad illud peruenitur opere exequenda eſt. Quare licet aſcendendo ab illis tribus quæ ad gloriam pertinent incipiamus, deſcendendo vero congruo ordine prius petimus liberari ab omni malo, quod eſt peccatum adducens temporalem & æternã mortem, non conſentiendo vlli malæ tẽtationi, humiliter veniam ac remiſsionem peccatorum poſcendo, & vim ac robur ad perſiſtẽdum in Dei gratia, vt ſic voluntas eius perficiatur in nobis, & ſic adueniat regnũ eius æternum in nos, ubi firmiter, ac conſtanter nomen eius ſanctificetur à nobis, & ſic vltimo conſequetur finis, qui licet ſit poſterior in executione, eſt tamen prior in intentione. Alij dicunt quod prima petitione petimus id quod ad honorem & gloriã Dei in ſe ipſo attinet, reliquæ vero ſex ad nos pertinẽt. Alij tres petitiones Deo referũt, alias quatuor nobis: quoniam in primis dicimus nomen tuum, regnum tuum, voluntas tua, in alijs quatuor dicimus panẽ noſtrũ, debita noſtra, & ne nos inducas, libera nos à malo, &c. Poſſumus autẽ huius orationis ordinẽ ſic ſecare, vt dicamus eã diuidi in precationẽ bonorũ, & deprecationẽ malorũ. Precatio quatuor continet partes, quarũ prima ad Deũ ſpectat cui ante omnia optandũ eſt ꝙ ſolũ poteſt ei optari, nẽpe gloriã & honorẽ ab omnibus ei impendi. Reliquæ tres ad nos pertinent hoc ordine, vt primò precemur nobis ſumma bona, videlicet vitã æternã. Secũdo media bona, gratiã, ſcilicet, qua Dei impleamus volũtatẽ, & virtutes ac bona opera. Tertio, infima nẽpe corporis bona, ſicq; impletur Chriſti doctrina dicẽtis: Primũ quærite regnũ Dei & iuſtitiã eius, & hęc omnia adijcientur vobis. Deprecatio vero malorũ tres etiã cõtinet partes ſimili ordine, videlicet vt primo nobis deprecemur ſumma mala, vt ſunt peccata, ſecundo media vt peccandi occaſiones, & tertio infima, vt afflictiones. Aut ſicut eſt veriſimiliꝰ, in duas tãtũ diuidit deprecatio partes. Prio ri deprecamur mala præterita, quæ cõmiſimus, quę maxima mala ſunt, poſteriori vero mala tũ præſentia, tũ futura per quę periculũ eſt, ne peccatũ cõmittamꝰ. Dicit ergo: *ſãctificetur nomen tuũ*. Sic author quidã nõ cõtẽnendus exorditur. Cũ omnes arboris fructus à radice pẽdeant, quidquid eſt in ramis pulchritudinis, ſiue à folijs, ſiue à fructibꝰ quicquid vtilitatis, ad radicẽ referri oportet. Ita cũ omnes à Deo pendeamus, in ipo viuamꝰ, moueamur, & ſimus: neceſſe eſt nos & omnia noſtra, vitã, pietatẽ, induſtriam, ſanctificationem Deo accepta referre. Non enim tu radicẽ portas, ſed radix te (inquit Pau.) Et ſicut ex arboribus nihil aliud requirimꝰ, & deſideramꝰ, quã vt nõ fruſtra e radicibus ſuis viuãt, ſed illis reſpõdeãt, illas honorent, (hoc enim tunc maximè contingit, cũ nec folia nec fructus illi defuerint) ita primum

Auguſt.
Idem.
Matth. 11.
Simile.
Roman. 11.

mum omnium contendere debemus, ne fruſtra Deus nos creauerit, & vitali aura donauerit, ne fruſtra in filios adoptionis per lauacrum regenerationis vocauerit. Hoc autē fiet ſi nomen eius ſanctificauerimus, ſi nos eius filios eſſe in omnibus verbis, cogitationibus, & factis demonſtrauerimus. Hoc igitur vt in ſe perfectionem omnem noſtram complectitur, ita prima iſta omnium poſtulatio occurrit, vt cùm Deum Patrem noſtrum, nos autem eius filios agnouerimus, dicamus: *Sanctificetur nomen tuum.* Cùm nomen Dei in ſe ipſo, non poſsit eſſe, aut fieri ſanctius, dicēdū eſt (ſecundum
Auguſt. Auguſtinū) vt ſenſus ſit hic: Da, vt nomen tuum ſanctum habeatur ab hominibus, nec quidquam homines putent nomine tuo, hoc eſt, te ipſo ſanctius, auguſtius, integrius ac proinde nihil magis reuerendum, colendum, & glorificandum. Pro quo nota, quod nomen Dei non dicitur ſanctificari, quia illius nomina quibus in hac vita nominatur ore tenus laudamus, aut inuocamus, aut aureis literis ſcribimus, aut auro incluſas reſeruamus; aut cùm audimus eius nomina genua flectimus & adoramus: nam id etiam impij poſſunt & agunt, ſed vera ſanctificatio, de qua hic fit ſermo, eſt quæ à pijs fit. Igitur nomen Dei hic accipitur pro publica fama, opinione bona, ac celebri notitia, ſicut de celebri quopiam viro dicimus, hic celebratiſsimi nominis eſt. Sic ad Dauid dicitur: Feci tibi nomen grande.
2.Reg.7. 2.Regum.17. & illud Prouer.22. Melius eſt
Prouer.22 nomen bonum, quam diuitiæ multæ. Nomen itaque Dei eſt notitia Dei, fama & bona opinio de Deo, laus, honorq; Dei, quod ſcilicet, ipſe ſolus eſt ſummè bonus, iuſtus, verax, omnipotens, miſericors, à quo omnia ſunt, & quod ab ipſo (nobis cooperanti
Ioann.19 bus) ſit, quidquid boni in nobis eſt. De hoc nomine Chriſtus ait: Manifeſtaui nomen tuum hominibus, hoc eſt, bonitatem, charitatem, & miſerationes tuas, erga homines. Sanctum autem eſt, quod non eſt commune, aut prophanum, ſed ſingulariter & ab omnibus eligēdum. Idcircò preccari iuſsit, vt nomen Dei ſanctificetur, hoc eſt, iuſtiſsimum & vndequaque admirabile eſſe agnoſcatur, credatur, prædicetur. Agnoſcatur autem per fidem quandiù hic ſumus, in futuro autē, fidei ſuccedit viſio. Hac ergo precatione primò petimus fidē, omnis boni originem, vt Deum in dies magis ac magis agnoſcamus, agnitum diligamus, dilectum glorificemus. Deinde videntes plures nomen Dei blaſphemare ac gloriam Deo debitam creaturis exhibere, petimus, & optamus, vt omnis eum mundus cognoſcat, omnes gentes eum adorent, venerentur, ipſum agnoſcentes eſſe ſummum bonum totius mali expertem, à quo omnia, in quo omnia, per quem omnia ſubſiſtunt. Sanctificare igitur pro credere hic ponitur, ſicut & in veter. teſtam. ponitur: quia non ſanctificaſtis nomen meum. Credere itaque fructuoſe expoſcimus omnes. Secundò petimus hic vt omnia vitia, mendacia, hæreſes, errores, atque quicquid gloriæ Dei obſiſtit, penitus à toto orbe euaneſcat, & eradicetur. Quo quid vtilius petere poſsis? Tertiò petimus vt nomen Dei non ſolùm in intellectu per fidem, & in voluntate per charitatem, verumetiam ore, opere, corde, & in omnibus operibus noſtris ſanctificetur, & glorificetur. Nā de hac diuini nominis glorificatione loquitur Ezech.36. cùm dicit: Sanctificabo nomen meum quod pollutum eſt in Ezech.36.
gentibus, quod polluiſtis in medio earum. Quæ autem ſit iſta ſanctificatio ſubditur. Dabo vobis cor nouum, &c. & faciam, vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis & operemini. Ecce quomodo diuinorum præceptorum obſeruatio, vita religioſa, ac honeſta, Dei gloricatio dicatur. Quare ſic poſſumus hæc verba intelligere præter dicta: *Sanctificetur nomen tuum.* Hoc eſt, quomodo nominauimus te vocando Patrem noſtrum, vt velimus dicere: Sic nos in noſtris operibus ac actionibus geramus, vt tanti patris filij videamur eſſe, & per nos hoc paternum nomen tuum glo
Prouer.1 rificetur. Scriptum quippe eſt in Prouerbijs. Gloria Patris, filius ſapiens. Nam cùm mundus nos cernat Dei præcepta ſeruare, ipſique tanquam Patri obſequentes, beneuolentes omnibus etiam inimicis, Deū ipſū laudet atq; glorificet, ob hoc (quod docet Petrus) vt benefacientes ob-
1.Pet.2. mutescere faciamus inſipientium ora, qui male de nobis loquuntur, ex bonis operibus nos conſiderantes glorificent Deum. Sicut è contra propter mala opera noſtra nomen Dei blaſphematur. An non Dei nomini fit iniuria, ſi ſub nomine Chriſti, ſub prætextu Euangelij gentiliter viuis, propriam gloriam quæris, ventrem habes pro Deo, auaritiæ inſeruis? Profectò huiuſmodi vitijs nedū Deū blaſphemas, ſed & facis vt apud alios nomen Dei male audiat,

audiat, præſertim apud Gentiles, Iudæoſq;, qui Deum ex ſuis cultoribus æſtimāt. Valeat (inquiunt) ille Deus, qui tales habet
Eſai.52. cultores, de quo Eſai.52. conqueritur, dicens: Nomen Dei per vos blaſphematur inter gentes. Petimus igitur hic, vt mens, lingua, corpus, vita, deniq; & quicquid ſumus Deum glorificent, vt qui ſemel ſanctificati ſumus & iuſtificati, perſeueremus eſſe quod cepimus, atque hæc iuſtificatio in nobis permaneat, atque augeatur. Quo quid vtilius petere poteris? Item petēdo nomen Dei glorificari ac ſanctificari; conſequēter petimus, vt ſuperbiæ vitium à nobis longè fiat, nè vel minimam gloriæ portionem nobis tribuamus. Superbia quippè & vita, &
Simile. caput eſt omnium vitiorum. Et ſicut ſerpens vitam omnem in capite habet, quo mortuo, nulli nocere poteſt: ſic ſi ſola ſuperbia, aut propriæ gloriæ appetentia, è cordibus noſtris euulſa eſſet, faciliter alia vitia cauerentur. Cùm autē hoc vitium nobis quaſi innatum ſit, nec quiſquam ſit qui non ſibi placeat, ob id nemo eſt cui non neceſſaria ſit hæc petitio, *Sanctificetur nomen tuum.* Sanctus Latinè, idem eſt quòd agios Græcè; agios autem idē eſt quòd ſine terra: quoniam terrenorum admixtio, & concupiſcentia ſplendorē diuini nominis offuſcat in nobis; & ideò oportet conſcientias noſtras, in quibus nomen diuinū ſplendeſcere debet à terrenorum appetitu mun-
1.Reg.6. das cuſtodire. Ideò dicitur. 3. Reg.6. quod Salomon operuit oraculum, vbi nomen
Exod.26. Domini inuocabatur, & veſtiuit ex auro mundiſsimo. Idem habetur Exod.26. Sicut autem puriſsimum aurum ab omni fece, & cōmixtione terrena purgatum eſt; ita conſcientia nihil in ſe terrenum habens, pura eſt, & diuinum nomen, quod ex Patre cœleſti eſt, in ipſa purificatum dicitur. Ideò
Sap.3. quippè dicitur Sapientiæ. 3. quod probat Dominus ſanctos, tanquam aurum in fornace; nimirum vt ad purum decoquantur. Purum enim in qualibet natura eſt, quod alienæ naturæ non eſt admixtum; natura autem terrena, aliena eſt à cœleſti, & corporalis à ſpiritali. Vnde ſemen diuinum, quod ex Patre cęleſti in nobis eſt, tunc purum eſt, quando nihil habet admixtum alienum, nempè terrenæ aut carnalis concupiſcentiæ. Ideò. 2. Paralyp. 4. dicitur:
2.Paral.4 Omnia quæ ad ritum templi facta ſunt, ex auro puriſsimo & mundiſsimo ſunt facta: quoniam in his quæ ad Deum pertinent nihil debet eſſe, niſi purè diuinum, & tunc dicetur agios, hoc eſt, ſanctificatum, vel depuratū. Quare de ſapientia diuina dicitur
Prouerb.5. Primi & puriſsimi fructus eius: *Prouer. 5.*
quia primum, ideò nihil ante ipſum, & quia puriſsimum, ideò nihil habet admixtum. Sanctificatur ergo nomen Dei per alienæ naturæ depurationem, cùm diuinū nomen Ieſus aureis literis ac depuratis, in corde ſcriptum habemus, vt de B. Ignatio Martyre legitur: *Sanctificetur nomē tuum.* Sanctificare etiam idem eſt, quòd manifeſtare: quoniam ſæpē cōtingit, quòd quis gerat cor ab omni inquinamēto carnali immixtum, & tamen quòd nomen Dei ſit occultum, ac veluti obnubilatum in eo, ita quòd non clarè intelligatur cuius nominis ſit. Et hoc fit quando quis gerit rectam intentionem erga Deum, puſillus tamen ac tenuis eſt in operando opera bona, quibus homines in-
Simile. telligere queant cuiuſnā nominis ſit. Nam ſicut in rebus per operationes naturales, quæ à forma naturali procedunt, cognoſcitur nomen illius naturæ, ſicut hominem cognoſcimus per operationes rationales, quæ à forma rationali procedūt; ſic nomen diuinum, quod eſt in te, per operationes diuinas innoteſcit nobis: nā videmus procedere à forma diuina, hoc eſt, à gratia diuina, quæ animā tuam diuinam, ac cœleſtē reddit. Et ſic intelligitur illud Pſal. 81. ego dixi: Dij eſtis & filij excelſi omnes. Generatio Dei in nobis manifeſtatur, quia dij dicimur: nominamur quippè nomine Patris, ſicut multoties filios propter cognomina parentum agnoſcere ſolemus. Hoc autem nomen tunc imponitur nobis, cùm nihil in nobis apparet, niſi diuinum & à Patre cœleſti genitum. Et hoc fit cùm opera talia in te vident homines, quæ ſimilitudinē referant formæ diuinæ, quę eſt in te, ſicut multoties in geſtibus ac inceſſu cognoſcimus aliquem filium eſſe talis Patris. Vnde &
Ioan.10. dicitur. Si illos dixit Deos, ad quos *Ioan. 10.*
ſermo Dei factus eſt, hoc eſt, illos qui ſermonem Dei opere complent, atq; in operibus & motibus noſtris Patris noſtri ſimilitudinem exprimimus; tunc digni erimus, vt vocemur nomine Patris noſtri. Sic enim
ait Auguſt. in regulā. In inceſſu, ſtatu, ha- *Auguſt.*
bitu, & in omnibus motibus veſtris, nihil fiat quod cuiuſquam offendat aſpectum, ſed quod veſtram deceat ſanctitatem. Et hoc modo nitebatur Chriſtus Dominus manifeſtare Iudæis ſe eſſe verū filium Dei,

nec indigne nomẽ diuinum vſurpare ſibi, cùm opera ſua id perſpicuè manifeſtarent.
Ioan. 10. Vnde ait: Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, ipſa teſtimoniũ perhibẽt de me.
Ioan. 17. Et Ioan. 17. dicit: Manifeſtaui nomen tuũ hominib⁹, hoc eſt, nõ ſolùm nomẽ tuũ inſculpſi in cordibus eorũ, verũetiã talia opera docui eos facere, vt videtes illa cæteri homines glorificent te Patrem omnium, videntes in illis tanti Patris ſimilitudinem exprimi. Nam (vt Philoſophus dicit) ſanctitas eſt virtus quæ ſcire facit, quæ ad Deũ iuſta ſunt, & ideò quãdo aliquis ſe ea ſcire per effectũ oſtendit: tunc nomen Dei quod ſuper eum inuocatum eſt, ſanctificat, vt dicitur Hierem. 14. Nomen tuum inuocatum eſt ſuper me Domine exercituũ. Vbicunq; enim diuinũ nomen in actionibus ac operibus coram hominib⁹ clareſcit, ibi ab omnibus inuocatur. Ideò ergo per bona opera Dei nomen ſanctificatur: quia cognoſcitur & celebratur. *Adueniat Regnum tuũ.* Cùm Deus ſemp regnauerit in cẽs à conſtitutione mundi, ſecundũ illud Pſal. 144. Regnum tuũ, Regnũ omniũ ſæculorũ, & dominatio tua in omni generatione, & generationem; inquirendũ eſt in quo ſenſu precemur aduenire Regnum Dei. Pro cuius explicatione notandum eſt, quòd in ſcripturis Regnum Dei quadrupliciter ſumitur. Primò enim in ſcripturis ſit ſermo de Regno Dei, quatenus ipſe dominium habet, in omnes omninò creaturas gubernans eas & conſeruans, & de ſingulis diſponẽs, ſecundum beneplacitum ſuũ, quomodò in prædicta ſententia, & in alijs Propheta de Regno Dei loquitur. Quod Regnum cùm ab eo nulla excipiatur creatura, licebit appellare generale, vel vniuerſale. Secundò verò eſt Regnũ Dei quoddam ſpeciale, quod ſemper ab initio mundi geſsit in aliquibus iuſtis, & poſt primum Chriſti aduentum cœpit regnare ſuper omnes gentes, quæ fidem eius receperunt, atque ſe legi Dei humiliter ſubiecerunt, quod Regnum eſt illud quod eſt contrarium Regno diaboli, qui poſt peccatum tyrannidem exercebat in mundo, & cõtrarium etiam Regno peccati, quod in mortalibus noſtris corporibus ab initio regnabat. Quod quidem Regnũ optimè dicitur ſpirituale: quoniam Deus inuiſibili ſua potentia, & diabolum pepulit, ac profligauit, & per gratiam ſuam corda hominum ſubintrans, à ſeruitute peccati animas eorum liberas reddit. Tertiò dicitur Regnum Dei, quo in cœlis cum ſanctis ſuis regnat, omni abiecta inimicorum contrarietate, omniq; penitùs excluſo aduerſariorum metu, quod poterit Regnum beatum appellari. Quartò etiam dicitur Regnum Dei illud, quòd ſpectamus futurum in ſecundo Domini aduentu, cùm tradiderit 1. Cor. 5. Regnum Deo, & Patri euacuatis principatibus, & virtutib⁹, hoc eſt, cùm ceſſauerint bella, ac proinde Duces ac Principes bellorum, & Angelorum cuſtodia ac præſidentia, ſuper homines, ciuitates ac Regna ceſſauerit, ſedatis omnibus ſcandalis, vnoquoq; in loco ſibi debito collocato. Et hoc poteſt appellari perfectiſsimum Regnum. De primo Regno certum eſt, quod non poteſt intelligi hæc petitio, niſi velimus dicere, quòd hæc petitio non ſignificet optantem animum, ſed potius cõgaudentem de hoc quod Deus ſuper omnia regnet. Ac ſi diceres: Hac petitione explicamus tali nos ſuperfundi gaudio, quod tu Deus noſter ſuper omnia regnas, & id quod ſemper maneat, congaudentes optamus, quod nunquàm tale Regnum nauſeam nobis ac faſtidium generet, ſed ſemper quaſi de nouo cupimus, vt pſeueret. Et (vt vno verbo dicam) gaudet mũdus omnis talem ſe habere Regem, qui nunquam eo carere velit. Licet hæc interpretatio aliquantulum violenta ſit, ideò de alijs tribus Regnis intelligenda eſt hæc petitio. Petimus enim primò, vt Deus regnet in nobis, per fidem, ſpem, & charitatem, excluſa iam diaboli ac peccati tyrannide. Chriſtus enim ad hoc venit in mundum, vt & diabolum authorem peccati excluderet, profligaretq;. Nam de primo dixerat ipſe Ioan. 10. Nunc iudicium eſt Ioan. 10. mũdi, nunc Princeps huius mundi eijcietur foras. Et anteà id illi cõminatus fuerat De⁹ per Ezechielem Prophetam: Extraham te draco magne de medio fluminũ, in quibus habitas. De ſecundo autem agit Paul. ad Roma. cap. 5. 6. Vbi docet quomodò Chriſtus per mortem ſuam, & mortem & peccatum deuicit. Et cap. 6. docet, quòd non ſolùm Chriſtus deſtruxit peccatũ, verumetiam reliquias quæ remanſerunt in carne noſtra ex peccato, vt liberati etiam ab illis non ampliùs regnet in nos peccatum, ſed ipſe Ieſus. Ait enim: Hoc ſcientes, quòd vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt amplùs non ſeruiamus peccato. Hic veterem hominem vocat reliquias, quæ ex peccato primi Parentis

Aristo.

Hiere. 14.

Psal. 144

Rom. 5. & 6.

rentis remanſerunt in nobis, ſiue illæ ſint propenſiones iſtæ ac inclinationes ad malum, quas in nobis ſentimus, ſiue reatus, ſiue quiduis aliud. Nam quicquid ex peccato illatum eſt nobis, ſecundum animam; totum vnico vocabulo (vetuſtatem) appellat Paul. quoniam ſenectus deffectus eſt præter intentionem, & in coordinatione malorum continetur, & ſecundum veritatem ab antiquo peccato primi Parentis nobis ineſt. Igitur vetus homio noſter, hoc eſt, animus, non ſecundum ſubſtantiam, ſed prout eſt ſubſtractus vetuſtati peccati, hic ſimul cum Chriſto crucifixus eſt. Non dixit, Mortuus, ſed, Crucifixus eſt: vt oſtenderet nobis, quoniã etſi nos mortui ſumus peccato, non tamẽ vetus iſte homo noſter: adhùc enim viget etiam in iuſtis hæc pronitas atque inclinatio ad malum, inferiùs enim clamantem audiemus Paul. atq; dicentem: Infœlix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis huius? Tamen eſt veluti affixus Cruci. Impeditur enim per gratiam Dei, ac dona ſupernaturalia à ſuis operationibus. Et ſicut ille qui eſt ligno affixus, manus ac pedes ligatos tenet, ac impeditos, nè quo volunt moueantur: ſic peſſimæ noſtri corporis inclinationes per gratiam Chriſti, quam in Cruce nobis meruit; & impediuntur nè ſemper in effectũ prodeant, & vt deſtruatur corpus peccati: quoniam quantumcunq; per baptiſmum mortui ſimus peccato; ſecundum animam noſtram; tamen corpus remanet ſemper corpus peccati, quaſi quod ſuis inclinationibus deſeruiat peccato, ſecũdum quod infrà dicit: Inuenio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, captiuantem me in lege peccati, quę eſt in membris meis. Quare Chriſtus ad id nobis auxilium gratiæ ſuæ contulit per Crucem eius, vt deſtruatur corpus non ſecundum ſe, ſed ſecundũ quod eſt peccati. Ad hoc enim illud affixit Cruci, vt eius vires minuantur, imbecilliuſq; ſit ad peccãdum, additis animæ noſtrę viribus, quib⁹ illud debellare poſſimus, vt ampliùs nõ ſeruiamus peccato, hoc eſt, vt iam deinceps nõ obediamus cõcupiſcentijs carnis. Vnde & paulò poſt infert: Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore. Eſt dicere: Extincto Regno peccati, non ampliùs debet regnare in vobis. Etſi enim vigeat caro, ſuoſq; conſuetos motus concitet, vos tamen eis vt Reges imperare debetis, nec eis ſuccumbere, aut vllo modo obedire. Hoc ergo Regnum nobis expoſcimus, vt excluſo diabolo & peccato ſimul; ſolus Deus regnet in cordibus noſtris. ¶ Sed quoniam Regnum hoc ſpiritale, quod in hac petitione poſtulamus, eſt veluti quædã expreſsio, ac ſimilitudo Regni temporalis; aduertendum eſt cum Platone in Democraticis, quòd Regnum nihil aliud eſt, niſi completa in vno poteſtas & dominatus, iuſtitia animata, legibus ordinata, vrbanitatibus ſicut partibus determinata, armorum ſtrenuitate roborata, ciuitates optimas gubernans, & bonis exterioribus ſiue copijs organicè, ac inſtrumentaliter deſeruientibus, quantum ſufficit ſuperabundans. Dicitur autem Regnũ, completa in vno poteſtas, ac dominatus: quoniam ſi in vno poteſtas non eſſet, ſed diuiſa in plures, eſſet ſchiſma in Republica, & ciuilibus diſſenſionibus arctaretur, ſecũdum id quod Chriſtus Dominus dixit Luc. 11. Luc. 11. Omne Regnum in ſe diuiſum deſolabitur, & domus ſupra domũ cadet. Eſſetq; monſtrum quoddã immane videre corpus pluribus redundans capitibus; & etiam quia tam in naturalib⁹, quàm in his quæ ratione quadam ac diſciplina gubernantur, omnis multitudo reducitur ad vnum. Cùm igitur in Regno neceſſarium ſit, vt ſint quàm plures poteſtates ſingulares, vtpotè Principũ, Tribunorum, ac Conſulum, Prætorũ, Ducum, & Præfectorum, niſi huiuſmodi multitudo ad vnum eſſet ordinata principium, à quo ſecundum ordinem dirigeretur, confuſione maxima omnia turbarentur, in variaſq; partes diuiſi in ſemetipſis vaſtarentur; quare nec diſciplina aliqua, nec ipſamet natura conſtare aut ſuſtineri poſſet. Hanc autem poteſtatem docet Plato, vt potiùs ſit per modum dominatus, quàm per modum exercentis poteſtatem. Eſt autem dominatus celſitudo quædam, quæ ad infima dedignetur inclinari, ita quòd ſingularem quandam excellentiam ſibi vendicet, admirabilemq; eum erga ſubditos faciat, copia pulcherrimarum rerum, virtutum, ſcilicet, ac bonorum laudabilium, ſimulq; prudẽtia ac ſapientia, quibus imbutus admirabilis potiùs, quàm imitabilis conſpectibus ſubditorum appareat: ſicut. 3. Regum. 10. de Regina Saba legitur: Quod videns ſapientiam, & ordinem Regis Salomonis, non habuit vltrà ſpiritum, & dixit: Eo quòd dilexit Dominus Iſraël in ſempiternum te conſtituit Regem, vt faceres iudicium. 2. Reg. 10.

Rom. 7.

Simile.

Plato.

cium. Tamen ſicut dominatus iſte excelſus eſt, & tot bonis ac pulchris rebus abundans: ita oportet, vt firmus ac ſtabilis permaneat, ne cadere, vel nutare à conſueta virtute vllo modo poſsit. Nam ſi ille qui baſis eſt totum ſuſtinens ædificium cadit; neceſſe eſt & omnium conſequi ruinam;
Eſai.22. ſicut dicitur Eſai.22. Subtrahet Dominus manũ ſuam, & corruet auxiliator, & cadet ſimul is cui præſtatur auxilium. Vnde
Diony. Dionyſius in lib. de diuinis nominibus ait: Quod Dominus dicit etiam non ſubiectorum exceſſum tantùm, ſed omnimodam pulchrorum & bonorum laudabilium perfectam poſſeſsionem, & veram, & non cadere, vel nutare valentem fortitudinem. Propter ceſſitudinem autem, quam in dominatu præſeferre debet Rex, non licet illi populo commiſceri; nè familiaritas illa cõtemptum pariat. Vnde Ariſtot. in lib. de
Ariſto. regimine dominorum, ait: Quòd Reges Indiæ ſemel in anno tantum ſe populo oſtendebant, atque tunc cum gloria & maieſtate magna procedebant, atque ſapienter ad populum concionabantur, inſigniaque quædam iudicia, quibus eorum ſeueritas proderetur, canebantur, vt ex gloria illa ac maieſtate admirabiles viderentur, ex ſapientia venerabiles, ex iudicij tamen ſeueritate ſceleratis timorem incuterent; in bonis autem amorem, ac laudem ſui excitarent. Hoc autem totum pertinet ad poteſtatem, quam Regia dignitas præſefert: nam (vt Ambroſius dicit) Dominus eſt nomen poteſtatis, hæc autem poteſtas nè noceat, oportet quòd ſit viua iuſtitia. Rex quippè eſt velut quædam lex viuens, ac animata iuſtitia: ita quòd non ſolùm ſit iuſtus, ſed ipſa iuſtitia, taliter quòd tàm ſenſus quàm intellectus; tàm appetitus, quàm voluntas, eſſe, viuere, & agere ſuum, & quicquid ipſe eſt, totum in conſeruatione iuſtitiæ tradat. Aliàs, etſi hæc iuſtitiæ integritas deſit totum Regnum in tyranni-
Auguſt. dem vergeret. Nam (vt Auguſtinus dicit in lib. de ciuitate Dei) abſque iuſtitia Regna nihil aliud ſunt, quàm magna latrocinia.
Eſai.32. Quod etiam oſtendit Eſaias cap.32. cùm dicit: Ecce in iuſtitia regnabit Rex, & Principes in iudicio præerunt. Et iterum: Non vocabitur vltrà is, qui inſipiens eſt Princeps, nec fraudulentus vocabitur maior. Igitur primum quod debet habere, regia poteſtas eſt iuſtitia, ad quam ſequitur ſecundum, nempè vt legibus ordinata ſit.

Docet enim Ariſtoteles in ſuis Polyt. quòd *Ariſto.* ad Rempublicam continendam non ſufficit ſermo qui dicitur inſtructiuus, videlicet, ille qui ignorantes docet, nec perſuaſiuus, quo boni ſuadentur ac informantur, ſed propter impios, ac ſceleratos homines, qui virtutem renuunt colere, flagitiaque amant, ac proſequuntur, neceſſarius eſt ſermo coerciuus, qui in legibus, ac plebiſcitis continetur. Quare leges ſanctæ ſanguine debent eſſe tinctæ, vt pœnarum ac mortis timore nefarij, ac facinoroſi homines à ſuis flagitijs coerceantur. Hinc Heſther.3. dicit: Aman ad Regem Aſſue- *Heſth.3.* rum: Optimè noſti, quòd non expediat Regno tuo, vt inſoleſcat per licentiam. Et cap.13. dicitur, Iuſsiſſe Regem, vt nefarij *Ibi.13.* homines vna die ad inferos deſcendentes, reddant pacem Imperio, quam turbauerant. Lex enim (vt dicit Tullius ante fi- *Tullius.* nem primæ Rethoricæ) eſt ius ſcriptum, aſciſcens honeſtum, prohibenſque contrarium, & pœnam ei, qui tranſgreditur interminans. Rex autem, etſi ſupra legem ſit; non tamen eſt contra legem, immò ipſe debet eſſe viua forma legis, cùm lex nihil aliud ſit, quàm iuris forma, ex ea quæ in mente Regis eſt producta, & ad regulandum populum ſcripto mandata. Quod & Paul. 1. Timot.1 dicit: Scimus autem quia *1. Tim. 1.* bona eſt lex, ſi quis ea legitimè vtatur. Scientes hoc, quia lex iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis. Tamen licet lex iuſto non ſit poſita: eſt tamen à mente iuſtitiæ cultrice producta; ac proinde tam iuſti, quàm iniuſti, ſecundum illam formam iuſtitiæ, à qua lex procedit, dirigendi ſunt. Cæterum, poteſtas hæc adiutricibus partibus indiget, quas vrbanitates vocat Plato, quæ *Plato.* in tres claſſes diuiduntur, ab eo, vbi ſuprà. Eſt enim monarchia, Ariſtocratia, & Democratia. Monarchia eſt ipſum Regnum: eſt enim tota ſimul in vno ſtans poteſtas. Sed quoniam nulla poteſtas vna æqualiter poteſt eſſe immediatè in multis, ita quòd æqua ſit virtus eius, & prouidentia in multis (aliàs vel redundans eſſet talis poteſtas, vel confuſa; ad quod enim ſecundus aut tertius: ſi primus æquam cum eis poteſtatem exercet? & quare non redundat ſecundus, ſi nihil aliud agit quàm primus?) Eapropter poteſtas hæc vnã vniuerſalem rationem gerens, neceſſarias habet ſingulares poteſtates, quæ ſingularibus ac inferioribus proſpiciant. Id enim per ſe prima poteſtas

poteſtas agere non poſſet. Sicut & primus orbium motor habet particulares motores ſpherarum, & anima in corpore habet vires membrorum: eodem modo & regia poteſtas duo genera habet poteſtatum, quæ in plurimas alias diuiduntur. Vna quidem pars eius vocatur vrbanitas virtutum, hoc eſt, ſtudioſorum regimen; alia diuitiarum, diuitũ gubernatio. Ad gubernacula quippè gerenda vocandi ſunt religioſi viri, virtutum cultores, qui nec corrũpi, aut circun-
Exod. 18. ueniri poſsint. Sicut Exod.18. dicitur: Prouide de populo viros, poteſtates, & timẽtes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderunt auaritiam, & conſtitue ex eis Tribunos, & Centuriones, & Quinquagenarios, & Decanos, qui iudicẽt populum omni tempore: quicquid autem maius ſit referant ad te, & ipſi tantummodò minora iudicent, leuiuſq; tibi ſit partito in alios onere. Et talis poteſtas Ariſtocratia vocatur ab, aris, quod eſt virtus, & cratos, quod eſt poteſtas; ex his à principio Senatus Romanus conflatus eſt.
Heſth. 1. Quod & Heſther.1. habetur, quòd ſapientes ex more regio, ſemper Aſſuero Regi adhærebant, & eorum faciebat cũcta conſilio, ſcientium leges, & iura maiorũ. Cæterum, quoniam gubernatio ciuitatis, ac multitudinis indiget diuitijs ac copijs, quæ ſi ſemper à pauperibus extorqueri deberent Regni iuſtitia corrumperetur: idcircò alter poteſtatis ordo inuentus eſt, Qui thimocratia dicitur, quæ committitur diuitibus, dicta à thymos, quòd ſonat diuitias, & cratos, quòd eſt poteſtas; ita tamen quòd hæc poteſtas Senatus, ac Ariſtocratiæ regimini ſubordinata ſit, quibus & committuntur officia publica; ſicut Præfectorum, Ducatus, & huiuſmodi: quoniam hi ob indigentiam victus nõ conuerterẽt iuſtitiam in lucrum; cùm ſibi ex ſuis ſufficientes ſint.
Eccleſ.27. Nam Eccleſ.27. dicitur: Propter inopiam multi deliquerunt, & qui quærit locupletari à iuſtitia auertet oculũ ſuum. His ergo partibus communis Regni poteſtas diſtincta eſt. Sed præter hoc requiritur quartò, vt Regia poteſtas armorum, & electæ iuuentutis ſtrenuitate roboretur. Vnde dicit
Plato. Plato in Thimeo: Ad militiam electa ſcribatur iuuentus, nec vxoribus vtens nec filijs, ſed omnes ciues tanquam parentes venerans. Et ſi vxores aliquando habebant, nunquam eas videre permiſsi ſunt, nè filios ſuos cognoſcerent, & illis magis quàm alijs impenderẽt defenſionem. Sed in tenebris admittebantur, & in tenebris ſeparabantur ab illis, & hi vltimas ſedes, vbi Regnũ magis timuit, acceperunt, & ibi ſtabant in munitionibus, & ſuſtinebant ibi inſultus, & repellebant. Et ſi ſupra vires eorum creuit inſultus, tunc demum ciues omnes, & Rex, & potentes armis accingebantur, vt vel honeſtè, vel liberè viuerent, & hoſtes ſeruos acciperent, vel morerentur: quia erat illis (ait Ariſt.) charior q̃ vita, ſub barbarica *Ariſtot.* ſeruitute, quæ iuſtitia legum non vtebatur. Hi ergo milites nunquam otio vacabant nè torpeſcerent, ſed in duo ſe exercebãt officia, quando indutiæ ab armis dabantur; alterum erat armorum vſus exercendo ſe in torneamentis, equorum curſibus, ac telo-
2. Reg. 1. rum ictibus, & cæteris bellorum ludis: quod.2. Reg.1. Dauid præcipit populo, vt filios ſuos docerent arcum, hoc eſt, artem ſagittandi. Verùm poſt hæc bellica exercitia muſicè dulciter incumbebant, hac ratione, vt qui ex bellicis vſibus ſeueriores ac ferociores euaſerant, nè ſeueritas illa in perniciẽ ciuium emergeret dulcedine muſicæ miteſcerent. Plurimùm enim valet muſica ad deliniendos animos. Nam cùm Saul triſti illo ſpiritu ac immani, veluti in furiam vertebatur, ad Dauidis muſicam miteſcebat. Conuenit enim, vt miles duas habeat facies; alteram leonis; alteram agni, ſeueritatis, ac pietatis, quarum altera hoſtes impugnet; altera ciues defendat, ac muniat. Sic enim & Dauidis exercitus ordinabatur. Robur quippè exercitus eius erant Pheleti & Cerethi. Pheleti quippè viuificantes, Cerethi occidentes interpretabantur: quoniam hæ legiones ad hoc deſeruiebant, vt Reipub. perturbatores occiderẽt, pacis autem cultoribus vitam darent, atq; defenderent. Sic enim, & Machabæi pro ſanctis pugnabant aduerſus impios. Cùm *1. Mach. 3.* 1. Machab. 3. dicebãt: Accingimini & eſtote viri potentes, & eſtote parati in mane, vt pugnetis aduerſus nationes has, quæ conuenerunt diſperdere nos, & ſancta noſtra: quoniam meliùs eſt nobis mori in bello, quàm videre mala gentis noſtræ, & ſanctorum; ſicut autem fuerit voluntas in cœlo, ſic fiat. Quod & egregius miles ac martyr Mauritius fortiter reſpondit ad Cæſarem, pro ſe, ſuiſq; ſocijs, dicens: Dexteræ iſtæ pugnare aduerſus hoſtes ſciũt, laniare pios neſciunt. Hoc ergo Regum munus eſt ius ſuum vnicuiq; tribuere, & per hoc pacem, & gaudium, & libertatem, & fœlicitatem populo

Eſai. 16. populo confirmare: ſicut Eſai. 16. dicitur: Proſperabitur in miſericordia ſolium eius, & ſedebit ſuper illud, in veritate iudicans, & quærens iudicium, & velociter reddens quod iuſtum eſt. Primò enim Rex non turpis lucri gratia, aut inani gloria ductus, populum gubernare debet; ſed in miſericordia ſubditorum vtilitatibus prouideat, ac deſeruiat. Quod autem dicit, In virtute iudicans, id ſignificat, quod ſecundum veriſſimas leges iudicia diſcernit. Quod verò dicit, Quærere iudicium, diligentem cauſæ examinationem docet, quæ iudicium præcedere debet: & tunc velociter non multas trahēs moras, quibus & res, & litigantium vitæ conſumantur, vnicuiq; ius ſuum red-
Rom. 13. dere curat. Sic enim dicitur Rom. 13. Non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt in vindictam ei qui malū agit.
1. Pet. 2. Et. 1. Petr. 2. Ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Et quoniam hæc optima gubernatio, quæ tam in contractibus (quos mutuo celebrant ciues) quàm in meritis, vel pœnis reddendis, & in bonis communibus diſtribuendis æquitatem ſeruat, indiget diuitijs ac copijs ſufficientibus; ideò has etiam procurare debet optimus Reipub. Præſes. Nam licet hæ res exteriores, quas fortunæ bona dicimus aliquibus in pernitiem ſint, eò quòd malè vtantur illis, atque in malos vſus expendant: tamen organa & inſtrumenta ſunt, quæ ad bonum regimen cooperātur: expenſas quippè ſubminiſtrant ſtipendiorum, ad decorem que ac ſplēdorem regiæ poteſtatis ſubſeruiunt. Sic enim legitur de ſapientiſsimo Rege Sa-
3. Reg. 10. lomone. 3. Reg. 10. quòd aurū & argentum, ipſo regnante, nullius precij erat, & quod magnificatus eſt diuitijs, ſapientia, & gloria ſuper omnes Reges vniuerſæ terræ. Hoc enim non ignauiter procurare debet Rex, vt theſauri reconditi conſeruentur, vt cùm neceſsitas ſe defendendi, vel inuadendi hoſtem ingruerit, ſtipendiorum copiæ non deficiant: abſque abundanti quippè pecunia nunquam bellum recte geri potuit; ſic enim cōfirmatur pax omnibus mortalibus diù concupita. Quapropter, & de Salo-
3. Reg. 4. mone. 3. Reg. 4. dicitur, quòd Rex Salomō habebat pacem, ad omnē partem per circuitum, habitauitq; Iuda, & Iſraël abſque timore vllo, vnuſquiſq; ſub vite ſua, & ſub ficu ſua. Ecce, quid nam ſit temporale Regnum, ſecundum Platonis ſententiam. ¶ Cæterum, quoniam Regnum ſpiritale, etiamſi ſit forma & exemplar temporalis: tamen, quia hoc viſibile eſt, & illud inuiſibile per huius ſimilitudinem de illo philoſophari licebit. Primùm, ſpiritale Regnum in quadam animi celſitudine ac dominatu conſiſtit, quam efficit in nobis gratia Dei. Ex hoc enim, quod à primo omnium rerū Imperatore, qui eſt Deus, deriuātur in nobis radij quidam gratiæ ſuę, quæ ſuper omnia creata nos eleuat, & diuinæ facit eſſe conſortes naturæ, fit, quòd animus noſter non ſe ſeruilibus hiſcè rebus immiſcere dignatur, ſed ſuper omnia hæc exaltatus, ad ea dumtaxat, quæ ad Deum attinent, aſpirat. Et ideò dicitur Luc. 17. quòd Luc. 17.
Regnum Dei intra nos eſt; in animo quidē Dei gratia repleto, hæc regalis celſitudo reperitur. Et hoc eſt indicari nobis magnū nomē Dei (Adonai) quod Dominum ſigni-
Exod. 6. ficat. Exod. 6. Nam per hoc docemur, quomodò noſtrarum actionum, ac appetituum Domini ſimus, quo pacto omnibus inferioribus imperare debeamus. In tali quippè dominatu ac celſitudine conſtituti cætera omnia noſtro imperio ſubijcere curabimus. Quo facto, iuſtitia nos debemus induere; ita quòd ipſa ſit vita noſtra perpetua, ſicut
Sap. 15. & ipſa immortalis eſt, vt Sap. 15. dicitur: Noſſe te, cōſummata iuſtitia eſt, & ſcire iuſtitiam & virtutem tuam radix eſt immortalitatis. Quapropter ad Rom. 15. dicit Pau.
Rom. 15. Non eſt Regnū Dei eſca & potus, ſed iuſtitia & pax, & gaudium in Spiritu ſancto. Ex quo conſequitur, quòd leges diuinæ ſcribantur in cordibus noſtris, inuiolabiliter obſeruandæ; ſicut dicitur Eſai. 8. Liga
Eſai. 8. teſtimonium, ſigna legē in diſcipulis meis. Et Pſal. 36. Lex Dei eius in corde ipſius, &
Pſal. 36. non ſupplantabuntur greſſus eius. Vrbanitates autem, vel particulares poteſtates, quæ officia Reipub. ac munia gerant in nobis efficiūt virtutes, quæ idoneæ ſunt, quia bonæ & ſufficienter diuites ad continendum. Hæ autem ſeptem virtutes ſunt tres Theologales, & quatuor Cardinales; de quibus dicitur Eſai. 4. Apprehendent ſep-
Eſa. 4. tem mulieres virum vnum. Nempè Fides, Spes, Charitas, Prudentia, Temperantia, Fortitudo, & Iuſtitia, quæ in hoc ſpiritali Regno, ſua munia in anima exercent. Arma autem, quibus roboratur hoc Regnum, ſcripturæ ſacræ ſtudia, ac teſtimonia ſunt. Nam arma militiæ noſtræ, non carnalia
2. Cor. 10. ſunt, ſed potētia à Deo, ad deſtructionem munitionū, conſilia deſtruētia, & omnem altitu-

altitudinem extollētem ſe aduerſus ſcientiam Dei. Sunt etiam arma hæc ſolertiæ, atque vires, & audaciæ, quibus diabolo & tentamentis eius reſiſtimus, ſecūdum illud
Epheſ. 6. Epheſ. 6. Accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere aduerſus inſidias diaboli, &
Hebr. 1. in omnibus perfectè ſtare. Habet etiam hoc Regnū ſecum ſanctorum agmina Angelorum, in miniſterium miſſa propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis. Sic enim
Cant. 6. admiratur Spiritus ſanctus Cant. 6. dicens: Terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Et in his confidens Heliſæus dixit puero ſuo Giezi: Plures nobiſcū ſunt, quàm cum ho-
4. Reg. 6. ſtibus. 4. Reg. 6. Ciues autem, qui ſub huius regimine continentur, alij ſunt domeſtici ac interiores vires animæ noſtræ, alij ſunt exteriores, nempè proximi noſtri: vtrique enim ciuiliter gubernādi ſunt, vires noſtras in officio continendo, fratribus autem cha-
Prouer. 18 ritatis beneficia impendendo, vt Prou. 18. dicitur: Frater, qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma. Nec deficit in meritorum co-
1. Cor. 5. pijs hæc ciuitas, cùm Paul. dicat. 1. Cor. 5. In omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni verbo & in omni ſcientia, ſicut teſtimonium Chriſti confirmatū eſt in vobis, ita vt vobis nihil deſit in vlla gratia. Vnde Sic ordinatæ ciuitati celeuma canit Pſalm. di-
Pſal. 86. cens Pſal. 86. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Igitur, prædicto modo, Deus Regnum ſuū confirmat in nobis, vt primò Dominij ſui participationem nobis commu-
nicet per gratiam, in qua nos mirabiliter exaltat, ſimileſque reddit filio ſuo, qui in dextera eius ſedet, vt cum Apoſtolo ſem-
per quæ ſurſum ſunt quæramus, atque ſa-
Coloſ. 3. piamus, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens, non autem quæ ſunt ſuper terram. Hanc autem animi celſitudinem gratia ſua & pulchritudo donorum, quibus nos participes effecit, cauſat in nobis, vt ab his cadu-
cis eleuantes corda in diuinā rectitudinem
Eſai. 60. euehamur. Sicut Eſai. 60. dicitur: Populus tuus omnes iuſti, in perpetuum hæredita-
Pſalm. 18. bunt terrā. Inſuper leges diuinas tanquam rectam normā habemus; ſcientes quoniam lex Domini eſt immaculata, conuertens animas, & mandatum lucerna eſt, & lex, lux, & via vitæ, increpatio diſciplinæ.
Prouer. 6. Prouerb. 6. Ariſtocratiam etiam habemus in mente, per heroicas virtutes, quæ mentem in ſuis viribus continent, & omnia irrationalia ſub illa ſecundum metas rationis benè diſpoſitæ tenent, attendentes illud
Eccleſ. 14. Eccleſ. 14. Beatus vir, qui in ſapientia morabitur, & in ſenſu cogitabit circunſpectionem Dei. Cæteræ verò virtutes inferiores ac ciuiles Timocratiam faciunt, in omni honeſtate & in domo cordis noſtri pacem facientes, & quaſi gladio accinctæ poteſtates in omnem appetitum, aduerſus rationem inſurgentem animaduertunt; ſicut di-
citur Eccleſ. 14. Homines diuites in virtute Eccleſ. 14.
pulchritudinis ſtudium habentes, & pacificantes in domibus ſuis. Ecce quod Regnū petimus à Deo, vt adueniat in nobis, nēpè hunc ſpiritualem ordinē, quem gratia Dei in nobis efficit. Hoc enim dicitur Regnum gratiæ, per has ſupnaturales virtutes Deus regnat in cordibus noſtris, & nos ſumus eius Regnum, ſecundum illud: Feciſti nos Deo noſtro Regnum. Itaque petimus has virtutes, quæ ſunt propriæ Chriſtianorum, Fidem, Spem, ac Charitatem; per has enim regnat Deus in cordibus noſtris, atq; ſecundum earum leges nos moderatur, & regit. Et quoniam huic Regno (in quo Deus in nobis regnat per gratiam, & nos etiam regnamus cum illo ſuper terram; vt dicitur
Apocal. Superiores omnibus rebus effecti) Apoc. 5.
huic (inquam) Regno gratiæ, ſuccedit Regnum gloriæ; hoc etiam petimus, vt adueniat nobis. Regnum quippè gloriæ nihil aliud eſt, quàm complementum quoddam, vel manifeſtatio Regni gratiæ. Tunc enim apparebit qualis erat filiorum Dei poſſeſ-
ſio, atque hæreditas, ſecundum illud Ioan. 1. Ioan. 3.
Scimus enim quoniam filij Dei ſumus; ſed nondum apparuit quid erimus. Scimus autem quoniam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus; videbimus enim eū ſicuti eſt: quoniam tunc videbimus Regem noſtrum in
decore ſuo, vt ait Eſai. quem nunc venera- Eſai. 33.
mur per fidē in terris. Dicit autē, Regnum tuum, quoniam Regnū illud eſt Patris Dei, ſecundum illud Eſai. 33. Dominus legifer Eſai. 33.
noſter, Dominus Rex noſter, ipſe ſaluabit nos. Hoc autem Regnum Pater dedit filio
ſuo Chriſto, vt Dauid dicit Pſal. 71. Deus Pſal. 71.
iudicium tuum Regi da, & iuſtitiam tuam filio Regis: & in ipſo filios adoptionis fecit ſibi; vt cum illo multos filios adduceret in
gloria, vt ait Paul. ad Hebr. Et Coloſ. 1. di- Hebr. 2.
citur, quod eripuit eos à poteſtate tenebra- Coloſ. 1.
rum, & tranſtulit in Regnum filij dilectionis ſuæ. Hoc autem Regnum quod Pater tradidit Chriſto filio ſuo, ipſe filius in fine ſæculi tradet Deo Patri plenum cum omnibus ciuibus electis ad illud, vt dicitur.
1. Cor. 15.

1. Cor. 15. 1. Cor. 15. Cùm tradiderit Regnum Deo, &
Baruch. 5. Patri. Quare & Baruch. 5. dicitur: Adducet illos Dominus ad te portatos in honorem, ſicut filios Regni. *Adueniat* dicimus, & non quòd nos veniamus ad Regnum: quoniam virtutem non habemus ex nobis, vt nos veniamus ad ipſum, ſed ſi ipſe primò venerit ad nos, tunc virtute ipſius
Matth. 6. veniemus tandem ad ipſum. Propter quod primùm dicitur, quòd quæramus Regnum Dei, & iuſtitiam eius: quia virtute Regni cœleſtis, & iuſtitiæ eius, tracti veniemus ad Regnum. Nec dicit, Veniat Regnum tuum, ſed *Adueniat*, hoc eſt ad nos veniat. Nam multis venit Regnũ Dei per ſeipſum, vel per cauſam, ſicut Chriſtus dixit Iu-
Luc. 11. dæis Luc. 11. Si in digito Dei eijcio dæmonia, profectò peruenit in vos Regnum Dei, hoc eſt, in vos venit per cauſam, quæ eſt gratia & prædicatio Euangelij. Sed non profuit eis: quia non venit ad eos; nec enim dicitur, Venire ad me, niſi quod aſſociatur mihi. Ad illos ergo venit Regnum Dei, quibus coniungitur per gratiã, & per com-
Matth. 21 municationem bonorum operum. Quare quibuſdam dicitur Matth. 21. Auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Ac ſi diceret: Venit quidem vobis Regnum Dei: quoniam vobis prædicatum eſt, ſed non peruenit ad vos: quoniam noluiſtis aſſociari illi per affectuum, & operum rectitudinem; & ideò auferetur à vobis, & dabitur genti, quæ per fructus bonorum operum aſſocietur illi. Et attende, quòd dicit *Adueniat*, quaſi continuè optemus ipſum venire. Nullus enim tanta iuſtitia præditus inuenitur, cui totum Regnum Dei iam aduenerit, ſed paulatim nobis appropinquat,
Matth. 3. ſicut ſupra cap. 3. dictum eſt: Appropinquabit Regnum cœlorum. Non dicit, Iam totum in nobis eſt, ſed ſuo motu appropinquat vobis per meritorum incrementum, quo confecto tota eius poſſeſsio in altera vita nobis proueniet: hic enim ſemper magis ac magis per charitatis motus illi ap-
Matth. 20 propinquamus. Vnde cùm Matth. 20. Mater filiorum Zebedei oraret, & peteret vt duo filij ſui ſederent cum Chriſto in Regno ſuo, vnus ad dexteram, & alter ad ſiniſtram: quoniam Regnum eis nondum aduenisſet per iuſtitiam, reſponſum eſt eis à Chriſto: Neſcitis quid petatis. Nec enim ad honorem Regni peruenietur, niſi cui primùm Regnum aduenit per obſeruationem legum & virtutum, & iuſtitiæ, & poteſtatis, ſecundum ea quæ prædicta ſunt. Cæterum, quoniam de tertio Regno etiam diximus poſſe hæc verba intelligi, nempè vt petamus diem illum, in quo Chriſtus ſe iterum manifeſtabit hominibus, quaſi Rex cum poteſtate magna, & maieſtate, in inimicorum ſuorum confuſionem, ſed in laudem & honorem bonorum: petimus, vt adueniat Regnum illud, in quo triumphantem Regem noſtrum ab omnibus inimicis ſuis videbimus. Quæ petitio filiorum eſt, ac ſubditorum deſiderantium Regi ſuo honorem ſummum, atque gloriam. Et quoniam hoc myſterium magnum eſt, ad multaſque materias neceſſarium, hic modò placet nonnulla de illo proloqui. ¶ Pro quo notandum, atque aduertendum eſt, quòd Pater Chriſti Ieſu, ſic hominẽ iſtum filium ſuum dilexerit, vt eum multis re-
Coloſ. 2. pleuerit donis, gratijs ac priuilegijs ſingularibus, vtpotè in quo placuit omnem plenitudinem diuinitatis habitare corporaliter; ita vt videretur omnia cœleſtia bona in vnum hominem Chriſtũ cumulata eſſe; nec mirum, quoniam omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei in ipſo ſunt abſconditi. His beneficijs filius adeò gratus extitit, vt in nulla, vel minima re à tanti Patris voluntate deſciuerit, ſicut & ipſe Pater non ſemel ſuà voce teſtatus eſt illum eſſe filium ſuum dilectum, in quo ſibi benè complacuiſſet. Conſummauit opus redemptionis noſtræ, quod Pater dederat illi vt faceret, acquiſiuit etiam electorũ Regnum Deo & Patri, quo nihil deſiderabilius Deo offerri poterat. Hoc autem totum tanto diſpendio ſuo compleuit, vt propriam vitam vt hæc omnia conſummaret, expenderit, & cum in propria veniſſet ſui eum non receperunt, nec mundus cognoſcere eum voluit, nec tanquam verũ Regem ſuum adorare, quinimò è diuerſo eum in ludibrio habuerunt, flagelliſque cæſum, ſpinis punctum, ſputis oblitum, opprobrijs plenum, in ligno inter duo nequam ſuſpenderunt, ibique blaſphemantes eum inhonorauerunt. Nec tamen iniuriæ illæ, atque contemptus, quibus homines Regẽ Chriſtum floccipẽderunt in gẽtibus illis conſummatum eſt, immò & nunc temporis durat, & vſque in finem mundi duratura ſunt. Nam licet Pater iam ad dexteram aſſumpſerit eum, atque intra velum ſuum ſuper omnes cœlos receperit illũ; adhùc tamen homines in

in ſua duritie obſtinati perſeuerant, ſuntque quamplurimi, qui illum abnegantes nolunt vt regnet ſuper eos, nec ei Regis ſui, ac filij Dei honorem tribuere dignantur. Sunt enim Hæretici, & Pagani ipſum varijs modis abnegantes, nec debitum ei cultum impendere volentes. Sunt & peſsimi Chriſtiani ipſum nouis ſceleribus irritantes, ſua mandata ac legem contemnentes, qui ſi verbis ipſum fatentur, factis autem negant, atque blaſphemant. Oportet ergo, vt vnus diſcernatur dies, in quo omnes amici ſimul, atq; inimici, ſiue inuiti ſiue ſponte ei ipſum eſſe verum Regem, ac filium Dei agnoſ-
Philip. 2. cant. Ait Paulus ad Philipenſ. 2. Humiliauit ſemetipſum Dominus noſter Ieſus Chriſtus, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen; vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. Nunc quidem nondum hanc tantam exaltationem Chriſti videmus; nec enim omnes gẽtes ei genua flectunt, cùm quàm plurimæ ipſum non agnoſcant, nec venerentur, ſicut & ipſemet Paulus He-
Hebr. 2. bræ. 2. fatetur, adducens de Chriſto illud
Pſal. 8. Pſalm. 8. Omnia ſubieci ſub pedibus eius. Nunc autem (ait) non omnia videmus
1. Cor. 15. ſubiecta ei. Sed. 1. Corint. 15. Quod hoc tunc adimplebitur in die illo, cùm tradiderit Regnum Deo & Patri, cùm euacuauerit omnem principatum & poteſtatem. Oportet autem eum regnare, donec ponat inimicos ſuos ſcabellum pedum eius; omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius: cùm autem omnia ſubiecta erunt ei, proculdubiò præter eum qui ſubiecit ei omnia. Tunc & ipſe filius ſubiectus erit Patri: vt ſit Deus omnia in omnibus. Ac ſi diceret: Tunc adimplebitur hoc vaticinium Pſalmiſtæ, cùm Chriſtus Dominus electorum Regnum congregauerit, atq; nullo deficiente, ipſe vt primogenitus in multis fratribus, multos filios ſecum in gloriam adducens, illos in conſpectu Patris
Eſai. 8. præſentauerit, dicens illud Eſai. Ecce ego, & pueri mei, quos dediſti mihi: nam non perdidi ex eis quemquam. Quod ſacrificium gratiſsimum in conſpectu Dei erit. Cùm euacuauerit omnem principatum & poteſtatem, hoc eſt, cùm mundi potentatus, & Antichriſti tyrannidem, qui aduerſus eum ſe extollere volebant, denicerit, atque deſtruxerit, & ſub pedibus ſuis proſtrauerit: tunc omnia erunt ei ſubiecta. præter Patrem, qui ſubiecit ei omnia. Tunc autem & ſubiecta ei erunt omnia, & ipſe in quantum homo Patri. Vt ſic Deus ſit omnia in omnibus: vt ſolus Deus tunc in cœlo, & in inferno regnet. Quod & Daniel. cap. 7. manifeſtatum eſt, cùm ipſe *Dani. 7.* dicit: Aſpiciebam in viſione noctis, & ecce cum nubibus cœli, quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit, & in conſpectu eius obtulerunt eum, & dedit ei poteſtatem, & honorem, & Regnum, & omnes populi tribus, & linguæ ſeruient ei. Poteſtas eius, poteſtas æterna, quæ non auferetur, & Regnum eius, quod non corrumpetur. Ego Daniel territus ſum in his, & viſiones, &c. In illo quippè die veniet Chriſtus Dominus in nubibus cœli, cum poteſtate magna, & maieſtate, & acceptam à Patre poteſtatem iudicandi omnes manifeſtabit, & omnes populi, linguæ, & tribus obedient ei, & ex tunc manifeſta erit omnibus poteſtas eius æterna, & immortale Regnum eius. Et hoc eſt, quod ipſe à Patre poſtu-
Ioan. 17. lauit apud Ioannem, cùm dixit ad Patrem: Ego te glorificaui ſuper terram, opus conſummaui, quod dediſti mihi vt facerem; clarifica me tu Pater claritate quam habui, priuſquam mundus fieret apud te. Vbi quaſi in ſuæ Paſsionis præmium petit à Patre, quod omnibus innoteſcat ſuæ diuinitatis maieſtas, quod in vltimo die
Pſal. 109. cintinget. Cæterum, in Pſalmo. 109. hanc Chriſti Domini clarificationem expreſsiùs nobis Pſalmiſta decantat, dicens: Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis. Quo teſtimonio inimicis ſuis manifeſtare voluit ſuæ maieſtatis celſitudinem: nam ſi ipſi illum vocant filium Dauid, quomodò Dauid eum Dominum vocat? Nam ſi Dominus, quomodò filius eius eſt? Vbi oſtendit manifeſtè, quòd etſi ſecundum carnem filius erat Dauid, ſecundum diuinitatem tamen Dominus eius erat; immò & in quantum homo ſupremus eius Iudex, ac Rex erat. Illius etiam humanitatem ad dexteram ſuam collocauit, atque in optimis bonis ſuis ip-

ſum Dominum conſtituit, donec poneret inimicos eius ſcabellum pedum ſuorum. Hoc eſt dicere, interim his bonis fruere: nam poſt hunc honorem, quem tibi præſto, ad dexteram meam te conſtituens: conſequetur ſubiectio inimicorum tuorum ſub pedibus tuis. Hic enim eſt legitimus ſenſus huius ſententiæ. Ac ſic Rex amico ſuo aliquem magnum honorem præſtitiſſet, dicens: Hoc accipe modò, nam poſt hęc alia tibi pręcipua pręſtabo bona. Non intelligit, quòd ceſſabit ille honor, quem tunc præſtitit; ſed quod poſt illum præſtiturus eſſet alios. Sic & Pater filium alloquitur: Hìc ſede modô à dextris meis; nam hinc conſequetur vltio inimicorum tuorum: Virgam virtutis ſuæ emittet Dominus ex Syon: dominare in medio inimicorum tuorum. Humanitas Chriſti vocatur Virga virtutis Dei: nam per illam mirabiliora opera fecit, quàm ea, quæ Moyſes virga ſua patrauerat; ideò quippè dicitur Chriſtus à Paulo Virtus Dei: Hanc igitur humanitatis ſuæ virgam emittet Dominus de cœlo in die illo, vt in medio aëris poſitus Chriſtus homo, omnium inimicorum ſuorum dominetur, taleque dominium omnibus palam fiat; & adimpleatur illud Zachar. vaticinium, cap. 12. Videbunt in quem confixerunt, hoc eſt, crucifixores eius ibi (velint, nolint) videbunt eum in poteſtate illa, ac iudicis maieſtate. Ibi proditor Iudas, omnium proditorũ dux ac caput, videbit oculis ſuis inæſtimabilem illum Regem, quem ipſe pro calceamentis vẽdidit. Præſes etiam iniuſtiſsimus Pilatus, ante cuius tribunal ille Dominus iudicatus eſt; ante eundem quem ipſe iniuſtiſsimè, ac crudeliter condemnauit iudicandus aſtabit, vt illud Iob adimpleatur in illo: Cauſa tua quaſi impij iudicata eſt, cauſam iudicumque recipies. Ibi etiam aſtabunt illuſores eius, ac carnifices, & crucifixores, & qui agitantes ſacrilega capita blaſphemabant, ac inſultabant ei, dicentes: Vah, qui deſtruis templum Dei, & in tribus diebus reædificas illud. Videbunt igitur in quem pupugerunt, vel cui inſultauerunt, vt Septuaginta legunt. Ibi & hæretici apparebunt qui veritatem eius corrumpere auſi ſunt. Simul & peſsimi Chriſtiani, qui Sacramenta ſua violauerunt, ſanguinemque ſuum conculcauerunt, atque contemptui habuerunt. Tunc enim & ipſe Dominus illuſores ſuos ſubſanabit, atque irridebit, & tunc demum honor qui ei debebatur, reddetur ei. Hoc ergo deſiderio flagrant omnes veri eius cultores, ac ideò poſtulant vt manifeſtetur Regnum eius mundo, omnibuſque maieſtas eius palam fiat, & regnet coram omnibus in æternum, vt & nos conregnemus cum ipſo, in corpore, & anima, in conſpectu eius perpetuis ſæculis conuiciturí.

Simile. *Zach. 12.* *Iob. 36.*

Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. Auguſtinus libro. 2. de ſermone Domini in monte, his ſeptem petitionibus, ſeptem dona ſpiritus, & ſeptem beatitudines, vult vt reſpondeant, vt ibi videri licebit. Vndè huic tertiæ petitioni tertium donum Spiritus ſancti dicit reſpondere, quod eſt donum ſcientiæ. Nam Spiritus ſanctus non ſolùm efficit in nobis donum timoris, quo Deum tanquam Patrem noſtrum timore quodam filiali veneremur, nec ſolùm pietatem donat, qua pio affectu moueamur in eum; ſed etiam ſcientiæ donum nobis communicat, qua ſapienter ſciamus cuius debeamus auxilio, cuius credere conſilio, & nè in noſtris viribus, aut prudentia confidamus, conſilium Sapientis accipientes, vbi dicitur: Nè innitaris prudentiæ tuæ. Qui enim nimis ſibi ipſis fidunt, ſtulti apud omnes reputantur. Quare Prouerb. 26. dicitur: Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri; magis illo ſpem habebit inſipiens. Quare per hoc donum docet nos Spiritus ſanctus, vt non faciamus voluntatem noſtram, ſed Dei. Veluti infirmus, cùm aliquid vult ſibi præſtari à Medico: Verbi gratia, vt det illi potum, aut talem cibum; non præciſe, quod ipſe vult petit à Medico, ſed ſi Medico id videbitur ſuæ ſaluti expedire, aliàs ſtultiſsima eſſet poſtulatio eius. Sic, ſi aliquid volumus à Deo, non ſecundum voluntatem noſtram abſolutè debemus velle, ſed dependenter à voluntate Dei, ſi id placitum ante conſpectum ſuum fuerit. Quemadmodum Chriſtus Ieſus ſic orauit ad Patrem: Pater ſi poſsibile eſt, tranſeat à me calix iſte, verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. Tunc enim rectum eſt cor hominis, quando ſe voluntati diuinæ conformat, quæ forma omnis rectitudinis eſt. Sic enim, & Ioannis ſexto dicebat Chriſtus: Deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed eius qui miſit me. Chriſtus quippè, ſecundum quòd Deus, eandem voluntatem cùm Patre habebat, ſed ſecundum quòd homo, etiam voluntatem habebat humanam à diuina diſtinctam, ſed eam adeò diuinæ voluntati ſubiectam, vt nunquam ab illa, vel tranſuerſum vnguem diſcrepare voluerit: & ideò dicimus, *Fiat voluntas tua*, hoc eſt, id velimus quod tu vis, nos velle: id faciamus, quod tu vis nos facere: id odio habeamus, quod tu vis nos odio habere. Sed etiam quæritur hìc, quomodò iubeamur facere voluntatem Dei, cùm ſcriptum ſit: Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cœlo & in terra, & non eſt qui poſsit reſiſtere voluntati tuæ? Et illud: Multæ cogitationes in corde viri: voluntas autem Domini in æternum permanet? Et illud etiam: Omne conſilium meum ſtabit, omnis voluntas mea fiet? Sed tamen ſciendum eſt dupliciter loqui ſcripturam de voluntate Dei. Aliquando enim loquitur de voluntate Dei efficaci; qua, ſcilicet, Deus abſolutè vult quædam facere, aut quædam ſinere fieri; & hæc à Theologis nuncupatur voluntas beneplaciti, aut diſpoſitionis, & hæc eſt de qua prædicta loca & alia loquuntur. Sic enim intelligitur illud: Omnia quæcunque voluit Dominus fecit, hoc eſt, omnia quæ voluit facere, fecit. Sed aliquando loquitur Scriptura de voluntate Dei optatiua, ſiue imperatiua. Optatiua eſt illa de qua dicitur, quòd Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad cognitionem veritatis peruenire. Et illud: Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alis, & noluiſti? Et ex contrario: Nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur, & viuat. Imperatiua verò voluntas eſt, qua præſcribitur, quæ ſint hominibus facienda, vel non facienda. Licebit etiam tertiò ponere aliam voluntatem, quæ dicitur comminatoria, vel promiſſoria, qua, ſcilicet, Deus comminatur hæc, vel illa mala inferenda peccatoribus, eorum ſceleribus irritatus; quæ tamen poſteà non infert: quoniam eorum pœnitentia placatur. Hæc autem triplex voluntas non eſt ſic accipienda, quaſi ſit aliquis actus in Deo exiſtens, hoc eſt, in Deo aliquod deſiderium, quod non impleatur, aut imperium, vel propoſitum; ſed quemadmodum iram Deo tribuimus, propter vindictam quam in nobis exercet, quæ ſolet inter nos eſſe effectus iræ; ſic & huiuſmodi voluntates Deo tribuimus, propter effectus quoſdam ab eo procedentes, qui in nobis proueniunt, ex deſiderio, aut imperio, aut propoſito aliquid faciendi. Sicut dicitur deſiderare omnium ſalutem: quia multa facit ad hoc congruentia, ſcribens omnium mentibus legem naturalem, & præcipiens omnibus prædicari Euangelium Regni, atque de noſtra ſalute mandans nos eſſe ſolicitos. Sic & imperare dicitur: quia præſcribit quid faciendum, vel non faciendum ſit. Dicitur velle diſperdere hanc, vel illam gentem: quia ſic comminatur, etiamſi poſteà id minimè faciat. Quare hæc voluntas à Theologis vocatur voluntas ſigni, cuius adimpletio in noſtra eſt libertate; licet, velimus, nolimus, adimpleamus aliam eius voluntatem, quæ dicitur voluntatis, aut diſpoſitionis: nihil enim facimus, niſi quod Deus diſpoſuit, permittere, & ſinere fieri. Nunc autem, cùm precamur voluntatem Dei fieri, præcipuè loquimur de voluntate Dei imperatiua. Vult enim Deus nos ipſum precari, vt quod ipſe præcipit, aut conſulit nos opere adimpleamus. Itaque ſenſus eſt, *Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra*. Scilicet, vt quemadmodum in cœlis Angeli iuſſa Dei alacriter, & integrè perficiunt; ita homines in terris alacriter ea exequamur. Vnde Cyprianus: Dicimus (inquit) Fiat volũtas tua, non vt Deus faciat quod vult, ſed vt nos facere poſsimus quod Deus vult. Nam & phraſi Hebraica hunc reddit ſenſum, Fiat id quod vis: quoniam propriè voluntas Dei cùm ſit æterna & ipſemet Deus, non fit; ſed ideò oramus, vt in nobis fiat: quoniam, vt eam nos exequamur, opus eſt gratia & adiutorio Dei, & hoc petimus. Qua petitione etiam à nobis longè propellimus carnis, ac mundi, & diabolī voluntatem; vt ſit ſenſus: Da vt à nobis fiat, non quod caro concupiſcit, non quod diabolus ſuggerit, non quod mundus ſuadet; ſed quod tu vis, à nobis fieri, cuius ſolius volũtas rectiſsima eſt & ſanctiſsima. Diuus Thomas in opuſculo ſecundo, vbi hanc Dominicam orationem expoſuit, reſpondet ad hoc dubiũ, quod modò propoſuimus, & ſoluimus. Quod Deus tria vult de nobis, & ea ſunt quæ nos petimus, vt adimple-

Psal. 134. *Hesth. 13.* *Prouer. 19* *Esai. 46.* *1. Timo. 2.* *Matth. 23* *Prouerb. 3.* *Prouer. 26* *Simile.* *Cyprian.* *D. Thom.*

impleantur. Primum, quod de nobis vult, hoc eſt, quòd nos habeamus vitam æternam: nam quicunque aliquid facit propter aliquem finem, ex conſequenti id vult illi rei prouenire, pro quo fecit eam. Deus autem hominem fecit propter aliquem finem, non pro nihilo; ſicut & Pſalmiſta dicit: Nunquid enim vanè conſtituiſti omnes filios hominum? Ergo fecit Deus homines propter aliquid, ſed non propter voluptates (hæ enim communes ſunt brutis, ac nobis) igitur propter vitam æternam: hoc ergo eſt, q̃ Deus vult, quòd homo conſequatur vitam æternam. Sed quando quis conſequitur id ad quod factus eſt, dicitur ſaluari; ſicut quando non conſequitur, dicitur ſe perdere: quare quãdo homo conſequitur vitam æternam, dicitur ſaluari; quando verò ab ea aberrat, dicitur perire. Et hoc eſt quod Dominus vult ſecundum illud Ioannis.6. Hæc eſt voluntas Patris mei, qui miſit me, vt omnis qui videt filium & credit in eum, habeat vitam æternam. Hæc autem voluntas Dei iam completa eſt in Angelis, & in beatis, qui ſunt in patria & fruuntur Deo, & vident eum, in quo conſiſtit ſalus, ac æterna vita. Id eſt autem, quod nos in hac oratione petimus, quod ſicut voluntas hæc Dei completa eſt in beatis; qui ſunt in cœlis; ita compleatur in nobis, qui ſumus in terra. Eſt & alia voluntas Dei in nobis, nempè vt ſeruemus mandata eius. Nam quando aliquis vult finem aliquem, non ſolum vult finem, ſed etiam media, per quæ conſequitur finis: ſicut Medicus qui vult efficere ſanitatem, vult etiam dietam, & phlecbotomiam; Deus autem vult vt habeamus vitam æternam: ergo ex conſequenti vult, vt faciamus eius mandata, per quæ peruenitur ad vitam æternam, ſecundum illud Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Vnde Paulus Roman.12. ait: Rationabile obſequium veſtrum, vt probetis quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens & perfecta. Bona, quia vtilis. Eſai. 48. Ego Dominus docens te vtilia. Beneplacẽs amanti, etſi alijs non ſit grata, amanti tamen delectabilis eſt: iuxta illud Pſalm. Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia. Perfecta, quia honeſta, ſuprà.5. Eſtote perfecti: quia Pater veſter cœleſtis perfectus eſt. *Fiat voluntas tua.* Ariſtoteles, & Damaſcenus docent, quòd voluntas eſt appetitus cum ratione, in quo differt à concupiſcentia, quæ irrationabilis eſt; voluntas autem, niſi impropriè ſumatur, quatuor habet. Primum, quòd eſt libera; coactio quippè repugnat voluntario & libero. Secundum, quòd in hoc hominis Regno voluntas eſt primus motor, ad cuius nutum cætera omnia membra, & potentiæ ad ſuas actiones mouentur, ſiue rationales ſint, ſiue irrationales. Hoc enim eſt quod Diuus Auguſtinus ait: Si enim volo, quando volo intelligo, & ſi volo, quando volo video, & ſic de alijs. Tertium eſt, quòd voluntas efficaciter mouet ad opus, & eſt cauſa operis. Quartum, quòd voluntas eſt in ratione; in irrationali autem parte eſt concupiſcentia, & ira. Ex his quatuor proprietatibus, quatuor conſequuntur ſingulariter in voluntate attendenda. Nam quoniam eſt libera non vult opus ſeruile, & quia generalis aliarum potentiarum motrix eſt, non vult imperfectum opus, aut ex parte, ſed integrum, & quoniam ipſa ſola impetum facit ad opus, vult illud promptum, atque paratum, ſicut Dominus vult promptos ſeruos ad id quod ipſe efficaciter vult, & quia eſt cum ratione, vult vt opus ſit rationabile, ac rectè ordinatum. Igitur his modis poſcimus, vt fiat voluntas Dei in nobis. Primò, quòd liberè exequamur mandata Dei, non ſicut ſerui ſub lege, ſed ſicut liberi ſub gratia conſtituti; vt ſic opera noſtra non procedant ex timore ſeruili, ſed amore filiali. Secundò, quòd integrè & perfectè omnia Dei præcepta ſeruemus, non ex parte quædam ſic, quædam non, cùm vera ſit Iacobi ſententia: Qui in vno offenderit, factus eſt omnium reus, & quod illi populo dixit Deus: Maledictus qui non manſerit in omnibus verbis legis huius. In omnibus, ait: non enim debet eſſe manca præceptorum Dei obſeruatio. Et tertium, q̃ prõptè, deuotè & delectabiliter ea operemur, quod fit cùm ex amore ea ad implemus, oportet enim in promptitudine animi eſſe paratos, ad omnia legis onera ſubeunda Quartò, quòd in his obſeruemus rationis regulam, vt ſit rationabile obſequium noſtrum, vt docet Paulus Roman.12. & vt omnia honeſtè, & ſecundum ordinem fiant in nobis, vt alibi docet: Sic autem adimpletur voluntas Dei in cœlo. Et quemadmodum in cœlo omnes adimplent Dei voluntatem, ita petimus

Pſal.88. *Ioan.6.* *Matth.19* *Rom.12.* *Eſai.48.* *Pſal.96.* *Matth.5.* *Ariſt.* *Damaſ.* *Aug.* *Aug.* *Rom.12.* *1. Cor.4.*

mus quòd fiat in terra, quod eſt petere peccatorum conuerſionem ad meliorem frugem, nempè vt & ipſi conuertantur ad obedientiam mandatorum Dei. Quare (vt vult Auguſtinus) per terram intelliguntur peccatores: nam Adæ poſt peccatum dictum eſt: Terra es: per cœlum autem iuſti: nam Deus dicit per Prophetam: Cœlum mihi ſedes eſt: & alius: Anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ. Vult ergo dicere, quòd ſicut iuſti faciunt Dei voluntatem, ad eorum exemplum conuertantur peccatores ad idem. Fiat ergo voluntas tua, ſicut ab Angelis, ita ab hominibus. Vbi Caſsianus in collatione.9. Abbatis Iſaac cap.20. dicit: Non poteſt maior eſſe oratio, quàm optare vt terrena mereantur cœleſtibus cocœquari. Nam quid aliud eſt dicere, Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra, quam vt ſint homines ſimiles Angelis? Et ſicut voluntas Dei ab illis impletur in cœlo, & hi qui in terra ſunt non ſuam, ſed eius vniuerſi faciant voluntatem; vt ſicut eſt in Angelis, qui ſunt in cœlis, voluntas tua (vt ait Auguſtinus lib.2. de ſermone Domini in monte. c.12.) vt omninò tibi adhæreãt, teq; fruantur, nullo errore obnubilante ſapientiam illorum, nulla miſeria impediente beatitudinẽ, atq; immutationẽ, ita fiat in ſanctis tuis, qui in terra ſunt, & de terra, quo ad corpus attinet ſancti ſunt, & quãuis ad cœleſtem habitationem, atque immutationem tamen de terra aſſumendi ſunt. Ad hæc reſpicit etiam illa Angelorum prædicatio. Luc. 2. Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: vt cùm præceſſerit bona voluntas noſtra, quæ vocantem ſequitur; perficiatur in nobis voluntas Dei, ſicuti eſt in cœleſtibus Angelis, vt nulla aduerſitas reſiſtat noſtræ beatitudini. De hac autem cœleſtium ſpirituum obedientia apertè cecinit Pſalm. dicens: Benedicite Domino omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius ad audiendam vocem ſermonum eius: Benedicite Domino omnes virtutes eius, miniſtri eius, qui facitis voluntatem eius. Ad quem locum videri poteſt Dominum hic alluſiſſe. Quod ſi dicas: Quare id petimus, quod nunquàm futurum eſt? Quando enim in terris poterit Dei voluntas fieri ea perfectione, qua fit in cœlis? Sed reſpondetur piarum mentium eſſe etiam ea deſiderare, quæ ſciunt nunquam futura, & tamen fieri debere ſciunt, vt ſaltem affectu explicent, quod deſiderium intus gerant, vt perfectiſsimè vbique Dei voluntas adimpleatur. Et aduertendum hîc (ſecundum Diui Thomæ doctrinam, in opuſculo.3. citato) quòd ex ipſo modo loquendi datur hic nobis doctrina; nec enim dicit, Faciamus, ſed, Fiat voluntas tua: quoniam ad vitam æternam duo ſunt neceſſaria, nempè gratia Dei, & voluntas hominis. Et licet Deus fecerit hominem ſine homine; non tamen iuſtificat hominem ſine eo, iuxta illam Diui Auguſtini ſententiam: Qui creauit te ſine te, non iuſtificabit te ſine te. Vult enim Deus, vt homo bono cooperetur, ſecundum illud Zachariæ.1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Et.1. Corint.15. Gratia Dei ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit. Vt nec tibi credas, ſed in gratia Dei fiduciam habeas, nec tamen negligas, ſed adhibeas quod potueris ſtudium tuum. Hac ergo ratione non dicit, Faciamus, nè videretur quod nihil faceret gratia, ſed nec dicit, Fac, nè videretur ſubtrahere conatum noſtrum, & quod nihil in noſtra conuerſione cooperaretur voluntas noſtra; ſed dicit, Fiat, vt vtrumque includat, hoc eſt, fiat per gratiam Dei, adhibito tamen ſtudio & conatu noſtro. Denique tertium quod vult Deus in nobis (ait Diuus Thomas) eſt vt homo reſtituatur in ſtatu illo fœliciſsimo, in quo primus homo creatus eſt. In quo tanta erat dignitas ac poteſtas hominis, vt nec rebellionem carnis aduerſus ſpiritum, nec infirmitatem aliquam, aut quippiam mortale ſentiret. Quandiù enim anima ſubiecta fuit Deo, caro etiam ipſa ſubdita fuit animæ, vt nullatenus ei contraire auſa ſit, immò nec dolori, aut infirmitati alicui fuit obnoxia; at mòx, vt ſpiritus & anima, quæ media erant inter carnem, & Deum, ab eo per peccatum rebellarunt; etiam caro aduerſus eos concitata eſt rebellionem, & motus ſenſualitatis concitans, ſimul & mortem ac ægritudines afferens. Hæc enim eſt lex illa, quam Paul. in membris ſuis præſentiebat repugnantem legi mentis ſuæ, & captiuãtem in lege peccati: & eſt etiam bellum illud pluſquam ciuile, quo caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ, & ſpiritus aduerſus carnẽ, quo bello ac rebellione homo quotidie in deteriora pſternitur.

Aug. *Geneſ.3.* *Eſai.66.* *Caſsian.* *Luc.2.* *Pſal.102.* *Iacob.2.* *Deut.20.* *D. Thom.* *Aug.* *Zachar.1.* *1. Cor.15.* *D. Thom.* *Rom.7.*

nitur. Vult ergo Deus, vt homo in priſtinam redeat dignitatem, videlicet, vt nihil ſit in carne quod aduerſetur ſpiritui, ſe-
1.Theſ.4. cundum illud.1. Theſ. 4.Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra. Hoc autem ſecundum carnem non poteſt in hac vita adimpleri; vſque ad vltimam reſurrectionem, in qua reſurgent beatorum corpora nobiliſsima atque immortalia, animæque, atque ſpiritui nullatenus repug-
1. Cor. 15. nantia, ſecundum illud.1.Cor.15. Seminatur in ignobilitate, ſurget in gloria. Sed tamen ſecundum ſpiritum poſſunt iuſti in hac vita ad priſtinam gratiæ redire dignitatem: nam per virtutes infuſas, quæ ſunt in anima, poterit carnem in officio continere; ſaltem vt animam in peccatum non ſemper trahat, immò & in mortali nunquàm. Et hoc eſt quod poſtulamus, *Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra*, vt per cœlum accipiamus ſpiritum, & per terram carnem: nam ſpiritus ad cœleſtia, caro ad terrena inclinatur, vt ſit ſenſus: Fiat voluntas tua in carne noſtra, per ſubiectionem ad ſpiritum; ſicut fit in ipſo ſpiritu per iuſtitiam ipſum adiuuantem. Benè autem poſtquã precati ſumus, Adueniat Regnum tuum, ſubijcimus, Fiat voluntas tua ſicut in cœlo, & in terra: tùm quod Regnum Dei nobis non veniet, niſi interim hic faciamus Dei voluntatem, & etiam vt diſcamus in hoc exilio cœleſtem meditari conuerſationem, dùm non datur nobis æterno gaudio frui. Atque ob hoc additur, *Sicut in cœlo*, quemadmodum annotauit
Chryſoſt. Chryſoſtomus ſic ſcribens: Vides nè optimam conuenientiam? Nam cùm deſiderium imperauit futurorum, atque ad perfectionem illam nos iuſserit ſemper vrgeri; quandiù tamen illûc non pergimus, etiam hic degentes iubet conuerſationem cum cœli habitatoribus habere communem. Nam deſiderari quidem conuenit cœlos, & ea quæ habentur in cœlis: tamen & antequàm ſuperna illa præſtetur habitatio cœlum quodammodô fieri iuſsit è terra: vt ſcilicet, tales ſint etiam vt degunt, ita & omnia faciant, & loquantur, quaſi ſi prorſus conuerſentur in cœlo. Vltimò aduertendum, quòd in his petitionibus non dicimus, Da vt ſanctificetur nomen tuum, aut, Da vt fiat voluntas tua; ſed idem, ac ſi diceretur: O ſi nomen tuum ſanctificaretur à nobis! O ſi in nos aduenire: Regnum tuum, aut fieret voluntas tua! Nam (vt annotauit Diuus Baſilius *Baſilius.* ſuper Pſalm. 44.) imperatiuum in ſcripturis frequenter ponitur pro optatiuo. Quaſi, ſi benè attẽdamus, tres primæ petitiones huius ſaluberrimæ orationis, ſunt potiùs grati animi deſideria quædam, quàm petitiones rerum impetrandarum, vt poſtquam in prohœmio teſtati ſumus Dei bonitatem & omnipotentiam; tribus deinde petitionibus teſtemur grati animi noſtri affectum erga Deum, optando ei, & deſiderando nominis eius ſanctificationem, Regni eius dilatationem, & voluntatis eius adimpletionem, quæ omnia pertinent ad Dei gloriam. Hæc tamen non præſtantur, niſi ſingulari Dei gratia, ac ideò in gloriam noſtram cedunt, quare optando hæc Deo, etiam nobis precamur bona, vt dictum eſt.

Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie. Hieronymus ita legit, quoniam *Hieron.* in Euangelio Matthæi Hebræo, quod dicit D. Hieronym. ſe vidiſſe eſt (ſegulla) quam dictionẽ Septuaginta ſemper tranſferunt (epyſion) quod Latinè ſonat ſuperſubſtantiale, & ideò ſic tranſtulit Hieronymus. Quamuis Simmachus transferat (egregium) & ita teſtatur Hiero. ſuper cap. 2. epiſtol. ad Titum. Origenes autem *Origenes.* vertit (quotidianum) licet omnes iſtæ tres tranſlationes, vt ait hic Albertus Magnus, *Albertus Magnus.* in idem decidant. Quia ſuperſubſtantialis eſt: quoniam propter ſubſtantiam ſuſtinendam petitur, hoc eſt, ille qui neceſſarius eſt ad hoc, quod noſtra ſubſtantia conſeruetur. Sicut ſolemus dicere, Peti- *Simile.* tionem dedi ſuper talem rem; ſic petitio hæc eſt ſuper id quod ad noſtram ſubſtantiam pertinet, qui eſt quotidianus panis, quo quotidie ad vitam conſeruandam indigemus. Verum eſt, quòd non omnes intelligunt hanc petitionem de pane corporali; nam Cyprianus, & alij intelligunt *Cyprian.* de Euchariſtia, quod nõ placet Auguſtino: *Ariſtot.* quoniam illam non quotidie ſumimus, nec etiam id erat in more tempore Auguſtini quotidie communicare, & quando hanc orationem docuit Chriſtus, nondum conſtitutus erat panis ille Euchariſtiæ. Cur ergo illum hodie petebant? Nec Apoſtoli ſciuiſſent quid poſtularent: nihil enim de illo ſciebant. Alij (inter quos Auguſtinus, *Auguſt.* & Caietanus) nolunt hanc petitionem de pane corporis intelligere, ſed de pane animæ, qui eſt gratia, ac dona ſpiritualia:

Caiet. lia: quoniam hæc vnica petitio (ait Caietanus) eſt boni noſtri: nam tres præcedentes fuerunt boni diuini, tres ſubſequentes petunt remotionem à malo. Si ergo hac vnica petitione petimus bonum noſtrum, indecens videtur, quòd ea ſit de pane corporali: potiora enim à Deo poſtulare debemus, maximè cùm hoc eodem cap. moneamur nè de tẽporali cibo ſoliciti ſimus. Sed certè, etſi ſecũdum miſticum ſenſum de ſpirituali cibo poſſet hæc petitio intelligi: tamen ſecundum conſequentiam literæ id nõ apparet; alioquin hæc quarta petitio nihil differret à præcedenti, in qua dicimus: Fiat volũtas tua. Spiritualis quippè nobis cibus eſt, facere voluntatem Dei
Ioan.4. Patris, ſecundum illud Ioan. 4. Meus cibus eſt, vt faciam volũtatem Patris mei, qui in cœlis eſt. Accedit ad hoc, quoniã ſi animæ cibum peteremus, potius nobis dicendum erat, Da nobis in æternum, quàm da nobis hodie, ſicut Domino diſrenti de pane cœleſti dixerunt quidam: Domine ſemper da nobis panem hunc. Quare (vt
Ioan.63. probabilius) dicendum eſt, quòd hæc petitio intelligatur de pane corporali. Nec enim prohibetur à Domino omnis ſolicitudo cibi, ſed ea quæ mundana eſt, & carnalis, non autem pia illa, quam apud Deum Patrem noſtrum petimus ſubleuari, quæ ſolicitudo, propriè non eſt ſolicitudo, nec indecens eſt hunc temporalem victum nos à Deo efflagitare; cùm pijſsimus Pater non dedignetur illum nobis ſuppeditare, immò vult, quòd ab illo illum ſperemus, & poſtulemus. Quinimò hoc pietatem noſtram erga Deum oſtendimus, cùm videamus multis hanc ventris neceſsitatem impedimento eſſe, nè Chriſtum ſequantur. Quare nos illam ab eo petimus ſubleuari, nè propter eam quærendam ſequelam eius intermittamus. Quod & exemplo ſanctorum Patrum confirmatur, qui hæc bona ab eo poſtulauerunt, vt
Geneſ.28. patet de Iacob Geneſ.28. Et de Salomone.
3.Reg.8. 3.Reg.8. Et Prouerb. pen. Quare per hunc
Prou. vlt. panem cibum corpori neceſſarium optimè intelligimus. Circa quod notandum eſt ex
Auicena Auicena, quòd inter omnia alimenta, panis conuenientior eſt homini: ſolidus quippè cibus eſt, & ideò plus confortat, & quia viſcoſus eſt plùs adhæret, & ex temperamento plùs conuenit, atque ex puritate plùs nutrit. Caro enim, & vinum inflammant & oua ſicut facilè conuertibilia in omne in quod primo inueniunt, ſiue bonum ſiue malum ſit. Quare ad nutriendum potior & conuenientior eſt panis; atque ideò caro, quæ ex nutrimento panis generatur, fortior atque ſolidior eſt. Quare nomine panis quicquid ad neceſsitatem huius vitæ deſeruit, petitur. Nam potus non ſumitur à natura, nec deſideratur, niſi propter cibum: quoniam potus fluxu ſuo cibum in membra diſpertit, atque in profundo ſtomachi, vbi decoquitur, traijcit. Vnde ſicut qui petit equũ ad equitandum, ex conſequenti cenſetur poſtulare omnia, quæ neceſſaria ſunt ad equitandum, vtpotè frœnum, ſellam, & alia: ſic qui petit panem, ex conſequenti petit cætera, quæ ad vitæ ſuſtentationem neceſſaria ſunt. Vnde & petit potum, qui fluere facit cibum ad membra, & cum carne continuat illum: petit etiam veſtem & domum, quibus cibatum corpus fomentum accipiat, quatenus digeſtio poſsit celebrari. Nam ſine veſte, ac domo frigus penetrans caloris actionem impediret, cuius virture digeſtio fit. Ad quod videtur
alluſiſſe Paul. 1. Timot. 6. dicens: Haben- 1.Timo.6.
tes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Et illud Eccleſ. 29. Initium vi- Eccleſ.29.
tæ hominis, aqua, & panis, & veſtimentum, & domus protegens turpitudinem. Quòd autem alia etiam, præter panem, ſint neceſſaria ad vitam hanc tranſigendam: patet Eccleſ. 39. Initium neceſſariæ Eccleſ.39.
rei vitæ hominis aqua, ignis, & ferrum, ſal, & lac, & panis ſimilagineus, & mel, & botrus vuæ, & oleum, & veſtimentum: hęc omnia ſanctis in bona, ſic impijs, & peccatoribus in mala conuertuntur. Quod ſi hæc non eſſent vitæ hominum neceſſaria, nunquam Dominus impios cauſaret, quod hæc non præbuerint pauperibus. Vnde
& Prouerb. 30. hæc petit Sapiens à Deo, Prouer.30
dicens: Diuitias & paupertatem nè dederis mihi, ſed tantùm victui meo tribue neceſſaria. Vel ideò ſolum panem petimus à Deo: quoniam cætera, vel ex luxu, vel ex hominum infirmitate poſt peccatum neceſſaria facta ſunt. Antea quippè nec veſtibus, nec domo vtebatur homo, & in deſerto ſolo mannà cibati ſunt filij Iſraël. Habemus igitur quòd in hac petitione neceſſaria vitæ huius poſtulamus. Quod etiã
D. Tho. aſſerit in opuſc. 2. iam citato. Pro D. Thom.
quo aduertendum eſt, quòd homines poſt peccatum timidi, atque puſilli facti ſumus,

quod indicauit nobis Caim, qui poſt cædē fratris tremulus vixit ſuper terram. Quare neceſſaria eſt nobis fortitudo à Deo, nè in neceſsitatibus deficiamus. Vnde Eſai.40.
Eſai. 40. dicitur: Qui dat laſſo virtutem, & his qui non ſunt fortitudinem, & robur multiplicat. Hanc autē fortitudinem Spiritus ſan-
Ezechi. 2. ctus dat, ſicut dicitur Ezechiel.2. Ingreſſus eſt in me Spiritus, & ſtatuit me ſuper pedes meos. Eſt autem hæc fortitudo, quam Spiritus ſanctus dat, qua Dei fiducia roboramur, credentes, quòd qui in maioribus nobis ſubuenit, non deficiet nobis in his, quæ minora ſunt, qualis eſt corporalis victus. Vnde & facit nos poſtulare, dicendo: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Et ideò Spiritus fortitudinis dicitur: & quoniā ea quæ in tribus petitionibus præcedentibus à Deo popoſcimus, in hac vita ſolùm inchoantur, ſed in futura adimplentur: oportebat, vt aliquid peteremus, quod perfectè poſsit haberi in vita præſenti: ideo nos docuit Spiritus Chriſti neceſſaria vitæ poſtulare, quæ hîc in ſua perfectione haberi poſſunt. Simul, vt intelligeremus, quod etiam hæc temporalia à Deo nobis proueniunt, vtpotè qui ſicut corporis & animæ conditor, ita & vtriuſq; prouidus gubernator eſt. Et hoc eſt quod dicit: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* In quibus verbis docet nos quinque peccata vitare, quæ ſub prætextu huius corporalis neceſsitatis nobis contingere ſolent. Primum eſt, quòd homo per immoderatum iſtum appetitum rerum temporalium ſuperflua deſiderat ac petit, & non ea dumtaxat, quæ ſtatum eius condecent, ſed quæ in immenſum excedunt. Appetit namque miles non contentus militari veſte, quæ ſtatum eius decebat, ſericis ac aureis indui, quibus Comites ac Duces induuntur. Clerici ſicut Epiſcopi volunt ambulare; illi ſicut Papa, & ſimiliter in victu. Hæc autem intemperata cupiditas retrahit homines ab ſpiritualibus: quoniam nimis eos in temporalibus immergit. Quod vitium reſecare cupiens Dominus, docet nos, Panem noſtrum quotidianum dumtaxat petere, ſub quo includuntur ſolummodò ea, quæ ad vitam tranſigendam neceſſaria ſunt. Vnde non docuit delitias petere, non diuerſa, non exquiſita, ſed panem, ſine quo vita hominis eſſe non poteſt, & qui omnibus communis eſt. Secundum vitium eſt, quod aliqui ex nimia cupiditate rerū temporalium aliena rapiunt, quæ fortè nunquam reſtituunt, & peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum: & ideò ad deteſtandum hoc vitium docet nos petere Panem noſtrum, non alienum: quoniam raptores ac fures, non ſuum, ſed alienum panem manducant, ſecundùm illud Pſalmi: Qui deuorant plebem meam, vt cibum panis. *Pſal.13.* Et alibi per *Eſai.3.* Prophetam: Rapina pauperis in domo veſtra. Vnde Tob.2. dicitur: Non licet no- *Tob.1.* bis edere ex furto aliquid, aut contingere. Tertium vitium eſt ſuperflua ſolicitudo, hoc eſt, inſaciabilis diuitiarum appetitus, *Prouer.30.* qui nunquam quieſcit, ſed ſemper ſicut ſanguiſugæ filius dicit: Affer, affer; & hic appetitus immoderatus eſt: nam deſiderium debet coæquari neceſsitati: quod expreſsit nobis illa petitio Sapientis Prou.30. *Prouer.30.* Diuitias & paupertatem nè dederis mihi; ſed tantùm victui meo tribue neceſſaria, quam immoderantiam docet nos vitare, dicens: *Panem noſtrum quotidianum*, id eſt, vnius diei, vel vnius temporis, & non ſicut diues ille Luc. 12. dicebat: Anima *Luc.12.* mea habes multa bona repoſita in annos plurimos. Quartum vitium eſt immoderata voracitas; ſunt enim aliqui homines, ſicut canes voraciſsimi, qui vno die conſumunt, quod ad decem dies ſufficeret, ſi moderatè cibo vterentur, ſicut diues ille auarus, qui æpulabatur quotidie ſplendidè, & iſti non petunt Panem quotidianum, ſcilicet vnius Dei, ſed decem dierum, quare ex his immoderatis expenſis contingit, quod omnia conſumunt. Scriptum quippè eſt Prouerb. 23. vacantes potibus, & *Prouer.23.* dantes ſymbola conſumētur. Et Eccleſ.9. *Eccleſ.9.* Operarius æbrioſus non locupletabitur. Quintū vitium eſt ingratitudo. Sunt enim aliqui homines, qui cum diuitijs abundent, delicatèq; paſcantur; tamen nunquam meminerūt ſe à Deo accepiſſe, quæ habēt, nec pro his gratias egerunt, ſimiles porcis, qui *Simile.* nunquam ora eleuant ad eum qui ei glādes excutit, ſed ſolum gruniētes auidiſsime eas deuorant. Sic nec iſti à quo bona hæc acceperint conſiderant eleuantes ad eum corda, aut laudes referentes pro eis, cùm tamē omnia ſiue corporalia ſiue ſpiritualia à Deo ſint, ſecundum illud. 1. Paralip. 28. Omnia *2.Par.28.* tua ſunt, & quę de manu tua accepimus reddimus tibi. Et Eccleſia in quadam collecta canit. Deus à quo bona cuncta procedunt. Ad quod malum remouendum, in hac oratione

tione dicimus: *Panem noſtrum da nobis.* Vt doceamur quod omnia noſtra à Deo ſunt. Item amplius, quoniam multi congregant diuitias, ex quibus nihil vtilitatis capiunt, ſed potius damna multa tā ſpiritualia quā temporalia, multi enim propter diuitias pe-
Eccleſ. 6. rierunt. Eccleſ. 6. Eſt aliud malum quod vidi ſub ſole, & quidem frequens apud filios hominum. Vir cui dedit Deus diuitias, & ſubſtantiā, & honorem, & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus quæ deſiderat, nec dedit ei poteſtatem Deus, vt comedat ex eo, ſed homo extraneus vorauit illud. Idem.c.
Ibidem. 5 5. Diuitiæ cōgregatæ in malum domini ſui. Propter quod debemus petere, vt diuitiæ noſtræ ſint nobis in vtilitatem, & non in damnum noſtrum emergant, & hoc petimus cùm dicimus: *Panem noſtrum da nobis.* Hoc eſt: Fac diuitias nobis vtiles, vt in bonū & non in malum nobis proueniant, ne no-
Iob.20. bis contingat illud quod Iob. cap. 20. dicit: Panis eius in vtero illius vertetur in fel aſpidum intrinſecus. Et illud: Diuitias quas deuorauerat euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus: *Panem noſtrum*, Hoc eſt, illum cibum nobis tribue, qui hominibus prior eſt, prout diſcernitur à brutis. Sed oritur hic quæſtio, cur dicimus noſtrum & nō potius meum: nam ex quo quilibet nō petit niſi ſibi neceſſarium, potius debet dici meum quam noſtrum? Deinde quod noſtrū eſt non petimus ſed accipimus, ſed dari nobis petimus quod non eſt noſtrum, vt per donationem noſtrum efficiatur? Sed reſpōdetur optime dici noſtrum. Primò, quoniā homo non ſibi ſoli debet petere panem, ſed multis quibus tenetur ratione alicuius coniunctionis prouidere, vt filijs, vxori, & ſeruis. Vel ratione cuiuſcumque coniunctionis, ſiue naturalis, ſiue ex vinculo charitatis ſit: nam omnis petitio in charitate fraternitatis debet fieri: ſumus enim inuicem membra, & debemus alter alteri ſuccurrere; tam in ſpiritualibus orando, vel cōſulendo, quā in temporalibus largiendo. Et hæc eſt ſecū da cauſa quare dicamus panem noſtrum, vt intelligas non tibi ſoli datum, verumetiam fratri tuo, & proximo, quando indiguerit. Ideo quippe dicunt Theologi quod in extrema neceſsitate omnia ſunt communia, hoc eſt, noſtra, & in grauibus tenemur dare indigenti, ex his quæ nobis ſuperſunt, vel naturæ, vel ſtatui, ut Theologi docent in
Iob.31. materia de eleemoſyna. Sic enim & Iob faciebat cūm cap.31. dicebat: Si comedi bucellam meam ſolus, & non guſtauit alienus ex ea & Thob.4. Si multum tibi fuerit, abū dā ter tribue; ſi parum hoc ipſum libenter im- *Tob.4.* pertiri ſtude. Et Eſai. 54. Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque induc in domum tuam, &c. Aliàs quaſi fur arguēris, quod commune eſt tibi ſoli vſurpans ac rapiens, ſecundum illud Eccleſ.34. Panis egē- *Eccleſ.34* tium, vita pauperum, qui defraudat illum homo ſanguinis eſt. Immò & ingratitudinis arguēris, vt D. Auguſt. docet ſuper Pſal. 55. dicens: Panem noſtrum dicimus, nam ab *Auguſt.* illo petendo non eris vacuus, tuum conferē do nō eris ingratus. Si enim non dicas, Tuū nō accepiſti, rurſus ſi dicas, Tuum, ita quaſi à te ſit, iſtud amittis quod acceperas: quia ingratus es illi à quo acceperas. Vbi & alia tangitur ratio, quare dicamus noſtrum, ne ſuis meritis arroget quis quod habet à Deo & tanquam de ſuo velit gloriari, ſed diſcat quod à communi omnium diſtributore ſibi & alijs bona Dei communicauit. Sic enim & Paul. dicit: Quid habes quod non accepiſti? Quid gloriaris quaſi non acceperis? Eſt *1.Cor.4.* & alia ratio quod non eſt apud Deum effuſa petitio, ſicut homines, qui libentius tribuunt cùm petis tibi ſoli, quam cùm petis alijs. Dei largitas ad omnes ſe extendit, atque ex charitate effuſa petitio plus ei acceptā fit, & libentius ei annuit. Et ad rationes quas in cōtra adduximus reſpondetur. Quod ſi res agitur inter nos & Deum, nihil noſtrum dicere poſſumus: quoniam & noſtra ab eo ſunt, ſecundum illud. 1. Parali- *1.Para.29* po.29. Tua ſunt Domine omnia, & quæ de manu tua accepimus reddimus tibi. Peregrini enim ſumus coram te, & aduenæ ſicut omnes patres noſtri. Et illud 1. Corinth. 4. Quid habes quod non accepiſti? Si autem *1.Cor.4.* controuerſia eſt inter nos & homines, ſic aliquid habemus quod poteſt dici noſtrum, iuxta illud quod dicitur ad Hebr.10. Rapinam bonorum veſtrorum ſuſtinuiſtis: Et ſic *Hebr.10.* intelligtur hæc petitio, quod à Deo petimus quod eſt ſuum, quo modo non eſt noſtrum, & tamen quod non velimus, nec concupiſcamus, aut rapiamus illud, quod ſecūdo modo non eſt noſtrum, nempè quod inter homines dicitur illius, & non meum. Sic enim talis concupiſcentia prohibita eſt. Exod.20. Non concupiſces vxorem proxi- *Exod.20.* mi tui; ergo nec poſtulari debet, *Quotidianum.* Hæc eſt cauſa, quæ nos inducit ad petendum hunc panem. Nam dicitur Quotidianus dupliciter. Vno modo, qui diuiſim

quotidie eſt neceſſarius, & alio modo qui quotidie eſt petitos. Sed oritur difficultas ſtatim. Quoniam ſi primo modo quotidianũs dicitur, ergo nihil prohibet quod in vna die pro multis petatur, quod eſt contra illud quod protinus docebit nos Chriſtus dicens: Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum. Sed tamen in eo quod additur reſtringitur hæc petitio. Dicimus enim: *Da nobis hodie* Non petimus in craſtinum, ſed dicimus quod cibum iſtum qui quotidie nobis neceſſarius eſt, pro hac die dumtaxat poſtulamus. Craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibi ipſi, hoc firma fide credentes, quod qui nobis hodie quæ neceſſaria ſunt præſtitit, etiam craſtina die ſuppeditabit. Quare (vt Ianſenius vult) per (hodie) non intelligitur totum tempus noſtrum in quo viuimus, ſicut ibi ſumitur. Hodie ſi vocem eius audieritis, hoc eſt, quod petamus victum per totam vitam neceſſarium, ſed dicendum quod Dominus quando dicit Da nobis hodie, non id vult ſignificare non licere Chriſtiano habere aliquid vltra cibũ hodiernum, ſed perfectionis Chriſtianæ eſſe vltra illum non requirere alium, & in diẽ viuere: omnes autem debere eſſe tales, vt mundana craſtini victus ſolicitudo abſit, & vt ſingulis diebus ad Patrem pro quotidiano cibo recurrant cogitantes illum ſemper homines paſcere, & niſi illo ſingulis diebus dante non poſſe nos viuere, etiam de his quę iam habemus. Vnde D. Auguſt. in quodam ſermone ait: Quando dicis Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, profiteris te eſſe mendicum Dei. Sed noli erubeſcere. Quãtum libet quis ſit diues in terra, mendicus Dei eſt. Stat mendicus ante domum diuitis, ſed & ipſe diues ſtat ante domum magni diuitis. Petitur ab illo & petit, ſi non eget aures Dei oratione non pulſaret: & quid eget diues? Audeo dicere ipſo pane quotidiano eget diues: Quare enim abundãt illi omnia? Vnde, niſi quia Deus dedit? Quid habebit, ſi Deus ſubtrahat manum ſuam? Nõne multi dormierunt diuites, & ſurrexerũt pauperes? & quod illi non deeſt miſericordiæ Dei eſt, non potentiæ ipſius. Sed melius intelligitur ſecundo modo, vt dicatur quotidianus quia quotidie petitus, & hoc propter quatuor cauſas. Quarum prima eſt, naturæ quotidiana neceſsitas ex actione caloris naturalis proueniens, qui conſumit cibum, & in ſanguinem ac ſubſtantiam alti tranſfert: Quare exigit vt reparetur per aduenientem de nouo cibum, aliàs ſeipſum & ſubiectũ conſumet. Nam (vt medici dicũt) in ſero præcipue bibendum eſt temperatè, ad hoc quod cibum ante ſumptum in profundum ſtomachi potus mergat, vel ad hoc quod viſcoſitatem cibi diſſoluat. Quare in ſero calida inciſiua, & abſterſiua qualia ſunt lectuaria comedenda ſunt: nam hæc viſcoſitatem illam diſſoluunt per calorem, & incidunt, & ab ſtomacho diſiungunt, vt in fundum traijciantur, & inde diſpergantur per membra: vel comedenda ſunt in cœnis aliqua conſtrictiuæ qualitatis & actionis, quæ ſtomachum ſuperius conſtringant, & per conſequens, inferius aperiant, vt ſic melius fiat digeſtio. Sicut in olla ſuperius cooperta melius coquuntur carnes. Quare cidonites, id eſt. *Carne de membrillo*, in cœna medicinalis eſt. Poſt ſedecim autem horas (ait Gallenus) in bene diſpoſito corpore iam cibus ab ſtomacho ſeiunctus debet eſſe, atque inter membra quod purum eſt ex eo diuiſum, impurum uero alueo traiectum: Quapropter tunc indiget ſtomachus nouo alimento, ne calor naturalis deficiat. Vnde hæc quotidiana naturæ neceſsitas quotidianum cibum nos cogit quærere, & quia Deus Pater noſter eſt, ab eo quotidie flagitare. Quare Exod. 16. Præcipitur vt Manna, quod ſignificat panem quotidianę ſuſtentationis, quotidie colligeretur, & quod pro numero animarum quas quilibet in tabernaculo ſuo habebat, pro qualibet colligeret menſuram gomor, hoc eſt, quantum ſufficeret quotidianæ neceſsitati & non amplius. Secunda cauſa eſt, vt quotidie expectetur Patris cœleſtis pietas, & quotidie tantæ bonitatis experimẽta ſumamus. Hoc enim maximè noſtram erga illum deuotionem auget, vt quotidie ad illum dicamus cum Pſal. 144. Oculi omnium in te ſperant Domine, & tu das eſcam illorum in tempore opportuno, aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Tempus autem opportunum eſt quotidianum vt dictum eſt: ſecundum quod & Actor. 6. ſignificatur cùm dicitur: Factum eſt murmur Græcorum, eo quo deſpicerentur viduæ eorum, in miniſterio quotidiano. Quod erat diſtributio ciborum, qui quotidie diſtribuebantur. Aliæ autem duæ cauſæ iam ſuperius dictę ſunt, nempe vt excluderetur mundana cupiditas, quę in dies plurimos cibos parat, & parum ſobria voracitas, quæ in vno die deuorat quod ad plures temperato ſufficerent. Quare dicitur quotidianus, id eſt, ille qui ad hunc diem

Ianſenius
Pſal. 49.
Auguſt.
Gallenus.
Exod. 16.
Pſal. 144.
Actor. 6.

paratus

paratur & ſufficiẽs eſt. Debemus enim ſimplices cibos edere, vt non ſit opus pridie vel biduo anteà præparare, ſed pars illius diei ſufficiat ad eorum præparationẽ. Da: De largitate ſummi Patris hũc quotidianũ cibum expectamus, & ideo dicimus Da. Largus quippe Pater noſter cœleſtis eſt in filios: quia largitas ſibi connaturalis & ſubſtantialis eſt. Quare largiter dat, prudenter vtiliter, & ſine improperio. Nam quia large dat, dat omnibus affluenter vt dicitur Iaco. 1. Hoc enim ſibi connaturale eſt, & quia primus & per naturam ſuam diues in omnes. Vnde Sap. 16. dicitur. Subſtantiam tuam & dulcedinem tuam, quã in filios habes oſten debas. Prudenter dat: quia tempore opportuno: & ſecundum vniuſcuiuſq; indigentiã, vt patet in diſtributione talentorum. Matthæi. 24. Et quia in pondere, numero & mẽſura, omnia diſponit vt dicitur Sap. 11. Ita tamen quod nullus recedit vacuus à munere. Vtiliter dat, quia ad ſalutem proficientia. Luc. 11. Si vos cùm ſitis mali noſtis bona data dare filijs veſtris, quanto magis Pater veſter cœleſtis dabit ſpiritum bonum petentibus ſe? Et Eccleſ. 20. Datus inſipientis non erit vtilis tibi. Non improperat (vt ait Iac. 1.) Qui dat omnibus affluenter nec improperat. Sic de ſtulto dicitur. Eccleſ. 20. Exigua dabit, & multa improperabit. Ergo Pater noſter cœleſtis qui largitate nites, qui das omnibus affluenter nec improperas, qui vnicuiq; ſecundũ quod exigit tribuis, vtiliterque diſtribuis omnia, ſic panem iſtũ quotidianum da nobis, hoc eſt noſtris vſibus non malis vſibus deputandum, quemadmodum peſsimi homines faciunt, qui pecunias quæ potius pauperibus erogandæ eſſent, in auibus, cambijs, equis, hiſtrionibus, ac meretricibus expendunt, vt ille prodigus filius fecit. Contra quod ipſe Dominus dicit: Nõ eſt bonum ſumere panem filiorum & mittere canibus. Infrà. 15. & c. 7. Nolite ſanctum dare canibus. Quare Philoſophus quidam dicebat huiuſmodi hominũ diuitias eſſe veluti arbores, qui in altiſsimis montibus infitę ſunt, quoniam fructus nõ hominibus, ſed auibus aut beſtijs, quæ ibi commorãtur proueniunt. Sic impiorum diuitiæ, non proximis ac iuſtis proſunt, ſed ſceleratis hominibus, qui veluti beſtiæ in voluptatibus vitam agunt. Nam ideo iſte panis quem à Deo poſcimus dicitur egregius: quoniam non niſi egregijs conceditur filijs: iſti autem copioſius illum tribuunt adulteris ac impijs, qui à Patre omnium Deo degeneres ſunt, quam illis qui illum tanquam veri filij imitantur in bonum. Contra quos dicebat quidam. 1. Reg. 25. Tollam panes meos & aquas meas, & carnes pecorum meorum, quæ occidi tõſoribus meis, & dabo viris quos neſcio vnde ſint. Stat famelicus pauper ad oſtiũ pulſans, ac nomine Chriſti fruſtum panis poſtulans, & non accipit: ſtatq; intus aleator, hiſtrio, meretrix, leno, delicatas dapes ac vina precioſa conſumens. Quod Thren. 3. deplorabat Hier. dicens: Paruuli petierũt panem, & non erat qui frangeret eis. Paruuli enim ſunt humiles, pauperes fragmentum panis poſcentes. *Hodie*. Hoc eſt, huic præſenti neceſsitati, vt infra docemur. Nolite ſoliciti eſſe in craſtinũ, & Hebr. 13. Sint mores ſine auaritia contenti præſentibus. Ipſe enim dixit: Non te deſeram nec derelinquam. Et Philip. 4. Ego didici, in quibus ſum ſufficiens eſſe.

Iacob. 1.
Sap. 16.
Matt. 24.
Sapien. 11.
Luc. 11.
Eccleſ. 20
Iacob. 1.
Eccleſ. 20.
Matth. 15
Matth. 7.
Simile.
1. Reg. 23.
Thren. 3.
Hebr. 13.
Philip. 4.

Ceterũ licet hic ſit proprius, ac germanus ſenſus huius petitionis, nõ tamẽ ideo aſpernandi ſunt alij ſenſus ſpirituales, qui ſub cortice panis corporalis conteguntur. Pro quo ſciendum quod ſicut homo eſt compoſitus ex anima & corpore, ſic erit & triplex cibus eius. Erit enim cibus ſuſtentans corpus, de quo hucuſque egimus, & cibus ſuſtẽtans ſpiritum, & edulium ſuſtentans vtrũq; hoc eſt, totum coniunctum, ac compoſitum ex anima & corpore. Edulium autem ſuſtẽtans ſpiritum erit duplex. Vnum ſecundũ intellectum, alterum autem ſecundum affectum. Panis ſuſtentans hominem ſecundũ intellectum eſt verbum Dei: Verbũ enim Dei per hoc quod eſt continens veritatem paſcit intellectum, qui ſui eſt capax, & ſine quo quaſi conſumptus inedia deſtituitur. Vnde Deuter. 8. dicitur: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Et Sapien. 16. Nec enim fructus natiuitatis paſcit homines, ſed ſermo tuus hos qui in te confidunt cõſeruat. Pſal. Quã dulcia faucibus meis eloquia tua! Quare verba Sapientum alimentum & conuiuium vocauit Plato, qui in Thimeo loquẽs ad Socratem, & Thimeum & Titium dicebat. Qui heſterni quidem epuli conuiuæ fuiſtis, hodierni præbitores inuitatoreſque ex condito reſideatis. Quare & in cœlis verbũ Dei paſcit beatos. Sed quoniam de potentia verbi Dei, pluries in hoc opere debet ſermo fieri, ſufficit hic hæc tetigiſſe. Panis affectus, ac voluntatis eſt gratia atq; charitas

Deuter. 8.
Sapien. 16
Pſal. 118.

tas Dei, quæ comparatur manna, quod in
Numer. 11 modum roris de cœlo per gyrum caſtrorũ
Iſrael deſcendebat: Gratia enim ac charita-
te Dei omnia dulceſcũt. Et hi ſunt illi tres
panes quos amicus ille petebat, nempe pa-
nis corporalis, qui corpus alit, panis verbi
Dei, qui intellectum ſuſtentat, & panis gra-
tiæ ac charitatis, qui affectum ſuauiter in
bonum propenſum facit. Et quoniam ſingu
lis momẽtis ab inimicis propugnamur, quo-
tidianum hunc panem poſcimus, hoc eſt, cõ
tinuum gratiæ Dei auxilium, aduerſus ho-
ſtes noſtros poſtulamus, quo virtutes inte-
rius roborentur, & actus exterius piæ opera
tionis excreſcant: Fides quippe intellectũ
roborat, charitas ac gratia voluntatem in
bonum firmat. Panis autem qui toto conui-
cto debetur ſanctiſsima Euchariſtia eſt, qui
vocatur quotidianus, quia eſt in ſe ſacrifi-
ciũ, quod quotidie in Eccleſia celebratur,
qui dicitur panis: quoniam ſub ſpeciebus ve
ri panis continetur, & quia corpus & animã
roborat. Hic panis origine cœleſtis eſt, ſub-
ſtantialiter deificus eſt: cauſaliter viuifica-
tiuus: ſacramentaliter vnitiuus: effectu via-
ticus: ſpecie tenui æternæ fruitionis deſig-
natiuus. Quòd ſit origine cœleſtis patet Ioã.
Ioann. 6. 6. Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcen-
Pſal. 78. di. Et Pſalm. 87. Panem cœli dedit eis panẽ
Angelorum manducauit homo. Quod vero
Ioann. 6. ſubſtãtialiter ſit deificus, patet Ioã. 6. Sicut
miſit me viuens Pater, & ego viuo propter
Patrem, & qui manducat me & ipſe viuet
propter me. Hoc eſt, quia prædixerat, ſicut
miſit me viuens Pater, & ego viuo propter
Patrem, ſic qui manducat me viuit propter
me. Hoc eſt. Quia ego à Deo proceſsi vitã
eius æternam communico: Sic qui mandu-
cat me vitam meam communicat à me, ac
Galat. 2. proinde poterit dicere: Viuo ego, iam non
Ibidem. ego, viuit vero in me Chriſtus. Et illud. Quod
autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij
Dei. Quapropter viuet vita Dei omneſque
ſuæ operationes à tali vita procedentes dei
1. Cor. 10. ficatæ erũt. Primę etiã ad Cor. dicitur: Panis
quem frangimus, nonne communicatio cor
poris Domini eſt? Quod autem ſit cauſa vi-
Ioann. 6. tæ, gratiæ & gloriæ patet, Ioannis. 6. Si quis
manducauerit ex hoc pane viuet in ęternũ.
Eſt etiam ſacramentaliter vnitiuus. Nam ſi
cut ex multis granis vnus panis conficitur:
ſic multi Chriſtiani vnum corpus confici-
mus (vt ait Paul. 1. Cor. 10.) Vnus panis &
1. Cor. 10. vnum corpus multi ſumus omnes, qui de
vno pane & de vno calice participamus. Et
ideo appellatur ſynaxis, hoc eſt vnio: quo-
niam hoc ſacramentum per fidem in vno
corpore nos vnit. Sicut enim omnia mem-
bra eodem alimento ſuſtentantur in corpo- Simile.
re, ſic omnes Chriſtiani eiſdem ſacramen-
tis viuimus. Quare in hac petitione commu
nionẽ ſacramentorum, & præcipue huius
videmur poſtulare. Quòd autem effectu ſit
viaticus patet. 3. Reg. 19. Surge comede, grã
dis enim reſtat, via. Et ideo filijs Iſrael dum 3. Reg. 19.
erant in via non defecit Manna, ſed poſt-
quam Promiſsionis terram attigerunt ablatus
eſt eis: nam in Patria non ſub alienis
ſpeciebus occultatum, ſed in ſua præſenti-
a ac Maieſtate manducabimus illum. Qua
re ſpecierenus æternæ retributionis eſt de
ſignatiuus: nam ipſe idem qui nunc ſub alie
nis ſpeciebus eſt animæ noſtræ cibus, erit
etiam in Patria clarè viſus noſtra ſubſtan-
tia. Quod & Matth: 26. inſinuaſſe videtur
cum dixit: Non bibam amplius de genimi- Matt. 26
ne hoc vitis huius, vſque dum bibam illud
nouum in regno Patris mei. Luc. 22. Edatis Luc. 22.
& bibatis ſuper menſam meam in regno
meo. Vtrobique ad menſam Principis ſede
mus, licet hic ſit occultatus ibi clarè viſus.
Quem & debemus edere ſtando, quia in alia
vita ſedendo, vel quia ſtatus (vt ait Augu.) Auguſt.
rectitudinem ſignificat confortatæ conſ-
cientiæ: ſuccincti lumbos, per ſenſuum re-
ſtrictionem, ac carnis mortificationem: cal-
ceamenta in pedibus, quæ fiunt ex mortuis
animalibus portantes: quoniam Chriſti mor
tem in memoriam habere debemus vt ip-
ſe dixit: Hæc quotieſcumque feceretis in
mei memoriam facietis. Baculum in ma-
nibus, Crucis Chriſti baiulationem ſignifi-
cat: feſtinatio, famis caliditatem ex igne
charitatis cauſatam dicit: nam calor ma-
ximè actiuuus eſt: denique, voracitas per
deuotionem ſumptionis auiditatem deno-
tat, ſecundum illud Eccleſiaſtes. 24. Qui Eccleſ. 24
edunt me adhuc eſurient. Quanta autem
veneratione panis hic ſumendus ſit, quan-
taque cordis, ac corporis puritate, alibi Deo
dante dicemus.

Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Vniuerſum bonum noſtrum, tam ſpirituale, quam corporale, vnica petitione complexus eſt Dominus. Circa malum vero vitandum tres adiungit petitiones, quarum prima eſt in hac petione, quæ potius dicitur deprecatio, atque ideo (ait Albertus) Albertus
ponitur in ea hæc coniunctio, & quoniam
fit

fit tranſitus ab oratione ad deprecationem.
Per debita autem peccata intelliguntur: nã
D. Thom. (vt ait D. Thom. opuſculo. 3.) per peccatũ
auferimus à Deo id quod eſt ſui iuris. Ius
enim habet Deus eo quod Pater, Creator,
Rex ac Dominus noſter eſt, vt præferamus
voluntatem ſuam voluntati noſtræ: pecca-
tor autem aufert ab illo hoc ius, quia ante-
ponit voluntatem ſuam voluntati Dei, qua
propter violatius Dei, ac vſurpat illud ſibi,
quare debitor eius conſtituitur. Et etiã quia
peccata reddunt hominem debitorem pœ-
næ vltionis, aut impetrandæ gratiæ quam
Luc. 11. amiſit per peccatum. Vnde Lucas pro de-
bita poſuit peccata. Quæ locutio frequens
eſt apud Chriſtum, qui peccata, debita nun
cupauit, cùm ad ſeruũ illum dixit Matth.
Matth. 18 18. Omne debitum dimiſi tibi quia rogaſti
Luc. 7. me. Luc. 7. Cùm debitores nominauit illos,
qui extincti fuerant per ruinam turris Sy-
loe, cùm dixit: Putatis quod illi præ omni-
bus debitores fuerunt? In quo vult nos ad-
monere quod ſumus peccatores, & veram
Ioann. 1. eſſe Ioann. ſententiam qua dicit: Si dixeri-
mus quia peccatum non habemus ipſi nos
ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Et
Prouer. 20 illud. Quis poteſt dicere, mundum eſt cor
Cõcil. Mil. meum, purus ſum à peccato? Quapropter
Concil. Mileuitanum contra Pelagium de
finiuit, quod non ſolùm ex humilitate, ſed
cum veritate omnes dicimus: Dimitte no-
bis debita noſtra: quoniam excepto Chri-
ſto Domino, & Beata Virgine (quarum al-
ter ex natura, altera ex gratia impeccabi-
les fuerũt) nullus rationis cõpos ſine actua-
li peccato ſaltem veniali eſt. Igitur per hoc
reducimur in memoriam, quod peccatores
ſimus, ne efferamur, & in ſpem veniæ duci-
mur, ne in deſperationis vitium labamur, ad
quod multa alia conſequuntur peccata, ſe-
Epheſ. 4. cundum illud Paul. Qui deſperantes ſeme-
ipſos tradiderunt impudicitiæ. Hæc autem
remiſsio fraterna debet eſſe ex corde, vt pro
tinus ſubiungit Dominus, nec ſperare debe-
mus, quod frater ipſe à nobis veniam prece-
Auguſt. tur, vt videtur ſentire Auguſt. in Enchir.
ad Laurentium. c. 37. quoniã (vt D. Tho. il-
lum explicat) intelligit de exterioribus ſig-
nis veniæ, quæ nõ teneor proferre, niſi quã
do frater à me poſcit veniam. Nam in cor-
de protinus illi parcere debeo, non expetẽ-
do vindictam aduerſus illum, nec à Deo ip-
ſo ſub ratione vindictæ & liuoris, licèt ſub
ratione iuſtitiæ & correctionis eius licet,
& à Deo & ab eius vicem gerẽtibus in terra
expetere, dum modo abſit à corde, & ab in-
tentione omnis appetitus vindictæ & odiũ:
quod in Commentarijs ſuper hunc ſermo-
nem Domini in monte videtur idem Aug.
ſic ſentire. Quod autem dicitur. *Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Non ſic intel-
lige quod non maiori charitate dimittat
nobis Deus debita noſtra, quam nos noſtris
proximis debita remittimus, ſed tantum de
notat ſimplicem ſimilitudinem, videlicet,
vt & nos noſtris debitoribus dimittamus, &
Deus nobis, licèt nõ æquali dilectione. Quẽ
ſenſum ſatis indicat Dominus cùm mox di
cit: *Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorũ, dimittet & Deus vobis delicta veſtra.* Et Luc. Luc. 11.
etiam cum dicit: Et dimitte nobis debita
noſtra: ſiquidem & nos dimittimus omni
debenti nobis. Dicuntur autem peccata no
ſtra: quoniam ea propria voluntate contra-
ximus, ſecundũ illud Prophetę. Perditio tua
ex te. Sed cum duplex inſurgat debitum
ex peccato, & pœnæ æternæ & tempora-
lis, quæritur de quo horum hic petimus re-
miſsionem? Et reſpondetur quod vtriuſque.
Nam hęc oratio etiam delet venialia, & pœ
nam temporalem quæ illis debetur (vt do- Auguſt.
cet Auguſt. in Enchir. cap. 17. cum ait:) De-
let omnino hæc oratio minima, & quotidia
na peccata, delet & illa à quibus vita fideliũ
etiam ſceleratè geſta, ſed pœnitendo in me
lius mutata, diſcedit. Dum enim dicit Dele-
re illa peccata à quibus diſcedit vita in me-
lius mutata, omnino videtur loqui de remiſ-
ſione, non tam quoad culpam, quam quoad
pœnæ reatum. Immo & petimus hic, vt pœ
na æterna quæ debebatur peccato mortali
commutetur in huius vitæ temporales pœ-
nas, ſecundum illud dictum Auguſt. Domi
ne hic ſeca, hic vre vt in æternum parcas.
Sed quæritur, an qui cum odio fratris ac ap
petitu vindictæ hanc recitat orationẽ men
datium dicat, cùm hæc profert verba? Et re-
ſpondetur quod non: quoniam dicit nomi
ne totius Eccleſiæ, & huius corporis miſti-
ci vt patet, quia loquitur in numero plura-
li. In Eccleſia autem multi ſunt iuſti, qui ex
cordibus dimittunt fratribus. Sed an potu e
rit eam dicere Beata Virgo, quæ nullũ pec-
catum habuit: Quorum enim peccatorum
remiſsionem peteret quę nullum contraxit?
Nihilominus dicimus quòd licet non nomi
ne ſuo, tamen in omnium peccatorum no-
mine eam dicere potuit: quoniam charitas
aliena peccata propria facit, vt pro eis oret
ac veniam petat, quemadmodum & Chri-
ſtus

ſtus Dominus in perſona peccatorum dixit
Pſal. 31. illud Pſalm. Longe à ſalute mea verba delictorum meorum. Et illud: Quę nō rapui tūc exoluebam. Nam & Eſai. dixerat. Poſuit ſu
Eſai. 53. per eum iniquitates omnium noſtrorū. Vbi
Auguſt. & Auguſt. dicit: Quod Chriſtus noſtra peccata tulit, vt nobis ſua merita ac iuſtitiâ largiretur. Tu ergo Pater cui ſoli peccauimus, qui Deus es ac proinde peccata ſoluere potes, qui & clauem habes abyſsi, aperis & nemo claudit, claudis & nemo aperit, Dimitte nobis debita noſtra, & fac vt & nos etiam debitoribus noſtris dimittamus. Sed aduerte quod hæc remiſsio fraterna, non intelligitur de debito peccuniarum, aut alterius rei temporalis, ſed ſolum de culpa, nempe vt condonemus iniurias contra nos illatas, temporalia autem debito ordine recuperemus. Multa quidem circa hoc dici poterant, niſi ſupra cap. 5. dicta fuiſſent. Circa hoc quod eſt condonare iniurias proximis propter Deum, hoc ſolum tibi, ô Chriſtiane, in memoriam reducere volo, quantum malum ſit
Auguſt. fraternum odium, quanta vi Deus deteſtetur illud, cùm ſit impedimētum ne tibi tua condonentur peccata. Vnde & Auguſtinus in quodam ſermone ſuper orationem Dominicam ait: Si quid alijs ſenſibus, alijs cupiditatibus peccaueras, hinc erat ſanandum quia dicturus eras: Dimitte nobis, ſicut & nos dimittimus, illo perdito cuncta tenebuntur omnino, nihil dimittitur. Hæc ille. Reuoca etiam in mentem illud quod dicitur Eccleſ. Homo homini reſeruat iram, & a Deo quærit medelam? In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, & de pec
Eſai. 58. catis ſuis deprecabitur? Et quod Dominus
Gregor. per Eſai. conqueritur de illis qui debitores ſuos repetebant. Nam (vt ait D. Gregor. lib. 10. moral. capite. 1.) Sicut Medicus non
Simile. curat vulnus quandiu ferrum in illo eſt, ita nec Deus animam ſanat quandiu fraternum odium, ac appetitus vindictæ in ea latet. Educ ferrum & curabitur vulnus, ex eat extra viſcera tua odium fratris tui, & mox Deus adhibebit medicinas vulneri. In quo etiam aduertendum eſt, quod cum multarū virtutum officia concurrant ad hanc oratio nem Dominicam, nimirum fidei, ſpei, charitatis, religionis, obedientiæ, miſericordiæ, prudentiæ, timoris: Dominus tamen inſtat pro ſola miſericordia docens per hoc vniuerſam orationis molem fundari ſuper miſericordia. Vnde protinus poſt illam dicit. Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorū, dimittet & vobis Pater veſter cœleſtis debita veſtra. Si autē nō dimiſeritis. &c. Hoc
Danie. 4. fuit conſilium quod Daniel dedit Nabucho donoſor Regi. Cōſilium meum placeat Regi. Peccata tua eleemoſynis redime, & delicta tua miſericordijs pauperū. Vnde Aug.
Auguſt. lib. de peccat. merit. ca. 4. Si ergo (inquit) deſiderijs concupiſcentiæ carnis illicita voluntatis inclinatione conſenſerimus, ad hoc ſanandum dicimus: Dimitte nobis debita noſtra, adhibentes remedium in opere miſericordiæ, in eo quod addimus, Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Vt autē non ei conſentiamus deprecamur adiutorium dicentes. *Et ne nos inducas in tentationē.* Deinde addimus quod perficietur in fine, cum abſoruebitur mortale à vita, *ſed libera nos à malo.* Tunc enim nulla erit talis concupiſcentia, cum qua certare, & cui non cō ſentire iubeamur. Vnde hæc eſt ſexta petitio. *Et ne nos inducas in tentationem.* Licet alii qui dicant quod hæ duæ partes vnam petitionem conſtituant, ita quod non ſint in hac oratione niſi ſolummodo ſex petitiones. Nam hæc petitio Libera nos à malo, cū per aduerſatiuam coniunctionem cum ſuperiori connectitur, nempe dicendo, ſed, non recte poteſt intelligi noua eſſe petitio à ſuperiori diuerſa, ſed dicendum idem per eā rogari affirmatiuè, quod prius rogabatur negatiuè. Quemadmodum non ſunt duæ diuerſæ petitiones, ſi quis dicat: Domine ne in furore tuo arguas me, ſed remitte clemēter peccata mea: Semper enim in aduerſatiua ſecunda propoſitio aſſerit contrarium eius, quod in priori negabatur, vt ſi dicam debitori meo, Nolo remittere tibi pecunias ſed vt ſoluas mihi. Tamen quoniam omnes fere Doctores, in ſeptem partiuntur petitio
Cathechi. nes hāc orationem, vt à principio diximus,
Pij. V. & Cathechiſmus Pij. V. in eaſdem ſeptem eam diuit, ideo hunc ſequentes ordinem dicimus cum Auguſt. quod in his duabus vltimis petitionibus, in priori petimus non in
Auguſt. duci in malum quo caremus, poſteriori vero liberari à malo, in quo iam inducti ſumus. Itaque tribus poſtremis petitionibus tria mala deprecantur, præterita, præſentia, & futura. Ad quod ſignificandum, in celebratione Miſſæ poſt orationem Dominicam ſubinfertur: Libera nos quæſumus Domine ab omnibus malis præteritis, præſentib⁹, & futuris. Iam poſtquam docuit nos petere veniam peccatorum noſtrorum, oportebat, vt etiam doceret, quomodo euitare deberemus

mus peccata ſemel remiſſa, iterum atq; iterum laberemur. Pro quo aduertendum ex
D. Thom. D. Thom. opuſcu. 3. ſupra citato, quòd tentare aliquem nihil aliud eſt, quam prouocare illum, & quia duplex eſt opus iuſtitiæ, alterum cauere mala, alterum bona proſequi,
Pſalm. 33. iuxta illud Pſalm. Declina à malo & fac bonum, circa vtrumque poteſt homo probari. In proſecutione boni examinatur homo per tentationem, an prompte bona exequatur omnes ſuperando difficultates, quæ ſeſe obuiam offerre ſolent. Tunc enim virtus tua erit magna, quando promptus in quolibet euentu inuentus fueris ad bona, & ſic Deus dicitur tētare ſuos, non quòd Deū lateat quid ſit in homine, ſed vt alijs eorum virtus manifeſta ſit, quorum & exemplo ad bonum prouocentur. Sic tentauit Deus Abraham, & Iob, ſic & Thobiam. Et Deuteron. 13. Tentat vos Dominus Deus veſter,
Deuter. 13 vt palàm fiat vtrum diligatis eum an non. Et ſic Deus tentat prouocando ad bonum ipſum etiam illum quem tentat, vt cùm ad ſuperanda impedimenta virtutis ſe parat, vehementiùs in bona opera vehatur, vt in opere Abraham patuit. Tentatur etiam homo quantum ad inductionem ad malum, quòd ſi homo reſiſtit, nec tentationi ſuccūbit, probatæ virtutis eſt: ſi autem conſentit in malum, nullius virtutis reputabitur. Et hoc modo nullus tentatur à Deo: quia ſicut
Iacob. 1. dicitur Iacob. 1. Deus intentator malorum eſt, ſed ſic tentatur à Diabolo, mūdo, & carne. Hi enim ſunt hoſtes cum quibus militiā huius vitæ exercere debemus, quos ſignificarunt tres illi quos Dauid habuit: Saul, qui mundum refert: Abſalon, qui carnem: Goliath, qui dęmonium ſignificat. A carne autem dupliciter tentatur homo. Primò quia caro inſtigat ad malum: quærit enim carnales delectationes, in quibus ſæpe eſt peccatum: qui enim his carnalibus delectationi-
Iacob. 1. bus immoratur, ſpiritualia negligit. Iacob. 1. Vnuſquiſque tentatur à concupiſcētia ſua. Secundò tentat caro retrahendo à bono: nam cum ſpiritus ſæpe cœleſtia appetat, ca
Sapi. 9. ro ad terrena aggrauat, iuxta illā Sapientis ſententiam. Sap. 9. Corpus quod corrum
Roma. 7. pitur aggrauat animam. Et Roman. 7. Condelector legi Dei ſecundū interiorem hominem: Video autem aliam legem in membris meis, &c, Hæc autem carnis perſecutio grauis ac moleſta eſt: eo quod inimicus domeſticus, ac familiaris nobis eſt, immo ma-
Boetius. xime coniunctus. Nam ſicut dicit Boetius: Nulla peſtis efficacior ad nocendum, quam inimicus domeſticus. Quare maxime vigilandum aduerſus illam eſt, vt Chriſtus nos docuit dicens diſcipulis ſuis: Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem, ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Alius hoſtis diabolus potentiſsimus eſt. Nam ſi fortè de carne victoriam reportaſti inſurgit iſte hoſtis antiquus, cui omnis poteſtas terræ eſt incomparabilis, (vt ait Iob.)
Iob. 41. qui non caro aut ſanguis corruptibilis eſt, ſed ſpiritus immortalis, ſpiritalis nequitia atque princeps tenebrarum. Quare per an-
1. Theſ. 3. thonomaſiā vocatur Tentator. Sic. 1. Theſal. 3. Ne forte tentauerit vos is qui tentat. Aſtutè autē in tētatione procedit. Ideo quip
Simile. pe dicitur omnibus callidior diabolus. Nā ſicut calidus Dux priùs vires hoſtis requirit, & ciuitatem quam obſidet circuit, & pro infirmiori parte eam aggreditur: ſic diabolus
1. Pet. 5. tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, omneſque animæ receſſus circumuenit, & quo procliuior eam intuetur, illuc vires omnes applicat ſuas. Quare illos qui carnem iam ſuperarunt alia via aggreditur, nempe per ſuperbiam, ac iram, ac alia ſpiritalia vitia eos proſternere nititur: nec ſtatim prima fronte, mala atque peccata eis proponit, ſed ſub ſpecie alicuius boni ā bono illo in quo ſunt eos retrahere ſatagit: quod cum fecerit, facilè exiſtimat illos in quoduis vitium proſternere. Ipſe enim Sa-
2. Cor. 11. thanas (ait Paul. 1. Cor. 11.) transfigurat ſe in Angelum lucis. At cùm iam in laqueum peccati quem parauerat illi, illum tenet diabolus, ſic funibus eum conſtringit, ac difficultatibus circumit, vt à peccato non permittat illum reſurgere. Vnde de eo dicitur
Iob. 20. Iob. 20. Nerui teſticulorum eius perplexi. Tot perplexitatibus peccatorem cinxit, vt non poſsit inuenire locum quo ſe liberet. Vnde duo hæc mala facit diabolus, quia & decipit hominem, & deceptum tenet in peccato. Mundus etiam, qui tertius hoſtis eſt, dupliciter nos tentat. Primò per immodera
2. Tim. 6. tum diuitiarum appetitum, nam (vt ait Paulus. 1. Timo. 6.) Radix omnium malorum eſt cupiditas. Secundò per tyrannorum per
1. Tim. 3. ſecutionem, ſiquidem omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patiūtur. Ab his ergo tentationibus petimus per Dei auxilium liberari. Sed aduertēdum nos non petere quod non tentemur (hoc enim impoſsibile nobis eſt euitare) ſed ne inducamur in tentationem, id eſt, nę cōſentiamus illi,

1.Cor.10. illi, ſecundum illud Paul. 1. Cor. 10. Tentario non vos apprehendat, niſi humana. Tentari quippe hominum eſt, conſentire autē diabolicum, & ideo petimus non ne tentemur, quod eſt humanum: ſed ne conſentiamus tentationi, quod eſt diabolicum. Et ita
Matt. 26 Chriſtus ſuis diſcipulis in horto dixit: Vigilate, & orāte, vt non intretis in tentationē. Non dicit vt non tentemini, ſed ne intretis per conſenſum in tentationem. Acceſſum quippe diaboli ad tentandum nos minimè poſſumus euitare: ingreſſum tamen noſtrū ad illam, per Dei auxilium valemus. Conſenſus namq; veluti pes eſt animæ, quo ingredimur in tentationem, & ideo per orationem hoc poſcimus adiutorium. Dupliciter quippe per orationem tentationis conſenſum cauemus. Primò quia oratio nos retrahit ab his, quibus nos illaqueare vult dęmō, nempe à carnis illecebris, a diuitiarum cupidine, & ab alijs dum per orationem ab his terrenis eleuamur ad Deum, & ad cœleſtia. Et ſecūdò quia per orationē nos ſub Dei ꝓtectione ſubmittimus, vt ab illo reportemus vires, quibus repugnare hoſtibus valeamus, ſicut miles à Duce auxilium poſcit ad debel
Pſal.120. landum hoſtem. Vnde & Dauid dicebat: Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi, auxilium meum à Domino, qui fecit cœlum & terram. Et ideò Chriſtus iubet nos orare, vt non intremus in tentationē: non nè tētemur, cùm tētari lucrum aliquando nobis ſit: quoniam ſi hoſtes non adeſſent, nec prælia fierent: ſi prælia non eſſent, nulla eſſet victoria: quod ſi victoria non ſit, nec erit corona aut præmium. Vnde neceſſe eſt ad hoc vt victoriam & palmam reportemus, vt tentator adſit, qui nos prouocet ad prælium. Quapropter Paul. dice-
2.Cor. 11. bat, quod virtus in infirmitate perficitur, infirmitas autem in tentatione cognoſcitur. Quare cùm nos aggreditur hoſtis, cognoſcimus noſtram infirmitatem, qua cognita ad Dei auxilium properamus, quo roborati reſiſtimus aduerſario, & ſic perficitur virtus, ac fortitudo noſtra: accēditur enim atque
Iacob.1. vires acquirit ad præſentiam aduerſarij. Vnde & Iacob. dicebat: Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniam cùm probatus fuerit accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. Ecce vbi præmium legitimè certanti decernitur. Eapropter ſanēti non ſolum non petebant ne tentarentur, quinimo poſtulabant vt tentationibus
Eſai.25. probarentur, ſicut Pſal. dicebat. Proba me Domine & tenta me, vre renes meos, & cor meum. Et alibi: Proba me Domine, & ſcito cor meū: interroga me, & cognoſce ſemitas *Pſal. 138.* meas. Nā ſicut bonus miles, qui ab alio prouocatur ad ſingulare certamen, non debet petere à Rege vel à Duce, vt impediat con- *Simile.* greſſum illum cum hoſte (eſſet enim timiditatis, ac puſilli animi nota) ſed arma conuenientia debet poſcere, quibus cū hoſte cōgredi valeat, ſic bonus Chriſti miles nō debet petere ne tentetur, ſed arma & auxilia quibus congruè inimicum debellare poſsit. In cuius ſignum & Chriſtus Dominus tentari voluit. Habemus enim Pontificē tentatum per omnia, ait Paul. ad Hebr. Nam qui *Hebr.4.* non eſt tentatus quid ſcit? Vnde & dicimus *Eccleſ. 34* ad Deum: Pater noſter tu cognoſcis figmētum noſtrum, ac naturæ noſtræ imbecillitatem: ſcis etiam inimicorum noſtrorum virtutem ac robur. Concede ergo nobis Pater tuum potentiſsimum auxilium, ne hoſtium ictibus ſuccūbamus. Quod ſi permittis nos tentari, non tamen permittas nos tentationi ſuccumbere. Gratia quippe Dei in anima, *Simile.* eſt veluti gubernaculum ac lignum in naui, illo enim & ſuper aquas ſuſtinetur, cū procellæ in eam irruunt, & ſe ab hoſtium periculis per gubernaculū mota ſubtrahit. Id & Dei gratia in anima efficit. Vnde & Paul. nos docet, vt gratia Dei roboremus cor *Hebr.13.* da noſtra dicens: Optimum eſt gratia ſtabiliri cor. Quare & Auguſt. ad Probam dicit *Auguſt.* ideo nos petere ne inducamur in tentationem, ne deſerti eius adiutorio, vel aſſentiamus decepti, vel cedamꝰ afflicti. Vel (vt Ci- *Cipriannus* prianus dicit) petimus perſeuerantiam in bono, qua omnia tentamenta ac inimicorū machinas vincamus, quod fiet cùm & illuminatum nobis intellectum à fide dederit Deus, & voluntatem per charitatem roboratam conceſſerit. Vnde etiam cum Dauide expoſcimus dicentes: Mirifica miſeri- *Pſal.16.* cordias tuas, qui ſaluos facis ſperantes in te. A reſiſtentibus dexteræ tuæ cuſtodi me, vt pupillam oculi, à facie impiorum qui me aſſlixerunt. Hoc eſt, etſi nos per tentationē probes: tamen non reprobes permittendo in eam incidere. Cæterum licēt hoc ita verum ſit, tamen ſecundum Chryſoſto. & Ci- *Chryſoſt.* prianum non ſolū hic petimus, ne conſentiamus tentationi, verumetiam ne tentemur. *Cyprian.* Admonemur quippe hic propriē fragilitatis, de qua diffidentes nec videre tentationem volumus, nec in occaſionem aliquam peccandi deuenire. Itaq; proprijs viribus

ribus diffidētes petimus, vt nec initiū tentationis ſentiamus, ſi fieri poteſt, vt nec peccatū vllo modo nobis ſeſe offerat, vel diabo li illuſione, vel carnis inclinatione, aut mūdi mala cōditione. Idcircò quippe Dns in
Leui. 1. Leuit. præcipiebat, vt ad portā tabernaculi afferrēt hoſtias quas offerre deberēt admonens nos, vt in ipſo veſtibulo tētationis Deū deprecemur, vel vt à nobis recedat tētatio, vel vt ſuppetias ferat cōtra illā. Ad ianuam ergo adducere hoſtias offerēdas eſt à principio tētationis antequā, vel accedat, vel intret, eā tāquā mōſtrū horrēdū timere, atq; à Deo protinꝰ deprecati, vt recedat à nobis
Eccleſ.21. aduerſarius, vel vt nos poſsimus propulſare
Simile. illū. Cui ſentētię quadrat illud Sapiē. Quaſi à facie colubri fuge peccatū. Sicut enim viſo ſerpēte, cōfeſtim pedē refers ac tergaveris, ſic à principio tētationis qua tibi, vel vmbra peccati proponitur, mox debes pedē referre, ac dicere: Et ne nos inducas in tētationē, ſed libera nos à malo. Itaq; vt vtrāq; tā Aug. quā Chryſ. interpretationē cōprehendamꝰ: id in hac ſexta petitione petimus, vel vt nullo modo nobis adueniat tētatio, vel ſi id minimè fieri poterit, vt mox nobis ſubueniat Deus, ne ei ſuccūbamus. In primo em attēdimus diffidētiā propriarū viriū, & in ſecūdo cōfidētiā auxilij Dei, dicēdo autē: Et ne nos inducas (quod ſecūdū phraſim Scripturæ ſignificat: Ne ſinas nos induci) inſinuamus nullā nobis tentationē prouenire, niſi Dei nutu ac permiſsione, atq; ideo petimus, vel quod non permittat nos tētari, vel quod cōfeſtim ſuccurrat nobis tētatis. Nam
1.Cor.10. (vt Paul. ait) fidelis eſt Deus, qui non permittet nos tentari ſupra id quod poſſumus, ſed faciet etiā cum tentatione prouentum, vt poſsimus ſuſtinere. Vbi ex permiſsione Dei manifeſtat tentationes noſtras prouenire. Atq; id videtur confirmare ſeptima & vltima petitio, in qua dicimus. *Sed libera nos à*
D.Thom. *malo.* Nam (vt ait D. Tho. hic:) dupliciter nos liberat Deus à malo. Primò præſeruādo ne ſuperueniat afflictio. Secundò liberat quandò in afflictionibus conſolatur. Primo modo raro cōtingit hic nos liberari à malo:
2.Timo.3. nā (vt ex Paul. intulimus modo) omnes qui piè volunt viuere, in Chriſto Ieſu perſecutionē patiūtur. Licet cū aliquibus id faciat
Simile. Deus cōniuēdo, ſicut medicus prudēs infirmo debili non propinat pharmacū forte ac violētū, ſuę cōdeſcēdēs imbecillitati. Vnde
Apoc.3. Apoc. 3. dicitur. Ecce dedi tibi oſtiū apertū quod nemo poteſt claudere, quia modicā habes virtutē. Itaq; in hac vita pauci ab inflictione malorū liberantur, illi, ſcilicet, quorū infirmitas tāta eſt, vt nec initiū mali ſuſtinere poſsint, licet in Patria hoc erit generale: quia ibi. Abſterget Deus omnem lachrymā *Apoc. 7.* & Iob. 5. dicitur: In ſex tribulationibus libe *Iob. 5.* raui te, & in ſeptima non tanget te malum. Hoc eſt, in huius vitæ tribulationibus, quæ per ſex dies ſignificātur, in quibus conditus eſt orbis auxilia ſubmittet, vt ſuſtinere poſſimus tribulationes, in ſeptima vero nō tanget nos malū, hoc eſt in alia vita (per ſeptimū diē ſignificata, qui Sabbatum requietionis eſt) nullo feriemur, immò nec tāgemur malo. Et ideò forſam Luc. non poſuit hanc ſeptimā petitionem: quia in præcedenti includitur, dū in hoc liberamur à malo, ꝓ nec deducimur ad illud, vel etiāſi deducamur nō dimittimur ſuccūbere illi, qđ eſt induci & intrare in tētationē. Et eadē ratione tacuit tertiā, nēpe, Fiat volūtas tua, &c. quia in præcedētibꝰ duabꝰ includitur. In hoc em & ſanctificamus nomē eius, & adueniet in nos regnū eiꝰ, ꝓ volūtatē eiꝰ facimꝰ. Quare petēdo illa duo, petimꝰ etiā eius adimplere volūtatē. Sed ſecūdo modo nos liberat Deꝰ à malo, quādo in afflictionibꝰ nos cōſolatur, nè abſorueamur ab illis, ſecūdum illud Paul. 2. *2.Cor. 7.* Cor. 7. Quoniā ſupra modū grauati ſumus, ſupra vires, ita vt tederet nos etiā viuere. Sed qui cōſolatur Deus conſolatus eſt nos. Petimus ergo liberari à malo in cōmuni, hoc eſt ab omni genere mali, nō ab hoc & illo dūtaxat, ſed ab omni malo. Et primū à dęmone, qui anthonomaticè dicitur Malus, ſecū- *Leui.8.* dū illud: Venit Malꝰ, & aufert verbū à corde eorū, & ſine fructu efficit, vt in hoc malo oīa referamus mala, & cū nobis eſt infeſtꝰ frater excuſemus illum, & in caput malorū diabolū omnia referamus vt hic nos docet Chriſ. Secūdò petimus liberari à malis omnibꝰ pœnæ, quæ tot nos in hac vita circunſtāt, nimirū ęgritudines, dolores, triſtitię, fames, ſitis, mors, caſuales euentus, & repentini, ne hæc mala in detrimentum noſtræ ſalutis cedant, ſed æquo animo ea feramus, ne amittamus æterna. Petimus etiam vt liberet nos à malis culpę, quę verè mala ſunt, & ne ſupramodum in his malis penæ fatigemur ſupra vires, ſed ne permittat nos tentari ſupra id quod poſſumus. Quid plura? Liberari à gehenna poſcimus, & à pœnis purgatorij erui, vt ita hic pro noſtris culpis pœniteamus, vt ſine debito aliquo ab hac vita exeunttes ſtatim migremus ad

Dominum, vel ſi fortè opus fuerit in purga
torio detineri, citò ab illis pœnis eruamur.
Ecce quid in hac vltima petitione flagita-
mus. Deniq; colligendo omnes iſtas ſeptẽ
petitiones, inueniemus in eis cõpẽdiũ quod
dãearũ rerum, quæ in ſacra Scriptura à Deo
poſtulãtur, vt Aug. docet in prædicta epiſt.
Auguſt. ad Probã. Nã qui ſic poſtulat à Deo clarifi-
cari in omnibus gentibus, ſicut in nobis cla
rificatus eſt, quid poſtulat niſi hoc quod nos
dicimus: Sanctificetur nomen tuum? & qui
in oratione dicit: Oſtende nobis faciem tuã
& ſalui erimus, hoc eſt dicere: Adueniat re-
Pſal.79. gnum tuum. Dicere autẽ: Greſſus meos diri
ge ſecundũ eloquiũ tuũ, quid dicit niſi: Fiat
Pſal.118. voluntas tua? Et qui dicit: Diuitias & mendi
citatẽ ne dederis mihi, id dicit: Panẽ noſtrũ
quotidianũ da nobis hodie. Et qui dicit: Si
Prouer.20 reddidi retribuẽtibus mihi mala, decidã me
Pſalm. 7. rito ab inimicis meis inanis, hoc dicit: Di-
mitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimit
timꝰ debitoribꝰ noſtris. Qui autẽ dicit: Au-
Eccleſ.23. fert à me cõcupiſcẽtiã vẽtris, idẽ eſt, ac ſi di
ceret. Et ne nos inducas in tẽtationẽ. Qui au
tẽ dicit: Eripe me Domine ab homine ma-
Pſal.139. lo, à viro iniquo eripe me, id dicit: Sed libe-
ra nos à malo. Qui autẽ honores, diuitias, di-
gnitates, imperia, à Deo flagitare vult, hæc
in hac petitione non inueniet. Erubeſcat igi
tur, ait Auguſt. id petere quod cõfunditur
Auguſt. deſiderare. *Amen.* Hæc eſt poſtrema pars
huius orationis, in qua veluti in epylogo, ac
peroratione, tota clauditur. Amẽ em̃ ſignifi
cat vel vere, aut ita fiet vel firmiter, quã di-
ctionem inter alias interpres reliquit in ſuo
idiomate, vel propter reuerẽtiã tanti verbi,
quo Chriſtus Dominus ſæpiſsimè in ſua lo-
quella vſus eſt, vel quia vnico verbo non po
terat tota eius ſignificatio comprehendi, de
quo nos agimus in prooemio cõmentariorũ
ſuper Pſal. 118. fol. 11. Hoc autẽ vnico verbo
inſinuare vult Magiſter noſter, vt ſi eo ani
mo quo oportet hæc oratio dicatur, fiet ve-
rè nobis quod petimus. Hoc eſt, quando pro
nobis oramus. Nã nõ ſemper orationes quæ
pro alijs fiunt ſuum ſortiũtur effectũ, ſi piè
hoc eſt, fideliter petimus, ſecundum illud
Iacob.1. Iacob. Poſtulet in fide nihil hęſitãs. Et illud:
Marc.1 Amen dico vobis quicquid orantes petitis
credite quia accipietis, & fiet vobis. Et ali-
Matth.17 bi: Si habueritis fidem tanquam granum ſy
napis, & dixeritis huic monti proijce te in
mare, fiet. Debemus tertiò petere perſeue-
rantes importunè ſicut Chriſtus nos docuit
in muliere illa vidua, quæ importuna fuit
iudici iniquo, & ob eius importunitatem im
petrauit quod voluit: & de eo qui media no-
Luc.18. cte pulſans fores amici, ipſum fecit à lecto
Luc.11. ſurgere, & dare illi tres panes. Et Paul. nos
mouet vt inſtemus obſecrationibus die ac
nocte. Si ergo oratio hos tres comites habue
rit, vt pro ſe fiat piè ac perſeueranter, fiet no
Matth.15 bis. Et hoc eſt quod Dominus reſpondit
Chananeæ, quæ perſeuerantia grandi ab eo
impetrauit ſalutem filiæ ſuæ. Fiat tibi ſicut
vis. Quare rectè dicit Sapiens. Melior eſt
Eccleſ.7. finis orationis quam principium. Nã in hoc
termino finitur hæc oratio, in quo fiduciã
quam habemus de Deo exprimimus, ſperã-
tes ab eo conſequi quod poſtulamus. Ac ſi
diceremus, firmiter credimus de Deo quod
ita fiet nobis, ſicut petimus. Aliàs nec initiũ
nec medium orationis alicuius erit meriti, ſi
hęc fiducia quam in fine exprimimus deſit.
Veluti ſi tu Principi alicui propoſuiſti pe-
Simile. titionem tuã, inſtanter poſtulãs, vt tibi ali-
quid opportunũ concederet, ſi poſt oblatã
ſupplicationẽ atq; conceſſa ſubinferres ac
diceres te nõ poſſe vllatenus credere, quod
Princeps ille adimpleret promiſſa, irritã ac
vanam faceres petitionem tuã, eſſetq; veluti
obliteramẽtũ quoddã ſuperponere illi. Sic
ſi diffidens Deo, qui tibi pollicitus eſt quic-
quid petieris, dare, orationẽ offerres, tu ipſe
impedimentum petitioni tuæ imponeres,
ne exaudiretur. Igitur dicere, *Amen*, eſt
quaſi ſigillũ firmitatis noſtrę opponere pe-
titioni, ac ſi diceremꝰ. Certè, ſecurè, firmiter
fiet. Quod ſi ſumatur verbaliter idẽ eſt ac ſi
diceremꝰ, Fiat, vel vtinã fiat, placeat tibi Pa
ter ęterne, ea quę poſtulauimꝰ cõcedere. Vt
ergo dicta in cõpẽdiũ redigamꝰ, ſcito q̃ hęc
oratio continet tres partes, ad ſimilitudinẽ
orationis humanę rectè compoſitę, ſcilicet,
exordiũ, narrationẽ, atq; cõcluſionẽ. Exor-
diũ in quo beneuolẽtia captat̃, cõtinet tria
verba priora, nẽpè Pater noſter, qui es in cœ
lis: narratio autẽ ſeptẽ petitiones includit,
quarũ prima ad Deũ attinet, quæ eſt hæc:
Sãctificet̃ nomẽ tuũ. Alię ſex ad nos perti-
net. In tribꝰ priorib̃ tria bona nobis preca-
mur: in tribꝰ vltimis tria mala deprecamur.
In prima petimꝰ finẽ, nẽpè beatitudinẽ di-
cẽtes: Adueniat regnũ tuũ. In ſecũda media
quibꝰ hic finis ac beatitudo cõſequit̃, qualia
ſunt gratia, virtutes, ac dona Dei, cũ dicimꝰ:
Fiat volũtas tua, ſicut in cœlo & in terra.
In tertia, minora bona petimus, qualia
ſunt temporalia, ad medietatem ſufficien-
tia, cùm dicimus: Panem noſtrum quoti-
dianum

dianum da nobis hodie. In alijs tribus po-
ſterioribus petitionibus, in prima deprecã-
mur ut à nobis ſeparentur mala culpæ, cũ
dicimus: Dimitte nobis debita noſtra. In
ſecunda deprecamur minora mala, nempe
occaſiones peccandi. In tertia pro mini-
mis oramus, videlicet pro pœnalitatibus hu
ius vitæ, ne nos in æternas pœnas inducant,
dicendo: Et ne nos inducas in tentationem,
ſed libera nos à malo. Tertia pars continet
concluſionẽ, ac cõfirmationẽ huius oratio
nis dicendo: Amẽ. Quod autem in Græcis
Codicibus ante (Amen) legitur quoniam
tuum eſt regnum, & poteſtas & gloria in
ſæcula, cùm à Hieronymo, Auguſtino Am-
broſio ac Cypriano lectum non fuerit, ap-
paret ex ſolenni conſuetudine additum à
Græcis, ſicut & ſalutationis Angelicæ quę-
dam addiderunt, videlicet. Quia peperiſti
Saluatorem animarum noſtrarum. Immo
videtur ad multiloquium pertinere, quod
Dominus hic non probat. *Si enim dimiſeritis
hominibus peccata eorum, dimittet vobis & Pa
ter veſter cœleſtis delicta veſtra. Si autem non
dimiſeritis hominibus, nec Pater veſter dimittet
vobis peccata veſtra.* Iam penè locus iſte ex-
plicatus manet, ex his quæ diximus ſuprà
ſuper illa verba: Dimitte nobis debita
noſtra, &c. Solùm hic aduertendum cen-
Ianſenius ſeo cum Ianſenio, quod cùm dicitur Pater
cœleſtis dimiſſurus, ſi nos dimiſerimus pro
ximis, intelligendum eſt, quemadmodum
omnes ſimiles promiſsiones, niſi quid aliud
obſit. Non enim fornicanti ideo quia iniu-
riam alijs remittit remittetur peccatum
ſuum, quamdiù talis perſeuerat: quamuis
veriſimile ſit, & benè ſperandum talem ali-
quando à Deo ob iniuriæ remiſsionem pro-
pter Deum factam conſecuturum miſericor
diam, vt reſipiſcens peccatorum ſuorum cõ
ſequatur remiſsionem. Atq; ob id Dominus
videtur iniuriæ condonationẽ ſingulariter
promiſsionis huius priuilegio ornaſſe, quod
nulla ſit alia ratio efficacior ad conſequen
dum remiſsionem peccatorum à Deo, quã
ſi ipſi iniuriam aliorum remiſerimus ex ani
mo: ſicut contrà nihil æquè obeſt ad remiſ-
ſionem conſequendam, quam iræ & odij re
ſeruatio. Rurſum quod dicitur: Si vos remiſ-
ſeritis, & Pater veſter dimittet, non ſic acci
piendum eſt, quaſi noſtra remiſsione merea
mur Dei remiſsionem, cùm hæc ſit gratuita:
ſed intelligitur quod dimittet vobis, ſi illũ
rogauerimus: *Cùm autem ieiunatis nolite fieri
ſicut hypocritæ triſtes, exterminant enim facies
ſuas, vt appareãt hominibus ieiunãtes.* Poſtquã
docuit nos modũ quo & eleemoſynas & ora
tiones debeamus offerre, quatenus Deo pla
ceant, nunc inſtruit quomodo ieiunare de-
beamus, vt ieiunium noſtrum gratũ ſit Deo.
Quoniam eleemoſyna & ieiunium ſunt duę
alæ, quibus ſubleuata oratio cœlos penetrat
ſecundum quod ſupra ex Auguſt. retulimus
vt apud Tob. dicitur: Bona eſt oratio cum
Tob.12. ieiunio & eleemoſyna. Igitur nõ vult Chri
ſtus Dominus, vt conſultò & arte efficiamur
triſtes, quatenus hominibus appareamus ie-
iunantes. Vnde hic non de triſtitia animæ,
ſed de mœſtitia vultus loquitur Dominus
ac ſi diceret: Nolite fieri tetrici. *Traher los
roſtros abuhetados*, immutato colore, vt ho-
mines dicant illos ex multo ieiunio ſic eſſe
immutatos. Exterminare autẽ (teſte Hier.)
pro demolire, corrumpere & obſeruare vſur
patur ab interprete. Sunt enim aliqui qui
conſultò facies obſcurant, corrumpunt, atq;
demoliuntur, vt omnibus hominibus conſpi
cuum ſit eorũ ieiunium. Quòd ſi illi qui ie-
iunant non debent appetere hominum lau
des propter ſuum ieiunium, quãto maior do
lus erit, ſi qui non ieiunat exterminet faciẽ
ſuam, vt appareat hominibus ieiunans, vt
tempore D. Chriſoſt. contingebat. Nam hy
pocriſis vetuſtiſsima peſtis eſt, & quæ om-
ni tempore viguit: *Cùm ieiunatis.* Hic ſuppo
nit Chriſtus ieiunandum eſſe & ita eſt, quo-
niã ieiuniũ eſt opꝰ virtutis abſtinẽtię quę eſt
quædam pars temperantiæ, & cùm Deus
non præmiet niſi opera bona (nec enim
Deꝰ eſt veluti mũdꝰ, qui paraſytos, ac me-
retrices pręmiat) immò nec opera indifferẽ
tia aliquo præmio donat, ſed ea dũtaxat quę
abſolutè bona ſunt, & promittat pręmiũ ie
iunio, vt hic patet, hinc fit vt ieiuniũ ſit opꝰ
bonũ. Ad inueſtigandũ autẽ quantũ bonũ *Laudes ie-*
ſit ieiuniũ vtendũ eſt regula illa D. Augu. *iunij.*
qua dicit, quod tanto aliquid eſt bonũ, quã *Aug.*
to magis addit de bono. Videamꝰ ergo quę
bona ſecum afferat ieiuniũ. Primũ eſt vnũ
ex operibus ſatisfactorijs quæ Diuus Tho- *D.Thom.*
mas recenſet in addit. q. 15. art. vlti. ſcilicet,
ieiuniũ, oratio, & eleemoſyna. Quæ ideò di
cũt ſatisfactoria: quoniã per hæc tria opera
ſubtrahimus nobis aliquid ad honorẽ Dei:
per ieiunium, bonum corporis: per eleemoſi
nam, bona fortunæ: per orationem autem
ſubijcimus animam Deo: nam ex bonis eius
nihil ſubtrahendum eſt. Item per ieiuniũ,
non minimã cauſam peccatorũ excidimus.
Nã cũ tres ſint peccatorũ radices teſte Ioã.

in ſua canonica, nẽpe cõcupiſcentia carnis,
1.Ioann.2. concupiſcentia oculorum & ſuperbia vitæ:
contra ſuperbiam, eſt oratio: & aduerſus ocu
lorum concupiſcentiam, eleemoſyna: ita cõ
tra cõcupiſcentiam carnis militat ieiunũ.
Et tertiò quia omne peccatũ vel cõmittitur
contra Deum, & huic ſatisfacit oratio ſub
mittendo cor Deo: vel eſt contra proximũ,
cui ſatisfacimus per eleemoſynam: vel con
tra nos ipſos, & huic malo medetur ieiunũ.
Vnde & Eccleſia dicit: Qui corporali ieiu
nio uitia comprimis. Ecce quomodo aduerſe
tur concupiſcentiæ carnis. Mẽtem eleuas,
ac ſi ieiunũ eſſet orationis ala (ut diximus)
extenuat enim corpus, ne ſua grauedine mẽ
tis eleuationẽ impediat. Virtutem largiris
& præmia. Addit enim fortitudinem ani
mæ, cum vires aduerſarij diminuat, minus
enim poteſt caro aduerſus ſpiritũ cùm ieiu
nijs extenuata eſt, & merita ac præmia etiã
animabus amplificat. Ecce quid de bono ad
dat ieiunium, ex quo colligere poteris quã
tum bonum ſit. Quod autẽ concupiſcentiã
eneruet ieiunũ, ex hoc patet: quoniã quem
Simile. admodum olla quæ igni applicata feruefcit,
adeò vt foras effluat aqua præ nimio calore,
ſi illam ab igne tollis, vel prunas quæ circa
illã ſunt extinguis, ille nimi⁹ calor tepeſcit,
ita & de te ipſo philoſophari licebit. Quid
enim corpus tuũ niſi olla quædã calore con
cupiſcẽtiæ feruens? Quid autẽ cibus eſt, niſi
prunę, ac ligna quibus calor plus accẽdẽ, ita
vt foras in opere prauo exeat cõcupiſcẽtia,
in varia, ac fœda effluẽs vitia? Per ieiunium
autẽ prunas ac ligna ſuccẽſa tollis, vt tepeſ
cat calor ille ſuperfluus. Vnde gula incita
mẽtũ luxuriæ eſt, ſecũdũ illud Prou. Luxu
riosa res vinum. Ieiunũ autẽ miniſter caſti
Prouer. 20 tatis eſt. Quare Paul. 2. Cor. 6. ait: In omni
bus exhibeamus nos ſicut Dei miniſtros, in
2.Cor.6. ieiunijs, in caſtitate. Nam qui in comeſſatio
nibus, & ebrietatibus vult eſſe caſtus, ſimi
lis eſt illi qui miniſtrãdo ligna & oleũ, cõtẽ
dit extinguere ignẽ. Vis ignẽ extinguere?
Terentius Ligna tolle. Vis vt in te ardor libidinis inte
reat? A comeſſationibus abſtine. Nã ſine Ce
rere & Bacho friget Venus. Ieiunũ eſt ve
Simile. luti diuinæ iuſtitiæ executor, qui carnẽ cõ
pellit, vt iura rationis ſeruet, illiq; ſubiecta
ſit. Caro quippe eſt veluti ſeruus delicatè
nutritus, qui iã herũ cõtẽnit, & aduerſus il
lũ inſurgit. Vnde Prou. 20. dicit: Qui delica
Prouer. 20 tè nutrit ſeruũ ſuũ à pueritia, poſteà ſentiet
eũ cõtumacẽ. Atq; hac de cauſa ieiunũ Qua
drageſimæ difficile multis Chriſtianis fit:
quoniã per totũ anni circulũ carnẽ ſuã de
licatè nutrierũt, quare modò obedire ratio
ni recuſat. Vnde Bern. ſuper Pſal. Qui habi
tat, Caro (ait) murmurat, quia memor priſti
næ libertatis obedire recuſat: quaſi caro in- Bernar.
tra ſe murmurãs diceret: Heri ad libitũ vi
uebam, & nũc noua onera imponere præſu
mũt, atq; fræno os meũ claudere volũt. Nõ
faciã certè. Ex quo inſaniã hominũ Chriſti
cultorũ cõuincitur, qui paucis diebus ante
Quadrageſimale ieiunũ, liberi⁹ carni indul
gẽt, & quicquid illa voluerit ad ſaturitatem
vſq; cõcedũt. Perinde quippe faciũt ac cy
tharędus qui corã Rege cytharizare debet,
paucis ante momẽtis ad pilã luderet, quo lu Simile.
ſu retrahitur manus ac impeditior redditur
ad cytharizãdũ. Equites dextri qui haſtilu
diũ exercere debẽt, prius ęquũ iuxta telam
ligneã inſtruũt atq; cõpellũt, vt currat, vel
prope parietes directè curſum ferat. Nã ſi p
plana loca ad eius libitũ curſitare ſinerẽt,
ad haſtiludij curſum dirigere eũ poſteà nõ
valerẽt. Sic tu, ò homo, cuius caro equus eſt,
cũ quo bellare debes aduerſus hoſtẽ, ſi illã
vbi libuerit curſitare ſinas, quæ in alienis
exercitijs ab his quæ aggredi debes occupa
tam atq; diſtractam habes, quid mirum ſi
in tempore neceſsitatis illam rebellem ac
recalcitrantem ſentias? Non ita facere
debes, ſed cõſiliũ accipe Sapiẽtis qui Eccl. Eccleſ.33.
33. dicit: Seruo maleuolo virga & cõpedes.
Peſsimũ hoc mancipiũ caro noſtra eſt, quę
dũ plus illi induſges, peior atq; cõtumacior
euadit. In neruũ igitur illã mittere oporte
bit, vt ſi nõ ſpõtanea, inuita tamẽ ad regulas
rationis retrahatur. Quod Cipri. in ſerm. de
ieiunio docet dicẽs: Quod ieiunũ ſi diſcre Cyprianus
tione regatur rebelliones carnis reprimit, &
inordinatos eius affectus cõtinens, quaſi in
ſapho mittit. Hoc eſt dicere, quod inordina
tos affectus ieiunũ quaſi in manipulo colli
gens, eos in neruũ ac cõpedes conijcit, ne li
berè ſicut antea aduerſus rationẽ graſſen
tur. Ecce bona quæ ieiunium facit, quare à
ſanctis Patribus plurimum commendatur.
Ambroſi. 4. lib. Helię & ieiunij & refertur
in Decretis. d. 35. ait: Quod eo die, quo be- Ambroſ.
ſtię creatæ ſunt, conceſſus eſt vſus eſcarum, D.35.
& cum beſtijs orta eſt edendi poteſtas, &
vbi cibus cœpit, ibi finis factus eſt mundi, &
deſiuit creſcere: quia ex tunc non alias crea
uit creaturas. Deus in paradyſo incepit pre
ceptum ieiunij, & gula eiecit nos ab eo, &
qd vinũ nec ſuo pepercit authori, ſcilicet,
Noe. In vino incepit irriſio patris in Cham:
incepit

incepit inceſtus in Loth, quem Sodoma nõ
vicit, vina vicerunt. Denique qui nuntiare
debet Chriſtum, debet eſſe vt Ioannes Bap
tiſta non manducans nec bibens. Quare in
Concilio Agathenſi clericus ebrius triginta
diebus præcipitur communione priuari. Et
Hieron. D. Hiero. tom. 9. ſuper Epiſtol. ad Titum
ait: Aliqui vomũt vt bibant: & bibũt vt vo
mant. Digeſtio vẽtris, & guttur vno occupã
tur officio. Dicat quiſq; quod volũt, ego lo
quor cõſcientiã meã. Scio mihi abſtinentiã
& nocuiſſe intermiſſam, & profuiſſe repeti
Idem. tã. Quinimo idẽ Hiero. tom. 2. lib. 2. contra
Iouinianũ docet voracitatẽ corporis ſaluti
nimis officere, atq; vitæ hominũ grãde dã
Hypocrat. nũ inferre. Aitem qd Hypocrates in apho
riſmis docet craſſa & obeſſa corpora, quæ
creſcendi menſuram compleuerint, niſi
cito ablatione ſanguinis imminuantur, in
paralypſim & peſsima morborum genera
irrũpere, & idcircò eſſe neceſſariã demptio
nem vt curſum habeãt, in quæ poſsint creſ
cere: nõ enim manere in vno ſtatu naturã
corporũ, ſed aut creſcere ſemper aut decreſ
Galenus. cere, nec poſſe viuere animal, niſi creſcendi
capax ſit. Vnde & Galenus Hypocratis
interpres, athletas quorũ vita & ars ſagina
eſt, dicit in exoratione medicinæ, nec viue
re poſſe diũ, nec ſanos eſſe, animaſq; eorũ,
ita nimio ſanguine & adipibus, quaſi luto in
volutas, nihil tenue nihil cœleſte, ſed ſem
Epycureus per de carnibus, & ructu, & vẽtris ingluuię
cogitare. Epycure⁹ etiã voluptatis aſſertor
herbas hortatur vt comedamus: quoniã plu
ris emũtur delicatiores dapes, pluſq; ponde
rat cura quærẽdi ac condiendi eos, quã vo
luptas comedẽdi valeat. Vnde Horat. ait:
Horatius. *Sperne voluptates nocet empta dolore voluptas.*
Decerach. Decerachus in lib. antiquita. docet, quod
tẽpore Saturni, in quo ętas aurea floruit nul
lus carnes comedebat, ſed fructibus quoſpõ
te terra gignebat paſcebãtur. Xenophõ etiã
Xenophon narrat, quod Perſarũ Reges carnibus nõ ve
Baſil. ſcebãtur. Baſil. ſermo. 2. de laude ieiunij, In
omni (inquit) ſerio negotio, in omni corpo
ris habitu ieiunij præſto eſt vtilitas, ac pari
ter omnia cõdecorat, domos, focos, noctes,
dies, ciuitates, deſerta. Ieiunant legiſlatores
vt bis Moyſes quadraginta diebus. Prophe
tę: Daniel, Helias, Ioan. Baptiſt. Reges: Da
uid, Achab: Ezechias: & Principes, vt Ioſue:
Mulieres: Iudith, Heſter. Popul⁹ Iſrael ſępiſ
ſimè, immò & gẽtiles, vt Niniuitæ. Sacerdo
tes: vt in omni afflictione omnis generis de
niq; homines, prout, & ad ſaccũ & cinerẽ
inuitãtur à Ioele. Ieiunauit Chriſtus, ieiuna
runt Apoſtoli, Acto. 1. & 13. Ieiunauit poſt
modũ tota Eccleſia, nã etiã Philo Iudæus
Eccleſiã apud Alexandriã, à Marco edoctã Philo.
refert lib. de vita ſupplicum. Quod etiã an
notat Epiphanius lib. 1. in hæreſes tom. 2. &
hæreſi. 29. cõtra Nazareos, & Euſebius lib. Epiphan.
2. hiſt. eccleſ. c. 17. ciborũ parſimoniã velut Euſebius.
fundamentũ quodam in anima collocaſſe,
nec cibum aut potum ſumpſiſſe ante ſolis
occaſum, immò quoſdam per totum triduũ
ieiunaſſe narrat. Aug. quoq; tom. 1. de mo
ribus eccleſ. c. 21. & 23. refert Chriſtianos Auguſt.
olim, non etiam (vt erat omnibus vſitatiſsi
mum) ſemel ſub noctem corpus cibo refeciſ
ſe, ſed continuũ triduum vel ampliùs viros,
& fœminas ſine potu duxiſſe. Multa his ſi
milia Paladius in hiſtoria Lauſiaca & Theo
doretus in Theophil. de antiquiſsimis illis Paladius.
Aſcetis narrant, quæ hic commemorare lõ Theodor.
gum eſſet. Leo martyr ſermo. 4. de ieiunio
Decimi menſis. Et illa quidem (inquit) quæ
ſub Lege rerum futurarum figuras gerebãt, Leo M.
impletis quæ ſignificauere finita ſunt: ieiu
niorum vero vtilitatem noui teſtamenti gra
tia non remouit, & continentiam corpori ac
animæ ſemper profuturam pia obſeruatio
ne ſuſcepit, quoniam ſicut permanet apud
intelligentiam Chriſtianam: Dominum
Deũ tuũ adorabis, & illi ſoli ſeruies, & dili
ges Dominũ Deũ tuũ, ex toto corde tuo, &
ex tota anima tua, & proximũ tuũ ſicut teip
ſum, & cętera taliũ mãdatorũ, ita qd in eiſdẽ
libris de ieiuniorum ſanctificatione & cu
ratione præceptum eſt nulla interpretatio
ne vacuatur. In omni enim tempore omni
que vita huius ſæculi ieiunia nos cõtra pec
cata faciunt fortiores. Ieiunia concupiſ
centias vincunt, tentationes expellunt,
ſuperbiam inclinant, iram mitigant, & om
nes bonæ voluntatis affectus ad maturita
tem totius virtutis enutriunt, ſi tamen in
operibus miſericordiæ ſe prudenter exer
ceant. Hæc Ille. Clemens etiam Alexan- Clemens.
drinus, Sophronius & alij Apoſtolorum Alexan.
coætanei, de ieiunio Quadrageſimæ men Sophro.
tionem faciunt: quare ab Apoſtolis cre Auguſt.
dimus emanaſſe, iuxta regulam Auguſti
ni quod quando eſt aliqua antiquiſsima
conſuetudo in Eccleſia, de cuius prin
cipio non conſtat, ab Apoſtolis dima
naſſe credenda eſt. Cùm igitur ieiu
nium opus bonum ſit, ideo ab Eccleſia
certis diebus præcipitur: quod ritè poteſt
facere: quoniam Eccleſia habet ordinariã

poteſtatem in ſpiritualibus, quare præcipere poteſt omnia ea quæ iuuant ad arctiorē mandatorum obſeruationem, & ad conſecutionem vitæ æternæ. Subſtantia autem huius præcepti tribus includitur, nēpe in qualitate ciborum, in tempore quod debet ſumi cibus, & in vicibus quibus eſcas capere debeamus. Et circa primum aduertendum, quod illi cibi nobis ieiunātibus interdicunt qui facile conuertuntur in carnē, vel in ſanguinē, vnde interdicitur eſus carniū & ouorū & lacticiniorū: quoniā caro in carnē facilè cōuertitur, & oua & lacticinia in ſanguinē, & hęc maximas addūt vires carni, quas tamen ieiunantes volumus ab ea auferre, quoniam inimica eſt. Vis autem quam addit caro cùm comeditur diuturnior eſt, ac fortior propter naturam cibi, qui maximè conformis eſt carni: oua autem ac lacticinia, quoniam facilè in ſanguinem cōuertuntur, qui calidus eſt, caloremq; ſpiritus multiplicat, ex quibus (vt ait Hiero.) caro ſpumat in libidinem, ideo à talium eſu abſtinemus cùm ieiunamus, vt ademptis viribus ab inimico, faciliùs illum nobis ſubijciamus. Hora autem debet eſſe duodecima vel prope: quoniam olim conſuetudo erat, vt ante veſperarum horam non comederent ieiunantes. Iā autem mos inualuit, vt in duodecima hora vel prope, immo credo iamvſum obtinuiſſe, vt hora vndecima liceat comedere. Semel autēm in die tantum guſtandus eſt cibus, niſi propter extinguendam ſitim aliquid ſumatur ne noceat potus. Hac enim ratione in nocte aliquid edimus, vt bibamus. Quare eſus ille, quem collationem vocamus non ſumitur per modum cibi, ſed per modū potus, ne noceat potio. Vnde ſequiē quōd debet eſſe breuis, nam ad hoc tantùm ſumitur ne nobis nocēat, niſi aliunde alia rationabilis cauſa inſtet. Qui autem teneantur ad ieiuninm, facilè erit deffinire. Omnes vtriuſq; ſexus qui vigeſimumprimum annū compleuerunt, ieiunare tenentur. Excipiuntur primò ſexagenarij, qui regulariter ſunt à ieiunio exempti, eo quod iam illa ætate natura debilior eſt, & plus alimenti requirat, ne deficiat. Verum eſt quōd aliqui in illa ætatē adeò robuſti ſunt, vt alij quadragenarij, & alius minoris ætatis fortè erit debilior & non poterit ieiunare, quare in illis prudentia opus erit, nos autem loquimur regulariter. Mulieres etiam pregnantes, & nutrientes duplici indigent alimēto, quare non tenentur ad ieiuninm. Nec operarij, qui ex labore ſuo aluntur, ſi vel non poſſunt laborare omnino, vel non tantum ſicut non ieiunantes, non tenentur. Qui opus habent ſuis hæreditatibus aſſiſtere, & videre quomodo agri colantur, nec habent cui id opus poſſent commendare, cum campus maxime cibos conſumat, non poterit ieiunare. Qui tam pauper eſt, vt non poſſit ad vnum victum ſufficienter habere, nec ſufficiens alimentum in prima comeſtione habuit, inuenit qui illum vel inuitet ad cœnam, vel prouideat de ea poterit cœnare. Item qui timoratæ conſcientiæ ſunt, & bona fide exiſtimant ſe non teneri non peccant, etiamſi non ieiunent, licet vtilius erit, vel Epiſcopum vel Parochum ſuper hoc conſulere. Qui debilitatem maximam patiuntur, etiam non tenentur ieiunare. Non tamen ideo exemptus erit à ieiunio, qui propterea quod vorax ſit, ſentiat in ieiunio aliquam difficultatem. Quoniā ideo ieiunium inſtituitur, vt peſsima vorandi cōſuetudo dimittatur, & ad medietatem conſueſcat caro antea malè aſſueta. Nec ideo quia tu vadis ad venandum, propter tuā delectationē exēptus eris à ieiunio, ſed dimitte tunc venationem ſi non potes ieiunare quia tempus pœnitentiæ eſt, niſi forte ex ea victites. Deniq; ſi ſemper hoc Eccleſiæ *Exortatio ad ieiunīū* præcepto obligantur omnes fideles ad ieiunandū, maximè his temporibus, quibus hæretici inſurgunt has ſacras obſeruantias in- *Simile.* uidentes, nunc verus Chriſti miles Crucis vexillū, in quo pænitentia includitur, plus defendere debet. Ignaui ac inertis militis eſt, cū alij terga vertūt, & ipſe etiā fugere: ſed cū alios debiles ac puſillanimes ſentit ipſe tunc plus animi capere debet, ne inimicus victor euadat, & ſe periculis obijciēdo alios exemplo ſuo ad redintegrādū bellum trahat, ne omnes pereant. Sic Chriſti fideles qui multos ab his ſacris obſeruantijs deficere cernit, ſe plus animare debet, vt eas obſeruet, & alios exēplo ſuo ad idē inuitare conetur, ne omnino ſacræ cōſuetudines pereāt, & per cōtrarias abrogētur. Ideo quip- *Leuit. 6.* pe præcipiebat olim Deus, vt in nocte cum in cæteris domibus extinguiē ignis, in tēplo Dei arderet & luceret oliuarū flāma: vt oſtēderet ſuis ſeruis quōd quādo alij in tenebris peccatorū dormiunt, ipſi ſint in luce fidei, ac deuotio quæ per oliuā ſignificatur plus ardeat tūc in illis. Hac enim ratione nos ad bona opera hortatur Pſal. dū dicit: Tēpus *Pſal. 117.* faciēdi Doñe: & nūc maximè, quia diſſipaueru nt

uerūt iniqui legē tuā. Cū enim impij ſacras Eccleſiæ leges corrūpere ſatagūt, tunc nos eas plus obſeruare debemus, quatenus in nobis memoriale ſacrarū eius inſtitutionū cōſeruetur, & ſic hæreticos cōfundamus ſanctas ac iuſtas profitētes eſſe eccleſiaſticas leges, quibus humiliter & alacriter nos ſubijcimus attēdētes etiā ꝙ vno die ieiunij multos purgatorij cōpenſamus. Igiē quoniā hoc opus bonū eſt, docet nos Chriſt⁹ Dñs, quomodo illud recte exequamur. Et ideo dicit: Cū ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritę tri- *Moralitas ſeu concio* ſtes, &c. Hypocritā iā ſupra dixim⁹ hiſtrionē ſignificare, qui ꝑſonā aliquā agit in theatro, veluti qui regis perſonam induit ac repræſentat, cū tamen ipſe pauper ac ſeruus ſit: ſic hypocrita agit perſonā iuſti, qui ſuis dominatur paſsionibus tanquā Rex, cū tamen mancipiū omniū ſuarū affectionū ac libidinum ſit, recta ergo debet eſſe intētio Chriſti fidelis, vt opus eius perfectum ſit. Accipe diſcrimen inter verè iuſtum, ac fictium & hypocritam, id quod eſt inter hominem verum ac pictum. Verus homo quia ab alio vero homine genitus eſt, etiamſi in corpore monſtruoſus naſcatur, aut fœdus cum quatuor brachijs, aut cū ore quaſi porci, vt aliquando viſum eſt, tamen quoniam à vero homine genitus eſt animam ſecum rationalem affert, verus homo eſt. Cęterum pictor etſi pulchre omnes exteriores hominis figuras adūbret nitidiſq; coloribus exornet, nunquā tamen illū hominēviuū facere poterit, ſed ſemper pictus & abſq; vita permanebit: quoniā nō ab homine genitus eſt. Iuſtus à Deo eſt genitus, operaque eius ex Deo & ad Deū tanquā ad finem recta intētione tendunt: quare etiamſi hominibus aliqua eorū opera monſtruoſa appareant, vtpote cōtraria mūdo, qualia ſunt diuitiarū ac honorū deſpectio, voluptatū abiectio, in victu & ueſtitu deiectio, tamē quia à Deo genita ſunt, vitalia erunt ac meritoria æternæ vitæ. Verūtamē impius ac hypocrita quantūcūq; exteriora opera, quæ ab hominibus vidētur cōponat, ſummoq; ſtudio fucis ac coloribus ea condecoret, apertoque ore ab hominibus ſanctus prędicetur: tamen quia eius opera ex Deo genita non ſunt, nec ad illum tendunt, nec vitam nec valorem vllum conſequentur, nec perfectionem aut ſubſtantiam virtutis attingent. Nam vt Di- *D. Grego. ſuper Iob. 13.* uus Gregorius docet ſuper illud Iob. 13. pri⁹ vos oſtendēs fabricatores mēdatij hypocritæ tanquā fabricatores mendatij ſunt; quoniam ſicut ædificium ex lapidibus & lignis componitur, ſic hypocritæ verbis & operibus mentiuntur, & illis fabricant dolos: videbis enim illos ſummo ſtudio curare, ne opera ſua homines calumnijs vituperēt, vnde ea quæ in conſpectu eorum recta apparent ſummopere procurant facere attendentes quid Regibus, quid purpuratis, quid diuitibus, quid denique indocto populo placitum ſit, & hæc maximo ſtudio exequi nituntur, cùm tamen intus ſint pleni omni dolo, & malitia. Videbis illos ſuperbia tumidos, inuidia liuidos: auaritia marcidos, plenos omni iniquitate: virtutis capitales hoſtes: aſtutos, ac vulpinis moribus aſſuetos: & ſic mundum ac Principes eius venantur, qui aliquando his virtutis fucis capiuntur. Chriſtus autem è contra vult nos docere quanta veritate debeamus actiones noſtras perficere, non vt homines ſeducamus, ſed vt Deo placeamus. Vnde viri ſancti qui hanc Euangelij ſinceram veritatem didicerant, atque imbiberant, nitidè ac clarè ſine vlla duplicitate inter homines conuerſabantur. Beatus Pater Franciſcus cum ſtomachi doloribus affligeretur, qui ex nimia ſtomachi frigiditate procedebant, & ſocius eius diceret ei pellē vulpinā quæ calida eſt, ſubt⁹ vile, ac diſſutum veſtimētum cōſuturum, vt illam ſuper ſtomachum deferens eius calore mitigaretur dolor: renuit Beatus Pater dicens: Nunquid frater bonum tibi videtur, quod in oculis hominum appareat habitus diſſutus, & ſordidus, & intus pelles vulpinas pro delicijs deferam? Minimè id faciam, ſed ſi id ferendum eſt aliam pellem vulpis ſuper veſtem conſue, ut omnes videant me illam deferre, & nec oculos hominum vel apparentiā mendatio ſeducam. Ecce veritatem Euangelicam quam imbiberat. Sic enim hic docet Chriſtus. *Vnge caput tuum & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans.* Ac ſi diceret: Non ſolum dico ne velis videri hominibus ieiunans, verum vt id occultes ſi facias, & vngaris oleo (hæc enim erat illius patriæ conſuetudo) quod faciem claram ac ſplendidam reddit, ne appareas hominibus ieiunans, id eſt, dicere, è contrario niti debes, ne appareat hominibus ieiunium tuum. Quid enim vis ſeducere homines, aliud mēte gerens, aliud opere oſtendens? Mos erat apud mauros Granatenſes, *Simile.* qui ficte ſuceperant fidem noſtrā, cū tamen

in corde Mahumetani eſſent, vt filios ſuos alio nomine in domibus ſuis nuncuparent, & alio in vicis & plateis. Vocabant enim eos domi, vel Mahumetos, vel Hali, vel alio ſuæ ſectę ac linguę nomine, ſed extra domũ vocabant eos Petros, Ioannes, vel alio Chriſtiano nomine. Dũ ergo interrogabat Chriſtianus aliquis puerulũ, quomodo vocaretur reſpõdebat illi. Queris nomẽ domus aut no mẽvię? Nã domi vocor Mahumetus, extra dicor Petrus. Sic, inter Chriſtianos duo no mina habent aliqui, nã intus in corde Mahu metani ac diabolici ſunt, foras in plateis Di ui Petri ſanctitatem referunt, cùm tamen Chriſtiana religio has duplicitates minimè patiatur, ſed eadem ſit vox ac res in corde quæ eſt in voce, idem ſis intus, qualis vis ap parere foris. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi erugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur. Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Alia eſt hæc ſententia, in qua ſolicitudo di uitiarum à noſtris animis reſecatur. Vbi aduertendum quòd non prohibemur hic theſaurizare filijs, quod ius naturæ concedit: ſed theſaurizare in terra quatenus eſt locus contrarius & oppoſitus cœlo. Hoc eſt, ſic inhiare terrenis theſauris, & in tantum confidere illis, vt nihil curemus de cœleſtibus. Qui autem theſaurizat in terra, nõ quatenus eſt locus contrarius cœlo, ſed ſecundum quod ſubordinatur illi, nempe nõ ob hoc obliuioni tradens cœleſtia, nec contra Dei præcepta, aut aliquem virtutis actũ faciens hic nihil contra hoc Domini documentum facit. In cœlo quidem nulla corru ptionis eſt cauſa, ac ideo ibi theſauri noſtri incorruptibiliter conſeruantur. Sunt enim
Eſai. manſiones illæ tabernacula fiduciæ, vt Eſa. cecinit, vbi nec intus nec foris eſt aliquid quod timeatur: portæ quippe illius ciuitatis clauſæ ſunt, vt nec fur intrare poſsit, vt rapiat aut furetur illum. Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum. Hinc ſequitur quod non in eodem loco habeat cor iuſtũ & peccator. Nam (vt ait Sapiens) cor
Eccleſ.10. ſapientis in dextera eius, ſtulti in ſiniſtra illius. Iuſtus habet cor in æternis, quæ per dexteram ſignificantur: ſtultus in his caducis quas ſiniſtra manus oſtendit: Quare cor iuſti liberum ambulat, ac à laqueis huius mundi ſolutum: cor impij in vinculis eſt laqueis diuitiarum irretitum. Vnde
1.Tim. & Paulus ait: Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum. Nam (vt ait Sapiens:) Sicut piſces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur, ſic capientur homines in tempore malo. *Eccleſ.9.* Hoc eſt in tempore quo malè ſuas diuitias quærunt. Et eſt egregia comparatio. Sicut *Simile.* enim hamũ cũ tegis lumbrice & in fluuium mittis videbis piſces turmatim ad capiendam lumbricem concurrere, iam vnus accedit, & illam ore tangit, alius ſaliendo ſuper alium eam ictu alio percutit, & agmine facto feſtinantes omnes eam contendunt deuorare, & tandem vnus eſt qui eã conſequitur, & lumbricem ſimul cum hamo deglutiens vermem vorat & ſuffocatus remanet: ſic homines pro vermibus, pro rebus minimis contendunt: circumeunt enim mare, & aridam, per ſaxa, per ignes, vt lumbrices ac vermiculos capiant, vnuſque alium in hoc ſuperare nititur, nullumque non lapidem mouent, vt cathedram, aut prouentum aliquem conſequantur, & tandem quod capiunt vermiculus eſt, & in laqueum irretiti remanent. Nam (vt Diuus Gregorius docet) maiores angũt *D.Gregor.* curæ diuitem, poſtquã deſideratis diuitijs potitus eſt, quam erant illæ quæ anteceſſerunt illas: timet enim ne alij id cum illo perpetrentur, quod ille cum alijs geſsit: ne illum dolo circumueniant, ſicut & ipſe alios dolo cepit: ne ille inſurgat contra eum, & de throno aut honore deturbet, ſicut & ipſe alios de ſuis ſedibus deturbauit. Quemlibet ſuſpicatur furem, quemuis metuit, omnes cauet, omnes exiſtimat inimi cos: conſanguineos fugit, amicos deuitat, ne ſua ab illo bona extorqueant: & quanto plures diuitias poſsidet, tanto magis huic mundo ſubditus fit, cuius dominium omnium opprimentium tyrannidem exuperat. Quo enim plus rei familiaris habes, plu res à te impoſitiones ac tributa exigit mun dus: plures oportet quòd habeas equos, plures ſeruulos qui tecũ gradiantur. Iam vxor tua ac filiæ oportet quòd in equis currilibus ambulent, auro gemmiſq; abundent: illos inuitare conuenit, alijs dona tribuere, ut de te magnalia prædicent. Non Creſsi puto diuitias pro tot tributis exoluedis ſufficient. Ecce laqueum in quem incidiſti, cùm diuitias exquirere concupiſti. Theſaurizate ergo vobis in cœlo, vbi non laqueus ſed ſuauiſsima libertas eſt, non vermiculum ibi capietis, ſed ſummis ac veris perfruemini gaudijs.

Sed

Alia moralitas ſeu concio. Sed quoniam hoc Euangelium in die Cinerum ab Eccleſia canitur, & quotannis in vniuerſa Eccleſia prædicatur, ad illud nunc propoſitũ oportet exponamus. Quarè primò aduertendum eſt, quòd licet pia mater Eccleſia per totum anni curriculum parata ſit peccatores recipere, apertiſque brachijs eos ad ſe venire inuitet; quemadmodum miſericors ille Pater fecit cum filio ſuo prodigo, atque deperdito; tamen id maximè facit Eccleſia hoc ſancto tempore Quadrageſimalis ieiunij, in quo omnes ſuos theſauros exerit, ianuas aperit; immò totã ſe quaſi expoliandam peccatoribus tradit.
4.Reg.20. Veluti Rex Ezechias vnguentorum cameras, ac theſaurorum triclinia Babyloniæ legatis oſtẽdit: ſic & Eccleſia peccatoribus, qui de Babyloniæ captiuitate, hoc eſt, de peccatorum cõfuſione, in qua per totũ annum, quaſi captiui detenti ſunt, veniunt omnes ſuos theſauros aperit, vnguẽtorum cellaria, nempè Sacramẽtorum medicinas eis frequentiùs hoc ſancto tempore propinat, atque cœremonijs, ſermonibus, officijs, exemplis, ac varijs repræſentationibus eos ad veram pœnitentiam inuitat. Quare olim hac die, primùm publici peccatores ad pœnitentiam admittebãtur in Eccleſia, cinere ſuper caput eorũ aſperſo. Cùm ergo Eccleſia ſancta hiſcè ſtatim diebus nobis propoſuerit primorum parentũ peccatum, atque omnium noſtrũ in ipſis lapſum, nũc vult nobis medicinas dare contrarias illi morbo, quo omnes infecti ſumus. Fuit quidem hominis peccatum ſuperbia, quoniam
Geneſ.3. voluit eſſe ſicut Deus: Eritis ſicut dij (dixit eis callidus ſerpens) & crediderunt ei. Fuit etiam gula, atque ſuperfluitas: ſufficiebat quippè homini eſus aliorum lignorum, qui erant in Paradyſo, abſque eo quod tangeret lignum vetitum. Ecce quomodò nunc contrarias applicet medicinas. Contra ſuperbiam, cinerem ac lutũ ſuper capita noſtra aſpergit, atque ob oculos ponit, quòd ſimus puluis, cinis, & lutum, & ſtercus, in quod & conuertendi ſumus: & contra gulam, dietam nobis indicit, præcipiens quadraginta dierum ieiunium, in quo prudentis medici vicem agit, qui priùs indagata ægritudinis cauſa eam intercidit; deinde medicinas morbo aptas accõmodat. Noſtræ ægritudinis cauſa, ſuperbia, ac gula fuere: huius morbi effectus fuit, expulſio à Paradyſo: cauſas ægritudinis incidit per humilitatem, & ieiunium; exhortans deinde nos vt ad cœleſte Regnum noſtros theſauros reducamus, vbi ſecuriùs conſeruabuntur, hoc eſt, quôd in Patriam, à qua exulamus, per bona opera reuertamur. Ecce quomodò, & cauſas & morbum ſimul incidit: Contraria contrarijs curantur (aiunt medici) calidum quippè frigus, ac humidum ſicum expellit. Peccauit homo ſupra ſeipſum eleuari cupiens, oſtẽdit modò nobis mater Eccleſia, multô nos minores eſſe quam exiſtimamus. Quid vilius puluere? Quid ſordius luto? Intellige ergo homo, quoniam viliſsimus ac ſordidiſsimus ſis, & quòd nec mundus nec aliquid ſis, & quòd non ſolùm contra Deum eleuari non valeas; immò nec cõtra lutum aut puluerem, quoniam puluis ac lutum tu es. Qui natu- *Simile.* ralium rerum ſcientiam adepti ſunt, dicũt, quòd natura in ijſdẽ rebus quæ damnum inferunt, anthidotum ac medicinam contra ipſum dumnum poſuerit; veluti illum quem vipera veneno infecit ſuo virulento morſu, ipſa vipera frixa, in puluereſque conuerſa, ſanat, ſi puluere illos ſupra vulneris tumiditatem aſperſeris. Momordit te vipera (ô homo) atque ſerpens ille virulentus in te ſua venena diffudit, ex quo morſu tumidus, ac ſuperbus euaſiſti: puluerem hunc ſuper tumidum vulnus aſperge, te puluerem ac cinerem eſſe conſidera, & quod nihil eſt aliud peccator populi fauore eleuatus, quã puluis aëris adiumẽto in ſublime euectus; fauor enim huius mundi, ventus, aër, ac vanitas eſt, atque hac ſapienti conſideratione tumiditas hæc humiliabitur, atque euaneſcet. Hoc eſt quod pia mater Eccleſia facit. Super capita noſtra cineres ſpargit, quoniã vulnus hoc in capite eſt, quia ſuperbia ſuperiores ſedes appetit, & quia à capitibus noſtris incepit, vt ſic noſtra retundatur ſuperbia. Petijt Naaman Syrus ab He- *4.Reg.5.* lyſæo, poſtquã eum mundauit à lepra ſua, vt de terra Iſraël ſecũ deduceret onus duorum iumẽtorum, nè in deos Syriorum idolatra fieret. Quoniam certè non minimum remedium eſt, ad hoc, nè in nos ipſos idolatræ efficiamur, ex nobis ipſis ſuperbiẽtes eõſideratio hæc quòd terra ſumus: & quòd corpus noſtrum nihil aliud eſt quàm ſaccus plenus terra, pro quo vehendo iumenta onerariа neceſſaria ſunt; & quòd omnia quæ in mundo ſunt, tanquam puluis reputanda ſunt, & in puluerẽ tandem conuertenda ſunt: & quòd auri pondera terra ſunt, & honores onera potiùs reputabũtur:

pulchritudo etiam ſtercus & cinis eſt, qua animaduerſione non harum rerum idolatræ efficiemur, nec confidemus in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo. Homo ex limo terræ creatus eſt, terra autē ex nihilo condita, vnde inter hominem, & nihil mediat terra dumtaxat, atq; ita homo eſt filius terræ, & neptis nihili. Itaq; aſcendendo ad quærendum tuæ proſapiæ radicem ac ortum, quod primo occurrit eſt lutum è terra, & poſt eam nihil. Ecce tui ortus originem, ecce arboris tuæ generationis ſtipitem, terra ac nihil. Quid eleuaris, ô puluis? Quid tumes, cùm nihil ſis? Vnde alas ſibi vſurpat formica? Quid ſuperbit terra & cinis? Memento quòd cinis es, & in cinerem reuerteris. Conſideratio hæc veluti clauis quædam eſt, qua teipſum aperire valeas, intra teipſum ingredi, omneſq; receſſus tui met circunſpicere, & te totum reſperſum puluere, cinere ac terra reperies, omniūq; immunditiarum alueum ac receptaculum te eſſe cognoſces. Hac quippè arte deprehendit Daniel cap.14. furtum quem faciebant Sacerdotes Bel comedentes omnia, quæ vt comederet idolum illud in mēſa ponebantur, ſuadentes Regi, quòd Deus ille illa deuorabat, & tamen ipſi ſub menſa fecerant ſecretum introitum, quo de nocte ingredientes ea rapiebant, atque deuorabant. Cribrauit cinerem Daniel per pauimentum templi coram Rege, & egreſsi foras clauſerunt portas ſignantes anulo Regis. Sacerdotes autem ſicut conſueuerant, fecerunt, intrātes viri, mulieres, ac paruuli, & rapientes quæ coram idolo poſita erant. Cùmque ſurrexiſſet primo diluculò Rex, & aperuiſſet ianuam templi, & inueniſſet omnes eſcas quas ipſe poſuerat in menſa non eſſe ibi: exclamauit, dicens: Magnus eſt Bel, & non eſt apud te dolus quiſquam. Et riſit Daniel, & tenuit Regem nè ingrederetur intro, & dixit: Ecce pauimentum. Animaduerte cuius veſtigia ſunt hæc. Et dixit Rex: Video veſtigia mulierum, virorum, & infantium. Hac arte nos capere vult Eccleſia, nè nos exiſtimemus tāquam deos, vt patres noſtri fecerunt. Totam domum noſtram cinere cribrat, vt videamus in ea veſtigia virorum ac mulierum, & infantium; omnes quippè hanc effigiem poſt ſe deſerunt: nam omnis ætatis ac ſexus homines cuiuſcunq; dignitatis ac conditionis, in cinerem ac puluerem conuertuntur. Hæc veſtigia relinquūt Reges, eadē Principes, ac proceres homines: quod ſi videre vultis, ite ad ſepulchra deaurata eorū, conſiderate magnifica Mauſeola, in quib⁹ condita ſunt corpora eorū, & nihil aliud quàm cineres eorū reperietis. Conſidera ſi potes vaſculum illud ſuper columnam altam poſitum apud Romā, quod Cæſari primo Imperatori fabricatū eſt, nihil aliud in vaſculo videbis, niſi cineres in quibus illius magni Imperatoris corpus reſolutū eſt, & hoc erat ille qui dominatricem mundi vrbem primus ſubiecit. Sic pauper, mulier ac infans deſinunt. Memento ergo homo, quòd cinis es, &c. Adde, quòd non ſolùm puluis es, ſed & lutum: puluis enim facilè tollitur, lutum autem fortiùs adhæret, vt intelligas non fortuna hoc tibi prouenire, quæ variabilis eſt, ſed à natura, quæ conſtans eſt, & ſemper perſeuerat eadem: ea quippè eſt natura rerū, in qua Deus ab initio eas conſtituit, & ſtatim ab initio Deus hominem de limo terræ formauit, igitur à natura id habet, quare indelebile eſt. Nec hoc dumtaxat habes modò, ſed & in cinerem reuerteris. Non aliud eris vnquam, nam filius Regis, etſi modò non ſit Rex, tamen quia tandem erit Rex, poteſt tāquam Rex eleuari, idē de filio Ducis. Si ergo aliud quam puluis aliquando poſſet eſſe homo, eleuari modò poſſet; tamen ideò dicitur ei in cinerem reuerteris, vt finis reſpondeat pricipio, & adimpleatur ſapientis ſententia, qua dicit: Reuertatur puluis in terram ſuam vnde erat. Ecce quomodo huic primo damno medetur Eccleſia, nempè noſtram deprimendo ſuperbiam, hac humili conſideratione ob oculos poſita. Secundum autem damnum per ieiunium reſecat, de quo ſtatim plura diximus. Hortatur autem nos, quo pacto debitè ieiunare debemus, dicēs: *Cùm ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes*: hoc eſt, nō vos artificioſè triſtes faciatis, vita quippè hypocritarū artificioſa eſt, atq; arte & cultu cōpoſita, & propterea parū duratura eſt. Ea quippè quæ ab arte cōficta ſunt minimæ durationis eſſe ſolent, cū tamen quę à natura fiunt, æternitatē quandam ſortiantur, vnde ædificia manibus hominum facta tandem pereunt, terra autem quæ à natura eſt, in æternum permanet. Telas araneæ texuerunt (ait Propheta) de his: Videbis araneam ſeipſam euiſcerantem, vt domunculam illam ſibi intexat, quam tamen, vel aër facilimè rapit, vel ſcopa diruit, vel flatu tenuiſsimo perit.

Dani.14.

Eſai.59.

Simile.

Sic

Sic hypocritis euenit, qui ſeipſos euiſcerāt, & ſtudio ſummo vitam ſuam componunt, cauentes quomodo mundo ac Principibus placeant, & tamen facili negotio alter eorū diruit telas, omnia quæ arte fabricata opera eorum ſubuertit. Contrà verò iuſti: quoniā opera ſua meliori innituntur fundamento, perpetuitatē conſequūtur; in Deo quippè opera ſua inſtruit iuſtus, qui naturale, ac ſupernaturale fundamentum eſt; atq; cùm fundamenta ſint in montibus ſanctis, nunquàm talis fabrica perit. Quapropter Chriſtus Dominus cap. ſequenti, comparat iuſtorum opera illi, qui ædificauit domum ſuam ſuprà petram, quam nec venti, nec aquæ diruere potuerunt: hypocritas verò ſimiles facit illi, qui ædificauit domū ſuam ſuper arenam, quæ inconſtans ac mobilis eſt, ac proinde ædificium ſine foſſa ac fundamento citò ab aquis ac ventis ſubuertitur. Et ideò iuſtus imitatur naturam, hypocrita verò artem, natura à corde incipit, vita namq; ab eo ad alia mēbra deriuatur. Primum enim quod viuit in homine cor eſt, nam per illud cætera membra viuunt: ars verò nihil de interioribus aut de vita quærit: figuras, ac colores, & vmbras quas oculi conſpicere poſſunt, pingit; tamen nec cor, nec vitam imagini quam fingunt, tribuit. Sic iuſti interiorem vitam animæ curant habere primò, nempè vt anima & cor per gratiam, charitatem, ac per cæterarum virtutum actiones viuant, deinde vita illa ad corporis membra deriuetur, nam externa opera iuſti ab interna animæ vita prodeunt, vnde & de quodam iuſto dicitur. Ille erat lucerna ardens, & lucens. Prius intus ardebat Ioannes per charitatem ac cæteras virtutes, deinde per opera à tali vita prodeuntia exterius coram hominibus fulgebat. E contrà hypocrita ea dumtaxat, quæ homines vident, parat, atq; artificioſè confingit, cùm tamen de vita cordis, quæ hominum oculis non patet nihil curent. Quare de eis dicitur: Audi populе ſtulte, & qui non habes cor, *Hombres deſcoraçonados*. Et de diuina ſapientia dicitur, quòd non permanebit in illa excors, hoc eſt ille, qui non habet cor, vel ille, qui nihil de vita cordis curat. Et alibi Eſai. ait: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Nam ſine corde ſunt, qui de eius vita minimè curant, ſed tantùm exteriorē virtutis effigiem fingunt; quare dicuntur ſimiæ, quæ ſimilitudinem hominis expri-

Matth.7.

Ioan.5.

Hiere. 4.

Eccleſ. 6.

Eſai.29.

munt, cùm belluæ ſint. Miſit Rex Saul apparitores, vt comprehenderent Dauid, & cùm illum in lectulo quærerent, nihil aliud quàm pelles inuenerunt; ipſe quippè Dauid liber ambulabat foras, atq; panes Propoſitionis comedebat, fuit autē hęc inuētio à Michol ei⁹ vxore cōficta. Sic & hypocritis cōtingit. Caro quippè has adinuētiones confingit, vt effigiem ſolam virtutis oſtendant, ac pelles pœnitentiæ inſinuat, cùm tamen ipſi profugi ab ea, ſicuti Dauid foras ambulant, immò & panes Propoſitionis comedunt, hoc eſt, omnia diuina profanant, nec numen ipſum verentur, dummodò inſatiabilem ſuæ auaritiæ famen expleant. Sic & diſcipuli Chriſtum in ſepulchro quæ fierunt, & tamē nihil aliud quàm ſindonem inuenerunt funeralem. Proh dolor, ſi monachum, aut clericū quæris, fortè ſolùm caputium, aut ſuperpellitium reperies: ipſe enim viuus mundo, mundū etiam peragrādo percurrit. Nolite ergo fieri ſicut hypocritæ triſtes, hoc eſt, non arte ſed natura viuite, in veritate & ſyncceritate coram Deo & hominibus ambulantes. Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuū, &c. Hoc non ad literam intelligendum eſt, ait Chryſoſt. quoniam hic mos vngendi faciem oleo ſolùm apud Paleſtinam vigebat, vt patet de Dauid, qui vt lætus appareret populo poſt mortem Abſalon vnctus eſt oleo, ſed vult nos docere Chriſtus, vt hanc potiùs adhibeamus cautelam, nè videamur hominibus ieiunantes. Et.2. vt læti coram Deo ambulemus Sapientis conſilium ſumentes, qui dicit Eccleſ.35. Fili, in omni dato hilarem, fac vultum tuum, & in exultatione ſanctifica decimas tuas. Scientes (vt Paul. docet) quòd hilarem datorem diligit Deus. *Nè videaris hominibus ieiunans, ſed Patri tuo qui eſt in abſcondito. Et Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.* Diuus Baſil. ait, quòd ſicut artifex, qui opus faciendum ab alio accepit, ſecundum exemplar illius, qui ei opus mandauit, ac precium ſoluturus eſt, debet illud facere, nihil curans quid cæteri homines dicant: ſic Chriſti fidelis opera ſua ſecundum præſtitutam formam à Deo debet facere, norma autem lex Dei eſt, qui & ei mercedem pro opere redditurus eſt, quicquid homines alij oblatrent ac dicant: ſic enim dictum eſt ad Moyſem: Vide vt omnia facias ſecundum exemplar, quod tibi in monte oſtenſum eſt. Lex autem Dei in monte data fuit. Quare & Paul. dicebat:

1.Reg. 19.

1. Reg.21.

Luc.24.

D. Chryſ.

1.Reg. 19.

Eccleſ. 35.

2.Cor.9.

D. Baſil.

Simile.

Exod. 25.

D. Pau. ad Galat.1.

Si

D. Paul. 1. Cor. 4. Si adhûc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Et alibi: Mihi pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die: qui enim iudicat me, Dominus eſt. Ac ſi diceret: Illi placere opto opera mea, qui & ea pondere iuſto æſtimare debet, atque vel præmio, vel pœna digna diſcernere. Siue placeant, ſiue diſpliceant hominibus nihil curo, dum ei placeãt, cui me probaui. Nam

Pſal. 52. & Pſalm. dicit: Quoniam Deus confregit oſſa eorum, qui hominibus placent, hoc eſt, Deus cõteret fortitudinem eorum, qui hominum fauore innituntur, qui debilis admodum ac deficiens eſt: *Nolite theſaurizare, &c. theſaurizate autem nobis in cœlo*: hoc eſt, illûc ſatagite reuerti, vnde expulſi eſtis. In hac vita theſauros minima ſecuritate poſsidemus, cum prædonibus paſsim pateant. Interrogatus Philoſophus quidã, cur aurum pallidum eſſet? reſpondit: Quoniam multos timet perſequutores, pallent autem qui metuunt. Habemus in hac vita tineam, quæ noſtra corrodit veſtimẽta. Hæc tinea mundus eſt, qui inuidia prouocatus, aliorũ corrodit bona, ſiue honoris, ſiue fortunæ: erugo autem noſtra caro eſt, quæ rubigine fœda animam inficit; latrones autem dæmones ſunt, qui tanquàm leones rugientes

1. Pet. 5. circuunt, quærẽtes quem deuorẽt. In cœlo autem nihil horum timebis. Nec enim ibi tinea eſt: quoniam non terra, ſed cœlum ibi eſt, nec mundus ſed gloria: erugo etiam à cœlo abeſt, quoniam ibi non caro ſed ſpiritus eſt; etſi caro ibi aliquãdo erit, non rubiginem gignet, ſed pulchritudinẽ ac munditiem maximam habebit. Ibi non dæmones, ſed angeli ſunt, qui potiùs cuſtodes, quàm prædones agent, quapropter ſecurior erit theſaurus tuus conſeruatus in cœ-

D. Chryſ. lo. Siquis dixiſſet (ait Chryſoſt.) diuiti illi auaro, qui nimis anxius erat pro horreis ad ſeruandum triticum, & cellarijs ad recondendum vinum, quòd daret illi horrea, ac thecas, in quib⁹ abſque corruptione, & triticum & vinũ ſeruarentur, quanti ille æſtimaret? Diues vide quanti debeas facere hoc conſilium Chriſti, qui tibi Regnum cœlorum promittit, vbi omnes theſauri tui incorruptibiles in æternũ conſeruentur. Verum obſeruare debes, quod baiuli, & agaſones qui hunc theſaurũ transferre debent in cœlum, ſunt Pauperes, quorum manibus omnia hæc vehuntur, vt ſupra in principio huius capitis diximus. Illis porrige, vt illa illûc ferãt. Hoc enim eſt quod Sapiens dicit: Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas: quia poſt tempora multa inuenies illum. *Vbi enim theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum.* Et quoniam auarus habet theſaurum ſuum in arca, ibi habet & cor: itaque theca eſt auari ſepulchrum, quoniam ibi habet humatum cor, inter cuprum & lutum, atq; rubiginem: ibi nobiliſsimum cor hominis viliſsimè recõditum habet. E contrà iuſtus, quoniam in cœlo habet theſaurum ſuum, ita & ibi continet cor, inter nobiliſsimas ſubſtantias nobilitatũ, immò & in ipſomet Deo deificatũ: ergo theſauros noſtros conſeruemus, vbi & pax & requies noſtra in perpetuum manet. Eccleſ. 11.

Secundò, pro eodẽ die ſic incipiendum eſt. Vtinam tam fauſtis auſpitijs ſacroſanctum Quadrageſimale tempus incipiamus (ô viri Chriſtiani) vt in die Reſurrectionis Dominicæ cum illo mereamur in vitæ nouitatem reſurgere! Sic enim & Eccleſia deprecatur, dicens: Paradyſi portas aperiat nobis ieiunij tempus, ſuſcipiamus illud deprecantes & orantes, vt in die reſurrectionis cum Domino gloriemur. Ideò quippè hodie ſub cinere ſepelimur ac recondimur, vt in illa die cum Chriſto reſurgamus, qui pater, ac principium noſtræ reſurrectionis eſt. Et cercè hic eſt gradus, quo ad illũ ſtatum aſcenditur. Si enim homo cognoſcat quid eſt, per hoc perueniet ad id quod ſupra ſe eſt. Gradus quippè fundamẽtalis ſuper quẽ alij gradus eriguntur, quibus ad thronum veri Salomonis aſcenditur, humilitas eſt, virtus propria veri Chriſtiani; immò & prima poſt fidem, & theologicas virtutes, ſuper quam reliquarum virtutũ ædificium conſurgit, per quã ad gloriam reſurrectionis, & ad virtutum culmen aſcendimus. Ex hoc enim, quod homo cognoſcit quid eſt per peccatum, & in quantas miſerias ac calamitates propter illud peruenerit; totis conabitur viribus, vt illud deteſtetur, & fugiat, & in priſtinum gratiæ ſtatum ſe reſtituat. Propter quod Eccleſia nobis hodie in memoriam reuocat maledictionẽ illam, qua Deus primum parentẽ poſt peccatum percuſsit, cùm dixit Geneſ. 3. Puluis es, & in puluerem ibis. Quæ verba Eccleſia ipſomet puluere ſuper capita noſtra, in frontibus hodie ſuperſcribit, vt ob oculos ſemper, & in memoria ſcriptum habeamus quid per gratiam fuerimus, & quid modò per peccatum ſimus, quomodo miſeros ac lutulentos faciat homines peccatum. Vnde & dicit: Alia moralitas ſeu concio. Geneſ. 3.

& dicit: Memento homo quia cinis es, & in cinerem reuerteris. Recordare, ô homo, quomodò per peccatũ, ex immortali mortalis effectus es, & cùm eſſes Angelus per gratiam in belluam poſt culpam degenerasti, atq; corpus æneũ tuũ in cinerẽ conuerſum eſt, & cùm cœleſte ſimul cum anima fieri deberet, nunc in terrã ac puluerẽ commutabitur, & putredo ac vermes op-

Eccleſ. 19. erimentum eius erunt. Vide quid fueris, & quid modò es, & intelliges quàm malum &

Hiere. 2. amarum eſt reliquiſſe te Dominum Deum tuum: nam homo cùm in honore eſſet, non

Pſal. 48. intellexit: cõparatus eſt iumẽtis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis: Memento ergo homo quia cinis es, &c. hoc eſt, recordare, quòd peccator ſis, & quanta ſit miſeria peccatum. Magnum quippè cõtra peccatum remedium eſt vtrunq; terminum attendere, à quo, & ad quem: nam propter hoc docent ſancti poſuiſſe Deum primum parentem Adam, poſtquam illum à Paradyſo exulem fecit, iuxta Paradyſum, vel contra Paradyſum (vt. 70. transferunt) vt ſemper ob oculos haberet à quanta fœlicitate, in quantam miſeriam trãſlatus fuerit; ſicq; intra ſe tabeſceret, & peccatum tanquàm magnũ malum horrens in priſtinum locum niteretur redire. Atque ita Dauid

Pſal. 50. poſt peccatum dicebat: Peccatum meum contra me eſt ſemper, vel coram me, aut in conſpectu meo eſt ſemper: vt multi legunt.

Dani. 4. Vidit Nabuchdonoſor (vt refert Daniel cap. 4.) imaginem magnã in ſomnis, cuius caput erat aureum, pectus argẽteum, venter ac femora ænea, crura ferrea, pedes autem lutei, & ſtabat contra Regem. Hæc imago peccatorem refert, qui ſemper proficit in peius: nam ex capite aureo in pedes luteos prouolutus eſt. Cùm erat iuſtus charitate fulgebat, quæ caput eſt cæterarum virtutum; & ſicut aurum alijs præſtat metallis, ſic charitas omnibus alijs virtutibus

1. Cor. 13. præſtantior eſt, ſecundũ illud Paul. Maior autem horum eſt charitas. Cùm autẽ amiſerit charitatem, decidit in pectus argenteum, quod ſonorũ ac clarum eſt: qui enim à corde virtutem reſecat, in lingua ſolummodô eam collocat: vult enim & apparere & ſplendeſcere tanquam iuſtus, cùm peccator ſit, ac de virtute magnificè loquitur, cùm eam inuerecundè à ſe profligauerit, propter quod in ventrem ac femora ænea peruenit. Relicta quippè virtute, vitia ſe ſe in animam intromittunt, hominesq; voraces, Bacho, Veneriq; deditos facit, ex quo in crura ferrea deſcendunt? quoniam duri ac ferrei effecti ſunt, ad ingluuiem quippè ac libidinem, durities cum alijs ac crudelitas ſequitur, vt in diuite illo epulone patuit. Deniq; vſque ad pedes luteos ſubmittitur, Luc. 16. nam vſque ad fęces peccatorũ demergitur, *Haſta la lama y el cieno de los vicios llega*, ſecundum illud: Impius cùm in profundum Prouer. 18 peccatorũ venerit, contemnit. Hanc imaginem debet ſemper peccator habere coram ſe, vt videat quomodô ex capite aureo vſque ad pedes luteos deſciuerit: Memento homo quia cinis es, &c. Deſcende, ſede in Eſai. 47. puluere virgo filia Syon, ſede in terra, ait Hierem. Inclina oculos & reſpice pedes, vt rota vanitatis tuæ euaneſcat. De quibus Hierem. lamentabatur, dicens: Sordes eius in pedibus eius. Vide quomodô ex capite aureo præceps in luteos pedes irrueris. Nã in primitiua Eccleſia illi patres, qui capita eius fuerunt, aurea charitate fulgebãt, animas ſuas pro Chriſto ponentes: tu autem tam longè es à tali fulgore; vt potiùs in fęce peccatorũ ſedeas. Nos etiam religioſi deberemus confundi, conſiderãtes, quantum à capitibus noſtris degeneres ſimus. Memento ergo homo, quia cinis es, &c. Hoc ſignificare voluit Deus, cùm ciuitates illas peccatrices in puluerem ac cinerem redegit, vt Sapien. 10. dicitur: Hæc iuſtum à pe- Sap. 10. reuntibus impijs liberauit, deſcẽdente igne in Penthapolim. Quibus in teſtimonium nequitiæ fumigabũda conſtat deſerta terra, & incerto tempore fructus reddentes arbores. Cùm enim terra illa tanquàm Paradyſus Domini fuiſſet, fontibus irrigua, ſyluis ac nemoribus conſita, poſteà in teſtimonium nequitiæ fumigabunda ac aduſta remanſit, & incerto tempore fructus reddentes arbores. Nam (vt Ioſephus refert) Ioſeph. fructus quos arbores in terra illa ferebant, viſu pulcherrimi erant; quos tamẽ ſi manu comprimebas, in fauillam & cinerẽ reuertebantur. Sic homo peccator, in cuius anima tanquã in Paradyſo quodam virtutum deambulabat Deus, & delectabantur Angeli, in teſtimonium nequitiæ fumigabũda manet, denigrata ſuper carbones ignis, & facies combuſtæ, vultus peccatorum, vt Prophetæ dicunt, & fructus eorum hypo- Eſai. 13. criſi pleni ſunt, cùm hominibus pulchri appareant, & tamẽ ſi compreſſeris manum, cùm à talium colloquio exieris, nihil aliud quàm puluerem verborum ac mendatium com-

comprehendes. Igitur hoc eſt ſignum peccati, qui ſe puluere per conſiderationem aſpergit, ſe peccatorem eſſe profitetur, ſicut
Ionæ.3. fecerũt Niniuitæ cinere aſpergẽtes capita:
Iob.42. & Iob cùm ante Deum ſe peccatorem agnoſceret, dixit: Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te. Idcircò ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam in ſauilla & cinere. Et ſacrificiũ vaccæ ruffæ hoc idẽ ſignificabat, nam adusta vſque ad cineres illis madefactis aſpergebatur populus, &
D.Pau.ad expiabatur, ſecundum illud Paul. Hebr.9.
Hebr.9. Cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emũdationẽ carnis. Per hoc enim ſe peccatores agnoſcebant ac confitebantur, & ſic expiabantur. Igitur, Memento homo quia cinis es, &c. ergo hæc eſt intentio in hac cœremonia, vt nos eſſe peccatores agnoſceremus: & cùm in ſordibus poſitos nos eſſe videremus, niteremur à noſtris iniquitatibus mũdari. Quare in Euangelio id nos docet, dicens: Vnge caput tuum, & faciem tuam laua Si ergo lotos nos vult Eccleſia, cur nos ſordib⁹ intingit hodie? Dicam tibi: Ob hoc ipſum, vt ab eis laues: nam ſi te ſordidũ nõ conſpiceres, nunquã mundari pro
Simile. curares. Non nè vidiſti aliquando ſocium diſſutis veſtibus ambulare, & tu magis diſſuere illas, ob hoc ipſum, vt obliges illum, vt ſuas veſtes conſuat, videns eas iam taliter diſſutas: & illi qui habet pannum, aut faciem parum ſordidam, tu illam nouis maculis fœdas, vt illum compellas lauare, qui anteà negligebat? Sic Eccleſia quia nos, vel mundos, vel parũ ſordidos exiſtimabamus eſſe, nouis nos ſordibus maculat, vt videtes immunditias noſtras emundari ab eis cure-
Apoc. 22. mus, ſecundum illam Apoc. ſentẽ tiam: Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhũc. Permittit enim Deus illum qui in peccatis eſt, & non ea emundare curat, in ſordidiora cadere, vt ſe ita ſordidum videns emundari procuret. Vnge caput tuum, hoc eſt, intellectum qui eſt altior potentia animæ, ſicuti caput altius membrũ corporis; facies autem eſt vo-voluntas: nam quemadmodum in facie apparet pulchritudo, vel deformitas hominis; ſic bona vel mala voluntas facit ſpecioſam vel turpẽ animam: oportet ergo caput, hoc
Simile. eſt, intellectum vngere. Quod vngitur totum illo liquore tingitur, vt penetret & eliquetur in illud, ſic oportet intellectum vngere veritatibus fidei, non ſuperficietenus, ſed quatenus penetrent illum, & in illo imbibantur, taliter quod ſemper liquor ille fidei ſtilletur per cõſiderationes cõtinuas; attendentes, & in memoriam reducentes ea quæ docet fides, nè in vacuum illam accepiſſe videamur. Nam certè credo quòd labes malorum noſtrorum hinc prouenit propter defectum fidei, vel propter inconſiderationẽ eorum, quæ ſunt fidei: etenim penè impoſsibile mihi videtur, ſi ſæpè ea quæ docet fides per conſiderationẽ attenderemus, quod non minimum nobis auxilium eſſet ad relinquenda peccata. Quis enim aſsiduè conſiderans Dei magnitudinem ac præſtantiam, bonitatem eius erga nos, tot & tam magna beneficia nobis exhibita, æternas infernorum pœnas, perpetua Paradyſi gaudia, non ſtimularetur ad deteſtandum ſcelera, & ad adamandum Deum? Si habemus fidem in intellectu otioſam ibiq; quaſi in quodam receſſu noſtræ domus oblitã, & (veluti ſeruus ille ne- Luc.19.
gligens) retinemus talentum repoſitum in ſudario & ſubtus terram abſcõditum, quomodò ex eo vtilitatẽ capeſſere valebimus? O fratres hortamur vos, nè in vacuum gratiam Dei recipiatis (ait Paul.) ſed opera- 2.Cor.6.
mini dum venit Rex: nam theſaurus abſ- Eccleſ.20.
conditus & ſapientia inuiſa, quæ vtilitas in vtriſque? Hoc eſt ergo intellectum vngere. *Et faciem tuam laua*, hoc eſt, voluntatem; nam peccatũ & macula in voluntate conſiſtit: peccatum enim (ait Auguſt.) in tan- D. Aug.
tum eſt peccatũ, in quantũ voluntarium. Vnde Hierem. 4. dicitur: Hieruſalem laua Hiere.4.
à malitia cor tuum. Et Pſalm. 50. Ampliùs Pſal.50.
laua me ab iniquitate mea, vel multum laua me, vel magis ac magis laua me, vt alij legunt, quoniã grandis fuerat macula: quare Matth.10
Dominus præcipit diſcipulis ſuis, Vt & puluerem pedum ſuorum excuterent, hoc eſt etiã minimas maculas, quæ ex hoc quod terram lutuoſam terimus adhærent nobis: nam etiam ex hoc quod in neceſſarijs rebus huius vitæ occupamur, non paruæ maculæ adhæreſcunt cordibus, à quibus etiam emundari debemus, nam & Dominus cùm diſcipulos ſuos debuiſſet in terram dimittere, pedes eorum lauit, quod intelligens Petrus dixit: Domine non tantùm pedes Ioan.13.
meos, ſed & manus & caput. Ac ſi diceret: Si in tantùm creuerint peccata mea, vt nõ ſolùm pedes, hoc eſt, carnẽ maculauerint; verumetiam voluntatem, quæ eſt caput, inficiant, eam etiam lauare volo. Et fortè quia reſtitit Chriſto, nè lauaret pedes eius, poſteà aſcendit macula vſque ad caput, & ad vocem

vocem ancillulæ ipſum Dominum ter negauit, cumq; faciem ſuam ſic fœdam poſtmodum aſpexiſſet, eam niſus eſt lachrymis ſuis lauare, nam egreſſus foras fleuit amarè. Et hæc ſunt duæ pœnitentiæ partes, & peccatũ ſuum cognoſcere per intellectum, quod eſt cinere caput vngere, & per diſplicentiam deteſtari culpam, quod eſt lachrymis cõtritionis faciem ſuã lauare. Sed quoniã hæc omnia nullius precij ſunt, niſi propter Deum fiant; ideò nos docet Chriſtus, vt minimè hæc propter mundum faciamus, ſed propter Deum. Nam hoc eſt verum lixiuium, quo animarũ macula de-
Simile. terguntur. Lixiuium quippè non ex aqua frigida fit, ſed ex aqua calida, quæ per poros cinerum penetrans maculas lintheaminum tollit. Sic dolor de peccatis intra viſcera reconditus, noſtras delet culpas, dum tamẽ aqua ſit calida, hoc eſt, dolor ſit propter Deum ſummè dilectum: quoniam Patrem meum irritaui, Dominum meum dehonoraui, illum qui ſine precio ac pondere eſt, pro re minimi ponderis cõmutaui: aliàs ſi abſq; hoc charitatis calore fit, erit aqua frigida, quæ nõ delet maculas: & ſi ob alias cauſas à Deo alienas id facimus, dicetur nobis: Amen dico vobis, Receperunt mercedem ſuam. Et credo, quòd Dominus hîc non ſolùm loquitur de his qui in operibus ſuis pro ſcopo ac fine habent mundum, vt ab illo honorentur, & tanquam magni viri exiſtimentur; verumetiam de illis, qui etſi non operentur propter hunc finem; tamen ita tepidè opera ſua faciunt, vt nihil aliud in illis videantur intendere, niſi facere quod alij Chriſtiani faciunt, & quod homines intelligant illos eſſe Chriſtianos, nè ſuſpicentur aliud, hoc eſt dicere, *No pretenden ſino cumplir con el mundo*, & non ſic debent fieri opera noſtra, ſed propter Deum. Non enim debemus eſſe ſicut hypocritæ, qui ſolùm ſunt repræſentatores virtutis. Sunt quippè aliqui homines, qui ſunt veluti ſimulatores virtutis, qui per totam vitam nihil aliud faciunt, niſi tentare, aut probare virtutem, *Toda la vida ſe les va en enſayos*: & tamen nunquam id in veritate faciunt. Iam ſimulant ſe velle confiteri, reſtituere, nouã vitam inceptare, nunquam tamẽ opus illud venit: totam vitam in præludijs ac præparamentis virtutis expendunt, nunquam tamen viam eius ingrediũtur. Quare hi com-
Simile. parantur ſtruthioni, quod animal immundum erat in veteri lege: quoniam videtur auis, & nõ eſt auis, minatur ſe velle volare, alas quatit, aërem verberat, puluerẽ leuat qui oculos lædat, & tamen nunquam pedes eius è terra eleuãtur. Sic hypocritę faciunt. Similitudinem quippè gerũt iuſtorum, qui tanquam aues ſuper aëra per deſyderia, & contemplationem rapiuntur, quod docet
D.Gregor. D.Grego. ſuper illud Iob. Penna ſtruthio-
ſuper. c.39 nis ſimilis eſt pennæ herodij, atque accipi-
Iob. tris. Similantur hypocritæ in pennis veris ſeruis Dei: quoniam in loquella, & in his quæ apparent hominibus illos imitantur, & tamen non in veritate ſunt. Igitur multi Chriſtiani, de quibus hic loquitur, minãtur multoties opera virtutum, alas extendunt, quaſi iam ad bona opera volare velint; ſed tamẽ nihil aliud faciunt, quàm aërem verberare, & puluerem leuare, quo confeſſores cœcutire faciant, perſuadentes illis ſe velle nouam vitam incipere, & in meliorem frugem veterem commutare, cùm tamen id minimè vnquam exequãtur. Videbis illos alas leuare, preconio publico edicere ſe velle reſtituere; aërem quatiunt, cùm in aliqua minima re incipiunt aliqua bona operari, & tamen nunquam à ſuis peccatis deſinũt, nec à ſuis terrenis cupiditatibus eleuantur. Nec quiſquam cogitare debet hoc eſſe ſuæ ſalutis ſignum, quinimò ego potiùs exiſtimo quòd ſit ſuæ perditionis indicium. Aliquod quippè debet eſſe diſcrimẽ inter Paganum, atque Chriſtianum. Paganus, quia nullam habet Chriſtianã fidem, perpetuo tenore, abſque vlla cordis commotione in impietatibus ac vitijs, præceps vadit. Chriſtianus tamen, etſi peccator ſit, tamen quia reuelatam habet fidem in anima, non ita ſecurè ac ſurda aure ſua vitia proſequitur, ſed nonnunquam fide ipſa intus loquente ſtimulatur interiùs, exteriùſque tantillum reſipiſcere apparet, atque in ſimilitudinem fulguris ſplendorem quendam citò tranſeuntem melioris vitæ inſinuare. Sicut ergo in Pagano continuatio illa peſsimæ ſuæ vitæ, abſq; vllo cordis impulſu, vel reſipiſcẽtia, aut ſtimulo, vel morſu conſcientiæ ſuæ, ſignum euidẽs perditionis ſuæ eſt; ſic & in homine fideli hæc ſimulacra virtutum habere, hos motus citò tranſeuntes oſtendere, cùm tamen nunquam in veritate à malo reſipiſcat, ſignum etiam mortale ſuę condẽnationis videtur quod ſit. Sicut enim Simile.
cùm medicus periculoſè ægrotanti tangit pulſum, & ſentit intercadẽtias, in illo mortem illius propinquam eſſe prædicit: nam ſi modò

ſi modò debilis eſt pulſus, & poſt paulum fortior apparet; deinde iterum debilitatur, ſignum eſt quod natura iam deficit, quæ videtur vndecumq; vires aſſumere, vt contrario prædominanti reſiſtat, ſed propter imbecillitatem ſuam non poteſt diù reſiſtere cõtrario iam præualenti; & ideò protinus illi cedit, & debilior apparet. Sic in anima philoſophari licebit, quæ ſi ſemel peccato prædominanti ſuccubuit, atq; ex ſceleris conſuetudine debilior facta eſt, aliquando fides in homine Chriſtiano, vt reſiſtat contrario, non nihil reuiuiſcit, & aliquas bonas conſyderationes excitat, vt aduerſus peccatum præualeat: ſed quoniam debilis eſt in anima virtus, quæ diù Dei gratia caret, multaſq; vires iam accepit vitium, mox deficit atq; iterum peccato ſuccumbit, quod ſignum mortiferum eſt. Pulſus cum intercadentijs in anima, mihi mortale pronoſticũ videtur eſſe: quoniam fides quia mortua eſt debiliter ac tepidè opera ſua exercet, & anima onere peccati grauata ſub põdere cadit. Quare ſimiles ſunt etiam iſti figuris pictis, quæ videntur iam iam ciuitatem ingredi, & ſemper in ianuis manent immobiles. Alius pedẽ iam in ſtapeda habet ad conſcendendum equũ, & nunquàm aſcendit: nauis iam erectis velis, placidoq; inſufflante vento apparet picta, & tamen nunquã è portu egreditur, nec maris vndas percurrit: de quibus Pſal. 38. dicitur: In imagine pertranſit homo. Ac ſi diceret: Quaſi picta imago minatur ſe magna velle facere, virtutum palatia ingredi, & tamen nunquam perficit, ſed ſimulat tantùm, & contra vitiorum monſtra velle pugnare, & tamẽ omnia ſimulacra ſunt. Cæterum quoniam non ſufficit bonum incepiſſe, niſi perficias illud: nec malum relinquere, ſi ad illud protinus reuertaris, & pœnitentia non ſolùm eſt medicina ſanatiua mali præteriti; verum etiam præſeruatiua futuri: ideò ſubdit: *Nolite vobis theſaurizare theſauros in terra, &c.* Ac ſi diceret: Maculaſti animam tuam propter amorem rerum temporalium, nè iterum ad eas reuertaris, ſed cœleſtes theſauros potiùs appetas, quã terrenos. D. Aug. ſuper illud Pſal. 61. Diuitiæ ſi affluãt, nolite cor apponere (ait) quòd in his Chriſti verbis modò relatis ſummũ nobis exhibet beneficium Deus. Quoniam ſicut artifex, qui te admoneret, vt domui tuæ quæ ruinã iam minabatur profulturas apponeres, lignaq; quibus inniteretur ſubmitteres, nõ minimũ tibi beneficium præſtaret; ſic Chriſtus Dñs his verbis nos admonet, vt rebus his caducis minimè fidamus: ruitura quippè omnia ſunt, ac prope diẽ peritura: quapropter expedit, vt æternis ea fulcimentis inſtauremus, quatenus talibus innixa ſubſidijs non pereant, ſed in ęuũ permaneant, quod tunc fiet ſi etiam tẽporalia noſtra in Deũ referamus, illiuſq; voluntati ac ſeruitio ſubdita eſſe velimus, atq; in eius honore ea expendamus. Vnde Pſal. ait: Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Sicut enim magna dementia eſſet, ſi quis domui ex paleis, & arũdinibus compoſitę colũnas lapideas ſubmitteret, quib⁹ arundines fulcirentur: ſic rebus temporalibus ac caducis, quæ paleis & arundinibus debiliores ſunt, cor humanum ſubmittere, quod nobiliſsimum eſt, ac firmiſsimũ cœlum etiam ipſum ſuſtinere valens, inſania magna, atq; dementia videt. Diuitiæ ergo ſi affluant, nolite cor apponere. *Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuũ.* Et quoniam iuſti theſaurum ſuum habent in cœlo, ideò cupiunt diſſolui, & eſſe cum Chriſto, & deſiderant mortẽ & nõ venit, quaſi effodientes ſepulchrũ, gaudentq; vehementer, cùm inuenerint ſepulchrum, ait Iob. Nam ſicut qui theſaurum quærit, quantò plùs appropinquat metallo, plùs laborat & ſolicitus eſt, nec deſinit fodere vſq; dum peruenìat ad illud; ſic iuſtus ſperat in morte ſua vbi theſaurum ſuũ habet, & cùm ſe videt propinquum morti, dicit quod Martyres ſolebant dicere, hoc eſt, quod ego ſemper optaui, & vobis omnibus exquiſiui: Ecce quod concupiui iam teneo, quod deſideraui iam video. Sicut & Paul. Hebr. 10. docet, dicẽs: Non deſerentes collectionem noſtrã, ſicut conſuetudinis eſt quibuſdam, ſed cõſolantes, & tantò magis quantò videritis appropinquantem diem. Cæterum impij, qui in hac vita theſaurũ ſuum repoſitum habent, etiam ſi annos Mathuſalem vixerint, pauci ſibi videntur, & cùm iam penè exanimes ſunt, non poſſunt credere quod moriantur. Ecce quomodo & mũdari à peccato, & eius damna reſarcire debeas.

Tertiò vel quartò aduertendũ eſt, quòd hoc ſacro ieiunij tẽpore videtur quòd Deus quærat amicos ſuos tentare, vel probare quinam ſint veri, aut fictitij, ſi fortè ſunt aliqui inter illos, quibus conueniat illud dictum Sapientis: Eſt amicus ſocius mẽſæ, & in tẽpore tribulationis recedit. Sunt quippè inter

Simile.

Pſal. 38.

D. Aug. ſuper Pſal. 61.

Simile.

Pſal. 61.

Simile.

Iob. 3.

Simile.

Hebr. 10.

Alia moralitas ſcu concio.

inter homines, qui tandiu tui familiares erunt, quandiu aliquid quod à te expetunt, porrigis: cæterùm, deficiente vino, recedunt, *Amigos de taça de vino*. Igitur hucuſque Chriſtus Dominus amicus noſter, proſper, ac beneuolus nobis oſtenſus eſt. Eccleſia quippè per anni circulũ eius egregia ac proſpera facta nobis narrauit: oſtendit enim illum ægrotos ſanantem, mortuos ſuſcitantem, famelicos paſcentẽ, ſummoq; cum populi applauſu concionantem; itaq; totus mundus auidiſsimus poſt illum currebat. Item illum nobis propoſuit, blandum, placidũ, in peccatores beneuolũ ac pium, denique totum deſiderabilem. Nunc verò verſa vice ponit illum nobis ieiunantem, à conſorcio hominum ſeparatum, tentatum, perſequutiones ab hominibus patientem, opprobrijs ac doloribus ſaturatum. Nunc ergo veri probabuntur amici, nempè, ſi hi qui in proſperis illum ſequebamur, idem faciamus & in aduerſis: quoniam aduerſitas eſt, quæ veros amicos probat; vt ſicut libenter ab eo bona ſuſcepimus, ſic pro eo mala patienter ſuſtineamus, iuxta illam patientiſsimi Iob ſententiam, qua vxorem ſuam, quæ aduerſus Deum loquebatur, increpauit, dicens: Quaſi vna de ſtultis mulieribus loquuta es. Si bona ſuſcepimus de manu Domini, mala quare non ſuſtineamus? Attende amicabilem rationem, non dicit, hæc mala patienter tollerata peccata redimunt, præmia parant; ſed tanquam verus amicus rationem amici reddit, dicẽs: Si bona ſuſcepimus, &c. Ac ſi diceret: Cùm ab eadem manu Dei, qui noſter Dominus & amicus eſt, bona hæc & mala procedant; iuſtum eſt, vt tanquam ab amico vtraque æquo animo recipiamus. Si ergo nunc neceſſarium eſt Chriſto ieiunanti ac patienti compati, cur id non faciam ſi ſocius bonorum eius fui? Caput in membra influit, & cùm caput languidum eſt, debilitatem etiam illam ſuis membris communicat. Igitur ſi tunc membra à capite diuiderentur, & manus & pes ſe abſcinderent, vt ſeiungerẽtur à capite, dicentes, Nolumus modò mẽbra eſſe huius capitis, quod tot mala modò nobis cõmunicat, quid de illis diceres? Vtiq; perirẽt mẽbra, quomodocunq; à capite ſepararẽtur. Caput tuum Chriſtus eſt; ergo quicquid in te influxerit, recipere debes vt viuas. Si ergo ille infirm⁹ fact⁹ eſt, vt te perpetua ſanitate donaret: ſi debilis vt te cœleſti fortitudine roboraret; ſi labores ac mala ſuſtinuit, vt te ęterna requie reficeret, quid nũc tibi caput tuũ communicare poterit, niſi labores ac mala quæ ſuſtinet? Patiẽter accipe quidquid à capite tibi datũ fuerit, cùm ſine illo viuere nõ poſsis. Per eoſdẽ poros radix communicat arbori alimentum, ſiue bonũ ſiue malũ ſit: arbor qui malum alimentũ non ſuggit, nec bonũ ſuggere poterit: quoniam ſignum eſt quòd habet occluſas vias ac venas, quib⁹ à radice alimenta ſuggere conſueuit. Radix noſtra Chriſtus eſt: nam fundamentũ eſt, ſicut radix, vt Paul. ait: Fundamentũ aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitũ eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Ab eo tanquã à radice & gratia, dona, & probatio, & afflictio procedit, ſi hæc à radice nõ accipis, alia trahere nequaq; poteris: quoniã impeditas habes vias, quibus radix te alere ac cibare ſolebat; quare ſi nec paſsiones Chriſti cõmunicas, nec gloriam eius habebis, vt Paul. infert: Si tamen cõpatimur, vt & conglorificemur. Hoc enim maximũ erit argumentũ nos coniungi huic radici ac capiti, ſi mala etiã libenter acceptamus. Bona quippè maximè noſtro cõformia ſunt appetitui; nam multa quæ etiam à dæmone intelligimus puenire, quia tamẽ illi cõformantur, acceptamus, quãtò magis ea quæ à bono authore proueniũt. Si ergo mala quæ tibi diſſona ſunt, acceptas, euidens ſignũ erit te vnitum eſſe tuæ radici, nè putes cùm audis bona & gaudia, quæ Deus ſuis reſeruata tenet, & gaudes & appetis ea, ſignum eſſe quod es amicus Dei: nã (vt Cõmicus dicit) à quouis homine beneficiũ accipere gaudeas, etiam ab inimico. Cæterũ, qui Chriſti Crucẽ, opprobria, ac paſsiones audit, illiſq; compatitur, atq; cùm opus eſt ea pro illo ſuſtinet ac complexatur; hoc ſignũ magnum amicitiæ eſt: nam ſicut bonũ à quocunq; recipitur; ſic malum pro amico dumtaxat ſuſtinere velis. Gaudeo in paſsionibus pro vobis (ait Paul.) & adimpleo, quæ deſunt paſsionum Chriſti. Quid paſsionibus Chriſti deeſt? In membra transferri. Quid radici deficit? Vt virtus eius in ramos trãſeat. Non rectè ſentio de mẽbris, quę hiſcè diebus, cùm capitis noſtri ieiunia celebramus, ea fugere ac vitare nituntur, occaſioneſq; ad hoc quærere procurant, ſi caput dolet, ſi dormire nequeũt, ſi anguſtias ſtomachi patiuntur, hoc eſt, occaſiones quęrere, vt ab amici laborib⁹ recedas. Quid conſequentiæ eſt (ait Ber.) ſub capite ſpinoſo delitiioſè viuere. Vides

Iob. 2.

Simile.

Rom. 8.

Coloſ. 1.

caput tuum ſpinis obſitũ, & tu floribus ac odoribus fragras, delitijs affluis. Hoc non à capite ſpinoſo procedit. Nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus? Certè has carnis delitias nequaquam ex ſpinoſo capite cõmunicas, nec honoras caput tuum, ſi ab illo communicare labores, renuis. Facilè hodie Chriſti fideles, Chriſti paſsionibus terga vertunt: quæcunque, vel minima occaſio eos à ieiunio reuocat; tenera quidẽ ac delicata membra ſub tam duro ac rigido capite fers. Tu ergo cùm ieiunas, vnge caput tuum, hoc eſt, exhilara caput tuũ, qui eſt Chriſtus, quod tunc facies, quando ei compati cœperis, coadiutor eius in ieiunijs, & afflictionibus exiſtens. Hoc enim hominibus, in tribulationib⁹ ſolatium eſſe ſolet, quod alij eis compatiantur, & eorum erumnas deplorent, & cum eis ferant, ſicut fecerunt amici Iob cum eo ſeptem diebus flentes, & aſpergẽtes puluere capita ſua ſedentes in terra. *Iob.2.* Sicut ergo fuiſti ſocius gloriæ Chriſti, ſic debes eſſe & paſsionũ, & dicere cum Iob: Si bona ſuſcepimus de manu Domini, mala quare non ſuſtineamus? Portemus Crucem eius poſt eum, aliàs ſeueriores cũ illo erimus, quã crucifixores, qui coegerunt Symonem Cyreneũ, vt tolleret Crucem poſt Ieſum. Cur ergo tu, qui mẽbrum eius fieri gloriaris, ac amicus diceris, ipſum ſolum cum ſua Cruce relinquis? Vnge ergo caput tuum, & vnguentum ſit cinis iſte, quo te hodie vngit Eccleſia, nẽpè vnguento mœſtitiœ & mortis, vt reuoces in memoriam tui capitis peccatum, quod ad te iure hæreditario tranſmiſſum eſt. Quare ego exiſtimo, quòd hac die Eccleſia anniuerſarium primorum parentum celebret, in memoriam reuocãs mortis ſententiam, quam aduerſus eos Deus protulit, cùm dixit. *Geneſ.3.* Terra es & in terram ibis. Magna res eſt, quòd homo ſeipſum cognoſcat: hoc enim difficillimum Sapiens ille exiſtimabat: homo ergo ex corpore compoſitus eſt, & anima. Oportet, quòd quoad vtrunque qualis & quid ſit, cognoſcat. Ob hoc enim *Origenes.* exiſtimo dixiſſe Origin. quòd homo bis fuit conditus; prima vice quoad corpus, & ſecunda quoad animam. Sic enim & Scriptura refert nobis eius creationem. Primò *Geneſ. 1.* quippè dicit: Fecit Deus hominem de limo terræ; immò (vt Tertul. docet) priùs *Tertul.* hominis figuram de luto condidit, quaſi *Geneſ.1.* typum, ac proplaſticem hominis, quem conditurus erat; deinde dicit: Et inſufflauit in eo ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem. Priùs quippè erat pura terra, iam nunc carnem habet viuam, licet hoc totum ſimul factum ſit, tamen Scriptura diuiſim illud nobis narrat, vt intelligeremus duplicem hominis naturam, ſpiritualem, ſcilicet, & corporalem. Igitur Eccleſia vicem gerens optimi Magiſtri, à notioribus doctrinam hanc noſtræmet cognitionis incipit; ab his enim incipere debet doctrina à notioribus, & facilioribus: & quia caro notior eſt, quàm ſpiritus & anima, à carne hanc incipit notionem. Deinde, quoniam non exiſtimamus rem aliquam perfectè cognoſcere, niſi vltimam eius differentiam cognoſcamus, & aliqui philoſophi per animal rationale, mortale hominem definierint, tanquam mortale eſſet vltima differentia, hanc nos docet Eccleſia, dicẽs: Memento homo quia cinis es, & in cinerem reuertẽris, id eſt, ſcito teipſum quantum ad corpus, quia mortalis & corruptibilis es, & in cinerem debes cõuerti. Tali tuimet cognitione humiliatus meliùs audies vocem Dei clamantem ac dicentem per Hieremiam: Terra, terra, *Hiere.29.* terra audi vocem Dei. Ter terram replicat, quoniam terra es, & in terram ibis, & terrã ſuper te fers. Quid eſt enim corpus tuum, niſi ſaccus quidam terra plenus, ac vermibus, quod nec tuipſe ferre, aut portare vales? Hoc ergo vnguento vngere debes caput tuum. Sed dices: Si caput meum eſt Chriſtus, vt Paul. nos docet, quomodò *Epheſ.4.* re tam vili, qualis eſt cinis vngere debeam tam ſacrum ac nobiliſsimum caput meum? Proh dolor! quoniam peccator aliud caput aſſumit, nempè caput ſerpẽtis, cuius membrum per peccatum efficitur. Nam licet peccator Chriſtianus, per fidem remaneat membrum Chriſti; eſt tamen membrum aridum, ac paralypſi confectum, quod non eſt capax recipiendi influentias à capite ſuo, quod eſt Chriſtus: ſed vnitus eſt capiti ſerpentis, qui eſt diabolus, à quo virulentis roribus nutritur, ita quòd ei qui mortaliter peccat poſſumus dicere, quòd tollit membrum Chriſti, & facit illud ſerpentis. Non enim aſſumis caput Chriſtum: quia non eius nutu gubernaris aut lege, ſed ſerpentem, hoc eſt, diabolum facis caput tuum. Cùm illius volũtate traharis, animæ tuæ ponis ſerpentinum caput, quare monſtrum ac chimœra quædã efficeris corpus hominis, & caput ſerpentis habens. Miſeranda

ſeranda res, ac deploranda, vtiq; miſeria. *1. Cor. 11.* Cùm enim dicat Paul. quòd caput viri eſt Chriſtus; caput verò Chriſti Deus: ſequitur, quòd qui in gratia ac amicitia eſt Chriſti, à Deo moderatur, & ab eo omnes eius actiones diriguntur: vnde quicquid cogitauerit, dixerit, aut operatus fuerit, diuinum valorem, ac præmium habiturum eſt. Tu autem, ô miſer, tali amputato capite diabolum accepiſti, à quo regeris, & cuius legibus *Eccleſ.25.* impijs obtemperans moderaris. Accepiſti loco Chriſti ſerpentis caput, quod nihil eſt nequius, ſecundum illam Sapientis ſententiam: Non eſt caput nequius ſuper caput colubri. Videte colubrum ſuper terram, ac puluerem reptantẽ, ſine ordine aut diſtinctione membrorum, linguam virulẽtam ad terrorẽ oſtẽdentem. Cùm ergo te, ô Chriſtiane, intelligis tam venenoſi capitis membrum, tam corruptæ radicis ramum, quomodò non verecundia rubes? quomodò rabidus teipſum dilaniare ceſſas, tam infame caput gerens? quo quid communicare poteteris, niſi infernarum furiarũ rabiem, Cancerberi ſpumas, ac mortifera venena, quæ corpus, & animam ſimul in æternum inficiant? Proh Deũ immortalem quod monſtrum horrendum refers, corpus hominis, & capud dæmonis! Nam & Chriſtus Dñs, qui noſtrum debebat eſſe caput, homo factus eſt, vt membra & caput vnius eſſent omninò naturæ, nè monſtruoſa res videretur, ſi caput alienum eſſet à membris, ſed tu corpus hominis, & caput ſerpentinũ geris, *Horatius.* quale erat illud, quod Horatius fingebat, dicens: Si quis humano capiti ceruicem iun- *Hiere. 12.* gat equinam. De qua re admirans Hierem. cap. 12. quærebatur, dicens: Nunquid auis diſcolor hæreditas mea mihi? Cùm diuerſorum colorũ ac figurarum factus eſt homo, qui inter cæteras creaturas hæreditas mea eſt, in quo per gratiam & gloriam habitare deſidero, nunc autẽ quaſi larua diuerſarum *Eccleſ. 4.* facierũ factus eſt mihi. Quare Sapiens ad id nos dehortatur, dicens: Nè accipias faciẽ aduerſus faciem tuã, hoc eſt, nè alienũ vultum, aut caput aſſumas, nè monſtrũ ac chi- *Geneſ.3.* mera efficiaris. A tali ergo capite, quid niſi terram ac cinerẽ accipere debes? hoc enim eſt alimẽtum eius: Terrã comedes omnib⁹ diebus vitæ tuæ. Vnde de peccatoribus *Pſal.71.* Dauid dicebat: Inimici tui Dñe terrã lingent. Nam quaſi ſues in cœnum, ore, & corpore ſe volutãt, ac veluti ſerpentes reptãt, ſemper deſiderio ac opere in reb⁹ turpibus volutati iacent. Quod, & lamentabatur Hiere. thren. 3. dicens: Cibauit me cinere. Vide quo cibo te paſcit diabolus, cùm illũ *Thren.3.* tãquam caput affers, quàm diuerſum ab eo quod tibi confert Chriſtus caput tuum: Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mũdi *Ioan.6.* vita. Hic eſt Angelorũ panis, qui vitã nobis præſtat æternã. Igitur ob hoc cinerẽ ſuper caput tuum ſpargit Eccleſia, vt ſcias te iam non cœleſte caput gerere, ſed terrenum ac cœnulentum, quem iam non Chriſtus, ſed Antichriſtus gubernat ac regit, ſerpentinumque caput tibi cinerem ſubminiſtrat. Agnoſce ergo, ô homo, te, & cùm te agnoueris, ſecundum carnem tranſi per cogitationem ad animam, & inuenies eam turbidam, pallidam, ac fœdam: vtpotè quæ cineris colorem ac terrenũ refert. Qualis appa- *Simile.* ret puella, quæ terrã ſolet comedere? Pallida facies, terreſtris color, rigida labia omnibus oſtendũt puellam illam terra paſci. Sic & animam conſiderare licebit, quæ veneno potata eſt. Nunquid auis diſcolor hæreditas mea mihi? *Deſcolorida.* Memento ergo *Hiere. 12.* homo, quia cinis es, &c. Quid ergo facies, vt te à tanta fœditate liberes? Vnge caput tuũ, agnoſce culpas tuas, fatere peccata, cinerem ſuper caput tuũ aſperge, ſignificans te proprium caput reliquiſſe, à quo gratia, charitate, & vnguẽtis precioſiſsimis vngebaris, & aſſumpſiſſe diabolũ pro capite, qui te cœnulentũ ac terrenũ fecit, atq; tali conſideratione cor tuũ crema tanti mali pœnitudine ac dolore. Sic enim & auis, quæ dicitur Phœnix, ſeipſam viuã cremãdo in ſuis cinerib⁹ regeneratur & naſcitur. Si tu intùs te cineribus cremaueris, conſiderando quid in corpore, quid in anima ſis: ſic dolore ac amore ardẽs, nouus filius Dei iterũ regeneratus apparebis. Vnde Hiere. 6. di- *Hiere.6.* citur: Filia populi mei accingere cilicio, cõſpergere cinere, luctum vnigeniti fac tibi, planctum amarũ. Vide ad quid deueneris. Nam cinis vltima reſolutio eſt, ad quã peruenit res quæ cõburitur. Vide te per peccatum factũ inferni titionẽ, cinerem in quo æternus ille inferni ignis cõſeruetur. Luctũ vnigeniti fac tibi. Non quomodocunq; debet peccatũ fleri, ſed planctu magno, qualis in vnigeniti morte fieri ſolet, quem omnes pariter deflẽt, patres, ſerui, maiores, ac minores pullatis veſtib⁹ ac luctuoſis induuntur; immò & parietes ipſi nigris pannis cooperiuntur, omnes ſe miſeros clamãt, orphanos ac deſertos dicũt, vtpotè illo quẽ vt

parentē venerari debebant orbatos, omnia lachrymis, ſingultibus, ac ſuſpirijs cōplentur. Miſerrima anima, atq; miſeranda, quæ Deum mortaliter offendiſti, æternitatum primogenituram, ac ius quod ad cœleſtia Regna habebas, ſimul cū gratia amiſiſti, quòd pro lenticularum edulio, velut alter profanus Eſau vendidiſti, propter vmbram fugacis ac perituri gaudij, hæc omnia ſpreuiſti? Quomodò tot mala plāgere debes, niſi ſecundū menſurā damni, quod incurriſti? Pullatis ac luctuoſis induere veſtibus, immò & hic luctus nouus ac extraordinarius ſit; cilicio & ſacco pro lucto induere, cinerem ſuper caput tuū aſperge: luctuoſa incedat anima tua, curua, atq; mœrore confecta ſuper multitudinē peccatorum ſuorū. Potentiæ eius etiam luctuoſæ ſint, defleāt, ſuſpirent, gemitibus aëra quatiant; maximè voluntas, quæ ſuum amorē amiſit; deinde intellectus, qui ſuum perdidit theſaurum; poſtremò memoria, quando tanti mali recordata fuerit, & recordetur ſæpè, nec obliuioni tantū damnum tradat. Parietes etiam nigris operiantur pannis, corpus, ſcilicet, quod velut paries occludit animā, non ſit huius luct⁹ expers, quod particeps in culpa fuit. Lachrymentur oculi, ſuſpiria viſcera emittant, cor palpitet ac gemat, ſingultus reſonet pectus, peccata ſua cōfiteatur lingua, nec vlla potētia aut ſenſus ab hoc plāctu declinet. Planctū amarum faciat cor, & ſciat quàm malū & amarū ſit dereliquiſſe Dñm: amara quippè anima eſt, quæ ſine Deo eſt, qui ſolus dulcedo eius eſt. Verūtamen ſcito iniquitatē tuam, quòd in Deum præuaricata ſis. Attende quid D. Amb. doceat peccatorē agere: Interrumpendus (inquit) eſt ſomnus gemitibus, ſequeſtrandus orationibus, interpellandus ſuſpirijs, euigilare debet peccator, vt peccata defleat, & lachrymis ſtratum ſuum rigare non ceſſet. Quid dicā tibi ignaue peccator, & fortè nimium fidus, qui tā citò lachrymas abſtergis, peccata obliuiſceris, atq; vnius diei ieiunium nimis aſperū tibi videtur pro tot peccatis cōmiſsis? Si preciosam gemmā perdidiſti, etiam poſtquā recuperaſti eam, adhûc per ſpatium tēporis illa mentis inquietudo durat; & Deum tuū ſuper omnes theſauros deſyderabiliorem perdidiſti, cur tam citò quieſcis, etiam ſi putes te iam recuperaſſe illum? Etiam poſt pœnitentiā & confeſsionem debēt lachrymę perdurare & ſuſpiria. De propitiato peccato noli eſſe ſine metu.

Geneſ.25. *Eccle.2.* *D. Amb.* *Pſal.6.* *Simile.* *Eccleſ.5.*

Sic enim & Petrus, & Magdalena per totā vitam fleuerunt peccata ſua: nam & Petrus ſulcos in maxillis cōtraxerat, quas lachrymarū fluxus ſignauerat: Si quis capite dānatus eſſet, & alius quiſpiam illum è morte eriperet, hac cōditione vt per aliquot dies in monte aliquo delitesceret, & ille renueret conditionē, nè aliquem capitis dolorem generaret, ſub diu noctes tranſigendo, & potiùs ſe in Cruce ſuſpendi permitteret, q̄ tantillum illud detrimentū pati, non nè irrideres, inſanum ac fatuū reputando illum? Inſaniorem ac furore ebrium te dicam meliùs, ô peccator, qui æternam potiùs eligis ſubire pœnā, quàm ieiuniū vnius Dei pati, aut eleemoſynā, vel orationem pro delictis tuis offerre. Vnde & Iob dicit: Qui timet pruinā irruet ſuper eum nix, *Por huyr del relampago dar en el rayo.* Sed vngamus cinere capita, vt ſic ſerpentis caput euaneſcat, & conuertantur in fauillam & cinerē, & concedat nobis Deus quod per Eſai. pollicitus eſt, dicens: Dabo eis coronam pro cinere, pallium laudis pro luctu, oleum gaudij pro ſpiritu mœroris; & ſic ad gaudia æterna peruenire mereamur, Amen.

Simile. *Iob.6.* *Eſai.61.*

Sed quoniā ſcio plures eſſe, qui magis appetant ea quæ ad conciones habēdas ad populum conducunt, q̄ alia quæ ad literalem intelligentiā conferant, cùm tamē iſta multo maiori labore cōparentur; ideò etiamſi plura iam circa hoc Euāgeliū diximus, alia etiam addere libet, vt eorū eſuriem ſatiem, qui hæc tanta auiditate concupiſcunt. Nolite theſaurizare (ait Dñs Chriſtus) vobis theſauros in terra; vbi erugo, &c. & vbi fures effodiunt & furātur. Bona tēporalia maximè rapinę ſubiacent: quoniā omnia temporalia rapina dicuntur, quod elegātiſsimè docet D. Tho. ſuper illud Iob. 17. Prædam pollicetur ſocijs, vbi dicit, q̄ per rapinā intelliguntur bona tēporalia omnia, quæ in ſimilitudinē rapinæ poſsidētur. Nam cùm tēporalia omnia, tam inſufficiētia ac egena ſint, vt pluribus ſatisfacere nō poſsint, neceſſariū eſt, vt iſte qui ea poſsidet, ab alio ſurripiat, & q̄ vt iſte ſit diues alius in paupertate viuat: ſunt enim bona hęc reſpectu hominū, ſicut duo cū vno calceo, quē ſi iſte illo calciatur, alius debet diſcalciatus incedere. Sic ſi iſte bona temporalia poſsidet, alius illis carere debet; & ſi iſte ſaciatus cibo, alius illos eſuriat: & ſic de alijs. Et hoc propter eorum inſufficientiam, qui omnibus non poſſunt abundare. Vnde ſi iſte ea habet, ab alio ſurripit, ſiue per violentiā & iniuſtitiam, ſiue per obitū iſtius. Vitam finijt pater tuus, & tu ab illo quaſi rapis bona quæ dimittit, cras moriēris tu, & filius tuus à te ſurripiet bona tua. Obeat diem ſuū Epiſcopus, vt Papa eius rapiat ſpolia; Rex ſubditorū bona ſurripiat, & ipſi in ſeipſos prædam exerceant: quoniam omnes ſimul tam egena bona nequeunt poſsidere, ad quod fortè alludens Italus ſuo idiomate rē familiarē vocat (roba) quaſi à rapiendo ſic dicta ſit. Quapropter theſaurizate vobis theſauros in cœlo, &c. vbi fures non effodiunt nec furātur: quoniam bona cœleſtia omnibus ſufficiūt, nec ideò quia hic ea poſſidet, alius eis carere debet; immò communia bona ſunt, & in communi poſsidentur, quæ propter eorum ſufficientiam & abundantiam, omnibus ſufficiunt & abundant. *Vbi enim theſaurus tuus, ibi & cor tuum.* Et quia nos theſaurū noſtrū habemus in cœlo, ibi debet eſſe cor noſtrū. Plato hominem, inuerſam arborem dicebat eſſe: quoniam ſi eius compoſitionem conſideres, videbis in eo figurā quandam arboris eſſe; quippè qui & truncū habeat & venas, quibus alimentū ſuggit, quēadmodum & arbor. Eſt tamē arbor inuerſa, quia radices habet ſuprā, nempè in capite; ramos autem, quæ ſunt mēbra, habet inferiùs. Arbor quia radices habet ſubtus terram, ab ea alitur & cibatur: homo verò qui radices habet ſuper terrā, & verſus cęlū ab illo alimēta ſuggere debet, quare ad cœlū aperire debet os ſuū, intentiones ac deſyderia; vnde ei omnia bona ſua prouenire debēt. Quocircà & Dauid dicebat: Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Et alibi: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Nam in phraſi Hebræa leuare oculos ad aliquē, eſt fateri quòd ab eo alitur, vt eſt illud Oſeæ: Peccata populi mei comedunt Sacerdotes, & ad iniquitatem leuabunt animam ſuam, hoc eſt, de peccatis populi volēt ſuſtentari. Quare alia litera habet: Et de peccatis ſuſtentabuntur: quoniam homines oblationes faciebāt pro ſuis peccatis. Igitur leuare debemus oculos noſtros in cœlum: quoniam ab illo alimur & potamur. Quare alibi, & Dauid dicebat: Ad te Dñe leuaui animam meam: ibi enim ſunt noſtræ radices, à quibus alimenta ſuggimus. Hoc enim eſt miraculum huius ciuitatis Hieruſalē terreſtris (vt & ſuprà inſinuauimus) quoniā eſt ædificium inuerſum; habet enim fundamenta

Alia moralitas. *D. Thom. ſuper Iob. 17.* *Pſal. 120.* *Pſal. 122.* *Oſea. 4.* *Pſal. 24.*

ſurſum, cùm tamen ædificium ſit ſubtùs. Fundamētum huius Eccleſię, Chriſtus Dñs eſt, ſecundū illud Paul. Fundamentū aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitū eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus: hoc autem fundamentum in cœlis eſt in dextera Dei ſedens, cùm tamen Eccleſia, quæ ſuper illum fundata eſt, in terris viuat. Hoc tamē ſuauiſſimo ac ſapientiſsimo ordine diſpoſitū eſt, vt Aug. docet ſuper Pſalm. 29. vbi ait: Quod in ædificijs, ibi eſt fundamentū, vbi ędificij pondus inclinat: quoniam à fundamēto ſuſtentatur ædificium: & cùm quælibet res ſuum pondus ac inclinationē habeat, vt ad ſuum centrum feratur; fit vt quia ædificia terrena rebus grauibus conſtant, nempè lapidibus, ac pōderoſis lignis, quæ ſubtùs ſua grauitate feruntur, opus eſt vt infra ſe fundamenta habeant, quibus innitātur nè ſuo pondere decidāt. Cæterùm, ſi daretur aliquod ædificium, quod rebus leuibus cōſtaret; vt ſi v.g. eſſet igneū, cuius inclinatio eſt ſuprà volare, illic deberet habere fundamētum, vbi pondus ſuæ naturæ inclinat illud: aliàs ſi illic vbi fertur nō habet fundamentum cui fulciatur, verſus illam partem corruet. Huius almæ ædificium Eccleſiæ virtutibus Chriſtianis conſtat, nempè Fide, Spe, & Charitate: quę ſuo pondere ſurſum tendunt: Fides quippè deſyderat clarè videre, quod modò obſcurè credit, hoc autē in Patria habebit: Charitas etiam Deū ſuper omnia diligit, qui ſuper omnes cœlos ſubleuatur: Spes etiam illûc volat vbi ſcit eſſe ſuam ſubſtantiam; cùm ergo ſurſum tendat hoc ædificium, illic & debet habere ſuum fundamentum, quo innitatur ac permaneat. Et verè ita eſt, quòd ad dexterā Dei eſt Chriſtus, huius ciuitatis fundamētum, huius arboris radix, vt dicere poſsimus Chriſtiani, cōuerſatio noſtra in cœlis eſt. Et alibi: Vita veſtra abſcōdita eſt cum Chriſto in gloria. Quare quæ ſurſum ſunt debemus quærere ac ſapere, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedēs. Et quoniā theſaurus noſter radix ac fundamentū eſt ſurſum: ſurſum etiā debemus habere corda, vt Eccleſia quotidie nos admonet, Theſaurizate vobis in cœlo. Securior erit theſaurus tuus in cœlo quàm in terra: quoniā ibi cuſtos eſt Deus, hic verò homo. Pluit Dñs manna filijs Iſraël, & illud quod homines ſeruabāt putreſcebat, & vermibus protinuus ſcatebat, ſi in alterū diem ſeruaretur; ſed quod præcepit Dñs ſeruari in arca ſua, poſitū in vrna multis permāſit ſeculis.

1. Cor. 3. *D. Aug. ſuper Pſal. 29.* *Simile.* *Philip. 3.* *Coloſ. 3.* *Exod. 16.*

culis. Sic ſi in Deo operũ tuorũ theſauros recondis, in æternũ conſeruabuntur: ſi autem hominibus eos credis, & propter illos operaris, mox conputreſcent & peribunt.
2. Timo. 1. Vnde Paul. dicebat: Scio quia potens eſt depoſitum meũ ſeruare in illũ diem. Quapropter ſubdit Dñs, dicens: *Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totũ corpus tuũ tenebroſum erit. Si ergo lumen quod in te eſt, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt?* Apud Græcos ſolũmodo dicitur, lucerna corporis eſt oculus, abſq; pronomine Tui, & Tuus, quòd ad elegantiam potiùs quàm ad aliquã mutationẽ ſententiæ pertinet. Methaphoricus ſermo eſt, loquens de viſu corporali, etiam ſi aliqui id negent, exiſtimantes de oculo mentis loqui hîc Dñm, propterea, quòd dicit, Oculus ſimplex, & nequam, quod nõ videtur poſſe dici de oculo corporali. Sed hæc ratio non conuincit, quoniam etiam oculus ab omni puritate mundatus, dicitur purus, qui ſi lippitudine commacularetur, diceretur malus, vt legũt Græci. Licèt poſſet dici Euangeliſtam conſultò his terminis vſum fuiſſe, quæ potiùs oculo mẽtis quàm corporis accommodantur, vt inſinuaret trãſitum eſſe faciendũ ad ſpirituales oculos. Nam in corpore videmus, quòd oculus fungatur officio lucernę, quæ in domo cùm tenebræ ſunt, oſtendit, quò veſtigia imprimere debeamus: ſic oculus cætera omnia membra illuminat, vt videant quò actus ſuos dirigãt. Quòd ſi oculus limpidus ac clarus eſt, melius hoc officium exercebit quàm ſi lippitudine aliqua obſcuratus ſit, vel omninò luce ſit priuatus. Sic in anima philoſophari licebit, intelligẽdo per oculũ,
D. Chryſ. vel mentem, vt Chryſ. vel intentionem, vt
D. Aug. Auguſt. intelligit. Nam ſi mens abſq; terrenis impuritatibus fuerit, rectè totum hominem illuminabit ad opera virtutis exequẽda: quòd ſi terrenis cupiditatibus immixta fuerit, non ita clarè quæ recta ſunt, videbit, ſed tenebris terrenorũ affectuũ bona opera offuſcabit; & ſic hæc ſentẽtia cum antecedentibus coniungitur. Docuerat enim Dñs vt in omnibus operibus noſtris, non ad terrena ſed ad cœleſtia reſpiceremus: & nè in terris noſtros reconderemus theſauros, doctrinam hac ſimilitudine confirmat. Quoniam ea opera, quæ ob terrenam cupiditatem fiunt, ad quã reſpicit mens, tenebroſa ſunt ſicut terra ipſa, quæ ſecundum ſe claritate caret; ſi autem mens ab his cupiditatibus ſit libera, clara ac cœleſtia reddet opera noſtra, ſicut oculus clarus rectè illuminat membra, quod non ita benè exequitur offuſcatus. Quòd ſi per oculũ cum Aug. intelligas intentionem, ſi ea recta fuerit, rectas & faciet ſemitas tuas: quòd ſi ad aliud quam ad Deum flecteris eam, etiam ſemitæ tortuoſæ erunt: recta enim vel mala intentio bonas vel malas facit operationes noſtras. Si ergo fuerit purã ac ſimplex, non niſi vnum attendens, nempè Deum, tota congeries etiam operũ noſtrorum erit lucida. Si autẽ eam terrenis reſpectibus miſcueris, iam tenebroſa reddet opera tua, ſicut & ipſa tenebris offuſcata eſt. Cùm ergo Chriſtus Dñs docuerit nos, vt opera noſtra ſimpliciter propter Deũ faciamus, tã eleemoſynas quàm orationem, & ieiunia: rectè ſubinfert, hoc eſſe neceſſarium vt opera noſtra ſint digna diuino conſpectu, aliàs tanquàm offuſcata tenebris nõ ea aſpiciet puriſsimus oculus Dei, ſecundum illud Pro-
Abach. 1 phetę: Mundi ſunt oculi tui, ad iniquitatem reſpicere non poſſunt. Sed aduertendum, quòd hîc dicitur, *Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit*, non debere ſic intelligi, quaſi nihil erroris aut peccati ſit in eo, qui mentem habet purã, ſed quod nihil horum ſit dominaturum ei, & abſorbendum ſit à prædominante luce quicquid adhûc remanet tenebrarum, ratione cuius
Epheſ. 15. Epheſijs ſcribens Paul. dicit cap. 15. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Dño. Sed vt hæc dicta melius intelligantur, Nota, quòd ſecũdum Platonẽ ocu-
Plato. lus videns, qui dirigit opera omnium membrorum corporis, & oſtendit, componitur ex igne claro & tunicis perſpicuis circumpoſitis, per quas egreditur radius luminis interioris, & incidit in res viſas: quoniam ignis clarus, & calidus, caliditate ſua tenet oculum nè rigeſcat, & ſic efficiatur immobilis. Debet autem eſſe purus & impermixtus, nè efficiatur vmbroſus: quoniam vmbra ex permixtione aliorum humorum cauſatur, & offuſcat oculum: claritate autẽ multiplicat lumen, & benè oſtendit id ſuper quod cadit, & vt iſta facere poſsit, interius cuſtoditur. Igitur ſi per oculũ intelligatur mens, vt vult Chryſ. qui ſpiritũ facit oculũ dextrũ: lumen quo mens animæ potentias ac corporis actus illuminat, erit fides per dilectionẽ operãs, quæ ſicut ignis clarus & purus ſe habet, quod lumẽ illuminare habet ex

Simile. ex fide, ex calore charitatis habet mobilitatẽ & vſum. Nam ſicut organa ſenſuũ deſtituta calore naturali, rigeſcũt, & immobilia efficiũtur, & oculi obtenebrãtur ex cõtractione tunicarũ, per quas lumẽ illud igneũ egrediebat; ita etiã refrigeſcente charitate congelatur cor, & rigeſcunt vires, atq; immobiles ad opera meritoria efficiuntur, immò defectus charitatis cõtrahit viſum cordis, vt nõ ita rectè lumine fidei vtatur, vt in peccatoribus cernimus, quorum via tene-
Eccleſ. 43. broſa dicitur. Vnde Eccleſ. 43. dicitur: Frigidus ventus aquilo flabit, & gelabitur chriſtallus ab aqua. Intelligendo autẽ per oculum intẽtionem (vt vult Auguſt. qui dicit, quòd intentio eſt volũtas cum fine) aduertendum eſt, quòd eſt intentio præſtituens finem, & eſt intentio tendens ipſo opere
Simile. in finem: ſicut & quærenti viam qua pergere debet ad Patriam, dupliciter oſtenditur ei, vel digito demonſtrando, & nõ illũ comitando in via, vel pergens cum eo ipſo actu oſtendit viam. Et primo modo ratio præſtituens & indicans finẽ dicitur intentio. Secundo modo dicitur voluntas, quaſi pergens per affectũ in finem. Huius autem intentionis vſus eſt ſicut lucernæ, quæ dirigit greſſus, & oſtẽdit quo ſit eundum, ſicut
Prou. 20. dicitur Prouer. 20. Non extinguetur in no-
Luc. 12. cte lucerna eius. Et Lucæ. 12. Lucernæ ardentes in manib⁹ veſtris, hoc eſt, opera veſtra illuminata recta intentione finis. Cæterum lumen quod hanc intentionẽ illuminare debet, eſt etiam lumen fidei, quæ illuminat intentionem, & digito oſtendit quo pergere debet. Id enim poſcebat Dauid
Pſal. 12. Pſal. 12. dicens: Illumina oculos meos, &c.
Epheſ. 1. Et Epheſ. 1. Paul. deprecabatur pro ſuis clientulis, vt Deus daret illis illuminatos oculos cordis. Nam antequam ſit fides in corde, non niſi nihil videt, hoc eſt, ea quæ ſunt materia peccatorũ, vt de Paulo pecca-
Act. 9. tore Act. 9. dicit: Apertis oculis nihil videbat. Sed poſtquã inſtructus eſt de fide, audiuit ab Anania: Dominus miſit me Ieſus, qui apparuit tibi in via qua veniebas, vt videas & implearis Spiritu ſancto. Imò quidam ſancti addunt ad hoc lumen contemplationis, quo amplius oculus illuminetur,
2. Cor. 4. de quo 2. Cor. 4. dicitur: Deus qui dixit, de tenebris lumen ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris, ad illuminationẽ ſcientiæ charitatis Dei. Sic autẽ illuminata ratio, & purificata per fidem, quæ per dilectionem
Act. 15. operatur, de qua Act. 15. dixit Petrus: Fide purificãs corda eorũ, ratio quidem ſcit quo pergendum eſt, & verum præſtitit finem noſtris operibus, & voluntas calore charitatis accẽſa, ſciens & prudens hæc opera exercet. Igitur dicit Chriſtus: Lucerna corporis tui eſt oculus tuus, hoc eſt, intẽtio tua: nihil enim magis noſtrum eſt quàm intentio, & ideò dicit, Oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex, hoc eſt, ſi intẽtionis oculus fuerit adunatus ad vnum verũ finem omnium operum noſtrorum. Nam ſi vis oculi nõ ſit adunata, ſed ſpãrſa, nunquam ſecũdum naturam rectè & benè videt oculus, ſed dirigit in diuerſa, & confundit opera, ita quod homo neſciat quò vadat, vt patet in illis qui toruos habent oculos, hûc, illûcq; eos circunferentes: nunquam enim recta via pergunt, ſed hûc, illûcq; declinant: quoniam lumen eorum in diuerſa diſpergitur. Quare
Cant. 4. in Cantic. c. 4. dicitur: Vulneraſti cor meũ ſoror mea, in vno oculorum tuorum: In vno dicit, in vna intentione, qua reſpicis vnum
Cantic. 1. Deum. Et Cant. 1. Oculi tui columbarum, quæ ſimpliciſsima animalia ſunt. Propter
Matth. 20 quod nos admonet Chriſtus, vt ſimus prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Simplex autẽ intentio eſt, quando ſolùm cœleſtia reſpicit, nec motum habet ad inferiora & mũdanam retributionẽ: tunc enim duplicata intentio eſt, quare tales inconſtantes ſunt, nec in vno perma-
Iacob. 1. nent, vt Iacob. dicit: Vir duplex animo in-
Geneſ. 29. conſtãs eſt in omnibus ſuis: quia ad diuerſa reſpicit; ſicut & vxor Loth, quia torſit oculos retrorſum ad Sodomã, cùm recta intentione deberet pergere ad mõtem, verſa eſt in ſtatuã ſalis. Et Luc. 9. dicit Chriſtus Dñs:
Luc. 9. Nemo mittens manũ ſuam ad aratrum, & reſpiciẽs retrò aptus eſt Regno Dei. Quare de viro apoſtata dicitur Prou. 6. Quod annuit oculis: quia intentionẽ in diuerſa torquet, nõ vnum verũ bonum, ſed plura fictitia intendens. Igitur, ſi oculus tuus fuerit
Prouer. 6. ſimplex, totũ corpus tuũ lucidũ erit: quoniam, tunc opera tua à luce eliciuntur, & luce veſtiuntur, & luce dirigũtur, & terminantur ad lucem. Eliciuntur à luce, quia ab intellectu fide illuminato procedunt, ſimul cum voluntate eodem lumine ac calore accenſa: veſtiuntur autem à luce, quia opera hac intẽtione facta formã & habitũ induũt
Rom. 13. virtutis. Virtutes autẽ Paul. vocat arma lucis. Dirigũtur à luce: quia ab intellectu rectè illuminato, & à voluntate benè affecta dirigũtur. Terminantur ad lucẽ. quia æter-

næ luci per intentionem coniunguntur, & tunc totum corpus tuum, hoc eſt, vniuerſa congeries operum tuorũ lucida erit: vt verum ſit quod Prouer. 4. dicitur: Semita iuſti quaſi lux ſplẽdens procedit, & creſcit vſq; ad perfectum diem. Et tales. Dani. cap. 12. comparat ſtellis fulgentibus in æternitates perpetuas. *Si autem nequam fuerit.* Nequam dicitur ille, qui nequit plus in malo; immò plùs vult mali quàm poteſt, ſicut oculus liuidi ſemper reſpicit ad nocumentum. Vnde Eccleſ. 31. dicitur: Memento, quia malus eſt nequam oculus. Nequius oculo quid creatum eſt? Hoc eſt, praua intentione, quę omnia opera nequiſsima reddit. Et Matth. 20. An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? De quib⁹. 2. Pet. 2. dicitur: Oculos habent plenos adulterij, & inceſſabilis delicti: adulteri enim oculus, vero animæ ſponſo cõtempto alium reſpicit, nempè mundũ & eius præmia. Si ergo hic oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebroſum erit, hoc eſt, vniuerſa congeries operum tuorum mala erit: nam tunc opera tua elicientur à tenebris, veſtientur tenebris, ſtant in tenebris, & diriguntur ad tenebras æternas. Eliciuntur enim à praua intentione, qua veſtiuntur opera, & à qua denominantur: vt qui furatur vt mœchetur, potiùs eſt mœchus, quàm fur: quoniam ab intẽtione talis nominatur. Quare à Paulo vocãtur opera tenebrarum, & in ea fiunt, ac ſtant, atq; ad tenebras exteriores diriguntur, in quibus tandem propter talia opera detrudendus eſt, vt dicitur Matth. 22. Proijcite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium. *Si ergo lumen quod in te eſt, tenebræ ſunt: ipſæ tenebræ quantæ erunt?* Corpus noſtrum ex ſe tenebroſum ac obſcurum eſt: eſt enim corpus opacum, lucis incapax, vt terra, ſi lumẽ aliquod habet ex mẽte ac anima ei prouenire debet; ſi autem hoc lumen tenebræ ſunt, quia mens & intentio praua ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt? quoniam omnia erunt tunc tenebræ, tam corpus quàm anima. Erũt enim veluti tenebræ Ægypti tam denſæ, vt palpari queant, ſicut dicitur Eſai. 10. & Eccleſ. 21. Via impiorum complantata lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ: nam & ſi corpus in ſe tenebroſum eſt, tamen & illuſtratur ſi luminoſa eſt intentio, vt dicitur Mich. 7. Cùm ſedero in tenebris, Dominus lux mea eſt. Et Pſal. 138. Nox ſicut dies illuminabitur. Et Eſai. 58. Orietur in tenebris lux tua, & tenèbræ tuæ erunt ſicut meridies, &c. Caſsianus in collatione. 2. Abbatis Moyſi explicat hanc ſententiam de diſcretione, quã B. Antonius protulit in illa collatione virtutem eſſe maximè neceſſariam ad proſequutionem virtutis. Eſt enim veluti oculus, qui tam corporis, quàm animæ actiones moderare ac illuminare debet, nè in nimietatem, vel paruitatem animus declinet, ſed media procedat via. Vnde Saul, & Achab propter indiſcretionem errauerũt, hic parcens Regi Syriæ, ille Regi Amalech. Et illud Paul. Epheſ. 4. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtrã, explicat de diſcretione quam vocat Solem, qui illuſtrare debet omnes actiones noſtras. Nam Eccleſ. 32. dicitur: Fili, ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebit. Et Prouer. 24. Cum ſapientia ædificabitur domus, & prudentia roborabitur. *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum ſuſtinebit, & alterum contemnet. Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ.* Poterat quis ſic intelligere prædicta: Iubemur theſaurizare in cœlo. Benè. Sic faciam: ſed theſaurizabo etiam in terra, vtrobiq; theſauros accumulabo, & propterea non incurram damna tenebrarum. Sed vt hãc fallaciam excludat Dominus dicit: Nemo poteſt duobus dominis ſeruire; aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, &c. In cõmuni loquitur & generaliter; eſt enim hoc veluti prouerbiale quoddam dictum, quod vulgò circunferebatur, & loquitur de cõtrarijs dominis diuerſa iubentibus; nec enim ad contraria poteſt quis ſimul accurrere. *Non poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ.* Quæ dictio Chaldaica eſt, ſignificans diuitias, vel dæmonẽ, quem pro Deo colebant diuitiarum. Vbi aduertẽdum eſt, quòd tota hæc doctrina vſq; in finem huius capitis, eſt veluti quædam lectio, aut documentum Chriſtianæ philoſophiæ, qua Magiſter noſter Chriſtus nos docet, quo pacto poſsimus trãſire per bona tẽporalia, vt non amittamus æterna. Vult vos diuites certiores facere, atq; fallaciam hãc detegere, qua ipſi decepti detinemini. Impoſsibile eſt vos Deo ſimul & pecuniæ ſeruire poſſe: quoniã Dñi ſunt inter ſe diſsidentes ac contrarij. Eſt quidẽ homo vnus, cor eius indiuiſibile eſt; quomodo ergo diuidere illud poterit, atq; in diuerſos diſpertire amores, inter ſe auerſos, & cõtrarios, niſi quatenus vnus ad alterũ ordinat. Et ſicut nõ poteſt vnũ atq; idẽ membrũ duobus corporib⁹ miniſtrare, ſic nec vnus homo duobus dñis ſeruire. Et ſicut nec bos vnus ſub duob⁹ iugis arare poteſt, ita nec vnus homo ſub poteſtate ac iugo duorum dominorum ſtare valet, ſi diſsidentes inter ſe ſint. Vnde Paulus dicebat: Non poteſtis participes eſſe menſę Dei, & dæmoniorum. Ac ſi diceret noſtro vulgari. *No podeis tirar dos gajes, ò ſueldo de Dios, y del demonio, que es comer pan a dos meſas.* Hoc eſt quod Propheta Helias populo illi inconſtanti dicebat, qui modò Deo, modò Baal ſeruiebat. Vſquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus ipſe eſt Deus, ſequimini illum: ſi autem Baal, ſequimini eum. Qui vtroque pede claudicat, videtur in duas ſe vertere partes, & modò verſus dexteram paſſus tendere, modò verſus ſiniſtram declinare: & quod ad vtramque partem genu flexiones ac reuerentias faciat. Hoc ergo eſt, quod vehementer reprehendit Deus, nunc in Dei ſeruitio veſtigia figere, & mox in diaboli obſequium alios paſſus deambulare. *Dar vn paſſo en ſeruicio de Dios, y otro luego en ſeruicio del demonio.* In templum venis vt reuerentiam exhibeas Deo, & cùm è tẽplo exis aliam diabolo ac mundo præbes: nam mox ad mundi negotia, ad dolos traheris, hoc quidem claudicare in vtrãq; partem eſt. Hoc eſt, quod Pharao poſcebat à populo Dei, vt ſacrificaret Domino in Ægypto, quod tamen non permiſit Moyſes: quoniam impoſsibile eſt in tenebris, ac ſeruitutẽ huius ſæculi, Dei obſequio mancipari. Exeundum eſt ab Ægypto, vt Deo noſtro ſacrificemus. Liber à peccati ſeruitute debet eſſe qui Deo ſeruire ſtudet; ſecundum illud Paul. Nunc autem liberati à peccato ſerui autem facti iuſtitiæ, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem: quoniam tũc erunt accepta ac ſancta opera, ac ſacrificia noſtra. In cuius ſignum cùm Philiſtęi captam duxiſſent arcam Dei, & in templo Dagon eam collocaſſent, cùm altera die ad tẽplum veniſſent, inuenerunt Idolum Dagon ſubtus arcam iacens. Vbi inſinuatur nobis quòd Deus non ſecum diabolum aut peccatum poteſt ferre: quoniam non benè conueniunt, nec in vna ſede moratur Deus & diabolus. Quæ enim conuentio eſt Dei ad Beliał? Nam vt in prouerbio vulgari dicitur: *Dios y el diablo no caben en vn ſacco.* Si ſemel Deum in templo animæ tuæ ſuſcepiſti, & arcam teſtamenti eius, hoc eſt, legem ſuam in tuo corde erexiſti, neceſſe eſt vt corruat Dagon ante eum, cæteræ leges ac Domini ſubtus illum debent eſſe: aliàs arcam Dei prophanaſti, eam cum idolis tuis parem faciendo. Quid enim tibi proderit ſi vnum opus hominis Chriſtiani exerces, cùm plures actiones pagani ſimiles facias? Corruat Idolum Dagon, & Deus ſolus in te dominetur. Nemo enim poteſt duobus dominis ſeruire. Dualis numer⁹ apud Pythagoricos malè audiebat, & tanquam infamis reputabatur: quoniam numerus binarius eſt principium diuiſionis: diuiſio autẽ diſtantię cauſa eſt, & contrarietatis ratio: ſic enim contraria diffiniuntur. Contraria ſunt, quæ maximè diſtant: Quare cùm Chriſtus dicit: Nemo poteſt duobus dominis ſeruire, contrarietatem inter eos videtur ſignificare, quam dualis numerus efficit. Qui enim Regi (ſub lege tamen Dei) ſeruit, non duobus dominis mancipatur, ſed vni: ſicut qui Duci obedit, aut Proconſuli, in rebus tamen quas iubet Imperator, Imperatori potius obſequitur cuius miniſter eſt Proconſul aut Dux: nam vbi vnum propter aliud, ibi vnũ tantum eſt. Chriſtus autem hic, Duobus dicit inter ſe diſſentientibus, ac contrarijs, qui inter ſe nullatenùs conuenire ſolent, quales ſunt Deus & diabolus: De⁹, & mũdus: De⁹, & diuitiæ. Igitur cor in tam contrarios dominos diuiſum nullo modo ferre poteſt Deus, ſed dicit aduerſus illud cum Propheta: Diuiſum eſt cor eorum modò interibũt. Et illud Eccleſ. 2. Væ duplici corde, labijs ſceleratis, & peccatori terram ingredienti duabus vijs, *Cara de dos haces*, qui Deo ſimul ac mundo placere contẽdit, cùm tamẽ Paulus dicat: Si adhuc hominibus placerem Chriſti ſeruus non eſſem. Duabus vijs (ait) cùm tamen vnum ſit iter ad cœlum, nempe obſeruatio mandatorum Dei, obſequi legibus mundi, carnis ac pecuniæ, quæ maximè legi Dei aduerſantur, & ſimul legi Dei, impoſsibile eſt. Vnde Dominus in Apocalypſi dicit: Vtinam frigidus eſſes, aut calidus: ſed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Tepidus medius eſt inter frigidum, & calidum, vnde vtrumque in ſe includit extremum. Sic impiorum cor diuiditur, & in diuerſa diſpertitur: contendit enim ſimul cum Chriſto ſuis etiam cupiditatibus deſeruire, aliquaque opera hominis Chriſtiani exercet, & multo plura pagani, vt diximus, ſacris intereſt, ſanctas audit cõciones, ſacramenta Eccleſiæ communicat, nihil

Prouer. 4. — Dani. 12. — Eccleſ. 31. — Matth. 20 — 2. Pet. 2. — Rom. 13. — Matth. 22 — Eſai. 10. — Eccleſ. 21. — Mich. 7. — Pſal. 138. — Eſai. 58. — Caſsian. — Epheſ. 4. — Eccleſ. 32. — Prouer. 24 — Moralitas ſeu cõcio. — Simile. — 1. Cor. 10. — 3. Reg. 18. — Simile. — Exod. 8. — Roma. 6. — 2. Cor. 6.

Galat. 1. — Apoca. 3. — Oſea. 10. — Eccleſ. 2.

nihil autem ſuarum cupiditatum amittit, vanitatis vindictæ, & quicquid alterius generis peccatorum eſt non abnuit. Pater (dicet aliquis) ego ſum frater confraternitatis Roſarij, & nominis Ieſu, omneſque indulgẽtias conſequi procuro: tot vicibus in anni circulo confeſsionis ſacramenta, & Euchariſtiæ, recipio: eleemoſynas nonnullas confero. Benè habet, non abnuo hoc frater mi, tamen ſi cum hoc iniuſta lucra ſectaris, odia ac uindictas ſeruas, aliaque quamplurima peccata cõmittis, quid totum illud tibi proderit? Vtinã frigidus eſſes aut calidus: quoniam ſi non es vndequaque bonus ac perfectus, ſi tamen in alio vitiorum extremo verſareris facilius ad meliorem frugem te verteres, hac enim ratione tepidum hic deteſtatur Deus. Peccator quippe qui ſe omni opere deſtitutum agnoſcit, & in extremis vitiorum ſe cernit collocatum, totis nititur viribus, cunctasque difficultates vincit, vt ſe ad aliud extremum virtutis, à quo ſe tam diſtantem videt, conuertat. Tepidus tamen cùm ante oculos ponit opuſcula illa bona quæ ſibi videtur facere, illis ſibi placet, atq; eis exiſtimat Deum placatum habere, quare ad maiora non contendit, ſed in talia opera oculos inijciẽs, miſerias alias, quas habet in mente non cernit, & ideò illa emendare non curat. Non poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ, hoc eſt, diuitiarum Deo. Hũc Dominum ſpecialiter nominat Chriſtus: quoniam inter cætera vitia nullũ inuenies, quod plus animum diſtrahat, atq; ad alia officia peragenda magis occupatum teneat. Auarus quippe nec Dei nec ſui ipſius recordatur, immò & omnia vitia in illam velut in compendio quodam malorum incluſa inuenies, iuxta illam Paul. ſententiam. Radix omnium malorum eſt cupiditas. Quaſi radix enim ac mater omnia vitia ſuſtentat, vt ſupra explicatum dedimus. Nullus tyrannus Dominus ſeuerior reperitur quam pecunia, qui totum hominem ſubdit ſibi, nec ei alterius curę locum vllum dimittit, immo nec alia vitia ſecum patitur auaritia, ſed ſibi ſoli totum hominem vult, & tanquam rivalia cętera omnia vitia abijcit. Auarus quippe nec aleator eſt, nec guloſus, immò & fruſtis panis ab heri & nudiuſtertius relictis alitur: nec luſui audet pecunias tantum à ſe dilectas committere: immo nec mulieroſus eſt, ne ſumptus faciat, & etiam quoniã auaritia totum ſuum animum vniuerſoſque appetitus occupat, vt nec mulieres nec aliud quippiam, præter pecuniam ſuam diligat. Certè pecunia talem hodie potentatum in hominibus exercet, vt & ipſos dominos qui ipſam poſsident, in vilia ſibi mancipia conuerterit. Non vos pecuniæ domini eſtis, ô diuites, ſed ipſa vobis rigido dominatur imperio. Vnde Seneca epiſtol. 137. docet, quod auarus non aliter debet dici tenere pecuniã niſi eo modo quo dicitur hominem tenere podagram, vel febrem: quia potiùs podagra vel febris tenent eum ligatum ac impeditum, ſic pecunia potius tenet diuitem pedibus, ac manibus quaſi compedibus conſtrictum: quoniam nec ei dat copiam ſumptus faciendi, vbi oportet, aut quando oportet, immò nec quando neceſſarium eſt, nec pedem mouere ſinit niſi ob ſui obſequium: quoniam auarus omnia agit propter lucrũ. Vnde de illo dicitur Iob. 21. Non ſunt bona eius in manu illius: quoniam non eſt in poteſtate ſua illa expendere, nec enim illis vtitur, aut ad cibum, aut ad delicias, vel ſaltem ad lucrandos cum illis amicos, ſed potius ad acquirendum inimicos. Habet quippe pecunia miniſtros ſuos, ac ſeruos, qui illi in diuerſis miniſterijs ad nutum parent: aliqui enim ſunt eius cuſtodes à theſauris, *Guardaropas y teſoreros ſuyos*. Iam illas centies numerant, atque ab hac camera in illud triclinium trãſferunt, & ab hac arca in illam mutant: iam nouas ac firmiores ſeras illis addunt, nouas conflant claues, vt ſecurior à furibus ſit. Sicut quidam Romanus Imperator qui habebat horas in die ad hoc deputatas, vt pecunias ab vna in aliam partem transferret. Et ſenex ille auarus quem Plautus depingit, qui ollam plenam auro habebat, & nunquã cum illa quieſcebat. Alij factores ſunt pecuniæ, atque in hoc miniſterio ei deſeruiunt, multiplicantes illam, atque accumulantes, & addentes alteram crumenam arcę, & plura ſcuta alteri crumenæ. Alij ſunt debellatores pecuniæ, qui eas pleno aggredi nituntur agmine. Hi ſunt vſurarij, ſimoniaci, & alij qui omnem violantes iuſtitiam, pecuniam vndique corradunt, qui Reges veluti circumeunt, & quaſi vi quadam ac fame eorũ prouentus rapiunt: nam cùm vrget neceſsitas, vſurarij contractibus, ac cãbijs eos atq; publicos ærarios expilant. Sunt etiam debellatores pecuniæ, qui Oceanum tranſmeantes mare, æquinoctialem lineã & torridam zonam, atque vtrumque polum peragrarunt, vt aurum & argentum, ſiue iure, ſiue iniuria, ab alienigenis raperent. Alij

1. Tim. 6.

Seneca. Epiſt. 137.

Iob. 21.

Plautus.

ſunt

ſunt veluti milites manipularij pecuniæ, qui in præſidio eius ſunt, & quaſi Prætorianæ cohortes, qui optimè pecunias conſeruant, magnis armati rationibus, ne vel vnũ nummũ alicui, vel commodatum præſtent. Ecce quibus ſit ſtipata ſatellitibus, præſidijs, atque miniſtris hæc omnium regina pecunia. *Ideo dico vobis, ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis, nec corpori veſtro quid induamini.* Animam pro vita ſumit ſecundũ phraſim Scripturæ, vel ſumitur anima pro ea parte, qua animat corpus. Non enim hoc officium exercere poteſt, nec in corpore permanere ſine cibo. Sed obſerua quòd Dominus hic non prohibet curam quam debemus gerere pro alenda vita, cùm præcepto naturali ab ipſo authore naturæ nobis impoſito ad id obligemur: ſed prohibetur hic anxia ac nimia ſolicitudo. Eſt enim quædã ſolicitudo quæ pertinet ad prudentiam, & prouidentiam humanam: nec enim homo deſidia atque negligentia debet dimittere bona ſua perditum iri, ſed ea debet & iuſtè acquirere, & diligenter conſeruare, atq; prudenter, ea quæ recta domus gubernatio petit, prouidere. Eſt autem alia cura ac ſolicitudo quæ nimis anxium animum reddit, & quaſi coarctata, quę conſtringit illum, ne in aliam curam præter illam feratur, & hanc prohibet Chriſtus in hoc loco. Hæc enim ſolicitudo, quædam pars eſt ſeruituti diuitiarum, quam paulò ante vetauit. Vnde D. Hieron. in hoc loco dicit: Et quia in ſudore præparamus nobis panem, labor exercendus eſt, ſolicitudo tollenda. Aduertendum quippe eſt, quòd cùm animal ſuffocatur, aër ille qui aſcendere debebat ad reſpirationis officium per os faciendum, detinetur & coarctatur, quoniam occluſæ ſunt arcteriæ, ac viæ per quas aſcendere deberet aër: & ideò animal quod reſpiratione viuit ſuffocatur & perit. Sic anima quæ reſpiratione ad diuina, vita ſpiritali viuit, cùm his rebus nimis anxiatur & coarctatur, detinet ſpiritũ, qui aſcendere debebat ſuprà, ac aſtringit fortiter in his terrenis curis, occludẽdo vias hoc eſt, dies, horas, ac momenta omnia in eis occupando, ita vt non poſsit anima hac vti reſpiratione ad diuina, & ideo ſtrangulatur ac perit. Nec enim tempus ſibi ſuppetit aut memoria, vel vnum ſuſpirium ad Deũ emittendum, vel animam aliquantulum ad Deum eleuandam. Vnde Chriſtus Dominus dicebat, quòd ſolicitudo vitæ præſentis, ac diuitiarum ſuffocat verbum, & ſine fructu efficitur. Et Paul. ad Timot. ait: Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationẽ, & in laqueum diaboli. Laqueum vocat hãc nimiam curam ac ſolicitudinem terrenorũ: quoniam per illam, quaſi per laqueum ſtrãgulatur anima, vnde & Iudæ hęc cupiditas laqueus quo ſe ſuſpendit, fuit. Quare ſecundum 70. animal formiculoſum, immundum erat ad ſacrificium. Quod exponẽs Iſichius antiquiſsimus author ſuper Leuit. ait: Formiculoſum hominem, aut animal illud eſſe, quod formicas ex ſe gignit, aut ad ſe trahit. Per hos autem ſignificantur homines temporalium rerum nimis cupidi, qui formicas in hac ſolicitudine imitantur. Nullum animal tanta ſolicitudine, ac labore ſuum victum quærit ac formica. Nonne conſideras illas in ſuis foueis ſeipſas præocupare congregantes in meſſe quod comedant? Viam enim ad ſuam foueam videbis nigram eſſe, intrant foueã iſtæ, exeunt illæ, onuſtæ aliæ, aliæ vacuæ: iam grana, iam vermes, iam paleas, iam neſcio quid vehunt: totiſque viribus conantur, ea in foueam introducere: iã quælibet per ſe aliquid portat: iam multæ ſimul mutuo ſe adiuuant, cùm ſingulę aliquid portare non poſſunt, nec ceſſant, nec quietas illas vllo momento perſpicis. Sic homini cupido euenit. Mille curæ illũ hùc illùc trahunt. *Es vn perpetuo hormiguero de cuydados.* Diuerſæ illum cogitationes vexãt, iam illum tritici cura angit, iam vini, iam olei, iam pecuniæ: quid faciet de tritico, quid de vino, quo pacto carius illa vendere valeat, ſi in nundina ſeat, ſi locare agros expediat, quomodo conſeruet quæ acquiſiuit, quo pacto acquirat quæ ſibi deeſſe conſiderat. Ecce onuſtas curas, ecce ſimul & vacuas, nec labore ceſſat, nec ſatiantur oculi eius diuitijs. Diues ille auarus, qui copioſas fruges acceperat, anxius ac ſolicitus erat, vbi eas recondere poſſet, ne corrumperentur ac perirent. Ecce formicas onuſtas: quoniam multa res familiaris eum affligebat, & anxietate quadam oppreſſus dicebat: Quid faciam? Quæ vox anguſti animi eſt. Ille verò villicus à quo Dominus auferebat villicationem, ſine qua in egeſtate fuiſſet, anxius etiam dicebat: Quid faciam? quia Dominus meus aufert à me villicationem? Ecce formicas vacuas. O miſeram animam: quæ his nigris curis tetra ac deformis efficeris, tantaque opprimeris ſolicitudine, vt nequaquam ad Deum reſpirare valeas! quam immunda ad ſacrificium offerendum Deo efficeris! Miſe

D. Hiero.

Simile.

Luc. 8.

1. Timo 6

Iſichius.

Simile.

Luc. 12.

Luc. 16.

randa

randa res certè animam cernere, tot inutili buscuris diſtentã atque præpeditã, quæ tamen maiora ſuper ſe negotia habet, qualia ſunt quæ ad æternam ſalutem conferunt.

quid non mortalia pectora cogis,
Auri ſacra fames?

Sacram famen vocat pecuniæ cupiditatem: quoniam veluti ſacrata facta eſt, ad viros ecclesiaſticos ac Deo conſecratos ſe conferẽs:
Hier. 6. nam à Sacerdote vſque ad Leuitam omnes auaritiæ ſtudent, ait Dominus: Nulli enim ſtatui aut conditioni, hæc labes parcere nouit: quare rectè dicebat Romanus ille, ideo Deæ pecuniarum non oportere facere tẽplum, quoniam vnuſquiſque in corde ſuo
Philip. 2. illi templum ædificabat. Audi potius Paul. dicentem: Dominus propè eſt, nihil ſoliciti ſitis, ſed in omni oratione & obſecratione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum. Ac ſi diceret: Nullam oportet gerere anxiã ſolicitudinem pro qualibet re: quia Dominus propè eſt ſua prouidentia, vt omnibus adſit, illi petitiones veſtras offerte: quoniam
1. Pet. 5. illi cura eſt de vobis, & ideò omnem ſolicitudinem veſtram in illum proijcite (ait Petrus) *Deſalde a el el cargo. Nonne anima plus eſt quam eſca, & corpus pluſquam veſtimentũ?* Argumentum hoc eſt à maiori ad minus, ac ſi diceret: Nonne plus fuit animam ex nihilo creare, & corpus ex puluere cõdere, quãmodo ea alimentis cibare, & veſtimentis induere? Qui ergo maiora dedit, cur non præſtabit & minora? Cœcitas incredibilis eſt exiſtimare, quod qui animæ tuæ cœleſtia regna daturus eſt, in his minimis ille deeſſe velit: & qui panem integrum præſtat, micas ac fruſta negare debeat. *Aſpicite volatilia cœli: quoniã nec ſerũt, necmet ũt, nec congregant in horrea, & Pater veſter cœleſtis paſcit illa. Nõne vos magis pluris eſtis illis?* Hoc argumẽtum eſt à minori. Si enim volatilia cœli, quæ minima ſunt, Deus ſic paſcit, quomodo nõ magis homines, qui ad imaginem eius ſumus? Vnde conſultò dicit: *Pater veſter*, nam cum non ſit pater auium, ſed dumtaxat Dominus hanc curam ac prouidentiam erga eas habet, quanto maiorem erga proprios filios habebit? Immò ideò curam eorum habet, quia nobis neceſſariæ ſunt, & propter nos eas
Simile. conſeruat, quanto magis nos, iuxta regulã topicam: Propter quod vnum quodque tale & illud magis? Veluti pater, qui circa ſeruulos filiorum ſuorum eſt prouidus, rectè inde colligitur quod melius erit erga liberos. Inter omnia autem animalia de auibus mentionem facit: quoniam & minora ſunt alijs, & pręterea non adeò alimenti cupida, ſed in cantu ac Dei laudibus potius exercẽtur: vt doceat nos potius quærere ea, quæ ad Dei laudem, & honorem attinent, confidẽtes quòd Deus de alijs prouidebit nobis. Sed aduerte non eſſe ſic intelligendum hoc verbum Chriſti, quòd vellet nos prohibere cultum terræ, ne ſeramus eam, vt perperam multi arbitrati ſunt. Immò ipſe hominĩ præcepit, vt in ſudore vultus ſui veſceretur pane ſuo, ſed proportionabiliter intelligendum eſt. Nam auibus ea ſolicitudo, qua naturæ inſtinctu inſtigãtur ad quęrendum victum, ſufficit ad hoc quod Deus paſcat illas: ſic & nobis ea ſatis erit, quæ hominibus cõſueta eſt, abſq; hoc quod nimis anxij ſimus, & ſuperfluas curas ac inquietudines habeamus. Proſcinde aratro terram, manda ei ſemina, mete, & congrega in horrea, fidens in Deo, quod neceſſaria ſic facienti ſuppeditabit tibi. Et idem dico de alijs curis quæ neceſſariæ ſunt ad victum quærendum, reſecatis ſuperfluis & anxijs. *Quis autem veſtrum cogitans poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum?* Hoc optimè explicat Caieta. ſic *Caieta.*
dicens: Hæc quoque ratio cibo propria eſt, licet Auguſt. exiſtimet ad ſequentia pertinere, ſicut iterum videbimus. Latet autem quò tendat, nã poteſt dupliciter intelligi, vel quòd tendat ad idem ex motu augmenti, ſcilicet, quòd ſicut experimur, ſine noſtra ſolicitudine quantitatem fieri ſtaturæ noſtræ, quod patet ex hoc quòd nulla noſtra cogitatione aut ſolicitudine poſſumus addere ad ſtaturam noſtram cubitum vnũ, ita ſine noſtra ſolicitudine Deus qui facit noſtrum augmentum prouidebit de cibo. Vel ſecundo poteſt intelligi quòd tendat ad affectum cibi: nam ſolicitudo multorum pro cibo eſt ad propagandum vitam, timẽt enim nè deffectu cibi minuatur eorum vita. Contra quem timorem affert Ieſus rationẽ, ex effectu cibi, in naturali motu augmenti, nempe quod ſicut vana eſt omnis cogitatio humana circa effectum cibi, in motu augmenti, quoniam nullus quantuncumque cogitet, aut comedat poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum: ita vana eſt omnis ſolicitudo, circa effectum cibi in motu nutritionis: quantuncumq; enim prouideas de cibo & potu, non propterea poteris adijcere ad dies vitæ tuæ vnicum annum. Quãquam autem nec palmum nec digitum homo ſtaturæ ſuæ addere poſsit: tamen cubitum

Euthim. tum dicit, eo quod propriè menſura ſaturę ſit cubitus, vt adnotauit Euthimius hic: Omnis enim homo ſuorum cubitorum quatuor habet in altitudine, quatuor in latitudine. *Sed de veſtimento quid ſoliciti eſtis? Conſiderate lilia agri quomodò creſcant, non laborant nec nent. Dico autem vobis quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnus ex iſtis.* Poſtquam ciborum ſuperfluam ſolicitudinem Dominus amputauit, nunc minimam curam de indumẽto ab animis noſtris eradicare nititur, inducens nos ad hoc, exẽplo florum ac præcipuè liliorum, qui inter flores nitidiſsimus eſt, atque quodam decore excellere alios videtur & dicit (lilia agri) vbi non ab homine coluntur, ſicut in hortis vbi multum curę omnium debetur. Floſculos igitur hos abſque humano cultu & ſolicitudine Deus ſic veſtit, quanto magis homines, quos Deus ſpeciali prouidentia procurat? *Amẽ dico vobis quia nec Salomon, in omni gloria ſua, &c.* Adducit Salomonis exemplum quoniam ſuper omnes Reges terræ magnificatus, in gloria ac decore diuitiarũ, atque in delicijs, & in omni eo quod concupiſcere ſolent oculi hominum, fuit. Et dicit (In omni gloria ſua) hoc eſt in toto tempore quo vixit: non enim ſemper aut iterum ſuperatus fuit ab iſtis floribus, ſed toto tempore vitæ ſuæ, nunquam tantam gloriam atque decorem adeptus eſt, quantam lilia & reli-
Hier. quæ flores habent. Nam (vt inquit Hiero.) Quid ſericum, quæ Regum purpura, quæ pictura textrium poteſt floribus comparari? Quid ita rubet vt roſa? Quid ita candet vt lilium? Violæ vero purpureæ nullo ſuperari murice: oculorum magis quam ſermonis iudicium eſt. Quoniam (vt Chriſ. habet) quantùm diſtat à veritate mendacium, tantùm illorum amictus, & horum florum diſcrimen interiacet. Sed obſeruandum quod hœc liliorum cum gloria Salomonis comparatio, non ſolùm valet ad adimendam veſtimentorum ſolicitudinem, ſed etiam ad comprimendam hominum in veſtitus elegantia ſuperbiam. Quid enim in ea ſuperbit homo, cùm à viliſsimis floribus longè in decore ſuperãtur? A quibus etiam & Salomon, in omni gloria ſua ſuperatus eſt? Dicit autem: *Non laborant, nec nent*, quoniam nec virorum laborem, nec fœminarum ad quærendum veſtimenta aſſumunt. Et vt oſtendat vilitatẽ horum florum, qui in decore & gloria nos tantopere ſuperant, ſubdit. *Si ergo fœnũ agri quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur,* Deus ſic veſtit, quanto magis vos modicæ fidei? Quod anteà appellauit lilia, modo fœnum dicit, vt oſtendat vilitatem eorum. Et non dicit fœnum quod areſcit, ſed etiam quod tanquam res quæ pro nihilo habetur in clibanum mittitur, & hoc cras, hoc eſt, protinus vt areſcit: quoniam nec per momẽtum ad aliquid valet. *Deus ſic veſtit.* Non dicitur ſimpliciter veſtit, ſed ſic veſtit: Emphaſim enim particula (Sic) habet, hoc eſt, tanta pulchritudine ac decore veſtit. *Quanto magis vos modicæ fidei.* Puſillæ quippe fidei indicium eſt, hęc cũ tanta ſolicitudine quęrere. Increpatiua ſentẽtia eſt. Vnde in Gręco eſt dictio ſignificans, parum fidẽtes. Sed obſerua, quòd cùm dicit: Non laborant, nec nent, nõ vult prohibere ne nos laboremus: ſed vt oſtenderet, quod Deus abſq; vlla eorum ſolicitudine ea veſtiret, vt nos credamus non defuturum nobis veſtitum, etiam ſi ad illud officiũ ac miniſterium aſciti fuerimus, quod non ſinat nos pro veſtitu portando laborare aut nere, quemadmodũ qui ad euangelizandum vocatur. *Nolite ergo ſoliciti eſſe dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt.* In his verbis oſtendit nobis Chriſtus Dominus, quod de anxia cura loquitur. Anxij quippe ac ſtricti animi eſt dicere: Quid manducabo aut quo operiar? Sicut & diues ille, qui anxia cura premebatur dicebat: Quid faciam? *Hæc enim omnia gẽtes inquirunt.* Quoniam gentes qui de diuina prouidentia parum fidunt, non ei credentes, hac curâ diſtenduntur, nullum alium exiſtimãtes prouiſorem niſi ſeipſos, cuius erroris videmur participes effici, ſi tanta anxietate temporalia quæramus. Et etiam quia gẽtes, qui alia bona non norunt niſi temporalia, non mirum eſt ſi circa eorum prouidentiã anxij ac ſolicici ſint. Nos autem qui alia tãto maiora ſpectamus, cur his minimis diſtendimur, incredulitatem gentium imitantes? *Scit enim Pater veſter, quia his omnibus indigetis.* Dulcis ac amoris plena ratio hæc vltima eſt. Quis enim pater ſciens filiorum ſuorum neceſsitatem, & valens ea prouidere deſinet id facere? Deus Pater noſter eſt, omnipotens eſt, quod & in Græco inſinuatur vbi additur, cœleſtis, qui omnia poteſt, ſimulque omnia ſciens. Si ergo noſter Pater eſt qui optimè noſtram indigentiam nouit, ſimulque potens ad ſubueniendum ei, cur de Patre cœleſti id ambigam quod de patre terreno dubitare non poſſum? Nam filius

filius qui optimè paternum affectum iam no uit, intelligens patrem ſuum ſua in digentiam ſcire, & poſſe eam prouidere, hac ratione abſque cura neceſſariarũ ſibi rerũ viuit. Conſultò autem loquitur de neceſſarijs, quibus pater tenetur prouidere, nam de ſuperfluis dubitare poſſumus, & ideò circa illa curam fortè adhiberemus. De neceſſarijs autem quis ambigit, quod talis pater nõ donabit ea? *Quærite ergo primùm regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.* Poſt præceptum negatiuum prohibens anxiam, ac dubiam & timidam curam, circa victum & veſtitutum, nunc adhibet præceptum affirmatiuum, quo inſtruimur quid quærendum ſit, nempe regnum Dei & iuſti
Caieta. tiam eius. Et (vt hic annotauit Caietanus) nec circa hoc dicit nos debere ſolicitos eſſe, quia nec etiam circa regnum cœlorum vult nos dubiã adhibere curam, ſed trãquillè ſecureque illud quærere, vtpote innixi fidei, ac ſpei infallibili. Primùm autem intelligit Caie. negatiuè, hoc eſt, quod nõ referatur ad ſecundum neceſſariò, ſicut cùm dicitur, primogenitus, non oportet quod ſit alius ſecundogenitus: aliàs quouſque alius naſceretur non diceretur primogenitus iſte; ſed ſufficit quod nullus ante illum ſit genitus. Vnde non intelligit hic Chriſtus, quòd primùm quæramus regnum Dei, & ſecundò neceſſariò temporalia quæramus, ſed quod nihil ante regnũ Dei quæramus, ſed in omnibus curis noſtris primum locũ obtineat.
D. Aug. Licet D. Aug. aliter hunc locum intelligat. Nempe quòd dicendo: Primùm quærite, voluerit nobis ſignificare, quid poſteriùs quærendum ſit, nimirum temporalia nobis neceſſaria. Non enim ideò dixit: Et hæc omnia adijcientur, vt ſignificaret hæc non eſſe quærenda, cùm in oratione à ſe præſcripta docuerit hæc à Deo quærere: ſed vt ſignificaret his qui primum regnum Dei quærũt temporalia veluti ſecundaria quædam bona obuentura à Deo, & præcipuè eorum deſiderio acceſſura, tanquam quædam neceſſaria. Ex quibus duabus ſententijs hos duos ſenſus ego colligo. Vt intelligatur primùm, hoc eſt, ante omnia, & tempore & dignitate. Hæc enim cura regni Dei primùm debet occupare animum hominis Chriſtiani, cum à ſomno mane ſurgit, ſecundum illud Pſalm. 5. Quoniam ad te orabo Domine, mane exaudies vocem meam, mane aſtabo
Pſal. 5. tibi & videbo. Et Prouerb. 8. Qui mane vigilauerint ad me, inuenient me. Nam (vt ait
Prouer. 8. Ambroſius ſuper Pſalm. 118. in illum verſum: Præuenerunt oculi mei ad te diluco- *D. Amb. ſuper Pſal. 118.*
lò) pudor eſt ſi radius ſolis in ſtratu ocioſum te inueniat, & lux clara feriat oculos ſomnolentos, adhùc torpore depreſſos. Arguit nos tanti temporis ſpacium, ſi ne vllius deuotionis munere, ac ſpiritualis ſacrificij oblatione feriata nocte trãſmiſsum. An neſcis, ô homo, quod primitias tui cordis ac vocis, quotidie Deo debeas? Quotidiana tibi meſſis, quotidianus eſt fructus. Occurre ergo à ſolis ortu, vt te oriens inueniat iam paratũ, ne lumina tua madido ſopore adhuc mergentia primus diei fulgor exagitet. Et infrà dicit: Præueni orando & meditando hunc ſolem quem vides, vt illuceſcat tibi Chriſtus. Si hunc ſolem præueneris, antequam iſte ſurgat accipies Chriſtum illuminantẽ. Diuide ſaltem Deo & ſæculo tempora tua, vel quando non potes agere, in publico quę ſunt iſtius mundi, & tenebræ prohibent nocti, Deo vaca, indulge orationibus, & ne obdormiſcas, pſallito, ſomnum tuum bona fraude fraudato: manè feſtina ad Eccleſiam defer primitias pij voti, & poſtea ſi vacat ſæcularis neceſsitas non excluderis dicere. Præuenerunt oculi mei manè meditare verba tua, & ſic ſecurus procedis ad tuos actus. Hactenus Ambroſ. Vnde & religioſis hoc munus iniunctum eſt, ſaltem illis qui à ſanctis Patribus hos mores antiquos receperunt, quos refert Diuus Auguſtin. libr. 1. de *D. Aug. libr. 1. de moribus Eccleſiæ.*
moribus Eccleſiæ. De quo videndus eſt verſus iſte à nobis expoſitus ſuper eũdem Pſal. fol. 579. Igitur primùm quære regnum Dei: quoniam hæc debet eſſe prima occupatio tua, quæ alias omnes præoccupet: nam & de hac diuina Sapientia dicitur, quod prę occupat qui ſe concupiſcunt, vt illis ſe prior *Sap. 6.*
oſtendat. Secundò, ſecundum Auguſtinum *D. Aug.*
intelligitur (primũ) hoc eſt, præcipuè, & ante omnia, non tempore ſed dignitate: vt intelligat Chriſti fidelis, ſe nullum aliud tam grande gerere negotium quantum eſt conſecutio regni Dei, & hoc ſolum eſſe ſuum negotium quod nullum patiatur ocium, immo nec aliud negotiũ q̃ huic aliquod impedimẽtũ prębeat. Quare ego vehemẽter iraſcor, cũ homines Chriſtianos audio dicentes ſe ocioſos viuere, nullũq; habere negotium quo ſe impediãt, & ideo quærere cõfabulationes, vel ludos, vel forte alia min⁹ eis cõuenientia: cũ tũ regni cœlorũ negotiũ, in cuius aſſecutione ſua ſal⁹ atq; fœlicitas ſita eſt, illis incũbat, qd̃ oĩa alia longe ſuperat negotia.

Nam

Nã hoc aſſecuto etiamſi omnia tẽporalia ſibi perierint, nihil ſibi deeſt, nihilque ſe perdidiſſe arbitrari debet, quod ſi alia omnia bona habuerit, ſibique ſæcularia negotia fœliciter euenerint, ſi regnum cœlorum amiſerit, nihil lucratus eſt, omniaque ſibi deeſſe exiſtimet. Quid enim prodeſt homini, ſi mundum vniuerſum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? Nam (vt Diuus
D. Aug. in meditationibus. Auguſt. in ſuis meditationibus ait:) Qui alia omnia habet ſi te non habet, nihil exiſtimet ſe habere: qui vero te habet etiamſi cætera non habeat, nihil ſibi deeſſe putandum eſt. Vnde Dominus ad Martham di-
Luc. 10. xit: Porrò vnum eſt neceſſarium. Quoniam vnum tantum negotium debet exiſtimare Chriſtianus ſe habere, & hoc eſt acquirere regnum cœlorum, cætera omnia huic colla
Prouer. 2. ta, quaſi nihil deſpicere debet. Vnde & Sapiens dicit: Si quæſieris eam quaſi pecuniã, & ſicut theſaurum effoderis eam, tunc intelliges timorem Domini, & ſcientiam Dei inuenies. Hoc eſt, ſi regnum cœlorum ſuper omnia alia appetieris, ea auiditate qua auarus quærit pecuniam, vel qua qui theſaurũ reperit fodit, vt inueniat illum: quoniam vterque id tanta cura agit, ac ſi nullũ aliud negotium haberet. Tunc intelliges quodnã ſit negotium hominis Chriſtiani, & quæ ſit ſcientia qua Deus ſuos inſtruit amicos, nẽpè hæc qua quæritur, & acquiritur regnum cœlorum. Quærite ergo primùm regnum Dei, hoc eſt, præcipuè & ante omnia, & iuſtitiam eius. Caie. hoc relatiuum, eius, refert
Caieta. ad regnum Dei: debemus enim quærere iuſtitiam regni cœlorum, qua amplificetur, & honoretur regnum Dei: iuſtitiam autem regni cœlorum vocat omnia illa, quæ eius amplificationi & conſecutioni debentur, ac ſi diceret. Omnia illa procurate, quæ ad hoc
Ianſenius negotium neceſſaria ſunt. Ianſenius tamen relatiuum, eius, refert ad genitiuũ, Dei, hoc eſt, iuſtitiam Dei: nam per illam meremur regnum cœlorum, cum nobis per fidem & charitatem applicatur. Sed tamen mihi videtur in eundẽ vtrumq; incidere ſenſum; cùm iuſtitia regni cœlorum ea ſit, quæ ad eius conſecutionem requiritur: hęc autem eſt iuſtitia noſtrorum operum, quæ innititur iuſtitiæ Chriſti Dei. *Et hæc omnia adijcientur vobis.* Non dixit, quærite tempora-
Aug. lia (ait Augu.) ne duos fines putaremus nobis cõſtitutos, & propter ſe appetẽdos, nempe & regnum Dei, & hæc neceſſaria temporalia. Adijcientur vobis (ait) quoniam nõ ſupputabuntur ad mercedem, ſed ſupra mercedem adijcientur vobis. Sed de hoc iterũ conſeſtim dicemus: Obſerua cum Chryſoſ. *Chryſoſt. Simile.*
in Imperfecto, quod in hac ſententia ſegerit Chriſtus Dominus, tanquam medicus quidam prudens, qui poſtquam damna quæ aduerſantur ſaluti alicuius cibi, verbi gratia, recenſuit, protinus remedia *la recepta*, contra illa adhibet, vt abſque nocumento ſumãtur. V. G. Dicit tibi medicus, quod aqua nocua eſt infirmo, quoniã in frigiditate, ac ruditate ſua oppillationes in diſtemperato ſubiecto gignit. Quid ergo? Nunquid non bibere debet æger? Ita bibat. Tamen conſeſtim contra hæc damna ſcribit in papyro medicinam, & dicit, quod coquatur aqua aniſo, ſiue glycirrhyza, & ſic lenietur cruditas, ac in digeſtio illa; & non nocebit infirmo. Sic Chriſtus Dominus cum dixiſſet diuitias maximè nocuas eſſe, & impoſsibile eſſe, vt ſimul illis, atque Deo obſequeremur, protinus medicamentum adhibet dicens: Quærite primùm regnum Dei, &c. Ac ſi diceret: Recipe hoc remedium ne quæras eas maxima cura: ſed hanc adhibe circa regnũ Dei: temporalia verò tanquam bona quædam acceſſoria, ac multo minus neceſſaria procura. Item Paul. dicit. Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum dia *1. Timo. 6.*
boli. Sunt veluti flegmata diuitiæ, quæ animam ſuffocant & occludunt vias, quibus anima reſpiret ad Deum: ſed ſi eas aquis calidis miſericordiæ coquas diſpertiendo, & dando pauperibus, medicinales potius quã morbidæ tibi erunt. Item Dominus dicit: *Matth. 19*
Impoſsibile eſt diuitem intrare regnũ Dei. Quid ergo? Omnes diuites, in æternum peribunt? abſit. Sed ſi miſericordiam eis adhibueris non peribis. Miſericordia quippe tantæ virtutis eſt, vt impoſsibile poſsibile reddat: nam per illam delinitur cruditas illa quam pecuniæ amor effecerat. Similiter diximus auari animam immundam eſſe, eo quod curæ temporariæ eam formiculoſam fecerunt, ac curis nimijs denigrarunt. Quid ergo faciendum? Hanc curam rerum temporalium transferre ad ſpiritualia. (Ait quippe Chryſoſto.) Quod ſi hoc ipſe Chriſtianos ſuadere poſſet ſufficeret ſibi, vt lętus vi *Chryſoſt.*
tam ageret, nempe vt ea cura dũtaxat qua temporalia procurant, appeterent, & æterna: cùm tamen maioris ponderis ſint. Vnde Sapiens ſecundum. 70. in Prouer. ſic dicit: *Prouer. 6.*
Vade ad formicam, ô piger, & efficere ea ſapientior, hoc eſt, ſolicitudinem illam, quam

in

in ea cernis erga cibum corporalem trãsfer ad ſpiritualem. Sapientia quippe altiſsimorum ſcientia eſt: & cum vides homines rerum temporalium cupidos tanta cupiditate ac anxietate talia quærere, diſce talem curam ac ſolicitudinem erga cœleſtia præſtare, confundereque atque erubeſce, cum circa res minimas alios tantam curam adhibere cernas, qualem tu circa multo maiora nõ geris. Quare hanc medicinam applicat D. Gregor. circa hoc Homel. 36. de tempore dicens: Si ergo cuncta mundi relinquere nõ poteſtis: ſic tenete, nè teneamini: ſic poſſidete, nè poſſideamini: ſit res temporalis in vſu, ſit æterna in deſiderio: ſit res temporalis in itinere, deſideretur æterna in peruẽtione.

Grego. homel. 36. de tempore.

Sed quoniam hoc Euangelium in vna Dominicarum poſt Penthecoſtem legitur, alia quæ circa illud præmeditatus ſum ſcribam. Hoc autem erit breuiter addendo aliqua, quæ ad ornatum, vel ad amplificationem eorum quæ modò diximus conducere poſſint. *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire*: quoniam nulla linea recta ad duo puncta, in eãdem partem terminatur: Sic qui rectè vult pergere ad Deum, non poteſt ſimul ad duorum dominorum ſeruitium terminari, maximè ſi dominia ſint contraria, qualia ſunt Dei & diaboli: Vnde & Eſaias dicit: Coanguſtatum eſt ſtratum, ita vt alter decidat: & pallium breue vtrumque opperire nõ poterit. Et. 4. Reg. 17. Reprehenduntur gentes quæ incolebant Samariam: quoniã erãt timentes Deum: & nihilominus i dolis ſeruientes. Et Sopho. 1. dicitur: Diſperdam eos qui iurant in Domino, & iurant in Melchõ. *Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ.* Hoc eſt diuitiarum dæmonio, vt aliqui putant, de quo Theoquis antiquiſsimus Poeta dixit:

Alia moralitas.
Simile.
Eſai. 28.
4. Reg. 17
Sopho. 1.
Theoquis.

Non fruſtrà te Plute colunt ò maximè Diuũ.

Sed dices, quomodo ſeruire quis poteſt diabolo, qui nullum omnino dominium habere poteſt? Quia non habet vnde ſuperponatur, ſed potius ſupponatur omnibus: quoniã ſuus caſus fuit à recto intellectu, & Deiformi, in prauum & diſsimilem Deo, qui eſt Dominus dominantium? Sed dicitur, quòd ex eo quòd homo ei per peccatum ſubijcitur, nullum tamen acquirit ipſe ius, aut ſuperioritatem, vel altitudinem: quoniam ſubiectio illa eſt in vilibus, quæ potius deprimunt actorem, quam eleuent. Sicut ſi diceretur, quod ſubijceret ſe aliquis purgatori latrinarum, à quibus immundior exit, quam intrauerat: quoniam in talibus licèt ille, qui ſe ſubijcit vilificetur, ille tamen qui ſe ſubdit non ob hoc exaltatur, ſed deprimitur potiùs. Sed cum inter vilia viliſsimum ſit peccatum, ſubdens ſe diabolo in peccatis, nihil dominij confert diabolo. Vnde licèt homo ſeruus ſit diaboli & peccati, non tamen diabolus eſt dominus, nec peccatum eſt dominus peccatoris, niſi forſam largo & improprio modo ſic dicatur. Ità Albertus Magnus hic: Etſi inſtes, quod Dominus hic vocatur, cùm duo domini nominentur. Reſpondetur hoc dominium potius eſt boni commutabilis, per quod nos diabolus tentat, & nõ ipſius diabolivel peccati: nã ideò nõ hic nominat diabolum vel peccatum Chriſtus, ſed diuitias, quæ inter precioſiora bona cõmutabilia ac temporalia computantur: quoniã talia bona ad minus ſecũdũ hìc & nunc habent vnde ſuperponantur: Vnde illis potius ſubijcitur peccator, quam diabolo aut peccato. *Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget.* Deus in quantum eſt principium omnium rerum nullo modo poteſt odio haberi: omnia enim ſuum diligũt principium, & ad illud conuertuntur: ſed tanquam iudex, aut inflictor pœnarum poteſt odio abominationis haberi: Deteſtor enim ego ea, quæ meæ aduerſantur voluptati (vt docet D. Thom. 2. 2. q. 54.) Vnde Pſal. 73. dicitur: Superbia eorum qui te oderũt (hoc eſt, iuſtitiam, & iudicium tuum deteſtãtur) aſcendit ſemper. Lucas legit, aut vni adhærebit. Deo adhærere nobis bonũ eſt, ſm̃ illud Pſal. Mihi autẽ adhærere Deo bonũ eſt. Diabolo autem quis adhærere poterit? Nã Empedocles dicit, quod odium & lis ſunt cauſa ſeparationis, & diuiſionis, & pugnæ: Diabolus autẽ & inimicus & calumniator noſter eſt, qui per odiũ nobiſcũ litigare nõ ceſſat.

D. Thom. 2. 2. q. 34.
Pſal. 73.
Luc. 16.
Pſal. 72.
Empedo.

Ideò dico vobis, nè ſoliciti ſitis, &c. Sed quæritur de qua ſolicitudine hic loquatur Dominus: nam non omnis ſolicitudo vituperatur, cùm Luc. 10. legamus Martham ſolicitam eſſe & turbatam erga plurima. Quæ ſolicitudo conſtat quod erat circa cibum & potum. Et ad Galat. 2. dicit Paulus: Qui videbantur columnæ eſſe dexteras dederunt mihi, & Barnabæ ſocietatis, vt nos in Gentes, ipſi verò in circuncifionem, tantùm vt pauperum memores eſſemus, quod etiam ſolicitus fui hoc ipſum facere. Et. 1. Cor. 7. dicit: Qui habet vxorem, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. Et tamen talis ſolicitudo, non damnatur. Sed reſpondetur, quod eſt duplex ſolicitudo alia ſuffocans alia prouidentiæ. Suffocare autem ſignificat, & extinguere cum ſecunda ſyllaba corripitur, & ſtrangulare, cũ eadem ſyllaba producitur. Vnde verſus.

Luc. 10.
Galat. 2.
2. Cor. 7.

Suffocat extinguit, ſuffocat guttura ſtringit.

Solicitudo ergo illa, quæ ſuffocat verbum, de qua Dominus Luc. 7. loquitur, nempe illa quæ & ſpiritum charitatis, & deuotionis extinguit, vel quæ adeò ſtrictum cor hominis tenet, vt illum ſuſpirare ad cœleſtia nõ ſinat: hæc interdicitur hic à Chriſto. Cæterum ſolicitudo illa quæ ſpiritum vitalem non aſtringit nec operit, vt extinguat ſed potius dilatat, qualis eſt illa, quæ fit propter Deum, etiam ſi ſit temporalium rerum, vel ſuarum, vel ſibi commiſſarum, quæ cùm ordinatur ad Deum dilatatur, vt aſcendat per deuotionem & curam ſuorum ad illum, hęc minimè interdicta hic eſt. Nam & Paulus Roma. 12. dicit. Qui præeſt in ſolicitudine. Et. 1. ad Timo. 5. etiam dicit: Qui ſuorum & maximè domeſticorum curam non habet, hic fidem negauit, & eſt infideli deterior. Eſt ergo multiplex ſolicitudo: laudabilis, vituperabilis, tolerabilis, miſerabilis: quę etiã in plura membra diuiduntur, de quibus cõſule Albertum Magnum ſuper hunc locum & Beauxamin in Harmonia Euangelica ibidem. *Nonne anima plus eſt quam eſca, &c.* In rebus, quæ mole magna non ſunt, ait Auguſtinus, idem eſt maius quod melius eſſe. Conſtat autem quòd cibus eſt propter animam, vt vegetetur & conſeruetur, in corpore & veſtimentum propter corpus vt tegatur, quæ ſunt duo neceſſaria ad tranſigendam vitam hanc, ſecundum illam Pauli ſententiam. Habentes victum, & quibus tegamur: his contenti ſimus. Quare anima melior & dignior eſt quàm eſca, & corpus plus quam veſtimentum. Conſtat autem, quòd animam & corpus habemus ex dono Patris cœleſtis, ſine labore noſtro, ac ſolicitudine: ergo multo magis addet ea, quę propter animã & corp⁹ creauit. Hoc autẽ optimè explicuit mater illa ſancta Machabeorum lib. 2. c. 7. cùm dicit: Neſcio qualiter in vtero meo apparuiſtis: Nec enim ego ipſa ſpiritum vobis donaui, & animam, & vitam, nec ſingulorum membra ego ipſa compegi, ſed mundi Creator, qui formauit hominis natiuitatem, quiq; omniũ inuenit originẽ. Igitur qui hæc dedit, & ſcit quòd ſine victu & veſtitu eſſe non poſſunt, & omnia propter hominẽ creauit, adijciet & ſua largitate uictum & veſtitum, ſine noſtra ſolicitudine.

Luc. 7.
Roma. 12.
1. ad. Ti. 5
Alber.
Beauxa.
1. Tim. 6.
2. Mach. 7

Reſpicite volatilia cœli, &c. Quærit quare ſumit potiùs ſimilitudinẽ à volatilibus cœli. Et præter eas, quas ſuprà cõmemorauim⁹, accipe alias rationes ex Alber. Vna quidẽ eſt, quoniã altiliũ cib⁹ ſparſus ac diuiſus eſt in multa loca, & magis incertus, quã cibus aliorũ animaliũ. Quare & natura cõceſsit eis, & alas ad volãdũ, & pedes ad ambulãdũ: vt ve loci motu vitæ cibũ, qui in diuerſa ac diſtantia loca ſparſus eſt, acquirãt: & cum illa quę eſcam diſperſam habent ſint ſine ſolicitudine, quãto magis nos, qui propè domũ, & multoties in ipſa domo noſtrã eſcã habem⁹. Secũdò quoniã nulla animalia min⁹ theſauri zãt, & cõſeruãt, quã aues: quoniã greſsibilia ſuos cõdunt theſauros, vt patet de formica & mõtano mure, & natatilibus & alijs quæ habẽt antra, ſed volatilia omninò ſunt ſine ſolicitudine. Quare de ſolicitudine tollẽda melior, & proprior ab eis ſumit̃ ſimilitudo. Tertia ratio eſt, Ambr. & eſt moralis: quia per altitudinẽ volatus magis volatilia ſpiritualibus & cõtẽplatiuis viris aſsimilãtur, ſe cũdũ illud Pſal. 54. Quis dabit mihi pẽnas ſicut colũbæ, & volabo & requieſcã? *Quanto magis vos, &c.* Emphatica hæc videt loquutio: Vos qui in natura eſtis ad Dei Patris imaginẽ, & in cuſtodia cõmiſsi Angelis, qui cuſtodiãt vos, in omnib⁹ vijs veſtris, & in præordinatione prædeſtinationis prędordinati ad vitã æternam. *Scit enim Pater veſter, quia his omnibus indigetis.* Pſalmiſta dicit. Impfectũ meũ viderũt oculi tui. Si ergo Deus noſtras indigẽtias nouit, abſq; dubio ſubueniet eis, ſi ſuę adhæream⁹ volũtati: nã filius prodigus extra domũ patris ſui indigebat & famevalida cruciabat, cũ in patris ędib⁹, & panib⁹, & veſtimẽtis abũdaret. Quęrite ergo primũ regnum Dei, hoc eſt, id qd̃ primò & principaliter vobis cõuenit, tãq̃ filijs tãti patris, vt digna tali filiatione quęratis. Velquęre primũ, hoc eſt, in primis vel pri⁹, vt ſupra dixim⁹, & hic ſenſ⁹ eſt magis literalis. Sed quęrit quid hic intelligat pregnũ Dei? Chryſo. dicit, p regnũ ęternũ intelligi hic retributionẽ ęternã. Sed tñ hoc eſt quo ad vltimũ finẽ intẽtionis, ſed tñ regnũ qd̃ nũc quęrẽdũ eſt, eſt illud quo De⁹ modò regnat in nobis & eſt ſenſ⁹, q̃ militãdo, p̃dicãdo, benè operãdo, inſtãterq; quęrẽdũ eſt regnũ Dei, hoc eſt q̃ De⁹ regnet cõfirmato regno in hominib⁹, ſm̃ illud Ioã. 15. Ego elegi vos, & poſui uos, vt eatis & fructũ afferatis, & fruct⁹ veſter maneat: iuſtitia aũt hui⁹ regni eſt, qua & regnũ hoc cõfirmat̃, & quæ ad regnũ ꝓpetuũ conducit. *Et hæc omnia adijcientur vobis.* Mira eſt emphaſis in verbo hoc, adijcien-

Albertus
Ambr.
Pſal. 54.
Pſa. 138.
Luc. 15.
Chryſoſt.
Ioann. 15.

tur vobis, vel apponẽtur: ſignificatur enim quòd tanquam minus principalia, & tanquam adiectitia addentur, ſupra præcipua ſpiritualia bona, ita vt illa vix dona, vel bona ſua velit cenſeri Deus, vocans ea tantũ adiectitia, vel appoſititia: nam pro nihilo ducit illa Deus, quamuis hæc appoſitio intelligi etiam poſsit ad eum modum, quo conuiuis apponuntur, vel proponuntur cibaria. Omnes enim quaſi conuiuæ ſumus Dei, & de eius vnica menſa nos omnes paſci neceſſe eſt, quemadmodum Pſalmiſta indicat dicens. Pſalm. 103. Oculi omnium in te ſperant Domine, & tu das eſcam illorum in tempore opportuno: aperis tu manũ tuam, & impleſ omne animal benedictione. Vult ergo nos non eſſe ſolicitos: quoniam diues noſter Paterfamiliàs in menſa ſua apponet nobis, quæ erunt neceſſaria: Quemadmodũ non eſt neceſſe filios patrisfamiliàs, pro victu ſolicitos, quibus opportuno tempore diſcumbentibus ad menſam cibus apponitur patris ſolicitudine. Refert Caſsianus quòd Zenobitæ illi, qui in deſertò viuebant milleni, & milleni quendam Prepoſitum habebant, qui ſemper oculos habebat fixos in eis, quid vnicuique deeſſet, ſi calcei diſſuti, aut tunica nimis inueterata, & confeſtim ea prouidebat vnicuique, ita vt nulli opus eſſet petere. Et quoniam monachi ſciebant illam prouidentiam ac curam ſuper ſe habere, nullam ſolicitudinem neceſſariorum habebant: quanto magis nos qui curam ſumi Patris, ac prouidentiam inſtantem ſuper nos habemus, deberemus ſine ſolicitudine eſſe. Hęc autẽ promiſsio cum grano ſalis eſt intelligenda, nempè quòd ſuis dabit Deus, etiam temporalia neceſſaria, ſi ſaluti animæ eorum expediens fuerit, omnia quippe quæ circa electos ſuos Dominus facit, in ſalutem eorum æternam ordinat: quare ſi ad hoc expedit eis vt ſint diuites, confert eis: ſin verò vt egeant, & etiam neceſſaria eis deſint, hoc etiam permittet Deus vt patiantur. Et ſic intelligitur illud Pſalm. Non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quęrens panem. Quoniam iuſtus etiam ſi ei temporalia neceſſaria deſint, non ſe exiſtimat derelictũ à Deo, quoniã intelligit id ſuæ ſaluti cõuenire, & ideò patiẽter ſuffert. Secũdò aduerte (ſecũdũ Caie.) quòd hęc promiſſio nõ fit omnib⁹, ſed ſolũmodo his qui tãto amore mouẽt erga Deũ, vt quærãt regnum Dei, & iuſtitiã ei⁹, & hoc primò & principaliter propter ipſum Deũ, & non propter bonũ propriũ. Hoc eſt, q̃ etiã ipſa bona ſpiritualia tatione Dei, & nõ proprij boni ratione querãtur: hoc em̃ ſignificat formaliter quærere regnũ Dei & iuſtitiã eius, taliũ em̃ maiorẽ curã habebit Deus. *Nolite ergo ſoliciti eſſe in craſtinũ, craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibi ipſi, ſufficit diei malitia ſua.* Aug. lib. 2. de ſerm. Dñi in mõte, per craſtinũ intelligit tẽporalia, eo quod craſtinus dies nõ dicatur, niſi in tempore in quo futurũ ſuccedit præterito. Ergo quod dicitur: Ne ſoliciti ſitis in craſtinũ, vel quòd ipſe legit de craſtino, eſt ſecũdũ eũ idẽ, quod non ſoliciti ſitis de tẽporalibus: ita vt cũ boni aliquid operamini, nõ tẽporalia, ſed æterna tantũ cogitetis. Quòd verò dicitur, Craſtin⁹ dies ſolicit⁹ erit ſibi ipſi: ſecũdũ eũ hunc habet ſenſum, Ipſa tẽporalia pro ſeipſis erũt ſolicita, ſcilicet, vt adſint tibi cũ illis opus erit. Et quod ſequitur, Sufficit diei malitia ſua, ſic exponit. Sufficit quod ſumere vrgebit neceſsitas. Quã ideò hic intelligit vocari malitiã quia pœnalis eſt nobis, propter peccatũ inflicta homini. Chryſ. in Imperfecto per craſtinũ intelligit, quidquid quotidianę vitæ, quę per hodie ſignificatur, eſt ſuperfluũ: ita quòd id quod dicitur: Nolite ſoliciti eſſe in craſtinũ hũc habet ſenſum. Nihil curetis ſuper id qd̃ habere vobis neceſſariũ eſt ad vitã quotidianã. Et quod ſequitur: Craſtinus em̃ dies ſolicitus erit ſibi ipſi, ſic intelligit. Superflua quãtũcũq; cõgregaueris ipſa ſe curabũt, ita vt te eis nõ fruente, ipſa inuẽtura ſint dños multos qui ea procurẽt, ſicut placuerit ipſis. Et quod ſubdit: Sufficit diei malitia ſua ſecũdũ eũ eſt, ac ſi dicat. Sufficit tibi labor & miſeria quam pãteris in vita, ꝓpter vſus quotidianos quos neceſſarios habes. Noli itaq; pro ſuperfluis laborare, ne labor quidem fiat tuus, fruitio autem alterius.

Verũ vtraq; expoſitio coactior videt, quam quę huic loco adaptari poſsit, maximè cùm idẽ D. Aug. lib. 1. retract. c. 14. Tãquã incautè hoc dictũ retractat dicẽs, ſe nõ attẽdiſſe etiã primis hominib⁹ data fuiſſe in paradyſo alimẽta, ante quã mortis pœnã peccando incurriſſent. Simplici⁹ ergo debet intelligi put verba ſonant de anxia cura futuri preſcindẽda. Poſtquã em̃ timidã, & anxiã curã, circa res neceſſarias reſecãdã docuit Dñs, nũc etiã ꝓhibet nõ neceſſariã ſolicitudinẽ circa futura: per craſtinũ em̃ diẽ oñe futurũ tẽpus intelligit, ſic em̃ frequenter ſumit in Scriptura, vt cũ ait Iaco. Cras reſpondebit mihi iuſtitia mea. Et Moyſes: Cũ interrogauerit te filius tu⁹ cras dicens. Et in lib. Ioſue dicitur. Cras filij veſtri dicent filijs noſtris.

Pſal. 103. *Simile.* *Caſsianus* *Pſal. 36.* *Aug. lib. 2. de ſerm. Dñi in mõte.* *Aug. lib. 1. retract. c. 14.* *Chryſ. in Imperfecto* *Gene. 30.* *Deut. 6.* *Ioſue. 22.*

Illa

Illa ergò cura futuri temporis hic prohibetur, quæ ſuperflua eſt, & ſecundum regulas prudentiæ non neceſſaria: aliàs quando recta ratio, atque prudentia dictant de prouidendis futuris, prouidenda ſunt: ſicut quia Ioſeph intellexit futuram famen, tunc prouidit ille ſeruans frumenta profutura egeſtate: ſicut & formica grana colligit in æſtate, pro alimento futuri hyemis, in quo nec inueniet nec ianuas exire licebit. Sic qui timet frumenti penuriam in futuro tempore & nunc congregat, nihil mali facit: hoc em̃ & recta ratio atque prudentia docent, & ſic de ſimilibus caſibus dici poterit: Nam & Chriſtus Dominus loculos pro futuris neceſsitatibus habebat: & quia in montibus ac deſertis locis frequenter cum diſcipulis ſuis degebat, vbi non erant alimenta niſi ſe cum portarent, vt pater Ioann. 6. & ne aliquando homines grauaret, ab eis neceſſaria ſibi & diſcipulis ſuis accipiendo. Tamen quando talis non occurrit ratio, vana eſt huiuſmodi afflictio & cura, maximè cùm Patrem ac prouiſorem noſtrum Chriſtum omni tempore præſentem habeamus: vt ipſe Matth. vlti. dixit: Ecce ego vobiſcũ ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationẽ ſæculi. Et Paul. ad Hebr. vltimò. dicit Ieſus Chriſtus heri & hodie, & ipſe in ſæcula. Cũ igitur Procuratorem noſtrum præſentem habeamus non oportet anguſtiari profuturis: ipſe enim eſt hodie & cras, & in ſæcula. Quare ipſe diſcipulos ſuos interrogauit dicens Luc. 22. Quando miſi vos ſine ſacculo & ſine pera, & ſine calceamentis: nunquid aliquid vobis defuit? At illi dixerunt: Nihil. Quoniam ſecum deferebant prouiſorem ſuum. Quare Chryſoſt. ait: Qui accedit ad fontem nihil ſolicitus eſt de potu, cùm præſentem habeat fontem, à quo aqua manat: ſic qui præſentem habet Deum, qui ab vniuerſali prouidentia ſic vocatur, ſtultus eſt ſi de futuris euentibus anxiè cogitat: cũ Deus omnium bonorum fons perennis ſit. Ob quod tanquam infideles reprehenduntur à Pſalmiſta Pſal. 77. qui malè loquuti ſunt de Deo dicẽtes: Nũquid potetit Deus parare menſam in deſerto? Nũquid & panẽ poterit dare, aut parare mẽſam populo ſuo? *Craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibi ipſi.* Proſopopœia figura eſt, quæ actiones animalium inanimatis tribuit: & quia nos ſolicitamur in craſtinum, illi tribuit ſolicitudinem noſtram. Vnde ſenſus eſt: Craſtinus dies afferet ſecũ ſolicitudines conuenientes ijs rebus, quę tunc occurrent. Quid ergo tu nunc præuenis eas? Vndè & Greca exemplaria habent. Craſtinus dies ſolicitus erit pro his, quæ ipſius ſunt, aut curam habebit ſui, aut curabit ſua. Si autem tu hodiernam diem oneras curis diei craſtini, veluti iniuriam ei irrogas alienis curis premendo illum, ſufficit vnicuique diei ſua cura, abſq; eo quod oneres eum curis alterius diei. Igitur cum recta ratio dictat, quòd hodiè præuenias pro futuris (vt ſupra diximus) illa cura propria eſt huius diei, cũ hodiè intelligas illam prouidẽtiam neceſſariam eſſe. Cùm autem ea quæ ſecundum prudentiam cognoueris neceſſaria prouideris, cætera quæ ignoras diuinæ prouidentiæ committe. Quæ omnia etiam ſuperuentura perluſtrat, nam tu ignoras quid ſuperuentura pariat dies. Vnde Hierony. ait: Præſentia gratè ſuſcipiamus, & futura poſt prouidentiam ordinatam Domino committamus. Eſt ergo ſenſus: Quod gratè ſuſcipientes præſentia munera Patris, & prouidentia ordinata cauentes futurorum malorum incurſus, ſolicitudinem ampliorẽ Domino, qui futura nouit, committamus. Vnde Paul. Hebr. 13. ait. Sint mores ſine auaritia contenti præſentibus, ipſe enim dixit. Non te deſeram, nec derelinquam. Quare & infert aliam rationem dicens. *Sufficit diei malitia ſua.* Malitia pro afflictione ponitur, vt fit ſæpe in Scriptura. Exod. 32. Placatus factus eſt Dominus, de malignitate quam dixit facere populo ſuo, id eſt, de pœnis ac afflictionibus, quas eis volebat infligere. Pœna enim malum quoddam eſt & vocatur: eo quod contrarium eſt naturæ bono (vt ait Auguſt. Epheſ. 5.) Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt, hoc eſt, pleni afflictionibus, & cæteris malis. Et Geneſ. 47. dixit Iacob. ad Pharaonem. Dies peregrinationis vitæ meæ parui & mali. Vult ergo dicere Dominus, quòd non debemus malitiam vnius diei, hoc eſt, afflictionẽ, cumulare alteri: quia ſufficit vnicuique diei ſua cura, velut vno verbo dicit Vatablus, labor quotidianus non eſt augendus cura futuri. Cur enim curas futuras aduocemus ad præſens; cùm nec præſentibus ſufferendis ſufficientes ſimus? Subinfert autem cũ nota illationis dicere. *Nolite ergo ſoliciti eſſe in craſtinũ*, quoniam ſimilis moris eſt curam craſtinam præuenire, & cura timida de neceſſarijs, utraque enim ex modica fide erga Dei prouidentiam procedit, & prior eſt cura de neceſſarijs ad præſens, poſteriores

Geneſ. 41 *Ioan. 12.* *Ioann. 6.* *Matth. vl.* *Hebr. vlt.* *Luc. 22.* *Chryſoſt.* *Simile.* *Pſal. 77.* *Prouer. 27.* *Hiero.* *Hebr. 13.* *Exod. 32.* *Auguſt.* *Geneſ. 47.* *Vatablus.*

terior hæc, quæ de futuro incognito cogitat. Sed aduertenda ſunt duo: alterum eſt, quòd Chriſtus Dominus tanquam verùs Pater vult nos à cura futurorum exonerare, & vt hoc onus imponamus ſuper eum,
1.Pet.5. ſuæ relinquentes ſolicitudini ac curæ, quã pro nobis gerit, ſecundum illud Petri. Omnem ſolicitudinem veſtram proijcientes in eum: quoniam ipſi cura eſt de vobis.
Pſal.55. Et illud Pſalmi: Iacta ſuper Dominum curam tuam. Alia litera habet. Volue ſuper Dominum curam tuam. *Rebuelue ſobre Dios tus cuydados, torna ſe los a el.* Secundò aduerte hoc intelligendum eſſe de cura corporalium: cura enim ſpiritualium omni tempore nos debet habere ſolicitos, hoc enim Dominus vult ſolicitos nos ambulare coram Deo noſtro (vt ait Prophe-
Mich.6. ta) Et Moyſes dixit: Cuſtodi igitur te, &
Deut.4. animam tuam ſolicitè, & Paulum quotidiana ſolicitudo omnium Eccleſiarum omni tempore premebat. Denique & Dominus
2 Cor. 11. dicit: Vigilate itaque, quia neſcitis diem neque horam.

CAP. VII.



olite iudicare, & non iudicabimini: Nolite condemnare, & non condemnabimini. Qui exactam Euãgeliſtarum intelligentiam habere deſiderat, id præoculis habere debebit, illos pauca tam dicta quã facta Chriſti Domini ſcripſiſſe, nimirum ea dumtaxat, quæ aliqualem eius vitæ atque doctrinæ nobis imaginem proponerent, qua docti ipſum imitari niteremur, & quæ illum eſſe verum Meſsiam ac Saluatorem oſtenderent. Quare nec omnia eius verba aut facta, nec ſerie temporum, aut rerum conſequentia obſeruata ea retulerunt, ſed aliquando hęc, nonnunquam illa, prout Spiritus ſanctus eis dabat, referebant. Nec enim dubium eſt, quin in hoc altiſsimo ſermone, ac prolixo fuſiùs & explicatiùs multa alia docuerat, & pleraque alio ordine, quo Euangeliſtæ conſcripſerunt: cùm doctrina hæc (vt diximus) radix ac fundamentum totius pietatis Euangelicę ſit. Quare non eſt cur animis multum defatigemur, quomodo poſteriora cum prioribus connectantur, nec ex ordine ab vno Euangeliſta ſeruato poſſumus ſemper aliorum ſcripta æſtimare. Hoc ideò dixerim, quoniam in hoc ſeptimo capite multa ab Euangeliſta, quaſi miſcellanea & diuerſarum materiarum conſcripta ſunt, quæ ſi alijs voluerimus adnectere tenebras potiùs nobis auoluemus, quàm vtilitatem aliquam erue re valeamus. Tamen aliqualem ordinem ac connexionem, ſi attentiùs contemplemur literam, inuenire poterimus. Videtur enim Ianſenio quòd hæc doctrina de non *Ianſenius* iudicando proximum continuetur cum ea, quæ capite quinto dixerat pertinens ad dilectionem eius. Quarè Lucas poſtquam retulit verba illa: Eſtote ergo miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt, protinus hæc verba ſubiungit: Nolite iudicare & nõ iudicabimini, &c. Pertinet quippè doctrina hæc ad illam, quæ ad dilectionem proximi pertinet. Itaque poſtquam Matthæus interpoſuit doctrinam Domini, de vitanda cupiditate laudis humanæ in bonis operibus hypocritis propria, & vitanda cupiditate & ſolicitudine rerum terrenarum, qua vulgus hominum ferè occupatur: reddit ad doctrinam dilectionis proximi, quam quinto capite exorſus fuerat. Vel dic tria fuiſſe Phariſæorum peccata. Primum quoniam animus eorum erat inquinatiſsimus, plenus omni dolo ac iniquitate. Secundò foras laudem humanam aucupare volebant. Tertiò contra peccantes ſeueriſsimi animaduerſores ac iudices exiſtebant. His tribus & nos plerunque obnoxij ſumus: Quantuncumq; enim mali ſimus, iuſtitiæ tamen laudem appetimus, vilipendi ægre ferimus, deinde & proni ſumus ad iudicãdum. Igitur hæc tria potiſsimùm Dominus, in hoc ſermone Mõtis impugnauit. Nam in quinto capite; animum rectificauit mundos corde beatos prędicans, ac omnium proximorum dilectionẽ commendans. In ſextò ne humanam gloriã aucuparemur edocuit. In hoc ſeptimò tertium docet, ne, ſcilicet, temerè alios iudicemus cùm ait: *Nolite iudicare, & non iudicabimini.* Obſeruandum hic eſt quod Chriſtus hic nõ prohibet iudiciũ ordinariũ, quo nocẽtes dãnãtur & puniuntur: ob id enim gladiũ portãt; tanquã Dei miniſtri in vindictã
malefactorum (vt Paul. ait:) Nec prohibet *Roma.13.*
hic fraterna correctio, hanc enim cap. 18. *Matth.18*
præcipit dicens. Si peccauerit in te frater tuus, &c. Vnde nõ dicit. Nolite vos ſuperiores nocẽtẽ punire, nec dicit. Non corripias fratrem errantem, ſed Nolite iudicare.

Quare

Caieto. Quare Caie. dicit quod ordinat hic Dominus animum humanum quantũ ad iudicium, cùm dicit: *Nolite iudicare.* Hoc eſt: Ne iudicate. Nõ loquitur ad iudices nec vetat iudicium de rebus, quæ euidenti experientia conſtãt. Loquitur de perſonis, quarum iudicium ſi occultum eſt ſeruatur Deo: ſi publicum iudici. Non enim licet priuato iudicium ferre de adulteris, aut blaſphemis: erit
Ianſenius enim vſurpatum iudicium eorum. Alij vero (vt Ianſenius) volunt vt hoc intelligatur de iudicio temerario, quo perſona aliqua in factis ſuis abſque cauſa iudicatur ab alio. Circa quod notandum eſt, quòd cùm Dom-
Moralitas de iudicijs temerarijs nus in hoc ſermone legem naturæ explicatam nobis dare voluiſſet, cùm illam homines illius temporis dumtaxat de actibus exterioribus intelligerent, nihilq; de interioribus vetitũ eſſe putarent, Chriſtus nos docere voluit etiã interiores actus ſub prohibitione & præcepto cadere. Quarè cùm in octauo mandato decalogi interdicatur nobis, ne falſum teſtimoniũ aduerſus fratrem dicamus: vt intelligeremus etiam interiora iudicia contra illũ interdici, id nobis in hoc capite explicat dicens: *Nolite iudicare:* Hoc eſt: Ne quid tecum etiã, in mente tua cõtra proximi honorem aut opinionem machineris, aut iudicando definias: idem quippe eſt apud alterũ proximum tuum infamare, & apud te ipſum: quoniã idem ius habet frater tuus, vt apud te bonam habeat exiſtimationem ac opinionẽ & nomẽ: cùm illum facta ſua nõ produnt, ſicut & apud alios. Tecum detrahis proximo, cũ tibi per temerarium iudiciũ loqueris aduerſus illum: apud alium cũ ipſum detrahis, cũ ea quæ agitas, & iudicas temerariè contra illum alijs manifeſta facis, immò primũ eſt radix ac velut origo ſecundi. Quoniam ſi detractionẽ euitare cupis, radicem eius ſeca, nempè temerariè de proximo iudicare: Prius enim mente concipitur malum aduerſus proximum, quam ore proferatur. Bis enim loquitur homo, prius ſibi mente mala concipiendo contra proximum, deindè alijs exterioribus verbis ea proferendo. Igitur ſi non vis pare re, non concipias: ſi non vis mala dicere de proximo, non iudices: nõ vis apud alios eius famam denigrare, ne prius apud te infames illum: vtrũque quippe eſt infamare eum, niſi quod cùm alio dicis quod mente prius iudicaſti, apud plures teſtes illius famæ detrahis. Tam candidè vult Chriſtus Præceptor noſter vt homines Chriſtiani inter nos vitã agamus, vt ſi frons iſta quam gerimus eſſet vitrea, & quæ intra illam mente gerimus omnibus paterent, talia de proximis noſtris cogitaremus, vt poſtquam ea vidiſſent, nec offendi nec quæri de nobis poſſent: ſicuti & talia de eis cum alijs debemus loqui, vt poſtquam ad eorum notitiam peruenerint nullam de nobis querelam habere poſsint.

Sed pro huius rei pleniori intelligentia aduertendum eſt, quòd propter tres rationes fit malum iudicium hoc forenſe ac ciuile, quo homines ab alijs coercentur, & propter eaſdem damnatur etiam iudicium hominis aduerſus alterum de quo loquimur. Primò erit iniquitas, ſiquis iuriſdictionis poteſtatem exercet in illum, qui ſuæ non ſubeſt poteſtati: vt ſi iudex ſæcularis, in clericum animaduertere auderet. Iudicium quippe eſt actus iuſtitiæ, iuſtitiæ autem munus eſt homines ad id quod rectum eſt compellere: hoc autem nemo poteſt facere, niſi in illum qui ſuæ ſubeſt ditioni. Ignis non poteſt agere, niſi in ſpheram ſuæ actiuitatis, nec enim multum diſtans comburere valet: ſic nec iudex vltra ſibi præfixas metas ſui diſtricti nequit iuriſdictionem extendere: aliàs iudicium erit vſurpatum. Secundum quod debet habere iudicium, eſt rectitudo. Hoc eſt, quòd iudex recta ratione procedat, non ex odio, aut inueterata inimicitia aut ſimultate, hæc enim peruertere ſolent iuſtitiam, ac ideo tale iudicium iniquum & peruerſum dicitur. Tertium vt ſecundum prudentiam fiat, omnemque iuris ordinem ac regulas ſeruet iudex, nullaque ei deſit legum circunſtantia aut modus: aliàs iudicium erit temerarium, vtpotè omnes regulas iuris ac modos tranſiliẽs, vndè talis quaſi qui ſe præcipitat in iniuſtitiam ruet. Igitur propter hæc tria iudicare particulari iudicio fratrem, illicitum eſt. Primo enim Dei iuriſdictionem vſurpas: non *Rom 14.* enim tibi ſubeſt frater in hoc, ſed Deo. O *1.Reg.17.* homo ait (Pau.) quis es tu qui iudicas alienũ ſeruum? Domino ſuo ſtat aut cadit. Actiuitas tua nõ ſe ad interiora extẽdit ò homo, ſed ſolũ ad ea quę oculis ac ſenſibus patent, *1.Cor.4.* Dño ſoli cordis iudiciũ relinquẽdũ eſt. Nã homo videt ea quæ apparẽt, Dñs autẽ intuetur cor. Quare Paul. dicit: Qui iudicat me Dñs eſt. Cur ergo tu Dei furaris iudicia, iudicando quæ ſoli ſuæ ſubſunt ſcientiæ, qualia ſunt cordis arcana. Secundò quoniã (vt ſtatim videbim⁹ (hęc iudicia ex malo animo regulariter ꝓcedũt, atq; ex odio qã aduerſus

 fratrem

fratrẽ gerimus. Et tertiô, quoniã cũ abſq; rationabili cauſa proximi facta occulta cenſemus temerarium ac præceps iudicium tale eſt. *Arrojadizo juyzio*. Ex quibus omnibus ſequitur, quòd iudicium temerarium peccatum ſit: quale autem ac quantum ſit, dicendum modò eſt. Pro quo ſciendum, quòd ex triplici cauſa præceps iudicium oriri ſolet: vel quia tu malus es, & ideò omnia quæ in alio vides mala arbitraris ac iudicas, vera quippe ſententia illa Philoſophi eſt: Qualis vnuſquiſque eſt, talis alius ſibi videtur. Quod in noſtro vulgari prouerbio dicimus: *Piensa el ladron que todos son de su condicion*. Quod & Sapiens ſic etiam dicit in ſuis Prouerbijs: Stultus in via, cùm ipſe ſtultus ſit omnes ſtultos extimat. Ratio autem huius eſt, quoniam omne recipiens (vt Philoſophi docent) recipitur ad modum recipientis: Nam ſi aquam in vas rotundum immittas, rotundam etiam figuram aſſumet aqua: ſi autem in vas triangulare aut quadratum, eandem etiam formam accipiet. Sic qui malus eſt ac ſceleratus omnia quę recipit ad ſui ſimilitudinem recipit, & ideò oïa mala, vel mala intentione facta iudicat ad ſui quippe menſurã oïa induit. *Todo lo haze a su talle*. Sicut indumentum ab eleganti corpore indutum elegantem etiam accipit formam, quod ſi gibboſus, veſtit illud, eandem figuram veſtis accipit: ſic peſsimus in ſuam omnia conuertit malitiam, & qualis ipſe eſt tales & alios vult vt ſint. Sicut & Balaam, de talibus in ſui perſonam dicebat. Qui cadens apertos habet oculos. Es quippe tu inuolutus ſtercore vitiorum, apertoſque habes oculos ac eleuatos, vt alios iudices. Secundò temerarium iudicium oriri ſolet ex odio & inuidia, quam erga alium geris, ex qua radice procedebant iudicia Phariſæorum contra Chriſtum, vehementi quippe odio concitati aduerſus illum, omnia opera ſua mala eſſe iudicabant, ita vt & mortuos ſuſcitare & cœcos illuminare prauè ac iniuſtiſsimè calumniarentur. Ponderoſa res eſt vel amor, vel odium, vt ſtateram in bonam vel in malã partẽ inclinet. Nã ſicut amãti etiã dilecti fœditas, pulchritudo apparere ſolet, ſic è cõtra odiẽti, vel inuidenti, etiam ſpecioſa alterius, turpia videntur. Quare Sapiens dicit: Odium ſuſcitat rixas, & vniuerſa delicta operit charitas. Amor quippe, & defectus, & peccata amati ſuſtinet, atque excuſare, & cooperire nititur. *Es capa de peccadores el amor*. Odium verò etiam ex bonis operibus lites ac rixas concitat. Rixari quippe canum eſt, qui apertis rictibus rixantur: ſic peſsimi ex odio contra proximos quaſi rixantes oblatrant & iudicant.

Ariſt. *Eccleſ. 10.* *Simile.* *Simile.* *Numer. 23* *Prouer. 10*

Tertia cauſa huius iudicij eſt longa experientia: nempe cum quis ex crebrò expertis ex quib⁹ tale aut tale malũ accidere ſolet, cõiectat hũc tale perpetraſſe facinus: Ob quam cauſam ſenes ſuſpicioſi maximè eſſe ſolent: nam in ſe ipſis vel in alijs experti ſunt ſimilia ſcelera ex talibus cauſis proceſſiſſe. Sed quoniam experientia certitudinem parere ſolet, iudicium quod ab hac cauſa prodit excuſabilius eſt ac minoris culpæ, ſicut quod procedit ex ſecunda cauſa grauius omnibus eſt.

Denique animaduertendum eſt, quòd tripliciter ſe poteſt habere homo in iudicando proximum, vel dumtaxat dubitando, cùm, ſcilicet, animus pendulus eſt, atque in neutram partem declinat. Secundò per ſuſpitionem aut opinionem, cùm taliter huic parti aſſentio quod ſemper formido reſtat alterius: Sic enim definitur opinio, quod eſt aſſentio vnius partis, cum formidine tamen alterius. Tertiò omnino definiendo & aſſentiendo tali iudicio, abſque vlla formidine aut opinione contraria. Primum nullum eſt peccatum vel ad ſummum in aliquo caſu veniale, immò aliquando poteſt eſſe meritum, nempe cum video res aliquas, quæ me in ſuſpitionem rapere poſſent, tamen ego nihil iudico, ſed iudicium quaſi ſuſpenſum detineo nec in hanc nec in illam partem declinando. Poterit tamen aliquando eſſe veniale: vt quando abſq; rationabili cauſa dubito de huius aut illius fratris ſanctitate, vt qui dubitaſſet de ſanctitate Ioannis Baptiſtę, aut Beatę Virginis (nulla quippe ratio erat quare nõ illos tanquam ſanctiſsimos venerarentur homines) quoniã proximus meus nõ ſolũ habet ius vt ego malã opinionẽ de illo nõ habeã, verũetiã vt habeã bonã, cũ eius peccata ipſum nõ produnt, nec ratiò in contrariũ ſe manifeſtat. Cæterũ ſuſpitio regulariter veniale eſt, niſi ratio talis ſit, vt opinionem gignere poſsit: quoniam hoc leue damnum eſt, nec charitatem violat, & vt plurimum ab humana tentatione procedit (vt ait Auguſti.) nec enim ſemper ſuſpitiones retinere valemus. Ex cauſa tamen poteſt

poteſt eſſe mortale, nempè cùm procedit ex cauſa & odio mortali, quales erãt ſuſpitiones Phariſæorũ cõtra Chriſtũ, ex tanto quippe odio procedebant, vt effectus ipſe ex cauſa macularetur: ab inimico quippe quælibet iniuria magna reputanda eſt, quoniam ex tam inimico animo procedit, vt ſi poſſet maiora damna inferret: ſic quia ſuſpitiones Phariſæorum aduerſus Chriſtum, ex iniquiſsimo animo procedebant, vt ſi eis ſuffragaretur ratio, maiora mala de eo iudicarent, vt tandem fecerunt. Aliqui Doctores Theologi dicunt, inter quos eſt Sotus, quòd ſuſpitiones de re grauiſsima & multũ infami ſunt peccata mortalia, vt quando abſque cauſa opinarer aliquem eſſe hæreticum, aut criminis nefandi reum: Talis quippe rationabiliter eligeret, vt potius de illo iudicarem eſſe fornicarium, quam vel ſuſpicarer eſſe hæreticum: quoniam plus iniuriæ mihi inferunt ſuſpitiones de rebus grauioribus, quam iudicia de minoribus. Tertiũ autem nempe cùm deffinitiuè iudico de fratre meo malum, regulariter eſt peccatũ mortale, ſi tres habeat conditiones. Prima vt omnino id iudicem abſque vllo dubio aut formidine alterius partis, vel ſi formido tam tenuis ſit, vt penè pro nulla iudicetur, ſecũdum illam regulam, parum pro nihilo reputatur in moralibus. Secunda vt indicia non ſufficienter moueant animum ad tale iudicium proferendum. Et tertiam quòd ſit de re graui, & quæ famam Proximi maximè lædit atque denigrat. Sed aduerte quod indicia ſufficientia dicemus non ſolùm quando delictum teſtibus probari poteſt, vel probatur, verùmetiam quando tales rationes militant, vt quemlibet prudentem virum in tale iudicium rapere poſsint. Exempli gratia, iudicium illud quod Rex Salomõ inter illas duas meretrices protulit, quæ altercabantur coram eo cuiuſnam eſſet filius viuus: & ex materna pietate coniectatus eſt quænam eſſet vera mater eius, nequaquam temerarium fuit: quoniam ſuficientiſsimum illud indicium fuit. Nec tamen ob id ad uindictam proceſsit: quoniam iudex & ſuperior quiſque, propter alia indicia quæ hominem ſapientem mouere poſſent & inducere ad iudicandum de aliquo quod ſit malus, non debet propter hæc vindictam in illum exercere: tamen gratuita denegare poteſt, vt non illum ad officia & publica munera promoueat, nec ſuffragetur ei ad ea, quæ illi ex iuſtitia non debentur: vnde & propter hoc poteſt ſuffragium denegare alicui ad officium, quod rectitudinem morum exigit. Igitur hæc regula ſit ea eſſe indicia ſufficientia ad iudicandum, quæ hominem aliàs prudentia, atque ſapientia præditum ad id inducere valerent. Vt ſi noctu video aliquem ſcalas vt aſcendat in domum mittentem, licèt iudicem latronem eſſe aut adulterum non ei facio iniuriam: quoniam regulariter illud illa hora niſi ad ſcelus committendum fieri non ſolet. Similiter ſi video hominem obſcuro loco & abſque teſtibus mulierem petulanter amplexantem, etiam ſi forte illud non mala fecerit intentione, tamen quia regulariter impudicè id fieri ſolet, nullam eis iniuriam irrogem, ſi impudicos illos iudicem eſſe, & ſic de alijs coniectari licebit. Quare ſecundum indicia de grauitate huius peccati iudicandum eſt: Talia enim poſſunt eſſe indicia, vt nullum ſit peccatum iudicare, vt de his quæ modò diximus, & talia vt maius vel minus peccatum ſit. Quare cum ſæpe de indiciorum ſufficientia non conſtet, non poſſumus tunc pertè iudicare quale vel quantum peccatum ſit. Tertia autem conditio quòd ſit de re graui, non ſic eſt intelligenda quòd ſit de peccato mortali, ſed quòd ſit de re quæ proximi famam denigrat: ita quod ille iuſtè quæri poſſet de nobis ſi ſciret nos illud de illo iudicium habere, quæcumque culpa in illo ſit, ſiue venialis, ſiue mortalis, ſiue nulla. Quare iudicare de iuuenibus aulicis, quòd gerunt amores cum mulieribus, etiamſi aliquando non ita ſit, nullam eis facio iniuriam: quoniam ipſi nullam hoc infamiam reputant, immò & de his gloriantur. Similiter iudicare de milite glorioſo quod duellum geſsit, etiam ſi falſum ſit, non eſt peccatum mortale: quoniam ille pro gloria id habet non pro infamia. E contra iudicare de aliquo temere quòd ſit de ſanguine Hebræorum peccatum mortale eſt: quoniam etſi hoc nullum ſit in illo peccatum, tamen pro ſumma iniuria ipſe reputaret, ſi ſciret me id de illo iudicare, nam hoc infame quid, inter Chriſtianos dicit.

Sotus. *3. Reg. 3.*

Sed aduertẽda duo ſunt, ne ſcrupulũ ſimplicibus opponamus, alterũ quod vt iudiciũ tale ſit mortale peccatũ, oportet quòd non ſit repẽtinũ abſq; reflexa intellectus cõſideratione

ratione, ſed ꝙ aduertẽs ſe tale de proximo iudiciũ habere adhùc in illo perſeueret: nãſi poſt intellectus ſuper actũ ſuũ reflectat, & aduertens ſe temerè aliquid infame de proximo cogitare, ſuper ſe reuerſus tale iudiciũ excludat, nõ erit mortale. Secũdò aduerte quòd aliud eſt iudicare de facto, aliud de perſona. Si enim vides hominẽ occiſum & iudicas peccaſſe mortaliter, qui illũ occidit, nullũ peccatum commiſiſti, dũtamen non iudices Petrum vel Paulum illum interfeciſſe. Similiter audis de aliquo viro magno aliquod magnum crimen, nec tamen eſt ſufficiens teſtimonium ad iudicandum quòd ille tantum ſcelus commiſerit, ſi iudices cõditionaliter dicens intra te, vel ad alium, ſi ille id fecit, male feciſſe: non peccaſti, dum tamen temere non definias id illum perpetraſſe facinus. Inſuper obſeruandum eſt, quòd aliud eſt diffinitiuè iudicare malũ de aliquo, aliud præſuppoſitiuè, hoc eſt, aliud eſt iudicium diffinitiuum, aliud præſuppoſitiuum. Verbi gratia. Vides hominem pauperem domum tuam ingredientem ad petendam eleemoſynam, qui tamen tibi incognitus eſt, in vultu tamen atque aſpectu neſcio quid mali promittit, ſi eum foras domum tuam mittis, nec ingredi ſinis nihil iudicans de eo, ſed præcauens, quod poſsibile eſt ac ſolet fieri, non ideò temerario iudicio damnatus es: ſed præſupponis quod poteſt eſſe. Velut ſi prohibes filiam tuam aut vxorem à colloquio virorum, non ideò illas aut illos malos eſſe definis, ſed præſupponens quod eſſe poſſet, præcaues nè fiat. Sed de rebus dubijs dubitari ſolet, an tenear illas in meliorem partem interpretari, an verò ſufficiat negatiuè me habere, non malè iudicando. Ad quod reſpondet Sotus lib. 2. de iuſt. & iure, quòd ſemper id quod melius eſt præſumẽdo, vel ſi ſufficiet ſuſpendere actum, nec benè nec malè iudicando? Ad quod Sotus vbi ſuprà reſpõdet, quòd ſi ego hominẽ anteà noui, de quo nihil malè vnquam audiui aut vidi, ſed ſemper id quod bonum eſt in eo intuitus ſum, cùm aliquod opus facit dubium, de quo benè, vel malè iudicari poſſet, teneor ſemper id quod melius eſt decernere ſi indicia in aliã partem non cogant: cæterum ſi talis tibi incognitus eſt, ſufficit ſuſpendere actum, nec boni nec mali quippiã de illo opere iudicare. Ecce quid de iudicijs priuatis hominũ dicendũ ſit, quod Dominus in huius capitis initio prohibet. Vnde D. Bern. in ſententijs ſic dicit: Si videas fratrem facere aliquid quod non placet, ſi potes, actum excuſa: ſi non potes quia actus malus eſt, excuſa intentionem: ſi non potes, dicas ex ſurreptione eſſe factum: ſi autem nec id potes, dicas grauiſsimam fuiſſe tentationẽ, Quid ego feciſſem ſi in me irruiſſet? Exemplum eſt in vitis Patrum de quodã fratre, qui veniẽs ad Abbatem Paſtorem dixit ſe maximè turbatum fuiſſe, eo quod audiſſet de monacho quodam rem quandam minus bonam. Cui reſpondit Abbas: Fili, ſi audiſti non debes credere verum eſſe. Cui iuuenis dixit: Ego id à bono viro audiui. Cui dixit Abbas: Certus ſis quòd bonus non ſit, qui hoc tibi dixit: quia ſi bonus eſſet, malum tibi de proximo non diximſſet, ſed potius occultaſſet. Et ille ſubiunxit: Ego hoc vidi oculis meis. Cui Abbas. Si vidiſti, cogita peccatum tuum tanquam trabem eſſe, & fratris tui culpam velut quandam feſtucam exiſtere, & eijce primùm trabem de oculo tuo, ſicut Chriſtus te docuit. Immò & de Platone legitur, quòd nunquam induci potuit vt crederet quendam diſcipulũ ſuum de ſe malè loquutum fuiſſe.

Sotus lib. 2. de iuſt. & iure.

D. Bern.

Sermo de peccatis linguæ.

Sed quoniam ſuprà diximus quòd etiam hic loquitur de iudicijs priuatis exterioribus quæ per linguam fiunt, ſcilicet, cùm fame proximi detrahitur, ideò de peccatis linguę modo dicendum eſt. Si mox aduertas, quòd primum malum à quo ſe liberari petit iuſtus cùm ingreditur viam Dei, eſt illud quod à lingua procedit. Nam cùm aſcendit gradus perfectionis atque virtutis, cùm in primo gradu figit pedem ſic dicit: Ad Dominũ cũ tribularer clamaui, & exaudiuit me. Hic eſt primus Pſalmus Cantici, qui dicitur Graduum, in quo ſtans iuſtus metu ac tribulationibus plenus, quæ nouam viam inceptantibus accidere ſolent, clamat ad Deum & dicit: O Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua doloſa. Interrogatus autem ab aliquo qui ei dixit. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam? Reſpondet: Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus deſolatorijs. Quid me interrogas, cur linguam doloſam timeam? Quoniam verba detractoria ac maligna ſunt ſagittę accutę à potẽte iactę, quæ corda atq; viſcera cõfigũt, & carbones igniti, qui totum hominem

Pſal. 119.

hominem comburunt, atq; denigrant. Tot enim ſunt peccata, quæ per linguam committuntur, tanque frequentia ac continua, vt pauciſsimi ab illis immunes inueniantur. Vnde Sapiens Eccleſ. 14. ait: Beatus vir, qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo. Ac ſi res hæc mirabilis ac difficilis eſſet. Omnium enim malorũ lingua, quaſi prima cauſa videtur eſſe. Sepè enim homicidia ꝓpter linguæ peccata fiunt: adulteria, ſtupra, ac ſacrilegia, per linguam componuntur, & ordinantur. Blaſfemiæ, atque periuria à lingua procedunt; deniq; omnium malorũ inſtrumentum ligua eſt. Quare de lingua Iacobus dicit: Et lingua ignis eſt vniuerſitas iniquitatis: nempè quia cauſa eſt omnis mali. Vnde alij legunt: Mũdus iniuſtitiæ: vtpotè non vnam aut plures continens iuſtitias, ſed mũdus iniuſtitiæ, hoc eſt, continens vniuerſas iniuſtitias, quaſi faciens vnum vniuerſum iniquitatum. Et comparatur igni: quoniam ſicut ignis inter omnia elementa maioris actiuitatis eſt, vniuerſaq; conſumit; ſic linguæ peccata vniuerſaliora ac frequentiora ſunt. Scintilla quidem parua totam ſyluam incendit, ſic lingua, modicum membrum, ciuitates ac Regna ſubuertere ſolet. Vnde Iacob. vbi ſuprà: Lingua modicum quidẽ membrum eſt, & magna exaltat. Ecce quantus ignis, quam magnam ſyluam incendit. Lingua inflammat rotã natiuitatis noſtræ inflammata à gehenna, hoc eſt, curſum natiuitatis noſtræ, quæ circulationibus adimpletur, facit dignum flammis gehennæ. Nulla arma bellica, nulla ignea tormẽta, aut gladij, aut catapultæ, aut lanceæ æquiparãtur linguæ: quoniam illa ad certam & determinatam loci diſtantiam feriunt: lingua autem (Deus nos liberet) nulla loci intercapedine capitur: quoniam lingua, quæ hic eſt, famam eorum, qui in extremis terræ ſunt, ſub alioq; polo degũt, interimit. Vnde Sapiens Eccleſ. 27. Multi ceciderunt in ore gladij, ſed non ſic, quaſi qui interierunt per linguã. Deberet homo attẽdere quantum ſibi beneficium contulerit Deus, præ cæteris animantibus, quòd per linguã poſſet explicare conceptus ſuos. Cur ergo inſtrumẽto illo, quo præ cæteris rebus decoratus ſum Deũ offendere volo? Magnũ ingratitudinis genꝰ eſt, eo bono, quo donatus es ipſum offendere donatorẽ. Non nè aues cœli conſideras, quomodò ſuis linguis, vt poſſunt, Deo gratias referunt, atq; conci-

Eccleſ. 14.

Iacob. 3.

Simile.

Iacob. 3.

Eccleſ. 27

nunt? Cur tu ſaltem linguam tuam à Creatoris offenſa nõ cohibes? Vnde D. Aug. ſuper Pſal. 51. in illum verſum: Dilexiſti malitiam ſuper benignitatem, iniquitatẽ magis quàm loqui æquitatem, ſic dicit: Vnam liguam habes, quouis eam vertis, quare potiùs ad iniquitatem, quàm ad æquitatem? Cibos amaritudinis non das ventri tuo, & cibos iniquitatis das linguæ tuæ malignæ? Sicut eligis quo veſcaris, ſic elige quid loquaris: alioquin euellet te Deus, & emigrabit te de tabernaculo ſuo, & radicem tuam de terra viuentium. Deinde attendere debes, quòd lingua inter omnia membra potiſsimum inſtrumentum eſt rationis: nam per illam ſuas exprimit ratio orationes, atq; diſcurſus. Oportet ergo, quòd etiam inter alia membra præcipuè à ratione regatur, atque moderetur, nec ab illa declinare audeat, cuius ſe inſtrumentum agnoſcit. Dic mihi, agnoſcis in te nobilius inſtrumẽtum, quàm linguam, quo ſuperas alia animalia? Quæ etſi oculos, manus, ac pedes habeant, non tamen linguam, qua loqui valeãt, poſſident. Cur ergo re tam obſcœna qualis eſt peccatum, nobiliſsimum membrorum tuorum maculare non vereris? Qui lingua ſua mala ac obſcœna loqui non verentur, ſordidiores porcis eos ego dixerim, ac iudicauerim, qui nihil æſtimant in luto aut ſtercore, vbi pedem figunt, etiam & os inquinare. Rurſus attende officia ac operationes linguæ, quàm nobiles, quantæq; dignitatis ſint: Oramus Deũ, cũ illoq; colloquia miſcemus, quod maximè dignitatis eſt. Lingua illi laudes canimus, quod Angelorũ munus, atq; officium eſt. Lingua corpus Chriſti ſumimus, quod ipſis Angelis minimè conceſſum eſt. Quomodò ergo lingua deprecabor Deum, quem ipſa infeſtum, atq; aduerſum me iratum habeo? Nunquid ſi interceſſorẽ quæris cum Rege, inimicum eius aſciſcis? An non potiùs illum, qui Regi maximè gratus eſt? Cur ergo lingua tua ad Deum preces fundis, cum qua illũ millies ad iracundiam, & vindictam prouocaſti? Nam cùm indignus ad precandum mittitur (ait Gregor.) irati amicus ad deteriora prouocatur. Quòd ſi lingua Deũ offendiſti, quomodò laudes, quas eadem lingua illi cãtas, acceptæ ei poterunt eſſe? Vnde ſcriptum eſt: Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Et Iacob. 3. dicitur: In ipſa benedicimus Deum & Patrem, & in ipſa maledicimus homines, qui ad ſimilitudinem Dei facti ſunt.

Aug. ſuper Pſalm. 51.

Pſal. 51.

Simile.

D. Gregor.

Iacob. 3.

ſunt. Ex ipſo ore procedit benedictio, & maledictio. Si autem & lingua tua vas eſt, quo recipis corpus Chriſti, cur illam peccatorum veneno commaculas? Quantum ſacrilegium eſſet, ſi Calicem quo ſanguis Chriſti conſecratur, fœdares, aut arcam in qua conſeruatur immũditijs impleres! Cur ergo linguam, qua ipſum ſacratum recipis corpus peccatorum maculis, quæ maiores ſunt, inquinas? Sed vt hæc linguæ peccata meliùs explicemus, aduertendum eſt, quòd homo duo habet maximè æſtimabilia & precioſa, hæc ſunt honor & fama: honor per contumeliam, & conuitium læditur, quando in faciem ipſum cõtumelijs afficis: fama verò quãdo dictis tuis eum detrahis apud alios. Quod tripliciter, aut quadruplicitèr fieri ſolet. Primò, quando falſum teſtimonium aduerſus illum profers, aliquam rem grauem, aut infamem de illo dicendo: & hic modus infamandi eſt omnium peſ-
Prouer.25. ſimus. Vnde Sapiens dicit: Iaculum, & gladius, & ſagitta acuta, homo qui loquitur cõtra proximũ ſuum falſum teſtimonium. Secundus modus denigrandi famam proximi eſt, cùm verbis tuis maiorem facis fratris culpam, quàm in rei veritate ſit, vel addendo, vel accriminando, vel alia quauis via id facias. Quod hac ſententia id vide-
Eccleſ.21. tur explicare Sapiens, cùm dicit: Stultus in riſu exaltat vocem ſuam, hoc eſt, peccator cùm irridens fratrem eius famæ detrahit, exaltat vocem ſuam accriminãdo factum. Tertius modus eſt, quando delictum fratris ſecretum alijs reuelas, quod tibi ſoli cognitum eſt, aut quàm pauciſsimis alijs: contra
Prouer.11. hoc enim Sapiens dicit: Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana; qui autem fidelis eſt, animi celat commiſſum. Et alibi: Quæ viderũt oculi tui, nè proferas in iurgio citò; nè fortè emendare non poſsis, cùm deho-
Prouer.25 neſtaueris amicum tuum. Quartus modus, quãdo etiam fratris tui bona facta commaculare niteris, aut praua intentione facta
Eſai.5. eſſe dicis. Contra quod Eſaias clamat: Væ qui dicitis bonũ malum, & malum bonum, ponentes dulce in amarum, & amarum in dulce. Cuiuſmodi erant detractiones Phariſæorum de Chriſto Domino, & amicorũ Iob, qui patientiam eius hypocriſim nuncupabãt. Solet addi alius modus, vel extẽdi iſte, quando bona proximi tui, quæ tu ſcis, vel celas & diſsimulas, quando alij coram te bona de illo prædicant, aut quando minuis bona, quæ de alio audis, vel frigidè laudas illum. In hoc enim quod laudas amicus crederis; & ideò maior tibi fides adhibetur, & tepidè laudãs neſcio quid mali audientes concipiunt de illo. Omnibus his modis fama proximi denigratur; dum tamen detractio huiuſmodi ſit de re graui, opinioni, ac famæ proximi notabiliter præiudicans, & cùm id ego praua intentione profero ex odio, ſcilicet, inuidia, aut minus recta volun tate, vel hac intentione, vt alij peſsimam de de illo cõcipiant opinionem. Ijs enim conditionibus actũ comitantibus erit tunc detractio mortale peccatum, maximèq; pernitioſum Reipub. hoc enim & publicã pacẽ turbat, & amicitias ſoluit, & matrimonia dirimit, atque pia fœdera frangit, contractuſq; multos diſſoluit, qui in Reipub. bonũ cedere poterãt. Certè cùm talia conſidero mori mihi magis libet quàm viuere: conſiderans me inter ignitos ſerpentes vitam agere, nec hominem poſſe quicquam boni, vel mali moliri, quin linguis detrahentium pateat: nihil enim non ſubiectum calumniæ malorum. O homo, tu quis es, qui iudicas *Rom.14.* alienũ ſeruum? Domino ſuo ſtat, aut cadit. *Simile.* Hos ergo porcis ſimiles iudico. Videbis enim ſuem ingredientem hortum odoriferis floribus vna parte fragrantem, ſed ſi in alio lutum aut ſtercus repererint, nõ flores ore contingent, ſed in luto aut ſtercore volutabuntur. Sic iſti, ſi quid boni odoris, aut virtutis in fratre viderint (nullus enim homo eſt, qui aliquod bonum nõ habeat, cùm malum non niſi in bono inueniatur: nam ſi per ſe ſubſiſteret ſeipſum deſtrueret, vt ait Philoſophus) iſti, inquam, ſi quid boni in *Philoſophus.* homine vident, non ad id attendunt, nec illud ore contingunt; ſed ſi quid mali etiam minimum fuerit, aſpexerint (nullus enim homo eſt, qui faciat bonum & non peccet) ad illud dirigũt aciem, id in ore ſumunt, id efferunt, prædicant, atque omnibus notum eſſe volunt. Rectè profectò quidam Philoſophus, cùm quẽdam audiret peſsima prædicantem de proximo ſuo, interrogauit eũ, an aliquid boni ſciret de illo, cui detrahebat. Et cùm negaſſet, reſpondit: Non vere- *Simile.* ris tantummodò mala de proximo tuo aduertere, & bona nolle conſpicere, aut ſcire? Similes ſunt iſti canibus, qui moloſi dicunt aut alani, quorum rictus, atq; ora ſanguine ſemper plena ſunt. Sic iſti proximorũ ſanguine ora tincta tenent, qui ſemper eorum ſanguini inſidiantur, famã eorũ lingua ſua *Leuit.7.* commaculantes. Atq; ita Dominus præcipiebat

piebat olim, nè ſanguis animalis comederetur: quoniã anima illius in ſanguine eius eſt. Sic præcipit Deus, nè ore famæ proximi detrahamus: quoniam anima, vita, & quidquid homo habet, in bona fama ac opi-
Simile. nione eius ſita ſunt. Conferuntur etiam apertis ſepulchris, quæ nihil aliud quàm fœtorẽ putidum exhalant; ſic ora iſtorum fœtida de alijs proferunt, ſemperq; ad ma-
Pſal.5. ledicẽdum aperta ſunt; de quibus Pſalmiſta dicit: Sepulchrum patẽs eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſè agebãt, venenũ aſpidum ſub labijs eorum. Quorum os amaritudine
Nume.19. plenum eſt. Quare olim Dominus præcipiebat, vt omne vas quod nõ haberet operculum, immundũ eſſet; ſic os ſine operculo quod omnibus detractionibus patet immundum apud Deum eſt, & à templo ſuo repellendũ. Tales non homines, ſed monſtra hominũ potiùs ego dixerim. Si hominem cerneres æreos dentes, quaſi elephan-
Simile. tis habentem, non nè illum hominem chimœricum, ac monſtruoſum eſſe diceres? Maledicos ijs ſimiles eſſe crede: nam Sa-
Prouer.30 piens dicit: Eſt generatio, quę pro dentibus gladios habet. Et Pſalmiſta: Filij hominum
Pſal.56. dentes eorũ arma & ſagitta, & lingua eorum gladius acutus, gladius in labijs eorum. Pe-
Similia. iores iſti feris ac beſtijs ſunt. Lupus quidem alium lupum non mordet, nec leo leonem decerpit: iſti verò ſimiles ſibi homines dilacerãt, mordent, decerpunt, cùm turpiſsmis verbis eorũ famam dilaniant ac perdunt. Immò peiores ipſo inferno fermè dici poterunt. Infernus quippè ſolos malos recipit, ac torquet; iſti verò nec bonis nec malis parcunt, omnibus ſimili modo ſua ignea lin-
Eccleſ.28 gua nocui ſunt. Vnde Eccl.28. dicitur: De lingua tertia, quòd potiùs vtilis erit infernus, quàm illa. Cur verbum aduerſus proximum tuũ non diſsimulas? Audi quid Sa-
Eccleſ.19. piens dicat: Audiſti verbum aduerſus proximum tuũ, commoriatur in te, fidens quo-
Simile. niam nõ te diſrumpet. Sunt iſti veluti mulier parturiens, quæ tacere non poteſt, donec in lucem emittat fœtum ſuum: ſic iſti ſi quid aduerſus proximos ſciunt, nõ quieſcunt, donec illa in publicum edant. Sagitta infixa in femore canis ſic verbũ in corde
Eccleſ.16. ſtulti non requieſcit, ait Sapiens: Sed tu crede Spiritui ſancto, dicenti: Commoriatur in te, fidens quoniam nõ te diſrumpet: à facie verbi parturit fatuus. Ait iterum Sapiens. Tria dãna detractor infert. Primũm
Eccleſ.19. ſibi, interficiens animam ſuam. Secundò, famam proximi denigrat. Tertiò, aliorum conſcientias polluit. Horum typus fuit be-
ſtia illa, quã vidit Daniel tres ordines den- *Dani.7.*
tium habentem. Ioannes etiam in Apocal. *Apoc.9.*
vidit de ore equorum ignem exire, quo detractor animã propriam exurit, & fumum quo alterius denigrat famam; & demum ſulphur peſsimi odoris, quo aliorum conſcientia polluitur. Videbis homines aliorũ facta auidiſsimè ſcire cupientes, vt ea omnibus efferant, cùm ipſi interim ſua facta peiora ignorent: ad aliena quippè perſpicaces ſumus, ad ſua quiſq; luciofus eſt. Apud Plutarchum fingitur mulier quædam per- *Plutarch.*
ſtrigiatrix, & venefica, quę cùm cœca eſſet *Simile.*
tamen quando è domo ſua exibat oculos quoſdam diaboli arte confictos aſſumebat, quibus omnia etiam occulta domorum penetrabat, & quidquid intra priuatos parietes fiebat, cernere poterat; ita quòd nec cancelli, nec abdita triclinia eius impedirẽt aſpectum, quin omnia videret. Verũm cum domũ ſuam ingrediebatur oculos illos magicos deponebat, & nec aranearum telas, quibus plena erat domus eius aſpicere poterat. Sic nimirùm quàmplurimis contingit hominibus, qui ad aliorũ facta cernenda diabolicos oculos habent: tot enim ſecreta aliorum penetrant, vt magicè id cognoſcere videantur: norunt enim quid tu comedas, bibas, quid in domum tuam præterita in nocte loquutus fueris; ſi iurgatus fueris cum vxore aut ancillulis, vel ſeruis: quid facias, quid non facias, quid cogites aut intẽdas, ariolari, atq; coniectare videntur: & tamen in domum ſuam cœci ſunt, quoniam nec facta ſua, aut ſuorum domeſticorum ſciunt: & cùm domus ſua ſpurcitijs ſcateat, & ipſi neſciant, aliorum facta perſpicaciſsimè norunt.

Cæterùm aduertẽdum eſt inſuper, quòd non ſolùm illi, qui alijs detrahũt, peccant; verùmetiam qui libenter detractores audiunt: nam ſi perſona alicuius ponderis eſt; magnum etiam põdus detractoribus addit, audacioreſque ad detrahendum proximorum famę eos facit. Quare ſi perſona grauis eſt alios coercere murmuratione tenetur: ſin verò tantæ authoritatis nõ ſit ſaltem in vultu ſignificare debet ſe talia gratanter non audire. Vnde Sapiens dicit: Ventus *Prouer.25.*
aquilo diſsipat pluuias, & facies triſtis lin-
guam detrahentem. Et Eccleſ.28. de lingua *Eccleſ.28.*
detrahẽte dicitur: Si ſufflaueris, quaſi ignis exardebit, etſi ſpueris ſuper illum, extin-
guetur,

D. Hiero. guetur, vtraq; ex ore proficiſcuntur. Et D. Hieron. Gelantiam monet, nè murmuratoribus aures placidas accõmodet, nè eis (ait) authoritatem de conſenſu tribuas, nec eorũ vitium nutrias annuendo: nam de iuſto dicitur, quòd non accepit opprobrium aduerſus proximum ſuum: Nihil ſic inquietat animam, nihil eſt quòd ita mobilem mentem ac leuem faciat, quàm facilè totum credere, obtrectatorum verba temerario mentis aſſenſu ſequi: hinc enim crebrę diſſenſiones, hinc odia iniuſta naſcuntur, &c. At contrà qui magni eſt animi, cuique magna eſt morum grauitas, non temerè de quoquam ſiniſtri quid audire vult: beatuſque eſt qui ita ſe contrà hoc vitium armauit, vt apud eum detrahere nemo audeat. Hæc illæ. Et certè cordati hominis eſt, non omnia quæ de alijs vita audit credere: quoniam multa ſinguntur, adduntur, demuntur, quæ maiorem faciunt culpam, quàm in rei veritate ſit. Interrogatus quidam Philoſophus, ex illis ſeptem quos Græcia celebrat, quantum veritas à falſitate diſtaret, reſpondit: Quantum diſtant ab auribus oculi, inſinuans hac ſentẽtia ſolum his quæ oculis cernimus debere nos adhibere fidem, nam quod ex aliorum dictis ad noſtras aures peruenit fictitium
Eccleſ. 28 ac falſum communiter eſt. Audi quid de ſuſurronibus ac bilinguis Sapiens dicat Eccl. 27. Suſurro ac bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos commouit, & diſperſit illos de gente in gentem. Ciuitates munitas diuitum deſtruxit, & domos Magnatorum effodit. Virtutes populorum concidit, & gẽtes fortes diſſoluit. Lingua tertia mulieres viratas
Num. 12. effecit, & priuauit illas laboribus ſuis. Vidimus etiam Mariam ſororem Moyſi lepra immundiſsima puniri, propterea quòd aduerſus Moyſem & Aaron murmurauerit, immò & ob id ſcelus, Datham & Abiron aperiens os ſuum deglutiuit terra: vnde Pau
1. Cor. 10. lus. 1. Cor. 10. ait: Nec murmuraueritis, ſicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Quare ſancti atque iuſti ora ſua obſtruunt ſeriſque confirmant, nè labantur verbo ex ore ſuo. Nam & animalia illa ſancta quæ Ezechiel vidit habe-
Ezech. 1. bant quidem manus, pedes, atque alas: non tamen legitur quod haberent ora: eo quod iuſti maximè obſeruatores ſunt ſilentij, intelligentes quantum periculum in multa lo-
Prouer. 10 quela ſit: Nam & Sapiens dicit: In multiloquio non deerit peccatum. Quarè & de eis dicit Sapiens: Os iuſtorum parturit ſapientiam, os ſtulti ebullit ſtultitiam. Etiam verba prudentiæ, atque redolentia ſapientiam iuſti ægrè, & quaſi parturientes magna cũ attentione proferunt, prius congruo tempore conceptus ſuos ferentes ante quam in lucem efferant eos. Supereſt modò breuiter docere quomodò fama reſtituenda ſit, de Sotus.
quo conſulẽdus eſt Sotus vbi ſupra & Theologi: Nunc hæc breui ſermone perſtringã. Si honorem proximi conuitijs aut contumelijs læſiſti, ab eo humiliter veniam pete: nã qui ſuperior conuitiando fieri voluiſti, te humiliando coram eo, illum in ſuo honore reſtituis: niſi ſis tamen perſona publica, aut ipſum maximè in authoritate excellens (vt
D. Aug. in regula. dicit D. Aug. in regula.) Si autem falſum teſtimonium contrà proximum protuliſti quo fama eius denigrata eſt, teneris dicere te mentitum fuiſſe, niſi fortè poſsit eſſe alia via famæ recompenſatio propter differentiam perſonarum. De quo vide Sotum vbi ſuprà. Quòd ſi occultum vitium, tamen verum reuelaſti quid facies? Non enim videtur licitum dicere, te mentitum fore: quoniam hoc mendatium eſt, atq; veniale peccatum, quod ob nullam cauſam committi debet. Vertas ergo foliũ (ait Sotus) & deinceps bona de illo proloqui incipias. Licèt hoc medium inefficax appareat quod ſit. Nam qui te audiui tot mala de illo, heri & nudiuſtertius dicentem: ſi modò bona audio intelligam te ob id facere, quod reſtituere vis illi famam ſuam, & tantò amplius credam vera eſſe, quæ anteà dixiſti: quare diffi cillime tunc fama reſtitui poterit, non enim
Prouer. 25 in caſum dixit Sapiens: Quæ viderunt oculi tui, nè proferas iniurgium citò, nè forte emẽdare non poſsis cùm dehoneſtaueris amicum tuum. Tamen aliqui viri docti dicunt, quòd poſſum dicere tunc me mentitũ fuiſſe: quoniam etſi ſpeculatiuè non ſum mentitus practicè tamen ſic, nam contrà rectam rationem practicam tũc loquutus ſum, quæ dictat occulta crimina proximorum nõ eſſe propalanda. Vnde contrà mentem talia dictantem id dixi. Sed hoc Theologis relinquamus. Nunc ex his dictis attende quomodo in concionibus materia hæc de iudicijs mãtis & linguæ, quę hic à Domnino prohibetur, docenda ſit, nam & ego in publico ſuggeſtu ſic eam aliquando docui. *Nolite ergo iudicare & non iudicabimini*. Nempe de hoc quod iniuſte de alijs iudicatis. *Nolite condẽnare, & non condemnabimini*. Hæc clauſula in

in Hebræo volumine habetur, non tamen in exemplaribus Græcis, nec in quamplurimis vetuſtiſsimis Latinis. Sed tamen hæc ſecunda clauſula poſita eſt ad declarationem prioris. Nam cùm iudicare primò ſumatur in malam partem, pro hoc quod eſt cõdemnare, id explicatur cùm dicitur: No
Titelm. lite condemnare, &c. Quanquam & in diuerſam ſententiam poſsit accipi, (vt vult hic Titelmanus) vt, ſcilicet, condemnatio poſterior ſit & grauior iudicio, quemadmodum & in cauſis ciuilibus poſt iudicium ſequitur condemnatio.

Eſt ergo alter ſenſus. Si nõ iudicatis nec condemnatis alios, nec illi condemnabunt aut iudicabunt vos. Id enim regulariter cõtingere ſolet, vt qui candidè circa alios ſe habet, tam in corde quã in verbis, & ipſi vicißim erga illum candidi ſunt. *Eadem quippe menſura qua menſi fueritis, remetietur & vobis*. Velut alij legunt: Remetientur vobis. Sunt enim hæc ſententiæ à mundi ſermone mutuatæ, quibus Dominus hortari ad id voluit, quod infrà mox ſubijecit: vt omnia quæcunque voluerimus vt faciant nobis homines, & nos faciamus illis; ita em diuinitus comparatum eſt, vt quales nos fuerimus in alios, tales etiam & ipſi circa
Prouer. 24 nos ſint, iuxta illud Prouer. 24. Anima quę benedicit impinguabitur: & qui inebriat, ipſe quoque inebriabitur. Similes ſententiæ in Scriptura inueniuntur, quibus benè vel malè operantibus, id ipſum etiam promittatur eis benè vel malè in temporalibus obuenturum, non quòd ſemper contingat, ſed
Mich. 19. quòd vt in plurimum. Hinc eſt illud centuplum, quod in hac vita promittitur his qui propter Chriſtum aliquid relinquerint, &
Prouer. 18 illud Prouerb. 18. Qui dat pauperi non indigebit. D. Auguſt. autem & Chriſoſt. alijque
Aug. & Chryſoſt. veteres has omnes promiſsiones ad Deum referunt, vt ſit ſenſus. Nolite condemnare veſtros proximos, & non condemnabimini à Deo. Remittite alijs quę commiſſa ſunt in vos, & remittentur vobis peccata veſtra à Deo. Date indigentibus & petentibus: & vicißim dabit Deus vobis, quæ poſtulaueritis ab eo. Sic enim ſententiæ iſtæ fient abſolutiores, licèt vtraque intelligentia conuenienter amplecti poſsit, ita vt ſit ſenſus. Nolite iudicare alios, ſic fiet vt aliorũ iniquius iudicium nõ experiamini. *In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua menſura menſi fueritis remetietur vobis*. Proueruerbialis ſermo eſt, ſignificans, ita tecum agendum, quomodo tu agis cum altero: vt ſi tu benè vel malè agas cũ proximo, itidem agatur tecum: quare cùm hoc dictum commune ſit, ad aliud propoſitum apud Marcũ Mar. 4.
cap. 4. affertur. *In quo etiam iudicio iudicauueritis*. Non dicit in quali: quia non iudicabimini temerario aut iniuſto iudicio, quali alios iudicaſtis, nec dicit: Iudicabit vos Deus, aut ego iudicabo vos, ſed iudicabimini, hoc eſt, patiemini pœnam à recto iudicio vobis illatam: nam iudicium noſtrum, quod in alios exercemus erit ratio meritoria qua iudicabimur ad præmium vel ad pœnam. *Et in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis*. Nam proportionabiliter in pœnis vel in præmijs, ſecundum merita ſua vel demerita remetietur ei: Nam (vt Paul. dicit.
2. Cor. 9.) Qui parcè ſeminat parcè & me- 2. Cor. 9.
tet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Et Iud. 1. Sicut Iud. 1.
feci, ſic reddidit mihi Dominus. Et. 1. Reg. 1. Reg. 15.
15. Sicut fecit abſque liberis mulieres gladius tuus, ſic erit abſque liberis inter mulieres mater tua. Et ad Regem Achab dicitur
3. Reg. 21. In quo loco linxerunt canes ſan- 3. Reg. 21.
guinem Naboth, & tuum lingent. Et Hebr.
7. Aman ſuſpenſus eſt in ligno quod paraue Heſter. 7.
rat Mardocheo. Nec dicit, eadem menſura temporis, vt obſeruauit Auguſt. 27. de ciuit. Aug. 27.
Dei. cap. 11. nam ait: Non propter æquale de ciuita.
temporis ſpacium, ſed propter viciſsitudinẽ Dei. c. 11.
mali, id eſt, vt qui mala fecit mala patiatur eandem dicit menſuram: hoc eſt dicere, ſecundum merita cuiuſcunq;, dabitur ei tale aut tantum præmium vel pœna.

Sed dices: Quid eſt quod hic nobis dicit Moralitas
Chriſtus, quòd in qua menſura menſi fueri-
mus remetietur nobis? Quomodo hoc cohe- Matth. 29
ret cum illo, quod alibi nobis idem Dominus dicit: Centum pro vno accipies, ſi ad menſuram meam, quæ maximè limitata eſt datur mihi præmium? Sed attende frater quòd ſi vnum pro vno datur tibi, aut decem pro decem: tamen hæc decem, quæ tibi retribuuntur maioris pretij ſunt quam decem alia quæ tu dediſti: ita quòd non ſolum vnũ reſpectu centum computabitur, immò & apparebit tanquam vnum, ſi conferatur ad mille millia. Veluti ſi Rex illi, qui decem Simile.
ęreos aſſes dedit decẽ aurea ſcuta retribuat, decem pro decem dedit, verùm hæc decem multò maioris pretij ponderis, ac æſtimationis ſunt, quam illa alia decem, quæ ei alius dederat. Sic nos qui damus Deo decem calices

calices aquæ frigidæ: tamen pro illis decẽ
nobis gradus gloriæ tribuuntur decem cœli
partes aut Dei(ſi ita fas eſſet loqui.) Vnde
Eſai.61. Eſaias ait: Vt darem eis coronam pro cine-
re:Nam pro cinere illo quo ſe aſperſerunt
Niniuitę,coronam gemmarum capiti ſuo
Simile. impoſuit Deus. Oleũ gaudij pro luctu. Oleũ
inter reliquos liquores penetratiuum maxi
mè eſt,ſic iuſtorum gaudium & animas, &
corpora penetrat, ita vt nullum locum va-
cuum à gaudio relinquat. Palliũ laudis pro
Baruch.2. ſpiritu mœroris. Anima quæ triſtatur & in-
cedit curua ſuper malitiam ſuam,dat gloriã
Deo. Pro hac ergo gloria quam tribuit ani-
ma pœnitens Deo,datur ei pallium laudis,
quod eam totam cooperiat: ita quòd nihil
turpè aut vituperabile in ea appareat, ſed
quicquid in ea fuerit totum laudabile ſit.
2.Cor.4. Et Paulus ait: Momentaneum hoc & leue
tribulationis noſtræ,ſupra modum in ſubli-
mitate æternum gloriæ pondus operabitur
in nobis.Momentaneum eſt,quicquid tem-
pore tranſit, & tandem morte finitur:leue
etiam eſt quodcunq; malum, quod nobis in
hac vita accidat:nam lactentes pueri tot ma
la videmus ferre,quæ maiores viri vix ſuſti
nere poſſent, leue igitur eſt id quod infan-
tes ſufferre poſſunt. Hoc autem momenta-
neum & leue quod hic patimur,in ſublimi-
tate æternum gloriæ pondus operatur in no
bis.Pro momẽtaneo,æternum:pro leui, põ-
dus gloriæ nobis cõfertur:nec enim nos põ
dus illud gloriæ portare poſſemus, niſi lumi
ne gloriæ adiuti:excedit enim capacitatem
noſtram tanti gaudij pondus, ſicut lumen
ſolis oculos noctuæ. Nam ſi aliqua gaudia
temporalia ita magna ſunt, vt ea capere nõ
valeant homines, (ſcimus enim multos prę
nimio gaudio interijſſe) quanto magis gau-
dium illud immenſum, quod omnem crea-
turæ menſuram excedit? Nam & ad hoc da
tur nobis lumen gloriæ, vt corroboret vires
noſtras, quatenùs tantum gaudium capere
valeant:nè præ magnitudine corruant atq;
deficiant. Quòd autem dicitur (ſupra mo-
dum)non intelligas quòd illud ſit vndequa-
que infinitum (ſolus enim Deus eſt infini-
tè beatus, reliqui beati ad menſuram reci-
piunt gloriam) ſed dicitur infinitus ex par-
te obiecti beatitudinis quod eſt Deus infini
tus: vel eſt modus loquendi, quemadmodũ
Simile. ſi diceres, quod ea,quæ ex India in Hiſpa-
niam adducta ſunt,ſint infinita:quoniam ſi
Gene.41. ea numerare velis,nequires: ſicut & de an-
nis fertilitatis Ægypti dictum eſt,quòd abũ
dantia menſuram excedebat, nec enim mo
dijs aut pondere aliquo metiri poterat fru-
menti copia. Sic merces copioſiſsima cœli
nulla menſura metiri poterat, adeò abun-
dans atque copioſa eſt. Ecce ergo quæ ſit
proportio retributionis Dei. Vnde D.Gre- D. Grego.
gorius in Dialogis narrat ſanctum quendã
virum vidiſſe multos homines,qui auri fra-
gmenta & pondera in manibus deferebant.
Et interrogati à viro ſancto, quò illa auri
fragmenta veherent. Reſponderunt, quòd
volebant ex illis auream domum cuidam vi
ro ſancto ædificare,qui monaſterium aut
hoſpitale fortè ædificauerat. Domum Deo
dederat,& domus ei retribuitur:ſed pro do-
mo lutea,aurea ei domus ædificatur. Quare
Luc.6. Lucas cap.6.ait:Menſuram bonam,& con-
fertam,&coagitatam,& ſuperfluentem da-
bunt in ſinum veſtrum. Menſura pro men-
ſura datur, ſed noſtra defficiens eſt reſpe-
ctu illius quæ nobis metitur. Illa enim men
ſura bona eſt, hoc eſt;iuſta, vera,ac fideliſ:
nam filij hominum mendaces ſunt in ſtate-
Pſalm.61. ris ait Pſalmiſta,quoniam nũquam ad æqua
litatem menſuram implent, ſed ſemper ali
quid deficit: nec totum amorem aut hono-
rem quem debes proximo, vel Deo ſemper
eis tribuis, illic autem fidelis erit menſura
ac iuſta: quoniam nec minutũ ex eo quòd
tibi debetur deficiet. Et confertam,hoc eſt,
preſſam; vt nullus locus ſit vacuus tritico;
ſic nullus erit locus in corpore, aut animæ
tua vacuus, gaudio ac præmio. Coagitatam,
vt non puluis ſed grana occupent eam:nam
tunc Deus omnes carnales curas à nobis
excutiet; vt nihil ſit quod impediat aut di-
uertat gaudium noſtrum, ſed tota anima
noſtra totis viribus feratur in Deum, nec
per momentum quidem vllo modo ab eo
diſtrahamur. Et ſupereffluentem:nã Deus
præmiat vltra condignum. *Dabunt* Qui ſunt
hi qui dabunt hanc menſuram? Certè meri
ta veſtra eam vobis acquirent (vt ait Caie- Caiet.
tanus) vel vt vult Auguſt.lib.2. de quæſtio. Aug.lib.
Euangelic.cap.8. vt concipiatur ſecundum 2.de quæ-
eum modum loquendi, quo alibi dicitur. ſtio.euan
Recipiant vos in æterna tabernacula. Deus gelij.c.8.
nomine eorum, in quibus benefici fuiſtis
dabit vobis hanc menſuram & recipiet vos
in æterna tabernacula. Vel quòd concipia
tur imperſonaliter,id eſt,menſura bona da-
bitur vobis in ſinum veſtrum,vbi cernamus
ea quæ minimè perdere volumus, vel quia
gaudium erit internum penetrans & im-
plens omnes receſſus atque ſinus animæ.

Quid

*Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui
& trabem in oculo tuo non vides? Aut quomo-
do potes dicere fratri tuo,frater ſine eyciam fe-
ſtucam de oculo tuo, & ecce trabes eſt in oculo
tuo? Hypocrita eyce primum trabem de oculo tuo
& tunc videbis eycere feſtucam de oculo fratris
tui.* Prohibuit hucuſque iudicium vſurpatũ
ab eo,qui ex officio iudicare non habet,mo
dò prohibet iudicium procedens ab indig-
no ſeu hypocrita dicens: *Vides feſtucam in
oculo fratris tui*,hoc eſt: Cur obſeruas & pen
ſas paruum peccatum in conuerſatione, vel
corde proximi tui iudicando & arguendo
eum de minori exceſſu: & trabem, id eſt,
grande peccatum, in oculo tuo, in animo
tuo, ſeu vita non vides? Hoc recto iuris ordi
ne minimè fit. Nam cum cuiuſque charitas
à ſe ipſo incipiat, tu qui charitatem in omni
bus iudicijs & exhortationibus præteferre
debes,quomodo non primum te ipſum iudi
cas, diſcutis & emendas? Qui alium doces,
Rom.2. teipſum non doces (inquit Paulus) & qui
gloriaris in lege per præuaricationem legis
Deum inhonoras. Propter quòd dicit Am-
Amb.lib. broſius libro.7.in Luc. Iudicet de errore &
7.in Luc. culpa alterius,qui in ſeipſo non habet quod
iudicet, nè cùm de alio iudicat in ſemetip-
Luc.19. ſum ferat ſententiam. Scriptum eſt enim:
Ex ore tuo te iudico ſerue nequam. Omni
vitio debet carere, qui in alterum paratus
Plutarch. eſt dicere. Plutarchus in lib. de diſcrimine
adulatoris & amici. Cauẽdum (inquit) quis
corripiat,ne & id audiamus. Mederis alijs,
ipſe vulneribus ſcatẽs. Et Iuuenalis ait:
Iuuenal. *Loripedem rectus derideat:Æthiopem albus.*
Auguſt. Aug.lib.2. de ſermone Dñi in monte. c.30.
Trabis & feſtucæ exempla proponit,vt for
tè (inquit) verbi gratia, ille peccauit quem
arguis,tu odio reprehendas: quantũ enim
inter feſtucam & trabem, tantum inter
iram & odium diſtat. Odium enim eſt ira
inueterata,quaſi quæ vetuſtate ipſa tantum
robur acceperit, vt meritò appelletur tra-
bes. Fieri autem poteſt vt ſi iraſcaris homi-
ni velis illum corrigi:ſi autem oderis homi-
nem non potes illum velle corrigere. *Quo-*
Albertus *modo ergo dicis fratri tuo: Frater ſine eyciam
feſtucam, &c.* Attende ergo (ait Albertus)
quod in iudice maius crimen duobus mo-
dis dicitur: ex genere, ſcilicet,& ex nocu-
mento. Ex genere,vt ſi quis iudicat ex odio
Auguſt. eum qui offendit ira. Nam (vt ſcribit Aug.
in regula) melior eſt qui quamuis ira ſæpe
tentetur, tamen impetrare feſtinat vt ſibi
dimittat cui ſe feciſſe agnoſcit iniuriam,
quam qui tardiùs iraſcitur, & ad veniam pe
tendam tardiùs inclinetur. Similiter & in
alio genere fortè aliquis accuſatur de forni-
catione, & iudex interim ſubiacet inceſtui,
vel adulterio & ſic de alijs. Alio modo quan
titate nocumenti dicitur maius crimen iudi
cis:quia in plures redundat & audaciam dat Gregor.
delinquendi,ſicut dicit Gregorius in Paſto
rali. Hunc enim peccantem nemo arguere
præſumit,& in exemplum culpa vehemen-
ter extenditur: cùm pro reuerentia ordinis
peccator honoratur, Et hoc olim cecinit
Poeta in his verbis, Verſus.

*Tanto conſpectiùs in ſe crimen habet,
Quantum qui peccat maior habetur.*

Et Pſalm.72. Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum. Peccata igitur Superiorũ tra- Pſal.72.
bes ſunt(vt hic ait Chryſoſtomus) pecca- Chryſoſt.
ta ſubditorum quãdoque ſunt feſtucæ,non
ſi ſpeciem eorum ſed gradum peccantis cõ-
ſideremus. Rupertus lib.6.in Matth. eorum
quæ diximus exemplum proponit: Et ſanè Rupertus.
fuit feſtuca in oculo Dauid(inquit)quando
iratus propter maledicta Nabal ſemetipſum 1 Reg. 25.
vlciſci voluit, & quando vxorem Vriæ lauã
tem ſe de ſolario proſpiciens vidit, & con-
cupiuit. Tu cùm ſis quaſi Semei,quomodo 2. Reg. 11.
de huiuſmodi feſtucis iudicare vel conſiliũ
dare poteris? Aut iſtud conueniet tibi tan-
tam trabem habentem in oculo, vt maledi-
cens & lapides mittens,terramque ſpargẽs
dicas tale quid vt eſt hoc. Aggredere vir ſan 2. Reg.16.
guinum, & vir Belial,reddidit tibi Domi-
nus vniuerſum ſanguinem quem effudiſti.
Quam meliùs Abigail vxor Nabal inſipien 1. Reg. 25.
tis & ſtulti irato Dauid occurrit, vt feſtucã
iracundiæ ex eius oculo erueret! In me ſit
(inquit)iniquitas hæc. Et quibuſdam inter
iectis: Cùm ergo fecerit tibi Dominus Do-
mino meo omnia,quæ loquutus eſt bona de
te,non erit hoc in ſingultum, & ſcrupulum
cordis tibi Domino meo quòd effuderis ſan
guinem innoxium, aut ipſe te vltus fueris.
Ita effectum eſt vt cùm illa ſine vlla trabe,
& odio, ſed cum apriſsima gratia ad Daui-
dem acceſsiſſet illum placauerit, feſtucam
ex eius oculo eduxit, & in gratiarum actio-
nem illum impulerit. Dixit enim ad Abi-
gail. Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui
miſit te hodie in occurſum meum, & benedi
ctum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ
prohibuiſti me hodie, ne irem ad ſanguinẽ
& vſciſcerer me manu mea. Eadem ferè gra
tia nulla trabe excœcatus Natham ad Dau-
id acceſsit,ſic enim cum illo egit, & alterius

perſonæ

perſonæ prætextu eum ſuauiter induxit; vt idem ipſe ſibi feſtucam eijceret & exclamaret. Peccaui Domino. Plutarchus lib. de diſcrimine adulatoris & amici ait: Medicus cũ carnem ſecauerit, non ſaltare ſed concinnè & aptè ſe gerere debet, quanto magis cauere eum oportet, qui alterum arguit ne in animi moribus indecorè ſe habeat. Plato quidem ſenes monet, vt qui verecundiam ſtudeant adoleſcentibus incutere ipſi primi reuereantur adoleſcentes: ſicut bonus medicus mauult, ſomno aut cibo morbum ægroti depellere, quam cauterio aut ſcammonio.

Plutarch. Simile.

Plato.

Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo. Benè dicit eum hypocritam, ait Auguſt. lib. 2. de ſermone Domini in monte cap. 30. Accuſare enim vitia officium eſt bonorum virorum & beneuolorum, quod cum maleſici agunt alienas partes agunt, ſicut hypocritę qui tegunt ſub perſona quod ſunt, vt oſtendant in perſona quod non ſunt. Hypocritarum ergo nomine ſimulatores acceperis. Et aduerte quòd Dominus à manifeſtioribus & notioribus docet. Notiora inducit nocumenta ſub exemplo trabis & feſtucæ: manifeſtum quippè malum eſt, vt qui trabem, hoc eſt, grande peccatum habet, feſtucam, hoc eſt, minimum condemnet: indignum vt qui trabem habet in oculo ſuo, trabem etiã in alieno oculo eruere conetur, iuxta illud. Qui prædicas non furandum furaris, &c. Sed Dominus è notioribus id intelligi voluit. *Nolite ſanctum dare canibus, neq; mittatis margaritas veſtras ante porcos, nè fortè conculcent eas pedibus ſuis, & conuerſi diſrumpant vos.*

Rom. 2.

Matth. 7.

Prohibuit hactenus Dominus mala iudicum ac correctorum, nunc vero mala diſpẽſantium ſacra vetat. Quomodo autem hęc doctrina præcedentibus cohęreat, non tam facilè apparet, niſi dicas, vt ſuperiùs dictum eſt, Euangeliſtas non ordinem dictorum à Chriſto ad vnguem obſeruaſſe, ſed prout Spiritus ſanctus dabat ſcribere illis. Vel quod Dominus in hoc ſermone tranſit de materia in materiam, & modò hanc modò illam docet. Verum eſt quòd D. Chryſoſt. ſic nititur hæc ſuperioribus connectere. Vt quoniam ſuperiùs iuſsit Dominus diligere inimicos, & benefacere his qui peccant in nos, hic iam amputare intelligatur malam cogitationem, quæ ex illis præceptis oriri poſsit: nam ob ea præcepta cogitare poſſent Apoſtoli, etiam indignis, & hoſtibus Dei communicanda eſſe ſecreta Dei myſteria; quod Dominus hic declarat ac prohibet. Iãſenius hac ratione ſubiuncta, hæc cum ſuperioribꝰ iũgit, vt qm̃ mox ſuperiùs docuit, qui non debeant alios iudicare, corripere & docere: hic iam docet qui non debeant corripi & doceri. Dixerat enim: Eijce primũm trabem de oculo tuo, & tunc perſpicies vt educas feſtucam de oculo fratris tui. Nè ergo is qui purus eſt & trabem iam eijcit de proprio oculo putaret ſe quoſuis corripere & docere debere, quos videt vitijs aliquibus obnoxios, commodè hanc doctrinam generalem ſubijcit; nè ſanctum daretur canibus: ſignificans abſtinendum ab admonitione illorum, qui admoniti euaſuri ſunt peiores, & potiùs ſunt irritandi quàm ſanandi. Caieta. per (ſanctũ) intelligit id quòd eſt Dei, videlicet ſecreta Trinitatis, Verbi incarnati, Euchariſtiæ non debemus dare canibus, hoc eſt; impugnatoribus ueritatis: qui canes dicuntur, eo quod eorum officium ſemper eſt acclamare, oblatrare, ac ringere aduerſus veritatem. *Nè fortè conuerſi diſrumpant vos.* Non videtur hæc metaphora rectè conuenire: nam canes non conuertuntur aduerſus eos qui eis aliquid mittũt, vt diſrumpãt eos. Sed tamen conſidera quid nomen ſanctum ſignificet: nam ſanctum abſolutè abſque additione ſignificat quid mundum, eleuatum à communi vſu, non ſolùm brutorum, verũ etiam hominum: ſanctum enim dicit mundum, competens Deo, non tamen canibus. Videmus autem canes comedentes aliquid quod ſibi vtile eſt, ſi tunc inuitamus eos dãdo eis aliquid quod ſibi inutile eſt, quantuncumque preciosum ſit, aduerſum nos inſurgerevt diſrũpant. Sic ſi demus peſsimis impugnatoribus veritatis hæc ſancta, quæ vſui eorum non conueniunt irritantur cõtra nos & vellent nos diſrumpere & dilacerare: vt ſi Arrianis myſterium prædices Trinitatis, & Lutheranis Euchariſtiæ ſacrificium proferas: ij enim tunc aduerſum nos inſurgerent & diſrumperent ſi poſſent, vt de facto modò faciunt. *Nec mittatis margaritas veſtras ante porcos.* Hoc eſt eccleſiaſtica ſacramenta noſtrorum vſui & diſpenſationi commiſſa, quę non ſolum non debent diſpenſari hominibus, qui preciositatem ac pondus harũ margaritarum ignorant, verùm nec illis, qui cœno peccatorum prouoluti ſunt, ac immerſi, quẽadmodum porcis conſuetum eſt. Fortè enim conculcabunt ea pedibus ſuis. Fortè dicit in vtraque metaphora: quoniã nõ ſemper id euenit: poteſt enim ſus vel canis tũc aliorſum

Chryſoſt.

Ianſenius

Moralitas

Caieta.

Simile.

ſum diuerti, nihilominus nos tali periculo res ſacras exponimus, vt à peſsimis ac peccatoribus contemnantur & conculcentur, vt cùm. v. g. Sacerdotia, Epiſcopatus, profeſsio religionis ac cætera, quæ tanquam pretioſa in Eccleſia Dei habentur, dantur hominibus ſola lucra terrena quærẽtibus, hęc enim colligentes, id quod ſanctum ac preciosum eſt nihili pendent. Quemadmodum Herodes, quia propter regnum temporale obeũdum circunciſus eſt, ſacra legis paruipendebat, ipſum legis ſcopum, Meſsiam, ſcilicet, necare ac conculcare ſatagens. Vnde Paulus Timotheum inſtruit dicens. Neminem citò manus impoſueris, id eſt, abſque magna morum & ſanctitatis conſideratione, ne minem in Dei miniſtrum conſecraueris. Chryſoſt. in Imperfecto, per ſanctum intelligit res ſacras, qualia ſunt ſacramenta Baptiſmus, Euchariſtia, &c. Per margaritas, myſteria veritatis ac ſacræ Scripturæ vult ſignificari, quæ margaritis ſimilia dicit eſſe Theodoretus ſuper Cantica, vtpotè de quibus Pſalmiſta dicit, deſiderabiliora eſſe ſuper aurum & lapidem pretioſum: & amabiliora ſuper aurum & topazion: & Regnũ cœlorum comparatur homini negotiatori has pretioſas margaritas quærenti. Hæc autem veritatis myſteria in ſacris Scripturis incluſa ſunt, quemadmodum margaritæ incluſæ cochleis poſitæ ſunt in profundũ maris, vt ſicut è profundo maris nõ poteſt tollere niſi artifex qui habet eius rei vſum: ita illa inuenire & explicare nõ poſsit, niſi vir ſpiritualis qui habet ſenſus benè exercitatos. Verum huiuſmodi myſteria non ſolum non ſunt communicanda porcis, ſed nec etiam bonis quibuſdam, qui adhùc ſunt infirmi, ſicut Saluator Apoſtolis ſuis dicebat. Adhùc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. Et Apoſto. 1. Cor. 3. Ego (inquit) cùm veniſſem ad vos, non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed tanquam carnalibus: tanquam paruulis in Chriſto, lac potum vobis dedi, non eſcam: nondum enim poteratis, ſed nec dum quidem poteſtis. Quod & adnotauit Hieronymus libro. 13. ſuper cap. 42. Ezechiel. tomo. 5. vbi præcipitur Sacerdotibus, quòd quando ex ſanctioribus locis templi ad populum exire deberent ponerent veſtes ſacras, quibus Sanctuario miniſtrauerant, & veſtibus communibus induantur; quoniam abditiora myſteria templi Dei non debent omnibus patere, quia ad hoc capaces non ſunt, ſed communia & omnibus peruia eis debent inculcari. Quare Ianſenius vult quòd idem intelligamus vocari ſanctum & margaritam, nempè doctrinam veritatis, hoc eſt Euangelicam, quam & poſteà margaritæ comparat Dominus. De hac enim etiam hic potiſsimùm loquutus videtur. Quamuis cùm hæc ſit generalis ſententia, etiam per ſanctum & margaritas poſſunt ſignificari quæcumque res ſacræ, qualia ſunt ſacramenta quæcumque. Quæ omnia ſancta ſimul & margaritæ dicuntur. Sancta quidem: quia diuina & ſanctorum tantum vſui deputata, quæ corrumpere, & prophanare nefas eſt, quomodo in veteri lege ſancta dicebantur quæ prophanis vſibus adaptare nefas eſſet: margaritæ verò propter inæſtimabile eorum pretium. Per canes autem nonnulli, (vt Chryſoſtomus in Imperfecto,) infideles intelligunt omnino immundos. Per porcos verò Chriſtianos carnalibus voluptatibus deditos, aut è contra, vt Hieronymus, per canes Chriſtianos reuerſos ad vomitum: per porcos, qui nondum Euangelio crediderunt, verſantes in luto peccatorum. Verumtamen Ianſenius Simplicius vult, vt per canes & porcos, eoſdem intelligamus, nimirum eos, qui immedicabili tenentur impietate, quos generali quidem ratione canes vocat, & porcos propter eorum immunditiam: ſpecialiter verò canes quòd ſemper veritati oblatrant, nec aliquid benè loqui nouerint, ad ſimilitudinem canis, qui ferè nunquam emittit vocem niſi iræ ſignificatiuam: porcos vero quòd carnalia & terrena, & quæque immunda, diuis ac ſpiritualibus rebus præponant, quemadmodum porcus lutum pręfert margaritis: vterque autem tam canis quam ſus à diuinis arcebantur in Lege. Verùm in his parum refert quodcumq; horum dicas, dummodo vera hæc ſtet ſententia Saluatoris, quòd diuina cautè communicanda ſunt, & cũ ſumma reuerentia, & attentione propalanda: nè in deriſum & contemptum peſsimorũ veniãt. Quare ex intentione non his communicanda ſunt, quibus in furorem vertitur

1. Tim. 5.

Chryſoſt. in Imperf.

Theodore. ſuper Cantica.

Simile.

Ioann. 16.

2. Cor. 3.

Hiero. lib. 13. ſuper. c. 42.

Ezech. to. 5

Ianſenius

Matth. 2.

Chryſoſt. in Imperf.

Hierony.

Ianſenius

Leuit. 11.

veritas, aut ſacramentavitæ in mortem: Nã & Dominus (vt Rupertus hic adnotauit) in diuiſione linguarum filios Heber à cæteris nationibus ſegregauit, quibus Hebrea lingua, quæ in illis ſolis relicta eſt, manifeſtanda erant diuina myſteria, & poſtea ſub ſimulachris & figuris ad hùc ipſis Hebrẹis ea eſt loquutus, ne omnibus peruia fierent, ſed his quibus pro ſe vel pro alijs vtilia deberẽt eſſe. Sed aduerte quod conſultò diximus ex intentione non debere omnibus exerari diuina: quoniam ſi publicè quis Euangelicã doctrinam prẹdicauerit, etiamſi multi ex auditoribus eam ſint blaſphematuri, non tamen propterea non eſt prædicanda: debetur enim hæc veritas electis quibus aliquãdo ſe immiſcent & reprobi. Quare ius electorum illis ſeruandum eſt. Nec ſacra communio occulto peccatori deneganda eſt, ſi ipſe ſe ſacris inter bonos immiſcet: nam & Dominus non prohibuit Iudam nè manum ſacrilegam in paropſide cum alijs diſcipulis mitteret, etiamſi illi mortifera deberet fieri buccella, nè occultũ ſacrilegium ignorantibus proderet. Immò & ipſe Chriſtus Dominus multa coram perfidis & blaſphemis prẹdicauit, quẹ in pernitiem illis verſa ſunt, & ob ea contra eum conuerſi, morſibus & plagis ipſum diſruperunt: quoniam illa pro his qui ea debebant capere dixit. Vndè Auguſt. hic ait: Quòd Dominus multa dixiſſe inuenitur, quæ multi qui aderant, vel reſiſtendo, vel contemnendo non receperunt, non eſt putandum ſanctum dediſſe canibus aut margaritas ante porcos miſiſſe: nõ enim dedit eis qui capere nõ poterant, ſed eis qui capere poterant & ſimul aderant, quos propter aliorum immunditiam negligi nõ oportebat. Hæc ille. Cùm verò prædicatio veritatis nullum emolumentum allatura eſt, vel ad ſalutem proximorum, vel ad gloriã Dei, ſed appareat canes tantum illam impugnaturos aut porcos contẽpturos, non eſt profe renda: ſic Chriſtum nunc Phariſæis tanquã canibus, nunc Herodi & Pilato tanquã porcis myſteria ſua promere noluiſſe legimus. Obſerua ex Alberto Magno ſuper hunc locum, quòd canis ſecundum Chryſoſto. duas habet immunditias legales, alteram quòd non diuidit vngulam, alteram quod non ruminat. Quare ſignificantur per hoc Pagani, Heretici, & Iudẹi, qui duas habent immunditias infidelitatis, ſcilicet, quia non ruminant nec profitentur rectam fidem: & morum, quia non diuidunt vngulam, ſed totos ſe corruptis moribus immergunt. Cæterum alias tres immunditias habet canis, quæ ad mores pertinent, vnam in latratu & duas in cibo. In latratu duas habet proprietates ſingulares, quæ ſibi ſoli inter animalia conueniunt. Nam inter omnia animalia hoc habet ſpeciale, quòd vix emittit voces niſi ad abigendum ſuperuenientes cum alia animalia ad hoc non vociferent. Secunda eſt, quòd cùm clauſo oſtio ab intus latrat, omni impellenti aut pulſanti oſtium latrat, non aduertens primò an illi qui pulſat ianuam blandiendum ſit cauda, vel oblatrandum vt fugiat. In cibo autem alias duas habet proprietates, quoniam vorax eſt & ſaturatus adhùc ſe ſuperimplet cibis. Secundò quòd reddit ad vomitum & iteratò deuorat eum. Infideles igitur & corrupti in moribus ſignificantur in duabus immunditijs legalibus, vt diximus: contentioſi autem & ſemper contra veritatem garrientes ſignificantur, ex hoc quod ſemper ad veritatem abigendam latrant. Vndè Ioannes in tertia Epiſtola dicit: Diotrepes non recipit nos, propter hoc ſi venero commoneam eius opera quẹ facit verbis malignis garriens in nos, & quaſi non ei iſta ſufficiant, neque ipſe ſuſcipit fratres, & eos qui ſuſcipiunt prohibet, & de Eccleſia eijcit. Per hoc autem quòd canis latrat, non diſcernendo an amicus ſit, vel non cui oblatrat: ſignificat iram quæ oppugnat, non diſcernendo quid oppugnet. Voracitas autem canum, carnis, & auaritiæ refert inſatiabilitatem, quæ ſunt duæ filiæ ſanguiſuggæ dicentes: Affert affert, vt dicitur Prouerbiorum. 26. Et Eſai. 16. dicitur: Canes impudentiſsimi neſcientes ſaturitatem. Reuerſio autem ad vomitum denotat inconſtantiã pœnitentiæ & virtutis: nam ſi etiam aliquid boni aliquando inceperunt, ſtatim ad priſtina mala relabuntur, iuxta illud 2. Petri. 2. Canis reuerſus ad vomitum, & ſus lota inuolutabro luti. Porcus etiam præter immunditiam legis (quia non ruminat quam tangit Chryſoſt.) habet quatuor fœdiſsimas proprietates, vna (vt ait Alber.) eſt, quòd inter omnia animalia eſt animal monſtruoſum: ſecunda, quia nunquam ſuum caput erigit, ſed ſemper depreſſum

Rupertus.
Matth. 16.
Auguſt.
Ioan. 18.
Albertus Simile.
Alia moralitas.
Ioãnn. 3.
Prouer. 26
Eſai. 16.
2. Pet. 2.
Chryſ.
Albertus

preſſum verſus terram habet. Tertia quia capit cibum ſordidiſsimum. Et quarta, quòd in luto ſemper quẹrit volutari. Monſtruum animal ſuem eſſe dicimus: quia diuerſorum animalium proprietates oppoſitas in eo coniunctas inuenies, quaſi quædam membra monſtruoſa. Cùm enim nullum animal in duo diuidens vngulam ſit quod non ruminet; porcus in duo diuidit vngulam, & non ruminat. Adhùc, animal habens ciſum pedem in multos digitos, habet multos filios: & diuidẽs vngulam in duos, regulariter tantum vnum fœtum edit, rarò autem duos gemellos: porcus autem conuenit cum vtroque; quia non habens in multa fiſum pedem, ſed in duo diuidens vngulam, parit multos ſimul porcellos. Prẹtereà, animal in duo diuidens vngulam habet in vno loco ſignato corporis tantum duas mammillas, per totam ventris longitudinem extenſas; ſues autem in duo diuidit pedem, & tam multas habet mammas, per totam longitudinem ventris extenſas. In pilis etiam eſt medius inter hericium & piloſum, quaſi compoſitus ſit ex vtroque. Habet prẹtereà collumellares dentes, quæ fulmina dicuntur in mandibula inferiori ad corrixandum, & ſimiliter in mandibula ſuperiori licẽt minores illis quos Elephans habet, qui & illos habet in mandibula inferiori dumtaxat: vndè multa monſtruoſa inueniuntur in porco. Quare dicitur, porcus quaſi ſpurcus vel ſpurius ex talibus compoſitis: nam cùm à diuerſis animalibus aliquam proprietatem mutuet, ſemper ſpurcama, c ſordidiorem ab eis accipit. Quapropter ſignificat monſtruoſos peccatores ex diuerſis vitijs compoſitos, de quibus Numer. 17. dicitur: Monſtra quædam hominum vidimus ibi. Vndẽ & ſignicantur per ſerpentem illum, quem vidit Ioannes ſeptem capita habentem, hoc eſt. ſeptem capitalia vitia: nam per depreſsionem capitis eos refert, qui ſe totos terrenis immergunt ac pro lutuoſis rebus inhiãt, de quibus Pſalm. 16. dicitur: Statuerunt oculos ſuos declinare in terram. Daniel. 13. Euerterunt ſenſum ſuum & declinauerunt oculos: vt non viderent cœlum, nec recordarentur iudiciorum iuſtorum. In hoc autem quòd cibis viliſsimis, ac ſordidiſsimis paſcitur, ſignificat eos qui paſcuntur immunditijs, qui eſſe ſub ſentibus delicias putant vt dicitur Iob. 30. Et Eſai. 26, Rapſaces qui diaboli figuram tulit, dicit ſe eſſe miſſum adire eos, qui comedunt ſtercora ſua, & bibunt vrinam pedum ſuorum, quos deplorabat Hiere. Threno. 4. dicens: Qui nutriebãtur in croceis amplexati ſunt ſtercora. Quòd autem in luto volutatur, (vt ait Petrus) eos denotat qui tranſitum de peccato in peccatum faciunt, volutabra vitiorũ mutantes: & non quieſcunt, niſi in fœtoribus peccatorum, de quibus Hiere. 47. dicitur: Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua requieuit in fœcibus ſuis. Cæterum immunditia legali hoc animal eſt immundum, ex parte & non ex toto (vt ait Chryſoſt.) quia diuidit quidem vngulam non tamen ruminat: in quo eos refert, qui in fide quidem nõ errant, ſed in moribus corrupti ſunt. De quibus Paulus ad Tim. 1. ait: Confitentes ſe noſſe Deum, factis autem negãt. His ergo margaritæ non ſunt proponendæ: nam vt dicitur Eccleſ. 21. Verbum Sapiens quicumque audiet ſciẽs laudabit & ad ſe adijciet: audiet luxurioſus & diſplicebit illi, & proijciet illud poſt dorſum ſuum. Et Prouerb. 23. In auribus inſipientium ne loquaris: quia deſpicient eloquia tua, vel doctrinam eloquij tui. Proijcient enim retrorſum ſermones Dei. Si enim ea quæ Spiritum Euangelicum redolent docueris, nempè ea quæ ad charitatem Dei & proximi attinent, ſinceramque illam veritatem ac fidem quàm homines inter ſe ſeruare deberẽt dixeris, nec penetrãt, nec intelligunt ac ſi eis extranea lingua loquereris. Barbari quippè hodie effecti ſunt homines ad diuina eloquia intelligenda. Si autem res parui momenti loquutus fueris, eiſq; minora vitia, & quæ omnibus patent oppoſueris, irridebunt te, atque dicent te illa prædicare quia ſtultus es & inſcius nec alia maiora penetres: vel quod ſermonis ſeriem amiſiſti, aut quòd minus ad prædicandum ſtuduiſti. Ecce in quo poſitum eſt hodie Chriſtianorũ vulgus. Quare ego in hoc volumine omnia, quæ publicè docui ſcripta relinquo, vt me citius ab hoc ſæculo nequã eripiam ſolitariuſque ſedeam in cella mea eleuans me ſuper me: indignum quippè cum Domino reputo ſanctum dare canibus, & margaritas meas, quas ex ſacra Scritura erui, mittere ante porcos. Quod ſi oblatrare aut grũnire voluerint huius calamitoſæ tempeſtatis homines, libellum hunc illis opponam, in eum dicteria iactent, meque liberum ac expeditum ab eis ſinant meam agere rem ſempiternam. Atq; vtinã nõnulli prẹdicatores hui ẹtẽporis palatum hominum alijs minoribus rebus non

Thren. 4.
Hiere. 47.
Chryſoſt.
Ad Tim. 1.
Eccleſ. 21.
Prouer. 2.
Numer. 17
Apoc. 12.
Pſal. 16.
Daniel. 13
Iob. 30.
Eaſ. 26.

inficiant, & quæ ad rem ipſam non adeò vtiles ſint, ita vt illis aſſueti maiora hæc minimè capere valeant. Pro Deum immortalem quanta hic ſuper hanc rem dixiſſem, ſi habilem ſperarem auditorem!

Moralitas ſeu concio de oratione.

Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Docuerat ſuperiùs Dominus petere orando Pater noſter. Docuerat & quærere, cùm dixit: Quærite primùm regnum Dei, &c. Modò intendit monſtrare quænam vtilitas ſit in hoc quod eſt petere & quærere, adiuncto tertio quod eſt pulſare. D. Chryſoſt. aliter hanc connexionem docet, nimirum quòd quia magna erant, & humanæ naturæ propter ſuam infirmitatem, & corruptionem difficilia quæ hactenus præceperat Dominus; hic iam docet, qua ratione quæ dicta ſunt preſtare poſſimus: videlicet, ſi orationibus noſtris auxilium & gratiam Dei implorauerimus, cùm ipſe promittat ſubuenturum petentibus. Si mul etiam per hæc docet nè indita præcepta putemus noſtris nos viribus poſſe implere, ſed ad perficiendum ea neceſſarium nobis eſſe Dei adiutorium precibus impetrandum. Ideò non dixit: quid petendum aut quærendum ſit: ſed tantum, Petite, & quærite: quia quæ petenda ſunt in præcedentibus memorata ſunt, & in his oſtenſum pro quibus oportebat orare. Intendit etiam hic cõdemnare aliquorum errorem dicentium futiles ac vanas eſſe orationes noſtras coram Deo: erat enim quaſi prouidentiam Dei deſtruere, ſi noſtris orationibus eum flectere æſtimaremus, ipſe enim nouit quid conueniens aut neceſſarium ſit omnibus rebus, tam quoad temporalia quàm quoad ſpiritualia. Deinde conſilium ſuum ac voluntas infallibilia ſunt, ſecundum illud: Omne conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet. Quomodo ergo poterunt illud noſtræ orationes immutare? Verùm homines iſti vaniſsimi, ac ignorantiſsimi non intellexerunt diuinam prouidentiam non impediri, immò exequi potius per cauſas ſecundas: ipſa enim diuina prouidentia tales cauſas ad tales effectus accõmodauit. Quare tales interponendo cauſas, non ſolùm contra diuinam prouidentiam non facimus, quinimo exequimur illam. Nam quemadmodum ſua prouidentia ordinauit Deus, vt homo in ſudore vultus ſui veſceretur pane ſuo, cuius cauſa terrã coleret proſcindendo, fodiẽdo, & ſeminando eã: quare qui hæc facit non cõtra Dei prouidentiã nititur, licèt Deus abſq; his laboribus fructus noſtros poſſet producere: ſed potiùs Dei adiuuat prouidẽtiã, ſi ita fas eſſet loqui: ſic etiã, etſi Deus nr̃ã nouerit indigẽtiã, neceſſariaq, nr̃a memineriteiuſq; prouidẽtia infallibilis ſit ac certa, decreuit nihilominꝰ ac ordinauit, vt nos abſilo poſtularemus omne id quo indigeremus, tàm corpori quàm animę neceſſariũ, eſſetq; oratio noſtra quaſi cauſa ſecunda quæ prouidẽtiam ſuam exequutioni mandaret, qui talem voluit cauſam talibus effectibus adaptare: vndè nõ ſolùm electos ad beatitudinẽ tanquam ad finem ordinat, verumetiam media quibus conſequi deberent eſſe fœlices, eadem prædeſtinatione deſtinauit. Quare hoc ordine voluit vt Paulus, Stephani orationibus mediantibus, ad veram fidem conuerteretur iuxta illam Beati Auguſtini ſententiam. Si Stephanus non oraſſet, Eccleſia non haberet Paulum. Vndè per orationem recognoſcimus Deum vniuerſalem omnium rerum prouiſorem, ad quem, veluti ad omnium bonorum fontem ac originem, orantes accedimus vt nobis ea quibus indigemus concedat. Quare tàm longè abeſt vt ſuę prouidentiæ irrogemus iniuriam, quin potiùs religionis ac reuerentiæ ei cultum exhibeamus, cùm petentes ab illo bona, fatemur ipſum omnium bonorum eſſe largitorem: vndè ad hunc excludendum errorem hic nos Chriſtus orare docet, importunèq; ſemper omnia bona noſtra ab eo efflagitari. Antiqui illi Gigantes huius erroris capita fuerũt, qui ſuperbia elati, Dei auxilium poſcere dedignabantur, exiſtimantes ſe illius non indigere: Quemadmodum & Sapiens Eccleſ. 16. dixit: Nõ exorauerunt pro peccatis ſuis antiqui Gigantes, qui deſtructi ſunt confidentes ſuæ virtuti. Et licèt nonnulli hoc teſtimonium ſic intelligant quòd non fuerint ſufficientes vt placarent Deum, & alia litera ſic inſinuare videatur: melius tamen ac proprius intelligitur ſicut litera ipſa ſonat quòd ſuis viribus confiſi renuebant Deo ſubijci: & ideò diluuij aquis ſubmerſi ſunt. At verus Magiſter hic nos docet. *Petite & accipietis.* Vnde Aug. dicit in lib. de verbis Domini. Non nos hortaretur vt peteremus, niſi dare vellet. Et Chryſoſt. ait: Nunquã oranti beneficia denegat, qui vt orantes non deficiant ſua pietate inſtigat. *Petite & accipietis &c.* Aug. lib. 2. de ſermo. Dñi in monte, ſic has petitiones diſtinguit, vt petere ſit animi ſanctitatem ac firmitatem poſtulare ad explenda mãdata Dei: quærere autẽ ſit inquiſitio

Eſai. 46.

Chryſoſt.

Auguſt.

Eccleſ. 16.

Auguſt.

Chryſoſt.

Auguſt.

Simile. Geneſ. 3.

tio veritatis qua ſaluamur, pulſare autem ſit prætenſio noſtra ingrediendi regna cœlorum. Alij ſic explicant. Petite fide, quærite ſpe, pulſate charitate. Cæterum idem D. Auguſt. 1. retract. cap. 19. ait ſibi videri Dominum in reduplicatione huius ſententiæ vnam tantùm remvoluiſſe, & hæc eſt, homines ad orandũ impellere: & vt bono animo ad Deum accederemus per orationem quæ debet eſſe confidentia plena, diligens, ardens, atque perſeuerans. Petere ſignificat confidentiam: quærere, diligentiam: pulſare ardorem atque perſeuerantiam dicit: Quis enim abſque fidutia ac deſiderio petit? Aut quis abſq; diligentia atq; ſolicitudine quærit? Quin potiùs ab omni alia cura ac ſolicitudine ſuperſedendo. Quis autem perſeueranter pulſat, niſi ardenti deſyderio intrandi flagret? Cui ſententiæ D. Chryſoſ. ſubuenit dicens id quod addidit Chriſtus dicẽdo: *Quærite & pulſate.* Hic nos docet, nẽpè quod non pigrè & quaſi per trãſenam debeamus cum Deo noſtra pertractare negocia, ſed maxima cura, patientia, ac perſeuerantia: eo modoloquendi, quo vulgò dicitur, *que al que no habla, no le oye Dios. Et qui non quærit non inuenit.* Et non clamanti non reſpondetur. Itaque vnam tantum rem ſuis circunſtantijs veſtitam nos docet hic Chriſtus Dominus: quod indicant ſubſequuta verba Chriſti cũ infert: *Quanto magis Pater veſter cœleſtis dabit ſpiritum bonum petentibus ſe?* Vbi non dicit quærẽtibus & pulſantibus, ſed ſolũ petẽtibus: quaſi hoc ſolũ ſuaderevoluit. Id etiã Pauli oratio nos docuit qui in tẽtatione poſitus ter Dominũ rogauit, vt ab eo diſcederet. Vna & eadẽ petitio tribꝰ vicibꝰ fuit repetita, cũ fiducia, diligẽtia ac pſeuerãtia. Quod & Ambr. ſuper eundẽ locũ cõfirmat dicẽs: Non erubeſcit aliquid ſæpiùs poſtulare, ne vel diffidere de Dñi miſericordia videretur, vel arroganter dolere quod non prima prece aliquit impetrauerit. Aliquãdo quippe diffidentiæ ſpecies videtur eſſe ab oratione tã citò ceſſare, aliquando arrogantiæ ac ſuperbiæ genus quaſi Deo iraſcamur, quia non protinus noſtras exaudiat orationes. Quod & apud Lucam nos docuit Chriſtus in exemplo illo quod adducit dicens: Quis veſtrum habebit amicum & ibit ad illum media nocte & dicet: Amice commoda mihi tres panes quoniam amicus meus venit de via ad me, nec habeo quòd ponam ante illum, & ille deintus reſpondeat dicens: Noli mihi moleſtus eſſe, iã oſtium clauſum eſt & pueri mei mecum ſunt in cubili, nõ poſſum ſurgere & dare tibi? Et ſi ille perſeuerauerit pulſans dico vobis & ſi non dabit illi ſurgens, eo quod amicus eius ſit, propter importunitatem tamen eius ſurget & dabit illi quotquot habet neceſſarios. Et ſubdit: Et ego dico vobis. Petite & dabitur vobis, &c. Quo exemplo (nec enim parabola hæc eſt) nos docet quo pacto in oratione perſiſtere debeamus, quæ etſi hominibus moleſtiam inferre videatur, Deo autem maximè placet. Quòd ſi perſeuerantia hominem vincit, quanto magis Deũ? Sed attende quid dicat, media nocte, importunior quiptunc hora eſt, quando ſopor homines plus delectat ac tenet, vt ſcias nullũ eſſe tempus horam, aut inſtans quo Deum tuum alloqui non poſsis: non enim dormitabit neq; dormiet, qui cuſtodit Iſrael. Hæc autem hora quæ hominibꝰ moleſtior eſt, Deo magis placet, & gratior eſt. Medianocte Spõſus veniet. Oportet vt nos paratos ac vigilãtes inueniat accẽſis deuotionis lãpadibꝰ, laudes Deo cũ Angelis canẽdo, quãdo ſilentiũ quod omnes res tunc temporis continet ſuauiùs nos ad diuina contemplanda inuitare videtur. Vnde Pſalmiſ. ſecundum Hebr. dicit. Tibi ſilet laus Deus in Syon: quoniam in ſilentio ac tranquillitate deuotiùs & attentius oramus. Quare in Scriptura ſilentium aliquando tranquillitatem ſignificat: vt eſt illud Eſaiæ. In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra, hoc eſt, in tranquillitate & pace. Media nocte Angelus primogenita Ægypti interfecit, quoniam illa hora melius interimuntur primordia vitiorum, quę tunc temporis ſuccreſcere incipiunt. Chriſtus Dominus in oratione pernoctabat. Beatus Antonius cum ſole iraſcebatur: quoniam ortu ſuo illum diuertere videbatur ab illa incomprehenſibili luce, in cuius dulciſsima contemplatione totam conſumpſerat noctem. Quid me vis (aiebat) cur me ab illa limpidiſsima luce, cuius tu, vel minimus radius es auertere niteris? Quare ſancti Patres antiquarum religionum inſtitutores hunc morem ſeruauerunt, & ſuis ſequacibus ſeruandum tradiderunt: vt media nocte ad matutinas decantãdas ſurgerẽt, atq; Eccleſia damnauit tãquã hæreticum Vigilãtiũ, qui tales condẽnabat excubias, quem potius dormientem Diuus Hieronymus vocat. Vſus quippe ſanctorũ Patrum plurimum eſtimandus eſt, immò creditur morẽ iſtũ ab Apoſtolis dimanaſſe, nam

Auguſt.

Gregor.

Pſal. 118.

Matth. 25.

Pſal. 64.

Eſai. 30.

Exod. 12.

2. Cor. 12.

D. Ambr.

Luc. 11.

Hieronym.

Plinius Iunior ad Traianũ. Theodoſi. Imperator

nam & Plinius Iunior ſcribens ad Traianũ refert Chriſtianos tunc temporis intempeſta nocte ſurgere ad Hymnos Chriſto crucifixo decantandos. Et de Theodoſio Imperatore referunt hiſtoriæ, quòd cum ſuis ſororibus media nocte laudes canebat Deo,

Pſalm.18.

fortè in hoc imitari volens Dauid Regem, qui media nocte ſurgebat ad confitendum Domino ſuper iudicia ac iuſtcias eius.

Amice commoda mihi tres panes. Panẽ pete à Deo, hoc eſt, res quæ ſubſtantiam tibi tribuant, animam nutriant atque impinguent, & ſatiare eam valeant qualia ſunt æterna. Quid terrena hæc tanto conamine poſcis, quæ nec animam nutriunt, nec eius famem vel ſitim extinguere poſſunt? Tunc

Pſal.16.

ſatiabor (ait Pſalmiſta) cùm apparuerit gloria tua: quare & in oratione Dominica, panem noſtrum ſuperſubſtantialem poſtulare docemur. Commoda mihi tres panes. Fa-

Luc.11.

melicus poſtulator deſcribitur iſte non plenus edulijs, nec multos eructans cibos. Oratio germana ac conſors ieiunij ſemper eris, amboque ſimul rectè conuenitis. Stomachus cibis redundans, quos vapores putas ad cerebrum mittet? vel quam pacem membris impertiri valebit, vt tranquillè ac purè ad diuina colloquia tranſeamus vel accedamus? Leue oportet vt corpus fiat, nè ſuo pondere animæ volatum detineat, nè ad Deũ aſcendat. Quid enim ſi anima quæ ad Deũ aſcendere cupit, cibos indigeſtos in ſtomacho reperit? Opus erit vt digerendis illis detineatur. Quomodo tunc alia maiora officia exequi valebit? Si animalia tũc opera exer

Simile.

cere debet: à ſpiritualibus quieſcere neceſſarium erit. Cùmvis vt accipiter, aut alietus ardeam volando ſequantur, eos ieiunos, ac famelicos ducis: quatenus velociùs poſſint in altũ ipſam volatibus obliquis perſequi: ſi enim ventriculum tunc cibis plenum haberent, nec ita auidè nec adeò celeriter ardeam ipſam inſequerẽtur. Sic anima quæ ad Deum volare oratione contendit, non fartum ac refertum eſcis ſtomachum debet habere, ſed vacuum ac expeditum, nè animę volatum impediat. Mutuò ſe iuuare ſolent

Tob.12.

ieiuniũ, & oratio, vt Angelus dixit ad Tobiã: Bona eſt oratio cũ ieiunio & eleemoſyna. Quare Eccleſia, horũ myſteriorũ cõſcia ſemper ieiuniũ orationi iũgit. In diebus quippè ieiunij, maiores preces ac orationes iũgit ſimulq; & eleemoſynas mãdat: quatenꝰ his alis ſubleuata oratio ad ſuũ aſcẽdere valeat Protectorẽ. Propter importunitatẽ dabit ei quotquot habet neceſſaria: nã Deus plus dat quã nos petere aut deſiderare poſſemꝰ: quoniã maior eſt Deus noſtro corde, hoc eſt, deſiderijs nrĩs: nos em̃ ad noſtrã tenuẽ menſurã poſtulamus, Deus autẽ ſm̃ ſuã magnificẽtiã tribuit, quã nos cõprehendere nõ valemus. Vnde Baſi. Magnus (inquit.) eſt *Baſilius.* Rex noſter, & indignatur ſiquis exigua ab illo petat. Perillus quidã Magni Alexãdri amicus popoſcit ab eo vt dotaret vnã ex filiabus ſuis. Cui Rex quinquaginta talẽta dedit: quo dicẽte, Mihi pro filia mea ſatis ſunt decẽ talenta. Reſpondit Alexander: Mihi non ſunt ſatis ad dandũ. Sic dona Dei ſuperfluentia ſunt (vt Paul. dicit:) Qui dat omnibus affluẽter. Quidã Philoſophus Cynicus petijt ab Antigone Rege dragmã vnã. Cui reſpõdit Rex. Nõ eſt datũ Regis tã minima res. Subintulit Philoſophus. Da ergo mihi talẽtũ. Reſpõdit Rex. Nec tãtũ põdus congruit Philoſopho pauperẽ vitam profitenti. Quo inſtruimur id petẽdũ à Deo, & qd̃ ſuæ magnitudini & noſtræ indigẽtiæ condecẽs eſt. Igitur oratio his comitata cõditionibus efficaciſsima ſolet eſſe. Audi Chryſoſ. de in *Chryſoſt.* cõprehẽſibili Dei natura Homel. 5. talia de oratione prędicãtẽ. Vis orationis vim ignis extinxit, leones cohibuit, bella cõpoſuit, pręlia remouit, tẽpeſtates ſuſtulit: demonia expulit, cœli foresaperuit: vincula mortis diſrupit, languores eijecit: offenſas repreſsit, vrbes terremotu nutantes firmauit: plagas cœlitus irruẽtes, inſidias hominũ, mala deniq; omnia deleuit oratio. Cũ populus Iſrael terrã Promiſsionis ingredi cepit, regna euertẽs, ciuitates ſubuertẽs: campoſq; populi ac omnia demoliri cepit. Per territi Reges terre ad inuicẽ ſic dicebant. Ita deleuit popu- *Numer.21* lus iſte omnes, qui in noſtris finibus cõmorãtur, quomodo ſolet bos herbas vſq; ad radicẽ carpere. Bos lingua ſua herbas carpit: paſcua cõſumit, virẽteſq; herbas radicitus euellit: ſic populus oratione quæ fit per linguã infernũ demolitur, carnis virorẽ cõſumit, vitiorũq; radices euellit. Videvim quã Helias *Iacob.3.* in lingua habebat (vt Iacob. refert) qui potuit claudere & aperire cœlũ: & Ioſue rapi- *Ioſue. 10.* dũ ſolis curſum lingua ſua ſtare fecit. Habẽt em̃ iuſti poteſtatẽ claudere cœlũ nubibus, & aperire portas eius: quia linguæ eorum claues cœli factæ ſunt. Nec hoc ſolũ poteſt oratio, quinimo animam orantis deificat, ſi- *Simile.* millimamq; Deo reddit: Quemadmodum ferrũ quod frequenter igni applicatur igni tum fit, in eoque ſe inuiſcerat ignis, ſic anima

anima quæ cum Deo frequenter colloquia miſcet, ita Deus eam penetrat, vt deificata ac Deo ſimillima appareat, ſecundum illud

2.Cor.6.

Pauli. Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cum eoꝰ Quare Chriſtus in oratione transfiguratus eſt, immortalitatiſque effigiem

Chryſoſt.

in oratione prætulit. Vnde Chryſoſtomus dicit: Bonum eſt ſemper cum Deo colloqui in oratione. Nam ſi boni viri occurſus meliorem reddit illum quem conuenerit, quãto magis colloquium quod die noctuque

Simile.

cum Deo fit. Quod ſi feroces beſtiæ ex familiari hominum conuictu manſueſcunt & cicures, ac domeſticæ fiunt, vt experientia teſtatur: quanto magis homo, qui inter cætera animalia mitior eſt ex Dei frequenti conuictu mitiſsimus ac humaniſsimus

Matth. 11

euadet: quippe qui ſcholam illius Magiſtri frequentat qui de ſe dixit: Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde? Quare ergo ſemper agnoui homines, qui verè orationi vacant placidos, iocundos, amiciſsimoſque alijs eſſe, omni liuore vindictæ carentes. Homines ſeueros, difficiles, duros, atque proximis minimè compatientes, de quibus aliàs audio maximè orationi eſſe deditos, neſcio quomodo id verum eſſe credam? Oſtende mihi fructum orationis tuæ. Superbus es, iracundus es, immiſericors es. Nunquid hoc in oratione didiciſti? An non potiùs contraria dogmata? In ſchola illa, manſuedo, charitas, ac miſeridia docetur. Quomodo tu omnino contraria, in oratione demonſtras? Nonne vi-

Numer.12

des Moyſem ex colloquio Dei ſuper omnes homines mitiſsimum euaſiſſe? Nunquid non vides Dauidem, in oratione clamantem ad Deum ac dicentem: Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius? Qui tamen ambo anteà homici-

Pſal. 32.1

Simile.

dæ fuerunt. Qui ſolem aſpicit, pulchritudinem ſolis in facie refert: rubicunda quippè ac ſplendida aſpectu ſolis apparet. Cur anima quæ Deum reſpicit, quæ illi alloquitur, quœ frequentiſsimè cum illo conuerſatur, non euadet ſole ipſo ſpecioſior ac clarior, cùm Deus Sol iuſtitiæ eã aſpexerit,

Cant.5.

ſuamque in illam impreſſerit pulchritudinem? Quare Sponſa Cant. 5. ſoli & lunę cõparatur. Vbi Ambroſ. Quid hoc (inquit) an non erat in terra cui pulchritudo Sponſæ conparari poterat? Minimè (inquit) quia cũ nulla re terrena comparari poteſt, qui familiari Dei conſuetudine fruitur: diuinus enim quodammodo ſit neceſſe eſt, qui aſsiduè cum Deo verſatur. Qualem reddit nubem ſol, cũ eã è directo ſuis radijs ferire cõtigerit, etiamſi obſcura ac tenebroſa ſit eã *Simile.* clariſsimam ac pulcherrimam reddit: nam *Ambr.* vel eam varijs illis coloribus induit, quos in iride ſolemus aſpicere, vel eam roſeam ac rubicundam reddit, vel auream quaſi auri texturam oſtendit. Tales Deus animas noſtras reddit, quando ei in oratione appropinquamus, quam pulchra, quam decora, quam diuina à diuo colloquio recedit! Accedite ad eum & illuminamini (ait Pſalmiſta) & facies veſtræ non confundentur. Dicit ergo Dominus: *Petite & dabitur* *Pſalm. 33.* *vobis*. Non dicitur dabitur id quod petitis, ſed abſolutè, Dabitur: Quoniam non ſemper expedit nobis vt id concedatur quod poſtulamus, ſed datur nobis id quod magis expediens eſt. Quemadmodum Paulo petenti & ter Dominum roganti, vt Angelus Sathanæ ipſum collaphizans recede- *2.Cor.12.* ret ab eo, minimè id illi conceſſum eſt, quia non expediebat, ſed gratia diuina ei eſt collata, quæ magis tunc illi neceſſaria erat. Dicit autem: Dabitur vobis, ad inſinuandum quòd ea quę pro alijs petimus nõ ſemper illis conceduntur, propter eorũ demerita, ſecundum illud Hiere. Si ſteterint Moyſes & Samuel corã me: non eſt anima mea ad populum iſtũ. Et ideò dicit (vobis) *Hiere.15.* hoc eſt, expedientia omnia quæ pro vobis rectè & vt oportet petitis. Licèt etiã oratio quã pro alijs facimus ex charitate, ſi illis nõ profit, in ſinũ tũ noſtrũ cõuertitur, qd̃ & in metaphora quã ſubinfert optimè explicat Chriſtꝰ cũ dicit: Aut quis eſt ex vobis homo quẽ ſi petierit filius ſuus panẽ, nũquid lapidẽ porriget ei? Aut ſi petierit piſcẽ, nũquid ſerpẽtẽ porrigit ei? Panis res neceſſaria eſt, lapis inutilis. Piſcis delitioſꝰ cibꝰ eſt, ſerpẽs nociuꝰ. Vt intelligas quòd ſi aliquãdo petis aliquid exiſtimãs eſſe tibi neceſſariũ, cũ tũ inutile ſit, Deus qui id rectè nouit nõ dabit tibi, ſicuti & pater filio petẽti ſibi rẽ neceſſariã nõ cõfert inutilẽ. Et etiãſi quãdoq; poſcis rẽ, quæ tibi delectabilis videt, Deus qui ſcit fore nociuam non concedet tibi, ſicuti pater filio petẽti delitioſum cibũ, nõ cõferet nociũ, aut mortiferũ. Hac ergo ratione Deꝰ nõ oía, quæ ab eo poſtulamus cõcedit: quoniã exiſtimantes nos petere panẽ, lapidẽ poſcimus, & putãtes ouũ poſtulare, petimus ſcorpionẽ. Tunc autem non negat id quod volumus, ſed potius concedit id q̃ magis volumus. Quãadmodũ cũ medicꝰ negat

infirmo aquamvel edulium aliquod nociuũ quod fortè tunc appetit, non ideò contrarius eſt ſuæ voluntati qua vult ſanitatem, immò maximè conformatur illi. Et ſic intelligit D·Tho. illud Iob.9. Cum q; depræcãtẽ exaudiuerit me, nõ credo quòd audierit vocem meam. Orationes noſtræ ac deſideria ad coſequutionẽ beatitudinis ordinãtur. Cũ ergo aliquid peto quod huic obſtat fini me ignorante, & Deus id negat concedens aliud quod ad beatitudinem cõducit, nõ credo tunc quod audierit vocem meam, & tamen tunc potius exaudiuit me: quoniã præcipuę voluntati meę, qua beatitudinẽ appeto, reſpondet. Sicut ſi tu mihi commiſiſti negotium aliquod tuum, & præcipis vt faciam aliqua quæ illi negotio obſtarent, ſi ego nolem facere, non tuæ contrairem voluntati, immò maximè conformarer illi: nam tua voluntas primaria eſt, vt illud tibi negotium expediam. Negotium hominis Chriſtiani eſt ſalus æterna. Appeto forſam aliquid contrarium huic fini, quod tamen exiſtimo bonum poſtulo à Deo, ſi negat, non contraire dicetur meæ voluntati, ſed potius ſecundum illam agere, qua volo eſſe beatus. Vnde pulchrè D. Augu. ait: Bonus Dñs qui negat quandoque quod volumus: vt tribuat quod malemus: *Si ergo vos cũ ſitis mali noſtis bona data dare filijs veſtris, quanto magis Pater veſter cœleſtis dabit bona petentibus ſe?* Malos dicit homines, non quia natura mali ſint conditi, vt aſſeruerunt Manichæi, ſed vel comparatione diuinę bonitatis reſpectu eius humana etiam bonitas quodammodo malitia eſt propter magnã diſſimilitudinem. Vel dicitur homo malus, quia ſenſus & cogitatio eius ad malum propenſa ſunt ab adoleſcentia ſua, ſicut dicitur Geneſ. 8. Et quia nemo inuenitur liber ab omni peccato iuxta illud Eccleſ.7. Non eſt enim iuſtus qui faciat bonum, & non peccet. Senſus igitur eſt. Cùm tantum valeat affectus ille communiter patribus erga ſuos liberos inſitus, qui quantumuis mali ſint patres, tamen filijs bona petentibus compellat, non præbere mala ſed bona quæ petunt. Quanto magis Pater cœleſtis Deus, qui natura bonus eſt, omniſque malitiæ expers, à quo & affectus ille beneuolentię in terrenis patribus promanat, facilè daturus eſt bona, his qui ab eo poſcunt? Bona dicit, quoniam non ſemper concedit quæ petimus, quando mala nobis non intelligentes precamur, ſed ſemper quod bonum nobis eſt tribuit.

D.Tho. Iob.9.

Simile.

Auguſt.

Geneſ.8. Eccleſ. 7.

Iterum ad hoc Euangelium, quod in rogationibus canitur reuertamur. Diximus ſuprà ex Chryſoſto. quòd quia multa mandauerat in præcedentibus Chriſtus, quæ ſuperare videbantur humanas vires, ideò ad orationem nos docet confugere, ex qua imbecillitas noſtra roboretur vt poſsit, quæ prædicta ſunt adimplere. Nam cùm natura omnia armauerit animalia, vt robore corporis, aut vnguibus, aut dentibus; cornibus, velocitate, vel alio huiuſmodi fulcimento: hominem nudum ac imbecillem parit, nullis ſuffultum armis, nec ſtrenuis viribus præditum: & tamen ei fortiſsimæ res ac actiones imperantur, & hoc ideò eſt quia Deus ipſe virtus eius eſt, iuxta illud. 2. Regum. 21. Dominus potentia mea, & robur meũ; & Saluator meus: Deꝰ meꝰ fortitudo mea, & ſperabo in eũ. Et ideò ad fortitudinem ſuam poſt multa ei indicta iubet eum conuerti cùm dicit. Non deſperetis de imbecillitate veſtra, quia magna impero, ſed petite & dabitur vobis. Et ſecundum hoc, gratiæ robur iubemur petere vnde poſsimus: & conſilium à ſapientibus petere, vt intelligamus, ſecundum illud Deuterono. 32. Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi: & pulſare perſeueranter, vt ad perfectum robur perueniamus. Hæc enim perſeuerantia eſt fortitudo illa (ait Rupertus libro. 7. in Math.) qua Iacob. tota nocte luctatus eſt cum Angelo, donec ex illo reportauit palmam: ſic oſtia cœlorũ pulſare debemus, donec quod poſcimus aſſequamur. Hæc autem perſeuerantia fit ſuſpirijs, ſingultibus, ac lachrymis iuxta illud Oſeæ. 12. qui loquens de Iacob. dicit: In vtero ſupplantauit fratrẽ ſuũ: & in fortitudine ſua directus eſt cũ Angelo, & inualuit ad Angelũ & cõfortatꝰ eſt, fleuit & rogauit eũ. Nã (vt dicit Gloſ. ſup Tob.) oratio Deũ lenit, lachryma cogit, hęc pũgit, illa vngit. Ideò quippè dicit regnũ cœlorũ habere ianuas & clauſum eſſe, vt intelligamus qd ictibus ac vocibus debeat nobis aperiri, hoc eſt verbis confitẽtes Deũ, & factis hãc confeſsionẽ roborãtes: ſic em etiã Deus nri cordis ianuas pulſat, & dicit: Aperi mihi ſoror mea quia caput meũ plenũ eſt rore, & cincini mei guttis noctiũ. Quia etiãſi cõtingat rore perfundi & infundi imbribus, à pulſatione nõ deſiſtemꝰ: quia tãdẽ intrabimus, & perſeuerantia vincemus. Quemadmodum & martyres intrauerunt quaſi fatigati, diabolo

Alia moralitas de oratione.

2. Reg. 21.

Deut. 32.

Ruper. lib. 7. in Mat.

Oſea. 12.

Gloſ.

Cant. 5.

diabolo victo. Debẽt tñ præter hoc aliquę adeſſe conditiones vt oratio tua efficax ſit. Requiritur enim, vt non ſit in orante legitimum impedimentum, quo ſe indignũ faciat exauditione apud Deũ, quod primum fit ſi temporalia mala intẽtione quæramus, ſecundum illud Iob. 4. Petitis, & non accipitis, eò quòd malè petatis, vt in concupiſcentijs veſtris inſumatis. Hoc eſt, ideò temporalia quæritis, vt habeatis vnde luxurioſè viuere poſsitis; ſicut filius ille prodigus propter hoc petijt partem hæreditatis ſuæ. Secundò, ſi ipſi in alios inclemẽtes fuerimus, nam qui obturat aurem ſuam ad clamorẽ pauperis, & ipſe clamabit & non exaudietur. Et ſuprà: Si autem non dimiſeritis hominibus, nec Pater veſter cœleſtis dimittet vobis. Poſtremò, ſi quis in peccandi propoſito perſeueret, nec ſtuduerit cor ſuum purificare, nam vt dicitur Prouer. 28. Qui declinat aurem ſuam nè audiat legem: oratio eius erit execrabilis. Et Iob. 8. Si Omnipotentem fueris deprecatus, ſi mundus & rectus inceſſeris, ſtatim euigilabit ad te. Et 1. Ioã. 3. Chariſsimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos: fiduciam habeamus ad Deum. Generales conditiones ſunt, quæ in omnibus rectis operibus requirũtur, vt ſint meritoria, atque accepta, vt beati miſericordes & omnis qui inuocauerit nomẽ Domini: niſi ſit aliquid aliud quod impediat: *Omnis qui petit accipit.* Omnis dicit, ſiue iuſtus ſiue iniuſtus fuerit, ſiue dives ſiue pauper, qui orat cum prædictis conditionibus exauditur: Ecce enim ſententia fuit illius cœci, & nõdum illuminati totaliter, qui dixit: Scimus, quia peccatores non exaudit Deus. Immò oramus, dicentes: Peccatores te rogamus audi nos. Vnde Ioël. 2. dicitur: Omnis quicunq; inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit. Nam (vt Paul. dicit Rom. 10.) Idẽ eſt Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Itaq; quicquid petitur piè pro ſe perſeueranter, & pertinens ad ſalutem conceditur. *Et qui quærit inuenit.* In ſimplicitate cordis quærite illum: quoniam inuenitur ab his qui non tẽtant eum, apparet autem his qui fidem habent in illo. Et Eſai. 55. Quærite Dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum dum propè eſt. *Pulſate & aperietur vobis.* Apertio oſtij eſt apertè præſentiam Dei videre, remoto repagulo ſimilitudinis, veſtigij, vel imaginis, & introitus eſt ſine medio, perceptio ſummæ bonitatis. Pſal. 117. Hæc porta Domini iuſti intrabunt per eam. Et Pſal. 23. Attolite portas Principes veſtras, & eleuamini portæ æternales. *Aut quis eſt ex vobis homo, quẽ ſi filius ſuus petierit panem, nunquid lapidem porriget ei? Si ergo vos cùm ſitis mali noſtis bona data dare filijs veſtris: quantò magis Pater veſter cœleſtis dabit bona petentibus ſe?* Attẽde, quòd in iſta ſimilitudine Deus excedit natura hominem: quia nõ imperfectè ſed ſubſtantialiter & naturaliter eſt bonus. Matthæ. 19. Nemo bonus niſi ſolus Deus. In pietate autẽ omnem longè mortalium excedit pietatem, vt ipſe dicit. Eſai. 49. Nunquid poteſt mulier obliuiſci infantẽ ſuum, vt nõ miſereat filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui. Filij autem ſunt, hi, qui ſpiritum adoptionis ab ipſo accipiunt. Roman. 8. Quicunq; Spiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei. Panis autem qui cor hominis confirmat (vt dicit Gloſ.) eſt charitas, quæ confortat, ſecundum illud Cantic. vltim. Fortis eſt vt mors dilectio. Et ſi omnis menſa quantumuis delicatiſsimis cibis affluat, inops eſt ſine pane: ita omnes virtutes inopes ſunt ſine charitate. Vnde Paul. 1. Corint. 13. Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cimbalum tinniens. Piſcis autem eſt fides, ſecundum Gloſ. quia in aquis Baptiſmi naſcitur, & inuiſibilibus profundis eruitur, vt Hebræ. 14. dicitur: Fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium. Et per has duas virtutes intelligitur media ſpes, quam Luc. 11. ſignificat in ouo, in quo nondum habetur pullus, ſed expectatur: ſicut in ſpe non habetur beatitudo ſed expectatur, vt Rom. 8. Nam quod videt quis, quid ſperat? Si autem quod non videmus, ſperamus, per patiẽtiam ſpectamus. Lapis ſignificat cordis obdurationem charitati contrariam. Iob. 41. Cor eius indurabitur, quaſi lapis. Serpens autem perfidiam erroris cõtrariam fidei refert. Geneſ. 3. Serpens decepit me. Et. 2. Corin. 11. Timeo nè ſicut ſerpens decepit Euam aſtutia ſua: ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidantur à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Scorpio autem propter aculeum, ſignificat retrò aſpicere, quod eſt cauſa deſperationis. Vndè vxor Loth. aſpexit retrò, & verſa eſt in ſtatuam ſalis. Petenti ergo charitatem non dabit Deus cordis obdurationem: petenti fidem, non dabit ſerpentem, quæ eum à veritate auertat: ſicut nec petenti ſpem, dabit ſcor-

Iob. 4.

Luc. 15.

Prou. 21.

Prou. 28.

Iob. 8.

1. Ioan. 3.

Ioan. 9.

Ioel. 2.

Roma. 10.

Sap. 1.

Eſai. 55.

Pſal. 117.

Matth. 19

Eſai. 49.

Rom. 7.

Cant. 8.

Simile.

1. Cor. 13.

Heb. 14.

Luc. 11.

Rom. 8.

Iob. 41.

Geneſ 3.

2. Cor. 11.

Geneſ. 19.

ſcorpionem, qui eum retrò in deſperationẽ deijciat. *Si ergo vos cùm ſitis mali, &c.* Hoc eſt, præter ſuperiùs dicta, in malo originali nati: nã omnes naſcimur filij iræ. Et Pſal.
Pſal. 50. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.
Roma. 7. Et quia malo ſomitis ſubiecti. Rom. 7. Scio q̃ non habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonum. Et volenti mihi facere bonum video quoniam adiacet mihi malum. Vel mali, hoc eſt, corruptibilitati, cui omnis creatura ſubiacet inclinata. Iob. 4. Ecce qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles, & in Angelis tuis
Iob. 4. reperit prauitatem, quanto magis hi qui habitant domos luteas, & qui terrenũ habent fundamentum conſumentur velut à tineà? *Noſtis bona*, temporalia, ſcilicet: data, hoc eſt, quæ à Deo accepiſtis dare filijs veſtris quos nõ feciſtis, ſed qui ex vobis facti ſunt: nam animam non feciſtis, ſed luteam corporis materiam genuiſtis: quoniam ipſe fecit
Pſal. 32. nos, & non ipſi nos. *Quanto magis Pater veſter cœleſtis*, qui non ſuſtinet mutationem affectuum, ſicut terrena, non eſt Deus vt filius hominis, vt mutet. Num. 24. & Eſa. 55.
Numc. 24 *Eſa. 55.* Sicut exaltantur cœli à terra, ita exaltatæ ſunt viæ meæ, à vijs veſtris: & cogitationes meæ, à cogitationibus veſtris. *Dabit*, liberaliter, faciliter, & abundanter. Cant. 5. Ma-
Cant. 5. nus eius tornatiles, aureę: plenę hyacinthis. In manibus eſt abundantię poteſtas, in hoc quòd tornatiles ſunt, dandi facilitas: in hoc quod aureæ, donivtilitas: in hoc quod plenę hyacinthis, qui ſunt ſereno cœlo ſimiles, doni preciositas: in hoc autem quòd plenæ, abundantię copiositas deſignatur. *Bona*, om-
Exod. 34. nia, vt eſt illud Exod. 34. Ego oſtendam ti-
Luc. 11. bi omne bonum, & Luc. 11. dicitur: Dabit ſpiritum bonum, quia vtraque dat & ſpiritum bonorum diſtributorem, & bona ſpiritus eius. *Petentibus ſe.* Filijs quos ipſe fecit.
Eſa. 60. Eſai. 60. Germen plantationis meæ, opus manuum mearũ, ad glorificandum. Minimus erit in mille, & paruulus in gentem robuſtiſsimã. Memini modò dicti cuiuſdam.
Chryſoſt. D. Chryſoſtomi ſuper hunc locum qui quoniam mihi placuit, etiamſi anteà dicendum fuerat, dicam modò (ait quippè:) Quoniam Dominus noſter præceperat nobis inimicos clementes debere eſſe ac faciles, ſubdit modò: Si id feceritis petite quidquid volueritis, & ego dabo vobis: quærite quod deſideratis, & inuenietis ſi quid perdidiſtis. Quòd ſi clauſum oſtium pulſaueritis, aperietur vobis: nam ſi meam voluntatem feceritis, & ego veſtram viciſsim faciam. *Omnia ergo quæcumq; vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis.* Declarauit in præcedentibus quomodo debeamus petere, nunc manifeſtat quomodo debeamus quærere, declarando viam quærendã, & inueniendam: & à quibus debeamus quę rere, cùm ſubinfert. Attendite à falſis Prophetis. Via ergo quærenda eſt in præceptis affirmatiuis actionum noſtrarum erga homines, reducendo omnia ad vnum præceptũ *Quæcumq; vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis.* Vel ſic, aut ita vos facite illis vt aliqua exemplaria habent. Vel dic quòd cùm plura de dilectione proximi hucuſque in ſermone dixiſſet; hac vna generali ſententia omnia claudit, qua oſtẽdit omnium præceptorum erga dilectionem proximi æquitatem. Nam hæc ſententia iuris naturalis ac proinde per ſeſe æquiſsima eſt. Sicut enim ſunt quædam principia naturalia ſpeculatiua, ab ipſa intellectus natura promanantia, in quibus alia includũtur, vt quodlibet eſt: vel nõ eſt, ſic & ſunt quędam principia practica ab ipſa ſyndereſi emanãtia, ad quæ reducuntur cætera principia. Tale eſt hoc, nã quidquid de dilectione proximi præceptũ eſt, ad hoc reducit principiũ. *Omnia quæcumq; vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis.* Nam hæc eſt natura principiorũ, vt ſint parua in quantitate, magna vero in virtute, veluti granum quod paruum eſt in quantitate, in virtute tamen arborem ipſum cum fructibus, & folijs in ſe continet. Sic & hæc minima ſentẽtia, quidquid ad dilectionẽ proximi pertinet includit. D. Aug. refert q̃ in quibuſdã Latinis exemplaribus inuenit additum, bona, *Auguſt.* Sic: Omnia ergo quæcumque vultis vt faciãt vobis homines bona, vt explicarent quod de bona volũtate fieret hic ſermo. ¶ Sed hoc ſuperfluè additum eſt: quoniam hic de voluntate naturali fit ſermo, ad quam nos inclinat rationalis natura. Vnde ſecũdũ Auguſtinum ſumitur hic voluntas prout diſtinguitur contra cupiditatem, hoc eſt, pro voluntate rationali, & non pro corrupta & inordinata voluntate & cupiditate. Sed obſerua deinde quòd non præcipitur vt omnia eadem ſecundum ſpeciẽ faciamus alijs, quæ volumus nobis exhiberi, ſed omnia eadem proportionabiliter. Nec enim præcipitur dominis, qui uolunt ſibi à famulis vt ſeruitia ſibi exhibeantur, quòd ipſi viciſsim ſeruis ſuis famulentur detrahendo calceos, ſi

id

id ab illis eſt eis exhibitum, ſed proportionali ratione id fiat; vt ſicut domini volunt vt ſerui ſui eis rectè famulentur, vt officiũ ſerui exigit, ita & ipſi præſtent quod Domini ſeruis præſtare ſolent. Quemadmodum & ille Senator Romanus cùm obijceretur illi quòd non tractaſſet Imperatorem ſuum ſicut dignitas illa exigebat, reſpondit. Veneretur ipſe me ſicut Senatorem Romanũ decet venerari: & ego ipſum tanquam Imperatorem tractabo. Sic enim impletur ã dominis & ſeruis à viro & vxore, à patre & filijs, & reliquis hominum fortibus, hoc legis naturæ præceptum. *Hæc eſt enim lex, & Prophetæ.* Acſi diceret. Iſtud eſt quod lex Moſayca, atque Prophetarum ſcripta varijs præceptis exigunt.

Sed dubium eſt quomodo hic Dominus dicat præceptum iſtud dilectionis proximi eſſe Legem & Prophetas: cùm poſteà dicat in duobus mandatis pendere totam Le
Auguſt. gem & Prophetas? Sed reſpondet Auguſt. in hoc loco, quòd hic nõ dicitur præceptũ iſtud eſſe totam Legem & Prophetas, ſed tantùm, hæc eſt Lex & Prophetæ: quia (ſcilicet) iſtud præceptum à Lege & Prophe
Aug. lib. 8. de Trin. cap. 7. tis per varia pręcepta præcipitur. Sed tamẽ lib. 8. de Trinit. cap. 7. intelligit hic Dominum voluiſſe totam Legẽ & Prophetas in hoc præcepto conſiſtere, ſicut & à Paulo
Rom. 12. dicitur: Qui diligit proximum, legem im-
Ad Gal. 5 pleuit. Et ad Galatas. 5. Omnis Lex in vno ſermone impletur, in eo quod ſcriptum eſt Diliges proximum tuũ ſicut te ipſum. Cũ enim (ait Auguſt.) duo præcepta ſint quibus tota Lex pendet & præcepta, dilectio Dei, & dilectio proximi, nõ immeritò plerunque ſcriptura pro vtroque vnum poſuit: nimirum quòd neutra ſine altera eſſe poſſit, ſed vtraque in altera includatur. Sed tamen Paulus in illis locis non loquitur de lege in vniuerſum, ſed tantum de lege quatenus tradit ea quæ ad proximũ pertinẽt, vt patet ad Roman. 12. Vndè prior intelligentia ſimplicior eſt, & per hoc oſtendit Dominus, non ſolùm hoc præceptum eſſe iuris naturæ, verum etiam à Lege & Prophetis promulgatum. Quare hæc via quærenda eſt. *Intrate per anguſtam portam quia lata porta, & ſpatioſa via eſt quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam: quam anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inueniunt eam!* Non ſolùm viam ſed & oſtium nobis de-
Caieta. monſtrat quo ingredi debeamus in cœlũ. Hęc autem porta. Caietanus putat quòd ſit fides: nam per illam patet aditus ad Deũ. Habemus acceſſum ad illum per fidem in ſanguine ipſius, ait Paulus. Et Chriſtus di-
Ioan. 10. cit: Ego ſum oſtiũ, per me ſiquis introierit, ſaluabitur. Oſtium ergo eſt recta fides in Chriſtũ: Nã hęreticos, qui per hoc oſtiũ nõ ingrediuntur ſed aſcendunt aliunde, vocat Chriſtus fures & latrones. Dicitur autem fides anguſta porta: quoniam per fidem captiuatur intellectus, & quaſi coarctatur ad credendum ea quæ fides docet, abſque hoc quòd extendatur ad rationes naturales: nã per iudicium rationis credere lata via eſt
2. Cor. 10. (multa enim per rationem inueſtigari poſſent) fidei autem myſteria ſolis illis nota ſunt, qui captiuantes intellectum in obſequium fidei, credunt. Eſt etiam via virtutis arcta: quia in medio conſiſtit, à quo ſi deflecteris, factus es omnium virtutum reus. Eſt enim via virtutis veluti qui ſe ad centrum circuli coarctat, ſed vitiorum lata eſt; quia extra centrum latitudo eſt, & per ſuperficiem extendere ſe quis poteſt: in centro autem quod eſt in medio veluti concluſus eſt: facilis quippè eſt digreſsio à virtute declinando ad dexteram vel ſiniſtram. Vnde virtutes ad certum numerum redactæ ſunt, vitia autem infinitatem quandam habent: nam medium attingere non niſi certis modis contingit, ab illo autem deuiare infinitis. Nec enim attingitur medium niſi per bonam voluntatem ad bonum coarctatam: deuiatur ab illa ſine regula, per infinitos modos libidinis: nam bonum eſt ex integra cauſa, malum autem ex quocumque deffectu, & (vt Gloſſa ordinaria docet) ſagittanti
Gloſſa. Ianſe. difficile eſt ſcopum ferire, facile vero deuiare: Vnde & Philoſophus quidam ſic dicit: *Vno quoq; modo bonus eſt, multiſq; nefandus.* Ianſe. docet q̃ quia plura hactenùs docuit Chriſtus, quæ nimis arcta videntur, ne ob hoc auditores deſponderent animum, & ab hac via abalienarentur, tum ob eius anguſtias & difficultates, tum ob paucitatem ſectantium hanc vitæ rationẽ, hortatur, quòd nihilominus hanc ſtrictam viam potiùs amplectamur, quia ducit ad vitam, quàm illam amplam quæ ad perditionem perducit. Et quidem ſuprà docuit gratia diuina opus eſſe ad impletionem horum præceptorum cùm orare docuit: hic vero etiam liberi arbitrij & noſtri conatus eſſe inſinuat, vt quę dicta ſunt præſtemus, cùm nos intrare præcepit per anguſtam portam, ſignificans conatu

natu & labore opus eſſe, vt anguſtias portæ ſuperemus. Quare hic per anguſtam portã & arctam viam, virtutu ōperationem: per ſpacioſam verò & latam, viam iniquitatis, hoc eſt, rationem iniquè viuendi, intelligit. Sed hinc dubium oritur quomodo via Dei arcta & anguſta dicatur, cùm poſteà dicat Dominus: Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue? Et alibi Ioannes mandata eius (inquit) grauia non ſunt. Immò Pſalmiſta oppoſitum huius videtur dicere Pſalm. 118. Latum mandatum tuum nimis. Et Sapiens dicit: Viæ eius viæ pulchrę, ad pulchritudinem autem viarum oportet quòd latę ſint, vt & Homerus docuit? Sed ad hoc reſpondetur quòd dicitur anguſta porta & arcta via regni cœlorum ſecundum æſtimationẽ carnalium hominum; quibus graue eſt quidquid Spiritus ſuggerit & requirit, vnde omnia conſonant. Dicitur autem latum mandatum Dei, quod eſt charitas Dei, quia non habet modum hic amor: nam modus charitatis eſt ſine modo diligere. De quo conſule noſtra commentaria ſuper hunc locũ Pſal. 218. Vndè aliqui dicunt, arctam eſſe viam vitæ & anguſtam portam propter rationẽ ſubiunctam: quoniam pauci eam terunt cõparatione eorum, qui per vitiorum viam gradiuntur. Quare textum hunc aliqui cõtinuant ad precedens charitatis præceptũ, vt anguſta porta quam pauci inueniant ſit charitas perfecta: è contra lata porta quam plerique ambulant, amor ſui. Alij anguſtã portam præcepta Dei volunt intelligi, quæ porta dicitur iuxta illud. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata: anguſta autem quia carni contraria. Cùm enim, iuxta Scripturam omnis ſenſus & cogitatio hominis prona ſit ad malum ab adoleſcentia ſua, præcepta autem Dei ad bonum inducant, conſequitur præcepta Dei carni contraria eſſe. Ob id vbi nihil niſi caro eſt, vbi non eſt Spiritus ſanctus; caro legem Dei odit, & præcepta contemnit atque abolita vult, id quod maximum peccatum eſt, præcepta Dei nõ ſolum nõ ſeruare ſed etiam odire. Hinc Paulus Roman. 7. ait: Lex bona eſt: ego autem carnalis. Peccatum igitur per mandatum operatũ eſt in me omne malum, nitimur enimin uetitũ. Sicut calx quæ frigere videtur, infuſa aquã incenditur, ſic concupiſcentia noſtra irritatur adhibito præcepto, nec quieſcit, niſi ſuperinfuſo oleo Sancti Spiritus: tunc enim animus ad præcepta Dei afficitur. Anguſta igitur porta ſecundum aliquos præcepta Dei ſunt. Alij per anguſtã portam carnis mortificationem, tribulationem, & crucem intelligi volunt: per hæc enim tranſitus eſt ad vitam, niſi enim caro moriatur, non peruenietur ad vitam. Verum ſi intimiùs verba Chriſti introſpiciamus & conſideremus apparebit hac metaphora nihil aliud Chriſtum voluiſſe, quàm docere modum quo peruenitur ad vitam. Nam per anguſtam portam intraturus oportet, quod ſe quantum poteſt contrahat & extenuet, non facile tranſibit qui diſtento corpore eſt, qui ſarcina graui & magna amictus eſt, niſi eã abijciat. Hoc ſibi vult Chriſtus, nempe quòd porta ad vitam nõ capiat luxu diſtẽtos, amore temporalium onuſtos: faſtu ac ſuperbia turgidos: niſi hęc ipſa depoſueris non capiet te ianua vitæ, quanto magis hæc auxeris, tanto minus per anguſtam portam intrare poteris. Nihil igitur aliud per anguſtam portam vult Chriſtus quam id quod alibi dixit Matth. 18. Niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruulus iſte, non intrabitis in regnum cœlorum. Paruus ſis oportet, id eſt, humilis, in vitam non intrabunt niſi humiles, tenues pauperes ſpiritu, qui non tam ſuis rebus fidunt quã Deo. Verè autem humilem & paruum nõ faciũt niſi fides & charitas: hæc enim faciunt vt homo non tantum paruus, ſed & parum fidat in oculis proprijs. In hunc modum paruus erat Publicanus ille Euangelicus, qui dicebat: Deus propitius eſto mihi peccatori. Ideò intrare potuit. Non ſic Phariſæus ille, qui extento collo ambulabat, & magna de ſeipſo prædicabat. Sic tranſire potuerũt Apoſtoli per anguſtam portam: quia omnia reiecerunt externa, iuxta illud. Ecce nos relinquimus omnia, &c. Nunc igitur conſidera dementiam noſtram. Audimus & ſcimus nulli tranſitum eſſe ad vitam, niſi ijs qui parui & humiles ſunt, & ab omnibus terrenis affectibus liberi, & tamen nihilominus diuitijs inhiamus, honores ambimus: & nihil de ſupernis aut facimus aut curamus. Hanc etiam ego rationem adinuenio, quare iuſtorum via arcta ſit, impiorum autem ſpatioſa: quoniam iuſti quanto plus ingrediuntur viam Dei, tanto magis ſeipſos coarctant atque conſtringunt, quoniam magis ac magis penetrant quantum ſit periculum viam Dei deſerere, quantaque illis cura adhibenda ſit, ne ab ea aberrare contingat: nam quanto magis amor Dei creſcit & augetur in ipſis, tanto horribilius ſibi peccatum

1. Ioan. 5.
Pſal. 118.
Prou. 3.
Matth. 19
Geneſ. 6.
Rom. 7.
Simile.
Moralia.
Matth. 18.
Luc. 18.

catum apparet atq; tremendum. Quemadmodum ſpecies viſibiles, quæ materia indutæ recipiuntur prius in ſenſibus, quanto magis ad interiores potentias appropinquant, tanto ſpiritualiores ac ſubtiliores efficiũtur vſq; dũ omnino immateriales ad intellectũ ingrediuntur. Sic iuſti quanto plus appropinquant Deo, tanto amplius ſpiritualiores efficiuntur, atque ſeà carnalibus curis expediunt, materiam omnem quantùm poſſunt exuentes: at impij atque peccatores quanto magis viam peccatorum perambulant, tanto amplius ſęuiores, ac audaciores ad ſcelera efficiuntur. Vndę Prouerb. 14. dicitur: Sapiens timet & declinat à malo, ſtultus tranſilit & confidit. *Arroſaſe con confianza.* Cæterum peccatorum via etiamſi ſic conſiderata ampla ſit ac ſpacioſa, tamen cùm ſe iam in peccatorum periculis totum iecit, tunc nimis arcta atque tremenda ſibi apparet. Nam cùm ſit timida nequitia dat teſtimonium, condemnata, ait Sapiens. 4. Reg. 7. Sirij fugerunt nemine perſequente. Iob. 15. Sonitus terroris ſemper in auribus eius. Deuter. 28. Dabit tibi Deus cor pauidum. Verum iuſtorum via è diuerſo à principio anguſtior ac arctior videtur, tamen aſcendẽdo latior illis fit: quoniam charitas, quæ in eis augetur eam reddit faciliorem, donec ad amplitudinem regni cœlorum perueniant. Sic enim Ezechiel. 41. Templum quod ipſe vidit in ſuperioribus erat amplius ac ſpatioſius & aſcendebatur ad illud per cochleam: per quod (vt adnotauit Hieronymus) ſignificabatur quod à principio anguſtior eſt iuſtorum via: nam anguſtiora ſunt quæ deorſum ſunt (ait Hierony.) in ieiunijs & victus continentia, paulatimque dum ad ſumma conſcendimus latior nobis aperitur via, & impletur quod ſcriptum eſt. In tribulatione dilataſti mihi. Clemens Alexan. lib. 4. Stromat. in eam ſententiam adfert celebratiſsima Heſiodi carmina lib. 6. de opere & die. Quæ ſic in Latinum verſa habent. (Virtuti ſudorem Dij præpoſuerunt Immortales) longa verò atque ardua via eſt ad ipſam & primum aſpera: vbi verò ad ſummũ ventum fuerit, facilis deinceps eſt quantũuis fuerit difficilis. Hæc illa eſt literæ Pytagoricæ ſignificatio, quam & his verbis Virgilius deſcribit.

Litera Pythagoræ diſcrimine ſecta bicorni,
Humanæ vitæ ſpeciem præferre videtur.
Nam via virtutis dextrum petit, ardua callẽ:
Difficilemq; aditum primũ ſpectãtibus offert,
Sed requiem præbet feſſis in vertice ſummo.
Molle oſtentat iter, via lata: ſed vltima meta
Præcipitat captos voluitque per ardua ſaxa.

Hanc Philoſophicam ſimilitudinem Socrates etiam aſſumpſit diſerens cum Ariſtippo, vt ſcribit Xenophon lib. 2. de factis & dictis Socratis, etiam & id Epicharmio adijciẽs quod laboribus nobis omnia Dij vendunt. Et in eãdem rem adducit latam Prodici Sophiſtę de Hercule fictionem. Ait namque Herculem cùm à puerili ætate ad adoleſcẽtiam peruenirет (quæ adoleſcentes iam ſui arbitrij effecta oſtendunt ſiue per viam virtutum ſeu vitiorum gradiantur) egreſſum à ciuitate in ſolitudine conſediſſe cogitationibus agitatum, vtram viarum prædictarum præponeret. Ibi duas apud eum apparuiſſe accedere mulieres magnas, alteram honeſtam & liberalem viſu, ex ipſa quidem natura corpus munditia ornatum, oculos vero verecundia: effigiem autem totam caſtitatę alba veſte veſtitam: alteram verò ex carnoſitate atque mollitie eſſe nutritam, ornatam verò colorem quidem vt albior atque rubicundior, effigiem vero vt rectior quàm à natura eſſet appareat: oculos autem vagantes atque apertos habẽtem, tali veſte veſtitam, ex qua pulchritudo quam maxima coruſcet ſæpeque ſe ipſam reſpicere & attendere: ſi quis etiam alius eam videret nunquam ad propriam vmbram aſpicere. Cùm autẽ propius Herculem acceſsiſſent, illam quę vitij perſonam gerebat multa Herculi pollicitã eſſe, delicias, ſcilicet, epulas, & eius generis alectamenta. Alteram è contra magnos docuiſſe labores, ijſque ad fœlicitatem eſſe perueniendum. Herculi verò maximè cauendum nè vitij illecebris demulceatur, cùm & id tandem illum ad ſummam infœlicitatẽ perducturum ſit. Ad quod etiam referendũ videtur trium Dearum iudicium ad Paridem Priami filium ex Poëtarum fictione delatum: cùm harum triumvnica Pallas virtutem profiteretur. Cæterę verò potius vitijs tramitem deſignarent: Iuno quidem in diuitijs, Venus verò in delicijs & voluptatibus: ſic duæ ſtabant contra vnam, quòd arctior ſit via quę ducit ad fœlicitatem. Sed quoniam videntur hæc duo vltimo loco dicta ſibi eſſe contraria: ſcito quòd cùm primò dixi quòd homines iuſti quãto amplius viam Dei ingrediuntur, tanto plus ſeipſos coarctare & timere, intelligitur reſpectu ſui, hoc eſt, plus timent Deum offendere. Cęterùm cùm ſecundò dixi, quòd quanto plus pera-

Simile.
Prouer. 14.
Sap. 1. 7.
4. Reg. 7.
Iob. 15.
Deut. 28.
Ezech. 41.
Hierony.
Clemen. Alexan.
Heſiodus.
Virgilius.
Xenophon
Prodicus Sophiſta.

hoc eſt mali, conſtituēdi ſunt ad ſiniſtram) Mira ergo res quòd in lacte illo hœdus coquatur, inter illas deuotionis lachrymulas, inter illos ſingultus: ſuſpiria, ieiunia: verborum ac accentuum melodiam, mundus, auaritia, cupiditas, ambitio, inuidia, ſuperbia, hypocriſis: immò aliquando & falſæ doctrinæ coquantur atque condiantur! Ita fit, ſed contra Dei prohibitionem, qui dixit: Non coques hędum in lacte matris ſuæ, nè ſub obtentu ſanctitatis peccatorū mōſtra nutrias. *Sepaſe quien mamò la meſor leche.* Quis recta ac ſana imbutus ſit doctrina. *Attendite à falſis Prophetis.* Hoc ſumma attentione ac circunſpectione animaduertite: quoniam magni momenti res eſt. Duobus modis hic poſſumus intelligere falſos Prophetas, vel qui falſam doctrinam docent, vel qui facta dictis non confirmant, (aliud enim docent, & aliud faciunt) & hi in rigore loquendo non poſſunt dici falſi Prophetæ, ſi ſanam ac veram doctrinam docent: fructus quippè boni ſunt, quoniam nō ſpinæ aut tribuli, ſed vuę, ac ficus vera ac ſana doctrina conuertens animas & optimum in illis fructum producens, de quibus & Chriſtus Dominus dixit: Quæ dicunt facite: ſecundum verò opera eorum nolite facere. Primi autem ſunt lupi rapaces, ac leones rugientes, qui Dominicū gregem iugulant, ac dilaniant, quos denun-
Actor. 20 tiauit Paulus cùm vale dicens fratribus qui buſdam, quos ipſe ad fidem traxerat dixit: Scio quia poſt diſceſſam meum intrabunt in vos lupi rapaces, non parcentes gregi: & ex vobis metipſis exurgent viri loquentes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe. Hi ſunt qui veniunt in veſtimentis ouium: hoc eſt, ſub obtentu virtutis diſpergunt gregem, & Chriſti antiquos mores euertunt, noua dogmata atque conſuetudines introducunt, multaque alia incommoda adferūt, quibus rebus noti poſſunt eſſe hominibus. Sed quoniam in noſtra Hiſpania, per Dei gratiam, catholica ac ſana doctrina docetur, nec vulpes iſtæ noſtram vineam ingreſſæ ſunt, ideò de his modo agere non tam neceſſarium reputo: nam & Chriſtus hic etiā loquitur de illis Propheticis prędicatoribus, qui prædicant quidem bona non tamen ea faciunt. Et hi adhùc ſunt in duplici differētia, quidam enim non ſolum ſanam prædicant doctrinam, verùmetiam ſana intentione, hi ſunt qui etſi aliàs peccatores ſunt, tamen cùm verba Dei docent, non mundi curam, aut lucri vtilitatem quærunt, ſed candidè & rectè animarum vtilitatem intendunt, nec timore, aut cupiditate aliqua detinentur, quin ſanam & veram fidei doctrinam doceant: quòd ſi in alijs deficiant, in ſuggeſtu tamen publico poſiti, nihil aliud quam animarum ſalutem quærunt. Et hi adhùc non debent numerari inter falſos Prophetas: huiuſcemodi enim ferè ſumus huius temporis concionatores, ſaltèm ego, qui etſi non ea ſanctitate fulgeam qualis in verbi Dei prædicatoribus exigitur; tamen Euangelium ſana ac recta intentione prædico abſque vllo ad temporalia reſpectu, prout Deus omnium bonorum largitor, mihi præſtitit. A iij vero ſunt qui etſi ſanā doctrinam prædicant, hoc eſt, non falſam: intentio tamen eorum non ita recta ac ſimplex eſt ſicut oportebat eſſe: intendunt enim in omnibus propriam vtilitatem ac commoda, vel lucrum aliquod pecuniæ, vel ſaltem fauorem vulgi & Magnatum aucupare, ſuaſque ſuper alios exaltare perſonas: & ij iam in cathalogo falſorum prophetarum aſcribi poſſunt: Nam etſi falſa non prędicent, tamen ea dumtaxat docent, quæ ad ſuos fines commoda credunt, eaque ſilent quæ illis obſtare viderentur, quæ fortè non nunquam neceſſaria ſunt. Quod, vt ſtatim videbimus, iter aperit ad falſas doctrinas introducendas. Ij ergo lupi rapaces ſunt, ſub ouili pelle occultati: quoniam ſub obtentu ſpiritualis ſanctimonię temporalia rapere, atque lucrari contendunt. Ouis vt videtis *Simile.* manſuetiſsimum animal eſt, humile, atque ſimplici quadam ac miti natura preditum, totumque vtile alijs: nihil enim in eo eſt quod non vtilitati aliorum deſeruiat. Sic boni atque iuſti homines ſunt manſueti, humiles, pacifici, ſimplices, ac recti, qui totos ſeſe proximorum commodis dederunt, ita vt & ipſi mali homines ac peccatores vtilitatis ipſorum participes ſint: ouili quippè veſte induuntur, bonorum imitari volunt externam conuerſationem, vt vel ſic honorem hominum aucupent, & non tanquam lupi arceantur, ſed veluti oues in pretio ab omnibus habeantur. Tanta quippè virtutis eſt vis, vt vel ipſa vmbra & ſimilitudo eius hominum voluntates afficiat. Aduertendū tamen diligenter eſt, quòd hęc pellis ipſi oui naturalis ac ſubſtantialis eſt, lupo verò accidentalis, ac appoſititia: ſic hęc exterior facies virtutis, qua velut larua quadam ſe volunt occultare peccatores, in iuſtis veluti proprietas naturalis eſt, veritas eſt, quoniā

ex

ex interiori ſanctitate cordis, & illa exterior procedit, veluti effectus eius. In hypocritis tamen de quibus hic loquitur Chriſtus accidens appoſititium eſt, quo veluti larua quadā vult ſe tegere caro lupina. Nec enim cum anima continuatur, ſed ſuperficietenus apparet, atque ab ouibus illam pellem tollunt: quoniam à iuſtis ſolùm illā exteriorem faciem furantur, in quantum illis vtilis eſt ad id quod appetunt conſequen-
Auguſt. dum. Verùmtamen (vt ait Auguſt.) etiamſi lupus veſtiatur veſte ouili, ouis tamen non deſerat pellem ſuam. Non ideò quia hypocritæ exteriori habitu virtutis ſe induunt debent iuſti illum exuere, ſed ille vtatur ad ædificationem quod alius ad diſſipationē
Abacu. 1. induit. Vndè Abacuch. 1. dicit illos velociores eſſe lupis veſpertinis, qui veſpere egrediuntur ad exercendas prædas, cùm toto die in cauernis lateant. Veſpere fame cruciati exeunt, idque velociter, quia parum diei ſupereſt, atque crudeliter in greges quos offendunt graſſantur. Veſpera vocatur id quod nos dicimus crepuſculum, Hiſpanè, *entre dos luces*, quandò poſt occaſum ſolis aliquantula lux in terris remanet: quoniam iſti hæretici, vel hypocritæ praui, homines illos adoriuntur, qui parum lucis habent, nec multum de hiſce rebus intelligentes ſunt, vel ob ſexus fragilitatem, vel ob ingenij debilitatem, aut imbecillem naturæ conditionem: quales ſunt mulieres, pueri, aut iuuenes, in quibus non adeò roboratus eſt rationis vſus, nec experientia lupos inter ouiles veſtes noſſe didicerunt: vel homines effœminati ingenio faciles, imbecilles quorum natura mollis ea dumtaxat quæ ſenſus excitant penetrant atque diſcernūt, quibus hodie mundus abundat: in hos lupi illi veſpertini ac famelici graſſantur, viuoſque eos non verentur velociter deuorare. Tigris perijt eo quod non haberet prę
Iob. 4. dam (ait Iob. cap. 4.) Tigris diuerſorum colorum animal eſt, iſtos refert qui ſe velūti chamaleones in diuerſos colores transformant, & ad vniuſcuiuſque conditionem ſe fingunt vt omnes lucrifaciant, cùm mulierculis, ac puerulis molles in verbis & in phraſi loquendi ſe faciunt: diuitibus quomodò acquiſita conſeruent, atque augeant documenta prebent: Epiſcoporum munia rapiūt quos otio deditos eſſe ſentiunt: omnibus omnia fiunt vt ex omnibus lucra reportent, nec ibi uiuere volunt, vbi has prædas exercere non ualeant. Diuus Gregorius ſuper iſtum locum Iob, dicit quod Septuaginta legunt mirmicoleon, loco tigris. Mirmicoleon autem dicitur formicarum Rex, qui ſe formicam fingit, atque ita appa- *Gregor. ſuper Iob 4. Idem.*
ret quòd ſit, os tamen habet quaſi leonis, qui formicas expectat cùm ad caueas oruſtæ vadunt, & repente eas aggreditur & eas & cibos quos deferunt deuorat. Similes illi, dicit hic Gregorius eſſe hos falſos Prophetas de quibus hic loquitur Chriſtus, iquaſi formicas ſe in habitu & loquella fingunt, cū tamen ora leonū gerant, atq; formicas, hoc eſt, homines, ac mulieres ſimplices, qui illos exiſtimātes formicas ab eis non cauēt, aggredūt ipſoſq; captiuos ducūt, bonaq; ſua quātū poſſunt, deuorāt atq; prædātur. Atramē iſti formicis ſunt leones, leonibus autē formicæ: qm̄ in mulierculas quarū vires tenues ſunt, atq; imbecilles, maximè ſæuiūt: peccata eorū, quæ fragilitati fortè cōdonari poſſint, maximè exagerāt, atque in æthera vehūt: qm̄ ab illis nullū periculū metuūt. Cæterū leonibus formicę ſunt: Quoniā Magnates; diuites, ac proceres, quorum peccata in publicam pernitiem cedunt, reprehendere non præſumunt nec audent, immò nec volunt: quoniam & ab eis lucrum expectant & eorum potentiam reformidant, nè propter eos, vel ab opinione, vel à quæſtu decidere incipiant. Atque vtinam ob hoc magnis peccatoribus, atque prorſus indignis abſolutionem negare non audeant, quam ex fragilitate peccantibus impendere ſæpe recuſant: quare iſti ſonum quidem ſuæ virtutis dabunt: emolumentum autem paucum aut nullum efficient. De his enim dicit Iob, quòd tranſierunt quaſi naues portantes poma: quorum pondus, quoniam leue eſt, non retardat naues à ſuo motu, odoremque poſt ſe relinquūt; ſic iſti leues res docent, & quæ non multum ſubſtantiæ habeant, nec enim vt ſubſtantia in pauperes diſtribuatur hortātur, nec vt iniuriæ ex corde dimittantur monēt, aut quòd ſeipſum neget homo prædicant, ſed quæ odorē tantū aut faciē virtutis oſtendūt dicūt, cùm tn̄ de bonis prædicatoribus dicatur, quòd facti ſunt quaſi
Prouer. 31. naues inſtitoris de longè portantes panem ſuum. Hoc eſt, non accidentia uirtutis, ſed ſubſtantiā ei⁹ ac integritatē docētes: charitatē quippè ac ceteras optimi Chriſtiani virtutes, inquib⁹ Chriſtianę doctrinę pōd⁹ cōſiſtit pdicāt. Hos ergò cū in mūdo cōuerſari videris, iā eos inter falſos Prophetas poteris numerare: tales em̄ pximi ſunt ad falſa dogma

KK ta

ta ſeminãda. Nam quorũ finis, aut ſcopus nõ
eſt Chriſtus, aut animarum ſalus, ſed venter
ſuus atq; hominũ gloria, cũ ad hęc cõſequẽ
da oportuerit falſa docere, quis dubitat
quin id facient? Sic enim & Phariſæi fe-
cerunt. Nam cũ illi gloriam Dei non quęre
rent, ſed gloriam hominum dilexiſſent, ma
Ioann. 12. gis quàm gloriam Dei (vt Ioannes teſtatur)
ea, quæ videbant hominibus magis placere
prædicabant. Quare falſa dogmata in popu
lo illo ſeminauerunt, quæ Dominus in hoc
ſermone (vt vidimus) reprobauit. Dicebat
Eſai. 30. enim populus ille ad illos: Loquimini nobis
placentia, videte nobis errores, & ſic vt illis
Hierem. 23 placerent faciebant. Quare Hieremias Pro
phetà dixit: In Prophetis Hieruſalem vidi
ſimilitudinem adulterantium, & iter men-
dacij. Adulter enim non tam prolem, quàm
ſuam turpẽ libidinẽ adimplere cupit: ſic &
iſti falſi Doctores, non ſpiritualẽ ſobolẽ in
animis procreare prætendũt, ſed ſeipſos ale
re ſuaſq; crumenas adimplere deſyderant.
Tale ergo adulteriũ iter eſt ad mendatium,
nãadulterinã intentionem ac falſam, adul-
terina etiam ac falſa doctrina ſubſequetur.
2. Cor. 2. Vnde Paul. prohibet adulterare verbũ Dei.
Fab. Æſo. Timeo autẽ ne illis contingat quod Æſop?
in ſuis fabulis fingit contigiſſe lupo, qui ſe
veſte ouili induerat, & inter gregem ouium
ambulabat. Paſtor autem quotidie decreſce
re gregẽ ſuũ videbat, atque patefacta fraude
ipſum cum veſte ouili ex arbore ſuſpendit,
quem cũm cæteri paſtores conſpicerent, di
cebant ad illum. Cur tantum facinus com-
miſiſſet, vt ouem ſuſpenderet (exiſtimabãt
enim illum ouem eſſe propter fallatiam ve
ſtis.) Reſpondit ille: Ouis quidem pellẽ ha-
bebat, facta autem lupi exercebat. Fortè cũ
mundus detectam hanc fraudem viderit,
remq; ſuam familiarem in illorum domibus
cõſpexerit, hanc exercebit aliquandovindi
ctam & dicet: Ecce qui oues apparebant: re-
uera autem lupi rapaces erant. *A fructibus
eorum cognoſcetis eos.* Sed dices. Fructus boni
ſunt: videmus enim quampluri mas animas
magnos ac optimos fructus ex horum do-
ctrinis concepiſſe, quomodo ergo eos inter
falſos Prophetas ſecenſemus, ſi ex fructi-
bus agnoſcendi ſunt & fructus boni ſint?
Bene habet. Sed aduerte hic magna opus
eſſe diſcretione, ſi enim prædicatoris inten-
tio temporalis ſit, nec fructum animarum
potiſsimè ſed propriam quærat vtilitatem
ſu aliquod emolumentum ſuccreuerit ani-
mabus, non tam illorum effectus, quàm
ipſius veritatis quam illi prædicauerunt di-
cendus eſt. Cùm enim illorum intentio va-
na ac quæſtuaria ſit, hic fructus eius erit.
Tamen quia Deus veritatem illam ex illis
prolatam ordinauit ad iſtius animæ ſalutẽ,
hic fructus non illius prædicatoris ſed veri-
tatis Dei erit. Illius enim fructus ſuum com
modum eſt: quoniam ille erat finis eius ſig-
nificatus per fructum. Nam ſicut fructus vl
timum eſt quod in arbore expectamus, ſic
finis vltima res eſt quam conſequimur. Illo-
rum ergò fructus, hoc lucrum temporale eſt;
nam ille ſpiritualis ad veritatem conſequu-
tus eſt, quod apud Iob. cap. 39. optimè decla *Iob. 39.*
ratum eſt, ait enim. Penna ſtruthionis ſi-
milis eſt pennis herodij & accipitris. Quã-
do dereliquit in terra oua ſua, tu forſitam in
puluere calefacies ea? vbi Gregor. lib. 15. mo
ral. cap. 26. ait: Quòd ſtruthio hypocritam *Grego. lib. 15. moral. cap. 26.*
refert, ſtruthio quippè videtur quòd eleuet
alas ad volandum, & tamen à terra minimè
ſubleuatur: ſic iſti alta cœlorum contempla
re videtur, cùm tamen terrenis rebus inhia
re non deſinant: in pennis alijs auibus quę
in alta vòlitant aſsimilantur, cùm tamen ip
ſorum pennas in terra iacere videamus. Sed
addit: Cùm dereliquit in terra oua ſua, tu
forſitam in puluere calefacies ea? Struthio
oua ſua ſuper arenã quaſi oblita dereliquit,
quæ tamen calore ſolis in pullos conuertun
tur. Quare generatio illa pullorum potiùs ſo
li, quam ſtruthionis ſolicitudini tribuitur.
Sic iſti terreni prædicatores quantum in
in ſe eſt animas in terrenis derelinquũt,
(nec enim à cupidine temporalium eas ele-
uant, plenas enim auaritia, ac ambitione,
& vanitate eas videbis.) Quòd ſi aliquis
cœleſtis fructus in eis aliquando appareat;
ex cœleſti influxu atque radijs Solis iu-
ſtitiæ qui eſt Chriſtus illum prouenire cre-
dendum eſt. Nam etſi prophetauerint,
dæmonia eijecerint, & miracula fecerint
in confirmationem veritatis quam præ-
dicant: hæc non ſunt fructus eorum ſed
Dei; itaque diſcernere opus eſt eorum
fructus ab his, qui ſunt fructus Dei, &
ipſius Euangelicæ veritatis. Igitur à fruc-
tibus proprijs eorum cognoſcetis eos. Vn-
dè & ſubdit: *Nunquid colligunt de ſpinis
vuas, aut de tribulis ficus colligerentur?* Vuæ
& ficus fuerũt fructus, quos de terra Promiſ
ſionis explorators adduxerunt, tales enim
fructus cœleſtis Patria producit, quib? & prę
dicatores paſcere debemus audientũ corda
non terrenorum amorem ſed deſpectum, &
cœleſtium

cœleſtium bonorum, quæ dulciſsima ſunt
ac vberrima, deſyderium, & auiditatem in-
cendere. Ficus autem abſque flore producit
fructum ſuum, non flores, hoc eſt, non exte-
riorem virtutum virorem dumtaxat, ſed in-
ternum: in quo fructus, & ſubſtantia virtu-
tis conſiſtit, præcipuè ac inſtanter docere
debemus. Et ad idem pertinet quod ſequi-
tur. *Sic omnis arbor bona bonos fructus facit,
mala autem arbor malos fructus facit. Non po-
teſt arbor bona malos fructus facere, nec arbor
mala bonos fructus facere. Oĩ enim arbor quæ nõ
facit bonũ fructũ excidetur & in ignẽ mittetur.
Igitur ex fructibus eorũ cognoſcetis eos.* Per ar-
borẽ voluntatem, & intentionem intellige,
â qua veluti ex arbore, mala, & bona opera
procedunt. A recta ergo voluntate fructus
illi procedunt, qui non ſunt communes etiã
lupis veſtitis veſte ouili, ſed proprij bonorũ
ac ſpiritualium virorum. Hi autem fructus
Ad Gal. 5 ſunt quos Paulus numerat ad Galat. 5. Fru-
ctus autem ſpiritus eſt charitas, gaudiũ, pax,
patiẽtia, benignitas, bonitas, longanimitas,
manſuetudo, Fides, modeſtia, continentia,
caſtitas. Si hos fructus & talia opera in eis
cernimus, cognoſcimus eos eſſe veros Pro-
phetas, eſſe bonas arbores, habere bonam
voluntatem; ſi autem tales fructus non vide
mus, ſed ſi attentiùs aſpexerimus eos vide-
bimus; vel quòd aliquod operum carnis quo
rum ibi Apoſtolus meminit, vel ſaltem hu-
mana cupiditas, aut gloria illorum fructus
ſunt: inueniemus eos non eſſe veros Prophe
tas, quoniam arbor bona non poteſt ſimul
bonos & malos fructus producere, ſicuti
nec arbor mala etiam bonos fructus dare,
ſiquidem ex fructu arbor cognoſcitur. Sed
dices quomodò id ſtat, quoniam arbor ma-
la etiam bonos fructus facit, & hypocritæ
aliqua bona opera faciunt, nempè orare, ie-
iunare, eleemoſynas elargiri: nam veniunt
in veſtimentis ouium? Et ſimiliter bona ar-
bor malos etiam fructus videtur facere: quo
niã non eſt homo quantuncũq; iuſtus, qui
non faciat malum & peccet in hac vita? Sed
reſpõdetur, Chriſtũ id in hoc nos docuiſſe,
quòd omnia opera quę à praua intẽtione ac
voluntate procedũt mala ſunt: Quare fruct?
horũ falſorũ Prophetarũ de quib? loquimur
nõ ſunt fruct? boni ſed mali, itaq; veſtimẽ
ta ipſa ouiũ in quib? ſe occultãt mala ſunt:
quoniã per illa volũt tegere lupũ, nã ſunt ef
fect? malę volũtatis ordinantis hęc oĩa ad
malũ finẽ. Peccata autẽ iuſtorũ nõ ſunt fru-
ct? bonę volũtatis, deficiẽdo em à bona vo-
lũtate peccat quiſquis etiam venialiter pec
cat. Quare ſemper bona arbor, bonos fruct?
facit: quoniã nullũ peccatũ etiam veniale à
bona volũtate procedit. *Omnis arbor quæ nõ
facit fructũ bonũ excidetur, & in ignẽ mitte-
tur, igitur ex fructibus eorũ cognoſcetis eos.* Ac
ſi diceret: In hac vita nullũ aliud ſignũ ad
agnoſcendos falſos Prophetas habebitis,
quã fructus eorũ ac opera, nã cætera ſigna
nẽpè punitio, ac dãnatio eorũ ad futurã vi-
tã regulariter reſeruatur. Multa de his falſis
Prophetis dicẽda modò mihi eſſent, niſi q̃
in animo eſt peculiarẽ circa hanc materiã
tractatũ edere, in quo ſigna falſorũ Prophe
tarũ tã ex Scriptura, quã ex Sanctis decer
pta producã. Interim tñ vt habeatis ampli?
quod ad populum concionare poſsitis; accip-
ite alias circa hoc Euãgeliũ meditationes.
*Attendite à falſis Prophetis qui veniunt ad
vos, &c.* In monte hoc Chriſtus Dominus *Aliamorã litas ſeu concio.*
partes egit optimi atq; prudentis Magiſtri:
nec enim ſolùm regiam viam Regni cœ-
leſtis hic nos docuit pręcepta charitatis pro
ponens, & conſiliorum ſemitas atque com-
pendia dans; verùmetiam quæ ſint pericula
ac præcipitia, quæ ſeſe in hac via offerunt
oſtendit. In cacumine montis poſitus Domi
nus, vbi hoc Euangelium prædicauit, ibi
quaſi ex ſpecula totum iter Regni cœlorum
perluſtrauit; atque indè omnia pericula, &
offendicula proſpexit, & nobis nota eſſe
voluit, vt cautè ſecundum Pauli conſilium *Epheſ. 5.*
in hac via ambularemus. Et quoniam vnum
ex maximis periculis ac impedimẽtis, quæ
in hac via Dei occurrere poſſunt eſt malig-
nitas bonitatis ſpecie celata, & homines nõ
habeam? lynceos oculos vt interiora penetra
re poſsimus, ſed tãtũ primã ſuperficiẽ quæ
oculis ſeſe offert videamus: opus fuit vt ipſe-
met Dñs cuius Spirit? (vt Paul. docet) per- *Hebr. 4.*
tingit vſq; ad diuiſionẽ animi & ſpiritus cõ-
pagũ quoq; ac medullarũ, & qui renes ac
corda ſcrutatur nobis detegeret; inſidias ac
damna, quæ ſub virtutis ueſtimẽto tecta eſ-
ſe ſolẽt. Nã (vt D. Aug. docet lib. 18. de ciuit.
Dei. c. 51.) cũ diabol? vidiſſet euerſum im- *Auguſt. lib. 18. de ciuit. Dei. c. 51.*
periũ ſuũ, per Apoſtolorũ prædicationẽ, &
quòd homines iã virtutis amore quaſi in ec
taſi tenebãt capti, techną quãdã machina-
tus eſt dignã tãto malignitatis opifice. In ip-
ſamet virtute, quã iã homines tãto proſeque
bãtur amore, ſuos laqueos abſcõdit, quo ite-
rũ poſſet homines capere. Nam veſtiuit ali-
quos peſsimos homines ac nocuos veſte illa vir
tutis, quę apparet, quaten? illa ſpecie ac figu
ra

ra homines ineſcati, in laqueum tuum ac nexus premerentur. Tegit enim os lupinũ ſub ouili pelle, vt licentiùs ac tectiùs in gregem Chriſti graſſaretur. Sed Chriſtus non ignorauit technas eius, quas nobis in hoc Euangelio aperuit: Si enim Paulus dicebat: 2. Cor. 2. Nè quandò circũueniat nos Sathanas, non enim ignoramus cogitationes eius, quantò magis ea Chriſtus optimè noſſe potuit, quę ſint eius fictiones ac mendacia, quomodò ſe trãsfigurat in Angelum lucis? Nam (vt ait 2. Cor. 11. Paulus) ipſe Sathanas transfigurat ſe in Angelum lucis, nec mirum ſi miniſtri eius tranſfigurant ſe in Apoſtolos veritatis. Hac ergò aduertentia concionem ſuam concludit Chriſtus Dñs dicens: *Attendite à falſis Prophetis, &c.* Tota attentione, toto animo, tota vigilantia id animaduertere debetis, ſed tamen ferè eadem animaduerſione, quæ ad dignoſcendos hos falſos Prophetas neceſſaria eſt, eadem forſam nos ad prædicandum hoc Euangelium indigemus: niſi enim attẽte & cautè illud explicemus, poterimus forſam iniuriam aliquam, vel ipſi virtuti, vel alicui rei ipſius virtutis irrogare. Nam videtur hic Dominus Chriſtus bona ſimul cum malis miſcere, pellem ouis cum animo lupino, & hoc mixtum eſt quod hic dãnat Chriſtus. Oportet ergò cautè nos diſtinguere bonum à malo, nè ſi indiſcreta diſcuſsione totum ſimul damnauerimus videamur virtutẽ ipſam inficiari. Quare ne ſimul malum cũ bono confuſè dãnemus, oportet nos inter duo extrema quaſi media via incedere, quæ in his inter Chriſtianos reperio. Sunt enim aliqui homines, vel adeò amatores virtutis, vel adeò ignorantes in quo ſit pondus aut ſubſtantia eius, vel ita paruuli ac conſtricti, quòd in ſola exteriori ſpecie virtutis conſiſtunt: & illam laudant, atque in æthera vehunt, atq; illam iudicant eſſe virtutem. Poteſt enim hoc ex affectu virtutis in ſimplicioribus aliquandò emanare: nã adeò ſunt virtuti affecti, vt quacũq; vmbra, figura, aut colore eius mox teneantur, atq; protinus vt has virtutis efigies conſiderant, tanquam veram ſanctitatem prædicant atq; denuntiãt: illoſq; ſtatim in catalogo ſanctorũ aſcribũt, illoſq; tanquã numen quoddam adorant, & tanquã oracula credunt: quod quantũ ſecũ periculũ afferat, preſentis ſermonis doctrina nos admonet. Alij verò ſunt in alio extremo poſiti, qui parũ cautè preſentẽ doctrinã, vel legẽtes, vel audiẽtes, vel quia multoties experti ſunt mala quæ ſub his ſanctitatis tegumẽtis latebãt, facili negotio tales tãquam hypocritas ac falſos Prophetas condẽnant, ambitioſoſq; eos ac ſeductores appellare nõ verẽtur, quæ ambo extrema non modicum periculi adferre ſolẽt. Quare media via gradiendũ eſt tali norma, atq; cautela, vt nec exteriori ſanctitati conſummatũ nomẽ virtutis tribuamus, nec tamen ita paruipendamus eã, vt tanquã rẽ malã ſic celeriter illã dãnemus. Quoniã hæc exterior virtutis ſpecies pars ſolet eſſe veræ virtutis, nẽpè quando ab ea tanquã effectus eius procedit: eſtq; tanti ponderis virtus, vt quæcũq; res ſit quę ad eam pertineat, in pretio non minimo habenda ſit, & iſti extrinſeci virtutis effectus, & ſi non ſint tota ſubſtantia virtutis nec prę cipua res familiaris eius, tamen ſuppellectiles ſunt virtutis, atq; ad rem eius familiarem pertinent, quare in pretio ſemper habendæ ſunt. Quocirca tanta attentione debemus malũ à bono ſeparare, nè ſimul & bona proijciamus & mala. Segreganda quidem eſt ſcoria ab auro, ſed non ſimul proijciendum eſt aurum. Igitur vtrique parti virtutis ſuũ nomen atq; pondus demus, nè ſtannum, argentum: nec cuprum, aurum nominemus: ſed aurum, aurum: & cuprum, cuprum appellemus: nè ouẽ lupum dicas, aut lupum ouẽ, nec totum virtutis honorem vni eius parti, nec tamen magis præcipuè tribuas, ſed nec vitium nomines id quod ſolet eſſe pars aliqua virtutis. Igitur vnicuique quod ſuum eſt *Simile.* tribuamus. Sancti hæc exteriora opera virtutis, qualia ſunt ieiunium, oratio, & cæteræ exteriores mortificationes, quæ hominum oculos rapere ſolent, comparant cineribus, qui conſeruare ſolent prunas, & folijs, quæ licèt non ſint fructus eos tamen in arbore protegunt à ſole, imbribus atq̃ gelu. Sic hæc exteriora opera virtutis quãuis ipſa nõ ſint meliores fructus virtutis ac ſpiritus (hi enim charitatis opera ſunt) eam tamen conſeruant, atque defendunt, quæ fortè ſine illis multo tempore conſeruari non valerent. Nec debile tibi ſit argumentum, quòd hæc opera exteriora virtutis alicuius momenti ſint, cùm videamus diabolum tot bella aduerſus illa mouere: nam hæretici huius temporis omnia hæc exteriora opera, atq; cæremonias demolliri contendunt. Scit enim inimicus noſter, quòd exſiccatis folijs comburentur fructus, et ſi ſecaueris corticem exſiccabitur arbor. Quare re- *Simile.* ctè Hæretici in Apocalypſi conferuntur *Apoc. 9.* locuſtis, quæ licet botrum immaturum non comedant,

comedant, folia tamẽ diripiunt, quibus ablatis & vua ipſa exſiccatur ac perit. Sic diabolus ſi cor virtutis mortificare non valet: corticem tamen ſecat vt ipſe virtutis ſuccus *Ioel. 5.* areſcat. Quare per Ioelem Prophetãde hoc querebatur Dominus dicens: Gens aſcendit ſuper terram meam, fortis & innumerabilis, poſuit vineam meam in deſertum, & ficum meam decorticauit, nudans ſpoliauit eam, albi facti ſunt rami eius. Sunt etiam antemurale, quod murum protegere ſolet. Ciuitates illæ quæ in medio regni ſunt procul ab hoſtibus ædificatæ nullis indigent *Simile.* munitionibus, nec muris, nec antemuralibus; at quę in proſpectu ſunt hoſtium omni indigent apparatu, mænibuſque atque propugnaculis oportet eſſe munitas. In Patria quidem vbi timor hoſtis erit nullus, non indigebimus his cæremonijs. Quarẽ D. Ioan. *Apoc. 21.* Apocal. 21. Templum in illa ciuitate non vidit: quoniã tunc & conſummatum erit, & ſacrificium, & cæremoniæ: ſed tamen nos dũ in hoc exilio peregrinamur in proſpectu hoſtium ſumus, quare munitionibus ac propugnaculis indigemus, & muris & antemuralibus munire ciuitates noſtras oportet. Muri ſunt virtutes quæ animas protegunt & circundant, antemurale ſunt cæremoniæ & ſacræ obſeruantiæ à patribus inſtitutæ. Quòd ſi hoc antemurale oppugnatum fuerit, faci lè murus corruet. Quod Hiere. Thren. 1. de *Thren. 1.* plorabat dicens: Luxitque antemurale, & murus pariter diſsipatus eſt. Vnde Chriſtus *Eſai. 26.* Dominus Eſai. 26. dicitur murus, & antemurale: quoniam & cęremonias ſimul & virtutes nos docuit. Ad rei militaris artem, non ſolum gladius ſed & vagina, quæ gladium conſeruat neceſſaria eſt. Qui virtutis paleſtram ingreditur, & virtutes, & obſeruantias quæ eas à rubigine protegant, ac conſeruent addiſcere debet. Non ſunt virtutis ſubſtantia, ſunt tamen accidentia eius: ſubſtantia autem abſque accidentibus, nec videtur nec ſentitur, nec pulchritudo eius manifeſta fit. Hęc exteriora opera virtutis ſunt accidentia, quæ viſibilem faciunt virtutẽ ſenſibilem atque tractabilem, immò & palpabilem nobis ipſam reddunt, ſunt enim facies virtutis color atque odor illius, nec ſolùm habent hęc, ſed cùm in charitate fiunt, & minuunt pœnam & augent gratiam, hoc eſt dicere, quòd ſunt & ſatisfactoria & meritoria. Hæc & alia multa bona hæc exterior pars virtutis continet, nec hoc hic con- *Auguſt.* dẽnat Chriſtus; quoniã (vt Aug. docet) non damnat Dominus ouilem pellem, niſi quandò ſub illa occultatur lupus. Non ſunt abijciendæ hæc extrinſecæ virtutis demonſtrationes, niſi quando ſub illis malitia, ambitio, auaritia, uel ſuperbia teguntur. Quapropter hoc ſignum nos docet ſtatim Chriſtus quo poſſemus hos falſos Prophetas dignoſcere. Ait enim: *A fructibus eorum cognoſcetis eos, ſiquidem ex fructu arbor cognoſcitur.* Non dicit, in folijs agnoſcetis arborem, ſed ex fructu. Per folia nec diſtinguitur, nec agnoſcitur arbor bona, nec mala: eadem quippè folia habet oleaſter, quæ oliua, & vitis ſylueſtris ficus & culta, & ſicomorus vt ficus: ſic hypocritæ atque hæreticus occult⁹ in folijs cum bonis conueniunt: quoniam & illi ieiunant, & eleemoſynas largiuntur, & ad templum & ad orationes cõcurrunt: hęc autem folia ſunt, fructum aſpice in quo diſcernuntur. Fructus (vt ſupra diximus) vltimum eſt quod de arbore expectatur & intentionem refert, fines eorum aſpice atque conſydera: quod ſi ſub ipſa virtutis effigie inueneris hominem vanum, auarum, ſuperbia turgidum, ambitione ſolicitum, qui prę ceps poſt honores, poſt ſceptra, poſt mithras poſt lucra currit, illum tanquã falſariũ dãnare licebit, qui lupinũ os ſub ouili pelle occultare volebat, non dulcẽ fructũ ſed abſinthio amariorem habet. non arbor bona eſt: quoniam nec bonum fructum affert. *Nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus?* Rectè eos tribulis ac ſpinis cõfert Chri- *Simile.* ſtus: quoniam etſi inter illas naſcitur flos, aut arbor fructifera inuenitur: non tamen carpere florem aut arboris fructus poteris, niſi te prius in ſpinis vulneraueris atque lę ſeris. Sic ſi aliquę virtutes in iſtis appareãt, non tamen ex illis vtilitatem capere poteris, niſi magno cum periculo tuo. Vulneraberis certè ſi illos tangere procuraueris: nã etſi in ſpinis fructus aliquis eſſet, non poſſet tamen ſine læſione carpi. Vndè non manu eradicandæ ſunt ſpinæ, ſed igne comburendæ, nè manus tuas cum eorum manibus iungas, nec tua opera cum illorum miſceas operibus; ne fortè manus infectæ aut ſanguine plenæ remaneant, in ignem potiùs mittẽdi ſunt, vt & hic eorũ corpora cremẽt & in infernũ animæ in perpetuũ ardeãt. Quare Dauid in nouiſsimis verbis ſuis hæc nobis ſcripta reliquit. 2. Reg. 23. Præuaricatores, *2. Reg. 23.* (ait) quaſi ſpinæ euellentur vniuerſi, quæ non tolluntur manibus, & ſi quis tangere eas voluerit armabitur ferro aut

ligno lanceato, igneq; ſucceſſæ cõburentur vſq; ad nihilum. Non poſſunt cum illis colloquia miſcere, niſi viri fortes armis ſpiritualibus muniti, qui ſe ab illorum verſutia defendere ſciant, vtilius eos tradere igni vt
2. Timo. 3. Paul. etiam docet dicens: Hos deuita, ſermo enim eorum vt cancer ſerpit. Igitur iſti cùm non ſint arbores bonæ, nec proinde fructum aliquem bonum producunt, folia virtutis habent, fructibus orbati ſunt. Quòd ſi periculum virtutis eius facere velis, nihil
Dan. 14. inuenies. Hoc eſt, quod Daniel dixit Regi Nabuchodonoſor volens oſtẽdere illi quòd
Dan. 14. Bel non eſſet Deus. Nè erres Rex (ait) hic forinſecùs eſt æneus: intus autem luteus. Nihil niſi colores habet virtutis, & forinſecùs æneus, fortis, ac ſpiritualis apparet: cùm tamen in corde luteus, terreno, ac carnalis totus ſit, vacuus omni virtute & inanis. Vnde vt oſtenderet Regi quòd Bel non eſſet Deus viuens, nec comedens, nec bibens: cribrauit cineres ſuper pauimentum templi, & obſeruatis ianuis exierunt è templo ipſe & Rex. Et facto mane cùm veniſſent apertis ianuis inuenerunt veſtigia virorum, & mulierum, ac puerorum, qui per poſticum quem ſibi in ſecreto loco apperuerant, intrabant, & deuorabant omnia comeſtibilia
Ion. 3. quæ ante Idolum Bel in menſa dimittebantur. Per cinerem humilitas intelligit, vt patet in Niniuitis qui cinere aſperſerunt capita in ſignum humilitatis. O ſi modò aliquis Daniel inueniretur, qui tali induſtria nobis horum inſidias patefaceret: quoniam in hu-
Simile. militate probantur qui veri aut falſi Prophetæ ſint! Eſt enim conflatoriũ in quo aurum à cupro ſeiungitur, & cotis ex cuius cõtactu valor auri diſcernitur, ſecundum illã Sapientis ſententiam. In igne probatur aurum & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis, hoc eſt, illi qui in cathalogo iuſtorũ poſſunt adſcribi. Nã ſi illos humiliaueris, honoribus priues ac dignitatibus, nec illos videaris in pretio habere, ſed cinere aſpergas illos, & verbis & factis humiliando, tunc apparebit qui nam erant, aurum & cuprum: argentum, vel ſtagnum: boni quippè id æquo animo ferent, falſi & improbi, impatientiſsimè tollerabunt clamantes ſecum iniuſtè agi, atque ſuperba & blaſphemiæ plena verba proferẽt. Quòd ſi ipſi omnia moderari cupiunt, ac imperium ſuper omnes gerere volunt & permittitur eis, quid mirum ſi ſe eleuauerint? Impone autem manũ tuã ſuper eos, & videbis quòd in faciem maledicant tibi. Sparge cinerem: & veſtigia ſuæ iniquitatis cernes. Homines peccatores ſi ſua peccata coram ſe habent, etiamſi velint ſuperbia erigi nequeunt: eo quod intra ſe ipſos gerunt teſtẽ, qui eſt propria conſcientia, quo conuicti erubeſcunt. Iſti autem quos mundus quaſi iuſtos veneratur, cùm tamẽ peccatores ſint & ſibi ipſis iam diù ſuaſerunt quòd ſint boni; nec quidpiam mali in ſeipſis agnoſcunt: quoniam ſuperbia excæcat mentes eòrum, ſecundum illud Iob. Operuit craſſitudo vultũ eius. Superbia quippè craſſa operit oculos eorum, nè ſe agnoſcant, ſi iſtos alius non humiliauerit: ipſi ſemper in ſua ſuperbia ac vana cogitatione perſiſtent. Vnde Gregor. 14. Moral. cap. 14. ait: Hypocritæ non de ſuis operibus retributiones perpetuas, ſed tranſitorios fauores quærunt: & tamen quia quaſi ſanctos laudari ſe audiunt, eſſe ſeueraciter ſanctos arbitrantur, & quantò ſe ex multorum æſtimatione irreprehenſibiles putant, tãto diem ſtricti iuditij ſecuriùs expectant, de quibus dicitur Amos. 5. Væ deſiderantibus diem Domini. Igitur à fructibus eorum cognoſcetis eos. In fabulis eſt q̃ Vlyſſes, qui aſtutiſsimus erat, cùm in Ciclopis poteſtatem deueniſſet, qui ſolum vnum oculum in fronte habebat, titione quodam ignito illi oculum combuſsit, ac cœcum dimiſit, & ille indut⁹ ouili pelle inter reliquas oues manus eius euaſit. Mundus vnũ ſolũ oculum habet: quoniam dumtaxat exteriora hæc circunſpicit, nec ad interiora penetrat, facilè iſtis lupis eſt aſtutijs ſuis hùc oculũ illi operire, & cœcũ omnino facere, & ipſi ſub veſtimentis ouium euadere, & ſua ſibi commoda ſemper quærere. Animalia autem ſancta quæ plena ſunt oculis antè, & retrò omnia vident, omnia ſcrutantur, omnia circunſpiciunt, & quaſi oculos lynceos habẽtes, lupos inter ouium veſtimenta deprehẽdunt, vel tanquam canes venatici odore eos percipiunt ac perſequuntur. Cęterum bonę arbores fructiferæ ſunt, quæ verum fructum ferunt, iuxta illud: Ego te plantaui vineam electam, omne ſemen verum, hoc eſt, non fictum. Vuas & ficus adduxerunt exploratores ex terra Promiſsionis: quoniã iſti ſunt veri fruct⁹ cœleſtes, qui charitatẽ ſignificãt quę omnis fruct⁹ huiꝰ hęreditatis eſt, ſiñ illud Gala. 6. Fructus autẽ ſpiritus, eſt charitas. Eſt (ait) quaſi in illa cęteri fruct⁹ includant: hi enim nõ aliorum fines intendunt. Iud. 9. Ioatham illam narrauit fabulam, cùm

Iob. 15.
Gregor.
Amos. 5.
Ezech. 1.
Hierem. 2.
Galat. 6.
Iud 9.

cũ vellet poſtſe adducere populũ Sichẽ, & dixit q̃ quãdo lignaboluerũt ſibi facere, Regem ierunt ad ficum & ad vitem vt imperarent illis, quæ renuerunt dicentes ſe non poſſe deſerere dulcedinem ſuam & imperare illis. Veneruntque ad rhamnum & dixerunt ei: Veni & impera ſuper nos. Qui reſpondit eis. Si verè me Regem vobis conſtituiſtis venite & ſub vmbra mea requieſcite: ſi autem non vultis, egrediatur ignis de rhamno & deuoret cedros Libani. Quoniã boni, qui hic per ficus & vuas ſignificantur, imperia, ac ſceptra, & mithras aſpernantur, plus facientes dulcedinem diuinæ contemplationis, ſecumque ac cum Deo viuere, quã totius orbis imperia moderari. Cæterùm iniqui qui per ſpinas ac tribulos hic intelliguntur, etiamſi ipſi nullius ſint vtilitatis: quoniam nec vmbram alijs facere, nec ab aliquo damno protegere ſciunt; tamen ſuperbia, ac ambitione quadam moti omnibus imperare deſiderant, cùm tamen ſibi & alijs quibus imperant in pernitiem tandem ſint. Deliquit Adam & ſub folijs ficꝰ
Geneſ. 3. delitеſcere voluit: quoniam hi homines qui ſolùm folia virtutis habent, id efficiunt, vt peccatores vmbra ſua tegant, lupoſque ſub ouili pelle abſcondant. Verùm iuſti, qui arbores fructuoſæ ſunt, omnium vtilitates, curant, omnibuſque vſui ſunt. Quod ſacra Scriptura innuit, cùm loquens de tẽpore pacis quãdo iuſti dominabũt ſuper terrã dixit: Et requieſcet vnuſquiſq; ſub vite
3. Reg. 4. ſua, & ſub ficu ſua. Nam quando hic abundarunt, vel abundabunt in Eccleſia, ſub illorum vmbra cæteri requieſcere poſſunt: multùm enim conferuntiuſti in terra etiam ipſis peccatoribus. Igitur ob hoc iuſti his arboribus fructuoſis comparantur. Vnde Dominus ſubiungit dicens. *Non omnis qui dicit mihi: Domine Domine, intrabit in Regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis eſt.* Hoc eſt, non illi qui dumtaxat flores habent mihi placere poſſunt. Qui dicit mihi: Domine, id eſt, qui me Deum & hominem confitetur, aut qui me feruenter exteriori cultu colit (id enim reduplicatio illa vocis videtur oſtendere) vel qui habet Fidẽ aut Spem tantum, ſed: Qui fecerit voluntatem Patris mei, quæ conſiſtit in charitate: tota enim illa ſuſtificat ac ſanctifi-
1. Theſ. 4 cat animas, atque cæteræ virtutes ſine illa inſufficientes ſunt, iuxta illud Pauli. Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra. Hanc autem ſanctitatem charitas efficit: vtpotè quæ Prophetas, & amicos Dei conſtituit, & quæ operit multitudinem peccatorum. Hæc enim ſola hominem perfectè cum Deo coniungit, ſecundum illam ſententiam Pauli: Super omnia charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis. Dico
Coloſ. 3. illam ſolam hanc ſanctitatem efficere: quoniam nunquam ſola eſt, ſed ſemper alijs virtutibus comitata, quæ veluti ancillæ famulantur ei, (vt de ea ait Sapiens) quòd vocauit ancillas ſuas ad arcem. Eſt enim ſpetioſiſsima Regina illa Heſter, quæ innixa ſuper humerum ancillulæ vnius al-
Heſter. 15. tera defluentia in humum ſuſtentabat veſtimenta, introiuit ad Regem Aſſuerum, cui Rex ſceptrũ inclinauit, illamque ſororem apellans blanditijs liniebat, atque oſculabatur, & amplexabatur eam. Sic charitas eſt, quæ ante Dei conſpectum apparere liberè poteſt Fidei innixa, quæ cæteras virtutes ordine generationis præcedit. Spes autem veſtimenta humi defluentia ſubleuat: quoniam deſyderia terrena ad cæleſtia eleuat, atque cogitationes in altum euehit, quam & cæteræ virtutes ſequuntur. Huic Deus ſceptrum inclinat: quoniam Deus cum his qui charitatem habent, non tanquam Rex, ſed tanquam amicus ſe habet, & dicit non eſſe propter illas poſitam legem (vt dixit Aſſuerus ad
1. Timo. 1. Heſter:) Quoniam iuſto non eſt poſita lex. Et etiam ſcala illa Iacob, per quam aſcendunt & deſcendunt Angeli. Aſcendunt
Geneſ. 28. quippè ad amandum Deum, & deſcendunt ad diligendum proximum, qui eſt ad
Matt. 22. imaginem Dei. Igitur in hoc tota lex pendet & Prophetæ. Quare epylogando, concludo, quòd qui ſolam veſtem exteriorem virtutis habuerit, abſque interiori, hypocrita verè dicendus eſt: qui verò interiorem habuerit iuſtitiam, etiamſi de exteriori non multum curet optimus Chriſtianus dici poterit; qui autem vtrumque, ſanctus dicendus erit. Itaque ſola exterior iuſtitia Phariſaicam hypocriſim facit: interior iuſtitiam viri Chriſtiani conſtituit, vtraque perfectionem videtur conſumare: licèt in caſu obligante, exteriori iuſtitia interior explicanda eſt à quolibet Chriſtiano.

Sed circa illa verba. *A fructibus eorum cognoſcetis eos.* Adhùc aduertẽdũ eſt, quod aliqui per fructus, non fructus perſonæ aut vitæ, ſed fructus doctrinę intelligunt, vt cùm Chriſtus dicit: A fructibus eorum cognoſce

tis eos, intelligatur de fructibus eorum, nõ quatenus ſunt homines, ſed quatenus ſunt Doctores: ſic enim facile erit hos falſos Prophetas dignoſcere. Secundum quem intellectum pulchrè diſtinguit inter fructus & folia, vt intelligatur Dominus voluiſſe dicere. Nolite attendere ad folia eorum ad verborum probabilitatem & ornatum, aut reliquam virtutum ſpeciem quam oſtentant: ſed ad fructum qui ex doctrina ipſorum cõſequitur: ſi quidem & arboris bonæ, vel malæ diſtinctio, non percipitur ſatis ex folijs, ſed euidentiſsimè ex ipſis fructibus. Quare ſecundum iſtum ſenſum ſimilitudo arboris bonæ vel malæ, non applicatur ad voluntatem, nec ad hominem bonum aut malum, ſed ad doctrinam bonam vel malam: quoniam non poteſt eſſe mala doctrina ex qua boni fructus producuntur, nec bona ex qua mali fructus prodeunt. Verum eſt quòd hęc applicatio, non videtur conuenire ei quod ſequitur. *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur*, niſi ſic fiat applicatio. Sicut arbor bona deprehenditur ex eo quòd fructus bonos profert, & contrà mala ex eo quòd malos facit: ſic verus Propheta cognoſcetur ex eo quòd ſua doctrina in auditoribus bonos fructus producit, falſus autem ſi ſua prædicatione malos fructus progignat. Probabiliter hoc dicitur, niſi quòd illud quod ſubijcit, de bono & malo homine, magis videtur congruere voluntati ac rectę intẽtioni qualis fuit prior interpretatio.

Non omnis qui dicit mihi: Domine Domine intrabit in Regnum cœlorum. Explicatio affectus eſt hæc reduplicatio, & intelligitur de his qui verbo tenùs deuotiſsimè Deũ inuocant, Ieſu nomen milliès referunt, cùm tamen cor auerſum habeant ab eo. De quibus
Auguſt. Aug. 3. lib. confeſſ. c. 6. ſic dicit: Incidi in homines ſuperbè delirantes, & ſuperbi nimis atq; loquaces, in quorum ore laquei diaboli, & viſcũ confectũ commixtione ſyllabarũ nominis tui & Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Spiritus ſancti Paracleti: hæc enim omnia non recedebant de ore eorum, ſed ſonotenus & ſtrepitu linguæ, cæterum cor inane veri. *Sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in Regnum cœlorum* Nam vſurpatio doctrinę ſine iuſtitia,
Ariſto. Simile. non eſt veritas Regni, ſed vanitas nudi ſermonis, De quibus dicit Philoſophus: Sunt qui opera non faciunt: ad rationem autem confugientes quærunt philoſophari & eſſe boni, aliquid ſimile facientes ægris, qui medicos quidem audiunt ſtudioſè, faciunt autẽ operandorum nihil: & quemadmodum illi nunquam benè habebunt corpus ſic curati, ſic nec iſti mentem ſic philoſophantes. Vnde in Regnũ cœlorum nõ intratur niſi per obſeruationem iuſtitiæ legum ad ipſum regnum pertinentium: hæc autem ſunt Dei precepta, in quibus voluntas Dei conſiſtit. *Multi dicent mihi in illa die: Domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis. Quia nunquam noui vos. Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem.* Illa dies eſt dies *Matth. 7.*
iudicij, quæ quaſi anthonomaticè dicitur Ille, ſicut ille Poeta, ille Orator, per anthonomaſiam ſignificat homines celebres in illa arte, vt Virgilium in Poeſi, Ciceronem in Oratoria: ſic Dies Illa illum diem deſignat ſuper omnes dies timendum, ac ſingularẽ, in quo omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti reddituri rationem noſtrarum actionũ, & accepturi prout quiſque geſſit in corpo-
Rom. 14. re, & in quo omnes reſurgemus. Vnde Pau-
2. Tim. 4. lus: In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa
Matth. 7. die iuſtus iudex: In illa ergò die multi dicẽt Chriſto: Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, &c. Prophetia non ſolùm accipitur hic pro eo quod eſt ventura prædicere, verùmetiã pro eo quod eſt ſacras Scripturas interpretari. Sed hoc donum, & gratiæ miraculorum ſunt gratiæ gratis datæ, quæ etiam peccatoribus obuenire ſolent: quoniam miracula edere in confirmationẽ propriæ ſanctitatis, non datur niſi iuſtis: ea autem facere in confirmationem fidei, etiã peccatoribus contingere ſolet: quoniã tunc non datur hæc gratia propter eum ſed prop
Epheſ. 4. ter alios, hoc eſt, in ædificationem corporis
Simile. Chriſti (vt ait Paulus) Sicuti ego poſſum inimico meo committere pecuniam meam, nõ ob ſuam vtilitatem ſed vt alijs quibus ego voluero tribuat: ſic dona hæc etiam inimicis Dei tribuuntur, non in ipſorum vtilitatem, ſed in ædificationem Eccleſiæ & Sanctorum. Vnde & Balaam iniuſtus donum habuit Prophetæ, & Iudas eijciebat dæmonia in nomine Chriſti, & forſam tunc etiam erat peccator. *Et tũc confitebor illis quia nunquam noui vos.* Nunquam (ait) quia nec tunc quando faciebatis miracula, & dęmonia eijciebatis, & futura prædicebatis, Scripturarum occulta manifeſtabatis, non cog-

cognoſcebam vos: quia & tunc peccatores eratis abſque interiori iuſtitia ambulantes. *Nunquam noui vos.* De notitia approbationis loquitur, qua ſuos Deus agnoſcit. De
2. Tim. 2. qua dicit Paulus: Nouit Dominus qui ſunt eius, aliàs notitia ſimplicis intelligentię omnes cognoſcit Deus. *Diſcedite à me.* Hæc eſt ſentẽtia illa quam infra cap. 25. refert. Ite
Matth. 25 maledicti in ignem æternum. Et illud Eſai.
Eſa. 26. 26. Tollatur impius ne videat gloriam Dei. *Omnes qui operamini iniquitatem.* Non dicit:
Hiero. Qui operati eſtis (ait Hiero.) ne videretur tollere pœnitentiã, ſed qui operamini quia in peccato mortali diſceſſerunt, quę voluntas adhùc in eis remanet, & in æternum durabit: Nam (vt ait Damaſc.) quod eſt Ange-
Damaſ. lis caſus, hoc eſt, hominibus mors, & ideò ſicut Angeli remanſerunt in obſtinata voluntate eius q uod concupierunt, ita homines obſtinati permanẽt in voluntate peccandi,
Ezech. 32. in qua moriuntur. Et ita intellige illud Ezechiel. 32. Deſcenderũt in infernum cum armis ſuis, & poſuerunt gladios ſuos ſub capitibus ſuis, & fuerunt iniquitates eorum in oſsibus eorum. Arma eorum quibus in infernum deſcenderũt, eorum iniquæ voluntates: gladij, quibus Deum impugnauerũt & Sanctos, ſunt conatus eorum ad malum: & iniquitates in oſsibus, ſunt notæ peccatorũ in viribus animæ. Et hæc eſt cauſa quòd ignis ſemper eos incendit: quia voluntates illę perpetuę ſemper erũt in eis, eo quod nõ ſunt ſuſceptibiles gratię, quia cùm ceciderunt à ſtatu merendi, impoſsibile fuit redire ad gratiam, & per conſequens neceſſe eſt
Dioniſius remanere in pœna. Anima enim rationalis, quę (ſicut dicit Dioniſi.) diſcuſſã habet diſciplinã per ſigna veſtigij & imaginis acceptam, ſine ſenſu perfici non poteſt, & caſus ab vſu ſenſuum eſt impoſsibilitas ſibi reſur-
Albertus gendi. Hęc Albertus Magnus docet. *Omnis*
Matth. 7. *ergo qui audit verba mea hæc & facit ea aſsimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domũ ſuam ſupra petram, & deſcendit pluuia & venerunt flumina, & afflauerunt venti: & irruerunt in domum illam & non cecidit, fundata enim erat ſuper petram: Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.* Firma hæc petra, eſt doctrina Chriſti infallibilis atque certiſsima, vt ab eo procedens qui fallere vel mentiri nõ poteſt. Super hanc ędificat quiſquis eam auditam cuſtodit in corde, & toto conatu ſtudet, vita atque moribus exprimere, omneſque ſuas cogitationes, affectiones, ſermones, & actiones ſuper eã fundare, id eſt, ſecundũ eam dirigere eſt ſolicitus. Hæc enim eſt ædificatio, quam prudẽs homo ſuper tale fundamentum ſuperſtruit, ſiue ſuperædificat. Venit pluuia, veniunt flumina, veniunt venti, quando tentationes veniunt, vel à carne, vel à mundo, vel à diabolo, quæ noſtram ædificationem quærunt ſubuertere, quæ nos à propoſito virtutis, & vitæ Euangelicæ perfectione quærunt deijcere. Ab imo flumina, à ſupremo venti veniunt: quoniam ex omni parte multiplex, tentationes quęrit à ſtatu virtutis euertere. flumina molliter allunt, & velut ſuauiter circunlambunt domum vt eam dulciter abſorbeant: venti autem rugitu magno ſęuiũt, & toto impetu in eam irruunt, vt vi proſternant in terram: quoniam proſpera per molitiem homines diſſoluere quęrunt, aduerſa velut impetu proſternere. Vel aliter per circũlambentes vndas carnalium tentationũ blandimenta, per ventorum flatus, malignorum ſpirituum ſuggeſtiones ſignantur. Illę plerunque hominem frequenti ſolicitatione blandè emolliunt, & mollitie reſolutum in ſe abſorbent: hę verò ſubito impetu magis ſolent arripere inſtabiles. Qui autem Chriſti doctrinę firmus innititur, hunc nec proſpera, nec aduerſa, nec carnis blandimenta, nec tẽtamẽta diabolica à ſtatu rectitudinis dejcere, vel etiam deflectere poterunt, immò verò ablutis (ſi quæ adhærebant) ſordibus etiam mundior remanebit domus: quoniam tentationibus probat⁹ à Deo nõ accipiet ſpiritualis homo detrimẽtum, vt etiam euadat mundior. Super arenam verò ædificat quiſquis vitam ſuam, non ſuper virtutem fundat, atque inſtituit, ſed vel ſecundum carnis ſuaſionem, vel ſecundum maligni ſuggeſtionem, vel ſecundum errantis multitudinis ac mundi exemplum: vel etiam ſecundum aliquam purè humanam doctrinam, quæ nec eſt à Deo, nec diuinæ conſona. Quiſquis autem ita ædificauerit ſtultus eſſe mõſtratur, ex eo quòd omnem ſuam ædificationẽ perdit, & omnem laborem quem impẽdit illi: mox enim aduenientibus tentationibus quibuſlibet cedit, & omni ex parte miſer efficitur, hinc carnis & mundi blandimẽtis in quæuis carnalia vitia diſſolutus immergitur: illius maligni ſuggeſtionibus in quæuis quantumuis

tumuis magna facinora impellitur. Et licèt non nulli ex illis, qui Christi non innitũtur doctrinæ ad tempus videãtur benè ſtabiles, adueniente tamẽ tentatione citò monſtratur, quoniam is qui tentationum impulſib⁹ cedit, ſtabili non erat ille gradu. Quàm autem magna ſit ædificationis huius ruina tũc declarabitur, quãdo cùm ædificante ſtulto omnis illa ſtulta ædificatio dabitur in eſcã ignis eterni. Hæc ante concluſionem huius prolixi ſermonis voluit Dominus ſuos eſſe præmonitos, vt nemo ſibi ſufficere putet, quòd verba Chriſti audierit, ſed ſolicitus ſit
Luc.11. vnuſquiſq; audita fideliter cuſtodire: Beati enim qui audiunt verbum Dei. *Omnis ergo qui audit verba mea hæc.* Eſt auris nõ audiens
Albert. (ait Albertus) & hæc eſt idoli, de quibus
Pſal.113. Pſal.113. Aures habent & non audient. Et eſt auris audiens & non interiùs percipiens, & hæc eſt ſtollidi, qui penè nõ differt à bru
Iud. to, de quibus in epiſtola Iudæ dicitur. Quæcunq; autem naturaliter tãquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur. Eſt autem auris audiens, & diſciplinam interius
Apoc.2. accipiens, de qua Apoc.2. dicitur: Qui habet aures audiendi audiat, quid Spiritus dicat Eccleſijs. *Verba mea hæc.* Nam licèt alibi multa dixerit Chriſtus, quæ in admirationẽ rapiebant homines: tamen iſta præ alijs omnem modum perfectionis in ſe habent.
Apoc.22. De quibus dici poteſt illud Apoc.vlt. Hæc verba fideliſsima ſunt & vera. Et *facit ea.*
Rom.2. Nam (vt ait Paul. Rom.2.) non auditores Legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores Legis
Iacob.1. iuſtificabuntur. Et Iacob.1. Eſtote factores verbi, & nõ auditores tantùm, fallentes vos metipſos, *Aſsimilabitur viro*, hoc eſt, Chriſto: vir enim à virore dicitur, & de Chriſto
Hiere. 17. dicitur Hiere.17. Erit quaſi lignum viride, quod ad humorem mittet radices ſuas: nam à Chriſto omnis viror eſt ſapientiæ. De eo
Eccleſ. 9. enim dicitur illud Eccleſ.9. Inuentus eſt in ea vir pauper & ſapiens, qui liberauit ciuitatem ſapientia ſua. *Qui ædificauit.* Nempè
Epheſ.2. ædificatione virtutis, de qua Epheſ.2. dicitur: Superædificati ſuper fundamentũ Apoſtolorum & Propherarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu. In quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templũ ſanctum in Domino. In quo & vos coædificamini in habitaculũ Dei, in Spiritu ſancto.
1. Cor.3. Et.1.Corint.3. Dei ædificatio eſtis. *Domum ſuam.* Hoc eſt, Eccleſiã, quæ dicitur domus Dei, ſecundum illud Paul. Hæc ſcribo tibi fili Timothee, vt ſcias quomodò oporteat te conuerſari in domo Dei, quæ eſt Eccleſia Dei. Et Geneſ.28. Quandò Iacob in viſione Gene. 28.
vidit templum, quod erat ædificandum in illo loco vbi iacebat, dixit: Nõ eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cœli. *Supra petram.* Hoc eſt, ſupra ſoliditatem veritatis diuinæ. Nam fundamẽtum huius ædificij eſt Fides, iuxta illud Paul. 1.Corin.3. Fundamentum 1. Cor.3.
aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Et Pſal.28. Fundamenta eius in montibus ſan- Pſal.86.
ctis, hoc eſt, in ſummo vertice articulorum Fidei. Et illud Matt.16. Tu es Petrus, & ſu- Matth.16
per hanc petrã ædificabo Eccleſiam meam, hoc eſt, ſuper hanc ſolidam confeſsionem, quam feciſti. Eccleſ.26. Fundamẽta æterna Eccleſ.26.
ſupra petram ſtabilem. Charitas autem eſt, quæ dat formam huic ſpirituali ædificio: eſt enim charitas omnium virtutũ forma, ſine qua ipſa Fides, & Spes informia ſunt. Per Spem autem hoc ædificium erigitur, & per alias virtutes compaginatur: eò quòd omnes virtutes ſunt cõnexæ, nec perfectè vna ſine alia inueniatur. Quare, quia aquæ multæ non poterũt extinguere charitatem, nec
flumina obruent illam, non cadet huiuſce- Cant.8.
modi ædificium, immò aliquando flatibus perſequutionum, & fluctibus tentationum Simile.
plus accenditur hic ignis, veluti ignis, qui dicitur vulgari ſermone, *de alquitran*, qui aqua plus inardeſcit. *Fundata enim erat ſupra petram.* Eſa.54. dicitur: Fundabo te ſapphy Eſa.54.
ris, & ponam iaſpidem propugnacula tua. Hoc eſt: Fundabo te Fide, quæ ſignificatur per ſapphyrum aërei coloris: ſic Fides eſt cœleſtium rerum, & iaſpis ſignificat charitatẽ: nam iaſpis faciem reddit veluti ſpeculum, & charitas facit animam eſſe Dei ſpeculũ: quoniam in anima plena charitate reſplendet gratia, quæ eſt facies Dei, iuxta illud: Si Pſal.4.
gnatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, & charitas eſt propugnaculum animæ. Et *omnis qui audit verba mea hæc & non facit ea: aſsimilabitur viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam, &c.* Nam qui audit verba Dei & non facit ea, non audit niſi more beſtiali extrinſecus tantum, ſe- Eſa.6.
cundum illud Eſai. 6. Aure audietis & non audietis. Et ſequit. Excœca cor populi hui⁹. Et Iacob. 1. Talis comparabitur viro conſi- Lacob.1.
deranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo: conſiderauit enim ſe & abijt, & ſtatim obli tus eſt, qualis fuerit. Et Hebr. 4. Non pro- Hebr.4.
fuit illis ſermo auditus, non admixtus Fidei ex his quæ audierunt, hoc eſt quia aure corporali

porali dumtaxat illum audierunt, nec tanquàm ſermonem Dei ex Fide ſibi loquentem acceperunt; ideò non profuit eis. *Qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam.* Arena vocatur congeries peccantiũ, & Synagoga multitudine infinita & tumultuoſa nullo glutino charitatis vnita, nulla fertilitate fœcunda, pondere terreni affectus grauiſſima: nam arena eſt innumerabilis, & ſtul-
Eccleſ.1. torum infinitus eſt numerus Eccleſ.1. Et tumultuariè arena eſt congregata, ſic inter ſu
Prouer.13. perbos ſemper ſunt iurgia. Prouerb.13. Et
Eſai.3. Eſai.3. Tumultuabitur puer contra ſenem, & ignobilis contra nobilem: nec glutino eſt
Ezech.13. vnita, ſic mali ſine charitate ſunt. Ezech. 13. Linunt parietem abſq; temperamento,
Eccleſ.1. dic eis, quòd caſurus ſit. Eccleſ.1. Arenam maris quis dimenſus eſt? Quaſi dicat, Nullus: quia non eſt continua in ſpiritu & glutino charitatis vnita, ſicut ſancti. Eſt infœcunda arena: nam ex terra incenſa, & imminuta redacta, fit arena: ſic mali ſteriles ſunt, quia concupiſcentiæ ignis eos in diuer
Iob.28. ſa deſideria diuidit. Vnde Iob.28. Terra de qua oriebatur panis in loco ſuo igni ſubuerſa eſt. Ponderoſa eſt arena, ſic peccatum pondere ſuo in aliud trahit, & vſq; in infer
Prou.27. num deſcendit. Prouerb.27. Graue eſt ſaxũ & ponderoſa arena, ſed ira ſtulti vtroq; grauior. Vnde Apoc.12. dicitur, quòd dra-
Apoc.12. co ſtetit ſuper arenam. Quare domus illa
Iob.8. corruit. Vnde Iob.8. dicitur: Innitetur ſuper domum ſuam, & nõ ſubſiſtet. Nam ibi habitant dæmones, qui non ſubſtiterunt,
Iob.18. ſecundum illud Iob.18. Habitent in tabernaculo eius ſocij eius qui non eſt, hoc eſt, diaboli, cecidit enim veluti Babylon magna, & facta eſt habitatio dæmonum, & cuſtodia omnis ſpiritus immũdi. Cecidit enim
Apoc.18. per ſtillicidiũ concupiſcentiæ, & per ſæcularis pompæ flumina, & per flatũ dæmonũ: ideò eorum habitatio facta eſt. *Et facta eſt ruina eius magna*: Quoniam à fundamento corruit: perdidit enim etiam Fidem, aliàs quandò hoc manet fundamentum reparari poteſt ædificium per pœnitentiam. Nam quandò fundamentum ſubuertitur, Fides non remanet: & ideò tunc de pœnitentia
Apoc.16. nõ cogitatur, nec de reædificatione. Apoc. 16. Fracta eſt ciuitas magna in tres partes, & ciuitates gentium ceciderũt. In tres partes frangi, eſt in perfidiam contra Fidem corruere per ſuffoſionem fluuiorum: in de-
Epheſ. 4. ſperationem contra Spem ex mollitie pluuiarum: quoniam carnales ac ſenſuales deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, & indeclinationẽ à recto contra Charitatem per odium & malam voluntatem. Ideò dicitur magna ruina: quia non habet vnde reædificetur: quia in toto cadit, & quia in infernum corpore & anima cadit: & quia profundè de vitio in vitium cadit; & ſic omnia patent ruinæ. Nec locus eorum inuentus eſt ampliùs in cœlo, vt dicitur
Apoc.12. Apoc.12. *Et factum eſt cùm conſũmaſſet Ieſus verba hæc, admirabantur turbæ ſuper doctrina eius.* Conſummauit, hoc eſt, ad ſummã perfectionẽ euexit doctrinam ſuam, ſuper omnes alias doctrinas: nã conſummatio ſermo-
Eccleſ.43 num ipſe eſt, vt dicitur Eccleſ.43. Admirabantur. Verbum Græcum hic ſignificat ſtupore magno afficiebãtur. Eſt autẽ admi
Albert. ratio (ait hic Albert.) ſuſpenſio & agonia cordis, in magno aliquo apparente, quod cor nec attingere nec concipere plenè, nec
Damaſ. tamen negare poteſt. Vnde Damaſcenus dicit, quòd admiratio eſt ſtupor in magna phantaſia. Et eſt hæc admiratio nondum credentis, ſed tentantis venire ad Fidem, & quærentis qualiter ſit quod apparet. *Erant autẽ admirantes ſuper doctrina eius.* Doctrina propriè dicitur diſciplina, quæ à docente per rationes tales proponitur, quæ generales ſunt audientibus, qualis eſt totus hic ſermo. Ea enim quæ omiſerat lex, & in imperfectione remaſerant, propter carnales, qui nondum totum capere volebãt, nec poterant, & tamẽ ratio naturalis probabat illa fore addenda: hæc addidit Chriſtus in ſermone: & ideò tales rationes audientes, & in corde illas reuoluentes, admiratione magna capiebantur: nam omnis veritatis inquiſitio, incipit ab admiratione, vt dicit Philoſophus. Vnde Cant.4. dicitur: Sicut
Cant.4. vitta coccinea labia tua: & eloquium tuum dulce. Vitta enim dicuntur labia ligantis corda audientium ad dictorum Fidem, vel admirationem: coccinea autem ſunt, quia faciunt corda ardere & rubeſcere per amorem. Eſt autem eloquium dulce, quando eſt de ſuauitate gratiæ & morum honeſtate. Vnde Pſal.44. dicitur Chriſto: Diffuſa eſt
Pſal. 44. gratia in labijs tuis. Et Lucas dicit, quòd admirabantur turbæ de verbis gratiæ, quæ
Marc.11. procedebant de ore eius. Et Cant.4. Mel,
Cant.4. & lac ſub lingua tua. Quare Ioann.7. dice-
Ioan.7. bant: Nunquam ſic loquutus eſt homo. Huiuſmodi autem admirationi ſubiungit cauſam, dicens: *Erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens: & non ſicut Scribæ eorum & Phariſæi.*

riſæi. Habuit poteſtatem docentis Chriſtus.
De qua dicit Ariſt. 1. metaph. Signum autē
Ariſto. 1. metaph. omnino ſcientis eſt poſſe docere. Quandò
enim rationabiliter probantur dicta, nec in
ter ſe cōtrariantur, hoc eſt ſignū poteſtatis
docētis: & quandò balbutiendo, & ratione
quaſi tremente dicūtur: ſignum eſt quòd
qui dicit ea non intelligit, ſed cùm ignorās
ſit in veritate, ſicut ſimia figuram docentis
aſſumit, & illi ſunt magiſtri erroris. Id dixit
Matth. 22 Dominus Saduceis. Erratis neſcientes Scri
pturas, & virtutem Dei. Hanc autem pote-
ſtatem certum eſt habuiſſe Chriſtum.

Eſt alia poteſtas perſuadēdi in moribus,
& hæc fit exemplo vitæ, nam talis doctri-
Ariſt. libr. 1. Ethicor. na (vt Ariſto. docet libr. 1. Ethico.) Non eſt
contemplandi gratia ſed vt boni efficiamur,
Chriſtus autem cepit facere, & docere, vt
Actor. 1. dicitur Actor. 1. Confidenter enim & quaſi
cum poteſtate ſuadet bonos mores, qui pri⁹
illos in ſe habet: confuſioni autem proxim⁹
eſt qui ea docet quæ non facit, quales erant
Phariſæi, ſecundum illam ſententiam Chri-
Matth. 23 ſti de eis loquente. Quæ dicunt facite, ſecun
dum verò opera eorum nolite facere. Quare
Rom. 15. Paul. Romanor. 15. dicebat: Non audeo lo-
qui aliquid eorum quæ per me non effecit
Chriſtus. Eſt autem alia poteſtas docentis,
& perſuadentis, quandò doctrinā ſuam mi-
raculis confirmat. Hæc autem poteſtas il-
lius præceptoris dumtaxat eſt, qui ſuperna
turalia docet quæ ratione naturali probari
non poſſunt, nec exemplo cōmunium ope-
rum perſuaderi. Sed oportet quòd artibus
ſupernaturalibus oſtendantur eſſe vera. Ta
lis autem fuit doctrina Chriſti tot miracu-
lis confirmata, de qua dixit Lucas cap. 24.
Luc. 24. Quòd Ieſus fuit vir Propheta potens in ope
re, & ſermone coram Deo & omni populo.
Deute. 18. Et Deutero. 18. Prophetam ſuſcitabit vobis
Deus de fratribus veſtris, tanquam meip-
Matth. 15. ſum audietis. Vltima poteſtas eſt legiſlato-
ris. Vndè tanquam verus Legiſlator dice-
Eſai. 33. bat. Ego autem dico vobis. Ecce poteſtatem
Legiſlatoris, de quo dicit Eſai. Dominus Le
giſer noſter. Fuit etiam Doctrina eius in po
teſtate: quoniam poterat mouere voluntā-
tes audientium ad ea quæ docebat: nam (vt
Prouer. 6. dicitur Prouer. 6.) ſicut diuiſiones aquarum
ita & cor Regis in manu Domini, quocūq;
voluerit inclinabit illud. Si cor Regis qui
nulli ſubeſt eſt in manu Domini, quāto ma
gis reliquorum hominum corda? Vndè & ip
ſe dixit diſcipulis ſuis. Ioann. 13. Vos vocatis
Ioann. 13. me Magiſter & Domine, & benè dicitis,
ſum etenim. Magiſter in docendo, Domi-
nus in commouendo voluntates. Quare &
miracula tanquam Dominus faciebat impe
rando, nec ſic Helias aut Heliſæus miracu-
la fecerunt. Fecit & miracula in confirma-
tionem propriæ doctrinæ, qualiter & ſancti 4. Reg. 4.
Patres miracula non fecerant. Quo cira de
eo dicebant turbæ. Quid eſt hoc? Quænā
doctrina eſt hæc noua? quia in poteſtate dæ Mar. 5.
monibus imperat, & obediunt ei? In pote-
ſtate docebat qui tanquam iudex æternas
pœnas comminabatur, & præmia promitte
bat. Vndè Chryſoſt. hic. Terribilis illius iu Chryſoſt.
dicij faciens mentionem, ſe monſtrabat eſſe
iudicem de præmijs atque ſupplicijs, vndè
conſequens erat, illos per iſta turbari. In po
teſtate docebat: quoniam liberè quoruncūq;
crimina carpebat, nulliq; aſſentabatur, aut
vllum timebat, quo contra Phariſæi & adu
latores erant, nec veram doctrinam docebāt
ſemper, nec ſpiritum legis intelligebant, nec
miraculis ſuam doctrinam confirmabant,
nec iuſtitiam legis docebant, ſed ſuam quæ-
rebant ſtatuere, ſecundum traditiones homi
num, & cùm omnem ſuam iuſtitiam in ob-
ſeruantia exteriori Legis ponerent, nullam
poteſtatem aut virtutem poterat habere eo
rum doctrina. Chriſtus autē dicitur: 1. Cor.
2. quia verba eius erant in poteſtate proba- 1. Cor. 2.
ta. Nam ſicut in tactibus eius erat quidem
humanitas tangens, deitas autem virtutem
dans curandi, ita etiam in verbis eius ſem-
per virtus deitatis diffundebatur in audien
tium corda quantum inſe erat. Ex his tribus
capitibus ſumitur alia nota vel ſignum, quo
oſtenditur Chriſtum fuiſſe verum Meſsiā:
nam Eſai. prædixerat. Erit iuſtitia cingulū Eſai. 11.
lumborum eius, hoc eſt, inſeparabilis & cō
iuncta ei, vt cingulum iungitur renibus. Et
Hierem. 23. Faciet iudicium & iuſtitiam in Hiere. 23.
terra. Et ſecūda quòd Decalogus deberet p
eum renouari vt Hierem. 31. habetur. Et fe-
riam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus no Hierem. 31.
uum, non ſecundum pactum quod pepigi
cum eis, putà decem verborum Decalogi,
ſed hoc erit pactum quod feriam cum do-
mo Iſrael. Dabo legem meam in viſceribus
eorum, & in corde eorum ſcribam eam: quo
rum vtrumque in hoc ſermone
præſtitit Chriſtus, vt
viſum eſt.

SIGNA

Signa falſorum Prophetarum.

Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis eos.
1. Cor. 11. Paulus Corin. 11. ait: Oportet hæreſes eſſe: vt qui probati ſunt, mani-
Auguſt. feſti fiāt in vobis. Vnde D. Auguſt. lib. 16.
de Ciuit. cap. 2. tom. 5. ait: Cham porrò, qui
interpretatur callidus medius Noe filius, tā
quàm ſe ab vtroque diſcernens, & inter
vtrunq; remanens, neq; in primitijs Iſraë-
litarum, neque in plenitudine Gentium;
quid ſignificat, niſi hæreticorum genus cal-
lidum, nō ſpiritu ſapientiæ, ſed ſpiritu ver-
ſipellis aſtutiæ, quo ſolent hæreticorū fer-
uere præcordia, & pacem perturbare ſan-
ctorum? Sed hæc in vſum cedūt proficien-
1. Cor. 11. cium, iuxta illud Apoſtoli. 1. Corinth. 11.
Oportet hæreſes eſſe: vt probati manifeſti
fiant in vobis. Vnde & ſcriptum eſt: Filius
eruditus ſapiens erit: imprudente autē mi-
niſtro vtetur. Multa quidem ad Fidem Ca-
tholicam pertinentia, dum hæreticorū cal-
lida inquietudine exagitantur, vt aduerſus
eos defendi poſsint, & conſiderantur dili-
gentiùs, & intelliguntur clariùs, & inſtātiùs
prædicātur, & ab aduerſario mota quæſtio,
diſcendi exiſtit occaſio. Et lib. 18. cap. 51.
Auguſt. ait: Videns diabolus templa dæmonum de-
ſeri, & in nomine liberantis Saluatoris cur-
rere genus humanum: hæreticos mouit, qui
ſub vocabulo Chriſtiano, doctrinæ reſiſte-
rent Chriſtianæ, quaſi poſſent indifferēter
ſine vlla correctione haberi in ciuitate Dei,
ſicut ciuitas confuſionis indifferenter ha-
buit Philoſophos inter ſe diuerſa, & auerſa
Idem. ſentientes. Et infrà: Inimici omnes Eccle-
ſiæ quolibet errore obcœcentur, vel mali-
tia deprauentur: ſi accipiunt poteſtatē cor-
poraliter affligendi exercent eius patien-
tiam: ſi tantummodò malè ſentiendo aduer
ſantur, exercent eius ſapientiam: vt autem
etiam inimici diligantur, exercent eius be-
neuolentiam, ſiue ſuaſibili doctrina cum
eis agatur, ſiue terribili doctrina, vel diſci-
Idem. plina. Item tom. 8. in Pſal. 9. in illum Verſ.
Dum ſuperbit impius incenditur pauper.
Mirum eſt (ait) & verum, quāto ſtudio bo-
næ ſpei permulti accendantur ad rectè viuendum comparatione peccatorum, quo myſterio agitur, vt etiam hæreſes eſſe permittantur: non quia ipſi hæretici hoc volūt, ſed quia hoc de peccatis eorum diuina operatur prouidentia, quæ lucem & facit & ordinat; tenebras autem tantum ordinat: vt fit earum comparatione lux gratior, ſicut hæreticorum comparatione iucundior eſt inuētio veritatis. Ea quippe comparatione probati; manifeſti fiant inter homines. Itē Idem.
tom. 10. ſerm. 198. de tempore: Idcircò (ait) doctrinā Catholicam contradicentium obſidet impugnatio: vt fides noſtra non otio torpeſcat, ſed multis exercitationibus elimetur. Vnde & Beda ſuper. 1. cap. Exod. Beda.
Per magiſtros, quos præpoſuit Pharao filijs Iſraël, hæretici demonſtrari docet præpoſiti à diabolo ſua æſtimatione, vt ſanctos affligāt oneribus peccatorum. Quapropter mox poſt Chriſtum diabolus hæreſes concitauit, vt D. Chryſoſtom. tom. 2. hom. 47. Chryſoſt.
in cap. 13. Matthæi in ſecunda docet, dicēs: Liquidò hinc apparet, poſt veritatis ſemina iam collecta erroris fraudem pullulaſſe, quod euentus quoque rerum confirmauit. Falſi enim prophetæ, poſt Prophetas apparuerunt, & fallaces apoſtoli, poſt Apoſtolos, & poſt Chriſtum Antichriſtus. Habemus ergo qua ratione oporteat quòd hæreſes ſint. Has autem magni homines adinueneruntur, vt Aug. docet tom. 8. in Pſal. 124. Auguſt.
in illum verſiculum: Montes in circuitu eius. Hi montes magni (inquit) ſignificant magnas quaſdam animas, ſed malas. Non enim putetis fratres, quòd potuerunt fieri hæreſes per aliquas paruas animas, non fecerunt hæreſes, niſi magni homines, ſed quantum magni tantum mali: montes, non enim montes erant tales, qui ſuſciperent pacem, vt colles ſuſciperent iuſtitiam; ſed illi diſſenſionem ſuſceperunt à diabolo patre ſuo. Montes ergo erant, ad tales montes caue nè fugias. Venturi ſunt homines, & dicturi tibi magnus ille vir, & magnus ille homo, qualis fuit ille Donatus, qualis Maximianus, &c. omnes iſtos montes nominamus, ſed naufragoſos. Ex hac ergo parte magnam (vt vides) afferunt difficultatem hæretici. Quòd ſi his addas paruulos, infantes, ac ſimplices ipſos decipere, maiora intelliges damna eſſe, & maiori indigere remedio. Hoc autē ex Diuo Auguſtino pa- Auguſt.
tet tom. 8. in Pſal. 10. in illum verſiculum, Quoniam quæ perfeciſti, deſtruxerūt. Hoc contra omnes hæreticos (inquit) dicitur:

Omnes

Omnes enim quantùm in ipſis eſt deſtruxerunt laudem, quàm ex ore infantium, & lactentium perfecit Deus, dum quæſtionibus vanis & ſcrupuloſis exagitant paruulos, & eos nutriri Fidei lacte non ſinunt. Quaſi ergò dictum ſit huic animæ, quarè iſti tibi dicunt: Tranſmigra in montem ſicut paſſer? Quarè te de peccatoribus terrent, qui intendunt arcum ad ſagitandos in obſcura luna rectos corde? Reſpondet: Ideò vtique me terrent: quoniam quæ perfeciſti deſtruxerunt. Vbi, niſi inconuenticulis ſuis? vbi paruulos, & interioris lucis ignaros, non lacte nutriunt, ſed venenis necant. Beda etiam in cap. 11. ad Cor. ait. Hæreticus eſt, qui alicuius temporalis commodi, & maximè glorię principatuſque ſui gratia, falſas ac nouas opiniones, vel gignit, vel ſequitur. Ille autem qui huiuſmodi hominibus credit: homo eſt imaginatione quadam veritatis, ac pietatis illuſus. Auguſtinus autem in negligentes hæreticos poteſtatem habere aſſerit, tom. 3. libr. de Agone Chriſtiano. c. 28. Iſti homines decipiunt eos qui negligẽtes ſunt in catholica Fide, & ipſam Fidem ſuã, quæ in Scripturis manifeſta eſt nolunt dicere, & (quod eſt grauius, & multũ dolendũ) cùm in catholica Fide negligenter verſentur, hæreticis diligentes aures accommodant. Igitur ex his colligitur, quantam curãres hæc falſorum Prophetarum expoſcat, vt oues à lupis verique à falſis Prophetis diſcernantur. Indagandi quippè ſunt hæretici, eorumque technæ omnibus manifeſtãdæ: quatenus verus orthodoxus, eos qui in occulto nocere ſolent cauere valeat. Quare beatus Clemens in Epiſtola Ægyptiorum Pontificum ad Felicem Papam ſic refert. Veſtrum eſt (inquiunt Pontifices illi) Pater ſanctiſsimè, Canonica diſtrictione ſolicitè Eccleſiaſticæ regulæ aduerſantibus, & fratrum inſidiatoribus obuiare, nec permittere nouiter dicere, quod Patrum venerabilium authoritas omnino non cenſuit. Studioſiùs itaque à catholicis improbis probè reſiſtere nitendum eſt, nè torpẽtes, deſidia oppreſſi, culpæ taciturnitate teneamur obnoxij, & quaſi fauorem impendentes iudicemus, dum aduerſa catholicæ Fidei propulſare negligimus. Vndè dictum eſt. Negligere quippè dum poſsis perturbare peruerſos, nihil aliud eſt quam fouere, nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Et D. Cyrillus, tom. 2. Home. contra Iouinianum Antiochenum Epiſcopum taxans illum, quòd non cum cæteris Epiſcopis contra hæreticos dimicaret (ait) Erexit (vt vides) draco ille multorum capitum, caput prophanum ac ſceleſtum, vt in Eccleſiæ filios impietatis ſuę venenum expuat: occurro illi nudatam habens Sancti Spiritus macheram, pugnoq, aduerſus hãc beſtiam propter Chriſtum: quàmobrem nõ collaboras cùm eo, qui quod bonum eſt facere conatur? Quarè non ſimul & ipſe conſiſtis in acie? Sternatur omnium manu, commune reputemus hoc certamen; vt ſimul vincentes gratias referamus Seruatori dicẽtes: Contriuiſti capita draconis. Et D. Bernardus Epiſto. 195. de quodam hæretico, qui dicebatur Arnaldus de Brixia ſic ait: Hoc ſcientes neſcio an meliùs ſalubriùsue, in tanto diſcrimine rerum agere valeatis, quàm (iuxta Apoſtoli monitum) auferre malum ex vobis. Quanquàm amicus ſponſi ligare potiùs, quàm fugare curabit, nè iam diſcurrere, & eo nocere plus poſſet. Denique ſi capi vulpes puſillas demollientes vineas Scriptura ſalubriter monet, num multo magis lupus magnus & ferus religandus eſt; ne Chriſti erumpat ouilia, mactet & perdat? Et Epiſt. ſequenti. 196. de eodem hæretico loquens (ait:) Hic fertur eſſe vobiſcum. Videte quæſo, ne veſtra authoritate plus noceat. Nam cùm artem habeat & voluntatem nocendi; ſi acceſſerit fauor veſter, erit funiculus triplex, qui difficilè rumpitur ſupra modum vt vereor nociturus, &c. Et Diuus Gregorius libr. 8. Mora. cap. 2. Sancta Eccleſia (inquit) ſtudet priùs aſſertiones hæreticorum falſas oſtendere, & tunc prædicamenta veritatis aperire: quia cùm recta ſe tenere æſtimant, recta quæ audiunt contumaciter impugnant. Antè ergò neceſſe eſt, vt errorem ſuum hæretici ſentiant, ne auditæ veritati contradicant. Quia etſi camporum ſentes arator vomeris ſciſione nõ eruat; terra accepta ſemina, in ſegetes non producit. Et cùm putredinem medicus vulneris apertione non eijcit: nequaquam in loco putredinis ſana caro coaleſcit. Diuus etiã Hieronymus tom. 2. in prima Epiſtola ad Theophilum, ſuper nefaria hæreſi (inquit) quam in multa patientia geris, & putas Eccleſiæ viſceribus incubantes tua poſſe corrigi lenitate: multis ſanctis diſplicet, ne dũ paucorũ pœnitentiam preſtolaris, nutrias audaciam perditorum, & factio robuſtior fiat. Iſichius etiam antiquiſsimus Doctor ſuper cap. 14. Leuit. vbi præcipit Deus, quòd cùm homo viderit

Beda. August. Clemẽs Papa. Cyrillus. Bernardus. Idem. Gregor. Simile. Hierony. Iſichius. Leuit. 14.

viderit in domo ſua ſpeciem aliquam lepræ pullulare; adeat Sacerdotem, & dicat ei: Quaſi plaga lepræ videtur mihi eſſe in domo mea, docet id ſignificare: quod cùm in Eccleſia (quæ à Paulo dicitur domus Dei) viderimus aliquam ſpeciem hæreſeos apparere: protinùs illam manifeſtemus, vt emundetur, nec amplius ſerpat. Quinimò à viris doctis eius frœnum imponitur vt docet D. Hieronymus tom. 5. in cap. 29. Ezechielis in illa verba, Ponam frenum in maxillis tuis, vbi ſic ait. Ponit autem Dominus in maxilis iſtius draconis frenum, & perforat labia eius, atq, conſtringit armillę circulo: quando per eccleſiaſticos viros, qui in Scripturis ſanctis eruditi ſunt imponitur ei ſilentium, & vniuerſa peruerſitatis dogmata diſſoluũtur. Item epiſtola ad Cteſifontem contra Pelagianos: Quia Origenis (inquit) Hæreſis deſtructa eſt, nequaquam ampliùs antiquus ſerpens ſibilat, ſed contortus & euiſceratus, in cauernarũ tenebris delitescens, Solem clarum ferre non ſuſtinet. Hæc ergo ſequens ſanctorum Patrum documenta, id pro meis viribus agere in hoc libello contendam, vt omnia falſorum prophetarum, & præcipuè hæreticorũ ſigna, iuxta ſanctorum Patrum doctrinam pandam, quatenùs per ea facilè hic morbus deprehẽdatur. Nam hæretici vulpes ſunt, quarum interitus in captione cõſiſtit: ſic enim ait Bernardus homil. 64. ſuper Cantica, in illa verba, Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas, videne fortè ob hoc ab ſpõſo iubeantur, non quidem exterminari, vel abigi, vel occidi, ſed capi, quod videlicet huiuſmodi ſpirituales, doloſaſq; beſtiolas omni vigilantia, & cautela obſeruari oporteat, & exterminari, & ſic capi, id eſt comprehẽdi in aſtutia ſua. Ergo cum proditur dolus, cum fraus aperitur, cũ conuincitur falſitas, rectiſsimè tunc dicitur capta vulpes puſilla, quæ demoliebatur vineam. Deniq; dicimus hominem in ſermone capi, ſicut habes in Euangelio, Matth. 22. Quia conuenerunt phariſei in vnum, vt caperent Ieſum in ſermone: ita ergo Sponſus capere iubet vulpes puſillas, quæ demoliuntur vineas, id eſt deprehendi, conuinci, prodi: ſolùm hoc malignitatis genus hoc proprium habet, vt agnitatis iam minimè noceat, ita vt agnoſci ſit illi expugnari. Quis niſi demens comperta decipula ſciens & prudens mittit pedem in illam? Sufficit proinde ſi capiantur, quæ huiuſmodi ſunt, hoc eſt, ſi prodas, & deducas ad medium, quippè quibus apparere, perire eſt, non ſic cætera vitia, nempè manifeſtè veniunt, manifeſtè nocent, ſciẽtes captiuant, ſuperant reluctantes: vtpotè vi, nõ dolo agẽtia. Ergo cõtra huiuſmodi apertè ſæuiẽtes beſtias, nõ inueſtigatione opus eſt, ſed refrœnatione, ſolas has vulpes paruulas diſſimulatrices maximas, quia proditę iam nõ nocent, ſufficit educi in lucem, & capi in calliditate ſua: tali itaq; ex cauſa vulpes iſtę, & capi iubentur, & paruulæ deſcribuntur. Et ſermone. 65. Et quidem (ait) recens vaſtatio vineæ vulpẽ indicat affuiſſe: ſed neſcio qua arte fingendi, ita ſua confundit veſtigia calidiſsimum animal: vt qua vel intret, vel exeat, haud facilè queat ab homine deprehẽdi, cũque pateat opus, non apparet author, ita per ea quæ in facie ſunt cũcta diſimulat. Et vide alias mulieres relictis viris, & viri dimiſsis vxoribus, ad iſtos ſe conferunt, vide quãta difficultate hi capi poſsint; cùm tamen nocuiva de ſint: Plus enim nocet, ait hic Bernardus, falſus Catholicus, quam ſi verus appareret hæreticus. Et D. Auguſt. tomo. 8. in Pſalm. 80. ait, Capite vobis vulpes puſillas exterminantes vineas; latentes in cauernis tortuoſis, capite vobis; conuincite vobis, capis enim eum, quem de falſitate conuincis: vulpes autem ſolent habere tales foueas, vt ex vna parte intrẽt, & ex alia parte exeant, advtrũq; foramen captor vulpiũ retia ponat. Et D. Chryſoſt. tomo. 2. homil. 45. in cap. 23. Matth. in illa verba, Qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, ait: Sicut ſepulchrum quandiù quidem clauſum eſt, pulchrum videtur à foris, ſi vero fuerit apertum, horribile eſt: ſic & ſimulatores bonorum, quandiù quidem non cognoſcũtur laudabiles ſunt, cùm autem cogniti fuerint, inueniuntur abominabiles. Igitur magna res in inſidijs ſuis illos capere, & dolos eorum aperire. Quare Deus ordinat, vt eorum malitia manifeſtetur, ſicut Paul. docet. 2. Timoth. 3. dicens, Quemadmodum Ioannes & Mambres reſtiterunt Moyſi, ita & hi reſiſtunt veritati: nam (vt ait Hieronym. lib. 2. cõtra Iouinianum tom. 2.) ſicut ſigna quę faciebat Moyſes, imitabantur ſigna Ægyptiorum, ſed non erant in veritate, ſed virga Moyſes virgas Magorum deuorabat; ita & hæretici. Ait ergo Paulus, ita & hi reſiſtũt veritati homines corrupti mente, reprobi circa fidem, ſed vltrà non proficient: inſipientia enim eorum manifeſta erit omnibus, ſicut & illorum fuit: vbi D. Anſelmus dicit,

Hierony. Idem. Idem. Bernard. Matth. 22. August. Superillud Si me audieris non erit in te Deus recens. Chryſoſt. Simile. 2. Tim. 3. Hieronym. Cap. 11. in fine. Anſel.

dicit. Quorum inſipientia fit omnibus manifeſta cùm oſtenduntur palàm omnibus eſ ſe inſipientes, nè iam aliquos ſeducere valeant, qui primò tanquam per pollicitationem, & oſtentationem excellentis ſapien-
Eccleſ. 1. tiæ ſeducebant. Vndè Sapiens Eccleſiaſtici 1. dicit. Nè fueris hypocrita in conſpectu hominum, & nõ ſcandalizaberis in labijs tuis. Attende in illis, nè fortè cadas, & adducas animæ tuæ in honorationẽ, & reuelet Deus abſconſa tua, & in medio Synagogæ elidat te: quoniam acceſsiſti malignè ad Dominũ, & cor tuum plenũ eſt dolo, & fallacia. Quiare Dominus hic nos attentos vult eſſe ab his falſis Prophetis, qui veniunt ad nos inve-
Simile. ſtimentis ouium, intrinſecùs autem ſunt lupi rapaces: quos à fructibus cognoſcendos docet, hoc eſt, ab effectibus, & operibus eorũ. Quare ſicut ignis per fumum qui eſt eius effectus dignoſcitur: ita & per quædam effecta horum falſorum Prophetarum, tanquã per ſigna eos dignoſcere valebimus. Sed quoniam res hæc grauis eſt, nihil ex meo capite, ſed ex ſacrorũ Patrũ ſententijs proferam. Quos ne videar in meam potius ſententiam trahere, quàm citare, ipſiſsimis verbis teſtimonia referam: Veſtrum autẽ erit attentè ea legere, verbàque eorum ponde-
Hierony. rare, vt ex ipſis ſigna hæc deprehendereva leatis. Sed primùm ex diuo Hieronymo attendendum eſt quòd verba hæc Domini; Attendite à falſis Prophetis, de omnibus Prophetis intelligi poſſunt, qui aliud habitu & ſermone promittunt, aliud verò opere demonſtrant. Sed ſpecialiter de hæreticis, qui ieiunijs & ſanctitate ſe circundant; intrinſecus verò animum habent venenatum, quo innocẽtes ad ruinam trahunt, ideò lupis cõparantur. Quare interpretando ea de hæreticis, in multis alios falſos Prophetas com-
1. ſignum. ſiue. 1. effectus. prehendemus. Vndè primum ſignum hæreticorum eſt hypocriſis, & ſimulata ſanctitas, qua decipiunt ſimplices, & infantes; iuxta illã Diui Hieronymi ſententiam libr.
Hierony. 4. ſuper cap. 9. Eſaiæ qua ſic ait: Omnis hæreticus hypocrita eſt, aliud agens, & aliud ſimulans, & quidquid loquitur licet videatur eſſe ſapientia, tamen ſtultitia eſt. Diuus
Athana. etiam Athanaſius, oratione ſecunda contra Arrianos hæreticos ait: Simulatores hypocritas reijcite, quòd venenum mortis in abdito teneant, verborumque lenocinijs, ad ſerpentis ſimilitudinem blandi ſunt. Sed hoc in alijs quæ dicturi ſumus ſignis paſsim deprehendemus. Operepretium tamen erit primùm ſcire quid ſint hypocrita, & hæreticus, & quomodò à Patribus diffiniantur. Diuus Auguſtinus tom. 10. ſermo. 59. de tẽpore ſic ait: Hypocrita Græco ſermone ſi-
Auguſt. mulator interpretatur, qui dum intus malus ſit: bonum ſe palàm oſtendit: hypo, enim falſum: criſin verò, iudicium ſonat. Nomen autem hypocritæ tranſlatum eſt à ſpecie eorum, qui in ſpectaculis tecta facie incedunt diſtinguentes vultum ceruleo, niueo que colore, & cæteris pigmentis habentes ſimulachra oris lintea gypſata, & vario colore diſtincta, nonnunquam colla, & manus creta perungentes, vt ad perſonæ colorem peruenirent, & populum dùm in ludis agerent fallerent, modò in ſpecie viri, modò in forma fœminæ, & reliquis preſtigijs: Quæ ſpecies argumenti tranſlata eſt, in his qui falſo incedunt vultu, & ſimulant quod non ſunt. Sed hypocriſeorum maculam non habere, aut paucorum, aut nullorum eſt. Nam quicumque vult ſe videri quod non eſt, hypocrita eſt. Qui in Synagogis, & platearum augulis orat, vt videatur ab hominibus: hypocrita eſt. Qui ieiunans demolitur faciem vt ventris inanitatem demonſtret in vultu, & hic hypocrita eſt. Ex quibus omnibus intelligitur hypocritas eſſe qui faciunt quodlibet, vt ab hominibus glorificentur. Mihi videtur & illum hypocritam eſſe, qui dicit fratri ſuo: Dimitte vt tollam feſtucam de oculo tuo, propter gloriam hoc facere, vt ipſe eſſe iuſtus videatur. Hæc omnia Auguſti. Hæreticus autem ſic diffinitur à Beda in *Beda.* cap. 11. 1. ad Corinth. Hæreticus eſt qui alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ principatuſque ſui gratia, falſas ac nouas opiniones vel gignit, vel ſequitur. Ille autem qui huiuſmodi hominibus credit, homo eſt imaginatione quadam veritatis, ac pietatis illuſus. Eodem modò, & eiſdem verbis definit Diuus Anſelmus hæreticum ſuper idem cap. 11. 1. Cor. Diuus etiam Athanaſius in quæſtione. 73. interrogat vndè dicitur hæreſis. Et reſpondet, ab eo ſi quis eligat; & exequatur ſententiam ſuam priuatam, & propriam. Quæ omnia in huius libelli diſcurſu clarius apparebũt. Hinc ſequitur eos maximè ſimulatores eſſe. Sic Diuus Auguſtinus tom. 4. parte. 2. lib. 2. de ſermone Domini in monte. cap. 30. in illa verba: Hypocrita eijce primùm trabem de oculo tuo, docet dicens: Hypocritarum ergò nomine ſimulatores acceperis, & eſt multum cauendum, & moleſtum ſimulatorũ genus, qui

1. Cor. 11. lectione. 6 in fine.

Anſelm. Athana.

2. ſign. ſeu effectus. 2 Auguſt.

qui cùm omnium vitiorum accuſationes odio, & liuore ſuſcipiant, etiam conſolato-
Hierony. Prouer. c. 11. res videri ſe volunt. Item Diuus Hieronymus tomo. 8. in illud Prouer. 11. Simulator ore decipit amicum ſuum, de hæreticis explicat dicens: Simulator ore, id eſt, hæreticus, decipit amicum ſuum, iuſti autem liberabuntur ſcientia Catholica, ſcilicet, hæreticus ſimulans doctrinam Catholicam decipit auditorem ſuum, qui autem iuſte veritatem ſequuntur Euangelij, liberabuntur ſciẽtia Catholica ne decipula rapiantur hæretica. Et hoc eſt aliud ſignum, quod in pro-
3. Signum ceſſu magis patebit. Ex quo aliud cõſequitur ſignum, nempè eos maximè ſuos errores diſſimulare. Aliter enim eos docent cum rudi plebeculæ loquuntur, aliter cum apud Sapientes proferunt. Nam plebi ſuos errores manifeſtè dicunt: apud Sapientes autẽ ſic callidè, & doloſè, ac ſuboſcurè fatentur, vt vix falſitas eorum à veritate diſcernatur.
Lutherus. Quod præterquam quòd in Luthero noſtris ferè temporibus experti ſumus (refe-
Cocleus. Surius. rentibus Coeleo & Surio in ſuis hiſtorijs quas de illo conſcripſerunt) nempe illos apud Catholicos ſic vafrè ſuos faſſos fuiſſe errores, vt veritas ipſa viderentur, & poſteà miſeram plebeculam decepiſſe, dicentes ſe Catholicos confutaſſe, eoſque iam ſuam approbaſſe doctrinam. Præter hoc argumentum, inquam, ſunt duo egregia teſtimonia
Hierony. apud Diuum Hieronymum. Alterum tom. 2. in Dialogo aduerſus Luciferianos, vbi ſic orthodoxus loquitur: Sub Rege Conſtantio, Euſebio, & Hipatio Conſulibus, nomine vnitatis, & Fidei infidelitas ſcripta eſt, & nunc agnoſcitur. Nam illo tempore nihil tam pium, nihil tam conueniens ſeruo Dei videbatur, quàm vnitatem ſequi, & à totiùs mũdi cõmunione non ſciendi: preſertim cum ſuperficies expoſitionis, nihil iam ſacrilegum preferret. Credimus (aiebant) in vnum Verum Deum, Patrem Omnipotẽtem. Hoc etiam nos confitemur. Credimus in vnigenitum Dei Filium, qui ante omnia ſæcula, & ante omne principium natus eſt ex Deo, natum autem vnigenitum ſolum, ex ſolo Patre, Deum ex Deo ſimilem Genitori ſuo Patri, ſecundum Scripturas; cuius Natiuitatem nullus nouit, niſi qui ſolus eum genuit Pater. Nunquid hic inſertum eſt, erat tempus quandò non erat, vel de nullis extantibus creaturis eſt Filius Dei? Perfecta Fides eſt Deum de Deo credere, & natum (aiebant) vnigenitum ſolum, ex ſolo Patre. Quid eſt natum? Certe non factum. Natiuitas ſuſpitionem auferebat creaturæ. Addebant præterea, Qui de cœlo deſcendit, conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria Virgine, crucifixus à Pontio Pilato: tertia die reſurrexit, ſedet ad dexteram Dei Patris: venturus iudicare viuos & mortuos. Sonabant verba pietatem, & inter tanta illa præconia, nemo venenum infertum putabat. De Vſiæ verò nomine abijciendo veriſimilis ratio præbebatur: quia in Scripturis (aiebant) non inuenitur, & multos ſimpliciores, nouitate ſua ſcandalizat. Placuit auferri. Non erat curæ Epiſcopis de vocabulo, cùm ſenſus eſſet in tuto. Denique ipſo tempore, cùm fraudem in expoſitione rumor populi ventilaret, Valens Murenſis Epiſcopus, qui eam conſcripſerat præſente Tauro Prætorij præfecto, qui ex iuſſu Regis Synodo aderat: profeſſus eſt ſe Arrianum non eſſe, & penitus ab eorum blaſphemijs abhorrere. Res ſecrete geſta opinionem vulgi non extinxerat. Itaque alia die in Eccleſia quæ eſt apud Areminum, & Epiſcoporum ſimul, & laicorum turbis concurrentibus, Mu-
Muzonius zonius Epiſcopus prouinciæ Bizantinæ, cui propter ætatem primæ ab omnibus deferebantur, ita loquutus eſt. Ea quæ ſunt iactata per publicum, & ad nos vſque perlata, aliquem è vobis ſanctitati veſtræ legere præcipimus: vt quæ ſunt mala, & ab auribus, & à corde noſtro abhorrere debent, omnium vna voce damnentur. Reſponſum eſt ab vniuerſis Epiſcopis. Placet. Itaque cùm Claudius Epiſcopus prouinciæ Picenæ, ex præcepto omnium blaſphemias quæ Valenti inferebantur legere cœpiſſet, Valens ſuas eſſe negans exclamauit & dixit. Si quis negat Chriſtũ Deũ Dei Filium, ante ſæcula ex Patre genitum, anàthema ſit. Ab vniuerſis conſonatum eſt. Anàthema ſit. Si quis negat Filium ſimilem Patri, ſecundum Scripturas anàthema ſit. Omnes reſponderunt. Anàthema ſit. Si quis Filium Dei, non dixerit eternũ cũ Patre, anàthema ſit. Ab vniuerſis conclamatum eſt. Anàthema ſit. Siquis dixerit creaturã Filiũ Dei, vt ſunt cæteræ creaturę, anàthema ſit. Similiter dictum eſt anàthema ſit. Si quis dixerit de nullis extãtibus Filiũ Dei, & nõ de Patre, anàthema ſit. Oẽs cõclamauerũt, anàthema ſit. Si quis di-

xerit erat tempus, quandò non erat filius, anàthema ſit. In hoc cuncti Epiſcopi, & tota ſimul Eccleſia plauſu quodam, & tripudio Valentis vocem exceperunt. Quòd ſi quis à nobis fictum putat, ſcrinia publica ſcrutetur, plenæ ſunt certè Eccleſiarum arcæ, & recens adhùc memoria eſt. Superſunt homines qui illi Synodo interfuerunt. Et quòd veritatem firmet ipſi Arriani, hæc ita (vt diximus) geſta non denegant. Cùm ergò cuncti Valentem ad cœlum laudibus tollerent, & ſuã in eum ſuſpitionẽ, cũ pœnitentia dãnarẽt: idẽ Claudius qui ſuprà legere cœperat, ait: Adhùc ſunt aliqua, quæ ſubterfugerunt Dominum & fratrem meũ Valentem, quę ſi vobis videtur, nè quis ſcrupulus maneat in commune damnemus. Si quis dixerit Filium Dei eſſe quidem ante omnia ſæcula, ſed nõ ante omnino tempus, vt ei aliquid anteferat, anàthema ſit. Dixerunt cuncti: Anàthema ſit. Multaque alia quæ ſuſpitioſa videbantur, ad pronunciationem Claudij, Valens condemnauit, quæ ſi quis plenius diſcere cupit, in Ariminenſis Synodi actis reperiet, vndè & nos iſta libauimus. His itaque geſtis Concilium ſoluitur, læti omnes ad prouincias reuertuntur. Idem enim Regi, & bonis omnibus curæ fuerat vt Oriens, atque Occidens communionis ſibi vincula necterentur. Sed diù ſcelera non latent, & cicatrix malè obducta in cocto pure diſrumpitur. Cœperũt poſteà Valens, & Vrſacius, cæterique nequitiæ eorum ſocij egregij, videlicet, Chriſti Sacerdotes palmas ſuas iacti tare dicentes, ſe filium non creaturam negaſſe, ſed ſimilẽ cæteris creaturis. Tunc Vſiæ nomen abolitum eſt. Tunc Niceną Fidei damnatio conclamata eſt. Ingemuit totus orbis, & Arrianum ſe eſſe miratus eſt. Igitur alij intra ſuã communionem remanere, alij ad eos confeſſores qui ſub nomine Athanaſij exulabant cœperunt literas mittere, nonnulli initam ſocietatẽ meliorum deſperatione planxerunt, pauci verò (vt ſe natura hominum habet) errorem pro conſilio defenſauere. Periclitabatur Nauicula Apoſtolorũ, vrgebant venti, fluctibus latera tundebantur, nihil iam ſupererat ſpei. Dominus excitatus imperat tempeſtati, beſtia moritur, tranquillitas reddit. Manifeſtiùs dicam: Omnes Epiſcopi qui de proprijs ſedibus fuerant exterminati; per indulgentiam noui Principis, ad Eccleſias redeunt. Tunc triumphatorem ſuum Athanaſium Ægyptus excepit. Tunc Hylarium de prælio reuertentem, Galliarum Eccleſia complexa eſt. Tunc ad reditum Euſebij lugubres veſtes Italia mutauit. Concurrebant Epiſcopi, qui Ariminenſibus dolis irretiti, ſine conſcientia hæretici ferebantur conteſtantes corpus Domini, & quidquid in Eccleſia ſanctum eſt, ſe nihil mali in ſua Fide ſuſpicatos. Putauimus (aiebant) ſenſum congruere cum verbis, nec in Eccleſia Dei, vbi ſimplicitas, vbi pura confeſſio eſt, aliud in corde clauſum eſſe, aliud in labijs proferre, timuimus. Decepit nos bona de malis exiſtimatio, non ſumus arbitrati Sacerdotes Chriſti, aduerſus Chriſtum pugnare. Multaque alia quæ breuitatis ſtudio prętereo flentes aſſerebant, parati & ſuſpitionem priſtinam, & omnes Arrianorum blaſphemias condemnare. Et eodem tomo in Epiſtola ad Pamachium & Oceanum de erroribus Origenis ſic ait: Sic verba tèmperant hæretici (ſcilicet, illi de quibus loquitur.) Sic (inquit) verba temperant, ſic ordinem vertunt, & ambigua quæque concinnant, vt & noſtram, & aduerſariorum confeſsionem teneant, vt aliter hæreticus, aliter Catholicus audiat, quaſi non eodem ſpiritu, & Apollo Delphicus atque Loxias oracula fuderit Creſſo, & Pyrrho diuerſis temporibus, ſed pari illudens ſtropha. Exempli cauſa pauca ſubijciam. Credimus (inquiunt) reſurrectionem futuram corporum. Hoc ſi benè dicatur pura confeſsio eſt. Sed quia corpora ſunt cœleſtia, & terreſtria, & aër iſte, & aura tenuis iuxta naturam ſuam corpora nominantur: corpus ponunt non carnem, vt orthodoxus corpus audiens carnem putet, hæreticus ſpiritum recognoſcat. Hæc eſt enim eorum prima decipula, quę ſi deprehẽſa fuerit, inſtruũt alios dolos, & innocentiã ſimulãt, & malitioſos nos vocãt, & quaſi ſimpliciter credẽtes aiũt. Credimus reſurrectionẽ carnis. Hoc verò cũ dixerint, vulgus indoctum putat ſibi ſufficere maximè quia & ipſum, & in ſymbolo creditur. Interroges vltra, circuli ſtrepitus commouetur, fautores clamitãt. Audiſti reſurrectionem carnis, quid quæris amplius? Et in peruerſum ſtudijs commutatis, nos ſycophantæ, illi ſimplices appellantur. Quòd ſi obduraueris frontem, & vrgere cœperis carnem digitis tenẽs, an ipſam dicant reſurrecturam, quæ cernitur, quæ tangitur, quæ incedit, & loquitur? Primo redent, deindè annuunt

Idem. Hierony.

annuunt. Dicentibuſque nobis: vtrum capillos & dentes, pectus, & ventrem, manus, & pedes, cæteroſq; artus, ex integro reſurrectio exhibeat? Tunc verò riſu ſe tenere non poſſunt. Cachinoq; ora ſoluentes, tonſores nobis neceſſarios, & placentas, & medicos, & ſutores ingerunt. Et paulò poſt ait: Non eſt huius temporis contra dogma peruerſum, rethoricum iactare ſermonem, non mihi diues Ciceronis lingua ſufficiat, non feruens Demoſthenis Oratio animi mei poſsit implere feruorem: ſi velim hæreticorũ fraudulentias prodere, qui verbotenus reſurrectionem fatentes, animo negant. Vtuntur etiam alia ſimulatione quæ conſtituit quartum ſignum, in quo dignoſci poſſunt. Nempè quòd authoritatibus Scripturarum, ſed perperàm intellectis, ſua conantur dogmata comprobare. Quod eleganter ac pie Vincentius Lyrenienſis antiquiſsimus Doctor, in ſuo Commonitorio his docet verbis dicẽs: Hic fortaſſe aliquis interroget an & hæretici diuinæ Scripturæ teſtimonijs vtãtur. Vtuntur planè, & vehementer quidam. Nã videas eos volare per ſingula quæq; ſanctæ Legis volumina, per Moyſi, per Regnorum libros, per Pſalmos, per Apoſtolos, per Euangeliſtas, per Prophetas. Siuè enim apud ſuos ſiuè alienos, ſiuè priuatim, ſiuè publicè, ſiuè in ſermonibus, ſiuè libris, ſiuè in conuiuijs, ſiuè in plateis, nil vnquam penè de ſuo proferunt, quod non etiam Scripturæ verbis adumbrare conentur. Lege Pauli Samozateni opuſcula, Priſcilliani, Eunomij, Iouiniani, aliarumq; peſtium; cernas infinitam exemplorum congeriem, propè nullã omitti paginã, quæ non noui, aut veteris teſtamẽti ſententijs fucata & colorata ſit. Sed tantò magis cauendi & pertimeſcendi ſunt, quantò occultiùs ſub diuinæ Legis vmbraculis latitant. Sciunt enim fœtores ſuos nulli ferè citò eſſe placituros, ſi nudi, & ſimplices exhalentur. Atq; idcircò eos cæleſtis eloquij velut quodam aromate aſpergũt, vt ille qui humanum facile deſpiceret errorem, diuina non facile contemnat oracula. Itaque faciũt quod hi ſolent, qui paruulis auſtera quædã temperaturi pocula, priùs ora melle circunliniunt, vt incauta ætas, cùm dulcedinem præſenſerit amaritudinem non reformidet. Quod etiam his curæ eſt, qui mala gramina, & noxios ſuccos medicaminum vocabulis præcolorant, vt nemo ferè vbi ſuprascriptum legerit remedium ſuſpicetur venenum. Idem denique, & Saluator clamat. Attendite vobis à Pſeudoprophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, abintus autem ſunt lupi rapaces. Quid eſt veſtitus ouium, niſi Prophetarum, & Apoſtolorum proloquia, quæ ijdem ouili quadam ſinceritate Agno illi immaculato, qui tollit peccata mundi, tanquam vellera quædam texuerunt? Qui ſunt lupi rapaces, niſi ſenſus hæreticorum, feri & rabidi: qui caulas Eccleſiæ ſemper infeſtant, & gregem Chriſti quaquà poſſunt dilacerant? Sed vt fallacius incautis ouibus obrepant; manente luporum ferocia, deponunt lupinam ſpeciem, & ſeſe diuinæ Legis ſententijs, velut quibuſdam velleribus obuoluunt: vt cùm quiſque lanarum ſpeciem præſenſerit, nequaquam aculeos dentium pertimeſcat. Sed quid ait Saluator? Ex fructibus eorum cognoſcetis eos, id eſt, cùm cœperint illas voces non iam proferre tantùm, ſed etiam exponere, nec adhùc iactare ſolùm ſed etiam interpretari: tunc amaritudo illa; tunc acerbitas; tunc rabies intelligitur, tunc nouitium virus exhalabitur, tunc prophanæ nouitates aperientur, tunc primùm ſcindi ſepem videas; tunc transferri Patrum terminos, tunc Catholicam Fidem cœdi, tunc Eccleſiaſticum dogma lacerari. Tales erant ij quos percutit Paulus Apoſtolus, in 2. ad Corinth. dicens: Nam huiuſmodi (inquit) pſeudo Apoſtoli operarij ſubdoli transfigurant ſe in Apoſtolos Chriſti. Quid eſt transfigurant ſe in Apoſtolos Chriſti? Proferebant Apoſtoli diuinæ Legis exẽpla, proferebãt & illi. Proferebãt Pſalmorũ authoritates, proferebãt & illi. Proferebãt Apoſtoli ſententias Prophetarũ & illi nihilominus proferebant. Sed cùm ea quæ ſimiliter protulerant interpretari non ſimiliter cœpiſſent: tunc ſimplices à ſubdolis; tunc infucati à fucatis, tunc recti à peruerſis, tunc poſtremò veri Apoſtoli à falſis Apoſtolis diſcernebantur. Et non mirum (inquit) ipſe enim Sathanas transfigurat ſe in Angelum lucis. Non eſt ergò magnum, ſi miniſtri eius transfigurantur ſicut miniſtri iuſtitiæ. Ergo ſecundum Apoſtoli Pauli magiſterium, quotieſcũq; vel pſeudo Apoſtoli, vel pſeudo Doctores diuinæ Legis ſententias proferunt, quibus malè interpretatis errores ſuos adſtruere conentur: non dubium eſt quin authoris ſui callida machinamenta ſectentur. Quæ ille nunquam profectò comminiſceretur, ni ſi

4. Signũ.

Vincent. Lyrenien. in ſuo commonitorio fol. 33. col. 2.

Simile.

2. Cor. 11.

ſi ſciret omninò nullam eſſe ad fallendũ faciliorẽ viam, quam vt vbi nefarij erroris ſub inducitur fraudulentia, ibi diuinorũ verborum prætendatur authoritas. Sed dicet aliquis. Vndè probatur quòd ſacrę Legis exẽplis diabolus vti ſoleat? Legat Euangelia, in quibus ſcribitur. Tunc adſumpſit eũ diabolus, id eſt, Dominũ Saluatorem, & ſtatuit illum ſupra pinaculũ templi, & dixit ei: Si Filius Dei es, mitte te deorſum; ſcriptum eſt enim, quòd Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus tollent te, nè fortè offendas ad lapidem pedem tuũ. Quid hic faciet miſellis hominibus, qui ipſum Dominũ Maieſtatis Scripturarum teſtimonijs adpetiuit? Si (inquit) Filius Dei es, mitte te deorſum. Quare? Scriptum eſt enim (inquit.) Magnoperè nobis doctrina loci iſtius attendenda, atque retinenda eſt, vt tanto Euangelicę authoritatis exẽplo, quandò aliquos Apoſtolica ſeu Prophetica verba proferre contra Catholicã Fidem viderimus, diabolum per eos loqui minimè dubitemus. Nam ſicut tũc caput capiti, ita nunc quoq; membra membris loquuntur. Membra, ſcilicet, diaboli, membris Chriſti; perfidi, fidelibus: ſacrilegi, religioſis: hæretici poſtremò Catholicis. Sed quid tandẽ dicit? Filius Dei es, mitte te deorſum. Hoc eſt, Si filius eſſe vis Dei, & hæreditatẽ Regni cœleſtis accipere: Mitte te deorſum. Id eſt, ex iſtius ſublimis Eccleſiæ (quæ etiã templum Dei putatur) doctrina & traditione dimitte. Ac ſi quis interroget quempiam hæreticorum ſibi talia perſuadentem: Vndè probas? Vndè doces, quòd Eccleſiæ Catholicæ vniuerſalẽ, & antiquã Fidẽ dimittere debeam? Statim ille, Scriptum eſt enim. Et cõtinuò mille teſtimonia, mille exempla, mille authoritates parat, de Lege, de Pſalmis, de Apoſtolis, de Prophetis, quibus nouo & malo more interpretatis, ex arce Catholica in hereſeos barathrum infœlix anima præcipitetur. Hactenus Lirenien. Dicetiã Cyrillus, to. 2. lib. 3. Theſauri. c. 4. Hęretici (inquit) non intelligere Scripturas, ſed peruertere conari videntur. Nam verba etiã quædam Saluatoris, ad comprobandam falſitatẽ proferunt, nec ſenſum textus exponentes, & multa conſequentia, antecedentiaq; conſultò prætereuntes, vt ad ſententiam ſuã Euangelij verba doloſè accõmodent. Et in Prologo ſuper libros Theſauri. Nam quoniam multi (inquit) non verentur dicere anathema Ieſu Scripturæ ſenſum vbique depra-

Cyrillus.

Idem.

uantes, & voluntatem ſuam Scripturæ verbis anteponentes, &c. D. etiam Gregor. lib. 20. Moral. cap. 9. ſuper illa verba Iob, Qui rodebant in ſolitudine, ait: Rodi ſolet quod comedi non poteſt; hæretici autẽ quia Scripturam ſacram intelligere ſua virtute moliuntur, eam proculdubiò apprehendere nequaquam poſſunt, quam dum non intelligunt, quaſi non edunt: Et quia per ſupernã gratiam non adiuti, hãc comedere nequeũt quaſi quibuſdam illam niſi bus rodunt. Exteriùs quippe illam contrectant cùm quidẽ conantur, ſed non ad eius interiora peruenunt. Qui quia ab vniuerſalis Eccleſiæ ſocietate diſuncti ſunt, non quolibet rodere ſed in ſolitudine memorantur. Ad quã nimirum ſolitudinem, quia prædicatores falſi ſe quaces ſuos traherent, longè ante veritas præmonuit dicens: Si dixerint vobis, ecce in deſerto eſt, nolite exire. Diuus itidẽ Auguſtinus tomo. 8. in Pſalm. 48. à principio ait: Omnia diuina eloquia ſalubria ſunt bene intelligentibus, periculoſa verò ijs qui ea volunt ad ſui cordis peruerſitatem detorquere, potiùs quam ſuum cor ad eorum rectitudinem corrigere. Hæc eſt enim in hominibus magna, & vſitata peruerſitas: quia cùm debeant viuere ipſi ſecundum voluntatem Dei, Deum volunt viuere ſecundum voluntatem ſuam: & cùm ipſi nolunt corrigi, illum volunt deprauari rectum non arbitrantes quod ille vult, ſed quod ipſi volunt. Et Diuus Hieronymus capite. 5. Danielis. Hæretici (ait) aſſumunt vaſa Dei, vt Rex Babylonis, id eſt, teſtimonia Scripturæ, quibus dant bibere ijs quos decipiunt. Et tomo. 6. in capite. 8. Oſeæ in illa verba: Artifex fecit illud, & non eſt Deus. Hæretici (inquit) ex Scripturis ſacris conflant intelligentiæ prauitatem, & artifex eſt Dei ſui. Et D. Gregori. libro. 5. moral. capite. 15. in illa verba Iob: Quaſi furtiuè ſuſcepit auris mea verba ſuſurrij eius. Venas (inquit) diuini ſuſurrij furtiuè ſuſcipit, qui ad percipiẽdam veritatis eius notitiam, deſerto publicæ prædicationis oſtio, prauæ intelligentiæ rimas quærit. Ecce quomodo proprium ſenſum in explicatione Scripturarũ ſequũtur hęretici, cũ e cõtra fideles, antiquorũ Patrũ intelligentiam ſequamur, vt Ioannes Driedonis docet in tractatu de via inueſtigãdi verã intelligentiã ſacræ Scripturę lib. 2. c. 3. Catholici (ait) contra hæreticos in Scripturis canonicis intelligẽdis irrefragabilẽ machinã qua

Gregorius

Hieront. tomo. 4.

Idem.

Gregor.

Ioann. Driedon.

&ante nos vſi ſunt contra eos Ireneus, Tertullianus, Origenes, Cyprianus, Athanaſius, Baſilius, & cæteri Patres Eccleſiaſtici, ſecũdum ſeriem ſucceſsionis ab initio) in Scripturis videlicet interpretandis ſeruandam eſſe Eccleſiæ doctrinam, ab Apoſtolis traditam, & ab eis deuolutam ad Patres, à Patribus, ad ſucceſſores deſcendentem, & vſque ad præſens tempus in Eccleſia permanentem. Hanc machinã docuit beatus Clemens Petri ſucceſſor ſcribens ad fratrem Iacobi Epiſcopum Hieroſolymitanum dicens, diligenter eſſe obſeruandum vt lex Dei cùm legitur, non ſecundum propriam ingenij intelligentiã legatur, vel doceatur. Sunt enim multa verba in Scripturis diuinis, quę poſſunt trahi ad eũ ſenſum, quẽ ſibi vnuſquiſq; præſumit. Et ideò oportet intelligentiam Scripturarum diſcere ab eo, qui eam à maioribus ſecundum veritatem ſibi traditam ſeruat. Hanc machinam ſeruat contra Valentinianum hæreticum Ireneus: cõtra Marchionem Tertullianus: contra Celſum Origenes: contra Nouatũ Cyprianus: cõtra Arrianos Nicenum Conciliũ: contra Luciferianos, & Iouinianum Hieronymus: cõtra Donatiſtas Auguſtinus. Sed & cæteri Patres, à initio ſecundũ ſucceſsionis ſeriem, ad hęc vſq; tempora contra temporum ſuorum hæreticos hoc vſi ſunt argumento. Quòd ſiquiſpiam ſacras literas tractans voluerit ſe ponere in Scripturis interpretandis, ex ſuo capite afferre gloſſemata: redibunt mox olim damnatæ, & iamdudum ſepultæ hæreſes. Et paulò poſt (ait:) Verũ &oportet vt quiſque ſacræ Theologiæ ſtudioſus, ita intellectũ ſuum captiuum teneat in obſequium Fidei, vt credat eas eſſe veras, non ſecundum ſuum ſenſum quem ſibi præſumit, ſed ſecũdum antiquam Eccleſiæ traditionẽ interpretata. Non ſunt credendæ veræ Scripturarum ſententiæ, quæ ab Eccleſiaſtica traditione diſcordãt: vt omnis ſuperbia mentis, & ingenij capacitas penitus cedat antiquitati Eccleſiaſticæ traditionis. Et infra: Omnis hæreſis ſe palliare ſtudet ſub pretextu veri Euangelij doctrinæ ſub titulo Chriſtiani nominis, nec oboritur vnquã hæreſis, niſi aut verarum Scripturarum falſo intellectu, aut ex falſarum Scripturarum vſu, quæ cùm non ſint Chriſti, recipiuntur vt doctrinæ Chriſti. Et ante dixerat. Pelles ouium ſunt Scripturę ſacrę, foris ſcriptæ. In membrana viſibilia Fidei ſacramenta, Chriſtiani nominis ſuperficies foris apparentes, quas hæretici & falſi Prophetæ, intus lupi rapaces foris induunt, in quos Chriſtus Paſtor ouium, id eſt, verorum Prophetarum, & Apoſtolorum omnium diſcipulorum Magiſter futura præuidens voluit nos eſſe præmunitos. Hæc omnia Driedonis refert. Et Diuus Ambroſius ait: Dum quis propria authoritate vti non poteſt ad victoriam, verba Legis adulterat, quo ſenſum ſuum quaſi verba Legis aſſerat, vt non ratio ſed authoritas præſcribere videatur. Denique hæc veritas confirmatur ex Diuo Auguſtino tomo. 9. tractatu. 18. in cap. 5. Ioann. Nec enim (ait) natæ ſunt hereſes, & quædam dogmata peruerſitatis illaqueantia animas, & in profundum præcipitantia, niſi cùm Scripturæ bonæ intelligũtur non benè, & quod in eis non benè intelligitur, etiam temerè, & audaciter aſſeritur. Itaque fratres chariſsimi, valdè cautè hæc audire debemus, ad quæ capienda paruuli ſumus, & corde pio, & cum tremore ſicut ſcriptum eſt. Hanc tenentes regulam ſanitatis, vt cùm ſecundum Fidem qua imbuti ſumus intelligere valuerimus, tanquam de cibo gaudeamus. Quod autem ſecundum ſanam Fidei regulam intelligere non poterimus: dubitationem auferamus, intelligentiam differamus. Hoc eſt, vt etiamſi quid neſcimus, bonum tamen & verum eſſe minimè dubitemus. Et tomo. 6. lib. 22. contra Fauſtum cap. 15. An fortè (ait) quæ de nouo teſtamento ſimilia protulimus, ipſa quoque audent dicere falſa eſſe atque peruerſa? Priuilegio illo ſuo diabolico, vt quidquid eſt in Euangelio, vel in Epiſtolis Canonicis quo adiuuari hæreſim ſuam putent, id eſſe à Chriſto, & Apoſtolis dictum teneant, atque ſuadeant: quidquid autem ex eiſdem codicibus aduerſus eos ſonuerit immiſſum ab infalſatoribus ore impudenti ac ſacrilego non dubitant dicere. Ecce quomodo hoc ſit ſignum maximum falſorum Prophetarum, teſtimonijs vti Scripturarum malè intellectis, & ad ſuũ ſenſum retortis. Hinc ſequit̃ aliud ſignũ. Nec enim his falſis Prophetis ſatis eſt Scripturas adulterare, falſoque illas pro ſuis erroribus allegare, verumetiam Doctores ſanctos falſò in ſui fauorem citant. Quia (ſicut docente Auguſtino didicimus) vt integritas veritatis ſolis ſacris Scripturis deferretur: permiſit Deus quod ferè omnes alij Doctores, in aliquibus errarent & deficerent: iſti doloſi homines eorum iam obſitos errores ſuſcitare ſolent,

Clemens Papa.

Driedon.

Driedon.

Idem.

Idem.

Ideim.

Ambroſ.

Auguſt.

Idem.

& magnitudine authoris ſe tuentes illos de nouo in ſcholis & Eccleſia introducere conãtur, ea quæ obſcurè proferũt, ad ſuos trahẽtes & interpretãtes errores. Vnde D. Cyrill. to. 2. in ſermo. quod verbũ Dei factũ ſit homo. Mos (ait) hæreticorum eſt etiam ea quæ rectè dicta ſunt, in adulterinum ſenſum peruertere. Hos Vincent. Lyrenien. in ſuo commonitorio illis filijs inuerecundis Noe comparat: qui patris verenda diſcooperire, non erubuerint, his verbis eos taxans ac dicens. Hoc quidẽ mihi diuinitus videtur promulgatũ eſſe iudiciũ, propter eorũ maximè fraudulentiã, qui cũ ſub alieno nomine hæreſim concinnare machinẽtur, captant plerũq; veteris cuiuſpiã viri ſcripta paulò inuolutiùs edita, quæ pro ipſa ſui obſcuritate dogmati ſuo quaſi congruant, vt illud neſcio quid quodcũq; proferũt, neq; primi, neque ſoli, videantur ſentire. Quorum ego nequitiã duplici odio dignã iudico. Vel eo quod hæreſeos venenũ propinare alijs non pertimeſcunt, vel eo etiã quòd ſancti cuiuſq; viri memoriã, tanquã ſopitos iã cineres prophana manu ventilãt, & quæ ſilentio ſepeliri oportebat rediuiua, opinione diffamant. Sequẽtes omnino veſtigia authoris ſui Chã qui nuditatem venerandi Noe non modò operire neglexit, verũ quoq; irridendã cæteris enuntiauit, vndè tantam læſę pietatis meruit offenſam, vt etiam poſteri ipſius peccati ſui maledictis obligarentur beatis illis fratribus lõgèq; diſſimilibus, qui nuditatem ipſam reuerendi patris, neq; ſuis temerare oculis, neq; alienis patere voluerũt, ſed auerſi, vt ſcribitur, texuerunt eum. Quod eſt erratum ſancti viri, nec approbaſſe nec prodidiſſe: atq; idcircò beata in poſteros benedictione donati ſunt. Hoc autem eſt oua aſpidum rumpere ſicut dicitur Eſai. 59. vbi D. Hiero. ait: Iſti frãgunt atq; diſrũpunt oua aſpidum vt eorum venena, in ſua mente ſuſcipiant, quibus in Euangelio dicitur: Serpentes genimina viperarum. Libros enim illos iam clauſos, in quibus venenum latebat aperiũt. Sed in hoc ſigno dignoſcẽdi ſunt, ſi præſentes magiſtros contemnunt, etiam alios quos pro ſe allegant contempſiſſent. Sic enim ait D. Chryſoſt. tom. 2. in Imperfecto Homel. 45. Cùm audieris aliquem beatificantem antiquos Doctores, proba qualis eſt circa ſuos Doctores. Si enim illos cùm quibus viuit ſuſtinet & honorat, ſine dubio illos ſi cùm illis vixiſſet honoraſſet. Si autem ſuos contemnit, ſi cùm illis vixiſſet illos contempſiſſet. Hoc autem dicit ſuper illud Matth. 23. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi, quia ædificatis ſepulchra Prophetarum. In quo vult eos taxare Dominus, quòd ſicut ſibi nolebant credere, nec antiquis Prophetis credidiſſent, vt ſuo loco videbimus. Aliud ſignũ eſt quoniam falſi Doctores aliqua vera dicunt, & aliqua bona docent: vt ſub illis & falſa & peruerſa latenter ſuadere valeãt. Nam D. Cyrillus tom. 2. in Epiſtola ad Eulogium ait: Illud dicendum eſt, non eſſe omnia quæ hæretici dicunt fugienda, & recuſanda. Nam multi ex illis confitentur, quæ & nos confitemur, vtpote Arriani cùm Patrem omnium conditorem, ac Dominum eſſe dicunt. Et D. Gregor. lib. 5. Moral. ca. 11. Hæretici (ait) quædam rectè ſentiunt, ſed tamen inter hæc ad peruerſa dilabuntur. Habent quippe hoc hæretici proprium, vt malis bona permiſceant: quatenus facile ſenſui audientis illudant: Si enim ſemper praua dicerent, citiùs in ſua prauitate cogniti, quod vellent minimè perſuaderent: rurſum ſi ſemper recta ſentirent profectò hæretici non fuiſſent. Sed dum fallendi arte ad vtraque deſeruiunt, & ex malis bona inficiunt, & ex bonis mala, vt recipiantur abſcondunt. Sicut qui veneni poculum porrigit, ora poculi dulcedine mellis tãgit, dumque hoc quod dulce eſt primò attactu delibatur: etiam illud quòd eſt mortiferum indubitanter abſoruetur. Itaq; hæretici permiſcent recta peruerſis, vt oſtendendo bona auditores ad ſe trahãt, & exhibẽdo mala latẽti eos peſte corrũpãt. Quos benè in Euãgelio illa decẽ leproſorũ mũdatio deſignat. In lepra quippè, & pars cutis in fulgorẽ ducit, & pars in colore ſano retinetur. Leproſi itaq; hæreticos exprimũt, qui dũ rectis praua permiſcent, colorẽ ſanũ maculis aſpergũt: Hactenus Grego. Quinimo (vt D. Baſil. ait) ſic ſimplices ac infantes quos enutriũt ſeducũt: Nã & ſacramẽta eis adminiſtrãt, & opera miſericordiæ exhibẽt, quibus tanquã retinaculis eos detineant, nè mala quę ibi permiſcẽt aduertãt: Ait quippe in Epiſ. 70. ad Galliæ & Italiæ Epiſcopos. Quis dabit capiti meo aquã, & palpebris meis fontẽ lachrymarum: & deplorabo complures dies populum peruerſis iſtis doctrinis ad perditionem adductum? In tranſuerſum rapiuntur ſimpliciorum aures, ac deinceps in conſuetudinem tranſeunt hæreticæ impietatis. In iſtiusmodi ſermonibus doctrinę pluſquã impiè educantur Eccleſiæ infantes. Nam quid

Cyrillus.
Vincẽtius Lyrenienſ.
Matth. 23.
7. Signum
Cyrillus.
Greg. 11.
Eſai. 59.
Hierony.
Baſilius.
6. Signum
Chryſoſt.

quid aliud etiã faciẽtę Baptiſmata ſunt apud hæreticos, illi deducũt peregrè quòuis progrediẽtes, inuiſunt infirmos, ſolãtur mœſtos, adiuuãt oppreſos, oĩs generis opẽ adferũt, myſteriorũ cõmunionẽ adminiſtrãt. Quòd omnia per illos diſpẽſantur, ac perficiũtur, quaſi retinaculũ quod dã eſt plebi, quo ad illoru cuſtodiã aſtringũtur, vt breui tẽporis diſcurſu, etiãſi reſtituatur aliqua libertas, nulla tamen ſpes reliqua futura ſit ad veritatis iterũ agnitionẽ reducendi eos, qui diuturnæ dilectionis vinculo hęreticis obſtricti ſunt. Igitur hoc ſignũ falſorũ Prophetarum eſt vera falſis, & bona malis immiſcere. Quinimo hi ex omnibus peiores ſunt, & nocentiores qui in multis veritati cõſentiũt, vt ſub illa mẽdatia ſua occultẽt. Quòd D. Ambr. lib. 1. c. 1. de Fide orthodoxa contra Arrianos his verbis docet. Multas quidẽ (inquit) & graues hæreſes nouimus à pluribus ebulliri, & veneni vice ad intimũ pectus cãceris ſuiuirus infundere, ſed vinci illi vel facilè poſſunt, uel facilè vitari, quorũ prima ꝓpoſitione oñe conſiliũ pectoris ꝓdit. At verò ij quibus multa nobiſcũ paria ſunt, facilè poſſunt innoxias mẽtes, & ſoli Deo deditas fraudulẽta ſocietate percutere. Dũmalorũ ſuorum virus per bona noſtra defendunt. Nihil enim periculoſius ijs hæreticis eſſe poteſt, quam qui cũ integrè ꝑ omnia decurrant, vno tamẽ verbo, ac ſi veneni gutta mœrã illã ac ſimplicem Fidẽ Dominicę, ac exindè Apoſtolicæ traditionis inficiant. Vndè vehementer nobiſcũ cauendũ eſt, nè ſe vel ſenſibus, vel auribus noſtris huiuſmodi aliquid latẽter inſinuet. Quia nihil tã cogit in mortẽ, quàm ſub obtentu Fidei, Fidem violare. Vt enim gypſum aqua permixtũ, lac colore mentitur: ita hic per veriſimilem confeſsionẽ traditio inimica ſuggeritur. Qua de re non ſimilitudo confeſsionis, ſed ſenſus mentis eſt põderandus, quo cõfeſsio ipſa firmatur. Deniq; ſi diligẽtius & accuratiùs attẽdatis, cur voluerint de Euãgelica & Apoſtolica Fide, & de Patrũ traditione ſubſtãtię nomẽ auferre: proculdubio probatis hęreſim Arrianã, ſubtili cõpendio breuicatã ſublato hoc nomine intromiſſam. Nec hoc quidẽ ego ſuſpitione aut opinione collectũ affirmo, nec vt ipſi putãt Academicus diſputator aſsiſto, vt ſimplices ſenſus verborũ ſubtilitate contorqueam. Sed vt contortos, & prauos tenui argumẽto cõpoſitos, in lucẽ cognitionis exponã, quo faciliùs poſsit cognita, & cõperta iniquitas ab hominibus euitari. Quę etenim cauſa, quæ ratio exiſtit, vt quod docendũ, & qd credẽdũ cũctis Eccleſijs fuerat traditũ, quodq; Patres noſtri Apoſtoli civiri cõtra vniuerſas hæreſes, & maximè Arrianã quaſi quẽdã obicẽ veritatis, quo omnes aditus peſtiferę doctrinę obſtruerẽt, Sãcto Spiritu mũdati, catholica ratione poſuerũt, nõ ſine magno niſu, ab ijs qui tũc elogio Arianę labijs addicti ſunt laboretur auferri, niſi vt Filiũ Dei mutabilẽ, & cõuertibilẽ, vtpotè nõ de propria Patris ſubſtãtia cõſtitiſſe cõfingãt? Cui & initiũ ex tẽpore, & ortum ex nihilo nomẽ ex altero, vt ſemper docuerũt. Propter qd & ſæpe dãnati ſunt, nũc iã liberè, & ſecurè incũctanterq; Eccleſijs tradere, & inſinuare poſsint? Sed ſic diſcernendi ſunt; vt docet D. Chriſo. tom. 2. Hom. 19. in Imperfecto, in illa verba: Nõne in nomine tuo prophetauimus inquiẽs: Quoniã diabolus interdũ verũ dicit Spiritus autẽ Sanctus nunquam interdũ mentitur: conceſſum eſt diabolo, & interdũ veritatem dicere, vt mẽdatium ſuum rara veritate cõmendet. Si autẽ nunquam diceret verũ, nec ad tentationẽ poterat ſufficere ſeductio eius. Eſt & aliud vſitatiſsimũ ſignũ, apud hos falſos Prophetas. Quoniã ſemper nouas res moliũtur, & noua dogmata docent, tandẽ in omnibus nouarum rerum cupidos ſe oſtendunt. Et tã in verbis, quam in factis, quàm in doctrinis, ſemper noua adferre ſatagunt. Quod ſic, ſæpè citatus Vincentius Lyrenienſis; his verbis docet. Hoc apud omnes ferè hęreſes quaſi ſolemne eſt ac legitimum, vt ſemper prophanis nouitatibus gaudeant, antiquitatis ſcita faſtidiant, & per oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, à Fide naufragent. Cõtrà verò Catholicorum hoc ferè proprium, depoſita ſanctorum Patrum, & commiſſa ſeruare, damnare prophanas nouitates, & (ſicut dixit & iterum dixit Apoſtolus,) ſi quis adnũtiauerit præter quã quod acceptum eſt anathemare. De quo Paulus diſcipulũ ſuũ Timothęũ in prima Epiſt. c. 6. his verbis admonet dicens: O Timothęe depoſitũ cuſtodi, deuitãs ꝓphanas vocũnouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſciẽtię, q̃ quidã ꝓmittẽtes circa Fidẽ exciderũt. Circaquę verba ſic ait ꝓfatus Lyren. ò, exclamatio iſta & ꝓſciẽtię eſt, pariter & charitatis. Prę uidebat eũ futuros quos etiã ꝑdolebat errores. Quis eſt hodie Timothę, niſi vel vniuerſa Eccleſia vel ſpeciali ter totũ corp ꝓpoſitũ, qui integrã diuini cult ſciẽtiã vel habere ipſi debẽt vel alijs infũdere? Quid eſt depoſitũ cuſtodi? Cuſtodi inquit

Ambr.
8. Signũ.
Lyrenienſ.
Gala. 1.
1. Timo. 6.
Lyrenienſ.

(inquit)propter fures,propter inimicos, ne dormientibus hominibus ſuperſeminent zizania, ſuper illud tritici bonum ſemẽ quod ſeminauerat filius hominis,in agro ſuo.Depoſitum (inquit) cuſtodi , quid eſt depoſitum? Id eſt, quod tibi creditũ eſt,nõ quod à te inuentum:quod accepiſti , nõ quod excogitaſti: rẽ non ingenij ſed doctrinæ: non vſurpationis priuatæ, ſed publicæ traditionis.Rem ad te perductam , non à te prolatam,inqua nõ author debes eſſe,ſed cuſtos, non inſtitutor,ſed ſectator,non ducens,ſed ſequens. Depoſitum (inquit) cuſtodi, Catholicæ fidei talentum:inuiolatum, illibatumque conſerua. Quod tibi creditum eſt, hoc penes te maneat,hoc à te tradatur.Aurum accepiſti, aurum redde, nolo mihi pro alijs alia ſubijcias.Nolo pro auro, aut impudenter plumbum, aut fraudulenter erramẽta,ſupponas.Nolo auri ſpeciem, ſed naturã planè.O Thimothæe, ô ſacerdos, ô doctor, ſi te diuinum munus idoneum fecerit,ingenio, exercitatione, doctrina eſto eſpiritualis tabernaculi Beſeleel : pretioſas diuini
Exod. 31. dogmatis gemmas exculpe , fideliter coapta,adorna ſapienter, adijce ſplendorem,gratiã,venuſtatẽ.Intelligatur te exponere illuſtriùs,quod anteà obſcuriùs credebat. Per te poſteritas intellectum gratuletur , quod antè vetuſtas non intellectum venerabatur. Eadem tamen quæ didiciſti ita doce, vtcum dicas nouè,non dicas noua.Etaliquã tulum infrà. Deuitans (ait) prophanas vocum nouitates.Deuita (inquit) quaſi viperam, quaſi ſcorpionem , quaſi baſiliſcum, nè te non ſolùm tactu , ſed etiam viſu afflatuque percutiant. Quid eſt deuitare ? Cum huiuſmodi, nec cibum ſumere. Quid eſt deuita? Si quis (inquit) venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert . Quam doctrinam, niſi Catholicam, & vniuerſalem, & vnam eandemque,per ſingulas ætatum ſucceſsiones , incorrupta veritatis traditione manẽtem, & vſque in ſeculum ſine fine manſuram? Quid tum? Nolite recipere eũ in do-
2. Ioann. mum, nec(aue)ei dixeritis. Qui enim dicit illi (aue)cõmunicat operib⁹ eius malignis. Prophanas(inquit) vocum nouitates.Quid eſt prophanas? Quæ nihil habent ſacri, nihil religioſi, ab eccleſiæ penetralibus , quæ eſt templum Dei,pœnitus extraneas.Prophanas(inquit)vocum nouitates. Vocum, ideſt, dogmatum,ſententiarum,rerum nouitates,quæ ſunt vetuſtati , quæ antiquitati contrariæ.Quæ ſi recipiantur neceſſe eſt, vt Fides beatorum Patrum, aut tota,aut certè magna ex parte violetur. Neceſſe eſt,vt omnes omnium ætatum Fideles,omnes ſancti,omnes caſti, continentes, virgines;omnes clerici,Leuitæ, & Sacerdotes,tanta cõfeſſorum millia,tanti martyrum exercitus: tanta vrbium, tanta populorum celebritas, & multitudo:tot Inſulæ,Prouinciæ,Reges, gentes,Regna,nationes : totus poſtremò iã penè terrarũ orbis,per Chatolicã Fidẽ Chriſto capiti incorporatus, tanto ſæculorũ tractu ignoraſſe,erraſſe,blaſphemaſſe,neſciſſe quid crederet pronuntietur. Prophanas (inquit)vocum nouitates deuita.Quas recipere , atq; ſectari nunquam chatolicorum, ſemper verò hæreticorum fuit . Et reuera, quæ vnquam hæreſis , niſi ſub certo nomine;certo loco,certo tempore,ebulliuit? Quis vnquam hæreſes inſtituit , niſi qui ſe priùs ab Eccleſię Catholicæ vniuerſitati, & antiquitatis conſentione diſcreuerit? Item idẽ
2. Tim.2. Paulus.2.ad Timo.2.ait: Prophana autem, & vaniloquia deuita: multum enim proficiunt ad impietatem,& ſermo eorum,vt cancer ſerpit. Vbi D. Thom.ait: Hæretici di-
D. Thom. cunt à principio quædam vera, & vtilia,ſed cùm audiuntur euomunt mortifera, & ideò dicit,ſermo eorum vt cancer ſerpit . Nam
Eccleſ. 11. (vt dicitur Eccleſ. 11.)A ſcintilla vna augetur ignis: & ab vno doloſo,augetur ſanguis. Et D. Anſelmus in hæc verba (ſermo eo-
Anſelm. rum vt cancer ſerpit) ait: Sicut piſcis qui dicitur cancer,nõ in antè ſed retrò tendit,ſic ſermo eorum non auditores ſuos ad Deũ ducit, ſed à Deo retrahit, & apoſthatare facit. Item D.Cyrillus in cap.5.Ioan.ſuper illud: Lupus rapit & diſpergit oues . Hæreticus (ait)impietate nouorũ dogmatum,à ſynceritate Fidei ſeducere tentans animas, lupus quoq;dicẽd⁹eſt.Iniuſtus itidẽ,&raptor,fidelesquoſque, atq; humiles ſua tyrannide opprimens , tanquam lupus ſuper oues venit.
Auguſt. Augu.etiam de Vera Religione.c.52.ait:Miſeri homines, quibus cognita vileſcunt,nouitatibus gaudent, libentiùs diſcunt quam norunt:cùm cognitio ſit finis diſcendi.Beatus etiam Clemens in Epiſtola Ægyptiorũ Põtificum ad Fœlicem Papam : Veſtrum eſt
Clemens. (inquiunt,ait ipſe)Pater ſanctiſsimè Canonica diſtrictione,ſolicitè Eccleſiaſticæ regulæ aduerſantibus, & fratrum inſidiatoribus obuiare,nec permittere nouiter dicere,quæ Patrum venerabilium authoritas omnino non cenſuit.D.itidem Hieron.in.c.8. Eſai.
Hierony. tom.4. tom.5. in illa verba : Et in petram ſcandali duabus

duabus domibus Iſrael,id eſt, Scribis,&Phariſæis(ait)Quivt Nazarei volunt,qui Chriſtum cum obſeruantijs legis recipiunt , orti ſunt ex Samai,& Hille,quorum prior diſſipator interpretatur, alter prophanus, eo quod ob traditiones ſuas, & prophanas vocum nouitates legem diſſipauerint.Et idem
Oſeæ in fi. in cap.9.Oſeæ: Hæretici (ait)ſemper vetera mutant nouis , & Ethnicorum imitantur errores. In tantum autem noua diſplicebãt Sanctis antiquis, vt ob ſolam nouitatis ſpe-
Auguſt. ciem ea confutarent.Nam Diuus Auguſtinus in Epiſtola quam mittit Hieronymo de ratione animæ; quam in operibus Hieronymi reperies,tom.4.referens neſcio quẽ errorem de paruulis (ait:) Hæc ſententia priùs quam refellatur,iam ipſa nouitate diſplicet. Et tom.1.lib.2.de genere, cõtra Manicheos (ait:)Nouitatis appetitio,comite errore,in multas deducit anguſtias, verus catholicus nouitates has declinare debet . Quoniam
Cyrillus. (vt ait Cyrill. in Epiſtola ad Neſtorium.) Nouitas eſt hæreſum ſeminarium,nec nouitatibus inſiſtendum , ſed regia via Patrum
Cõc.Nice. debere nos incedere.Item conci. 2. Nicen. Act.6.&.7.ſic traditum eſt monumentis antiquorum, à nouitatibus Iudaiſmi omnes ferè hæreſes dimanaſſe. Antiquitas ergò ob-
Auguſt. ſeruanda eſt,nouitas fugiẽda.Nam(ſi Auguſtino credimus ad inquiſitiones Ianuarij) inſolentiſsimè inſaniunt, neſcientes quòd ſi in ijs quæ ſunt Fidei condemnamus veteris Eccleſiæ traditionem, quæad hæc vſque in ſæcula ſuum tenuit vigorem , non erit per quod libros Euangeliorum valeamus oſtendere eſſe verorum Apoſtolorum Euangelia, nec erit nobis vllum ſcutum, quo doctrinã Fidei,quæ nunc eſt defendere valeamus,cõtra vllum hominem pertinaciter dicentem ſe habere , aut alium quendam ex Euangelijs intellectum de perſonarum dignitate, & de Chriſti incarnatione cæteriſque Fidei articulis, & alia quædam verorum Apoſtolorum Euangelia : & adducet quiſq; pro ſua
Ioã. Drie. voluntate quod volet. Vide Ioannem Driedonem lib.4.de varijs dogmatibus, & libris Apocriphis cap.5.Hinc & Lyrenienſis ait.
Lirenienſ. In ipſa catholica Eccleſia,ad quam non vna natio,non vnus angulus, ſed maris multitudo conuertitur , id teneamus quòd vbi que ſemper , ab omnibus creditum eſt.Hoc eſt enim verè proprièque catholicum,quod ipſa vis nominis ratioque declarat,quæ omnia hæc verè vniuerſaliter comprehendit.Quæ cùm ita ſint ille eſt verus,germanus,catholicus, qui quidquid vniuerſaliter antiquitus Eccleſiam catholicam tenuiſſe cognouerit, id ſibi ſolum tenendum credendumque decernit. Quidquid verò ab aliquo deinceps vno præter omnes,vel contra omnes nouũ, & inauditum ſubinduci ſenſerit ; id non ad Religionem,ſed ad tẽtationem potius intel
Idem. ligat pertinere.Et folio.26.dicit: Reuera cũ quæque nouitas ebullit,ſtatim cernitur frumentorum grauitas,& leuitas pallearum.Et
Hiere. 15. Hieremiæ cap.15. Comminatur Dominus eos,qui ambulant per ſemitam , in itinere non trito. Sed forſitã dicet aliquis. Si nihil nouum docendum eſt in Eccleſia, nullus ergò in Eccleſia Chriſti profectus habebitur
Lyrenienſ. religionis . Reſpondet ad hoc Lyrenienſis folio.29.Habeatur planè & maximus.Nam quis ille eſt tam inuidus hominibus, tã exoſus Deo, qui iſtud prohibere conetur ? Sed ita tamen, vt verè profectus ſit ille Fidei nõ permutatio. Siquidem ad profectum pertinet , vt in ſemetipſa vna quæque res amplificetur: ad perturbationem verò vt aliquid,ex alio in aliud tranſuertatur.Creſcat igitur oportet, & multum vehementerque proficiat , tàm ſingulorum quàm omnium, tàm vnius hominis , quàm totius Eccleſiæ ætatum, ac ſæculorum gradibus intelligentia,ſcientia, ſapientia : ſed in ſuo dumtaxat genere,in eodem,ſcilicet,dogmate , eodem ſenſu,eademque ſententia. Imitetur animarum religio rationem corporum , quæ licèt annorum proceſſu numeros ſuos euoluant, & explicent , eadem tamen quæ erant permanent.Multum intereſt, inter pueritię florem,& ſenectutis maturitatem , ſed ijdem tamen ipſi fiunt ſenes,qui fuerant adoleſcẽtes : vt quamuis vnius eiuſdemque hominis ſtatus habitus mutetur : vna tamen nihilominus eademque natura, vna eademq; perſona ſit. Parua lactentium membra magna iuuenum eadem ipſi ſunt. Tamen quot paruulorum artus tot virorum,etſi qua illa iunt,æui maturioris ętate pariunt,iam in ſe minus ratione proferta ſunt, vt nihil poſteà nouum proferatur in ſenibus,quod nõ in pueris iam anteà latitauerit . Vndè non dubium eſt hanc eſſe legitimam & rectam proficiendi regulam, hunc ratum atque pulcherrimum creſcendi ordinem , ſi eas ſemper in gradibus partes , ac formas,numerus detexat ætatibus , quas in paruulis Creatoris ſapientia præformauerat . Quòd ſi humana ſpecies in aliquam deinceps non ſui generis vertatur effigiem,aut certè addatur

quippiam membrorum numero, vel detrahatur: neceſſe eſt vt totum corpus, vel intercidat, vel prodigioſum fiat, vel certè debilitetur. Ita etiam Chriſtianæ religionis dogma ſequatur has decet profectuum leges, vt annis, ſcilicet, conſolidetur: dilatetur tempore: ſublimetur ætate: incorruptũ tamen, illibatumq; permaneat, & vniuerſis partium ſuarum menſuris, cunctiſq; quaſi membris, ac ſenſibus proprijs plenum, atq; perfectum ſit. Quod nihil præterea permutationis admittat, nulla proprietatis diſpendia, nullam ſuſtineat diffinitionis varietatem. In tantum autem nouitatum amatores
9. Signũ. ſunt, vt nec in verbis cum alijs conuenire velint, ſed noua nomina fingant. Vide Diuum Hieronymum tomo.1. in Epiſtola ad
Hierony. Theodoram, vbi ponit nomina exquiſita, quibus hæretici vti ſolebant, nempè Armagil, Barbelon, Abraxas, Balſamuer, Leu-
Adamus. ſiberam. Et de his terminis intelligit Adamus illud Pauli iam citatum, Prophanas vocum nouitates deuita; & oppoſitiones falſi
10. Signũ. nominis ſcientiæ, quam quidã promittentes circa fidem exciderunt. Hoc eſt decimum ſignum falſorum Prophetarum. Promittunt quidem ſe magna, & abſcondita ſcire, quæ alij Magiſtri omninò ignorant, & hæc docere cupiunt eos, quos diſcipulos habent, nec omnibus hæc pandere audent, niſi eis dumtaxat, quos iam quaſi captiuos
Chryſoſt. tenent. Quare Diuus Chryſoſtomus ſuper hunc locum, de Gnoſticis hæc verba intelligit, qui hæretici magna ſe ſcire promittebant, quorum tamen ſcientia erat cabaliſti-
Caiet. ca, vt ait hic Caietanus, hoc eſt, noua, & inuſitata, & rerũ nouarum ac mirabilium, re-
Auguſt. liqua omnia contenẽtes. Vnde Gloſ. Aug.
Anſel. & Anſelmi ſuper hunc locum ſic dicit: Promittentes; nihil ſic amant iſti quàm ſcientiam promittere: & fidem rerum verarum, quas credere paruuli velut imperitiam de-
Bernar. ridere. Vnde Bernar. hom. 64. ſuper Cant. in illud Capite nobis vulpes paruulas: Omnibus (inquit) vna intentio ſemper hæreticis fuit, captare gloriam de ſingularitate
Gregor. ſcientiæ. Et Diuus Gregorius lib. 18. Moral. cap. 14. Hæretici (ait) ſic de eloquij ſui nitore ſuperbiunt, vt nulla ſacrorum librorum
Idem. authoritate ſolidentur. Et ibi explicans illud: O Timothæe, depoſitum cuſtodi deuitans prophanas vocum nouitates: & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, ait: Dum hæretici laudari tãquam de excellenti ingenio cupiant, quaſi noua quædam profe-

runt quæ in antiquorum Patrum libris veteribus non tenentur: Sicque fit, vt dum videri ſapientes deſyderant miſeris ſuis auditoribus ſtultitiæ ſemina ſpargant. Et libr. 5. Moral. cap. 18. in illa verba Iob. Porro ad *Idem.*
me dictum eſt verbum abſconditum. Verbum abſconditum (inquit) hæretici audire ſimulant, vt auditorum mentibus quandam prædicationis ſuæ reuerentiam obducant. Vndè & latenter prædicant: quatenus eorum prædicatio tanto ſancta, quanto occulta videatur. Communem autem ſcientiam habere refugiunt, ne cæteris æquales æſtimentur. Occulta, vel noua ſemper exquirunt, quæ dum alij neſciunt apud imperitorum mentes ipſi de ſcientiæ ſingularitate, gloriantur. Quam occultam (vt diximus) inſinuant: quia, ſcilicet, vt admirationem oſtẽdere valeant, hanc ſe latenter percepiſſe confirmant. Vnde apud Salomonem mulier hæreticorum ſpeciem tenens dicit Prouer. cap. 9. Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuauior. Et lib. 5. Moral. cap. 19. in illa verba Iob, cap. 4. Imago corã *Idẽ. c. 19.*
oculis meis ſtetit. Sæpe (inquit) hæretici ſibi Deum imaginabiliter fingunt quẽ intueri ſpiritualiter nequeunt, eiuſque vocem quaſi aurę lenis audire ſe perhibent: quia ad ſecreta illius cognoſcenda quaſi eſſe ſe cæteris familiariores gaudent: non enim ea docent quę Deus publicè loquitur, ſed quę eorum auri quaſi latenter aſpirantur. Et lib. 16. c. 3, Hæretici tunc ſe doctos pręomnibus credunt, cùm loqui de incognitis inſœliciùs pręſumunt: Et Diuus Hieron. tom. 4. *Idem.*
in cap. 23. Hieremię. Magna incredibilia, & *Hierony.*
ingentia repromittunt hæretici vt ſeducant miſeros, qui nihil profuerunt populo Dei, *In litera A. propè ſ. nẽ. c.*
& illud implent Apoſtolicum, docentes quę nõ oportet turpis lucri gratia. Qui ſolẽt malis proſpera, & malis contraria nuntiare. Quam quidam (ait) promittentes exciderunt à Fide. Vnde Auguſt, tracta. 97. in *Auguſt.*
Ioann. Omnes inſipientiſsimi hæretici (ait) qui ſe Chriſtianos vocari volunt, audacias figmentorum ſuorum quas maximè exhorret ſenſus humanus, hac occaſione Euangelicę ſententię colorare conantur, vbi Domi-
nus ait: Adhùc habeo multa vobis dicere, quę non poteſtis portare modo, quaſi ea ipſa ſint, quę tunc diſcipuli portare non poterant, & ea docuerit Spiritus ſanctus, quę palàm docere, atque prędicare quantalibet feratur audacia, ſpiritus erubeſcit immundus. Hinc Paulus ait: Erit enim tempus cũ *2. Tim. 4.*
ſanam

ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſyderia coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus. Et à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Item Baſilius Magnus in cap. 5. Eſa.
Baſilius. ſic ait: Alij rurſus nec pauci cupientes ſuam multis oſtentare ſcientiam, per auiditatem cũmulandæ pecuniæ, perque inanem gloriam, quaſi verò ſapientes iſti ſint alios præ
Cyrillus. cellentes ſcientia. Cyrillus etiam tom. 2. in lib. 2. Dialog. ait: Morbus hæreticorum hic eſt: Quod valdè arrogantes ſunt, ac putant quòd poſſint ſapere, ac loqui abſtruſiùs quidem, quam alij, adornareque verborum pugnas, vnde videantur in bonis actibus enutriti eſſe, & poſſe ſuarum cogitationum verſutijs, in omnia validè trahere, eos qui ſimpliciter viuere voluerint. Dum arundineum quodammodo ſuis animabus ſubdunt baculũ, & mundanam ſapientiam, adulterorum ſenſuum paleas colligunt; quòd à rectitudine dogmatum non aberrare (opinor) exiſtimentur. Non enim animaduertunt quòd ſanctus chorus filiorum Aaron, igne exuſtus eſt: quia ſacerdotium vi inuaſerat & adulterinum altari ignem attulerat, neq; obtemperauerat Legi clamanti, & dicenti: Non inferes abominationem in domum tuam, & anathema eris, quemadmodum & hoc offendiculo grauiter oſtendis, & abominatione abominabilis eris: quia anathema eſt. Verè enim alienus, ideoque non dignus. Ignis eſt ſeruitus mentis, impetus diabolica ſapientia plenus, & non ſacra Scriptura accenſus. Abominatio autem iſta eſt idolum ad figuram Dei effligiatum. Talem illi effixerunt Filium Dei honore quidem, & præclara Deoque digna gloria cotuſcũ, verumtamen non verum, ſed nothis & ſupoſititijs quodammodo nominibus & diui-
11. Sign. nis vocibus fictitium Deum. Quam quidam (ait) promittentes. Promittunt enim ſub hac ſcientia magna, ſed his quos illudunt tãtum, quod alia eorum nota ſit. Hinc Greg.
Gregor. lib. 18. Moral. cap. 11. in illa verba: Ædificãt ſicut tinea domum ſuam, & ſicut cuſtos fecit vmbraculum. Nec meliori potuit comparatione hereticus demonſtrari, ait, qui locũ ſuæ perfidiæ non niſi in mentibus quas corruperit facit. Qui etiam ſequaces ſuos ab æterno igne liberos eſſe pollicetur: ſpondet quippe eis refrigerium quietis æternæ, ſed verba eius ſoliditatem non habent: quia
12. Signũ. plenitudine veritatis carent. Hinc & aliud eorum ſignum oritur quòd occultè docere ſua dogmata ſatagunt, contra id quod Dominus ſuis præcepit diſcipulis, vt ſuper tecta prædicarent, quæ ipſe in cubiculis illis dixerat. Et ad Annã Pontificem dixit Do- *Ioann. 18.*
minus Chriſtus: Ego ſemper docui in templo & in Synagogis, vbi omnes Iudæi conueniunt, & in occulto loquutus ſum nihil. Et in templo inter Doctores inuentus eſt, *Luc 2.*
(vt Lucas cap. 2. refert.) Et ideò dixit Eſai. *Eſai. 2.*
cap. 2. quod de Syon deberet exire Lex, & verbum Domini de Hieruſalem, vt docet Beauxamis Home. fer. 3. poſt. 4. Domi. Qua *Beauxa.*
dragesimæ, & Cõc. Gangrenſe, vt refertur *Cõc. Gangrenſ.*
d. 30. his verbis hoc prohibet cùm dicit. Siquis extra Eccleſiam priuatim populum cõ- *Bernardus*
gregat, anathema ſit. Et D. Bernard. Hom. 64. ſuper Cant. in illa verba, Capite nobis vulpes paruulas, comparat hæreticos vulpibus de quibus dicit: Aſtutum natura eſt hoc genus animantis, promptumque admodum, ad nocendum in occulto. Et Homel. 65. ſequenti: Difficultatem (inquit) occultatio fa- *Idem.*
cit: nam cùm Eccleſia ſemper ab initio ſui vulpes habuerit, citò omnes compertæ & captæ ſunt. Confligebat hæreticus palàm: nã inde hæreticus maximè, quòd palàm vincere cupiebat, & ſuccumbebat. Ita ergò facilè illę capiebantur vulpes. Quid enim ſi poſita in lucem veritate, hæreticus in ſuæ pertinatiæ tenebris remanens ſolus foris relegatus areſceret? Nihilominus capta reputabatur vulpes, condemnata impietate, & impio foras miſſo oſtentui vtique iam victuro, *Oſea. 14*
non fructui. Ex hoc iuxta Prophetam erãt illi vbera arentia, & venter ſterilis: quia nõ repullulat error publicè confutatus, & falſitas aperta non germinat. Quid faciemus his maligniſsimis vulpibus, vt capi queãt: quæ nocere quam vincere malunt, & ne apparere quidem volunt ſed ſerpere? Et D. Gre-
gorius libro. 5. Moral. cap. 18. in illa verba: *Gregor.*
Porrò ad me dictum eſt verbum abſconditum, ait: Hæretici latenter prædicant: quatenus eorum prædicatio tanto ſancta, quanto & occulta videatur. Et lib. 5. Moral. cap. 18. *Idem.*
in illa verba Iob. 4. Imago corã oculis meis quàm modò citauimus. Quo contra de Eccleſia Pſalm. 18. dicitur. In ſole poſuit taber- *Pſal. 18.*
naculum ſuum: Vbi Auguſt. dicit: In mani- *Auguſt.*
feſtatione Eccleſiam ſuam poſuit, non in occulto: Non velat aperta: nè fortè fiat ſicut operta ſuper greges hæreticorum. Ex hoc
autem alius effectus in eis conſequitur, quo *13. Signũ.*
ſicut alia nota dignoſcuntur. Nempè quòd ſicut ipſi in occulto docere præſumunt, ita

ſuos

ſuos admonēt, vt in eis ſua dogmata occulta permaneant, nec alicui ea prodant, etiamſi peierare opus ſit. Dicebant enm ſuis vt (D.
Bernardus Bernardus Homel. 65. in Cant. refert) Iura, periura, ſecretum prodere noli. Et pro ratione ſubiungebant. Ideò præcipimus ſecretum, nè myſterium publicemus. Quaſi gloria Dei non ſit reuelare ſermonem. An Dei inuident gloriæ? Sed magis credo quòd pandere erubeſcant, ſcientes inglorium. Nam neſanda, & obſcęna dicuntur agere in ſecreto. Siquidem, & vulpium poſteriora fœtent.
Idem. Et poſt pauca. Reſponde mihi, ò, homo, qui pluſquam oportet ſapis, & pluſquam dici poteſt deſipis, Dei eſt an non myſterium quod occultas? Si eſt, cur nō ad eius gloriam pandis (nam gloria Dei reuelare ſermonē) Si non, cur Fidem habes in eo quòd non eſt Dei, niſi quia hæreticus es? Aut igitur Dei ſecretum ad Dei gloriam prodant, aut Dei negent myſterium, & minimè ſe hæreticos negent. Aut certè nihilominus manifeſtos ſe fateantur inimicos glorię Dei, qui nolunt manifeſtum fieri, quod ei norūt fore ad gloriam. Stat nempè Scripturæ veritas: gloria Regum celare verbum, gloria Dei reuelare ſermonem. Non vis tu reuelare, non ergô vis Deum glorificare. Sed fortè non recipis Scripturam hanc. Itaeſt. Solius Euangelij ſe profitentur æmulatores, & ſoli reſpondeant proindè Euangelio: Quod dico (ait)
Matth. 20 in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, prędicate ſuper tecta. Iam non licet ſilere. Vſquequò opertum eſt Euangelium veſtrum? Suſpicor veſtrum non eſt
2. Cor. 4. Pauli. Ille ſuum fatetur opertum non eſſe. Etſi (inquit) opertum eſt Euāgeliūm meū, in his opertum eſt qui pereunt. Videte nè vos diceret, apud quos Euangelium inuenitur opertum. Quid apertiùs quod pereatis? An fortè nec Paulum recipitis? De quibuſdam ita audiui. Non enim inter vos omnes, per omnia concordatis, etſi à nobis omnes diſſentiatis. At verò eorum verba, & ſcripta, & traditiones, qui corporaliter cum Saluatore fuerunt pari authoritate Euangelij cunct: (nifallor) indifferenter recipitis. Nūquit illi opertum tenuere Euangeliū ſuum? Nunquid in Deo carnis infirma, mortis horride, Crucis ignominiā tacuere? Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum. Vbi Apoſtolica forma, & vita quam iactatis? Illi
Eſai. 60. clamant, vos ſuſurratis. Illi in publico, vos in angulo. Illi vt nubes volant, vos in tenebris, ac ſubterraneis domibus delitescitis.

Item Diuus Hieronymus tomo. 1. in Epiſtola ad Gaudentium, de inſtitutione infantulæ. Si de Scripturis ſanctis (ait) aliquid interrogas, interroga publicè, audiant pediſſequæ, audiant comites tuæ. Omne quod manifeſtatur lux eſt. Bonus ſermo ſecreta nō quęrit, quin potius delectatur laudibus ſuis, & teſtimonio plurimorum. Magiſter egregius contemnit viros, deſpicit fratres, vt in vnius mulierculę ſecreta eruditione deſuadat? Itidem Hieronymus de regula mona- Idem.
chorum, in capite De laude vitanda (ait:) Veritas angulos non amat, nec quęrit ſuſurrones. Quinimò ea quæ ſecretè docent, 14. Signū.
publicè negant, quod eſt aliud eorum ſignum (vt ait Hieronymus in Prologo ſuper Hierony.
libr. 4. Commentar. Hieremiæ) dum ait: In quibuſdam inſulis præcipuèque Siciliæ, & Rhodi, videmus hęreticos maculare pleroſq; & creſcere per dies ſingulos, dum ſecretò docent, & publicè negant. Et paulò infra ait. Iſti publicum fugiunt, & ſuſurrant in angulis perditorum, dolentque quaſi pro ſuis, quæ ſua metunt confiteri. Immò nec 15. Signū.
ea omnibus pandere volunt, ſed ijs dumtaxat qui ſui nominantur diſcipuli. Sic enim ait Diuus Bernardus Homel. illa. 65. in Cā- Bernardus
tica: Sine exceptione omnibus qui de ſua ſecta non ſunt, ſuum illud quidquid eſt ſubtrahendum exiſtimant. Et Hieronymus to- Hierony.
mo. 2. in Epiſto. ad Cteſiphontem contra Pelagianos. Noſti (ait) quid intrinſecus diſcipulos tuos doceas, aliud ore commemorans, & aliud celans conſcientia, nobiſque alienis, & indoctis loqueris, per parabolas, tuis autē myſteria confiteris. Et hoc iuxta Scripturā te facere iactas: quia dictum eſt. Turbis Ieſus in parabolis loquebatur, & ad diſcipulos in domo dicit: Vobis datum eſt ſcire myſteria Regni cœlorum, illis autem non eſt 16. Signū.
datum: Omnia autem ex eo procedūt quod hęretici proprium ſenſum ſequūtur, Sanctorum Patrum neglectis ſenſibus, cùm nos communem ſequamur intellectū Eccleſię. Hilarius.
Vnde Diuus Hilarius lib. 1. de Trinita. §. 3. ſic ait: Sed inter hęc emerſerunt deſperata in ſe, & ſæua in omnes impiè temeritatis ingenia potentem Dei naturam, ex naturę ſuę infirmitate moderantium, nequę vt ipſi vſque ad infinitatem opinandi de infinitis rebus emergerent, ſed intra finem ſenſus ſui indefinita concluderent, eſſentque ſibi arbitri Religionis: cùm Religionis opus in ſolo obedientię eſſet officio. Sui immemores, diuinorum negligentes præceptorū emen-

Idem in princ. emendatores. Et lib. 2. de Trinit. ait: Extiterunt plures, qui cœleſtium verborum ſimplicitatem, pro voluntatis ſuæ ſenſu, nō pro veritatis ipſius abſolutione ſuſciperent; aliter interpretantes quam dictorum virtus poſtularet. De intelligentia enim hæreſis, non de ſcriptura eſt, & ſenſus non ſermo
Ambroſ. fit crimen. Item D. Ambroſius ſerm. 50. ſuper illa verba Pauli ad Timot. Hæreticum hominem poſt primam, & ſecūdam admonitionem deuita, ſciens, quia ſubuerſus eſt huiuſmodi proprio iudicio condēnatus. Ipſe ſe damnat hęreticus (inquit) cùm de Eccleſia ipſe ſe proijcit, & de cœtu ſanctorū nullo compellente diſcedit. Ipſe enim oſtendit quid mereatur à cunctis, qui ſuo iudicio ſeparatur à cunctis. Ipſe (inquam) ſe damnat hæreticus: quia cùm omnes criminoſi Epiſcopi ſententia proijciantur de cōſilio Chriſtiano: hæreticus cuncta præueniens ſententia ſuæ voluntatis abijcitur. Tali ergo hæreticus, quali Iudas pœna damnatur. Nec immeritò: quia Dominum, quem ille vendidit, iſte blaſphemat: quem ille perſequūtoribus tradidit, quotidie iſte perſequitur.
Gregor. c. 22. Et D. Gregorius lib. 16. Moral. cap. 22. in illa verba, Egrediuntur ad opus ſuum: Hæretici (ait) non Dei, ſed ſuum opus peragunt, dùm non recta dogmata, ſed propria deſyderia ſequuntur. Scriptum quippè eſt: Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat. Qui ergo non in via immaculata ambulat, ſibi magis quàm Domino miniſtrat. (ſequitur) Vigilantes ad predam præparant panem liberis. Ad predam vigilant, qui verba iuſtorum ad ſenſum proprium ſemper rapere conantur, vt per hæc peruerſis filijs panem erroris parent. (ſequitur) Agrū non ſuum demetunt, & vineam eius quem vi oppreſſerant vindemiant. Poteſt agri nomine ſcripturæ latitudo ſignari, quā hęretici non ſuam demetunt: quia ex ea ſententias longè à ſuis ſenſibus aduerſas tollunt. Item Diuus
Athana. Athanaſius in diſputatione contra Arrium. Hæc idcireò (ait) præfatus ſum, vt agnoſcere facillimè queas illum prauitatis errore inuolui, qui priſca Apoſtolicæ fidei fundamenta deſerens, ipſe ſibi pro ſuæ voluntatis arbitrio fidem, quam ſequi debeat, ſomniat. Diuus etiam Hieronymus in. 34. c. Ezech.
Hierony. Hæretici (ait) carpūt eloquia ſcripturarum, & quantum in ſe eſt maculant. Sed & Eccleſiaſtici viri, qui dogmatum non cuſtodiunt veritatem, ſed de ſuo corde fingunt magiſtram, quam habent præſumptionem ſimili errore detinent. Qui cum pōpulo per ſuaſerint vera eſſe quæ fingunt, & in theatralem modum plauſus concitauerint & clamores immemores ſuæ imperitiæ, & adducto ſupercilio, libratisque ſermonibus, atque tritunatis Magiſtrorum, ſibi aſſumunt authoritatem. Itidem tom. 7. in cap. 7. Oſeæ, Idem.
Omnes (inquit) hæreticorum, & gentilium quæſtiones eædem ſunt, quia non ſcripturarum authoritatem, ſed humanæ rationis ſen 1. Cor. 2.
ſum ſequuntur. Nos autē Catholici, vt Paulus (ait) ſenſum Chriſti, & Eccleſiæ ſuæ habemus, & ſequimur, vt Lyrenienſis in ſuo Lyrenienſis
docet Commonitorio dicens: Idcirco multum neceſſe eſt propter tantos tam varij erroris anfractus, vt Propheticæ, & Apoſtolicæ interpretationis linea, ſecundùm Eccleſiaſtici, & Catholici ſenſus normam dirigatur. In ipſa itē Catholica Eccleſia magnopere curandum eſt, vt id teneamus quod vbique, quod ſemper, quod ab omnibus creditum eſt. Hoc eſt etenim verè propriè que Catholicum, quod ipſa vis nominis ratioque declarat, quæ omnia verè vniuerſaliter comprehendit. Sed hoc ita demum fit, ſi ſequamur vniuerſitatem, antiquitatem, conſenſionem. Sequamur autem vniuerſitatem, hoc modo, Si hanc vnam fidem verā eſſe fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur Eccleſia. Antiquitatem verò ita, ſi ab illis nullatenus ſenſibus recedamus, quos ſanctos, maiores, ac patres noſtros celebraſſe manifeſtum eſt. Conſenſionē quoque itidem, ſi in ipſa vetuſtate omnium, vel certè penè omnium Sacerdotum, pariter, & Magiſtrorum definitiones ſententiaſque ſectemur. Hæreticus à ſemetipſo damnatur
(vt ait Paulus) quia in quo damnatur ſibi eli Tit. 3.
git, nobis autem ex noſtro arbitrio nihil indulgere licet, ſed nec eligere quod quis de arbitrio induxerit. Apoſtolos Domini habemus authores, qui nec ſibi quidquam ex ſuo arbitrio quod inducerent elegerunt, ſed
accepta à Chriſto ſententia fideliter natio- Gala. 1.
nibus inſinuauerunt, ita vt ſi etiam Angelus de cœlo aliter Euangelizauerit anathema diceretur à nobis, vt ex Tertulliano in lib. Tertull.
De præſcriptionib. hæreticorū: refert Ioannes Driedonis lib 2. de via inueſtigandi ve Driedonis
ram intelligentiam ſacræ Scripturæ cap. 3. Hinc enim, & hæretic. dicitur aliquis, ab eo quod exæquatur, & eligat ſententiam ſuam
priuatam, & propriam, vt docet D. Athanaſius in quæſt. 73. Ex hoc autem quòd pro Athan.
prium ſequuntur ſenſum, ſequitur alius effectus

effectus ſeu ſignum eorum, nempè quòd in
ter ſe ſunt diſſentientes, immô & ſibi ipſis
17. Signũ ſiue effect. contrarij. Quòd in hæreticis noſtri tempo-
ris paſsim & manifeſtè videmus. Hinc Di-
Athana. uus Athanaſius in oratione prima contra
Arrium, ait: Illud quoque prorſus admirabi-
le. Omnes quotquot ſunt hæreſes in fingen-
do diuerſa pugnantiaque inter ſe adferre,
nec alibi, niſi in falſitate ſibi inuicem con-
ſentire, atque copulari. Neque id mirùm,
cùm vnum habeant authorem qui ipſis vbi-
Idem. libet mendatia aſſeminat. Idem in Decretis
contra hæreſim Arrianorum. Hæretici (ait)
tàm vario ſunt animo, & verſipelli quàm
chamęleontes ſunt in mutandis coloribus.
Hierony. Diuus Hieronymus in. 7. cap. Oſeæ, in illa
verba: Erunt vagi. Hæretici (ait) vagi erunt
in nationibus, nunc ad has, nunc ad illas ſen
tentias tranſeuntes: dũ non eis placet quod
ſemel repererint, ſed ſemper vetera mutant
Idem. nouis. Et lib. 5. in cap. Ezech. 16. Semper
errantium (ait) fluctuant pedes, nec ſunt ſo
lida veſtigia, quæ contra veritatem ſunt, ſed
huc illucque diſcurrunt, & circùnferuntur
omni vento doctrinæ: dùm de falſitate tran-
Gregor. ſeunt ad aliam falſitatem. Diuus Gregor.
c. 19. libro. 3. moral. cap. 14. Habent verò hæreti-
ci hoc proprium, quòd in eodem gradu, in
quo de Eccleſia exeunt diù ſtare non poſ-
ſunt, ſed ad deteriora quotidie ruunt, & ſen
tiendo peiora, in multis ſe partibus ſcin-
dunt, atq; à ſemetipſis plerumque longiùs
confuſionis ſuæ altercatione diuiduntur.
Ruptis autem veſtibus corpus oſtenditur:
quia ſæpe ſciſis ſequacibus malitia eorum
cogitationis aperitur, vt diſcordia dolos pa-
tefaciat, quos grauis priùs concordiæ culpa
Chryſoſt. claudebat. Et D. Chryſoſtomus in Imper-
fecto Homel. 20. in. 7. cap. Matth. in illud:
Deficiãt ſuper arenã. Quia terra (inquit)
vnita eſt, & in ſeipſam conſtricta: arenæ
autem grana non conueniunt ſibi, nec ad-
hærent ad inuicem. Sic ſunt & omnes infi-
deles, qui ſub diabolo ſunt. Non ſun vniti
nec vnum ſapiunt: ſed ſunt per diuerſas opi-
niones diſperſi, & alius quidem ſic dicit,
alius autem ſic. Sic dogmata Philoſophorũ
nos docent, quę ſunt contraria ſibi ſemper.
Eodem modo perfidia hæreticorum, qui
nunquam ſapiunt vnum, ſed quot ſunt, tot
ſententias habent. Propter quod arenæ aſ-
Cyrillus parumpoſt principiũ. ſimilatur omnis diaboli populus. Diuus Cy-
rillus tom. 2. in Epiſtola ad Melitinenſem
Epiſcopum docet hæreticis tale quid acci-
dere, quod vſu venire ſolet natare neſcienti
bus, ſimulatque præter opinionẽ deſluunt;
hi quoniã ſuffocãtur, pedes, ac manus, hac
atque illac, inordinatè diſijcientes temerè
quidquid occurrerit retinendę vitę cupidi,
ac malitioſi arripiunt. Item Beda libr. 2. in Beda.
Samuelem ca. 4. in illud, Reliqui autem diſ
perſi ſunt, ita vt non relinquerentur in eis
duo pariter. Hæretici (ait) qui ad tempus
Eccleſiæ iudicium effugiſſe ſibi videntur,
& ab illa longiùs expulſi, & inter ſe ſunt
ipſi diſcordes, iuxta quod Eſaias ait: Et con-
currere faciam Ægyptios aduerſus Ægyp-
tios: Sabellius enim contra Arrium: contra
Neſtorium, Euthices: Fotinus, contra Ma-
nicheum: & cæteri contra cæteros impij
impios arma impietatis commouent. Et lib. Idem.
2: cap. 8. Iudęi (inquit) gentiles, & hęretici,
cũ ſint hoſtes Eccleſiæ cuncti alterutrùm
ſe ſinguli verbo gladij feriunt. Ipſi Iudęi
per Phariſęos, & Saducęos inuicẽ pugnãt.
Item hęretici, & pagani, variorum dogma-
tum Sacrorumque diſſonantia, non mino-
ra ſibimet quàm Eccleſiæ bella: inferunt.
Vna eſt autem (inquit) columba mea, per-
fecta mea, vna eſt matri ſuę, electa genitri-
ci ſuę, à qua Ionathas ductor illę fortiſsimus,
vt columbę donum vocaretur cognomen,
virtutis accepit, cuius paci perpetuę etiam
malorum diſcordia ſeruit. In vna autem
falſitate concordes ſunt, (vt Gregorius do- Gregor.
cet libro. 3. moral. cap. 4.) in illa verba, Con c. 18.
dixerãt enim ſibi vt pariter venientes, &c.
Condicunt enim ſibi hęretici (ait) quando
praua quędam contra Eccleſiam concordi-
ter ſentiunt, & in quibus à veritate diſcre-
pant, ſibi in falſitate concordant. Et id in-
telligit D. Auguſtinus ſignificare caudas Auguſt.
vulpium ligatas eſſe, ſuper Pſalmum. 80. Et
Albertus Magnus in cap. 20. Ioannis id do- Albertus
cet, vulpes ad nocendum caudas habuiſſe
ligatas: cùm tamen quęlibet cauęam ſuam
quęreret. Sic hęretici ad nocendum vniun-
tur: cùm tamen quilibet ſua lucra intendat.
Omnia tamen hęc ex vno malo oriuntur
quod omnibus hęreticis familiare, atque ca- 18. Signũ
pitale eſt, nempe ſuperbia, quę nota maxi-
mè patefacit eos: ea quippe omnium malo-
rum caput eſt, & præcipuè hęreſeos. Hinc
Gregorius libr. 18. moral. cap. 14. Hęretici Gregor.
(inquit) ſic de eloquij ſui nitore ſuperbiũt,
vt nulla ſacrorum librorum authoritate ſo-
lidentur. Et libro. 3. capite. 17. Bene dicitur Idem.
(ait) Venerunt de loco ſuo. Hęreticorũ quip
pe locus ipſa ſuperbia eſt: quia niſi prius in
corde intumeſcerent, ad prauę aſſertionis
certamina

certamina non conuenirent. Ita namq; ma-
lorum locus eſt ſuperbia, ſicut eſt ê contra
humilitas locus bonorum: Vnde Eccleſ. 10.
dicitur. Si Spiritus poteſtatem habentis ſu
per te aſcenderit, locum tuum nè dimittas,
hoc eſt, humilitatem nè deſeras. Hæretici
ergò de ſuo loco veniunt: quia contra ſan-
ctam Eccleſiam ex ſuperbia mouentur. Et
Chryſoſt. Diuus Chryſoſtomus tomo. 3. Homel. 37. in
Ioannem, ait: Tantùm officit prioris loci cu
piditas, & prælatio. Hæc hæreſes peperit,
hæc gentilium confirmauit impietatẽ. Di-
Hierony. uus Hieronymus etiam tom. 2. libro. 2. con-
tra Iouinianum de hæreticis, & hypocritis
ait: Loquuntur grandia, & totus eorum ſer-
mo ſuperbia eſt. Item etiam Diuus Augu-
Auguſt. ſtinus tomo. 1. libro. 2. de Geneſi contra
Manichæos ait: Quòd hæreticorum mater
eſt ſuperbia. Hęc autem mater eſt etiam hy
pocriſis (vt ipſe Auguſtinus tomo. 2. Epiſto
Auguſt. la. 64. docet) Horum morborum (ait) mater
eſt ſuperbia, & humanæ laudis auiditas, quæ
etiam hypocriſim ſæpe generat. Et ad hoc
propoſitum adducit illud Pſalmi. Quoniã
19. Signũ. Deus cõfringet oſſa eorum, qui hominibus
placent. Hinc ſequitur quòd corrigi nolũt,
quod eſt aliud eorum ſignum quod Diuus
Gregorius Gregorius libro. 8. moral. cap. 24. in illa ver
ba Iob. Cùm adhùc ſit in flore nè carpatur
manu, ante omnes herbas areſcit, his verbis
docet. Scirpus (inquit) in flore eſt hypocri-
tain laude. Acutis verò angulis ſurgens ca-
rectũ manu non carpitur: quia exaſperatis
per arrogantiam ſenſibus, de prauitate ſua
hypocrita corripi dedignatur. In flore ſuo
manum carpentis incidit: quia in laude hy-
pocrita poſitus, nè hunc quiſpiam corripe-
re audeat aſperitate ſua protinus vitam cor-
ripientis ſecat. Sanctus namque eſſe non
appetit, ſed vocari. Et cùm fortaſſè corripi-
tur, quaſi in opinionis gloria detruncatur.
Deprehenſum ſe in prauitate iraſcitur, lo-
qui ſibi redarguentem prohibet: quia velut
in occulto vulnere tactus dolet. Qualis im-
peritis innotuit, talis vult ab hominibus ex
timari, & paratior eſt mori quam corripi.
Redargutione deterior redditur: quia quaſi
diræ percuſsionis æſtimat iaculum purita-
tis verbum. Vndè exaſperatus protinus in
contumelias ſurgit, & quæ mala exageret
contra vitam correctoris inquirit. Demon-
ſtrare longè incomparabiliter reum repre-
henſorem ſuum deſyderat: vt innocentem
ſe non ſuis actibus, ſed alienis criminibus
oſtendat, ita vt ſępe homo redargutionis
aliquid ſe dixiſſe pœniteat, & quaſi a carpẽ-
tis manu, ſic à corripientis animo quidam,
(vt ita dixerim) ſanguis mœroris currat. Prouer. 9.
Vndè benè per Salomonem dicitur Pro-
uerb. 9. Noli arguere deriſorem, nè oderit
te. Neque enim iuſto timendum eſt, nè de-
riſor cùm corripitur contumelias inferat,
ſed ne tractus ad odium peior fiat. Et D.
Hieronymus Dialogum contra Luciferia- Hierony.
nos his verbis claudit. Vnum tibi confiteor
(ait ibi Luciferianus) quia mores eorum ap-
primè noui, faciliùs eos vinci poſſe quã per-
ſuaderi. Et tomo. 7. in cap. 17. Prouerbio- Idem.
rũ, in illa verba: Expedit vrſę occurrere rap
tis fœtibus, quàm fatuo confidenti ſibi in
ſtultitia ſua, ſic explicat. Faciliùs erat Do-
ctoribus ſanctis furori gentilitatis occurre-
re raptis à ſe populis aliquibus, atque à be-
ſtiali eius ſæuitia ad Fidei pietatem prædi-
cando conuerſis: quàm hæretico cuilibet
confidenti in ſui perfidia dogmatis. Quia
ſua viſcera certamen agebant. Et Gregor. Greg. c. 15
libro. 3. moral. capite. 15. in illa verba, Ne-
mo loquebatur ei (ait:) Tacentes aduerſa-
rios habemus, ſi verę Fidei filios generare
negligimus; ſi autem recta loqui incipimus,
graues mox contumelias ex eorum reſpon-
ſione ſentimus: Nam mutos nos aduerſarij
diligunt, loquentes odiunt. Auguſtinus etiã Auguſt.
tom. 8. in Pſalm. 67. in illum Verſum, Diſ-
perge gentes quę bellavolũta, ait: Nõ enim
correctioni hæretici, ſed contentioni ſtu-
dent. Hoc ergò prophetat vt ipſi potiùs di-
ſpergantur, qui corrigi nolunt, qui gregem
Chriſti diſpergere affectant. Item Beda li- Beda.
bro. 4. in Samuelem cap. 9. Quadringenti
ſanè viri, qui aſcenſis camelis gladium Da-
uid totidemque eius militum fugiendo eua-
ſerunt; illi ſunt profectò qui Catholicorum
deſpecta voce Doctorum, nec corrigi ab
ijs conſentiunt, nec metuunt damnari, ſed
virtutum ſuarum immò tumoris & iactan-
tiæ celſitudine, quaſi camelorum gibo con-
fiſi, non minus ſe perfectionis Euangelicæ
nomen, & numerum tenere, ac dexteriora,
id eſt, vitæ cœleſtis gaudia ſperare, & adep-
turos eſſe gloriantur. Quinimò ſic timent 20. Signũ.
corripi, vt etiam ea quæ alius aliorſum di-
cit, tanquàm cõtra ſe dicta querãtur. Quia
cùm propria eos conſcientia redarguat, quo
libet ſe verbo percuſſos eſtimãt. Hic Diuus
Hieronymus tomo. 1. in Epiſtola ad Nepo- Hierony.
tianum de vita clericorũ in fine dicit. Nul-
lum læſi, nullius nomen mea ſcriptura de-
ſignatum eſt, neminem ſpecialiter meus
ſermo

ſermo pulſat, generalis de vitijs diſputatio
eſt: qui mihi iraſci voluerit, ipſe de ſe quòd
Idem. talis ſit confitebitur. Idem in prologo ſu-
per lib. 4. Comment. in Hieremiam: Cùm
generaliter aduerſum vitia quid, & hæreti-
cos dixerimus: ſe peti queruntur, malumq;
conſcientiæ diſſimulata diù indignatione
Amplificatio primi ſigni. pronuntiant. Sed quoniam à principio dixi-
mus, omnes hæreticos hypocritas eſſe, &
ſtatim affirmauimus ſuperbiam, & hæreſim,
& hypocriſim gignere; ex qua multa alia
mala, quæ eos maximè produnt, oriuntur:
Leo Papa. ideò hoc præcipuè ſignũ deinceps tractan-
dum eſt. Hinc ſanctus Leo Papa ſerm. 5. de
ieiunio vltimi menſis, ait: Inter hæc autem
dilectiſsimi opera pietatis, quę nos Deo ma-
gis, magiſque commendant: dubium non eſt
quin hoſtis noſter nocendi cupidus & peri-
tus, acrioribus inuidiæ ſtimulis incitetur, vt
quos apertis & cruentis perſequutionibus
impugnare non ſinitur, ſub falſa Chriſtiani
nominis profeſsione corrumpat, habẽs hæ-
reticos huic operi ſeruientes, quos à Catho-
lica Fide deuios, ſibiq; ſubiectos, militare in
caſtris ſuis ſub diuerſis erroribus fecit. Et
ſicut decipiendis primis hominibus miniſte-
rium ſibi ſerpentis adſumpſit; ita horũ lin-
guas, ad ſeducendos rectorum animos ve-
neno ſuæ falſitatis armauit. Sed his inſidijs
dilectiſsimi paſtorali ſolicitudine (in quan-
tùm Dominus auxiliatur) occurrimus, &
ne quid de ſancto grege peręat præcauentes
paternis vos denunciationibus admonemus,
vt labia iniqua & linguam doloſam, à quibus
animam ſuã Propheta liberari poſtulat, de-
clinetis: quoniam ſermo eorũ (ſicut ait Bea-
tus Apoſtol.) ſerpit vt cancer. Humiliter ir-
repunt, blandè cupiunt, mollitèr ligant, la-
tentèr occidunt. Veniunt enim (ſicut Serua
tor prædixit) ſub veſtitu ouium, intùs autem
ſunt lupi rapaces: quia non poſſent veras &
ſimplices oues fallere, niſi Chriſti nomine
tegerent rabiem beſtialem. Et D. Cyril. in
Cyrillus. præfatione ſuper librũ de Theſauro, Sicut
mulierculæ (ait) turpitudini deditæ veſte,
atq; auro cæteriſq; ornamẽtis, & turpitudi-
nem ſuam occultant, & non præuidentes ad
perniciem attrahunt: eodem modo hæretici,
veræ religionis pulchritudinem fingentes
ſcripturæ authoritate errores ſuos conantur
Bernar. in princip. communire. Et D. Bernard. ſerm. 66. Cant.
ait: Non ſufficit hæreticos eſſe, niſi & hypo-
critæ ſint, vt ſit ſupra modum peccans pec-
catum. Hi ſunt, qui veniunt in veſtimentis
ouium, ad nudãdas oues, & ſpoliandos arie-
tes. An nõ tibi vtraque res impleta videtur
cùm & fide plebes, & plebibus Sacerdotes
deprædati inueniuntur? Qui nam iſti præ-
dones? Hi oues ſunt babitu, aſtu vulpes, a-
ctu, & crudelitate lupi. Hi ſunt qui boni vi-
deri non eſſe, mali non videri, ſed eſſe vo-
lunt: mali ſunt, & boni videri volunt, ne ſo
li ſint mali, mali videri timent, ne parum
ſint mali. Etenim minus ſemper malitia pa
làm nocuit, nec vnquam bonus, niſi boni
ſimulatione decœptus eſt. Ita ergo in malũ
bonorum boni apparere ſtudent; mali no-
lunt, vt plus liceat malignari. Nec enim
apud eos eſt virtutes colere, ſed vitia colo-
rare, quodam quaſi virtutis minio. Deni-
que ſuperſtitionis impietatem, nomine re-
ligionis intitulant. Et Diuus Chryſoſtom.
Chryſoſtom. in ca. 24. Matth. homil. 51. in Matth. cap. 24. homil. 51. Hypocritæ
(ait) ſunt Iudæi, & Hæretici illi quia dicũt
ſe Iudæos, & non ſunt, cùm ſint Synagoga
Sathanæ: iſti autem quia fingunt ſe eſſe
Chriſtianos, cùm ſint Antichriſti, ideſt,
contra Chriſtum. Item ſiquis videtur in Ec
cleſia eſſe, & agat contra Eccleſiam, & ille
talis hypocrita dicitur eſſe. Quinimò mul-
titudo hypocritarum, ſignum eſt aduentus
Auguſti. Antichriſti, vt docet Diuus Auguſtinus
lib. 20. de Ciuitat. Dei. cap. 19. tomo. 5. ex-
plicans illud Pauli. 2. Theſ. 2. Iam enim my
ſterium operatur iniquitatis, dicens: Alij
vero quod (ait) quid detineat ſcitis, & my-
ſterium operatur iniquitatis, non putant di-
ctum niſi de malis, & fictis, qui ſunt in Ec-
cleſia, donec perueniãt ad tantum nume-
rum, qui Antichriſto magnum populum fa
ciat, & hoc eſſe myſterium iniquitatis; quia
videtur occultum. Quod ego ſic explico
nempè quòd iſti hypocritæ, ac ficti Chri-
ſtiani ſint veluti metatores Antichriſti, qui
Simile. ei hoſpitium parant. Quare ſicut quando
videmus multos metatores ad hoſpitia pa-
rãda Regi, in aliquo populo eſſe, colligimus
Regem iam iam aduentare. Sic cùm multos
viderimus hypocritas, iam calles, & hoſpi-
tia omnia occupare: præſtò adeſſe Anti-
chriſtum colligemus. Per illos enim iam
nunc myſterium operatur iniquitatis: vtpo
tè qui maximus hypocrita futurus ſit. Nũc
autem plures hypocritæ Eccleſiam occu-
pant, quod diù iam deplorabat Bernardus,
Bern. circa finem. cùm ſermone. 33. ſuper Cantic. dicebat: Væ
generationi huic à fermento Phariſæorum,
quod eſt hypocriſis, ſi tamen hypocriſis di-
ci debebat, quæ iam latere pręabundantia
non valet, & præ impudentia non quærit.

Serpit

Serpit hodiè putida tabes, per omne cor-
pus Eccleſiæ, & quo latiùs eo deſperatius,
eoque periculoſiùs, quo interius. Nam ſi in-
ſurgeret apertus inimicus hæreticus, mitte-
retur foras, & areſceret, ſi violentus inimi-
cus abſconderet ſe forſitam ab eo. Nunc ve
rò quem eijciet, aut à quo abſcondet ſe? Om
nes amici, omnes inimici: omnes neceſſarij,
& omnes aduerſarij: omnes domeſtici, &
nulli pacifici: omnes proximi, & omnes quę
ſua ſunt quærunt. Miniſtri Chriſti ſunt, &
ſeruiunt Antichriſto: honorati incedunt de
21. ſignũ. bonis Domini, qui Domino honorem non
deferunt. Hinc fit vt quæcumque faciunt
fictè faciant, nec aliud quam virtutis ſpe-
ciem ac faciem colunt. Cùm reuera nihil
ſolidæ virtutis habent. Quod eſt aliud mag
num ſignum ad dignoſcendum eos, præcipu
è ab ijs, qui virtutis ſubſtantiam ac ſolidi
Auguſt. tatem norunt. Quod hac vna Diui Auguſti-
ni ſententia confirmo quam legi apud quẽ
Ambroſi. Eſpiera. Taruiſi. dam Doctorem qui dicitur Ambroſius Eſ-
piera Taruiſino ordinis Fratrum ſeruorum
Sanctæ mariæ, in quodam Quadrageſimali
in ſermone Cinerum, in primo ſermone ſe-
cundo folio & ſecunda columna: licèt in ip
ſo Diuo Auguſtino nec legerim, nec vſque
adhùc inuenire potuerim. Verba autẽ quæ
ibi reperi, ex diuo Auguſtino citata, abſque
inſinuatione loci ſic habent. Hypocritæ vo
lunt eſſe humiles ſine deſpectu, pauperes ſi
ne deffectu, benè veſtiri ſine ſolicitudine,
delicatè paſci ſine labore, alijs adulantes,
alijs detrahentes, mordaces vt canes, lupi
rapaces. Volunt eſſe ſine authoritate iudi-
ces, ſine viſu teſtes, poſtremò falſi accuſato
Chryſoſt. res, & omnium veritate carentes. Item Di-
uus Chryſoſtomus homel. 19. in Imperfe-
cto ſic ait. Si quis lupum operiat pelle oui-
na quomodo cognoſcas illum, niſi aut per
vocem, aut per actum? Ouis inclinata, deor
ſum balat, lupus in aẽre conuertit caput ſuũ
contra cœlum & ſic vlulat. Qui ergò ſecũ-
dum Deum vocem humilitatis, & confeſ-
ionis emittit, ouis eſt: qui verò aduerſus ve
Pſalm. 72 ritatem turpiter blaſphemijs vlulat contra
Deum, lupus eſt: ſicut dicit Propheta de il-
lis Pſal. 72. Poſuerunt in cœlum os ſuũ, ini-
quitatem in excelſo loquuti ſunt. Quis her
bas manducat, lupus carnibus delectatur.
Quẽ videris ergò de pratis Scripturarũ her
bas floridas iuſtitiæ colligentem, ouis eſt.
Quẽ uideris autẽ in ſanguine perſequutio-
nis gaudẽtẽ, lupus eſt. Adhùc autẽ cõſidera:
Virtutes quas facit vtiles ſunt, aut inutiles,
ſunt. Quæ mirabiliter fiunt, ad ſalutẽ profi-
ciunt: vt puta infirmos ſanare, & alia huiuſ-
modi quæ facit Chriſtus. Vacuæ autẽ ſunt
quæ admirationem quidem faciunt videntĩ
bus, vtilitatem autẽ adferunt nullã; vt putà
volare per aẽrẽ, ſicut & Dominum diabolus
hortabatur, ſtatuas facere ambulare, aut cõ
miſceri flammæ & non cõburi, & alia qua-
lia Simon fecit. Nam plena opera ex Deo
ſunt: quia & ipſe eſt plenus, vacua autẽ ex
diabolo, ſicut & ipſe eſt vacuus & vanus.
Nã quia quædã mirabilia fiũt ex Deo, quæ-
dam autẽ ex diabolo, demonſtrat Nicodæ-
mus, non enim dixit, Nemo facit ſigna, niſi
ſit Deus cũ illo, ſed, Nemo facit hæc ſigna
quæ facis tu, niſi ſit Deus cũ illo. Et tũc quĩ
dẽ ex hoc ſolo cognoſcebantur falſi Prophe
tæ & veri, ſi vtilia, aut inutilia facerent ſig-
na. Nũc autẽ quia futurũ eſt, vt etiã ex par-
te bona faciendorũ ſignorũ diabolo detur
poteſtas, etiam aliud quærere debemus, ſi
neceſſariũ eſt ſecundũ tempus, aut non ne-
ceſſariũ. Si enim mirabilia Chriſtus prop-
ter confirmationẽ infidelĩũ faciebat, non
propter ipſos quos ſanabat (ipſos enim in
Fide ſanare poterat, non in ſigno) manife-
ſtum eſt: quia modo cùm nullus ſit infide-
lis, faciendorum miraculorum neceſsitas
non eſt. Ergò ſi inutile fecerit ſignum, fal-
ſus Propheta eſt: quia non facit vt aliũ ædi
ficet, ſed vt ſe oſtendat in opere. Hæc au-
tem Chryſoſtomus. Dominus etiam apud
Eſaiam ait: Ego Dominus docens te vtilia
annuncians recta. Ecce quomodo vacua &
Eſai. 48. & 45. inutilia ſint opera eorum. Vnde Auguſti-
Auguſt. 22. ſignũ. nus ſuper Pſalm. 40. Hypocritis (ait) loqui-
tur, qui nihil ſolidum docent. Quare mini-
ma tantùm docent cùm interim maiora cõ-
temnant (vt Dominus eis dixit apud Mat-
Matth. 23. th. cap. 23.) Væ vobis Scribæ, & Phariſæi
hypocritæ, qui decimatis mentam, & ane-
thum, & cyminum, & & relinquitis quæ
grauiora ſunt, Legis miſericordiã, ſcilicet, &
iudicium. Hinc Gregorius libro. 20. moral.
Gregor. cap. 11. ait: Herbas mãdere eſt, de Scriptura
ſacra minima præcepta ſeruare, maiora cõ-
temnere. Contra quos Dominus. Relinqui
tis quę grauiora ſunt legis. Vel quia inma &
exteriora ſunt, quę mẽtes ſuperueniẽtiũ nu
triũt. Quare immiſericordes ſunt & crudeles
iuxta illã D. Athana ſententiã, in Apologia
de ſua fuga qua ſic dicit. Hæretici in læden
dis hominibus naturã non reuerentur, ſed
veluti tyrannus ille Babylonicus truculen-
tiſsimè perſequentes nullius miſericordiæ

tenentur. Quôd autem hi tales ſint, eorum opera declarant, oſtenduntque eorum animos feris efferatiores, & Babylonijs crudeliores eſſe, & ſanguinis humani auidi. Et ideô lupis comparantur. Nam Diuus Chryſoſtomus tomo. 2. Homil. ſuper varia loca Matthæi in illud, Cauete à falſis Prophetis. Luporum genus (ait) quantò omnibus beſtijs inferius, tantò malitia & crudelitate deterius, quantò ſubtilius, tantò nocentius: quantò ſubmiſſius, tantò peius: & inceſſu humiles, ſed actu nocentes: veſtitu ſimplices, ſed malitia ſæuiores: aſpectu mites, ſed immanitate crudeles. Item Euſebius tomo. 4. de morte Hieronymi, hanc eius (inter alias) ſententiam refert. Qui miſericordia caret Chriſtianus non eſt. Sacerdos, & monachus ſine miſericordia nauis eſt in medio pelagi vndique perforata. Vana eſt religio, quæ caret miſericordia. A cupidis ſine miſericordia Sacerdotibus, tanquam à ſerpentibus fuge. Quod autem omnia virtutum opera ficti faciant, patet. Et primùm de humilitate Hieronymus tomo. 4. in Epiſtola ad Demetriadem ſic ait: Multi humilitatis vmbram, veritatem eius ſequuntur pauci. Perfacile eſt enim aliquam veſtem habere contemptam, ſalutare ſubmiſsius, manus & genua deoſculari, inclinato in terram capite oculiſque deiectis humilitatem, ac manſuetudinem polliceri. Lenta voce tenuique ſermones infringere: ſuſpirare crebriùs, & ad omne verbum peccatorem ſe, ac miſerum proclamare. Et ſi vel leuiſsimè offenſus ſit continuò atollere ſupercilium, leuare ceruicem, & delicatum illum oris ſonum inſano repente clamore mutare. Virum humilem patientia oſtendit iniuriæ. Et Diuus Chryſoſtomus in caput. 7. Matth. tomo. 2. ait: Si videris infidelem humilem, aut manſuetum, ſcito quòd ſubdolus eſt in corde. Talibus enim dicit Propheta Pſalm. 54: Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula. Hęc Chryſoſtomus. Sapiens etiam dicit: Cùm ſubmiſſerit vocem ſuam ne credideris ei, ſeptem enim nequitiæ ſunt in corde illius, id eſt, multæ nequitiæ. Nam (vt ſtatim ex Chryſoſtomo retulimus) luporum genus quantò ſubtilius, tantò nocentius: & quantò ſubmiſsius, tãtò peius: & inceſſu humiles ſed actu nocentes. Et Diuus Auguſtinus tomo. 3. in libro Sentent. ſentent. 219. Simulata (inquit) innocentia, non eſt innocentia, ſimulata æquitas, non eſt æquitas, ſed duplicatur peccatum, in quo & iniquitas & ſimulatio eſt. Et ſentent. 246. Non vincit in bono malum, qui in ſuperficie bonus eſt, & in alto malus; & opere parcens, & corde ſæuiens; manu mitis, voluntate crudelis. Et Diuus Hieronymus de Regula monachorum cap. de Simplicitate, ait: Vox ex induſtria quaſi confecta ieiunijs tenuis non fit, & deficiens. Hinc Paulus ad Coloſſen. 2. nos admonet dicens: Nemo vos ſeducat volens, in humilitate & religione Angelorum. Vbi Diuus Anſelmus dicit. In humilitate & religione Angelorum, quia huiuſmodi ſectatores plerumque ſolent in ſeipſis humilitatem & religionem Angelorum oſtendere, vt citiùs credatur eis quaſi ſanctiſsimis. Angelos enim iuxta hunc ſenſum, vel cœleſtes ſpiritus, vel ſanctos prædicatores intelligimus. Nemo ita religioſum ſe fingens ſeducat vos. Ecce fictam humilitatem quam gerunt. Fictam etiam habent mãſuetudinem. Nam Diuus Chryſoſtomus tomo II. fol. 2. loquens de hæreticis ait: Habet ille fucatum colorem, & manſuetorum perſonas induit, tegitque ſub ouili pelle lupum, ſed tu ne decipiaris, immò hac ipſa de cauſa illum magis exoſum habe, quòd manſuetudinem quidem erga proximum conſeruum ſimulat, contra Dominum autẽ vniuerſorum bellum gerit, & contra ſuã ipſius ſalutem currit inſenſatus: Quinimò & modeſtiam ſimulant, vt ipſe Diuus Chriſoſtomus (in prima editione ſuper cap. 7. Matthæi Homil. 24. in illud, Conuerſi diſrumpant vos) ait: Modeſtiam enim ſimulant vt ſecreta condiſcant. Cùm verò didiſcerint repentè alij ex alijs effecti irridẽt, inſultant, atque illudunt, quaſi quadam à ſe arte deceptis. Quos Paulus ad Tit. 2. iubet durè increpare. Idem de ſimulata oratione dicendũ eſt, vt ex Diuo Crhiſoſt. ſtatim videbimus. Fingunt etiam caſtitatem; vt quoniam contrarium vitium quantò vilius apud homines eſt, tantò ipſi apud eoſdem illo carentes ſplendidiores appareant. Vndè D. Chryſoſto. in prima expoſitione ſuper. c. 7. Matth. in illa verba: Ex fructibus eorũ cognoſcetis eos, ait: Quid ergo, inquis, ſi etiã mores fingũt honeſtos? ſed facile deprehẽdũt, atq; capiũt. Talis quippe eſt natura iſtiꝰ viꝰ quã vos cõficere præcepi, laborioſa proꝛſꝰ ac dura. Virtutis verò ſimulator ſe euſtabit laborẽ, ſolãq; ſui oſtentatione requirit. Propter quod etiam de ſimulatione conuincitur.

Chryſoſt. *Euſebius.* *24. ſignũ* *Chryſoſt.* *Chryſoſt.* *Pſalm. 54* *Prouer. 16* *Auguſt.* *Idem.* *Hierony.* *Coloſ. 2.* *Anſelm.* *Chryſoſt.* *Ad Tit. 2.* *Chryſoſt.*

uincitur. Nam Antichriſtus ſe caſtum ſimulabit eſſe vt docet Diuus Hieronymus capite. 11. Danielis in illa verba, Et erit in concupiſcentijs fœminarum, vbi. 70. transferunt, Et concupiſcentijs mulierum non ſubiacebit. Dicit id intelligi de Antichriſto: quod ideò ſimulet caſtitatem, vt multos decipiat. Ieiunia etiam ſimulata tenent, quod ſanctus Leo Papa ſermone 3. in Natiuitate Domini his verbis exprimit dicens. Non vos ſeducant deceptorijs artibus ficta, & ſimulata ieiunia, quæ non ad purificationem: ſed ad perditionem proficiunt animarum. Speciem quidem ſibi pietatis, & caſtitatis aſſumunt, ſed hoc dolo actuum ſuorum obſcęna circuntegunt, & de prophani cordis penetralibus iacula quibus ſimplices vulnerentur emittunt, vt (ſicut ait Propheta) ſagittent in obſcuro rectos corde. Quos Dominus Matth. 6. corripit dicens: Cùm ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritę triſtes: exterminant enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes. Quæ omnia his verbis diuus Chryſoſtomus comprehendit Homil. 19. in Imperfecto in cap. 7. Matth. à principio dicens. Suprà mandauit Apoſtolis ſuis Dominus, nè eleemoſynas faciant coram hominibus, vt videantur ab eis, ſicut hypocritæ, & nè orent, vt ab hominibus videantur, ſicut hypocritæ, & vt ne ieiunent coram hominibus ſe oſtendentes ſicut hypocritæ faciunt. Et docuit illos, vt nè faciant ſic, & inſtruxit eos: quia poſsibile eſt in hypocriſi, & eleemoſynas facere, & orare, & ieiunare. Propter quod quaſi iam ad cognoſcentes, quia hæc omnia in hypocriſi fieri poſſunt loquitur dicens: Attẽdite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, ab intus autem ſunt lupi rapaces. Quæ ſunt veſtimenta ouilia? Species videlicet ſimulatæ Religionis. Eleemoſyna ſimulata veſtimentum ouile eſt, non opus ouile, ieiunium ſimulatum veſtimentum ouile eſt, non opus ouile & cæteræ ſpecies pietatis quibus ſe veſtiunt lupi rapaces. Nulla autem res ſic exterminat bonum, quemadmodum ſimulatum bonũ. Nam manifeſtum malum quaſi malum fugitur, & cauetur: malum autem ſub ſpecie boni celatum, dùm non cognoſcitur, nec cauetur, ſed quaſi bonum ſuſcipitur, & ideò coniunctum bono, exterminat bonum. Sic ſerui diaboli tunc peſsimè Chriſtianitatem corrumpunt; quandò ſe ſimulant Chriſtianos. De quibus admonet diſcipulos ſuos Chriſtus, magis autem nos omnes per illos dicens: Attendite à falſis Prophetis. Quia magna virtus eſt hominum cognoſcere malum, & firma tutela ſalutis ſcire quem fugias. Denique omnia opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus, vt Dominus de eis dixerat, nullumque ſolidum opus faciunt. Nam ideò in hoc capite comparantur ſpinis ac tribulis, quæ vndique feriunt & vulnerant, vt idem Diuus Chryſoſtomus docet tomo. 2. Homil. 19. in Imperfecto dicens: Quemadmodum ſpina, vel tribulus, ex quacumque parte illam conſpexeris habet aculeos: ſic & ſerui diaboli ex quacumque parte conſideraueris, iniquitatibus pleni ſunt. Si loquitur, in dolo loquitur: ſi tacet, malè cogitat: ſi iraſcitur, inſanit: ſi patienter agit, tempus expectat nocendi, & opportunitatem conſiderat quando noceat: ſi malè agit, non erubeſcit: ſi bene facit, ad vanam gloriam, propter homines facit. Quandò proferet bonum fructum cuius radix diabolus eſt? Sub arbore bona, & beſtiæ, & animalia requieſcunt: ſub ſpinis autem nullum animal requieſcere poteſt, niſi tantummodo ſerpentes. Fructus eorum nulli procedunt ad vſum, vmbra refrigerium non eſt in eis: & ideò dicuntur ſpinæ, & tribuli. Hæc Chryſoſtom. Paulus verò è contra nos docet fructiferos eſſe, & vtiles, in bonis operibus. Vndè ad Titum. 3. dicit: Diſcant autem noſtri bonis operibus præeſſe ad vſus neceſſarios: vt non ſint infructuoſi. Sed ſignum quod magis eos prodit, & quod commnius & proprius illis ſemper fuit, auaritia, ac vana gloria eſt. Omnia enim propter lucrum, & vanam gloriam faciunt. Nempè vt videantur ab hominibus, & nomen ſanctitatis acquirant, quo eorum exhauriant opes. Quod Dominus in hoc cap. 7. & in præcedenti, & infra cap. 23. clariùs manifeſtat cùm Phariſeos hypocritas dicit, qui omnia propter homines faciunt, vt ſibi & honorem & diuitias acquirant. Diuus Petrus etiam in ſecunda Epiſtola capite. 2. ſic ait: Fuerunt autem & Pſeudoprophetę in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducunt ſectas perditionis, & eũ qui emit eos Deũ negãtes, ſuperinducentes ſibi celerẽ perditionem. Et multi ſequentur eorum luxurias, & in auaritia fictis verbis de vobis negociabãtur. Fictis verbis, ait Lyra. id eſt; ad decipiendum compoſitis. De vobis

Hierony. *Leo papa.* *Chryſoſt.* *25. ſignum* *Chryſoſt.* *Tit. 3.* *36. ſignũ* *2. Pet. 2.* *Nicolaus.* *Lyranus.*

bis negotiabantur. Bona veſtra temporalia ſubtrahendo. Itaque ſub verbis blandis & deuotione plenis bona temporalia piſcare volent. Hinc Diuus Paulus ad
Roma. 16. Roman. 16. ait: Rogo autem vos fratres, vt obſeruetis eos qui diſſenſiones, & offendicula, præter doctrinam quam vos didicitis faciunt, & declinate ab eis. Huiuſmodi enim Chriſto Domino non ſeruiunt, ſed ſuo ventri, & per dulces ſermones, & benedictiones ſeducunt corda
Lyranus. innocentium. Quæ verba, Lyra. ſic interpretatur ad literam. Rogo autem vos fratres vt obſeruetis eos diligenter conſiderando: & euitando, qui diſſenſiones, id eſt, declinationes à rectitudine Fidei, & offendicula, præbendo alijs occaſionem ruinæ. Hæc autem faciebant Pſeudoapoſtoli, quos monet euitare. Et conſequenter oſtendit qualiter poſsint cognoſci. Quia malum non euitatur niſi cognitum. Et hæc oſtendit ex tribus, ſcilicet, ex fine: quia prædicant, & docent propter bonum vtile, & delectabile. Ideò enim dicit quòd non ſeruiunt Chriſto Domino, ſed ſuo ventri. Secundò ex modo loquendi, quia vitia maiorum palpant, & eis adulantur, ideò dicit per dulces ſermones, & benedictiones. Tertiò ex eis quibus loquuntur, ideò dicitur, ſeducunt corda innocentium. Quia ſimplices primo decipiuntur: quia talibus faciliùs acquieſcunt. Et dicuntur hic innocentes, non à paritate conſcientiæ, ſed ab effectu induſtriæ, ſicut
Prou. 14. Prouerb. 14. dicitur: Innocens credit omni verbo. Et Diuus Thomas ſuper hunc lo-
D. Thom. cum ait: Huiuſmodi Chriſto Domino non ſeruiunt. Non enim prædicabant propter gloriam Chriſti, ſed propter quæſtum, vt ſuum ventrem implerent. Secundum quod
Philip. 3. ad Philippen. cap. 3. ſcripſit. Multi enim ambulant quos ſæpe dicebam vobis, nunc autem flens dico, inimicos Crucis Chriſti, quorum Deus venter eſt. Et per dulces ſermones ſeducunt corda innocentium, id eſt, ſimplicium, & imperitorum. Per dul-
Pſalm. 27 ces ſermones, in quibus, ſanctitatem prætendunt, ſecundum illud Pſal. Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum: & benedictiones, quibus, ſcilicet, benedicunt, & adulantur,
Eſai. 3. illis qui eos ſequuntur. Eſai. 3. Populi meus qui te beatum prædicant, ipſi te ſeducunt.
Matth. 2. Et Matth. 2. Maledicam benedictionibus
Chryſoſt. veſtris. Et Chryſoſtomus dicit. Rectè autem dicit per blandiloquentiam, vt ipſe legit, obſequium quippe illorum, in verbis hæret, mens verò talis non eſt ſed dolo referta. Hos autem qui quæſtum ex prædicatione, & ſanctitate ſua expetunt, acriter arguit Diuus Paulus. 1. ad Timoth. 6. dicens:
1. Timo. 6. Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ, ſuperbus nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones, & pugnas verborum, ex quibus oriũtur inuidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpitiones, malæ conflictationes hominum mente corruptorum, & qui à veritate priuati ſunt, exiſtimantes quæſtum eſſe pietatem. Eſt autem quæſtus magnus pietas cum ſufficientia, &c. Vbi Diuus Thomas ſic
D. Thom. dicit. Exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem, id eſt, quòd cultus Dei ordinetur ad quæſtum, & acquiſitionem diuitiarum, ſecundum illud Sapientiæ. 25. Exiſtimauerũt
Sap. 25. luſum eſſe vitam noſtram, & conuerſationem vitæ compoſitam ad lucrum, & oportere vndecumque etiam ex malo acquirere. Homines ergò huiuſmodi qui hoc credunt, de facili contemnunt, & incidunt in mala prædicta. Et Diuus Anſelmus exi-
Anſelm. ſtimantium (inquit) quæſtum eſſe pietatem id eſt, Dei cultum eſſe quæſtum temporalium rerum. Quia Pſeudo putabant quòd Chriſtus eſſet colendus propter commoda præſentis vitæ, non futuræ: quoniam ipſi propter acquiſitionem præſentium lucrorum prædicabant. Chryſoſtomus etiam
Chryſoſto. tomo. 4. hunc locum explicans dicit. Oſtendit eos, non modò ignorantes eſſe, verum & ipſam eorum ignorantiam, ex negligentia gigni. Denique homines pecuniarum cauſa pugnantes, quandò perſuadere poteris? Non ſanè perſuadebis huiuſmodi, niſi quod cupiunt dederis. Et nec ſic quidem
Eccleſ. 24 illorum faciare appetitum quibis. Auari enim (inquit) non impletur oculus. Qui ergò corrigi nolunt, deuitandi ſunt. Hæc Chryſoſtomus. Vndè cùm ſemel apud Lu-
Luc. 16. cam cap. 16. Dominus auaros, & cupidos increparet, nec poſſe Deo & diuitijs obſequi docere, deridebatur à Phariſeis. Ait enim Lucas. Audiebant hæc Phariſei qui erant auari & deridebant eũ. Et ait illis Dominus. Vos eſtis qui iuſtificaſtis vos coram hominibus, Deus autem nouit cordaveſtra: quoniã quod hominibus altũ eſt, abominatio eſt apud Deum. Quo cõtra D. Petrus in prima. c. 5. ait: Paſcite qui in vobis eſt gregem

gem Dei prouidentes, non coactè ſed ſponteneè, ſed ſecundum Deum; neque turpis
1. Timo. 3. lucri gratia, ſed voluntariè. Et Paulus. 1. Timoth. 3. petit, quôd Epiſcopus non ſit cupidus, nec Diaconi qui prædicare debent,
Tit. 1. ſint turpe lucrum ſectantes. Et idem ad Titum. 1. Vbi & addit. Sunt enim multi inobedientes, vaniloqui, & ſeductores, maximè qui de circuncißione ſunt, quos oportet redargui. Qui vniuerſas domos ſubuertunt docentes quæ non oportet turpis lucri gratia. Dixit autem quidam ex illis proprius eorum Propheta. Cretenſes ſemper menda-
D. Thom. ces, malæ beſtiæ, ventres pigri. Vbi Diuus Thomas ait: In hoc quod dicit, qui vniuerſas domos ſubuertunt, deſcribit horum ſtudium, ex damno quod inferunt: ſecundò, ex falſo quod docent: tertiò, ex lucro quod cõcupiſcunt. Damnum eſt quia ſubuertunt domos. Doctrina enim Catholica publicè proponitur in Eccleſia, ſed hæretici la-
Prouer. tenter. Et ideò quærunt latibula. Prouerb. 9. Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuauior. Et circumeunt per domos, vt ſeducant præcipuè mulieres. 2. Ti-
2. Timo. 3. moth. 3. Ex ijs ſunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis: docentes quæ non oportet, id eſt, noua & inutilia, nec quærunt lucrum ſpirituale, ſed temporale, & ideò addit. Turpis lucri gratia, ſcilicet, temporalis, vel propriè gloriæ. Dixit, quidam illorum, &c. Ac ſi diceret. Tales ſunt Doctores, ſed & audito-
Epimeni. res ſunt ſimiliter ſeducibiles iuxta teſtimonium cuiuſdam Poëtæ ipſorum, ſcilicet, Epimenidis. Vbi nota quôd Propheta aliquis dicitur, qui à Deo illuminatur ſecundùm intellectum ad cognoſcendum aliqua ſupra communem cognitionem. Numeror. 12. Si
Num. 12. quis fuerit inter vos Propheta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum. Item, qui exponit Prophetias eodem ſpiritu, & eodem modo quo ſunt traditæ. Item, qui profert aliquid Propheticum vndè poteſt proferri aliquid propheticum, ex quodam interiori inſtinctu etiam præter ſuum intellectum. Ioannis ii. Caiphas cùm eſſet Pontifex prophetauit, non enim prophetauit ſecundum ſuam intentionem, qui dicebat expedire eum mori ne ſeduceret populum, nihilominus tamen fuit motus ad dicendum per ſpiritum. Et hic modus prophetandi eſt apud illos, qui accipiunt primum verbum aliquorum pro omine. Quod etiam fit à dæmonibus. Et dicit proprius: quia propriè deſcripſit eorum conditiones. Deindè cùm dicit, Cretenſes, proponit teſtimonium, & notat eos de tribus. Scilicet, de corruptione rationalis, cùm dicit, Semper men-
Pſalm. 5. daces. Pſalm. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Item de corruptione irascibilis, cùm dicit, malæ beſtiæ, id eſt, crudeles, beſtiæ dicuntur quaſi vaſtiæ, quia
Prouc. 28. crudeles ſunt. Prouerbiorum. 28. Leo rugiens, & vrſus eſuriens; Princeps impius ſuper populum pauperem. Et dicit (malæ) quia ſecundum Philoſophum in Poli-
Ariſtote. ticis, homo quandò ſecundum rationem operatur eſt optimum animalium, ſed quando declinat ad malitiam, eſt peſsimum: quia ſi declinat propter crudelitatem, nulla beſtia ita eſt crudelis. Vndè dicit quòd decies millies eſt peior malus homo, quàm mala beſtia. Item de corruptione concupiſcibilis cùm dicit (ventres pigri) id eſt, pigritiam habentes ex ventre. Erant enim guloſi, & tales quærunt quietem: Luc. 12. Anima mea habes multa bona repoſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare. Hactenus Diuus
Alia ſigna quæ ex his ſequũtur coprehendẽtur in. 27. ſigno quod ſequitur. Thomas. Itaque ex his teſtimonijs colliguntur alia grandia ſigna falſorum Prophetarum, nempè illos propter temporale lucrum, & vanam gloriam, ac ambitionem omnia facere: & ideò adulatores, blandos, ac dulces in ſermonibus eſſe. Quæ omnia poſt ſacræ Scripturæ loca teſtimonijs ſanctorum, vt hactenus fecimus probãda ſunt. Accipe autem vnum
Hicrony. iſtorum depictum à Diuo Hieronymo, in Epiſtola ad Euſthochium, de Cuſtodia virginitatis, tomo. 1. vbi ſic ait: Quidam in hoc omne ſtudium vitamque poſuerunt, vt Matronarum nomina, domos, moreſque cognoſcant. Ex quibus vnum qui huius artis eſt princeps breuiter ſtrictimque deſcribam, quo faciliùs Magiſtro cognito diſcipulos recognoſcas. Cum ſole feſtinus exurgit, ſalutandi ei ordo diſponitur, viarum compendia requiruntur, & pene vſque & ad ipſa dormientium cubicula ſenex importunus ingreditur. Si puluillum viderit, ſi mantile elegans, ſi aliquid domeſticæ ſupellectilis, laudat, miratur, attrectat, & ſe eis indigere cõquerẽs, nõ tam impetrat quam extorquet: quia ſingulæ metuunt veredariũ vrbis offendere. Huic inimica caſtitas, inimica ieiunia, prãdia nido rib⁹ probat, & altilis que vulgo pipyzo nomi

Anſelm. natur. Et Diuus Anſelmus in verba Pauli modò citata ad Titum. 1. Docentes quæ non oportet turpis lucri gratia, ait: Quia venter eſt Deus ipſorum, turpis lucri gratia volunt proprios facere diſcipulos: vt quaſi Magiſtri à ſeductoribus alantur, ſiue pecunias accipiant. Vel turpis lucri gratia: quia omnes hæretici dùm peruerſa docent lucratores hominum ſe ſolent aſſerere: cùm non lucrum ſit ſed perditio animas interficere deceptorum. Itaque hi Pſeudoprophetæ, ſub ſpiritualibus verbis, temporalia venari conantur. *Gregorius* Quod Diuus Gregorius in. 1. caput. libri. 1. Regum, in illa verba, Nouacula non aſcendet ſuper caput eius, explicans illud Micheæ. 3. Prophetæ qui ſe *Mich. 3.* ducunt populum meum, qui mordent dentibus ſuis, & prædicant pacem, & ſiquis non dederit in ore eorum quippiam, ſanctificant ſuper eum prælium, ait: Prophetæ quippè populum Domini ſeducunt, cùm prædicatores reprobi auditorum ſuorum iudicia confundunt, & mordentes dentibus pacem nunciant: quia in appetitu ſuæ capacitatis, dùm terrena flagitiorum dona ſuſcipiunt eis diuinæ indulgentiæ ſecuritatem pollicentur. Super ipſos autem prælium ſanctificant, qui in ore eorum aliquid non dant: quia iuſtos etiam diſtrictis ſententijs terrent, qui eis pro voto terrena non exhibent. Qui nimirùm ſuper caput filij nouaculam ponunt, dùm prætextu charitatis cœleſtia prædicant; vt eis terrena per cupiditatem tol- *Baſilius.* lant. Item Baſilius (vt ſupra citauimus) in cap. 5. Eſaiæ ait: Alij rurſus (nec pauci) cupientes ſuam multis oſtentare ſcientiam, per auiditatem cumulandæ pecuniæ, perque inanem gloriam, quaſi verò Sapientes iſti ſint alios præcellentes *Chryſoſt.* ſcientia. Chryſoſtomus itidem tomo. 2. Homelia. 10. in varijs locis Matthæi, ait: Hodieque ſunt Chriſtiani, qui nomen habent tantùm, opus non habent, qui propè talia agunt qualia Phariſæi, appetunt laudes humanas, timent detractationes, gaudent lucris, contriſtantur damnis, mendatio nummum acquirunt, impiè agunt, calumnioſè multa rapiunt, non iudicant nec viduæ, neque pupillis, ſed magis opprimunt has perſonas: peregrinos contemnunt, nudos deſpiciunt, pauperes non intendunt. Et Hom. 44. in Imperfecto, Hæretici (inquit) nec ipſi intrant veritatem Scripturæ propter auaritiam, neque alios intrare permittunt propter ignorantiam. Et Paulo infrà. Hæretici Sacerdotes, aut pro- *Idem.* miſsionibus corrumpunt, aut minis terrent: non propter gloriam Dei, neque de ignorantia hominum dolentes, ſed aut propter auaritiam, aut gloriam vanam, vt videantur aliquos potuiſſe corrigere. Et Homel. 45. ſuper illud: Serpentes genimina *Idem.* viperarum, nam ſerpenti dictum eſt: Super pectus tuum gradiêris, & terram comedes: *Geneſ. 73* Quoniam & iſti (ait) qui genimina ſunt ſerpentis, ſimiliter ſicut & ille ſuper ventrem ſuũ, & ſuper pectus repunt, & ſem per manducant terram. Super ventrem quidem, & pectus repunt: quoniam quidquid faciunt propter ventrem ſuum faciunt, & propter vanam gloriam pectoris ſui. Et *Idem.* Home. 21. in primam Matth. in cap. 6. Tandiù (ait) hypocrita clarus apparet, quandiù aſsiſtit expectantium multitudo. Immò nec tunc quidem coram omnibus clarus eſt. Nòrunt enim videntium plurimi, qui ſit quem non eſſe ſimulet, vel quis cùm ſit, quem eſſe ſe ſimuler. Diuus etiam Ambroſius libro. 7. ſuper Lucam, cap. 9. in il- *Ambr.* lud: Vulpes foueas habent, &c. Fallax quippè animal vulpes, & inſidijs ſemper intentum rapinam fraudis exercet, nihil tutum, nihil ocioſum, nihil patitur eſſe ſecurum: quod inter ipſa hoſpicia hominum predam requirat. Hæreticis autem vulpes comparat. Denique cùm gentes nocet, hæreticos excludit. Vulpes enim plenum fraudis eſt animal, foueam parans, & in fouea ſemper latere deſyderans: ita ſunt hæretici, qui domum ſibi parare non norunt, ſed circunſcriptionibus ſuis alios decipere conantur. Iacob enim domum habitat, hæreticus in fouea eſt: vt fraudulenta vulpes gallinæ illi Euangelicæ doloſs emper inten dens, de qua ſcriptum eſt. Quoties volui *Matth. 23.* congregare pullos tuos, quemadmodum gallina pullos ſuos, & noluiſti. Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Meritò ergo foueas habent: quia domum quam habuerant perdiderunt. Hoc animal nec manſueſcit vnquam. Vndè & Apoſtolus ait: Hæreticũ poſt vnã correptionem deuita. Nec vlli vſui eſt, aut cibo vtilis, nõ de hoc dixit Chriſtus: Meus cibus eſt vt faciam voluntatẽ Patris mei, qui in cœlis eſt. Quin etiã eas à fructibus ſuis relegat dicẽs. Capite no- *Cant.* bis vulpes puſillas exterminãtes vineas, hoc eſt, quæ minorem vineam nõ maiorẽ exterminent.

minent. Et ideò Samſon ad caudas earum faces ligauit, & dimiſit eas in meſſes alienigenarum: eo quòd hæretici fructus incendere conantur alienos. Item Diuus Gregorius libro. 8. moral. capite. 27. Hy- *Gregor.* pocritarum opera (inquit) quia nequaquam ſunt in occulto radicata, ſæpe ante deficiunt quàm præſens vita finiatur. Nam plerumque ſtudio ſacræ eruditionis inſiſtunt, & quia hanc non præparandis meritis, ſed promerendis fauoribus inquirunt: ſtatim vt iudicium humanæ laudis corripiunt, & per hoc gratiam tranſitorij profectus aſſequuntur: tota mente ſæcularibus curis inſeruiunt, atque à ſacra funditus eruditione vacuantur, & agendo poſt iudicant quantum temporalia diligant, qui ſola priùs æterna prædicabant. Plerumque autem aſſumptæ ſpeciem maturitatis oſtendunt. Quietè ſilentij, longanimitate patientiæ: continentiæ virtute decorantur. Sed cùm per hæc quæſiti culmen honoris attigerint, cumque iam ſibi reuerenter à cunctis impenditur, protinus ſe in laſciuiam voluptatis fundunt, & bona ſe non ex corde tenuiſſe ipſi ſibi teſtes ſunt, *Idem.* qui hæc citò dimiſerunt. Et libro. 20. moral. capite. 10. in illa verba Iob, Radix iuniperorum erat cibus eorum, Id eſt, auaritia (inquit) quæ eſt radix omnium malo- *1. Tim. 6.* rum (vt ait Paulus. 1. Timothe. 6.) Quam quidam appetentes errauerunt à Fide. Quia igitur plerumque hæretici ſola in verbis ſuis exteriora lucra ſectantur, nec ignorant quia peruerſa aſtruunt, ſed erroris prædicamenta non deſerunt: dum ſumptus percipere quaſi Doctorum volunt, benè de eis ſancti viri nunc voce dicitur: Et radix iuniperorum erat cibus eorum. Quia dum totis mentis ſuæ ſenſibus auaritiam cogitant, quaſi eo alimento veſcuntur, de quo naſci proculdubio peccatorum ſequentium punctiones ſolent. Qui ſi quandò in ſacro eloquio quedam quaſi prudenter inueniunt, quæ dum non intelligunt pro ſuis eſſe aſſertionibus ſuſpicantur, mox miſeris auditoribus ſuis, quorum non animam ſed ſubſtantias appetunt, hæc vociferantes aſpergunt. Et libro. 8. moral. ca- *Idem.* pite. 28. ſuper illud: Spes hypocritæ peribit, Quid enim (ait) in cunctis ſuis operibus hypocrita ſperat, niſi honoris reuerentiam, gloriam laudis: à melioribus metui, ſanctus ab omnibus vocari? Sed permanere ſpes hypocritæ non valet: quia æternitatem non quærens fugit quod tenet. Nequaquam quippè mentis eius intentio in illa gloria figitur, quæ ſine fine poſsidetur, ſed cum tranſitorijs fauoribus inhiat perdit percipiendo quod laborat, Veritate atteſtante quæ ait: Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Matthæi. 6. Sed hæc ſpes recipiendæ *Matth. 6.* mercedis diù teneri non poteſt: quia pro oſtenſis operibus honor tribuitur: ſed vita ad terminum vrgetur, laudes reſonant, ſed ad finem cum laudibus tempora feſtinant. Et quia nequaquam animus in æternitatis amore radicatur, cum ipſis profectò rebus quas diligit labitur. Nemo namque valet mobilia diligere, & ipſe immobilis ſtare. Qui enim tranſeuntia amplectitur eo ipſo ad curſum ducitur, quo decurrentibus implicatur. Dicat ergò, & ſpes hypocritæ peribit, quia humana laus, quam magnis laboribus appetit, impulſa temporum momentis decurrit. Et capite. 28. &. 29. Qui pro vir- *Idem.* tute quam agit humanos fauores deſyderat: rem magni meriti vili pretio venalem portat. Vndè cœli Regnum mereri potuit iindè nummum tranſitorij ſermonis quærit. Vili ergò pretio opus vendit, quia magna impendit, ſed minima recipit. Quibus itaque hypocritæ ſimiles, niſi fœcundis & neglectis vitibus exiſtunt: quæ per vbertatem fructus proferunt, ſed nequaquam per ſtudium à terra ſubleuantur? Quod pingues palmites germinant, errantes beſtiæ conculcant, & quo hoc vberiùs aſpiciunt proiectum in infimis auidius conſumunt. Quia nimirum hypocritarum opera dum clara monſtrantur, quaſi pinguia prodeunt, ſed dum humanas laudes appetunt, quaſi in terra deſeruntur. Et paulo infrà. Sed *Idem.* tamen hac ipſa vecordia ſua paſcitur, quia pro bono opere à cunctis honoratur, cœteris præeminet, ſubiectas hominum mentes tenet, maioribus locis attollitur, fa- *Idem.* uoribus nutritur. Et libro. 8. capite. 30. Plerumque fit vt hypocritarum dicta, & audientes non erudiant, & eoſdem ipſos qui ea proferunt elatos laudibus deteriores reddant. Atteſtante enim Paulo ſcientia inflat charitas verò *1. Cor. 8.* ædificat. Quem enim charitas ædificando non erigit, ſcientia inflando peruertit. Plerũq; ſe hypocritæ mira abſtinentia affligũt, omne robur corporis atterũt & quaſi car

nis vitam funditùs in carne viuentes extin
gunt, ſicque per abſtinentiam morti ap-
propriant, & penè quotidie morientes vi-
uunt, ſed ad hęc humanos oculos quærunt,
admirationis gloriam expetunt, veritate
atteſtante quæ ait: Exterminant facies ſuas
vt appareant hominibus ieiunantes. Nam
ora palleſcunt, corpus debilitate quatitur,
pectus interrumpentibus ſuſpirijs vrgetur,
ſed inter hæc ab ore proximorum ſermo
admirationis quæritur, nihilque tanto labo
re aliud niſi æſtimatio humana cogitatur.
Idem. Quos comparat Simoni Cyrineo. Et lib.15.
cap.5. Quis eſt locus (ait) niſi cor adulan-
tium? Ibi quippè requieſcit, vbi fauores in-
uenerit. Et eodem libro cap.3. Rectè hypo-
crita ſterquilinio ſimilis dicitur: quia dum
temporalem gloriam habere appetit, modò
per cogitationem apud ſemetipſum tumet,
modò eandem gloriam alijs inuidet, eamq;
Idem. alios veracitèr habentes irridet. Et libro iti
dē.15.c.4. Hypocritarum mētes dùm aliud
eſt quod agunt, aliud quod hominibus oſtē-
ditur: laudes de ipſa ſanctitatis oſtenſione
recipiunt. In æſtimatione hominum multis
melioribus præferuntur, & cùm intus apud
ſe tacita cogitatione ſuperbiant, foris humi
Idem. les demonſtrant. Et lib.8.cap.29. Hypocri-
tæ (inquit) cùm recta operari appetūt, prius
mente ſolicita eiuſdem operis ſui teſtes que
runt, & tacita cogitatione pertractant, ſi
ſunt qui gerendà videant, ſi dignè hæc allo-
qui qui viderint poſsint. Si verò eorum fa-
cta nullum fortaſſè hominum contingat
aſpicere, hæc ſe proculdubiò æſtimant per-
didiſſe. Et lib.15.ca.2. in illud, Gaudium hy-
Idem. pocritę ad inſtar puncti, Sępè (inquit) hypo
crita dùm ſanctum ſe ſimulat, & iniquum
exhibere minimè formidat, ab omnibus ho
noratur, eique ſanctitatis gloria defertur
ab ijs qui exteriora cernunt, ſed interiora
perſpicere nequeunt. Vnde fit vt gaudeat
in prima ſeſsione, hilareſcat in primo recu
bitu, infletur in prima ſalutatione, eleuetur
in reuerenti voce obſequentium, & ſuper-
ba cogitatione tumeat in famulatu ſubdito-
Matth.23. rum. Sicut voce quoque veritatis de talibus
dicitur: Omnia verò opera ſua faciunt, vt
videātur ab hominibus. Dilatant enim phi
lacteria ſua, & magnificant fimbrias ſuas,
amant enim primos recubitus in cœnis, &
primas cathedras in Synagogis, & ſalutā-
tiones in foro, & vocari ab hominibus Rab
bi. Sed ad inſtar puncti leuatur: quia hypo-
crita præſentis vitæ gaudia dū tangit amit
tit. Nam & Iob.15.cap. dicitur. Congrega-
tio hypocritarum ſterilis eſt, & ignis deuo- *Iob.15.*
rabit tabernacula eorum, qui munera liben
ter accipiunt. Et libro.12.cap.24. Hypocri- *Idem.*
tę (ait) ſæpe æſtu auaritiæ accenſi, eo maio
ra de ſe opera humanis oculis oſtendunt,
quo amplius ſibi ab hominibus offerri mu-
nera appetunt. Ex hoc autem quod terrena *Gregor.*
appetunt fit vt teſtamenta pro ſe fieri nitā-
tur, ſecundum quod beatus Hieronymus *28.Signū*
tomo.1.cap.7. ad Nepotianum, de Vita cle
ricorum ait: Audio præterea in ſenes & anus *Hieronj.*
abſque liberis, quorumdam turpe ſeruitiū.
Ipſi apponunt matulam, obſident lectum,
purulentiam ſtomachi, & phlegmata pul-
monis manu propria ſuſcipiunt, pauent ad
introitum medici, trementibuſque labijs
an commodius habeant ſciſcitantur. Et ſi
paululùm ſenex vegetior fuerit periclitan
tur: ſimulataque lætitia mens intrinſecus
auara torquetur. Timent enim ne perdant
miniſterium, & viuacem ſenem Mathuſa-
lem animis comparent. O quanta apud
Deum merces, ſi in præſenti pretium non
ſperarent! Quantis ſudoribus hæreditas
caſſa expetitur, minori labore margaritum
Chriſti emi poterat. Et Hieronymus itidē
tom.4.cap.10. Eſaiæ, in illa verba, Væ qui *Idem.*
condunt leges iniquas, ait: Contra Scribas
& Phariſæos ſermo Propheticus concla-
mat, quòd aduerſum Legem Dei iniquas
conſcripſerint leges, & traditionibus ſuis
ſubuerterint iudicij veritatem: vt eſſent vi-
duæ preda eorum, & pupillos diriperent.
Quos paulò antea ventriloquos dixerat:
quia eorum Deus venter eſt. Et in capit.16.
Eſai. in illa verba, Quaſi anni mercenarij
(ait.) Hoc oſtendit quòd falſa doctrina pro
lucro cuncta faciat, atque compendio. Et
tomo.5.c. 4. in illa verba Hieremiæ Quia *Hierem.5.*
inuenti ſunt in populo meo impij inſidian-
tes, quaſi aucupes laqueos ponentes, & pe-
dicas ad capiendos viros: ſicut decipula ple
na auibus, ſic domus eorum plena dolo.
Ideo magnificati ſunt, & ditati incraſſati
ſunt, & impinguati, & præterierunt ſer-
mones meos peſsimè, cauſam viduę non iu
dicauerunt, cauſam pupilli non dixerunt,
& iudicium pauperum non iudicauerunt:
Nunquid ſuper his non viſitabo, dicit Domi
nus, & ſuper gentes huiuſcemodi non vlcif
cetur anima mea? Super hæc (inquam) ver-
ba ſic ait Hieronymus. Aquila, & Symma
chius tranſtulerūt, quaſi rete aucupis, quòd
etiam qui bonus inter eos videtur, & rectus,
inſtar

inſtar aucupis tendat inſidias, dùm inuicē
ſe venantur ad mortem, & aliorum damnis
atque diſpendijs ſuas complent domos. Vt
impleatur Philoſophorū illa ſententia: Om
nis diues, aut iniqu?, aut hæres iniqui. At
que vtinam ab his tantum fiant, qui viden-
tur foris eſſe, & quos Dominus indicat, &
non in noſtris conuenticulis impleantur,
quos poſsidet radix omnium malorum aua-
ritia, ita vt venientium ad nos non ora con-
Idem. templemus ſed manus. Et in cap.1. Eſaiæ in
illa verba, Omnes diligunt munera, ait idē
Hieronymus. Non dixit, qui accipiunt (hoc
enim ſæpe neceſsitate fit) ſed qui non pu-
tant amicos niſi à quibus dona perceperūt,
nec os conſiderant amicorum ſed manus, &
eos ſanctos iudicant quorum exhauriunt
marſupium. De quibus Eccleſiaſtes. 5. dici-
tur. Qui diligit pecuniam, non implebitur
pecunia. Iſtiusmodi ſequuntur retributio-
nes, vt laudent eos à quibus aliquid acce-
perint, vel certè nulli quippiam tribuant, niſi
à quo ſe recepturos putauerint. Et tomo.5.
in cap.23. Hieremiæ. Contemplemur (ait)
hæreticos, quomodo deſperantes ſalutē,
gulæ ſe tradant, & delicijs, veſcantur carni-
bus, frequentes adeant balneas, muſco fra-
grent, vnguentis varijs delibuti quærunt
corporum pulchritudinem. Et tomo.5. Eze-
chielis, capite. 27. in illa verba, Venditores
Sabà, & Raama, ipſi negotiatores tui, De hæ
reticis (inquit) loquitur, qui nihil gratuitò ac
cipiunt, nec gratis tribuunt, ſed vniuerſa
mercantur, cùm Reges Arabum, & Sabà
gratis Chriſto munera offerant. Hi ſunt
qui omnia turpis lucri gratia faciunt, & ab
Luc.4. eo hæc munera ſuſceperunt, qui dicit in
Euangelio, Omnia tradita ſunt mihi, & da-
bo tibi, ſi procidens adoraueris me. Et in
ca.9. Oſeæ, Quidquid hæretici faciunt (in-
Auguſt. quit) deliciarum cauſa faciunt, vt populum
decipiant, & domus deuorent viduarum.
Diuus etiam Auguſtinus tomo.9. tractatu
45. in Ioann. in illa verba, Qui non intrat
per oſtium in ouile ouium, &c. Hoc tenete
(ait) ouile Chriſti eſſe Catholicam Eccle-
ſiam, quicumque vult intrare ad ouile, per
oſtium intret, Chriſtum verum prædicet, &
non ſolùm Chriſtum verum prædicet, ſed
Chriſti gloriam quærat, non ſuam. Nam mul
ti quærendo gloriam ſuam, oues Chriſti ſpar
ſerunt, potius quam congregauerunt. Humi
lis eſt enim ianua Chriſtus Dominus, qui
intrat per hanc ianuam oportet humilem
eſſe, vt ſano corpore poſsit intrare: qui au-
tem ſe non humiliat ſed extollit, per mace-
riam vult aſcendere, qui autem per mace-
riam aſcendit ideò exaltatur vt cadat. Be- *Beda.*
da itidem in cap.3.1.ad Corint. ait: Hæretici
à ſe ipſis ſeipſos iuſtos fieri putantes, quaſi
hoc eis Deus non dederit, ſed ipſi ſibi, non
vtique in Domino, ſed in ſemetipſis glorian
tur. Item Diuus Gregorius libro.16.moral. *Gregorius*
cap.23. docet hæreticos, vulgus hominum
ſpoliare. Sic enim ait Iob cap.24. Vim fece *Iob.24.*
runt depredantes pupillos, & vulgus pau-
perum ſpoliauerunt. Propter hoc etiam lu- *29.Signū.*
crum, eos ſolos ſanctos exiſtimant, & prædi
cant, qui ipſos ſequuntur. Hinc Gregorius
libro.12.moral.cap.15. Hæretici (ait) nullū *Gregor.*
exiſtimant timorem Domini habere, niſi
eum quem potuerunt ad ſuæ confeſsionis
ſtultitiam trahere. Vndè ſubiungit. Quan-
tum in te eſt euacuaſti timorem Dei. Se
ſanctos, ac interceſſores, pro hominibus oſtē
dunt. Vndè idem Gregorius libro.10. mo-
ral. capite. 12. Hæretici ſeu peruerſi quili-
bet (ait) per hoc quòd inter homines quaſi
innocentes viuunt, videri interceſſores pro
hominibus volunt, & cùm ſancta loquen-
tes inſinuant quod ipſi appetunt, hoc alijs
pro magno pollicentur: dùmque cœleſtia
prædicant, in ſuis repentè reſponſionibus
oſtendunt, quòd ament. Sed nè diù terrena
pollicendo pateſcant quod ſunt, ad verba
rectitudinis citiùs recurrunt. Item apud ſe
ſanctum aliquem eſſe memorant: vt ſub il- *30.Signū.*
lius prætextu tanquam ſanctorum conſor-
tes credantur. Quòd Diuus Hieronymus in *Hieronj.*
Epiſtola ad Cthesiphontem tomo.2. docet.
Quomodò mella circundant poculis vene-
na infectis, & vnum ſanctum memorent,
vt ſub illius prætextu hæreſim tegant. Sic
enim (ait: Et iuxta illud Lucretij.

Ac veluti pueris abſynthia tetra medentes.
Cùm dare conantur, prius ora pocula circum *Verſus.*
Contingunt dulci mellis flauoq; liquore.

Ita ille vnum Ioannem, in ipſius libri po-
ſuit principio, quem & Catholicum & ſan-
ctum fuiſſe non dubium eſt: vt per illius oc-
caſionem cæteros, quos poſuerat hæreticos
Eccleſiæ introduceret. Illam autem temeri
tatem immò inſaniam eius quis digno poſ-
ſit explicare ſermone? Quod liberum ipſi
Pitagorei hominis, abſque Chriſto, atque
Ethnici immutato nomine Sixti marty-
ris, & Romanæ Eccleſiæ Epiſcopi præno-
tauit, in quo iuxta dogmata Pytagoricorum
qui hominem exæquant Deo, & de eius di-
cunt eſſe ſubſtantia multa de perfectione

dicuntur, vt qui volumen Philoſophi neſciunt, ſub martyris nomine bibant de aureo calice Babylonis. Denique in ipſo volumine nulla Prophetarum, nulla Patriarcharum, nulla Apoſtolorum, nulla Chriſti fit mentio: vt Epiſcopum, & Martyrem, ſine Chriſti fide fuiſſe contendat. Vndè, & vos plurima contra Eccleſiam vſurpatis teſtimonia: fecerat hoc, & in ſancti Pamphili martyris nomine, vt librum primum ſex librorum defenſionis Origenis Eugenij Cæſarienſis (quem fuiſſe Arrianũ nemo eſt qui neſciat) nomine Pamphili martyris præno taret. Quo (ſcilicet) egregia illa quatuor Origenis volumina (quæ, ſcilicet, erroribus ſcatebãt) Latinis infunderet aurib⁹. Ecce quo modò ſanctos inter ſe fingunt, vt illorum nomine ſuos propinent errores, ob turpe lucrum, & ob vanam gloriam, vt diximus.
31. Signũ & 32. Imò & ſe ſanctos eſſe æſtimant apud ſemet ipſos, ſine vlla alia ratione. Et quia ſeducti ab eis illos ſanctos prædicant, tales & ſe ipſos credunt eſſe, quæ ſunt aliæ ipſorum notæ ac effectus. De primo Diuus Hieronym.
Hierony. tom.9. ſic explicat illud ad Galat.6. Si quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſit ipſe ſe ſeducit. Hoc eſt, ſiquis exiſtimat ſe eſſe aliquid, in eo quod ſe putat eſſe aliquid, nõ ex clementia in proximum, ſed ex opere, & labore ſe iudicat, ſua tantum virtute contentus; iſte ex ipſa arrogantia nihil fit, &
Gregor. ipſe ſe decipit. De ſecundo Gregorius lib.25. cap.4. ſic ait. Hypocritarum mentes dùm aliud eſt quod agunt, aliud quod hominibus oſtendunt; laudes de ipſa ſanctitatis oſtentatione recipiunt, in æſtimatione hominum multis melioribus præferuntur, & cùm intus apud ſe tacita cogitatione ſuperbiant, foris ſe humiles demonſtrant. Cùm ab hominibus immoderatè laudantur tales ſe eſſe quoque apud Deum exiſtimant, quales ſe gaudent hominibus innotuiſſe. Hacte
32. Signũ. nus Gregorius. Ex eadem radice naſcitur quod Magiſtri volunt eſſe, & vanitatis, &
Acto.20. quæſtus gratia: quod Paulus Actor. 20. admonet dicens: Scio hoc quod intrabũt poſt diſceſsionem meam lupi rapaces, non parcentes gregi, & ex vobis ipſis exurgent viri loquentes peruerſa, vt abducant diſcipu
Interlinea lis. los poſt ſe. Vbi gloſſa interlinealis ſic dicit: Hæretici callidi in fide, fortes in diſputatione, crudules in occiſione. Hi enim ſimiles ſunt illis quos refert Paulus, in prima
1. Cor. 1. ad Corinthios Epiſtola, qui volebant capita eſſe, vt vnus diceretur Pauli, alius Apollo, alius Cephæ. Contra quos Hieronymus in Hierony. Dialogo aduerſus Luciferianos, ait. Sicubi audieris eos, qui dicuntur Chriſti, à quoquã alio nuncupari, vt potè Marcioniſtas, Valentinianos, Pelagianos, &c. ſcito non Eccleſiam Chriſti; ſed Antichriſti eſſe Synagogam. Hi enim volunt ab hominibus vocari Rabbi, ſimiles illis, quos Paulus refert ad Galat.6. Qui Circuncíſionem prædicabant, ipſi non cuſtodientes legem, vt in carne illorum gloriarentur, hoc eſt, apud Iudæos glorientur ob circuncíſam carnem veſtram, quòd fecerint tot proſelytos, vt ait Gloſſa: Ecce quomodò omnia ad vanã glo- Gloſ.
riam ordinent. Immò ad lucrum (vt Hieronymus ait ad Titum.1.) quia Deus venter Hierony.
eſt eorum, turpis lucri gratia volũt proprios facere diſcipulos, vt quaſi magiſtri à geſtatoribus ſuis alantur. Hoc idem, & eiſdem verbis Anſelmus ſuper eundem locum aſſe- Anſel.
rit. Hoc autem iſtorum magiſterium formidabat Diuus Gregorius cum lib. 8. Moral. Gregor.
cap.30. dicebat: Sed vtinam hypocritis ſua perditio ſola ſufficeret, & nequaquàm peruerſa eorum ſtudia ardenter alios ad vitam duplicitatis inſtigarent. Hoc namq; vniuſcuiuſq; proprium eſſe ſolet, vt qualis ipſe fuerit tales ſibi coniungi, & alios velit. Diuerſitatem vitæ refugiunt, atque hoc imitandum imprimant quod amãt. Vnde apud hypocritarum ſenſum ſimplicitas omnis in crimine eſt. Apertas quippè mentes diiudicant, & puritatem cordis hebetudinem appellant, omneſque quos ſibi adhærere cupiunt, à ſimplicitatis itinere diuertunt, & quaſi expulſa inſipiẽtia eos eruditſſe ſe exiſtimant, in quibus puritatem mentis, id eſt, artem ſapientiæ debellant. Vnde ſubdit, Hæc eſt enim lætitia viæ eius, vt rurſum de terra alij germinentur. Deus non proijci et 33. Signũ.
ſimplicem, nec porrigit manum malignis. Ex his ſequitur quòd in ſuis diſputationibus victores appetunt videri. Hinc Gregorius Gregor.
lib.8. Moral. cap.2. Sæpè (inquit) hæretici dũ occaſionem ratiocinationis accipiunt, ad iurgia contẽtionis effrœnantur. Vndè & aptè mox ſubditur. Reſpondete quæſo abſq; contentione. Neq; enim hæretici inquiſitionibus ſuis veritatem conantur aſſequi, ſed victores videri. Cùmq; ſe foris oſtendi ſapientes appetunt, intùs per ſtultitiam elationis ſuæ vinculis ligantur. Vnde fit, vt contentionum certamina exquirant, & de Deo, qui pax noſtra eſt loqui pacificè neſciant, atq; ex pacis negocio rixæ inuentores fiant.

1. Cor. 11. fiant. Quibus benè per Paulum dicitur. Si quis autem videtur eſſe contentioſus, nos talem conſuetudinem non habemus nec Ec-
Auguſt. cleſia Dei. Et Diuus Auguſtinus tom.6. lib. 13. contra Fauſtum. c.12. Nõ diſputare amãt hæretici (inquit) ſed quoquomodo ſuperare impudentiſsima peruicatia, vt congre-
Idem. gent quæ nõ pepererunt. Et tom.8. in Pſal. 67. in illum verſum, Diſsipa gentes quæ bella volunt, ait: Non enim correctioni ſed con
34. Signũ tentioni hæretici ſtudent. Hinc fit quòd viros probos, & doctos timeant, & ſummo odio proſequantur, & improbis verbis calumnientur. De primò Hieronymus in cap.
Hierony. 19. Eſaiæ, in illa verba, Erit Ægyptus ſicut mulieres: Ægyptus (inquit) timebit quaſi mulier, non timore fortuito qui viris accide re ſolet, quos non amat Ægyptus ſed ſuffocat, & interficit: ſed timore fœmineo quas ſolas vult Pharao viuere. Et explicans ſe
Idem. paulò inferiùs (ait:) Quòd Eccleſiaſticum virum, & doctrinis cœleſtibus eruditũ omnis hæreticus timeat, & ad recordationem
Auguſti illius terreatur. Et Diuus Auguſtinus in illum verſum, Pſalm.67. Congregatio taurorum in vaccis populorum, vt excludãt eos, qui probati ſunt argento, ait: Congregatio taurorũ in vaccis populorum, ideò fit: vt ab eis vaccis excludantur, qui probati ſunt argento. Hanc enim habent intentionem hæretici Doctores, vt ab auribus animarum quas ſeducere molliuntur excludant eos, id eſt, ſeparent eos, qui probati ſunt argento, id eſt, qui idonei ſunt docere eloquia Domini. Hæc Auguſtinus. Et certè vt ſeparent diſcipulos ſuos ab eis maximè tales calumniãtur. Ait enim Baſili. in Epiſtola ad Sophro
Baſilius. nium Magiſtrum. Hi ſunt hæreticorum ludi, quibus Eccleſijs Dei pro ipſorum commodo illudunt, qui & calumniari homines, & rurſus commendari conantur. Item Diuus
Cyrillus. Cyrillus in Homel. contra Neſtorium. Mentiuntur (inquit) hæretici, contra celebritatem, & excellentiam Seruatoris noſtri, qui Phariſæorum militiam, & impietatem imitantur, & Chriſtianam quidem perſonam prætexunt, mentem verò habent Iudaicam linguamque amaram & virulentã exercuerunt, vt ad hanc Dominus per vocem Hieremiæ Prophetæ dicat: Ecce ego contra te calumniatrix. Et ſanctus Hylarius in libro contra Auxentium Arrianum
Hylarius. ait: Auxentium hæreticum voluiſſe ſuã perſonam, nempè ipſum Hylarium calumniari, nè audiretur in diſputatione aduerſus illum. Diuus Gregorius etiam libro.8. moral. cap.22. Hæretici dum ſanctam Eccleſiam Gregor.
tẽporali corripi animaduerſione cõſpiciũt, audaciùs in iactantiam peruerſæ prædicationis intumeſcunt, & ſuper in examinis rectitudinem prætendentes proſperari ſe ex meritis aſſerunt, illam vero affligi dignis retributionibus atteſtantur. Et verbis blandientibus ſurreptionis aditum protinùs inter dolores quærunt, atque aliorum vitam exprobrantes, aliorum mortibus feriunt. Ac ſi illi iam iuſtè defuncti ſint, qui de Deo credere digna noluerunt. Et libr.12. cap.25. Quia mens hypocrytæ (inquit) nunquam vacat à malis cogitationibus, nam ſiue terrena quæque, ſeu laudem appetat hoc alijs inuidet, quæ ſibi tribui anhelat; & tanto cæteros oſtendere peruerſos molitur, quanto videri ſanctior omnibus appetit: vt ex eo quòd alij deſpicabiles fiunt, ipſe reuerẽtior ſemper appareat. Vndè fit, vt de opinione proximi ante humana iudicia linguæ ſuæ laqueos extendat, vt eorum quibus placere Idem.
appetit ſolus æſtimationem capiat. Et Paulo infrà. Grauis eſt iniquitas quando is qui peruerſus eſt oſtendere alios peruerſos molitur: vt indè ipſe quaſi ſanctus appareat Nizephor.
quòd alios ſanctos non eſſe docuerit. Nizephorus etiam libro.8. cap. 48. Criminationes, & falſa teſtimonia quæ Arriani cõtra Athanaſium intendebant refert. Et eodem Idem.
libro. cap.54. excuſat Conſtantinum, quòd perſequutus fuerat Athanaſium exilio: Nã qui ei (ait) perſuaſere, Antiſtetes ſacrorum fuere, intrà ſe quidem fraudem illi, & doluũ occultantes, extrà vero ſplendorem magni Hierony.
ficum præſeferentes. Contra quos Hieronymus, in Epiſtola ad Demetriadem, ait: Vilium ſatis hominum eſt, & ſuam laudem quærentium, alios viles facere: quia alterius vituperatione ſe laudari putant, & qui ſuo merito placere non poſſunt, placere volunt in comparatione peiorum. Ex eadem radice ſequitur eos blandiri maximè ac adulari ijs, cùm quibus loquuntur. Quod D. Paulus 35. Signum
in loco ſuperiùs citato ad Roman. 16. notat cùm dicit eſſe aliquos qui per dulces ſermones, & benedictiones ſeducunt corda innocentium. In quo loco Chryſoſtomus legit, Chryſoſto.
per blandiloquentiam. Obſequium quippè illorum (ait) in verbis hæret, mens verò ta- Athana.
talis non eſt, ſed dolo referta. Et D. Athanaſius in Apologia de ſua fuga, ait: Ipſi ſecundum ſuum patrem diabolum mollibus ſermo- Idem.
tiunculis ſe fucant. Et oratione.2. cõtra Arrianos.

Arrianos. Hæreticos, vt ſimulatores, hypocritaſque reijcite, quòd venenum mentis in abdito teneant, verborumq; lenocinijs, ad ſerpentis ſimilitudinem blandi ſunt. Et ſanctus Leo Papa ſermone. 5. de ieiunio vltimi menſis. Sermo hęreticorum, ſicut ait beatus Apoſtolus (inquit Leo Papa) ſerpit vt cancer, humilitèr irrepũt, blandè cupiunt, molliter ligant, &c. Et D. Bernardus epiſt. 196. depingens hæreticum quendam, ait: Albertus de Brixia, cuius conuerſatio mel, & doctrina venenũ: cui caput columbæ, cauda ſcorpionis eſt. Hac ratione Albertus Magnus ſuper. c.24. Matth. comparat hæreticos vrſis, qui mella comedunt, & in alueolis apium paſcuntur. Nam illi vrſi ora habent melle plena, halitus tamen eorum fœtet. Sic iſti hæretici mellita producunt eloquia, cùm tamen halitus, hoc eſt, doctrina, pluſquam mille venena fœteat. Hinc D. Hiero. tom.7. in.c.2. Prou. in illa verba Vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea, quæ mollit ſermones ſuos: Poteſt per mulierem extraneam (inquit) hæreticorũ prauitas intelligi, à Chriſti & Eccleſiæ membris aliena, quæ mollitia diſertitudinis, & linguæ blandimentis corda decipere innocentium ſolet. Pſal. 45. Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula. Et ſuper cap 5. Prouerb. in illa verba: Fauus diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo gutur eius. Cùm in ore (inquit) hæreticorum dulcedo eloquenitæ: non ad ſufficientiam ſolummodò, verumetiam ad ſuperfluitatem reſonat, ob id falſitas, quia aptè proferri cernitur veritas à ſtultis exiſtimatur. Et nitidius oleo guttur eius. Oleo Spiritus Sancti Fides Catholica conſecratur, quo nitidius ſuum guttur oſtendunt, qui ſuos ſenſus patrum Fidei anteponũt. Patet de meretrice, quia & ſermonis ſuauitatem, & formoſitatem corporis ad capiendos miſeros quærit. Et Diuus Gregorius tomo. 2. ſuper cap. 5. 1. Regum, in illa verba: Meliores verò greges, & armenta ſeruauimus, vt immolemus Deo tuo (ait.) Fallacium per hoc cõſuetudo oſtenditur, qui dum ſummis viris latere appetunt, adulãtur. Quid enim eſt, quod Deũ ſuum ſingulariter aſſerit, niſi, quia eum familiarem Dei amicum oſtendit? Domino (inquit) Deo tuo: non meo, ſed tuo: quia ego peccator, tu ſingulariter ſanctus es. Sed mirabili vſu fraudis falaces ſic ſe tegũt, vt proferant: & iuſtificant, vt accuſent. Accuſationis quoque modum ſic temperant, vt accuſando iuſti appareant, ne excuſando innoteſcant. Dùm enim ſuum Deum dicit, illũ quidem extollit ſe minuit, ſed dùm abducta ab Amalech aſſerit quæ Domino immolentur, tacitè profert non vnde reprehendi debeat, ſed laudari. Et tomo. 1. lib. 5. moral. cap. 11. in illa verba, Si cœperimus loqui tibi, forſitam moleſtè accipies. Hoc eſt ſolerter intuendum (ait) quod ij qui hæreticorũ ſpeciem tenent loqui molliter inchoant dicentes: Si cœperimus loqui tibi, &c. Ex aſperare quippè hæretici auditores ſuos in exordio loquutionis ſuæ metuunt, ne vigilanter audiantur, eorumque valde triſtitiã declinant, vt negligentiam capiant. Et planè ſemper blanda ſunt quæ proponunt, ſed aſpera quæ proſequendo ſubinferunt. Vndè, & nunc amici Iob à reuerentia manſuetæ loquutionis incipiũt, ſed vſque ad iacula aſperrimæ inuectionis erumpunt. Quia & radices ſpinarum molles ſunt, ſed tamen ex ipſa mollitie proferunt vnde pungunt. Sanctus etiam Chryſoſtomus tom. 2. homil. 42. in Imperfecto ſuper cap. 22. Matth. in illud Magiſter ſcimus quia verax es, Hęc eſt (ait) hypocritarum prima potentia; ſimulata laudatio. Laudãt enim quos perdere volunt, vt per delectationem laudis paulatim corda hominum ad ſimplicitatem benignæ confeſsionis inclinent. Veluti ſi quis taurum validum viribus non poteſt ſubiugare, & vinculo flectere, mollib⁹ manibus nodoſam eius fricat ceruicem, vt quem virtute tenere non potuit, per blandimenta comprehẽdat. Sic iſti cathenam ſubdolæ laudis portantes in ore, & gladium malitiæ abſcondentes in corde, taurum Eccleſiaſtici gregis dolo laudis comprehendere feſtinabant. Auguſtinus etiam ſuper illud Pſalm. 25. Dextera eorum repleta eſt muneribus tom. 8. Accipere munera (ait) eſt propter munera laudare hominem, adulari homini, palpare blandiẽdo, iudicare contra veritatem, propter munera. Et inter munera ponit laudem. Item D. Anſelmus ſuper illud Rom. 16. Per dulces ſermones, &c. Hoc enim (ait) proprium eſt hæreticorum, & eorum qui decipiunt audientes, vt dulciter eis loquantur, ſemper inſidioſa, callida, blanda eſt adulatio, pulchrèque adulator apud Philoſophos blandus inimicus diffinitur. Quinimò, & ob hoc adulantes alleuiant peccata eorum àquibus vel lucra, vel laudes appetunt, vt idem Anſelmus, vbi ſuprà ait. Poſſunt, & dulces eorum ſermones intelligi peccatorum alleuationes,

Leo Papa. *Bernar.* *Albert.* *Hieron.* *Pſal. 45.* *Prouer. 5.* *Hieronym.* *Gregor.* *Chryſoſt.* *ſimile.* *Auguſt.* *Anſelm.* *36. Signũ.* *Anſelm.*

uationes, dùm dicunt ea non eſſe grauia, & ſecuritatem peccandi præbent ſtultis, promittentes eis impunitatem ex Dei miſericordia, crebròque benedictiones illis dant, vt ſancti eis appareant: ſicque ſeducunt, id eſt, à via rectitudinis ſeorſùm ducunt corda innocentium, id eſt, ſimplicium, qui cauere neſciunt. Huiuſmodi enim Domino noſtro Ieſu Chriſto non ſeruiunt, ſed ſuo ventri. Nonnulli circumeunt domos loquentes ad gratiam, cùm omni deceptione adulationis, non vt verbo Dei ædificent animas ad virtutes, ſed vt per adulationes dulceſque ſermones perimant, vt etiam proficere hortentur, in vitijs laudantes, & benedicentes ea quæ correctione digna ſunt. Denique hi ſunt de quibus ſanctus Iudas Thadæus in ſua Canonica prophetauit dicens: Hi ſunt murmuratores querulloſi, ſecundum deſyderia ſua ambulantes, & os illorum loquitur ſuperbiam, mirantes perſonas quæſtus cauſa: Vbi Gloſſa dicit: Significãt murmuratores cõtra veros Apoſtolos Dei miniſtros. Querulloſi ſiue quereloſi (vt Gloſſa interlinealis) de deffectu ſimulato victus, vel veſtitus, vt pecuniam extorqueant ab illis, quibus prædicant vt cautius viuant. Ideò ſubditur, ſecundum deſyderia ſua ambulantes. Pecunia namque præbet facultatem viuendi voluptuoſè, ſecundum illud Eccleſ. 10. Pecuniæ obediunt omnia. Et os illorum loquitur ſuperbiam. De ſuis operibus & doctrina falſa, & inaniter ſe iactando, & prædicatores veritatis contemnendo. Vel (vt ait Gloſſa interlinealis) iactant ſe nullo timore dimiſſuros quod agunt, ſe ſolos Deum cognoſcere. Mirantes perſonas quæſtus cauſa, id eſt, mirabiles dicentes perſonas diuitum non cauſa dilectionis, ſed quæſtus. Vel (vt ait Caietanus) adulatores ſignificant, per modum admirationis commendantes perſonas vtilitatis cauſa. Vos autem chariſſimi (ſubinfert Apoſtolus) memores eſtote verborum quæ dicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dicebant nobis, quoniam in nouiſsimis temporibus venient illuſores ſecundum deſyderia ſua ambulantes, in impietatibus, id eſt, quòd tali ſigno cognoſcere poteſtis, pguloſi, & auari ſint, vt Gloſſa interlinealis. Et anteà dixerat. Væ illis qui in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effuſi ſunt, & in contradictione Chorè perierunt. Id eſt (vt ait interlinealis) gladio malæ doctrinæ armãtur in fratres, vt Cain. Malo conſilio decipiunt, vt Balaam: Contra Doctores ſe erigunt, vt Chore. Vide reliqua illius Epiſtolæ verba. Immò tantùs eſt eis aliquãdò laudis appetitus, vt propter illum etiam lucra, quę aliàs appetũt cõtẽnere videantur. Quod Diuus Gregorius libr. 12. moral. cap. 25. his verbis explicat dicens. Hypocrita itaq; etſi exteriora dona quæ terrenæ forſitam neceſsitati congruunt accipere recuſat, plus eſt quod ſibi retribui appetit, cùm vltra meritum laudare deſyderans munus ab ore quærit. Immò & eleemoſynas fingunt ſe tribuere, vt meliora recipiant lucra. Quod Diuus Hieronymus de Regula monachorum, ca. de Paupertate, his verbis docet, cùm inquit. Sunt qui pauperibus parum tribuunt vt amplius accipiant, & ſub prætextu eleemoſynæ, diuitias quærunt (quæ magis venatio, quam eleemoſyna dicenda eſt). Sic beſtiæ, ſic aues, ſic & capiuntur piſces. Modicum in hamo eſcæ ponitur, vt Matronarum in eo ſacculi protrahant. Quare has technas & dolos cum mulieribus potius exercẽt, quarum fauoribus ſe munire appetunt, quod eſt aliud maximum ſignum, quod eos omnium oculis manifeſtat. Quod Paulus. 2. Timot. 3. his verbis taxat cùm inquit. Hoc autem ſcito quòd in nouiſsimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erũt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, inimites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, voluptatum amatores magis quàm Dei. Habentes quidem ſpeciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita. Ex his enim ſunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur varijs deſyderijs, ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes. Anſelm. prima verba ſic explicat: Erũt homines amantes ſeipſos, quia non curabũt niſi de ſe ipſis, nec quærent niſi propria lucra, propria commoda, proprios honores, proprias glorias, & ab hoc, velut fonte (quod ſcilicet, erunt ſeipſos amantes) manabunt multi viciorum riui. Nam quia ſecundum præſentem vitam ſeipſos malè diligẽt, ideò erunt pecuniæ cupidi, corpore elati, ſuperbi mente. Blaſphemi, id eſt, falſa, & impia de Deo loquentes. Parentibus, ſiue carnalibus, ſiue ſpiritualibus non obedientes. Ingrati benefactoribus, ſceleſti, id eſt, tranſcendentes in domum peccati, & in atrocia graiter

Iudas Thadæus. *Interline.* *Caieta.* *Idem.* *Iudas Thadæus.* *Interlin.* *Ecclef. 10.* *Gregor.* *37. Signũ.* *38. Signũ.* *Hierony.* *39. Signũ.* *2. Tim. 3.* *Anſelm.*

uiter elapſi. Sine affectione, id eſt, ſine viſceribus compaſsionis. Sine pace, id eſt, diſcordes, & inquieti. Criminatores, id eſt, crimen bonis impingentes. Incontinentes, id eſt, libidinem non cohibentes. Et immittes, id eſt, aſperi, & litigioſi. Sine benignitate,
Caiet. id eſt, immiſericordes: vel (vt Caietanus explicat) non amici bonis hominibus. Proditores, id eſt, ſecreta bonorum aduerſarijs eorum detegẽtes. Proterui, id eſt, procaces. Tumidi, id eſt, vento ſuperbiæ inflati. Voluptatum carnalium amatores, magis quàm Dei, ſicut ipſe dixit: Quia lux venit in hunc mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem: habentes quidem, in habitu, in verbis, ſicut falſi monachi, ſpeciẽ pietatis, id eſt, ſimilitudinem religionis: ſed virtutem eius, id eſt, rem, factis & moribus
Adamus. abnegantes. Adamus tamen pro ſpecie dicit in Græco eſſe nomen, quod ſignificat formationem. Vnde notat eos (inquit) qui dictis norũt præſcribere alijs quomodò debeant viuere piè; cùm ipſi diuerſa ſequantur. Virtutem autem eius, hoc eſt, vim eius abnegantes. Hoc eſt in quo ſita eſt pietas Chriſtiana abijciunt, vt amorẽ, ſpem. Hæc
D. Thom. Adamus. D. Thom. dicit, quòd virtus Dei dicitur illud, ex quo dependet tota virtus eius: tota autem virtus pietatis dependet ex charitate. Ideò dicit virtutem eius, ſcilicet,
Caiet. charitatem abnegantes. Caietanus ſic: Hypocritæ ſunt, qui profitẽtur pietatem in apparentia, ſed pietatis potentiam non exercent: quia negauerunt illius intimam vim, quæ per opera exercetur, & in ſola apparentia ſunt pij. Et Hos deuita, hoc eſt, auerſare. Hi enim reſiſtunt verbo, vel ſaltem facto ſanę doctrinæ. Ex his enim ſunt. Pronomen (his) peculiariter reſpicit habentes ſpeciem pietatis, ſed potentiam illius negantes. Nam ex illo genere propriè ſunt, qui penetrant domos proculdubiò alienas, ſub pietatis ſpecie. Et interpres dixit: Penetrant, ad ſignificandum improbitatem illorum. Vnde Lyranus dicit: Qui intrant ſub prætextu religionis penetralia, & loca ſecreta, in quibus mulieres coniugatæ, vel aliæ habitant; illo tempore aſpectus hominum refugientes. Et in talibus locis poſſunt mulieres citiùs decipi in his quæ pertinent ad Fidem, & etiam in his quæ pertinent ad carnem. Ideò ſubditur: Et captiuas ducunt
Caiet. mulierculas. Vide officiũ pietatis (ait Caie.) priuare libertate mulieres. Dicit autem, mu-
Gloſſa. lierculas (ait Gloſ. ordinaria) quia mulier cu-

las priùs, & per eas viros, vt diabolus priùs Euam, vel viros ſeductibiles, quaſi mulieres ſeducũt. Oneratas peccatis. Ecce captiuita- *Caietan.*
tis ratio (ait Caiet.) Abducunt ſi quidẽ mulieres à reſtitutione rationis, fallendo eas, & ſubijciẽdo illas nouis præceptis, nouis documẽtis, nouis profeſsionibus, ex quib⁹ nõ ſolum peccant, ſed onuſtæ peccatis reddũtur. Quo fit, vt & ſeruitutẽ peccati, & ſeruitutẽ dogmatum parientium peccata incurrant. Quæ ducuntur varijs deſiderijs. Dixerat nõ mulieres, ſed mulierculas, vt inter mulieres ſignificaret illas quæ minoris ſunt iudicij, quæ leuiores ſunt. Verum ne mulierculas humano more intelligeres deſcribit eas, tũ ab effectu, tum ab intellectu. Et ab effectu quidem, quòd non ſolùm patiantur varias concupiſcentias (hoc enim imputaretur ſexui) ſed quod varijs deſiderijs ſuccumbunt. Imò quod à varijs deſiderijs dicuntur promptæ ad varia deſideranda. Hoc enim inſtabilitatis eſt. Hæ ſunt quæ facilè falluntur. Ab intellectu verò, ſemper diſcentes. Non vituperatur ſemper diſcere: quoniam & laudabile, & neceſſarium eſt præcipuè mulieribus: ſed vituperatur ſemper diſcere abſq; fructu. Nam diſcere quodam tempore, ita quod peruenìat ad notitiam alicuius veri, & poſteà diſcendo cognocere aliud verum, & ſic deinceps, laudabile ſtudiũ eſt. Sed ſemper diſcere, & nunquam ad notitiam ample ctendę veritatis peruenire, vituperabile eſt, & ex mala diſpoſitione diſcentis hoc proue nit. Vndè ſubdit, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes. Ex varietate deſideriorum prouenit, vt ſemper diſcant migran do de diſcere, in diſcere. Et ex eadem varia, ac inſtabili mentis diſpoſitione prouenit, quod nunquam poſſunt venire ad notitiam veritatis. Quoniam inde prouenit quòd nõ figunt mentis aciem, ad penetrandum, ſed in fluxu eſt talium mens, indeque merentur vt ex diuina gratia non ſortiãtur fixionem iudicij, circà ea quæ diſcutiunt, vtpotè ad huiuſmodi donum contrariè diſpoſitæ, ſem- *Adamus.*
per diſcentes, &c. Hæc Caietanus. Adamus ait: Sermo Pauli vehementior eſt in Græco. Habet enim ad hũc modũ: Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis veni re valentes, partim vitio Magiſtrorum (quia ſchola Symonis falſò promittebat ſcientiã) partim quia peccatis obrutæ erant, quibus *D. Thom.*
excœcatur mens. Diuus Thomas illud (qui penetrant domos) ſic explicat. Oſtendite eorum malitiam, & ad literam poteſt exponi quaſi

quaſi inordinatè ingerentes ſe, & circum euntes propter lucrum. Cõtra quos Eccleſi.
Eccleſ. 21. 21. Pes fatui facilis, in domo proximi. Et captiuas, &c. Oſtendit eorum aſtutiam, quia abducunt à libertate, & ſtatu gratiæ, & du
D. Thom. cunt in ſtatum ſeruitutis, qui eſt ſtatus peccati. Et illud (ſemper diſcẽtes) dicit D. Thomas, quòd poteſt referri ad alios qui penetrant domos. Videndus eſt locus quem paulò ſupra citauimus ex Diuo Hieronymo in
Hierony. Epiſtola ad Euſtochium. Quòd autem iſti falſi Prophetæ fœminarum conſortia aſciſcant, & earum velint muniri fauoribus, docet Diuus Hieronymus tomo. 2. in Epiſtola
Idem. ad Cteſiphontem aduerſus Pelagianos his verbis dicens: Cùm hęc ita ſe habeant quid volunt miſeræ mulierculæ oneratæ peccatis, quæ circunferuntur omni vento doctrinæ, ſemper diſcentes, & nunquam ad ſciẽtiam veritatis peruenientes: & cæteri mulierculorum ſocij prurientes auribus, & ignorantes quid audiant, quid loquantur, qui vetuſtiſsimum cœnum, quaſi nouam ſuſcipiunt temperaturam, qui iuxta Ezechielẽ, liniunt parietem abſque temperamento, & ſuperueniente veritatis pluuia diſsipantur. Simon Magus hæreſim condidit, Helenæ meretricis adiutus auxilio. Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarum repertor, choros duxit fœmineos. Marcion Romam præmiſit mulierem, quæ decipiendos ſibi animos præpararet. Appelles Philomenem ſuarum comitem habuit doctrinarum. Montanus immundi ſpiritus prædicator, multas Eccleſias, per Priſcam, & Maximillam nobiles, & opulentas fœminas primùm auro corrupit, deindè hæreſi pollluit. Dimittam vetera, ad viciniora tranſcendam. Arrius vt orbem deciperet ſororem Principis ante decepit. Donatus per Africam, vt infœlices quoſque fœtẽtibus pollueret aquis, Lucillę opibus adiutus eſt. In Hiſpania Agape Elpidiũ mulier virum cœcum cœca duxit in foueam, ſucceſſoremque ſui Priſcilliahum habuit. Zoroaſtris Magi ſtudioſiſſimum, & ex Mago Epiſcopum, cui iuncta Galla (non gente ſed nomine) Germanam huc illucque currentem, alterius & vicinæ
Athana. hæreſeos reliquit hæredem. Et Athanaſius in Epiſtola ad Solitarios ait, hæreticos per fœminas commendatos eſſe Imperatoribus, & ideò cunctis ſe terribiles præbent.
Bernard. Et Diuus Bernardus ſermo. 65. ſuper Canti ca ait, Quid ſimile illis in nobis oſtenditis? An quòd vobiſcum mulierculas, non vtiq; circumducitis ſed includitis? Non æque comitatio, vt cohabitatio ſuſpitioni patet. Verùm quis eam de illis ſiniſtrum quippiam ſuſpicaretur, qui mortuos ſuſcitabant? Fac tu ſi militer, & vnà recubantem putabo fœminam virum. Alioquin temere tibi vſurpas illorum diſpenſationem, quorum ſanctitatem non habes. Cùm fœmina ſemper eſſe, & non cognoſcere fœminam, nonnè plus eſt quam mortuum ſuſcitare? Quod minus eſt non potes, quod maius eſt vis credam tibi? Quotidiè latus tuum ad latus iuuenculæ eſt in menſa: lectus tuus ad lectum eius in camera, oculi tui ad illius oculos in colloquio, manus tuæ ad manus ipſius in opere, & continens vis putari? Eſtò vt ſis, ſed ego ſuſpicione non careo, ſcandalo mihi es, tolle ſcandali cauſam quo te probes verum vt iactitas Euangelij æmulatorem. Qui ſcandali zauerit vnum de Eccleſia, nonnè Euangelium condemnat illum? Tu Eccleſiam ſcandalizas, vulpes es, demolliens vineam, iuuate me ſocij vt capiatur, &c. Et infra dicit: Vulpes ſunt & puſillæ, ſed nec illa in quibus malè ſentire dicũtur defenſibilia ſunt, *Idem.*
nec tàm ſubtilia quàm ſuaſibilia, idq; dum taxat mulierculis ruſticis, & idiotis. Et Diuus Hieronymus tomo. 4. de Regula mona- *Hierony.*
chorum, cap. 21. ait: Hypocritæ triſtes exterminant facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes. Et barba prolixa, crine cinere aſperſo, fracta vndique, ac rudi & deformi veſte, colloquio blando, verbis fictitijs, ſe ſanctos oſtendunt, & dealbati parietes, inter mulierculas ſeminant ſectas errorum. Denique loquentes, cuiuſcumque vitam, ſimul cum fama denigrant. Infortunatiſsimum mulierum genus hamo capitur, vt piſces: ad macellum ducuntur, vt beſtiæ. Proteruæ nimirum fœminæ, ſemper fictitia cupiunt, ſemper ſubornata verba depoſcunt, exquirunt mendatia, fabulas nouas nunquam faſtidiunt. Item Auguſtinus to- *Auguſt.*
mo. 8. in Pſalm. 67. in illum verſum: Increpa feras arundinis vel calami (vt ipſi legit) Congregatio taurorum, in vaccis populorũ &c. Feræ, ait, ſunt hæretici: quoniam non intelligendo nocent. Et feræ, calami ſunt: quoniam Scripturarum ſenſum pro ſuo errore peruertunt. Nam calamus pro Scriptura accipitur, cauſa, ſcilicet, pro effectu. De *2. Pet. 3.*
quibus. 2. Pet. 3. dicitur. Indoctos & inſtabiles peruertere Scripturas, ad propriũ ſuum interitum. Hæ ſunt feræ calami de quibus hic dicitur; Increpa feras calami. Et de quibus

bus ſubditur: Congregatio taurorum in vaccis populorum. Tauros vocans propter ſuperbiam duræ, indomitæq; ceruicis. Significat enim hæreticos, vaccas autem, populorum ſeductibiles animas intelligẽdas puto: quia facilè hos tauros ſequuntur. Non enim populos vniuerſos ſeducunt, in quibus ſunt graues, & ſtabiles, vnde ſcriptum eſt: In populo graui laudabo te; ſed in his populis, quos inuenerint vaccas. Ex his enim ſunt, qui penetrant domos, & captiuas ducũt mulierculas oneratas peccatis. Cùm tamẽ Hieronymus contrà doceat in epiſtola ad Gaudentium de Pacatulę infantulę educatione, dicens: Virgo es, quid te mulieris delectat ſocietas? Quid fragilem, & ſubtilem ratem, magnis committis fluctibus? & grande periculum nauigationis incertæ ſecurus aſcendis? Neſcis quid deſideres, & tamen ſic eis iungeris, quaſi aut ante deſyderaueris, aut (vt leuiſsimè dicã) poſteà deſyderaturus ſis. Sed ad miniſterium iſte ſexus eſt aptior. Elige ergo anum deformem, elige probatæ in Domino continentiæ. Quid te adoleſcentula, quid pulchra, quid luxurioſa delectat? Vteris balneis, cute nitida, rubicundis genis incedis, carnibus veſceris, affluis diuitijs, precioſa veſte circundaris, & iuxta ſerpentem mortiferum ſecurè dormire te credis. At non habitas in eodem hoſpitio? In nocte dumtaxat, cæterum totos dies in huius confabulatione conſumis. Quare ſolus cum ſola, & non cum arbitris ſedes? vt cùm ipſe non pecces alijs peccare videaris, vt exemplo ſis miſeris, qui nominis tui authoritate delinquant? Tu quoque virgo vel vidua, cur tam longo ſermone viri detineris? cur cum ſolo relicta non metuis? Saltem auite, & veſicæ cogat neceſsitas, vt exeas foras, vt deferas in hac re eum cũ quo licẽtiùs quàm cum germano, multò inuerecundiùs quàm cum marito egiſti. Sed de ſcripturis ſanctis aliquid interrogas. Interroga publicè, audiãt pediſſequæ, audiant comites tuæ. Omne quod manifeſtatur, lux eſt. Bonus ſermo ſecreta non quærit, quin potiùs delectatur laudibus ſuis, & teſtimonio plurimorum. Magiſter egregius contemnit viros, deſpicit fratres, & in vnius mulierculæ ſecreta eruditione deſudat? Quare idem Diuus Hierony. tom. 4. in epiſtola ad Oceanũ, de vita Clericorum, refert. & Sulpitius in vita ſancti Martini, q̃ cùm Martinus iret ad viſitandam quandam virginẽ eximiæ ſanctitatis; illa Sancto noluit aperire ianuã, ſed foràs miſit xeniũ,

Hieron.

Idem.

& per feneſtram dixit illi: Pater ſancte ora, quia à viro nunquam fui viſitata. Gratias egit Deo ſanctus Martinus, quòd talibus imbuta moribus caſtam cuſtodierit voluntatem, & benedicens Deum abijt lætus. Idem de regula monachorum. cap. de caſtitate. Nociuum genus fœmina (ait) ianua diaboli, ſcorpionis percuſsio cùm proximat ſtipula accendit ignem, flammigero igne perculit fœmina conſcientiam pariter habitantis, exuritque fundamenta montium. Germinant fœminæ ſpinas cum viris habitãtes, libido nunquam ſatiatur, & extincta reaccenditur, vſu creſcit, & decreſcit, nec rationi paret, quæ impetu ducitur. Quòd ſi omne fœminarum genus, ad ſe atrahere nituntur, ſed maximè viduas inuadunt; vtpotè quia ſolutæ à viris, nec qui eas de eorum dolis aduertat habent, nec qui eas detineat quin eis ſua bona elargiantur. Quod elegantiſsimè Diuus Chryſoſtomus docet in Imperfecto homil. 44. in cap. 23. Matth. in illa verba: Vę vobis, Scribę, & Phariſęi hypocritæ, qui deuoratis domos viduarum longas orationes orantes. Sexus mulierum (ait Chryſoſtomus) incautus, & mollis eſt. Incautus quidem, quia non omnia quæ videt aut audit, cùm ſapientia & ratione conſiderat. Mollis autem, quia facilè flectitur, vel de malo ad bonum, vel de bono ad malum. Virilis autem ſexus cautior eſt, & durior. Cautior quidem: quia omnia videt & diſcutit ratione. Durior autem: quia nec de malo facilè inclinatur ad bonum, nec de bono facilè reuocatur ad malum, nam ſequitur rationem. Ideo autem durior: quia rationabilior. Hæc autem præmiſimus, vt oſtendamus mulieres incautas, & faciles. Propterea impoſtores ſanctitatis, circà mulieres facilè ſe conſtringunt: quia nec intelligere impoſturas eorum facilè poſſunt mulieres, cùm ſint incautæ, & ad dilectionem eorũ religionis gratia facilè inclinantur, cùm ſint molles corde. Maximè autem permanent cum viduis mulieribus, propter duas cauſas. Primùm, quia virita mulier, nec facilè decipitur, habens conſiliatorem virum, deinde, nec facilè aliquid de facultatibus ſuis dat eis: cùm ſit in poteſtate viri. Viduæ autem facilè decipiuntur non habentes conſiliatorem virum, & facilè de rebus ſuis talibus præſtant: cùm ſint nullius poteſtatĩ ſubiectæ. Propterea ergo dum Iudaicos ſacerdotes confundit, Chriſtianos monet, vt non cum viduis mulieribus amplius permaneant,

Idem.

40. *Signũ*

Chryſoſt.

neant, quàm cum cæteris. Quia etſi voluntas permanendi mala non fuerit, tamen ſuſpicio eſt mala. Propter hoc ait Dominus: Maius accipietis iudicium. Qui auaritiam veſtram, ait ibidem Chryſoſtomus, religionis colore depingitis, & quaſi diabolo Chriſti arma præſtatis, vt ametur iniquitas, dũ pietas æſtimatur: qui lõgis orationibus, qua ſi magnis retibus viduarum facultates piſcatis: Ob id dupliciter rei, primùm quidem, pro eo qnòd eſtis iniqui, alterũ pro eo quod figmentum ſumitis ſanctitatis. Lucas legit: Simulantes longas orationes, & Marcus; Sub obtentu prolixæ orationis: nam hi ſimulabant ſe multum tempus orare, cùm tamen tot diſtenderentur curis, vt vix tempus ad orãdum ſuppeteret: Quod eſt ſignum aliud falſorum Prophetarum, ficta oratio, vt ſupra inſinuauimus. Quarè idem Chryſoſtomus, Home. 13. in ca. 6. Matth. in illud, Qui amãt in Synagogis orare, & in angulis platearũ, ait: Non dixit in plateis, ſed in angulis platearum, vt nè ſi in plateis orauerint, quaſi ſimulatores religionis vituperarentur, ſed in angulis, vt videantur abſconſè orare. Aſtuta vanitas: Sciunt enim quia hoc ipſum abſconſè orare laudabilius eſt: ideò finguntſe abſcondere, vt dupliciter laudentur. Primũ quia orant, ſecundò, quia abſconſè orant, & amplius ſe manifeſtãt, per hoc ipſum quòd ſe abſcondunt. Dic hypocrita, vt quid vis, vt videaris orans? Nõnè quia laudabilis eſt res, orare? Vt quid ergò non vis eſſe laudabilis, qui vis, vt lauderis? O inſania vanitatis! Eſſe nolũt, quod deſiderãt apparere. Amẽ dico vobis perceperunt mercedem ſuam. Vnuſquiſq; vbi ſeminat, ibi metet: & quod ſeminat, hoc & metet. Propter homines orant, non propter Deum: ſic & ab hominibus, non à Deo laudantur. Mendaciter orãt, cũ nõ orẽt, & mẽdaciter laudant, cù nõ ſint laudabiles. Speciem vacuam religionis vendunt, & verbum laudis emunt: ſicut oratio eorum Deum non delectat, ſic nec laus hominum eos adornat. Quòd enim in verbo poſitum eſt, tandiù eſt, quàmdiù dicitur verbum: cùm autem finitum fuerit verbũ, finitur bonum quòd poſitum erat in verbo: Et Home. 19. in cap. 7. Oratio ſimulata (ait) veſtimentum ouile eſt, non opus ouile. Et Homel. 11. in varijs locis Matth. in illa verba: Cùm facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te. Quã odioſum eſt (inquit) quã peruerſum eſt, quã fœdum, quàm inordinatum opus: nolite imitari ſuperbiã Phariſeorum: Stabant ad orationem, ſed non ſtabãt: ſi ſtarent, humiles eſſent corde, non ſuperbi. Multi ſtare ſe putant, qui cadere ſe neſciunt, nec ideò dolent caſus ſuos, quod nõ videant. Multi putant in malis operibus iuſtitiam ſe tenere, & ſimplex cor habere. Hinc fit quod negotijs ſæcularibus tales maximè implicantur, cùm in omnibus lucra quærant, contra illam Pauli prohibitionem, qua ad Timoth. ſcribens in ſecunda Epiſtola, ca. 2. dicit: Labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu. Nullus militans Deo implicat ſe negotijs tẽporalibus, vt ei placeat cui ſe probauit. Vbi D. Anſelmus ſic dicit: Et vt more ſtrenui militis Chriſti poſsis agere, audi qualiter agat quis talis miles. Nemo militans Deo, &c. Quia nemo poteſt duobus dominis ſeruire, id eſt, Deo, & ſæculo. Clericus hac ſententia tenetur. Si enim nõ contentus ſtipendijs, quæ de altari, Domino iubente, conſequitur, exercet mercimonia, interceſiones vendit, viduarum munera libenter accipit: hic negotiator magis poteſt videri, quàm clericus. Multò minùs autem licet monacho, vt ſit negotiator ſæcularium mercimoniorum, vel implicatus curis ſæcularibus. Itaque difinitio boni militis Chriſti eſt, quia ſoli Deo, qui diuidi non poteſt totus militans, non implicat ſe negotijs ſæcularibus; id eſt, non ſe inuoluit, propter terrena lucra curis & actionibus ſeculi, ſciẽs ibi multos peccatorũ laqueos abſcõdi, vt ſolis diuinis liberè vacãs ei placeat, cui ſe probauit, id eſt, deuouit. Et verè bonus mĩles propter Regis ſui militiam, nihil debet agere: ſi eidẽ Regi vult placere, ſub cuius ſignis decreuit militare: Quia agoniſta, qui corã appetit agonẽ ſuũ, debet legitime perficere: Nã & militib⁹ in iure prohibitæ ſunt negotiationes tẽporales. Et D. Bernar. Hom. 4. ſuper: Miſſus eſt. Video, & alios (ait) quod nõ ſine dolore videri debet, poſt aggreſſam Chriſti militiã, rurſus ſæcularibus implicari negotijs, rurſus cupiditatibus terrenis immergi, cùm magna cura erigere muros, & negligere mores. Sub prætextu quoque communis utilitatis, verba vendere diuitibus, & matronis ſalutationes. Sed & contra Imperatoris ſui editum concupiſcere aliena, & ſua cum lite repetere, non audientes Apoſtolum ex imperio Regis tubicinantem: Hoc ipſum (inquit) delictum eſt in vobis, quòd cauſas habetis. Quare nõ magis fraudẽ patiminiʔ Ita ne mundum ſibi, & ſe mundo crucifixerunt, vt qui anteavix

Luc. 20.
Mar. 21.

41. *Signũ*
Chryſoſt.

Idem.

Idem.

42. *Signũ*

2. *Tim. 2.*

Anſelm.

Bernard.

in ſuo vico, vel oppido cogniti fuerant, modò circùmeuntes Prouincias, & curias frequentantes, Regum notitias, & Principũ familiaritates aſſequuti ſunt. Et Diuus Hieronymus, de Regula monachorum. cap. de paupertate. Quem ſenſeris (inquit) ſemper aut crebrò de nummis loquentem, inſtitorẽ habeto potiùs quàm monachum. Et cap. de contemplatione, ibidem ait idem Hieronymus. Si monachus eſſe vis, habeto curam, non rei familiaris, cui renunciando hoc, eſſe cœpiſti, ſed animæ tuæ. Quarè eorũ ſapiẽtia, carnalis & terrena eſt, de qua Iacobus, cap. 3. ait: Non eſt iſta ſapientia deſurſum deſcendẽs, ſed terrena, animalis, diabolica. Vndè Diuus Gregorius libr. 3. moral. c. 14. ait. Quòd puluerem ſuper caput in cœlum ſpargere, eſt, ſæculari intellectu mentem corrumpere, & de verbis cœleſtibus terrena ſentire. Et lib. 7. cap. 14. ait, quòd hæreticorum ſubſtantia eſt carnalis ſapientia. Et Beda lib. 4. in Samuelem cap. 9. Super faciem terræ ait, diſcumbunt hæretici comedentes, & bibentes, qui ſiuè obſcura Scripturarum, ſiuè legant aperta (hoc enim inter comedere, & bibere diſtat) nequaquàm per hæc cæleſtia, ſed terrena ſemper inquirunt, nec dicere cum Apoſtolo valent: Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt. Quarè ipſi non animas à terrenis eleuant, ſed Deo hic effectus tribuendus eſt. Et pretereà, quę ſuprà in initio huius capitis ex Diuo Gregorio retulimus, accipe hanc Diuini Auguſtini ſententiam, tom. 4. libr. 2. de ſermone Domini in monte. cap. 37. in illa verba, Nõ poteſt arbor mala bonos fructus facere, poteſt quidem fieri, ait, vt quæ fuerit nix, non ſit: non autem poteſt fieri, vt nix calida ſit. Sic poteſt fieri, vt qui malus fuit, non ſit malus: non tamen fieri poteſt, vt malus bene faciat, qui etiã ſi aliquando vtilis ſit, non hoc ipſe facit, ſed fit de illo diuina prouidentia procurãte: ſicut de Phariſæis dicit: Quę dicunt, facite: quæ autẽ faciunt, facere nolite. Hoc ipſum quòd bona dicebant, ſi ea, quæ dicebant, vtiliter audiebantur, & fiebant, non erat ipſorum; cathedram enim, inquit, Moyſi ſedent. Per diuinam ergò prouidentiam legem Dei prædicantes, poſſunt eſſe audientibus vtiles, cùm ipſi non eſſent de talibus. Alio loco per Prophetam dictum eſt: Seminaſtis triticũ, & ſpinas metetis: quia bona præcipiunt, & malè faciunt. Nõ ergò qui eos audiebant, & faciebant quæ ab eis dicebantur, de ſpinis legebant vuas, ſed per ſpinas de vite legebant vuas. Tanquam ſi manum aliquis per ſepem mittat, aut certè de vite, quæ ſepi fuerit inuoluta, vuam legat: nõ ſpinarũ eſt fructus iſte, ſed vitis. Hinc fit, quòd non ſolum fœminarum fauores, ſed & ſæcularium poteſtatum authoritate, & ex diuitum, ac procerum potentia, ſibi conantur auxilia quærere, & apud Principes habere fautores, qui eos coràm eis laudent, atque defendant: quod eſt eorũ aliud maximum ſignum, quo poſſint dignoſci. Vndè D. Athanaſius in Epiſtola ad Solitarios, ſic ait: Quin etiam hinc eorum hæreſim cognoſcere, vel potiùs conuincere poſſis, quòd quiſquis ipſis charus eſt, & eiuſdẽ impietatis ſocius, etiam ſi alijs delictis, infinitiſque ſceleribus obnoxius ſit, etiamſi ad uerſùs ſe habeat argumenta ſcelerum ſuorum, & demonſtrationes euidentiſsimas: probus tamen apud eos, & in pretio habetur. Quinimò ſtatim Imperatoris amicus efficitur, commendabilis, ſcilicet, ſua impietate, & qui nundinator, & pleraque queſtui habet, libertatem quiduis agendi, à iudicibus impetrat. Qui autem eorum impietatem redarguit, & quæ Chriſti ſunt, ſinceriter procurat: iſte tametſi purus in omnibus, tametſi ſibi nihil ſit conſciùs, tametſi nullum habeat accuſatorem, modò ipſi crimen fingant, ſtatim abripitur, quòd in Regem fuerit contumelioſus, quaſi in nomen Dei. Et paulò infrà immanis bellua, ait, nempè hæreſis iſta terras inuaſit, vt quæ non verbis velut dentibus ſuis, homines innocentes lædat, ſed & externam vim ad inſidias faciendas comparauit: & quod prorſus iniquiſsimum eſt, nemo ex illis accuſatur, aut ſi accuſatur, iudicio ſubijcitur, aut ſi ſubijcitur, abſoluitur. Diuus etiam Cyrillus tomo. 1. in cap. 37. Eſai. quandò Senacherib Hieruſalem obſedit. Ciuitas ſancta, ait, nẽpè Syõ, vel Hieruſalẽ typus eſſe poteſt Eccleſię Chriſti, & verioris Syõ: Quã interdũ, id eſt, ferè ſemper, veritatis hoſtes obſidẽt, id eſt, impiarũ hæreſum inuẽtores, nec obſidẽt ſoli, ſed conductis quodammodò mũdi poteſtatibus, ac dynaſtijs inſuffláte hoc illis intelligibili Senacherib, id eſt, Sathana, & quaſi emittente ſuos ſubditos, quiq; eius nequitiæ ſolebãt ſubſeruire. D. etiã Bernard. Epiſt. 195. de quodã hæretico qui dicebatur Arnaldus de Brixia ſic ait: Inimicus crucis Chriſti, ſeminator diſcordiæ, fabricator ſchiſmatũ, turbator pacis, vnitatis diuiſor, cuius dentes, arma & ſagittæ, & lingua eius

Hierony. *Idem.* *Iacob. 3.* *Gregori.* *Idem.* *Beda.* *Auguſt.* *Hiere. 12.* *Simile.* *Athana.* *Cyrillus.* *Bernard.*

eius gladius acutus, molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula: Vndè & ſolet ſibi allicere blandis ſermonibus, & ſimulatione virtutum diuites, & potentes: iuxtà illud; Sedet in inſidijs cum diuitibus, vt interficiat innocentem. Demùm cùm fuerit de illorum captata beneuolentia, & familiaritate ſecurus: videbitis hominem apertè inſurgere in clerum, fretum tyrannide militari, inſurgere in ipſos Epiſcopos, & in omnem paſsim Eccleſiaſticum ordinem deſæuire. Diuus itidem Gregorius 18. moral. ca. 11. Sæpe (inquit) Hæretici in contemptu vniuerſalis Eccleſiæ, potentum ſæculi patrocinijs fulciuntur, eisque diuites protectione, atque adminiſtratione, quanta præualent, opiſulari non ceſſant. Et lib. 16. cap. 23. Hæretici ait, cùm per ſe poteſtatem perſequutionis non habent huius ſæculi potentes commouent, eorumque mentes ad perſequendum trahunt; & quibus valent perſuaſionibus accendunt, quos cùm crudelia agere, contra Catholicam vitam proſpiciunt, quaſi in ipſo ſolis feruore requieſcũt. Et libro 15. cap. 5. Quis eſt locus hypocritæ, niſi cor adulantium? Ibi quippè requieſcit, vbi fauores inuenerit. Chryſoſtomus tomo 2. Homel. 47. in cap. 13. Matth. Id certè moris eſt apud hæreticos (ait) obumbrent ſeipſos, atque occultent in principijs, quouſque maiorem fidutiam capiant, & quodam fauore multitudinis iuuentur: tunc enim cõtagioſa venena intrepidi effundunt. Et Hieronymus tomo. 6. in cap. 12. Oſeæ. Solent (ait) dicere hæretici. Quidquid fecero, quidquid egero, mihi non poterit imputari: habeo enim diuitias meas, argumenta Philoſophorum, habeo populi multitudinem, quã qui aſpexerit, me peccare non arbitrabitur. Denique hac vna Diui Gregorij ſententia omnia hæc clariùs comprobantur, qui libro. 33. moral. cap. 23. in cap. 41. Iob. in illa verba, Per gyrum dentium eius formido, ſic ait: Id eſt, periniquos prædicatores Antichriſti peruerſæ huius ſæculi protegunt poteſtates. Nam quos illi appetunt loquendo ſeducere, multi potentium ſtudent ſæuiẽdo deterrere. Per gyrũ ergò dentiũ eius formido, eſt, ac ſi apertè diceretur: Idcircò, iſti peruerſi prædicatores aliquos ſuadentes cõterũt, quia circa ipſos ſunt alij, qui infirmorum mentes terrentes affligũt. Quale itaq; illud tẽpus perſequutionis apparebit, quando ad peruertẽdã fideliũ pietatẽ, alij verbis ſæuiũt, alij gladijs. Quis enim etiã infirmus Leuiathã iſtius dẽtes nõ deſpiceret, ſi non eos per circuitũ poteſtatũ ſæculariũ terror muniret? Sed duplici contra eos calliditate agitur: Quia quod eis ab alijs verbis blandientibus dicitur, hoc ab alijs gladijs ferientibus imperatur. Quæ vtrorũq; actio, id eſt, potentiũ, atq; loquentiũ, in Ioannis Apocalypſi breui eſt ſententia, comprehenſa, qua dicitur. Poteſtas eorum in ore, & in caudis eorũ erat. In ore nãq; Doctorũ ſcientia, in cauda verò ſęculariũ potẽtia figurat. Per caudã quippè, quæ retrò eſt, huius ſæculi poſtponenda tẽporalitas deſignatur, de qua Paulus Apoſtolus dicit. Vnum autem, quæ retrò ſunt, oblitus: ad ea, quæ ante ſunt, extenſus. Retrò enim eſt omne quod tranſit, antè verò eſt omne quòd veniẽs permanet. Iſtis ergò equis, id eſt, nequiſsimis prædicatoribus, vbiq; carnali impulſu currentibus, in ore, & in cauda poteſtas eſt: quia ipſi quidẽ peruerſa ſuadẽdo prædicant, ſed tẽporalibus poteſtatibus fulti, per ea ſe, quæ retrò ſunt, exaltant. Et quia ipſi apparere deſpicabiles poſſunt, ab iniquis auditoribus ſuis, per eos ſibi reuerẽtiã exigũt, quorũ patrocinijs fulciuntur. Vndè hic quoq; non immeritò, per gyrum dentiũ eius formido inеſſe deſtribitur: Quia multis terroribus agitur, vt in peruerſis eorum prædicationibus, etſi non veritatis ſententia, certè temporalis potentia timeatur. Vndè benè eundem Antichriſtum Pſalmiſta deſcripſit, dicens. Sub lingua eius labor, & dolor: Sedet in inſidijs, cùm diuitibus in occultis. Quia enim ſimul & miraculorum fraude, & terrena poteſtate vtitur, & in occultis, & cum diuitibus ſedere perhibetur. Præter hæc ſigna quæ ſub nomine luporum colliguntur, aliud ex ſequentibus verbis Domini colligi poteſt: Nã ſubinfert in eodem capite Dominus. Non omnis qui dicit mihi, Domine, domine, introbit in Regnum cœlorum. Et alibi: Multi dicent mihi in illa die, Domine nonnè in nomine tuo prophetauimus, &c. Vndè Diuus Chryſoſtomus Homel. 19. in Imperfecto, ſuper hæc verba ait: Conſidera, quia in nomine dicunt, non in Spiritu: Quia in nomine Chriſti multi ambulant, qui non habent ſpiritum Chriſti, ſeducẽdi cauſa. Ideò nõ ex nomine Chriſti cognoſcẽdi ſunt Chriſtiani, ſed de ſpiritu Chriſti. Et D. Hila. Cã. 6. ſuper Matth. Regnũ cœlorũ ſola verborũ officia nõ obtinent, neq; qui dixerit, Dñe Dñe, hæres eritillius. Quid enim meriti eſt, Dño dicere, Domine? Nunquid Dñs non

Pſalm. 9. *Gregor.* *Idem.* *Chryſoſt.* *Hierony.* *Gregor.* *Apoc. 9.* *Pſalm. 9.* *Chryſoſt.* *Hilarius.*

erit, niſi fuerit dictus à nobis? Et quæ officij ſanctitas eſt nominis nuncupatio, cùm cœleſtis regni iter obedientia potiùs voluntatis Dei, non nuncupatio repertura ſit? Et
Aug. Diuus Auguſtinus libr.3.confeſ. cap.6.ait: Incidi in homines ſuperbè delirantes, & carnales nimis, & loquaces, in quorum ore laquei diaboli, & viſcum confectum commixtione ſyllabarum nominis tui, & Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Spiritu ſancti paracleti. Hæc enim omnia non recedebant de ore eorum, ſed ſono tenùs, & ſtrepitu linguæ, cæterùm cor inane veri. Benè hîc addere poteramus aliud ſignum, quo olim veri à falſis Prophetis diſcernebantur, nempè quòd veri Prophetæ ſacco induti prophetabant, vt patet apud Zachariam cap.13. per
45. Signũ quod ſignificabatur, veros Prophetas auſteram vitam ſequutos fuiſſe, vt de Ioanne Baptiſta, qui fuit pluſquàm Propheta, patet: Falſos autem Prophetas Paulus deflebat, tanquàm inimicos Crucis Chriſti, quorum
Chryſoſt. Deus venter erat. Quòd Diuus Chryſoſtomus Homel.24. in cap.7. Matth. his verbis docet, cùm inquit: Virtutis ſimulator recuſat laborem, ſolam ſui oſtentationem requirit, propter quod etiam de ſimulatione conuincitur. Item Diuus Bernardus ſermone 3. de Natali Domini ſic ait: Chriſtus vtique non fallitur, elegit quòd carni moleſtius eſt: id ergo meliùs, id vtilius, id potiùs eligen-
46. Signũ dum; & quiſquis aliud doceat, vel ſuadeat, ab eo tanquam à ſeductore cauẽdum. Item, non multum cultui diuino fauent, quinimò ea quæ ab antiquo ordinata erant à fidelibus, ad cultum Dei pertinentia mutare, at-
Lorichius. que delere conantur. Quod Lorichius in cap.7. Dan. vbi de Antichriſto loquens dicit, putauit quòd poſſet mutare tempora, his verbis docet. Tempora mutare, eſt, omnes pias conſuetudines, & traditiones ſolẽnitatum, & cæremoniarum diſciplinarumque Eccleſiæ velle commutare. Hæc igitur ſigna ſunt, quibus ſancti Doctores falſos Prophetas prodi dixerunt, & hi ſunt effectus per quos eos dignoſcere poterimus, atque lupos ab ouibus diſcernere. Quæ omnia, vt ſuprà diximus, ex vno vitio oriuntur, nempè, ſuperbia, quæ eos nec veritati ſubiectos, nec authoritati maiorum cedere ſinit. Tu autem verè orthodoxe, alia via in-
Vincent. Lyrenien. cedere debes, vt ea, quæ non intelligis humiliter credas, illudque Vincentij Lyrienſis conſilium capias, quod ad peruerſos colloquens dicit. Dediſcant benè, quę didicerũt non benè, & ex vniuerſo Eccleſiæ dogmate, quæ intellectu capere poſſunt, capiant, quę nõ poſſunt, credant. Et Diuus Athana- *Athana.*
de Incarnatione verbi Dei contra Samoſatenſem: Res magnas (inquit) & apprehenſu difficiles, non niſi fide conſequi datur. Atq; indè fieri ſolet, vt ij quibus tenues in cognoſcendo vires ſunt, in ruinam trahantur, niſi ipſis perſuaſum ſit, vt in fide permaneant, & curioſas quæſtiones auerſentur: Nã Pau. dicit eſſe magnũ pietatis ſacramẽtũ. 1. Tim. 3. Et paulò inferiùs ait: Qui ea quæ vltra vi- *1. Timo. 3.*
res ſuas ſunt, indagat, in præcipiti conſiſtit; qui verò traditionibus inhæret, extrà periculũ verſatur. Suademus igitur vobis, quod & nobis ipſi ſuademus, vt traditam fidem *Idẽ Atha.*
retineatis, & auerſemini prophana nouitatis verba, & idem reliquis præcipiatis. Auguſtinus etiam tomo.9. tractatu.18. in cap. *Auguſt.*
5. Ioãnis: Neque enim, ait, natæ ſunt hæreſes, & quædam dogmata peruerſitatis illaqueantia animas, & in profundum præcipitantia, niſi dũ Scripturæ bonæ intelliguntur non benè, & quod in eis, non intelligitur, etiam temerè, & audacter aſſeritur. Itaque chariſsimi valdè, cautè hæc audire debemus, ad quæ capienda paruuli ſumus, & corde pio, & cum tremore, ſicut ſcriptũ eſt: hanc tenentes regulam ſanitatis, vt quod ſecundùm fidem, qua imbuti ſumus, intellige re valuerimus, tanquàm de cibo gaudeamus: quod autem ſecundùm ſanam fidei regulã intelligere non poterimus, dubitationem auferamus, intelligentiam differamus: Hoc eſt, vt etiam ſi quid neſcimus: bonum tamẽ & verum eſſe minimè dubitemus. Iam ergò nullam poteris excuſationem prætexere, ſi ab his te conſentias illudi; cùm vndè illos capere poſsis habeas. Sic enim ait ſanctus Leo Papa, in ſermone de Epiphania. Hactenus hæretici nocuerunt incautis, hactenus illuſerunt imperitis, poſt hoc nullus excuſabilis erit lapſus, nec iam ſimplex habendus eſt, ſed valdè nequàm, atque peruerſus, qui deinceps repertus fuerit nefando obſtricto errore. Hæc ſimpliciter dicta ſunt, vt apud ſanctos Doctores reperimus, quæ niſi magna cum attẽtione legantur, minimè prodeſſe poterunt: tamen ſi piè, & attentè legas, quæ dicta ſunt ex teſtimonijs adductis, ediſces, meamque diligentiam non inanem & ſine fructu efficies.

CAP.

Cap. VIII.

VM autem deſcendiſſet Ieſus de monte, ſequutæ ſunt cum turbæ multæ. Non ſatis
Simil. eſt arboribus ſi folia habuerint, niſi ſimul & fructus producant: Nec enim foliis ſed fructibus paſcimur. Ita nec ſatis Chriſtus feciſſe arbitratus, ſi populum in monte doceret, niſi quod de arboribus fructiferis dixerat, ipſemet in ſeipſo expectãdum daret, fructus miraculorũ & curationũ proferens, quibus omnes intelligerent, ipſum eſſe Saluatorem mundi. Eapropter & in monte, & in ipſius deſcenſu oblatos
Actor. 10. curat, ſic enim, (vt dixit Petrus Actor.10.) Pertranſiuit benefaciendo & ſanando omnes languores. Et primus ei ſe obtulit lepro-
Hieronym. ſus. (Ait Hieronymus): Nec dum poterat enim cum lepra tàm multiplicem in monte Saluatoris audire ſermonem. In quo manifeſtatur aliud ſignum, quo oſtenditur ipſum eſſe verũ Meſsiam, nempè edere opera & miracula diuina, in confirmationem ſuę doctrinæ, quæ præuidit in Meſsia ventu-
Eſai. 35. ro Eſai. cap. 35. Ecce Deus noſter ipſe veniet, & ſaluabit nos. Tunc aperientur oculi cœcorum, & aures ſurdorum patebunt. Tunc ſaliet ſicut ceruus, claudus, & aperta erit lingua mutorum: Hæc autem miracula in hoc capite, & in ſequentibus narrantur ab Euangeliſta. Et cap. 11.
Matth. 11. dixit Chriſtus Diſcipulis Ioannis. Ite, & dicite Ioanni quæ audiſtis, & vidiſtis. Cœ-
Matt. 21. ci vident, claudi ambulant, &c. Quare Chriſtus Dominus exprobrauit incredulitatem illarum ciuitatum, in quibus multa miracula fecerat, quia per illa non crediderunt. Eapropter dicitur Chriſtus
1. Cor. 1. à Paulo, Dei virtus, & Dei ſapientia. In ſermone præfacto oſtendit ſe eſſe Dei ſapientiam; In miraculis editis manifeſtat eſſe virtutem, ac potentiam Dei, per quem & condidit, & reſtaurauit omnia: In quantum eſt Sapientia Patris, docuit ſapientiam perfectorum; In quantum virtus eius eſt, probat dicta teſtibus miraculorum: miracula autem non ſunt perfectæ virtutis demonſtratiua, niſi magna poſsit, & omnia, qui ea agit. Probatur au-
Albertus. tem in his miraculis (ait Albertus) virtutem Chriſti eſſe magnam in hoc, quòd reparat atque reſtaurat illud quod potentia Dei, quæ omnia condidit, inſtituit, Ad eandem quippè artem conuenit, & opus facere, & illud poſſe reparare, cũm cecidit. Hæc autem reparatio poteſt fieri circa tria; aut penès virtutem, quæ conſeruat ſubſtantiam ſecundùm materiam, aut penès illa, quæ per ſenſum vim motiuã miniſtrãt, aut circa ea, quę vitã adminiſtrãt. Pro quo ſciẽdũ quòd animatũ ab inanimato duobus maximè differt, motu, ſcilicet, & ſenſu; in his quippè duobus manifeſtatur vita. Et quoniam vita eſt actus animæ, ſecundùm ſuam ſubſtantiam, in quantum anima eſt forma corporis, hinc fit, quod iſti duo actus ſint principales in animali. In motu autem nutritionis primùm apparet vita in omnibus corporaliter viuentibus: nam vegetabilium vita per hoc manifeſtatur, quod per nutritionem accreſcunt, & protenduntur. Vndè & Philoſophus Dioniſius dixit, quòd vi-
Philo. Dionyſius. ta eſt principium generis nutribilis: lepra autem contrariatur huic actioni vitali, quæ eſt nutrire: quoniam lepra eſt corruptio omnis nutrimenti ex corruptione venarum ad fontes membrorum deriuata: quare etiam membra cadunt leproſis. Sed perfectiſsima actio vitalis eſt ſecundùm motum, & ſenſum; & diſſolutio illius in inſtrumentis, ſenſus & motus eſt paralyſis. Ecce ergo quomodò lepra & paralyſis contrariantur primis, & principalibus actibus vitæ. Nam primus actus, in quo vita apparet, eſt nutrire, cui contrariatur lepra; & præcipui actus vitæ ſunt moueri, & ſentire, quibus contraria eſt paralyſis, quæ motum, & ſenſum impedit. Et vlterius procedendo conſidera, quòd principium vitæ in omnibus corporaliter viuentibus eſt cor, & accenſio extranei caloris à corde, per ſpiritum & ſanguinem per arterias & venas, per totum corpus diffuſa, eſt febris. Igitur in reparatione iſtorum trium eſt oſtenſio magnitudinis diuinę potẽtiæ; Quare in hoc capitulo hęc tria narrantur, & quòd Dñs mundauerit leproſum, & conſolidauerit paraliticũ, & ſocrum Simonis febricitantem ſanauerit: in quo ſe oſtendit authorem, & reparatorem vitæ corporalis. Igitur Euangeliſta refert, q̃ cũ Chriſtus deſcendiſſet de monte, ſequutæ ſuut eũ turbæ multæ. Qui dicunt fuiſſe vnũ & eundem ſermonem quem Matthæus, & Lucas ſcribunt, dicunt turbam dimiſſam à Chriſto,

quandò aſcendit in montem ; ſed poſteà cùm audiſſent,illum deſcendiſſe, & prædicare iterùm,ad illum conueniſſe. Sed tamen ſi dicamus alterum fuiſſe ſermonem, quem ad turbas habuit, quando deſcendit de monte, quem refert Lucas, ab eo quem Matthæus modò retulit:dicendum eſt, eaſdem turbas illum ſequutum fuiſſe; & tunc mundauit hunc leproſum. Et quia abſque dubio videtur, eundem fuiſſe hunc leproſum, quem Matthæus narrat,& quem Marcus etiam, & Lucas referunt; quoniam eodem modo & eiſdem circunſtantijs narrant miraculum ; niſi quod Lucas dicit,hoc miraculum fuiſſe in vna ciuitatũ.Aduertendum eſt ex Toſtato, id quòd dicit Lucas contigiſſe in vna ciuitatum,intelligendum eſſe iuxta vnam ciuitatum;nam ſimile inuenitur in Scriptura Ioſue. 5. cap. vbi in Hebræa veritate dicitur : Ioſue priuſquàm vrbem Iericho cœpiſſet ,in Iericho pugnaſſe cum Angelo : Nam vbi nos legimus cùm autem eſſet Ioſue in agro vrbis Iericho:Hebræa habent , Cùm autem eſſet Ioſue in Iericho: quia erat prope Iericho. Igitur, cùm deſcendiſſet Ieſus de monte ſequutæ ſunt eum turbæ multæ. In monte cum ſolis diſcipulis ſuis aſcendit Chriſtus:at cùm ad planitiẽ deſcẽdit,iã turba copioſa ipſum ſequitur: nã in rebus arduis,ac difficilimis quæ maximam pręſe ferunt perfectionem. Pauci ſunt qui ſequuntur Chriſtum, nempè diſcipuli ſui ex pluribus ſelecti,vt cum illo in montem ac culmen perfectionis aſcendant. Cætera hominum turba in facilioribus & ſibi vtilibus illum volunt. Nihilominus ipſe, etſi multoties accommodando ſe turbis, ad eos deſcendebat,eorum infirmos curando, eoſque vtroque pane paſcendo : tamen cùm ab his vacabat,iterùm in alta aſcendebat cum ſuis, imò & aliquãdò inuentus eſt ſolus in monte orans, in hoc exemplum, ac diſciplinam prælatis, ac maioribus præbens, vt ipſi in culmine perfectionis conſiſtant, maioraque munera ſubeant, etſi aliquandò fragilitati ſubditorum conniueant, eorum indigentijs ſollicitè prouidentes:tamen poſtquam hæc fecerint rurſum ad ſuperiora conſcendant, inceptumque vitæ rigorem proſequantur, atque quos poterunt ſecum euehant:Quod ſi nullus ſequatur, nihilominus cum Chriſto aſcendant etiam ſi ſoli in monte relinquendi ſint. Animalia illa ſancta quæ vidit Propheta,ibant, & redibant : quoniam Apoſtolici viri ire & redire debent. Oportet enim aliquandò vadant, etſi à ſuis contemplationibus deſiſtant, vt proximis, ac indigentibus ſubueniant, tàm in ſpiritualibus, quàm in corporalibus ; ſed rurſus reuertantur ad ſemetipſos, & ad alta iterùm aſcendant: quemadmodum & Paulus cupiebat anathema eſſe à Chriſto pro fratribus ſuis,hoc eſt, ſecundùm Chryſoſtomum volebat ad tempus carere diuinis conſolationibus, quibus in ſuis replebatur contemplationibus, & quaſi ſeparatus ab eis plenus alienis curis illis incumbere,ſuis pro prijs commodis derelictis. Et ita præcipitur Epiſcopis in Decretis D. 88. vt id faciant. Nam & Moyſes cùm crebrò intraret tabernaculum,etiam crebrò exibat, & qui intus Dei contemplatione rapiebatur, foris informantium negotijs vrgebatur. Sed & Iacob aſcendentes, & deſcendentes Angelos vidit : quia rectores Eccleſiarum non ſolùm cõtemplando aſcendere debent, ſed deorſum quoque ad membra illorũ miſeranda deſcendere. Vndè & rotæ illæ quos vidit Ezechiel cap.i,quæ iuſtos deſignabant, cùm ambulabant animalia , ambulabant & rotæ pariter iuxta ea, & cùm eleuarentur animalia de terra,cum euntibus ibant, & cùm ſtantibus ſtabant, & cùm eleuatis à terra pariter eleuabantur & rotæ ſequentes ea, quia ſpiritus vitæ erat in rotis. Hic enim oſtenditur quomodò deſcendere debeant Prælati ad ſubditos ; & rurſum aſcendere cum eis ad alta, hoc enim tribuit Spiritus ſanctus qui eſt in eis. *Sequutæ ſunt eum turbæ multæ*. Quoniam gloria magna eſt ſequi Dominum, vt dicitur Ezechi.23. & ideò dicit Iob. cap. 23. Veſtigia eius ſequutus eſt pes meus,viam eius cuſtodiui. Sequebantur autem eum quemadmodum omnia animalia ſequuntur ſolem: nam illo præſente atque ſua luce nos illuſtrante offendicula omnia cernimus, à quibus & cauere debeamus. Cæterùm illo ſe abſentante, atque ab obtuitibus noſtris deficiente, paſsim offendimus,vnuſque in alium impingit ; ſic & animæ contingit, nam præſente Deo omnia ſcandala ſua luce proſpicit, & ſuo adiuuamine cauet, quo abſente ſecum cadit,& cùm alijs rixis ac diſſenſionibus impingit: & ideò tanquàm ſuum ſolem ſequebantur eum turbæ. Quatuor autem cauſas aſsignat Gloſſa, quare eum ſequebãtur homines

Toſtatus. *Ioſue.5.* *Moralitas ſeu concio* *Luc.9.* *Ezech.* *Roman.9.* *Chryſoſt.* *Diſt.88.* *Ezech.i.* *Ezech.23.* *Iob.23.* *ſimile.*

homines illi.Alij enim propter charitatem quà erga illum erant affecti, alij propter curioſitatem videndi miracula, nonnulli propter doctrinam, cæteri propter curationem.Augu.autem ſuper ca.6.Ioan. quinq; cauſas ponit.Quidam vt curarentur, & quidam vt ſigna viderent,alij vt inſtruerentur: Et hæ tres cauſæ tanguntur hic.Alij verò ſequebãtur eũ, vt obſeruarent eum, & accuſarent, & quidam vt vtilitatem victus acciperent ab eo & cum eo: ſiuè quando multiplicabat panes, ſiuè cum ab aliquo recipiebatur, ſiuè etiam quia ipſe data ſibi egenis diſtribuere ſolebat. Vndè verſus antiqui dixerunt.Morbus,ſigna,cibus,blaſphemia,dogma fuere cauſæ, cur Dominum turba ſequuta fuit.Quare Ioan.6.dixit turbis Chriſtus : Quæritis me,non quia vidiſtis ſigna, ſed quia comediſtis ex panibus.Hoc autem miraculum propter turbas factum eſt; vt eius acceptarent doctrinam. *Cùm autem deſcendiſſet de monte, ecce leproſus veniens adorabat eum*. Signo exteriori genua flectens coram illo. Poſtquàm Chriſtus prædicauit in monte,cœpit opera egregia facere, quæ antea etiam fecerat vt doctrinam operibus confirmaret, & opera conformiter ad doctrinam ſuam ederet, & vt Euangelicos prædicatores inſtrueret,vt id facerẽt quod docerent, & id docerent quòd facerẽt.Sciebat quidem Dominus garrulos prædicatores non defecturos:ſed qui id facerent quod docerent,paucos futuros eſſe, & ideò dicebat Diſcipulis ſuis : Meſsis quidem multa,operarij autem pauci : Rogate ergò dominũ meſsis vt mittat operarios in vineam ſuam. Operarios(ait)non loquaces:quoniã horum copia: illorum inopia maxima eſt. Operarios ergò vineæ ſuæ deſyderat Chriſtus, qui verbis, & operibus eam colant, quoniam multò melius virtutem amplectitur qui eam ſimul videt & audit, quàm ille qui eam ſolummodò audit : aſpectus enim virtutis in alio reſplendens mirabiles excitgnit amores (vt aiebat Plato.) Nam ſicut illi qui Mathematicas diſcit, non ſatis eſt has ſcientias ſolo auditu percipere niſi digito figuras illas ſignauerit,& ob oculos propoſuerit, vt proſpectu ipſo videat, quomodò verum ſit,quòd omnis triangulus habeat tres angulos æquales duobus rectis, & cætera huiuſmodi,ſaltim multò facilius has percipit veritates,ſi iſto modò illas illi indicaueris: ſic multò ſuauius virtutis effigiem oſtendes illi, cui ad ſenſum in teipſo eius pulchritudinem ac ſuauitatem manifeſtas, quàm illi qui ſolummodò verbis eam docẽt. *Domine ſi vis poteſt me mundare*.Dominũ eũ vocat: quoniã Dominus nomen eſt, Maieſtatis, ex quo omne magnum in cœlo & in terra, originem ducit ſecundùm illud Hieremiæ.32.Fortiſsimè Domine,magne,potens Dominus nomen tibi. Si vis dico, quoniam voluntas tua neceſsitati non ſubiacet iuxta illud Sapien.12.Subeſt enim tibi cum volueris poſſe.Poteſtas cui omnia ſubiacent, hæc tuæ ſubiecta eſt voluntati. Vndè Anſelmus. 2. libr. Cur Deus homo. cap.17.ait: Omnis neceſsitas, & impoſsibilitas Dei ſubiacent voluntati ; illius autem voluntas nulli ſubditur neceſsitati, aut impoſsibilitati;nihil enim eſt neceſſarium,aut impoſsibile,niſi quia ipſe ita vult;ipſum verò, aut velle, aut nolle aliquid propter neceſsitatem,aut impoſsibilitatem alienatum eſt à varietate; Vndè ſi vis, potes: Voluntas quippè ac poteſtas tua pari paſſu currũt; nam quæcumque voluit Dominus fecit in cœlo,& in terra. Vndè Heſter. 13. dicitur. In ditione tua cuncta ſunt poſita, & non eſt qui poſsit reſiſtere voluntati tuæ, ſi decreueris liberare nos: continuò liberabimur. Vndè ſi vis, quemcumque effectum facere poteris, ac proinde me me mundare valebis. Quare Iob.33. dicitur.Ipſe ſolus eſt & nemo auertere poteſt cogitationes eius, & anima eius quodcumq; voluit hoc fecit; nam(vt dicitur Roman. 9.) Voluntati eius quis reſiſtit? Rectè ergo leproſus iſte genuflexus, vt ait Marcus hoc dicit. Domine, quem talem profiteor, ac adoro; Si vis,poteris me mundare : Per te omnia facta ſunt, ergò ſi vis poteſt me mundare. Voluntas tua eſt opus tuum, quoniam dixiſti:Et facta ſunt omnia;ergò ſi vis, &c. Tu Naamã Syrum à lepra ſua mundaſti, Quarè ſi volueris,etiam me mundum à mea lepra facies. Hic eſt certè optimus modus deprecandi Deum omnia ſuæ committendo voluntati : ipſe enim ſcit quid potiùs conducat nobis,ſalus, an infirmitas ; vita, an mors ; diuitiæ, an paupertas : Quare ſi hæc ab eo poſcimus, ſic debemus poſtulare, vt voluntas eius fiat in nobis, & id quòd magis beneplacitum ſit illi eius confiſi voluntate,quæ ſemper bona eſt. Vndè Pſalmiſta dicit: Reuela Domine viam tuã,& ſpera in eo, & ipſe faciet. Hũc modũ ſeruauerũt ſorores Lazari cũ hæc ſolũmodò verba ei mãdauerũt, Dñe ecce quẽ amas infirma-

Aug.6.c. Ioann. *Verſus.* *Ioann.6.* *Moralitas* *Matth.9.* *ſimile.* *Hiere.23.* *Sap.12.* *Anſelm. 2.libr. cur Deus homo.c.17.* *Pſal.134.* *Heſter.13.* *Iob.33.* *Rom.9.* *Marc.1.* *Ioann.1.* *Pſal.148.* *4.Reg.5.* *Pſalm.36.* *Ioan.11.*

infirmatur, nihil aliud ſubinferente, ſed ſuæ relinquentes voluntati, quam ſemper erga ſe bonam ac piam expertę fuerant. Vndè & ei reſpondit Dominus, *Volo mundare.* Ac ſi diceret: Hoc eſt quod ego volo, vt munderis. Voluntas enim mea ſemper tendit in bonum veſtrum (vt ait Paul. Roman.13.) vt probetis quæ ſit volũtas Dei bona & beneplacens, & perfecta. Philoſophi dicunt, quòd actus voluntatis circa finẽ vocatur nomine ipſius potentiæ qua tendit in bonum; ſicut aſſenſus principiorum vocatur intellectus: nam talis aſſenſus non eſt niſi ipſa potentia quæ tales veritates ſecum innatas habet: ſic quoniam voluntas Dei ad bonum & nullo modo ad malum tendit, ideò dicit: Volo mũdare. Ac ſi diceret: Hic actus eſt volũtas mea purificatio ac ſanctitas veſtra, ſecundum illud Pauli. Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra. Hæc enim eſt voluntas eius, bonum facere; ſicut hæc eſt potẽtia intellectus aſſentire principijs. *Volo mundare*; in altero pietas, cũ dicit (Volo): in altero poteſtas oſtenditur, cùm imperans inquit (mundare:) Nihil mediat inter præceptum, & opus: nã erat ille qui à principio dixit, & facta ſunt. Si membra rationi ad nutum obediunt, quantò magis factori? In nobis poteſtas à voluntate longa intercapedine diſtant; in Deo ſimul ſunt. Vndè Auguſt. lib.8. Confeſ. ca.8. dicit: Vndè hoc monſtrum eſt? & quare Imperat iſtud animus corpori, & paretur ſtatim; imperat animus ſibi, & reſiſtitur? Imperat animus vt moueatur manus, & tanta eſt facilitas, vt vix à ſeruitio diſcernatur imperium, & animus animus eſt, manus autem corpus eſt, imperat animus, vt velit animus nec alter eſt nec facit. Tamen vndè hoc monſtrum, & quare iſtud? Imperat, inquam, vt velit, qui non imperaret niſi vellet: & non fit quod imperat. Sed de hoc ſtatim plura dicemus. Dicit ergò. *Volo mundare.* Voluntas ergò poteſtas eſt. Et reijcitur Macharius qui negabat voluntatem humanam in Chriſto; & Fotinus ſimiliter qui negabat diuinam. Dicendo. *Volo*, oſtendit humanam volũtatem, quę pijſsima erat in Chriſto, & dicẽdo, *Mundare*, manifeſtat diuinã, qua omnia miracula fiebant: nam per voluntatem diuinam imperat tanquam omnipotens, quam omnipotentiam voluntas eius humana non habebat. Conuincitur etiam Arrius, in eo quod imperans operatur tanquam Patri æqualis. Denique & Manichæus confunditur, cùm manu tangit leproſum. Et *extendens manum ſuam tetigit eum.* D. Tho. 3. p. q. 19. arti. 1. ait: quod ſicut inſtrumentum, verbi gratia, ſerra habet ſuam propriam operationem, nempe ſecare; ſecare autem ſic informa ſcamni vel ſellæ; eſt vt mouetur ab artifice vt ſic ſecet: ſic proprius effectus humanitatis Chriſti, quæ fuit inſtrumentum diuinitatis, erat tangere: tangere autem ſanando, hoc erat principalis agentis ac motoris, nimirùm diuinitatis, quæ ei talem conferebat virtutẽ. Nam ſi magnes, quæ habet virtutem attrahendi ad ſe ferrum poteſt illam communicare ferro ſibi adherenti (vt teſtatur Aug.) ſe vidiſſe proprijs oculis libro. 21. de Ciuita. Dei, quòd cùm magnes attraxiſſet annulũ ferri, rurſus ille annulus attraxit alterum, quia illi ſuam virtutem communicauit magnes, & ille alium, vſque dum fieret catena integra annulorum: quare non magis diuinitas humanitati ſibi perſonaliter coniunctæ poterat virtutem faciendi miracula cõmunicare? Et ſicut carbo vnitus igni (vt ait Damaſcenus) communicat virtutem ignis: ſic humanitas eius diuinitati coniũcta (quæ ignis conſumens eſt) eius etiam virtutem, in his quibus eſt capax, acciperet?

Romã. 13. — 1. Teſa. 4 — Pſal. 134. — Auguſt. — D. Thom. — Simile. — Simil. — Aug. lib. 21. de Ciuit. Dei. — Simile. — Damaſc. — 4. Reg. 5.

Sed quæritur quomodo ſi Heliſæus Naaman leproſum non viſum nec tactum curauit, ſed ſolum verbo; quare Chriſtus maioris exiſtens potentiæ, non ſolum verbo, vel etiam voluntate curauit leproſum hunc, præcipuè cum hic potentiam ſuam oſtendere volebat? Ad quod reſpondet Albertus hic, quòd Heliſæus ſuæ infirmitatis ſibi cõſcius tactu curare non potuit, ſed potius ad figuram miſit ſacramenti Baptiſmi, in quo curatio perficitur dicens ei, vt ſepties lauaretur in Iordane: voluit enim Deus ex tunc præſignare qualem virtutem debeat præbere Chriſtus aquis, cum in Iordane baptizãdus eſſet. Cæterùm Chriſtus Dominus ſanitatem quam dant ſacramenta, non ita ſacramentis alligauit, vt extra illa ipſe nõ poſſet eam conferre, cùm & ipſa ſacramenta non efficiant propria virtute hanc ſanitatem, ſed virtute ipſius Chriſti, & ideò Chriſtus hanc virtutem manus protẽſione oſtendit & exhibuit: non enim in ſe aliter deitatem corporaliter inhabitaſſe ſignificaſſet.

Albertus — Leuit. 13.

Sed adhùc quæritur ſecundò, quia Leuit. 13. dicitur: quòd qui tetigerit leproſum immundus erit vſque ad veſperam, & tunc lotus aqua ingredietur in caſtra, Chriſtus autem ſupra cap. 5. dixerat ſe non veniſſe

Matth. 5.

ſoluere legem ſed adimplere; quomodò ergò nunc leproſum tangit? Ad quod reſpondet etiam Albertus; quòd ſicut ſupradictũ eſt, eſt iuſtus, & eſt ſuperiuſtus quem Epieikem Græci vocant, Epieikes autem ſiue ſuperiuſtus tenet Legem ad Legiſlatoris intentionem, ſicut & ipſe Legiſlator eam tenet qui eſt Lex viua. Cùm igitur cauſa inhibitionis tactus leproſi fuerit, nè inficeretur ſanus ex leproſo, & ſic plures fierent immũdi, cùm lepra ſit morbus contagioſus; eo ipſo ſuperiuſtus qualis fuit Chriſtus, debet & poteſt tangere lepram eo tactu quo lepre morbus effugetur, & tunc nõ ſoluit Legem ſed adimplet: quia talis fuit intentio Legiſlatoris, vt leproſus emundaretur & alius nõ læderetur; & ſic eſt videre in omnibus factis Domini. Quod & ipſe ſignificauit Ioan. 5. cùm dixit: Opera quæ ego facio teſtimoniũ perhibent de me. Sed hac perfidia excœcati Iudæi non intellexerunt, & ideò eum accuſabant tanquam Legis minùs obſeruatorem. Sed tertium inſurgit dubiũ, ex eo quod Chryſoſto. dicit, quòd non tactu ſed verbo hunc curauit leproſum, vt ſe ſuper Legem eſſe demonſtraret. Ad quod reſpondetur, nullo modo poſſe dici ob hanc ſolummodò cauſam hunc leproſum tetigiſſe Dominum vt contra Legem faceret, ſed potius ob cauſas prædictas; tamen dictum Chryſoſto. ſic intelligitur, quod tactum exhibuit in operatione virtutis, & hæc virtus cum verbo benignitatis perfecit ſanitatem, & ſic ſe oſtẽdit eſſe ſupra Legem quæ talem non habebat virtutem. Dicendo enim, Volo, verbũ benignitatis diuinæ explicuit, quæ ſemper eſt bonum noſtrum. Moraliter intelligendo hunc tactum quo mundauit leproſum, ſciendum eſt, aliquos peccatores tactu ac impulſu grandi Dei indigere, vt emundentur à lepra peccatorum ſuorum, maximè quandò iam peccata foras tanquam lepra prodierunt. Aliquos ſeruos habes tu in domo tua qui ad nutum obediunt tibi, & vix ex ore tuo prodit verbum quandò iam illi exequuntur illud: alios habebis adeò rebelles & inobediẽtes, vt & fuſte percuſsi vix mãdata tua exequantur. Sic & Deus aliquos habet amicos & ſeruos, qui ad vnius iuſſionis vocem protinus obediant, vt patet de Petro & Andrea qui ad hanc vocem, ſequimini me, relictis omnibus poſt eum abierũt: alios autẽ tã contumaces ac duros, vt vi oportet eos ad ſe trahere, vt patet de Paulo quẽ vi compulit ad ſe venire ex equo præcipitans eum; Vndè & in ſparabola illa de inuitatis dixit Rex, vt compelleret aliquos ad intrandum ad nuptias. Quare non quælibet vocatio ad trahendum hos ſufficit, ſed efficaciſsima: nec ſufficit extẽdere manũ quaſi ſignis vocando eos, ſed oportet fortiter tãgere eorum corda, & corpora vt reſipiſcant. Nam & ipſe Dominus dixit per Eſai. quem citat Paul. ad Roma. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem ſed contradicentem mihi. Et Prouerb. 1. Extendi manum meam & non fuit qui aſpiceret. Maior vis neceſſaria eſt. Tange montes, & fumigabunt. Hos maximos peccatores, qui quaſi montem magnum peccata accumulant addentes ſceleribus ſcelera, & theſaurizantes ſibi iram, oportet vt eos tangat Deus brachio ſuæ omnipotentiæ, vt ſic ſigna aliqua ſuæ conuerſionis exhibeãt, quibus quaſi fumo eorum vera conuerſio intelligatur; quemadmodum Paulus cùm ſe tactum fortiter ſenſit à Deo, mox ſuæ ſigna ſubitæ mutationis dedit dicens: Domine quid me vis facere? Quinimo & alijs qui corda lapidea ac inſenſibilia habent, corpora tangit Deus ac percutit: vt qui & interiora flagella non ſentiunt, per ſenſibiles plagas reſipiſcant: ſic Nabuchodonoſorem & Antiochum ad ſui cognitionem attraxit Deus, qui ſuperbia elati interioremtactum non ſentiebant, per corporis plagas in ſe reuerſi, vnus oculos ſuos ad eum leuauit, à quo cognouit ſe habere Regnum; & alius dixit, iuſtum eſt hominem ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire. Sic fecit Abſalõ cũ Ioab, à quo cum Abſalon ſæpe petijſſet vt loqueretur pro eo ad patrem ſuum & ille diſſimularet: præcepit ſeruis ſuis vt incenderent ſegetem Ioab; quo damno affectus Ioab fecit quòd ei mandauerat Abſalon. Sic rebelles ac inobediẽtes ad ſe attrahere cõſueuit Deus, vt qui monitis ſuis non acquieſcunt, per corporalia damna reſipiſcant. Ad hos ergo non ſolum extendit Deus manum ſuam, ſed & fortiter interiùs & exteriùs tãgit eos vt & ſic mundentur.

Albertus — Moralitas — Simile. — Ioann. 5. — Chryſoſto. — Ioann. 5. — Actor. 9. — Luc. 14. — Roma. 10. — Prouer. 1. — Pſal. 143. — Roman. 2. — Actor. 9. — Daniel. 4. — 2. Mach. 9. — 2. Reg. 14.

Sed quoniam non alia vice reditturus eſt ſermo de leproſis, non abs re erit hîc de eorum emundatione atque ſignificatione tractare. De qua re in. 13. cap. Leuit. agitur in quo primò ponuntur ſigna quibus dignoſcendus eſt leproſus. Graue quippè damnum eſt, cùm peccata non cognoſcuntur, cũ initium ſalutis ſit cognitio peccati, nec commodum poteſt adhibere remediũ medicus,

Moralitas de leproſis — Leuit. 13.

qui prius morbi radices non intellexit. Et primùm quando lepra manifesta est, vult Deus, vt absque vlla dilatione talis declaretur leprosus. Nã vt (ait Paul. 1. ad Tim. 5. Quorundam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium, & talia non oportet, vt celentur, nec tali publico peccatori oportet, vt dilationes concedantur, sed statim corrigatur, & emendetur. Cæterùm si dubia lepra est: attentè mãdat Dominus, vt consideretur: quoniam in dubijs non debemus præcipitare iudicium, sed magna cũ diligentia omnia prius animaduertere. Sed tamẽ præcipit ibi lex, quòd ille de quo orta fuit suspicio, habuisse lepra, etiãsi sacerdotum sententia pro mundo iudicatus est, nihilominus antequam priuilegijs mundorũ gaudeat, lauet vestimenta sua: quoniam illi qui in suspicionem alicuius criminis incurrunt, de quo aliqui scandalizati sunt, etiam si posteà constiterit de eorum innocentia in illis criminibus: tamen lauant vestimenta sua, hoc est, conuersationem talem inter homines habeant, tamquè cautè, & candidè inter illos conuersentur, vt omnino suis moribus sinistram illã suspicionem deleant & abstergant: nam per vestimenta exterior conuictus, & loquela intelligitur. Tria erant euidentia signa lepræ, pili in album mutati colorem: ipsa caro lucens: ipsa species lepræ humilior cute, & carne reliqua; sic his tribus signis animæ lepra deprehenditur. Si habitus virtutis commutati sunt, vt qui anteà honestate induebatur, nunc lasciuus ac mulierosus fit: si caro corpulenta, lucida, ac delitiosa: etsi ad res turpes, & viles humiliatur. Vel tunc pili mutantur quando cogitationes, quæ erant spirituales iam in carnales commutatę sunt. Non quilibet poterat iudicium ferre de lepra, sed ille qui loco Dei præerat, nempè sacerdos. Hoc enim magnum malum est, vt quilibet de se audeat iudicare, & quod sibi sanũ esse videtur, pro sano reputet absq; hoc quòd iudicium sacerdotum requirat: hoc enim perniciosum valde est, si quiuis habeat potestatem se ipsum iudicandi, acsi ipse Rex, & Sacerdos esset, possemus enim tunc dicere, quòd in libro Iudicum legimus: In diebus illis nõ erat Rex in Israèl; sed vnusquisque quod sibi rectum esse videbatur agebat: ac si diceret, non agnoscebant superiorem Regem, vel iudicem, sed vnusquisque sui ipsius iudex fieri volebat. Etiam si lepra non esset manifesta, consilio tamẽ sacerdotis subdebatur: quoniam in negotijs dubijs valdè vtile est, consilia à sapientibus capere: nam salus est vbi multa consilia. Non placet Deo vt sacerdos sententiam, ac iudicium suum temerariè præcipitet: sed cuius lepra non est manifesta, sed tantùm in suspicione quòd eam habeat, recludet eum sacerdos septem diebus, & considerabit die septimo: & siquidem lepra vltrà nõ creuerit, nec transierit in cute priores terminos, rursum recludet eum septem diebus alijs. Nec facilè condemnare debemus fratres de crimine: nam si attentè iterum atq; iterum facta sua consideres, fortè non adeò pessima, sicut priùs videbũtur tibi. Sed tamen de quo suspicio lepræ est, recludatur septem diebus. Ille, qui videtur in peccatum aliquo modo declinare, recludendus est, hoc est, ab occasionibus illis separandus; nè quæ incepit apparere, in veram tandem emergat lepram. Nam si semel virginem tuam vidisti leuiter loquutã in aliquo colloquio, reclude eam, à talibusq; colloquijs arce: ne crescat lepra, & tandem in peccatum labatur. Heũ quot virgines sic perierunt: quia cùm agnouissent in eis parentes aliqua leuitatis signa, non continuò reclusserunt illas, & ab hominum colloquijs segregauerunt. Item præcipit Deus, quòd si postquàm quis à sacerdote adiudicatus fuerit mundus à lepra, rursus in eo signa lepre increuerint; contaminabit eum sacerdos, & pro leproso cõdemnabit: quoniam si quis semel correptus, atq; purgatus de crimine aliquo fuit, iterum ad easdem occasiones vitiorum redire contingerit: tanquàm leprosus ac immũdus haberi debet. Dum suspicio lepræ durat, iterum atq; iterum recludendus est leprosus, atque à conuictu hominum arcendus, donec iudicetur an sit mundus, vel immundus: quoniam si suspicareris iustè, hunc contractũ non esse licitum, aut esse vsurarium, aut simoniacum: cessa ab eo, frater, vsq; dum verũ iudicium de eo feratur: si enim incipiens rationabiliter dubitare de eo, adhũc illum exerces, in peccatum tibi imputabitur. Si illi, cui caro lucebat, ac exhibebat speciem lepræ, postquàm reclusus est septem diebus, die septimo obscurior apparuerit, & nõ creuerit in cute; mũdus reputabitur à sacerdote: quoniam si puella. v. g. quæ in incessu, motu, & habitu signa leuitatis præ se ferebat, postquàm reclusa, & correcta est à parentibus, obscurior apparet, nec iam fucis lucidã reddit

1. Timo. 5.

Tria signa lepræ.

Iudic. 17.

reddit faciem, honestioreqùe habitu induitur, grauioreq; in verbis se ostendit: signum bonum est, illam iam non fore leprosam, aut peccatricem. Cuius autem caro, aut cutis igne exusta est & sanata; si locus cicatricis quem fecit ignis in alterum colorem mutatus est quem cùm sanata esset, caro non habebat, lepra verissima iudicanda est: quoniam si concupiscentiæ igne exarsisti, & indicia, ac signa remanent exustionis, in loquela enim, in habitu, & in alijs te ostendis alium, quàm anteà cùm sanus eras, permanentque in te veteris vestigia flammæ: Argumentum inde sumitur, quòd leprosus ac contaminatus sis. Ille cuius capilli à capite ceciderunt, caluus, sed non leprosus est; sin autem postquàm capilli exciderunt nouus color in caluitie exortus est, tanquàm immundus reputandus est. Cui à capite, & à voluntate res temporales exciderint, mundus est, etiam si nullus capillus remanserit in eo, hoc est, nec diuitiarum, nec honoris, nec alicuius rei temporalis cupiditas. Si autem ibi nouus exortus fuerit color, iam immundus erit: Hoc est, quòd si postquàm omnia temporalia despexit, aliquis nouus color, nouus amor, circa mundi capillos, quæ sunt temporalia bona, in eo exortus appareat; iam tanquam immundus efficiendus est. Nam etsi capillis caro eius pristina non tegitur, nouo tamen colore tecta est; etsi tẽporalia, quæ semel dimisit, non habeat, affectu tamen eorum compungitur: & ideò leprosus reputatur à Deo. Ille cuius macula steterit, & obscuriores redditi fuerint capilli, mundus est: quoniam si peccator cessat à crimine, & incedit tristis, & subobscurus propter mala, quæ fecit, iam tanquà mũdus reputandus est. Leprosos vult Deus segregatos viuere à sanis, nè inficiant eos: Optima respublica illa, in qua pessimi à consortio bonorum arcentur. Cur enim eos inficient sua lepra? Cur meretricibus cum honestis fœminis conuiuere licet? Maximè cũ talia vitia contagiosa sint. Prudens Sarra Ismaelem filium Agar, è domo pepulit, nè suis moribus pessimis inficeret filium suum Isaac, nè eum idololatriam doceret. Vndè & Paulus dicebat. Obsecro vos fratres per viscera Domini nostri Iesu Christi, vt abstineatis vos ab omni fratre inordinatè ambulante, & non secundùm traditionem quã acceperunt à nobis: quoniam, vt alibi idem Paulus dicit, modicum fermentum totam massam corrumpit. Qui leprosus iudicatus est, debet habere os opertũ veste. Tace peccator leprose, cur verbis tuis pessimis alios lepra inficies? Cur tuos libidinosos actus alijs narras, vt & ipsi ad similia excitentur? Audi Paulum dicentem. Corrumpunt bonos mores colloquia praua: quare turpiloquium nec nominetur in vobis. Debebat habere discoopertum caput, & dissuta vestimenta, vt leprosus agnosceretur, & etiam sanitatis causa: quoniam si uestes nimium inhærentes carni haberet, eorum calore flammesceret sanguis, & vlcera peius haberent: Multi nunc pretiosis vestibus lepram suam tegunt, atque habitu iustos se simulant, cùm tamen intus scabiosi sint. Quòd si lepra scates, cur vestibus indueris, quæ exurant sanguinem, & peius habeas? Lasciuus, ac libidinosus es? cur vestes odoriferas, ac lasciuas fers, quæ plus sanguinem tuæ libidinis inflamment? Vtere leuioribus vestibus, quas induere, ac exuere absque vlcerum possis læsione. Illi leprosi consutas vestes, ac cooptũ caput gerunt: qui excusationes quærũt in peccatis suis, sophisticisque rationibus, ac apparentibus defendere nituntur, vsuras, ac latrocinia sua: vt sic consuetæ vestes lepram fallaciter celent. Ille autem operit caput, quòd significat intentionem: qui se bona intentione mala fecisse defendit; & cum leserit fratrem, dicat, ludens feci (vt dicitur Prouer. 26.) Nec corpora, dũtaxat mũda, & absque lepra requirit Deus in populo suo, verùmetiam vestes, & stamina, nè vestis lepra infecta inficiat hominis corpus. Certè parùm honestę vestes multos inhonestos reddiderunt; lasciua vestis etiam igne comburenda est. Magno iudicio vult Deus, vt Sacerdotes de veste leprosa animaduertant: nam non parũ nobis confert, quo habitu indui debeamus; qualis debeat esse nostra exterior conuersatio inter gentes: nec de hoc consulendus est mundus, qui vestes leprosas, mundas reputabit, sed iudicio Sacerdotum, & Sapientum relinquendum est: nam & Diuus Petrus in. 1. Epist. Cano. c. 2. docet nos, conuersationem inter gentes habere bonam, vt in eo quòd detrectãt de nobis, tanquàm de malefactoribus; ex bonis operibus, nos consyderantes glorificent Deum in die visitationis.

Genes. 21.

2. Thes. 3.

Cor. 5. 1.

1. Cor. 15.

Ad Ephe. 5.

Prou. 26.

1. Pet. 2.

In cap. 14. ponitur ritus purificationis leprosi. Docuerat priùs quomodò cognoscenda sit lepra, modò docet quomodò sit puricanda. Quàmplurimi omnem suam diligentiam, ac scientiam cõsumunt in carpendis uitijs

Leuit. 14.

vitijs, nunquam tamen remedia adhibent, quomodò curentur. Quid tibi prodeſt notitia quòd leproſus ſis, ſi nunquàm à lepra mundari procuras? Deus nunquam vitia populi ſui reprehendit, quin ſimul inſtruat quomodò ea cauere debent. Hoc autem intereſt inter ſacerdotes veteris legis, & nouę, quòd illi non habebant poteſtatem curandi à lepra homines, ſed tantùm declarabãt, mundos eſſe ab illa; noſtri verò ſacerdotes etiam lepram curare norunt, atque à peccatis abſoluere delinquentes. Etiam ſi mundatus eſſet à lepra qui eam habuit, non tamen mundorum priuilegio poterat gaudere ſine ſacerdotum iudicio: quoniam nullus ſuo ſe iudicio gubernare debet: in cuius ſignum leproſum hunc hodie ad ſacerdotes mittit Chriſtus. Et ne exiſtimaremus, rem tam facilem eſſe iuſtificari, ac mundari peccatorem; octo continui dies expẽdebantur in purificatione leproſi: eſt enim negotium quod ſuum tempus ac præparationes requirit, licet ſit facile in conſpectu Dei ſubitò honeſtare pauperem. Primùm omnium debebat aſpergi ſanguine ſeptem diebus; quoniam ſine ſanguinis Chriſti aſperſione nullus ſit mundus, nam lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, vt ait Ioan. in Apoc. Aſperſorium autem, quo debebat purificari leproſus, debebat eſſe ex ligno cedrino, cui ligari debebat hyſſopus, & vermiculus, & paſſer viuus, cum filo coccineo, & paſſer viuus dimittendus, & alius paſſer immolandus eſt in aquis viuis, & in vaſe ſictili, & illi⁹ ſanguine aſpergẽdus eſt leproſus. Hæc omnia myſterijs ſcatent, ſed in cap. 3. cum de Chriſti baptiſmo ageremus hoc explicauimus. Poſtquam autem aſperſus fuerit hoc ſanguine, debet lauari ipſe, & veſtimenta ſua, & radat pilos, qui cùm eſſet leproſus, ei pullularunt: quoniam nec pilus quidem debet remanere de conſuetudine peccandi, nec guſtus, *ni reſabio*, ſed mutandus eſt in virum alterum; priſtinas ergo radat cogitationes, deſideria, ac opera. Sed poſteà ſeptem diebus extra tabernaculum ſuum remaneat: nam qui rectam agere debet pœnitentiam, domus ſuæ diuitias obliuiſci, ac relinquere debet. Poſt ſeptem dies illos, radet rurſus omnes pilos capitis, ac barbæ & ſupercilia, & lauet iterum veſtes, & corpus ſuum. O Deum immortalẽ! tantę molis eſt purificari leproſum, vt tot dies, tot ſacrificia, tot cæremoniæ neceſſariæ ſint: & exiſtimat peccator, quòd ſemel percutere pectus id ſibi ſufficiat, cùm nec corpus, nec veſtimenta ſua lauerit, nec pilos raſerit, ſed in ſuis permanſerit immunditijs: ita quòd nec intùs in corde, nec exteriùs in operatione correctus ſit? Deinde offeratur pro eo ſacrificium, & vngatur ſanguine, & oleo: vt ſciat quanta difficultate mũdatur, & caueat iterum lepra peccati infici. Aſtutia dęmonis ſic decipit peccatorem: Priuſquam in peccatum cadere faciat ipſum, facilè oſtendit illi fore remedium, vt ab illo reſurgat, & emundetur: poſtquàm verò iam in peccatum lapſus eſt difficillimã illi facit apparere pœnitẽtiam, vt timore perterritus ab ea fugiat. E contra Deus à principio vult, quòd peccator intelligat quanta cum difficultate emundetur: vt ſic peccati horrorem concipiat. Radere pilos, eſt, malas euellere cogitationes à corde, nec enim mundus erit à peccato, ſi peſsimis delectatur cogitatibus: lauare veſtes, eſt periculoſas conuerſationes aduerſari: aſpergi ſanguine, eſt affligere carnem, & pœnitentiæ mortificationem aſſumere: lauari aqua, eſt vero dolore ac fletibus offenſas Dei deplorare. Deniq; poſt hæc omnia ſacerdos vngat auriculam leproſi ſanguine, & oleo. Optima medicina ad præſeruandum à reſiduo peccati, vngere auriculam peccatoris ſanguine & oleo, hoc eſt, minis eum deterrere, & blanditijs afficere; intimet ei quãta pœna reſeruetur iniquis, & quanta gloria verè pœnitentibus maneat. Optimus cuſtos hic ad oſtium Paradiſi, ne iterum te decipiat ſerpens. Si domus erat leproſa, dominus eius debebat hoc intimare ſacerdoti: quoniam ad patremfamiliãs pertinet cura ſuorum, ne peccent, & leproſi fiãt: nam qui ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior. Ad ferendum iudicium à ſacerdote, an domus eſſet leproſa, priùs deberet omnem domus illius ſupellectilẽ forâs educere: quoniam vt recta prodeat ſententia à facie iudicis, nõ debet aſpicere diuitias, aut ſupelectillẽ illius, contra quem debet ferre ſententiam: aliâs ſub illis ſericis tapetibus celabitur lepra, & mundus ſibi videbitur, qui iniuſtus eſt. Cùm ergo ſuſpicio oriebatur, quòd domus eſſet leproſa, confeſtim occludebatur. Optimũ remedium. Si murmur increuit quòd in domo tua lepra ſerpere incepit, & quòd ibi loquelæ, ac conuerſationes malę audiebant: claude oſtiũ, ne velis, vt iam ingrediantur domum, qui eam

Eccleſ. ii.
Apoca. 1.
1. Reg. 10.
1. Tim. 5.

eam linguis ſuis, aut alijs vitijs inficiebant, & ceſſabit murmuratio. Tolle ligna, ait Hieronymus, & non erit ignis; Tolle occaſiones, & ceſſabit malum. Lapides, qui macula infecti videbantur tollendi erant, & à domo proijciendi, & loco illorum alijs ſani apponendi: quoniam ſi in domum tuam lepra incepit, tolle foras macula aſperſos lapides, pueros, puellas, & ſeruulos, qui in hac ſuſpicione inuenti fuerint, extra domum tuam pelle, & alios meliores illorum loco aferas, oportebit. Obſerua, quot diligentiæ adhibeantur antequàm domus leproſa euertatur: conſideretur, occludatur, radantur parietes, maculati lapides tollantur: quod ſi nec his adhibitis curis, ceſſauerit lepra, tandem deſtruatur. Sic ſe habet Deus cum peccatore. Quòd priùs in eo remedia probat, quàm eum funditus euertat. Supelectillem tollit, rem familiarem eius minuit, occludit eum aliqua grauans infirmitate, vnos tollit lapides, & alios eorum loco ſufficit: tollit ſalutem, & applicat dolores: confert honorem, & apponit hominum deſpectum; rapit diuitias, & pro eis ſubijcit paupertatẽ. Quod ſi hæc non ſufficiunt, tandem eum radicitus perdit, mortem confert, quàm ſequitur infernus. Adeò autem leproſorum conſortia fugere iubemur, vt nec iuxta eos ſedere; nec eos, nec veſtes, nec lectum eorum tangere debeamus, nè inficiamur peccatis eorum. Maximè libidinoſa conſortia auertere debemus: nam fornicationem fugiendam eſſe docet Paulus, & Moyſes dixit: Recedite à tabernaculis impiorum, nè inuoluamini in peccatis eorum. Quòd ſi nec tangere eorũ lectum debemus, quantò minus eis lectum ſternere, & molles parare ſaccones, hoc eſt, peccatorem adiuuare, ſuis peccatis noſtris adulationibus ei blandientes. Poſt eius emundationem vult Deus vt ei offerat ſacrificium, quatenùs omnia bona noſtra Deo accepta feramus. Maneat adhùc ſeptẽ dies poſtquàm mundatus fuerit, antequàm tabernaculum ingrediatur, vt oſtendat quanta cũ reuerentia, & animaduerſione peccator debeat ante Dei præſentiam apparere. Docereque iubet Sacerdotes populum, vt ab omni caueant immunditia: quoniam, & nos docere debemus Chriſtianos, vt ab omni labe peccati abſtineant. Ecce quomodò mundandi ſunt leproſi, & agnoſcenda, & cauenda lepra peccati.

Igitur, ad miraculum redeundo, tactu mũdat leproſum, vt Deitas in eo corporaliter habitare demonſtretur; verbum autem dictum eſt, vt turbæ adſtãti poteſtas eius ſignificaretur, ſecundum illud Ioann. 12. Non propter me hæc vox venit, ſed propter vos. Sanitatis autem præceptio facta eſt, vt Dominus, & Creator natura ſignificaretur: Sanitatis autem perfectio ſubſequuta eſt, vt Dominus Redemptor omnium veniſſe probaretur. *Et ait illi Ieſus: Vade, nemini dixeris.* Non præcipiendo, ſed humilitatis affectum explicando, ei interdicit Dominus publicare miraculum, hoc eſt dicere, quòd tãta erat humilitate præditus Dominus Ieſus: vt ex affectu ad illam vellet non publicari ſua egregia facta, niſi propter gloriam Dei aliter expedire vidiſſet: Quare nec iſte nec alij publicando factum peccauerunt, quoniam ob gloriam Dei, quàm etiam ipſe Dominus Ieſus volebat, id faciebant. Nec enim timebat ſibi de inani gloria Dominus noſter Chriſtus, ſed vt doceat Diſcipulos, quãtum poſsint, humanam gloriam euitare. Vel hoc dixit, quia ſuperfluum videbatur verbis diffamare, quod opere in ipſo factum eſſe videbatur. Auguſtinus vult, quòd in ipſo leproſo voluit temperare vanam gloriam, nè vanè ſe iactaret à Domino fuiſſe curatum: quoniam de bonis à Deo perceptis non oportet gloriari, nec iactare ea in publico, ſicut dicit Paulus. 2. Cor. 12. Si gloriari oportet, non expedit quidem. Et Ezechias theſauros oſtẽdens perdidit eos, vt habetur Eſa. 39. Sed contra hoc videtur, quod Marc. 1. dicitur, leproſum iſtum diffamaſſe eum per totam terrã, & publicaſſe miraculum, ita vt non poſſet intrare in ciuitatem, ſed foras in deſertis locis ſtabat. Et videtur hoc benefeciſſe; quia dicitur Tob. 12. Opera Dei reuelare, & confiteri, honorificum eſt. Iſte autem confeſſus eſt opera Dei, non ad laudem ſuam; ſed ad gloriam Dei. Vndè Eſai. 12. dicitur: Annunciate hoc in vniuerſa terra. Ad quod reſpondet Albertus hîc, quòd in veritate Dominus intendit, quòd iſte gloriam propriam non quæreret, de hoc, quod dignus habitus eſſet à Domino prę multis alijs leproſis curari: quia hoc eſſet iactantiæ; ſed tamen hoc op⁹ diuinæ potentiæ ad hoc factum fuit, vt potentia Dei innoteſceret, & prædicaretur, & hoc fecit iſte; primùm autem cauit, & ideò inobediens non fuit.

Chryſoſtomus dicit, hoc præceptum fuiſſe cautelæ: quod patet ex ordine horum prę ceptorum. Nam priùs dixerat, Nemini dixeris: deinde, Vade, & oſtende te Sacerdotibus;

Hierony.
1. Cor. 6.
Num. 6.
Ioan. 12.
Auguſt.
2. Cor. 12.
Eſai. 39.
Marc. 1.
Tob. 12.
Eſai. 12.
Albertus
Chryſoſt.

tibus:& ideò primum pręceptum non tenebat,niſi donec ſe oſtenderet Sacerdotibus. Nam ſi anteà prædicaſſet miraculum, cùm iam Sacerdotes odium concepiſſent contra Chriſtum, nõ recepiſſent eum ad iudicium emundationis, ſed dixiſſent eum adhuc immundum, & tũc nullius effectus fuiſſet prędicatio leproſi: quia calumniam habuiſſet miraculum, Sacerdotibus dicentibus nõ eſſe verè mundatum, cùm ad eorum iudiciũ hoc pertineret: maximè cùm lepra ſit morbus, qui non de facili cognoſcitur, niſi multum proceſſerit in deſtructionem membrorum. Sed poſtquàm Sacerdotes cum iudicauerunt mundum, & munus teſtificans munditiam receperunt, iam non poterant aduerſari miraculo, ſed potiùs dicere, manifeſtũeſt, & non poſſumus negare: & tunc valuit leproſus prædicare miraculum: ideò quippe
Prouer. 1. de ſapientia diuina dicitur Prouerb. 1. quòd dat paruulis aſtutiam & adoleſcenti ſcientiam & intellectũ: Vnde Aug. lib. 1. de Tri
Aug. lib. 1. de Trin. ni. vt ſuprà retulimus, ait, quòd gratanter recipit oſculum columbinũ dulciſsima charitas; dentem autem caninum, vel retundit ſolidiſsima veritas, vel euitat cautiſsima humilitas. *Sed vade oſtende te Sacerdotibus, & offer munus quod præcepit Moyſes, in teſtimoniũ*
Leuit. 14. *illis.* Leuit. 14. præcipiebatur id leproſis, & quia Chriſtus non venit ſoluere legẽ, ſed adimplere, vult, vt ſecundùm legis præceptum faciat: & ne videretur Sacerdotum authoritati derogare, & ne mundatus leproſus prohiberetur à conſortio hominum à Sacerdotibus: Et tertiò, vt videntes Sacerdotes leproſum Domini beneficio curatum, ſi quidem crederent, ſaluarentur: ſi verò nõ crederent, inexcuſabiles fierent. Quas rationes multi intelligunt deſignari in illis verbis. *Et offer munus tuum in teſtimonium illis*; nam hoc quidã ſic intelligunt, vt hoc ipſo quòd meo iuſſu accedis ad Sacerdotem, & offers munus tuum; ſit illis teſtimonium pro me, quod legis non ſum deſtructor, quemadmodum calumniantur. Alij ſic: In teſtimonium illis, hoc eſt, vt hæc tua oblatio pro emundatione tua teſtetur illis meam poteſtatem,
Hieron. Caieta. vt aut credãt, aut ſint inexcuſabiles. Ita Hieronymus & poſt eum Caietanus. Vel aliter vt de Chriſoſtomo ſtatim diximus: ſecundùm autem hos ſenſus illud, in teſtimoniũ, coniungendũ eſt, non cum verbo, præcepit, ſed cũ verbo, offer: Poteſt tamẽ ſecundũ Iãſenium, hæc pars rectè cõiungi cum verbo, præcepit, in hoc ſenſu: Moyſes præcepit in teſtimonium illis: hoc eſt, vt eſſet illis in legem & ſtatutum, ſiquidem legem teſtimonium etiam vocari, vel ex Pſal. 118. patet, vt *Pſal. 118.* ibi in proęmio nos adnotauimus. Itaq; ſenſus erit. Etſi verè mundus ſis, volo tamen, vt quæ Moyſes ex iuſſu Dei Sacerdotibus & toti populo, in teſtimonium & legem ſtatuit, ſancta habeas. Itaq; abi ad Sacerdotem & offer munus tuum, vnde illi partem ſuam habeant, vt nec authoritatis, nec commodi ex meo beneficio iacturam faciant, nec me culpent tanquam legis tranſgreſſorem, & te
Hilar. veluti immundum abijciant. Et D. Hilarius, In teſtimonium, coniungit, cum verbo, præcepit, intelligens, Moyſen præcepiſſe in teſtimonium: quia munera offerẽda ſigna erant, & vmbræ verorum ſacrificiorũ, quæ à nobis Deus magis requirit: Donum, inquit, illud nõ ſit ex auibus, ſed vt homo ipſe à ſordibus peccati corporis emundatus in Dei ſacrificium tranſeat: quia quod in lege Moyſes præceperit, teſtimoniũ ſit, non effectus. Itaq; poſt emundationem præcipit ei gratiarum actionem: quoniam in teſtimonium beneficij accepti hæc oblatio iubebatur. Significatur etiam per hoc, quod etſi quis curatus ſit à Deo à lepra peccati per contritionem, adhùc tenetur oſtendere ſe Sacerdotibus per confeſsionem, ſecũdùm illud Iacob. vlt. Confitemini alterutrũ pec- *Iaco. vlt.* cata veſtra, & orate pro inuicem, vt ſaluemini, & offer munus tuum in teſtimonium illis; hoc eſt in teſtimonium quod ſis à lepra curatus: vt ipſi teſtes ſint tuæ curationis: teſtimonium enim ab aduerſarijs laudabile eſt.

Cùm autem introiſſet Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio rogans eum & dicens: Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & malè tor-
Albertus. *quetur.* Paralyſis (vt ait hic Albertus Magnus) eſt emollitio neruorum per abundantiam humidi, quod cùm repleat neruos impedit viam qua ſenſus à cerebro ad membra diffunditur, & cauſat inſenſibilitatem: & cùm propter humiditatem emollit, virtuti motiuæ detrimentum parat: nam virtus motiua vult habere viam ſuam ſiccam & durã, nec enim eſt receptiua formarum ſenſibilium, ſicut vis ſenſitiua, quæ propter hoc humida eſt ac mollis, vt apta ſit ad receptionẽ ſpecierum & figurarum, quæ in ea imprimuntur: vis autem motiua eſt virtus actiua, non receptiua, & actio potentiæ actiuæ roboratur ſicco: quia humidum non eſt inſtrumentum actionis, eo quòd facilè cedit & labitur

labitur in ſe ipſum, & potiùs patitur à contrario, quã agat in illum. Rurſus cùm humor paralyticus repleat neruos, humiditate illa fit, vt diſtendat eos in latum, & cõtrahat â debita longitudine: ex alia parte virtus naturalis nititur eas diſtendere ad debitum ſitum, & ſic ex lucta morbi, & naturæ, quorum primus nititur contrahere neruos, natura diſtendere, oritur tremor membrorum in paralytico, & aliquando ſenſibilis dolor atque tortura magna, præcipuè, ſi humor diſſoluens, & emolliens calidus fuerit. Et talem paſsionem paralyticus iſte ſuſtinuiſſe videtur. Hęc autem dicta ſunt, vt ex magnitudine morbi, magnitudo etiam diuinæ potentiæ curantis appareat.

Moralitas Obſerua, quàm rectè poſt datam nobis falſorum Prophetarum notitiam, hos infirmos curaſſe narratur: quoniam nemo ex corruptis, & diſsipatis ciſternis aquam exhaurit: aut è littore maris, quod quotidiè alluitur, meſſem copioſam expectat, ſed neque in illis fidem ſuam collocat. Præmonuerat Chriſtus cauendum ab hypocritis, & falſis Prophetis vt infructiferis arboribus: nunc præter doctrinam, & ſigna, quæ in monte exhibuerat, ſe arborem illam eſſe teſtatur,
Pſalm. 1. de quo Dauid Pſalm. 1. & Ezechie. cap. 47.
Ezec. 47. prænunciarunt, Fructus eius in cibum ſunt, & folia in medicinam: nam quicquid ab eo eſt ad reſtitutionem, & noſtræ naturæ confirmationem pertinet: hoc ſtatim manifeſtum apparuit in curationibus, quas è monte deſcendens compleuit. Expedita quippè celebri concione in monte, & in ipſius procliuio curato leproſo Iudæo, occaſionẽ captauit Dominus ſanandi gentilis, nimirùm Centurionis ſeruum: Idcircò Capharnaum ingreſſus audit pro eo ſupplicantes Sacerdotes, & forte etiam ipſum Centurionem, demum iuxta fidem Domini ſeruum ſolo verbo, etiam abſentẽ ſanitati reſtituit. Rectè etiam poſt leproſi curationem, & huius Centurionis ſeruus curatus, deſcribitur à Matthæo, illic enim Iudæus fide non mediocri præditus aſſequutus ſanitatem deſcribitur: hîc verò beneficium deſcribitur exhibitum Ethnico, qui præter alias virtutes, fide etiam præſtantiori fuit inſignis. Ille enim ſibi ſanitatem quærebat: hic ſeruo; ille coràm exiſtentem credidit ſe poſſe ſanare: hic etiam abſentis verbo hoc tribuit: ille ex animi ſubmiſsione in faciem procidens, inſigni profectò modeſtia orauit, dicens: Si vis, potes me mundare: hic adhùc ſubmiſsiùs egit, indignum ſe ducens, qui vel ipſe Dominum appellaret, aut ad ſe venire ſuſtineret. His ſanè adumbratum fuit, Euangelicam gratiam Iudæis primùm ex promiſſione offerendam, nec defuturos, qui illam per fidẽ acceptarent, ſed mox multò cumulatiorem, cum fructu transferendam etiam ad gentes, de quo, & ipſe Dominus horum occaſione mox monuit. Et benè quidem lepra ſanatur in Iudæo, paralyſis verò in gentili: nam Iudaicus populus, veluti lepra laborabat, quòd ex parte ſanus eſſet, ex parte languidus: gentilis verò populus, veluti paralyſi ægrotabat, lecto decumbens, & iam proximus morti: quia nihil in eo ſanum, ſed omnia in eo morbida erant, & diſſoluta iam. Quòd leproſum præſens ſanat Dominus, domum autem Centurionis corpore non intrauit, ſed abſens corpore, præſens maieſtate, puerum eius ſanauit: ſignificauit, eũ in ſolo Iudaico populo corpore fore, apud alias verò gentes corporaliter non conuerſatum: & tamen implendum quod dictum erat: Populus quem non cognoueram, ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. His conuenit quòd ſeniores Iudæorum cauſam Centurionis Domino commendant, eumq; ad domũ illi adducũt, quẽ erãt è tẽplo ſuo, profligaturi: Nam hoc typus erat, à Iudæis, & Iudæorum opera Euangelicam gratiam profecturam ad gentes. Itaque magni cum ſignificatione myſterij Matthæus inter omnia miracula Chriſti, quæ ſcribit, primum Iudæum leproſum curatum, deindè verò Centurionis ſeruum ſanatum deſcribit: in
Acto. 10. quo Centurione gentium vocatio, & fides præſignata eſt, Actor. 10.

Cæterùm ad literam propriùs accedentes, aduertendum eſt, quòd propter diuerſam narrationem Matthæi, & Lucæ huius miraculi, quidam exiſtimant, alterum fuiſſe Centurionem quem Matthæus narrat, & al
Luc. 7. terum quem Lucas: quod ſanè minimè probabile apparet, tùm ex vtriuſque fide verbis explicata: tùm ex eodem beneficio acceptò: tùm etiam ex loco, & tempore eodẽ ab vtroque Euangeliſta præſignato, & ex eiſdem verbis, & admiratione Chriſti: ſed quod Matthæus omiſit, Lucas ſuppleuit. Matthæus quidem breuitati ſtudens, omiſit quod Lucas dixit, nempè miſiſſe Centurionem ad illum per ſeniores Iudæorum rogaturus, vt ſanaret filium ſuum: & poſteà per amicos, nè veniret ad ſe, non arbitratus ſe tanto hoſpite dignum, verbo ſoli ſuo, tan

tam

tam poteſtatem tribuens : & attribuit Matthæus talia verba ipſi Centurioni: nam quod ipſe per Sacerdotes dixit ad Chriſtũ, ipſe dixit· ſicut quod Legati nomine Regis referũt, ipſe Rex dixit priùs, & cũ veritate dicimus: dixit illi Rex: nam ſiue per ſe, ſiue per Legatos id dicat, ipſe dicit. Vel poſſumus dicere cũ Chryſoſtomo, quòd fortè poſteà ipſemet Cẽturio venit ad Ieſum, & hæc verba repetijt, quæ per Sacerdotes ac amicos miſit ad eum: & licèt Sacerdotes petiuerint à Chriſto, vt veniret ad ſanandum ſeruum Centurionis: tamen ipſe Centurio non talia verba dixit, ſed ipſi ex ſuo capite finxerunt, credentes hoc velle ipſum Centurionem: nam nec tantam fidem vel humilitatem in illo credebant eſſe, quam ipſi non habebant, quòd crederet de Chriſto, ſolo verbo poſſe curare morbum ſuum, & ſe indignum fateri, quòd tantus hoſpes limina domus ſuæ calcaret. Quòd ſi myſterium in hoc facto Centurionis deſideras, inuenies ipſum iam penè ſubolens, Sacerdotes eſſe, veluti media inter homines, ac Deum (vt Moyſes dixit ad populum, quòd ipſe erat ſequeſter eorum) cùm illos ad intercedendum pro ſe miſit ad Chriſtum. Nec te moueat, quòd Matthæus vocat eum puerũ, & Lucas ſeruum: nõ enim apud Matthæum nomen pueri pro filio, vt quidam putant, accipitur, ſed pro ſeruo: nam & dictio Græca, quæ hìc ponitur, vtrumq; ſignificat, ſicut & Latinis nomen, puer.

Chryſoſt.

Deut. 5.

Centurio vnde dicatur.

Obſerua deinde, quòd Centurio dicitur, qui centum præfectus eſt, & ſunt, qui pedites fuiſſe, arbitrentur: nã cùm Romani rem publicam Iudæorum ſibi ſubiecíſſent, noſſent autem, quàm proni eſſent ad defectionem, præcipuis vrbibus præſidiarios milites collocarant, quorum erat, nòn modò nouos motus, ſi qui à Iudæis excitarentur, reprimere, ſed & Perſarum & AEgyptiorum incurſionibus obſiſtere: ex ſacris enim hiſtorijs, & Ioſepho Iudæo colligimus, quàm frequẽtibus illorum infeſtis armis & deprẽdationibus Iudęi hactenus oppreſsi fuerint.

Iuſtinianus Imperator lib. inſtit. c. de iure perſona.

Seruus autem idem eſt, quod mancipium. Iuſtinianus Imperator in lib. 1. Inſtitutionũ tit. de iure perſonarũ in prin. docet, natura quidem omnes eſſe liberos, ſeruitutẽ autẽ iure gentium eſſe profectam: Seruitus enim eſt, inquit, conſtitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubijcitur. Ex eo autẽ ſerui appellati ſunt, quòd Imperatores captiuos vendere, ac per hoc ſeruare, nec occidere ſolent: vnde ſerui à ſeruando dicti ſunt, ſicut & mancipia, eo quod ab hoſtibus manu capiantur. Hic autem ſeruus ait Lucas, quòd erat pretioſus Centurioni: nam ſcriptum eſt; Seruum fidelem inueniſti, ſit tibi ſicut anima tua. Nec enim ideò quòd ſerui ſint, non debemus illorum curam gerere: imò Paulus ad Timotheum docet, quod qui ſuorum, & maximè domeſticorum curam nõ habet, infideli deterior eſt: nam natura pares nobis ſunt, licèt cõditione diſsimiles. Quod eleganter docet Macrobius lib. 1. Saturnal. c. 11. Tibi autem, ait, vnde in ſeruos tantum, & tam immane faſtidium, quaſi non ijſdem tecum & alantur, & conſtent elementis: eundemque ſpiritum ab eodem principio carpant. Vis tu cogitare eos, quos ius tuum vocas, eiſdem ſeminibus ortos, eodem frui cœlo, æquè viuere, æquè mori: ſerui ſunt, imò homines; ſerui ſunt, imò conſerui: ſi cogitaueris, tantundem in vtrisq; licrẽ fortunę, tam tu illum videre liberum potes, quam te ille ſeruum. Neſcis qua ætate Hecuba ſeruire cœpit? qua Creſus? qua Darij mater? qua Diogenes? qua Plato ipſe? Vnde conſiderandum eſt multa eſſe, quæ nos debent mouere, vt beneuolo animo ſimus in ſeruos. Primò, eadem naturæ cõditio in dominis & ſeruis: ex quo fiat, vt ſicut caput pro membris, ita pro ſeruis Domini ſoliciti eſſe debeant. Philo Iudæus lib. de ſpecialibus legibus: Etſi enim, inquit, forma & conditio vilior dominos à ſeruis diſtinxerit: communis tamen vtriſque natura & lex diuina eſt. Vnde Gregor. Nazianzenus in Tetrathichis ait. Quid dominus, aut ſeruus? ſtulta vtiq; diuiſio, vnus omnibus creator, vna lex, vnum iudicium. Vnde Paulus ad Coloſſ. 4. docet, vt ipſi domini ſeruis tanquàm conſeruis vtantur, conſiderantes ſibi dominum eſſe in cœlis.

Luc. 7.

Eccl. 33.

1. Tim. 5.

Macrob. li. 1. Saturnal. c. 11.

Philo Iudæus.

Greg. Nazianze.

Coloſſ. 4.

Secundò adde, quòd domini opus habent ſeruorum ope: vnde & coadiutores illos agnoſcunt. Cyrus Theodoretus lib. affec. græc. ſerm. de prouidentia, inæqualitatem quidem ſtatuum probans, mutuam tamen omnium ſympathyam confirmat. Alij paſtores, alij lanifici, alij nautæ, & alij alijs artibus addicti ſunt: ita ſanè, vt alia eſt mẽbrorũ horum & illorum functio, quę in vnici corporis neceſſarium ſtatum & perfectionem contendit. Tertiò, quoniam ob peccatum ſeruitutem introductam eſſe, ait Auguſtin. lib. 19. de ciuit. c. 15. Quis autem noſtrum ſine peccato eſt, vt primus in ſeruos lapides

Cyr. Theodoret. lib. affe. græc. ſermo. de prouidentia.

Aug. lib. 19. de ciuit. c. 15.

lapides mittat? Primus eos contemnat? imò quantò purior & iuſtior erit, tãtò magis in ſeruos benè afficietur. Sic Iob tã ſuis ſe charũ, quaſi affectu reciproco aſſerit. Dixerũt, inquit, viri tabernaculi mei quis det de carnibus eius, vt ſaturemur? Macro. vbi ſuprà, ſeruus eſt quidẽ, ſed neceſsitate, ſed fortaſſe libero animo ſeruus eſt. An nõ in ſeruum venũdatus eſt Ioſeph, & ipſe tunc prophetabat? Quãtus qualisq; Daniel in Babylonia? & tamẽ vnus ê captiuis. Ne dicã & Plautum, & ex omni doctiſsimorũ virorũ ſerie per multos pro mancipijs venundatos eſſe. Quartò habet, & hæc quã legimus in hyſtorijs magna rerũ mutatio, quæ ex ſeruis dominos, è dñis ſeruos efficit; magnã vim in omnibus animis, vt iuxta conſiliũ Apoſtoli, qui ſtat, videat, nè cadat. Quintò, Chrĩſtianos etiã monet tremendum, quod nobis in exitu huius ſeculi reddetur iudiciũ, quo tragica magis rerũ mutatio ſubſequetur, quo deponet Deus potẽtes de ſede, & exaltabit humilẽ, vt collocet eum cũ Principibus, & ſoliũ gloriæ teneat. Diues enim, cùm interierit, nõ ſumet omnia, nec trãſibit cum eo gloria domus eius: nõ dignitates, nõ gradus, nõ honores, non dominationes, ſed quò fortè pluribus imperabat, eò magis ab omnibus deſeretur, & quos deſpexerat, gloria donatos cõſpiciet. Sic Hebr. 11. Sanẽti egẽtes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus: & tamẽ in paucis probati, in multis bene diſponẽtur. Sextò, quia etiã Chriſti humilitas, quid de ſeruis extimare debeamus, efficit. Siquidẽ, vt ſcribit Grego. Nazian. in Tetraſthichis, & ipſe Chriſtus ſeruus viſus eſt: nã exinaniuit ſemetipſum formã ſerui accipiens. Phil. 2. His meditationibus impellimur ad beneuolentiã in ſeruos, vt illos pro confratribus habeamus. Quid enim abiectũ cenſeant Dñi, nõ dico, vt ad inſtar Diui Martini ipſe ſępè ſeruo miniſtres, quod Seuerus Sulpitius ſcribit, ſed vt illũ languentẽ non deſeras: ita enim fiet, vt & tu dignus habearis, qui ſeruos habeas. Quẽ enim equo dignũ putabimus, qui nullã equi nutriendi, & fouendi curã habuerit? Plato lib. 6. de legibus, neminẽ ſeligendũ in Dominũ docet, qui nõ educationẽ manſuetudine didicerit. Idẽ Xenohõ lib. 8. de Præda Cyri, hac ratione docet Cyrũ magnas ſibi hominũ copias demeruiſſe, quòd magnam erga ſeruos adhibuerit curã: legẽ tulit Claudius Imperator, quæ refertur lib. 40. ff. tit. 8. Qui ſinè manumiſsione ad libertatẽ

Iob. 31.

Macrob.

Pſa. 104.

Daniel. 1.

1. Cor. 10.

Luc. 2.

1. Reg. 2.

Pſal. 48.

Heb. 11.

Greg. Nazian.

Philip. 2.

Plato lib. 6. de leg.

Xenophon lib. 8. de Præda Cyri.

Claud. Imper.

peruenìunt. à Modeſtino lib. 6. Regularũ. qua lege iubet, vt ſeruus, quẽ pro derelicto, dominus in grauẽ infirmitatẽ habuit, pro libero haberetur. Et Inſtitu. lib. 1. De his, qui ſui, vel alieni iuris ſunt, adducitur Antonini Imperatoris reſcriptũ ad Æliũ Martianũ ſub hac forma. Dominorũ quidẽ in ſeruos ſuos poteſtatẽ illibatã eſſe oportet, nec cuiquã hominũ ius ſuum detrahi, ſed dominorum quidẽ intereſt, nę auxiliũ contra ſeuitiam, vel famẽ, vel intolerabilẽ iniuriã denegetur his, qui iuſtè deprecãtur: ideoq; cognoſce de querelis eorum, qui ex familia Iulij Sabini ad ſacrã ſtatuã confugerunt, et ſi vel duri? habitos, quã ęquũ eſt, vel infamia iniuria affectos eſſe cognoueris, venũdari iube, ita vt in poteſtatem domini non reuertãtur. Itẽ Greg. Nicenus lib. de Oratione. Quid enim eſt, quòd tu, quia dñs es, adeò ſeruũ tuũ contẽnas? Quantũ ad naturæ dignitatẽ attinet eiuſdẽ tecũ cõditionis eſt, qui lege, ac conſuetudine tibi ſubditus eſt, nec per te factus eſt, nec per te viuit, nec corporis & animæ efficacias abs te habet acceptas. Quid ergo eum ſic deſpicis? Hæc omnia perpẽdebat hic Gẽtilis; Ideò pretioſum habet ſeruũ ægrotũ, domi retinet, curat, & omnia requirit, quæ ad proſperã valetudinẽ, reſtituendã facere exiſtimat. Qui vbi medicos nihil hìc proficere videt, ad ſummũ omniũ etiã animarũ medicum Ieſum contendit dicẽs. Dñe, puer meus, &c. vbi ait Chryſoſtomus, quòd in corde recognouit eũ eſſe fratrẽ, & apud Deum nõ eſſe diſtantiam inter dominũ & ſeruũ, vt Paulus ait ad Philem. Ideò ad tẽpus à te diſceſsit, vt in æternũ illum reciperes, iã nõ vt ſeruũ, ſed pro ſeruo chariſsimũ fratrẽ. Et ad Ephe. 2. Vos Dñi eadẽ facite ſeruis, remittentes minas: ſcientes, quia & illorũ, & veſter Dñs eſt in cœlis, & perſonarũ acceptio nõ eſt apud Deũ. Nõ ſic fecit Amalech. 1. Reg. 30. Sed dereliquit ſeruum ægrotum in via, quẽ tamen Dauid fouit, & refecit: quoniam etſi Pagani in ſeruos crudeles ſint, ſed Chriſtiani filij Ieſu, qui eſt filius Dauid miſericordes, ac pij debent eſſe ad illos. Cùm ergo audiſſet de Ieſu, ait Lucas, hoc eſt, de miraculis eius, cùm & omnium ore celebraretur, & per vniuerſam Iudæam, Galilæam, & circumvicinam regionẽ, verba hæc diuulgarẽtur, ſeu cùm audiſſet Ieſum, quem priùs, aut aſpectu nouerat in Capharnaum aduenire; miſit ad eum Seniores. Matthæus refert verba illa, Domine puer meus, &c. quæ Lucas

Inſt. li. 1. Antòn. Imp.

Greg. Nicen.

Chryſ.

Philemõ.

Epheſ. 2.

1. Reg. 30.

cas tacuit: nutu enim Dei factũ eſt, vt, quod vnus tacuit, alius diceret, vt ex vtriuſque teſtimonio veritas huius miraculi conflaretur, atque conſtaret. Sedulius Paſchaſius, de quo Hieronymus lib. de viris illuſtribus teſtimonium fert: ſic hoc miraculum in ſuis carminibus refert.

Sedul. Paſchaſ.

Verſus.

Inde recedenti ſupplex ſe protinus offert
Centurio, & precibus proiectus talibus erat.
Impubis pueri cruciatur ſpiritus ager.
Sed iuſſu miſerere precor.

Et male torquetur. Quoniam vt refert Lucas, erat propè mortem: ita iam mortis anguſtijs angebatur. *Reſpondit Ieſus: ego veniã, & curabo eum.* Sed quæritur, quomodò hoc verum ſit, cùm non venerit ad Centurionis domum: & appropinquauit domui eius? Ideò ait, veniam, ſcilicèt, vſq; ad locũ domui tuæ propinquũ. Secundò, vt intelligatur conditionaliter, ſcilicèt, ego veniam ad paralyticum, domũq; tuã, ſi deſyderaueris hoc: vt ſit promiſsio beneuolentiæ, non

Alber.

aſſertio operis. Vel dic, ſecundùm Albertum, quòd ſecundùm preſentiã Diuinitatis venit. Deniq; propter magnã fidem, humilitatem, charitatem, ac ſapientiam Centurionis Chriſtus tam prõptè promiſit. *Ego veniam, & curabo eum.* Fides enim Centurionis apparuit in hoc, quòd credidit Chriſtũ poſſe curare lęthaliter infirmantem, quod non fuit multò minùs miraculum, quàm ſuſcitare defunctũ: Humilitas, quia indignũ ſe æſtimauit in propria perſona coràm Chriſto apparere, vel eum in domo ſua recipere, ſicut & Petrus dixit: Exi à me Domine,

Luc. 5.

quia peccator ſum: Charitas, quòd pro ſeruo ſuo, tam inſtanter rogauit, quem etiam puerum nominat, propter dilectionem ad eum. Vnde Lucas ſcribit, quòd fuerat ei pretioſus, id eſt, charus: Sicq; Centurio impleuit illud Sapientis. Seruus fidelis ſit tibi

Eccleſ. 27.

quaſi filius. Eccl. 27. Eſt & conſuetudo ſcripturæ, miniſtros pueros appellare. Vnde in

3. Reg. 19.

lib. Regum habetur, quòd Elias venit in Berſabee, & dimiſit ibi puerum ſuum, hoc eſt, miniſtrum: Sapientia autem Centurionis patet in hoc, quòd Chriſti diuinitatem cognouit: eũq; ſolo verbo, vel angelorũ miniſterio poſſe dare ſoſpitatẽ, pẽſauit. Chriſtus deniq; ad dandũ humilitatis exemplũ promiſit ſe ad paralyticũ ſeruũ iturum: vt

Ioan. 4.

enim in Ioanne habetur, rogatus, vt viſitaret filium Reguli, non acquieuit, ſed rogatus viſitare ſeruũ Centurionis, ſtatim aſſenſit: ne dedignaremur abiectos, & pauperes viſitare perſonas. In quo facto, ſecũdùm Gre. ſuperbia noſtra retũditur, quii n hominib? non naturã, qua ad imaginẽ Dei facti ſunt: ſed honores, & diuitias veneraremur: Hinc ait Bernardus: Ad ſanandũ filiũ Reguli, ire noluit, ne diuitias honorare videretur. Ad ſeruũ pergit, ne ſeruilẽ conditionẽ contemnere putaretur. *Et reſpondens Centurio ait: Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meũ, ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur puer meus.* Hoc reſponſum per nũcios inter medios fecit hic Cẽturio. Cùm enim aliqui retuliſſent ei verba Chriſti, quibus dixit, Ego veniã, & curabo eũ. Tũc miſit ad illũ amicos ſuos, vt dicerẽt hæc verba: Dñe nõ ſum dignus, &c. prout Lucas pleniùs narrat. Itaq; ait: *Non ſum dignus, vt intres ſub tectũ meũ,* hoc eſt, in domũ meã, tecto opertam, cùm tu ſis Genere Iudæus ego Gẽtilis, tu Saluator, ego peccator, tu Deus, ego homo. Quæ enim conuentio lucis ad tenebras, aut quę pars fideli cũ infideli, & quid tritico cũ paleis? Agnouit Centurio, quã abominabile erat Iudæis ad alienigenam accedere, vel cũ Gẽtilibus mãducare aut bibere, ingredi, vel miſceri. Quidã dicunt, quòd ideò dixit Centurio, *Dñe non ſum dignus, vt intres ſub tectũ meũ*: quia fortaſsis habuit in domo ſua idòla. Sed hoc nõ videtur probabile: quia, vt dictũ eſt, ipſe ædificauit Synagogã Iudæis, propter quod certũ eſt, quòd fuerat feruẽs cultor veri, ac vnius Dei: ſicut Cornelius Centurio. Quis enim nũc ſpõtè cõſtrueret Chriſtianis Eccleſiã, niſi coleret Chriſtum? *Sed tantùm dic verbo.* Hebræa phraſis eſt, ac ſi diceret, impera, præcipe, vt ſanetur puer meus, & fiet: nõ enim eſt tibi difficile omne verbũ. Sed vnde habebat Centurio hic tantam fidẽ de Chriſti potentia? Dicendum, quòd partim ex fama, qua audierat prædictum leproſum tam potẽter ac imperiosè à Chriſto curatum, partim ex inſpiratione diuina. Prætereà, quod non exigeretur corporalis præſentia Chriſti probat per locũ à minori dicens. *Nam & ego homo ſum ſub poteſtate.* videlicèt, homo puſus, nõ Deus & homo, vt tu. *ſub poteſtate conſtitutus*: id eſt, ſuperiori Principi ſubditus, vtpotè Imperatori ac Præſidi: ex parte enim Romanorũ poſitus fuit Cẽturio in vrbe Capharnaũ, vt eã ſecundũ legẽ Romanorũ gubernaret, & cuſtodiret. *Habens ſub me milites.* Centũ mihi obedientes, *& dico*, imperãdo *huic* militi, *vade*, quò mitto te, *& vadit*, vt iubeo, *& alio*, ſecundùm antiquam Grammaticam, id eſt, alteri

Gregor.

Bernar.

2. Cor. 6.

alteri militi, *dico. veni* ad me, *& venit, & ſeruo meo*, dico, *fac hoc*, quod tibi iniungo, *& facit.* Per hæc verba dabat Centurio intelligere, quòd Chriſtus ſolo præcepto, atque Angelorum obſequio, ſine ſua corporali præſentia poterat facere omne quod voluit, nec indigeret ad curandum paralyticum corpore præſens eſſe. *Audiens autem Ieſus* (ab ore nunciorum) *verba hæc, miratus eſt.* Hic quæritur, quomodò admiratus ſit Chriſtus, qui omnia ſciuit, antequàm audiret, & de nullo admirari potuit: quia admiratio eſt ſtupor quidam in eo, quod ita magnum eſt, vt ſit vltrà facultatem cog-

Albert.

nitionis, & operis eius, qui admiratur: & tamen nihil eſt, quòd taliter excedat Chriſti facultatem. Ad quod reſpondet Albertus, Quòd duplex eſt ſcientia in Chriſto; altera Diuina, quam habet à Patre ab æterno, altera infuſa ſibi in inſtanti ſuæ ſanctiſsimæ Conceptionis, & ſecundùm neutram iſtarum ex auditu admirari potuit: ſed eſt adhùc in illo ſcientia experimentalis, per quam experientia tangebat ea, quæ per alias ſcientias ſciebat: & ſecundùm hanc ſcientiam per auditum cognouit Centurionis fidem, quam iſto modo, hoc eſt, per ſenſus anteà non nouerat, & ſecundùm hanc ſcientiam admiratus fuit: quoniam expertus eſt per ſenſum auditus fidẽ, quam de nullo alio talem audierat. Admiratio tamen hæc in Chriſto non fuit ſtupor cordis, vt in nobis, ſed potiùs oſtenſio, qua alijs manifeſtauit, Centurionem illum virum eſſe mirabilem, in hoc quòd ad modum mirantis ſe habuit, hoc eſt, vt ait Ianſenius, quòd

Ianſen.

ad modum mirantis vultum ſuum compoſuit: & tunc adimpletum eſt vaticinium il-

Eſai. 40.

lud Eſai. cap. 40. Mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Iſte enim Princeps Gentilis de fortitudine Gentium aduenit, ſicut & Magi. *Et ſequentibus ſe, dixit.* Cùm non dicatur ſequi Chriſtum, niſi Diſcipuli. Quæritur, quarè non laudauit eũ apud omnes, ſed apud Diſcipulos tantùm. Ad quod reſpondet Alber.

Alber.

Quòd ſi hoc verbum in communi protuliſſet, multos turbaſſet Iudæorum: eò quòd fidem Gentilis eorũ fidei prætuliſſet, & hoc facere noluit, ſecundùm illud. 1. Cor. 10. Si-

1. Cor. 10.

ne offenſione eſtote Iudæis, & Gentibus, & Eccleſiæ Dei, ſicut & ego vbique, & in omnibus placeo, non quærens, quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant. Licèt fortè etiam id coràm illis, qui verba Centurionis illi attulerunt, dixit, vt Iudæorum perfidiam percuteret atq; confunderet. *Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Iſrael:* Quod tamen accipiendum eſt, cùm ſub intellectione, hoc eſt, à tempore prædicationis meæ, nempe ex quo quæro fructũ prædicationis meæ, vt excipiamus fidem Patriarcharum, & Ioannis Baptiſtæ, quę multò maior fuit. Nec dicit, non inueniam, ſed non inueni: quoniam maior futura erat fides Apoſtolorum, vel non inueni tantam fidem in Iſrael, nempe in proportione: nam proportionabiliter maior erat fides huiuſmodi in Gentili, qui in Scripturis non erat exercitatus, & Ieſum tantũ ex fama cognouerat; quàm fides quorumuis, quantumuis magna, qui in Scripturis erant verſati, & multis viſionibus cœleſtibus donati: Quomodo Vidua plus dicitur poſteà miſiſſe in ærarium, quàm omnes diuites. Vel dic cum

Alber. Mag.

Alberto Magno: Quòd fides dicitur magna dupliciter, intenſiuè, ſcilicèt, & facilitate credendi, & potuit eſſe quòd intenſiuè maiorem innenerit in quibuſdam Iudæis, ſecundùm ſtatum præſentem (maior enim erat fides Beatiſsimæ Virginis, quæ tunc viuebat) ſed quoad facilitatem credendi nõ inuenit tantam: quia Iudæi inducti & edocti per Scripturas non crediderunt, iſte autem non erat edoctus, & credidit. Vel dicitur, quòd non includit eos, quibus loquebatur, ſed alios de Iſrael, ſicut conſuetum eſt cùm dicimus quibuſdam fidelibus Iudæis, Nõ inuenta eſt tanta fides in Iudæis, quanta in Gentibus. Qua ratione Iudæi dicuntur fęces: quia eliquatis electis fidelibus ex eis alij quaſi fęces fuerunt, quæ eliquato vino remanent: quia nihil rationis, & omnino

Eſai. 49.

nihil fidei habuerunt, iuxtà illud Eſai. 49. Parum eſt mihi vt ſuſcites tribus Iacob, & fęces Iſrael conuertas: dedi te in lucẽ Gentium, vt ſis ſalus mea, vſq; ad extremũ terrę. Porro ex hoc loco colligi poteſt argumentũ ſanè efficax contra eos, qui calũniantur inuocationẽ Sanctorũ, quaſi arguat diffidẽtiã Diuinæ Bonitatis: Cẽturio enim iſte ob ſuã fidẽ multum à Domino laudatus eſt: quãuis per alios rogauerit, nõ quidẽ diffidẽs de Chriſti benignitate, quã equè diſcere potuit ex fama, atq; potentiã eius: ſed ex reuerẽtia prodeũte ex fide, quã de Dño cõcepit credẽs ſe ob ipſius magnitudinẽ eius colloquio indignũ. Sic ergo & nos rectè Deũ per Sãctos ipſius interpellamus, ſi nõ id tam ex

diffidentia, quàm ex reuerentia faciamus

Dico autem vobis, quòd multi ab Oriente & Occidente venient & recumbent cum Abraham, Isaac, Iacob in regno cœlorum, filij autē
Eſai.11. *regni eiſcientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Quæritur, quarè non nominat niſi duas plagas cœli, cùm alibi dicat à quatuor plagis cœli eſſe congregandos electos. Ad hoc dicendum, quòd in cœlo eſt duplex Oriens, & duplex Occidens: nam ſecundùm motum rectum circuli æquinoctialis mouentur Sol & aſtra ab Oriente in Occidens, per ſingulos dies motu rapto primi Mobilis per Meridiem, qui motus deſignat longitudinem cœli: & tunc manè oritur Sol, & veſpere in Occaſum occidit; ſed ſecundùm motum obliquum, qui dicitur proprius ipſorum, oritur Sol & cæteræ ſtellæ, quando aſcendere incipiunt à puncto Capricornij, & continuò aſcendunt à Meridie in Aquilonem ſuper polos orbis, donec perueniunt ad punctum Cancri in Aquilone continuò rotati, vſque ad punctum Capricornij in Meridie, ſecundùm quem rurſum diſtinguitur latitudo cœli & terræ. Et quoniam hæc Centurionis fides, excellens omnium Iudæorum fidem, præludium & ſpecimen quoddam fuit fidei Gentium, Chriſtus huius fidei occaſione incipit diſſerere de Gentium vocatione, & Iudæorum reiectione. De quibus Propheta, & maximè Eſaias varijs in locis ſunt vaticinati. Per eos autem, quos dicit venturos ab Oriente, & Occidente, ſignificat Gentes credituras, ex omnibus etiam extre-
Eſai. 43. mis terræ partibus, quemadmodùm apertè vaticinatur Eſaias capit. 43. dicens. Ab Oriente adducam ſemen tuum, & ab Occidente congregabo te, dicam Aquiloni, da, & Auſtro noli prohibere. Affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ, & omnem qui inuocat nomen meum in gloriam meam creaui eum, formaui eum, & feci eum. Educ foras populum cœcum & oculos habentem, ſurdum, & aures ei ſunt. *Recumbent cum Abraham, Iſaac, Iacob in regno cœlorum.* Nomine conuiuij gaudia regni cœlorum deſignans, vt moris eſt, & locis ſuis videbimus. Nominat autem hos Patriarchas: quoniam de horum progenie gloriabantur Iudæi, Gentiles cōtemnentes: quoniam ex tantis patribus nō fuerant propagati: & quia his factæ priùs fuerant promiſsiones regni cœlorum ſub typo terræ Promiſsionis, quo magis morderet, atque commoneret Iudæorum animos audientes Gentes eſſe iungēdas his Patriarchis, de quorum progenie ipſi gloriabantur: ipſos verò ſeparandos ab illis, quorum ſemini regnū fuit peculiariter promiſſum, & qui ad regnum cœlorum peculiariter inuitabantur. Tenebras autem exteriores, *Tenebræ exteriores quæ ſint.*
multi intelligunt illas, quæ in inferno damnatos operient: tenebræ quippe nihil aliud ſunt quàm priuatio luminis. Lumen verò eſt duplex, ſpirituale, ſicut eſt Sapientia, Gratia, & Veritas, & huius priuatio ſunt tenebræ interiores, exiſtentes in ſpiritu: aliud eſt lumen ſenſibile ſeu corporale, cuius priuatio ſunt tenebræ exteriores, quæ cognoſcuntur per priuationem, ſicut ſilentium dicitur audiri: quamuis enim in inferno ſit ignis ille, tamen obſcurus eſt atq; fumoſus, non lucidus, niſi forſitan, in tantùm, vt damnati ſe inuicem videre poſsint in cumulum ſuæ miſeriæ. Poteſt quoq; per tenebras iſtas infernus tenebroſus intelligi, qui propter ſuæ obſcuritatis horribilem dēſitatem nomine tenebrarum exprimitur, de qua ait Iob capit.29. Dimitte me ante- *Iob.29.*
quàm vadam, ad terrā tenebroſam & opertam mortis caligine. Vel vt ibi exteriores ſumantur pro ſuperlatiuo, ſicut Græcis familiare eſt, vt intelligantur tenebræ extremę vel extimę. Vnde Vatablus ſic decla- *Vatab.*
rat, in tenebras exteriores, hoc eſt, obſcuriſsimas, vel longè poſitas à luce, vel quæ ſunt extra regnum: nam tenebræ extremę vel extimę illæ ſunt, quę ab ipſa luce, quàm longiſsimè abſunt, hoc eſt, tenebræ profundiſsimæ & obſcuriſsimæ: Quò enim magis tenebræ abſunt à luce, eò ſunt maiores & grauiores. Igitur â tenebris ad tenebras pergunt, à tenebris interioribus ad exteriores, licèt in inferno vtriſque puniantur. Dicuntur autem eorum tenebræ exteriores, vel extremæ in comparatione ad tenebras huius ſeculi, ſiue ſpirituales, ſiue corporales, vel certè in comparatione ad tenebras purgandorum: hoc enim ſatis ſignificat D. Hieronymus Eſai.cap.14. *Eſai.14.*
circa illud; Verumtamèn ad infernum detraheris in profundum lacus, ſic dicēs. Qui per ſuperbiam dixerat, in cœlum aſcendam ero ſimilis altiſsimo, non ſolùm ad infernum, ſed inferorum vltimum detrahitur; hoc enim ſignificat lacus profunditas, pro quo in Euangelio, tenebras exteriores legimus, vbi eſt fletus, & ſtridor dentium. Et Ianſenius quidem vult, quòd *Ianſen.*
pe-

per tenebras iſtas exteriores non ſolùm intelligātur tenebræ ſenſibilis lucis priuatiuæ; ſed ſicut lux regni cœlorum intelligenda eſt, & ſenſibilis, & ſpiritualis: ita tenebrę iſtæ infernales intelligendæ ſunt, & ſenſibiles, & ſpirituales: nam & erit ibi ſumma obſcuritas oculis corporalibus perceptibilis, & ſumma mentis cœcitas, mēte, ſcilicet, à vera luce, quæ Deus eſt maximè elongata. Nec obſtat quòd in inferno erit ignis corporalis, qui naturaliter eſt lucidus: nam Bali-
Baſilius ſuper Pſ.28. lio teſte, illuminandi vis ab illo igne virtute diuina auferetur, ſic enim ille ſcribit in priori expoſitione Pſal.28. ſuper illud: Vox Domini intercidentis flammam ignis. Arbitror, inquit, quòd ignis præparatus in ſupplicium diabolo & angelis eius diſſecatur voce Domini, vt quoniam duæ ſunt in igne facultates, vſtoria & illuminatoria; acris quidem & punitoria vis ignis permanēat apud eos qui digni ſunt vt vrantur, illuminatoria verò ac ſplendida ipſius facultas ad exhilarandos beatorum gaudio fruentes cedat. Vox igitur Domini diſſecantis ac diui uidentis flammam ignis, vt ſupplicij quidē uidentis flammam ignis, lux verò requiei expers vrendi permaneat. Licèt D. Gregor. teſte-
Greg. lib. 9. Moral. ſuper Iob c.10. tur in illo infernali igne aliquid lucis eſſe, lib.9. Moral. ſuper illud Iob. Vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat: flamma, inquit, comburit, ſed nequaquàm tenebras diſcutit, quāuis ille ignis, & ad conſolationem non lucet, & tamen vt magis torqueat ad aliquid lucet: nam ſequaces quoque ſuos ſecum in tormēto reprobi, flāma illuſtrante, viſuri ſunt, quorum amore deliquerunt: quatenus qui eorum vitā carnaliter contra præcepta Conditoris amauerunt, ipſorum quoque eos interitus in augmentum damnationis affligat. Hęc ille. Sed nihilominus dicuntur tenebræ extremæ: quia maximè elongatæ à luce regni cœlorum. *Ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Cùm
Quomodò ſit fletus in inferno. fletus lachrymarum non ſit ſine corporis reſolutione, corpus autem quod reſoluitur in parte, reſolubile eſt in toto, ſequeretur quod mali poſſunt conſumi in inferno. Si fortè dicatur, quod intelligitur de fletu ſpirituali, cōtra hoc eſt gloſſa Hieronymi qui dicit: quòd per hoc intelligitur vera reſurrectio corporum, nam fletus, & ſtridor dentiū corporis actiones ſunt. Quarè dicendum eſt, quòd ante diem iudicij erit in eis fletus interior, hoc eſt, ſumma triſtitia, ex qua corporalis fletus ſolet cauſari: & dentium ſtridor, id eſt, interiorum viſcerum horrenda concuſsio: ſed poſt reſurrectionem erit fletus, non qui conſiſtit in lachrymarum reſolutione, qui eſt effectus, ſed erit in cauſa. Pro quo nota ex Alberto hîc, quòd in fletu *Albert.*
ſunt, tria vnum eſt conſtrictio cordis ex triſtitia & ſenſu pœnæ: alterum eſt cauſatum ab illo, quod eſt conſtrictio panniculorum cerebri ex cordis conſtrictione proueniēs: quia panniculi cerebri per neruos & arterias, & venas concuruantur ad cor, & cùm cor extremitates ſuorum ventriculorū conſtringit, tunc attrahit panniculos cerebri, & comprimit cerebrum, & cætera mēbra, quo panniculi, & venæ, & nerui diffundunturur, & hæc tria ſunt in fletu infernaliū: ſed quartū, quod eſt lachrymatio quæ prouenit ex hoc, quòd quando cerebrum comprimitur, exprimitur ab eo humor aqueus, qui diſtillat per oculos, hoc non erit in inferno. Stridor autem dētium prouenit ex frigore, ſicut & aliorum tremor membrorum: cùm enim frigus conſtringit neruos, & cōtrahit, *Stridor dētiū quid.*
virtus naturalis eoſdem diſtendit, & expugna, quæ eſt inter contrahens & diſtendens ex duobus motibus tremor accidit, & ille in dentibus eſt ſtridor, & in alijs membris eſt tremor, ſecundùm illud Iob.24. Tranſibūt *Iob.24.*
ab aquis niuium ad calorem nimium. Et ſicut libidini debetur calor ignis, ità frigiditati, quæ prouenit ex priuatione charitatis, debetur frigus algoris, vt ſit pœna reſpondens: nam & Dominus dicit Mat. 24. Re- *Mat.24.*
frigeſcet charitas multorum. Et Hierem. 6. *Hiere.6.*
Sicut frigidāciſterna facit aquam, ſic frigidam fecit malitiam ſuam. Sed contrà hoc eſt: quia licèt in excellentia duorum contrariorū ſit afflictio, tāmen in medio mixturæ amborū eſt contemperatio & delectatio. Cùm igitur trāſeant ab excellētia vnius ad alterū, in medio delectabūtur, quod nō poteſt dici. Ad quod reſpōdet Albertus, quòd *Alberti*
calor & frigus in inferno non affligunt in ratione qualitatum elementalium, ſed potiùs in virtute iuſtitiæ vindicantis, quarè in ſe continent virtutem iuſtitiæ diuinę, tanquā eius inſtrumenta: & ideò per extremorum excellentias intenſas & exacutas, ſicut ad tantam vindictam competit, agit ignis ille, tam in animas, quàm in corpora damnatorum. Eſt exemplū in calore naturali, qui licèt ſit calor ignis, ſed tamen non agit ad *Similē.*
modum caloris ignis, ſed ad modum animę, quæ mouet ipſum tamquàm inſtrumentum; & ideò in virtute eius poteſt generare

carnem, in quam conuertit alimentum. Vt
Sap. 16. de Sapien. 16. dicitur. Creatura enim tibi
factori deſeruiens exardeſcit in tormentum
aduerſùs iniuſtos, & lenior fit ad benefa-
ciendum pro his qui in te confidunt. Et ca-
Sap. 5. pit. 5. Accipiet armaturam zelus illius, & ar
mabit creaturam advltionem inimicorum.
Hæc omnia propter ſtudioſos ac curioſos di
cta ſint: quoniam iterùm de hac re redibit
ſermo cap. 24. & tunc clarius hanc verita-
tem indagabimus: & ideò hic, hæc dicta ſuf
ficiant. Licèt quod attinet ad intelligẽtiam
huius loci ſimplicior ac facilior videtur mi-
Caiet. hi interpretatio Caietani, nempè quòd per
hæc tria tenebræ, fletus, & ſtridor dẽtium,
intelligatur vniuerſitas pœnarum ſenſibi-
lium quę in inferno erunt: nam numerus ter
narius perfectionem dicit, cùm conſtet ex
principio, medio, & fine. Cumulus ergo &
acerbitas tormentorum inferni non poteſt
ad ſenſum oſtendi, niſi his metaphoris, vt
per tenebras intelligatur tenebroſus carcer:
per fletus incomparabilis triſtitia, & dolor
ſenſibilis ſufficientiſsimus ad exprimendas
ſempiternas lachrymas: per ſtridorem den
tium, vel frigus, vel incredibilis omnium
membrorum ac oſsium concuſsio, quæ ſtri-
dorem tam dentium quàm oſsium efficiet.
Chryſoſt. Chryſoſt. lib. de reparatione lapſi. pulchrè
contemplatur pœnas illas futuras, vt pecca
torem ad ſui reatus agnitionem reuocet,
ex pluribus verò aliqua hic inſerere non
erit ſuperfluum, vbi inquit. Quid agemus?
Nihil erit ibi niſi ſtridor dentium, niſi vlu-
latus & fletus, & ſera pœnitentia ceſſanti-
bus vndique auxilijs, & vndique inualeſcen
tibus pœnis, nec ſolatium quidem eſt vn-
quàm vllum, nihil occurret oculis noſtris, ni
ſi ſoli pœnarum miniſtri, & facies dira tor-
mentorũ, & (quod eſt omnium tetrius) nec
aeris quidem ipſius vllum erit ſolatium aut
lucis: circundabunt enim pœnarum loca te-
nebræ exteriores, & ignis ille flammans,
qui ſicut naturam non habet conſolãdi, ità
nec illuminandi, ſed & ignis obſcurus &
flamma tenebroſa eſt. Vide ibi plura.

*Dixit autem Ieſus. Vade & ſicut credidiſti
fiat tibi. Vade.* Hic non rigorem indicat, vt
Mat. 4. Matth. 4. ſed ſignum eſt, exauditæ peti-
tionis: *fiat*, vox Deo familiaris, vt qui quæ-
cumque vult, faciat. *Sicut credidiſti*, &c.
Quæritur cur effectus miraculorum non
attribuitur ita Charitrti & Spei, ſicut Fidei.
Albert. Reſpondet Albertus, quòd ſola Fides eſt
ex auditu: & ideò ex parte illa quærit per-
ſuaſionem: cùm autem auditus Fidei ſit de
ſupernaturalibus, oportet quòd inductiuũ
& perſuaſiuum eius ſit per ſupernaturalia:
Spes autem & Charitas nõ ſunt ex auditu,
ſed ſunt affectiones ſimplices, & ideò per-
ſuaſionem habere non poſſunt. *Et ſanatus
eſt puer ex illa hora.* Neſcit enim tarda moli
mina Spiritus ſancti gratia, ait Ambro. Hie Ambro.
rem. 30. Obducam cicatricem tibi, & â vul Hier. 30.
neribus tuis ſanabo te. Et Hierem. 33. Ecce Hier. 33.
ego obducam cicatrices eorum, & ſanabo &
curabo eos in illa hora: quoniam in ictu ocu
li, & in momento temporis, imo in inſtan-
ti operatur Deus. Lucas dicit: Et reuerſi qui Luc. 5.
miſsi fuerant, inuenerunt puerum qui lan
guerat, ſanum: vbi dicit Beda: Probatur fi- Beda.
des domini & ſerui ſanitas roboratur: po-
teſt ergo meritum Domini etiam ſeruis ſuf-
fragari, non ſolùm fidei merito, ſed etiam
ſtudio diſciplinæ. Matthæus pleniùs hoc
explicat, quòd dicente Domino Centu-
rioni: Vade, & ſicut credidiſti fiat tibi: ſana
tus ſit puer ex illa hora: ſed beato Lucę mo
ris eſt, quæ plenè viderit ab alijs Euangeli-
ſtis expoſita breuitate, vel etiam de indu-
ſtria præterire, quæ verò ab eis omiſſa vel
breuiter cognouerit tacta dilucidare ſoler-
tius. Miſticè verò, ait idem Beda, vt dixi,
Centurio, cuius fides Iſraeli præfertur, ele Beda.
ctos nimirùm ex gentibus oſtendit, qui qua
ſi centenario milite ſtipati virtutum ſpiri-
tualium ſunt perfectione ſublimes nihilq;
à Domino terrenum, ſed ſola æternæ ſalu-
tis gaudia ſibi ſuisq; requirunt. Numerus
enim centenarius, qui de læua transfertur
ad dextram, in cœleſtis vitæ ſignificatione
poni conſueuit. Vnde eſt, quòd arca Noe Gen. 21.
centum annis fabricatur. Abraham cente- Gen. 26.
narius filium promiſsionis accepit: ſeuit Exod. 27.
Iſaac, & inuenit in ipſo anno centuplum: Pſ. 100.
atrium Tabernaculi cẽtum cubitis longum
eſt; & in centeſimo Pſalmo miſericordia &
iudicium Domino cantatur, & cætera hu-
iuſmodi. Talis ergo meriti viri pro his ne-
ceſſe eſt Domino ſupplicent, qui adhuc ſpi
ritu ſeruitutis in timore premuntur, quate-
nùs eis paulatim ad ſublimiora proiectis
perfecta dilectio foras mittat timorem. Moralitas

Sed circa illa verba, *Homo ſum ſub poteſta
te conſtitutus, habens ſub me milites.* Aduer-
tendum eſt ex doctrina Philoſophi in ſuis
Ethicis, quod eſt duplex dominium, vnũ
dicitur ſeruile, aliud ciuile. Seruile eſt man Duplex do
cipiorum, quando homo alteri in om- minium.
nibus parere debet, nec ſibi quidpiã liber-
tatis

Duplex dominiũ. tatis, aut proprietatis reliquit, ſed quid-
quid eſt, domini eſt. Ciuile eſt, quando ta-
liter ſubijcior ſuperiori poteſtati; vt tamen
& ego liber ſim, meique iuris, habeamque
bona propria, poſsimq; mihi adquirere, &
parare diuitias. Denique vt meis commo-
dis inſeruire valeam: & tale eſt dominium
quod ſuper vaſſallos & ſubditos gerit rex:
atque hoc genere dominij miles etiã ſubeſt
Duci: nam etſi illi parere teneatur, ipſe
tamen ſibi ſtipendium lucratur, atque li-
ber & ſui iuris eſt. Igitur hæc duo gene-
ra dominij gerit Deus ſuper omnes crea-
turas, & habet homo ſuper ſe ipſum. Ra-
tionis quippe expertia ſeruiliter ſubſunt
Deo, ad nutumque ei obediunt, nec vl-
lo modo ei reſiſtere valent, quoniam libe-
ro arbitrio non vtuntur: homo verò ciui-
liter obedit Deo, vtpotè qui per liberum ar-
bitrium ei vel obtemperare, vel contraire
valet, vt de facto multoties contra eius vo-
luntatem facit: fecit enim Deus hominem
Eccl. 15. liberum, & reliquit eum in manu conſilij
ſui. Quarè ſicut miles ſuo Duci ſic homo
paret Deo: vnde milites vocantur homi-
Iob. 25. nes ſecundùm illud: Non eſt numerus mi-
Hiere. ii. litum eius: & Deus vocatur Dominus Sab-
baoth, hoc eſt, exercituum, id eſt, Domi-
nus creaturarum, qui libertatis priuilegio
gaudent, quemadmodùm & milites. Hæc
etiam duo dominia exercet homo ſupra
ſeipſum: nam cùm homo ex duobus con-
ſtet naturis, corporali ſcilicet ac ſpiritua-
li, hæc quæ ſuperior eſt, illi inferiori impe-
rat: tamen membra rationi parent ſerui-
liter, ad nutum quippe membra omnia
August. obediunt rationi. Nam, vt ſuprà ex Augu-
in confeſſ. ſtino in confeſſ. retulimus, imperat ani-
mus, vt moueatur manus, & tanta eſt fa-
cilitas, vt vix â ſeruitio diſcernatur impe-
rium: Paſsiones tamen Iraſcibilis, ac Con
cupiſcibilis ciuiliter dumtaxat obediunt:
nam licèt ſub ditione rationis ſint, ipſę ta-
men ſuos excitant motus, & etiam mil-
liès reſiſtentes rationi. Quemadmodum (vt
Simile. eſt exemplum Philoſophi) Primum mo-
bile omnes alias ſphęras inferiores poſt ſe
rapit quotidie, ab Oriente, in Occidẽs per
Meridiem: ipſæ tamen nihilominùs ſuos
proprios motus exequuntur ab Occidente
per Septentrionem. Igitur iuſtus poteſt di-
cere cum Centurione: *Ego ſum ſub poteſta-
te conſtitutus, habens ſub me milites*: Nã quia
iuſtus poteſtati Dei ſubditur, ideò paſsio-
nes ſuæ ſubijciũtur ei. Ita ſubeſt iuſtus Deo,
vt ſeruus domino ſuo; qui quidquid eſt,
domini ſui eſt. Vnde hoc nomine gloria-
batur Paulus cùm in ſuis Epiſtolis dicebat. Rom. 2.
Paulus ſeruus Ieſu Chriſti. Seruum te di-
cis Paule? contemptibile tibi nomen im-
ponis, ac infamia plenum. Minimè, imò
honorificum valde: quoniam ſi ſeruum me
nomino, non cuiuſcũque, ſed Ieſu Chriſti
me eſſe dico mancipium, cui ſeruire, regna-
re eſt, Ieſus enim ſalutem dicit: Chriſtus
vnctionem. Quantò ergo æger plus ſubdi-
tur ſaluti, aut medicamini; tantò melius ha
bebit: ſicuti quanto aër plus ſubijcitur lu-
ci, tanto clarior remanebit: Chriſtus au- Simile.
tem lux eſt mundi, & ego ſub tenebris pec-
catorum ſum: Igitur perfectio mea in hoc,
quòd ei ſubijcior, conſiſtit. Et ſecundò, quo
niam Dei voluntas omnis boni regula eſt,
ergo quantò plus aliquis Dei ſubijcitur vo-
lũtati, & illi appropinquat, tanto perfectior
erit. Cùm igitur iuſtus ſe omnino voluntã-
ti Dei ſubſtituat, ideò perfectus eſt, & ha-
bet ſub ſe milites: quoniam paſsiones ſuæ
ob hoc ſubijciuntur ei, quæ dicuntur mili-
tare contra rationem, quoniam liberè ad-
uerſùs eam inſurgunt, ſecundùm illud Ia- Iacobi. 4.
cobi. 4. Vnde lites & bella in vobis? Non-
nè ex concupiſcentijs veſtris, quæ militant
aduerſùs animam? Et illud Iob. Militia eſt Iob. 7.
vita hominis ſuper terram. Fecit quidem
Deus hominem rectum, vt præeſſet & ſibi,
& cæteris animalibus: vis enim iuſtitiæ ori-
ginalis paſsiones omnes tam Concupiſcibi
lis, quàm Iraſcibilis in officio continebat;
ita quòd nullus motus abſque imperio ra-
tionis ab eis concitaretur, hac tamen ra-
tione, vt ipſe eſſet ſubditus Deo: in hoc enim
eius rectitudo conſiſtit, quod & ratio ſu-
perior Deo ſubdatur, & paſsiones rationis
imperio moderentur. Deſciuit tamen homo
â Dei obedientia, & mox eius paſsiones
ab eius imperio ſegregatæ ſunt: nam proti-
nus quòd chorda illa, qua ratio hominis
ſub Deo erat, cõfracta eſt; harmonia illa, in
qua hominem temperauerat Deus diſſolu-
ta eſt, atque inconcinæ voces factæ ſunt:
fuitq; iuſtiſsima punitio hæc cõmenſurata
ac proportionata culpæ, par pari quip-
pe illi relatum eſt. Nam ſi ipſe â Deo per
inobedientiam deſciuit; par fuit, vt paſsio-
nes etiam aduerſùs eum rebellarent, quod
maximum dedecus hominis eſt. Ac ſi rex
magnatem ac nobilem virum in vindictam Simile.
ſui ſceleris ſuiſmet mancipijs ſubderet,
vt eum flagellis cæderent, alapis peterẽt,

opprobrijsq; eum indeſinenter laceſſerēt: idem enim eſt hominem ſuis paſsionibus trahi, atque vbi ipſe voluerit, impelli: nam id maximum opprobrium hominis eſt, vt in domo ſua, vbi ipſe imperium ſuum exer-
Simile. cet ſeruus contra ſuam voluntatem inſurgat: ſicuti maximum dedecus patris familiàs eſſet, vt vile mancipium contra eum ſu-
Geneſ.2. perbiret. id enim Saram affligebat, quòd Agar ancilla ſua contra dominam eleuaretur. Vnde Paulus.2. Cor.12. ait: Datus eſt
2.Cor.12. mihi ſtimulus carnis meæ, qui me colaphizet, id eſt, quòd caro ſuos fœdiſsimos motus contra me excitaret, quod fuit veluti colaphizare me. Quod enim maius opprobrium vel iniuria grauior homini inferri poteſt, quā ipſum colaphis cędere. Vt ergo inſinuaret dedecoris magnitudinem, quæ homini contingit, ex huiuſmodi carnis lenocinijs, opprobriſsimo nomine vocauit dicens, ſtimulus carnis meæ, qui me colaphizet. Inde eſt
1.Theſ.4. quod.1. ad Theſſal.4. nos admonet, vt ſciat vnuſquiſque vas ſuum poſsidere in ſanctificationem & honorem, & non in paſsione deſyderij: nomine paſsionis, perturbationē animi intelligens, quaſi id contra hominis
1.Pet.2. honorem ſit. Et.1. Pet. 2. dicitur. Obſecro vos fratres abſtinere à carnalibus deſyderijs, quæ militant aduerſùs animam. Vnde
D. Aug. 14. de ciuit. c.18. D. Auguſtin. lib.14. de ciuit. cap.18. Ideò ait, indecorum homini eſt à carne ſuperari: quia eam ſibi ſubditam fecit Deus. Vnde fit, quòd non erubeſcamus, etiam ſi iniuſtè videamur iraſci contra aliquem; pudefit autem homo, ſi videatur ab alijs accedere ad vxorem ſuam, cùm tamen hoc iuſtum ſit illud iniuſtum: quoniam ira audit rationem: ij autem motus impudici contra rationis im-
Gen.8. perium ſurgunt. Quarè ex huiuſmodi motibus homo maximè pudefit: vnde primi parentes, qui ante peccatum erant nudi, nec erubeſcebant: poſteà maximè erubuerunt: atque folijs ficorum conſutis ſuam turpitudinem tegere laborabant. Nimirùm ante peccatum per originalis iuſtitiæ vim huius modi motus detinebantur, ne niſi imperante ratione inſurgerēt: at poſtquàm per inobedientiæ crimen, talem gratiam amiſerūt, caro relicta ſuæ naturæ, ipſis nolentibus impudens inſurgebat: atque indecòros motus exercens maxima eos iniuria afficiebat: vnde iam membra illa propter infamiam pudenda arbitrantur: & ad exercendos tales motus, etiam ipſi coniuges conſpectus publi-
D. Aug. cos fugiunt. Quapropter D. Auguſt. de ciuit. Dei. affirmat, Philoſophos illos Cynicos, quorū dogma fuit, vt ea, quæ ex ſe licebant, publicè & palàm exercerentur: atque ideò in plateis, & in vrbium publicis vijs cum vxoribus rem habebant: ait id finxiſſe, nec in rei veritate potuiſſe: ipſa enim naturalis verecundia impedimento erat, ne in publico hominum conſpectu tales motus, qui tunc neceſſarij erant, inſurgerent, ne tam nefario ſceleri deſeruirent. Aduertendum tamen eſt, quod non imputatur homini ad culpam, hos motus atque paſsiones ſentire, ſed eis conſentire. Nec enim agricola in culpa eſt, quod in ſegete ſua zizania, *Simile.* atque malæ herbæ naſcantur: ſed ſi ob negligentiam ſuam creſcerent, atque ſuffocarent triticum: ſi tamen ipſe confeſtim, vt mala ſeſe oſtendit herba, eam euellit, ſegetemq; ſuam ab illis purgat, optimè ſuum munus fert. Sic nec equiti imputādum eſt, ſi equus *Simile.* ferocitatem hinnitibus excitet, ſi aliquando curſum teneat atque declinet: ſed ſi frœno non obediat in curſu, non recto itinere currat, ad nutumq; equitis ceſſet, atque quieſcat. Sic non eſt in hominis poteſtate hos non ſentire motus: ſed ſi eis conſentit, protinusq; frœno rationis nō eos coerceat, atque in officio contineat, hoc in culpa hominis eſt. Nec enim (teſte Philoſopho) ſtu-*Ariſt.* dioſi viri, ratio in nō ſentiendo paſsiones vllas cōſiſtit, ſed in hoc quòd eas regula rationis moderetur ac regat, quod fit, cùm efficaciter imperat eis. Referamus iterùm ſententiam ex integro illam D. Auguſt. ex lib.8. *D. Aug. li.8. confeſſ.c.9.* Confeſ.cap.9. quam ſuprà ex parte citaui-mus, quæ ſic dicit. Vnde hoc monſtrum & quarè? Iſtud imperat animus corpori, & paret ſtatim: imperat animus ſibi & reſiſtit. Imperat animus, vt moueatur manus, & tāta eſt facilitas, vt vix à ſeruitio diſcernatur imperium: & animus animus eſt, manus autem corpus eſt: imperat animus, vt velit animus, nec alter eſt, nec facit. Tamen vnde hoc monſtrum, & quarè? Illud imperat, inquam, vt velit, qui non imperaret niſi vellet, & non fit quod imperat, ſed non ex toto vult, non ergo ex toto imperat: nam in tantum imperat, in quantum vult, & in tantum non fit quod imperat, in quantum non vult, quoniam voluntas imperat, vt ſit voluntas, nec alia, ſed ipſa non vtique plena imperat, ideò non eſt quod imperat: nam ſi plena eſſet, nec imperaret, vt eſſet, quia iam eſſet. Non igitur monſtrum partim velle, partim nolle, ſed ægritudo animi eſt, & hoc adeſt alteri quod deeſt alteri. Vult eleganter dicere. D. Aug. quod quia voluntas rationalis non efficaciter & ex toto imperat appetitui, ſed ſe illius libidini aliquantulum accōmodat, non fit ſemper quod ex recta voluntate voluntas ipſa vult, & hoc ad culpā imputatur ei. Vn-
Rom.6. de & Paulus dicebat. Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore. Non dicit: non ſit, ſed Nō, regnet. Per peccatū hic fomitem peccati intelligens, qui & effectus originalis & cauſa actualis peccati eſt. Impoſsibile quippè eſt, quin ſit in nobis fomes iſte ſenſualium motuum concitator, ſed laborādum eſt, ne regnet, nec tyrannidē exerceat, ne præualeat, ne fiat quod vult (*No ſalga con la ſuya*) Quantumcumque enim hos motus ſentias, niſi ratione conſentias, non peccaſti, quemadmodū nec primæ mulieris peccatum conſummatū fuit, aut vniuerſale, quo aduſq; vir etiā cum illa conſenſit. Ratio gerit vicem viri in homine, caro mulieris; quantumcumque caro velit & concupiſcat niſi ratio annueret, aut in mora cōſultò, aut ex negligētia fuerit, nondū pecca-
Rom.7. tum conſummatum eſt. Vnde Paulus dicebat. Inuenio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in legem peccati. Captiuantem dicit: quia non conſentiebat, ſed renuente ratione, inuitus tales motus ſentiebat; Quēadmodum captiuus inuitus ab hero tenetur: ac ideò ter dominum deprecatus eſt, vt diſcederet ab eo Sathan: quod erat euidens ſig-
Rom.7. num renitentiæ ſuæ voluntatis. Quarè clamabat atq; dicebat. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Captiuum ſe ſentiebat, qui libertatem tantoperè deprecabatur. Subdi ergo paſsionibus hoc maximū dedecus hominis eſt. Quarè
Eſdre.3. Eſdre.3. Iuuenis ille Zorobabel, qui dixerat, nihil fortius muliere, cū id probaret, dixit, ſe vidiſſe amicam regis coram eo ſedentem, & coronam à capite regis auferentem, imponentemque ſuo capiti, & ſuper hæc omnia Rex aperto ore eam intuebatur, & ridēti arridebat, & iraſcenti blandiebatur: & cū hæc diceret omnium purpuratorum oculos in ſe conuertit. Indecòra certè res; ſed in anima peior, quæ cùm regis exerceat poteſtatem in corpore, (eſt enim homo breuis mūdus, & quędam parua reſpublica) tamen caro, quę meretrix & concubina eſt, coronā & ſceptrū ſibi vſurpat, atq; ab anima tollit, illiq; ſub miſſā anima & blāditur & arridet, ātq; ad libitū ei obtēperat. Quis nō miretur? Quis ad tantū facinus oculos attonitos non conuertat? Quare vt Prouer.14. dicitur. Iu-*Prou.14.* ſtitia eleuat gentes, miſeros autem facit populos peccatū: Quod alij ex Hebræo, probrū, vertunt: nam dictio, Heſed, quæ in Hebræo eſt, vtrumque ſignificat, id eſt probro dignos fecit populos peccatum:. Et Pſalm.
Pſal.37. 37. Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſque in finē. Igitur iuſtus, qui Deo obedit etiam paſsionibus ſuis imperat, & poteſt cū hoc Centurione dicere. *Ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus habens ſub me milites, & dico huic, vade, & vadit: & alio, veni, & venit.* Cùm enim non eſt neceſſaria iræ paſsio eā comprimit, & præcipit, vt vadat: Quando autē ad plectēdum impium neceſſaria eſt, eam concitat, & mandat, vt veniat: & ſic de alijs paſsionibus. E contra impius, qui per le proſum ſignificatur, omni libidine rapitur, inquietumque cor, quaſi mare feruens habet, vt ait Eſaias, indiuerſaque deſyderia rapitur irrationabiles ſuas libidines ſequens; quoniam eis imperare neſcit: Quare præcipiebatur leproſo, vt os occluſum gereret: quoniam neſcit paſsionibus ſuis, vel loqui, vel mandata imponere, ſed eſt tacens non, ha-*Eccl.20.* bens ſenſum loquelæ. *Et cum veniſſet Ieſus in domum Petri, vidit ſocrum eius iacentem, & febricitantem, & tetigit manum eius, & dimiſit eum febris, & ſurrexit & miniſtrabat ei.* Lucas & Marcus narrant, hoc miraculum *Luc.4.* factum poſt curatum quendā dęmoniacum, *Marc.1.* imò eadē die, & ex Marco conſtat, factū in principio vocationis Petri & Andreæ: Quarè Matthæus, qui illud interſerit, poſt ſermonem Domini in monte, & poſt leproſum ac ſeruum Centurionis ſanatum, videtur non ſeruaſſe ordinem, ſed recapitulaſſe ab hoc loco vſque in finē cap.noni, quæ prius omiſerat: Vnde & tali vſus eſt locutione, quæ non exigit neceſſariò intelligentiam conſequentiæ eorum quæ narrantur. Nam poſt commemoratam curationem ſerui Centurionis, ſubijcit. *Et cum veniſſet in domum Petri.* Nec dicit, poſt hæc cùm veniſſet. Quo circa ex ipſo Matthæo colligi poteſt, quę ab eo narrantur ab hoc loco vſq; in finem capitis.9. quę inter ſe ordine quodam hęrēt, debere intelligi contigiſſe ante ſermonem illum in monte: nam ex ipſo ſermone ſatis cōſtat, eum habitū fuiſſe ad Diſcipulos aut ad Apoſtolos: quod ex Luca fit manifeſtius, qui etiam poſt vocationem & electionem duodecim Diſcipulorū, ſermonem hunc habitum

bitum eſſe teſtatur: Cùm tamen Matthęus cap.9.referat vocationē ſuam qui fuit vnus ex duodecim. Videtur autē Matthęus prius ſermonem Domini præpoſuiſſe, vt in principio prædicationis Chriſti ſummā doctrinæ eius complecteretur: nam quæ à Luca ſparſim ex verbis Chriſti ponūtur, ab ipſo Mathęo hic ſimul collecta ſunt; & hęc eſt ſententia Ianſenij, quæ conſentanea narrationi aliorum euangeliſtarum videtur. Gloſſa D.Aug.dicit quòd nihil obſtat narrandi diuerſitas in Euangeliſtis vbi eadem dicunt, maximè cùm quiſque Euangeliſta eo ordine crediderit ſe debere ire, quo Deus voluit narranda recordationi eius ſuggerere. Nec enim, vt ſuprà docuimus, multum curarunt Euangeliſtæ obſeruare in omnibus ordinem rerum geſtarum (id quod hiſtoriographi in primis obſeruare curāt) nec enim Apoſtoli hic noſtri hiſtoriam, ſed euangelium ſcripſerunt. Nō igitur curarunt hiſtoriæ ordinem, ſed ea ipſis cura fuit Chriſtum nobis oſtendere, id quod & in exordio palā teſtantur. Sicut enim artifex quiſpiam regi auream coronam ac decòram fabricare volens appoſitis ſibi gemmis, non curat attendere de ſingulis quo tempore, vel quali pretio comparatæ fuerint, ſed hoc ſolum intendit, qualiter auro ſuperordinatę varietate ſua meliùs placere poſsint intuentium oculis: ſic in propoſito, quid aliud agunt Euangeliſtæ quàm quòd regiam coronam Chriſti contexunt? Hoc eſt, ipſum regem omnium oſtendere volūt Chriſtum. Aurum igitur diuinæ doctrinæ proponunt, gemmas autem, hoc eſt miracula Chriſti intermiſcent, non quidem omnia nec eodem ordine, ſed quæ magis decòri ſint regi noſtro. Sic in propoſito cùm miraculum prę ſens ſatis ſuperque luceat in corona regis noſtri ac miro modo venuſtet eum: non curandum nobis quo tempore vel ordine factum ſit, nec enim id quicquam ad rem facit. Vtiliora igitur attendamus, nempe quo pacto miraculū iſtud Chriſti gloriam prædicet. Vnde & Alber.Mag. hic dicit quod cæteri Euangeliſtę ordinem ac tempora hiſtoriæ ſeruauerunt, ſed Mathęus reſpicit ordinem, quo magis Dei potē tia demōſtratur, vt ſupra diximus. Nā potē tia & magnitudo diuina hic oſtenditur in reſtitutione ſpiritus & caloris vitalis; quoniā febris eſt calor extraneus accēſus in corde, procedens ex eo, mediantibus ſpiritu & ſanguine per arterias & venas in totum corpus: & talis calor eſt inflammatus in corde inflammatione tali, quæ impedit operationes naturales. Vnde patet quòd ex corde habet hic calor inflāmationē, & ex cōſequēti, quòd hic calor extraneus eſt in membro principali & in inſtrumentis eius præcipuis, quæ ſunt calor & ſpiritus, & in principali nutrimento, quod eſt ſanguis: & ita potentiſsimā oportet eſſe virtutem, quæ curat hunc defectum: nam eſt hic defectus in eo qòud eſt principaliter ſedes animæ, nēpe in corde, à quo fluit actus vitæ in totum corpus, & ideò etiam anima diffinitur, quòd eſt principium & cauſa vitæ. Eſt autem vis huius miraculi, quod ſolo verbo & facto ſubitò curauit hanc febrim, & quòd in Vetula adeò perfectā ſanitatem reſtituit, quòd potuerit confeſtim ſurgere & miniſtrare, quod febricitātibus, etiam poſt quàm dimiſit eos febris, contingere nequaquàm ſolet, quantumuis fortiſsimæ complexionis ſint.

Ianſen. Gloſſa. D. Auguſt.

Simile.

Albert. Mag.

Sed hìc quęritur, Quomodò dicatur, Chriſtum Dominum in Capharnaum intraſſe in domum Simonis, cū Simō eſſet à vico Bethzaida. Caietanus propter hoc dicit in Bethzaida factum fuiſſe miraculum iſtud. Sed probabilius videtur quod in Capharnaum fuerit factum: nam ſocrus Simonis potuit habere domū: ibique erat metropolis, ſicut multi ex vicis ad metropolitanas ciuitates transferunt domos ſuas: vel quod ipſa ibi ſemper domicilium ſuum habuerit & illam domum forte dederit Petro cū filia, quam ei deſpōſauit, vel quòd fuerit domus vbi Petrus & Andreas ſolebant hoſpitari, aut quę ambobus ex hæreditate contigerat, propterea quòd Lucas vocat domum illam Petri & Andreæ. Sed iterū quęres, quomodò verum eſt Diſcipulos iſtos omnia reliquiſſe, poſtquàm ſecuti ſunt Dominū & modò dicitur, habere domum. Ad quod reſponderi poteſt, Domum Simonis vocari hìc, quamhactenus poſſederat, nō quam modò poſsidebat: nec ſic omnia ij Diſcipuli reliquerūt vt nullam amplius cum ſuis haberent cōſuetudinem; ſed quòd nulla eis ampliùs eſſet rerum ſuarū cura, nullaque poſſeſsio, omnibus quę habebant poteſtati propinquorum relictis: aliàs in veritate dixit Petrus: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Lucas dicit, quòd imperauit febri, vbi Græci habebant, increpauit febri: ad ſignificandū imperium, quo infirmitates curabat; nam qui multum imperioſè iubēt quaſi increpando imperant.

Caiet.9.

Matt.19.

Declarat

Moralitas

Declarat igitur hoc miraculum, & potentiam, & bonitatē Chriſti ſimul: egregia profecto coniunctio potentiæ & pietatis, potentiam enim ſine pietate tyrānidem dices. In Chriſto ergo vtrumque inuenimus: Ad hoc enim & Chriſtus miracula geſsit, vt omnibus perſuaderet ſe nihil non poſſe, vt omnibus beneuellet, vt vel ſic omnes ad ſe traheret: facile enim credimus ei cuius nobis perſpecta eſt & virtus & bonitas: vt potentes ſeculi doceat, ad hoc eis datam eſſe poteſtatem, non vt tyrānidem exerceant, ſed vt in oēs beneuoli ac benefici ſint: ſic enim de Deo dicitur Sap.11. Miſereris omnium, quia omnia potes: Vnde & de Regibus Iſrael dicebatur, quòd erāt clementes, & Sap.12. dicitur: Ob hoc quòd omniū dominus es omnibus te parcere facis. Vbi & aduertēdum eſt, quòd Deus in natura ſic ordinare voluit res, quòd clementia, & potentia, fortitudo & manſuetudo regulariter coniungūtur: leo enim, qui fortiſsimus eſt beſtiarū, plus habet clementiæ atque manſuetudinis: Nā vt Solinus refert de mirabilibus mundi, leonum clementiæ plurima indicia ſunt. Proſtratis parcunt, in viros potiùs quam in fœminas ſæuiunt, infantes non niſi magna fame vrgente perimunt, nec à miſericordia ſe parantur, hæc Solinus. Vnde verſus.

Sap.11.
3.Reg.20.
Sap.12.

Solinus.

Parcere proſtratis ſcit nobilis ira leonis.

Verſus.

Et per oppoſitum Deus animalia crudelia poteſtare priuauit; Vnde inter canes parui caniculi ſunt iracundia ac calore maiores, & tamen nihil poſſunt lædere, ſed quò minus poſſunt viribus, eò magis abundant latratibus. Sic Chriſtus dominus, qui leo eſt de tribu Iuda, quibuſcumque ſe per pœnitentiam proſternentibus clementem ſe exhibet: in viros potiùs, quam in fœminas ſæuit, hoc eſt, in eos qui potiùs ex malitia, quàm ex paſsione aut fragilitate peccāt: infantes autem hoc eſt innocentes, non niſi magna fame, hoc eſt, magno deſiderio ſalutis eorum hìc flagellat, ſecundùm illud, Apoc.3. Et ego quos amo, arguo, & caſtigo. Sic ergo quælibet anima Chriſtiana pia in eos, qui veniam petunt de offenſis, debet eſſe, prę cipuè reges atque potentes: ſic enim apud Gētiles Principes inſtruebantur antiquitus, ſicut docet Virgilius lib.6. AEneid, quē citat. Aug.5. de ciui. cap.12. Cū AEneas patrem ſuum Anchiſen per loca infernalia quæſiuiſſet, & tandem in campis Eliſeis reperiſſet, hanc normam in regendo imperio illi pater dedit.

Verſus. Canes. Nota.

Apoc.3.

Virg.li.6. AEneid. Aug.5.de ciuitat.capit.2.

Tu regere imperio populos Romane memento.
Hæ tibi erunt artes, pacis componere mores,
Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos.

Verſus.

Vnde Anſelmus Proſologion cap.11. ex iuſtitia Dei affirmat ortū habere eius miſericordiam dicēs: Sic ergo naſcitur de tua iuſtitia miſericordia: quia iuſtum eſt te & ſic eſſe bonum, vt parcendo ſis bonus. Ergo bene dicit Sapiēs, quòd ob hoc quòd omnium Dominus es, omnibus te parcere facis, ſcilicet, vt prę ſis potētia: miteſcas natura vt ait ibi gloſſa. Igitur in hoc miraculo vtrumque voluit oſtendere Chriſtus.

Anſel.11.

Obſerua quòd cùm in Capharnaum multę eſſent domus diuitum & nobilium, procerum ac magnatum, ad nullā tamen illarum declinauit Chriſtus niſi ad domum pauperis piſcatoris: vt in hoc doceret imitatores eius, et prę cipuè prę latos, ne acceptatores perſonarum fierent, nec humiliū aut pauperum abhorrerent hoſpitia, ſed pluries deſpectis diuitibus, qui illorum auxilio non indigent, pauperū neceſsitatibus ſubuenire curarēt, non curantes perſonas, ſed id potiùs quod in Dei obſequium & proximi vtilitatem cederet. Proh dolor. Videbis domini ſacerdotes ac miniſtros ante diuites ſe proſternere, & tamen pauperes deſpicere atque abhorrere, quòd ſi potens eſt ille qui ſibi confitetur peccata, quantumuis magna ſint & abſolutionis beneficio indigna, tamen metu concuſſos non audere illis negare abſolutionē, ſed abſque cunctatione impendere, cùm interim pauperibus ac humilibus facillimè negent, & à ſe proijciant: Contra quos Dominus Eſai.5. ait: Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus. Et Ezechiel.13. Et violabāt me ad populum meum propter pugillum hordei & fragmen panis viuificabant animas quę non viuunt: tunc enim hoc fit, cùm ob lucrum aut timorem mundanum indigno ſacramenti beneficium impenditur, cùm tamen Chriſtus relictis diuitibus ad pauperes ſe conferat ſanandos. Et ſtans ſuper illā, ait Lucas, ſtabat poteſtate ſua quaſi ſuper omnes res tamquā ſuperior ſtat. Et ſtabat ſicut medicus ſemper ſuper infirmū infidet, vt illius curā habeat: ſic Deus ſuper noſtras miſerias tāquàm earum medicus ſtat, vt eas ſubleuet & nos ſanitati reſtituat. Obſerua q̄ hęc mulier febricititans animā peccatoris refert peccatorum febribus grauatam. Nec enim febris vlla adeò nocua eſt corpori, quantum iniquitas nocet animę: nam peccatum animæ humores validius diſtempe-

Moralitas ſeu cōcio.

Eſai.5. Ezec.13.

Simile.

rat

rat quàm febris corporis. Eſt enim febris diſtemperatus calor, qui quando in ſua mẽ ſura eſt cum alijs humoribus, totum corpus benè habet, quòd ſi effrẽnatus humor præualet, totum diſtemperat corpus alteratq;, atque incommodum reddit. Iuſtus calorem naturalem ac temperatum animæ cõtinet, qui eſt Deus, in quo tota animæ vita conſiſtit. Dum enim Deus per gratiam ſuam animam inhabitat, omnia temperata ſunt, nec aliquis humor effrẽnatus inſurgit: quoniam omnia ad normam legis Dei & voluntatis diuinæ rediguntur: nec enim amor ad illicita deordinatur, nec ira rationis regulas trãſit. Peccator è contra concupiſcentiæ calorem diſtemperatum ac effrẽnatum habet ad illicita tendentem, nec vllam ferentem requiem donec conſequatur vel voluptatẽ, vel diuitias, vel honorem, vel iræ vindictã, ac ideò animæ pulſus ac ſpiritus concitatos ac ſine ordine habet. Vnde Sapiẽs dicit. Iuſtus permanet vt Sol, ſtultus vt Luna mutatur. Sol quoniam ex ſe habet lucẽ, ſemper eadẽ permanet in illo: Luna quæ à ſole eã accipit, diuerſos vultus oſtendit. Iuſtus quoniam ſecum habet calorem gratiæ Dei, eodem ordine ſemper perſeuerat, ſemper ſibi ipſi ſimillimus eſt. Impius cùm extraneum patiatur calorem, ſingulis horis nouam formam mutat. Qui febrem tertianam patitur priùs frigore, deinde nimio calore cruciatur, quinimò frigus ex ipſo calore occaſionem ſumit: nam cùm calor præualere vult in corpore per antypariſtaſim frigus vt ſuo contrario reſiſtat concitatur, donec tãdem calor vincat & prẽualeat in corpore. Sic impius frigus & calorem patitur: friget enim ad res diuinas peragendas, cum interim ad humanas nimio feruore caleſcat. Noctes dieſq; in temporalium cura aſſumunt mali, cùm ad res diuinas peragendas nec horam accipiant integram, & hebdomadam in corporalibus tranſigant, & cùm dies feſtus Dei cultui dicatus aduenit, ſatis putant egiſſe, ſi vel breuẽ Miſſam audierint. Quid hoc eſt? niſi vtrique extremorum ſubijci & calori & frigori, cui & ſimilis in alia vita reſpondebit pœna: ſcriptum quippe eſt Iob. 24. Ad calorem nimium tranſeant ab aquis niuis. Anteit frigus, ſicut in febricitante, quoniam ex tepiditate quã in rebus diuinis habet prouenit effrenatus ille calor in vitijs. Sententia quippe Dei eſt: Quia tepidus es incipiam te euomere ex ore meo: frigus quippè præceſsit peccatum Petri, nam quia frigus erat, ſtabat & caleſaciebat ſe, & protinus ſubſecutus eſt calor ille ac feruor, quo anathematizando & iurando toties negauit Chriſtum. *Et ſtans ſuper illam imperauit febri.* Oportet quòd Deus ſtet tãquàm preparatus ad bellum vt ſanet peccatorem febricitantem (*que ſe ponga ſobre los eſtribos*) Eſaias vidit dominũ ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum, vt deſignaret tranquillitatem, qua omnia gubernat, vt & Sapiens dicit. Tu autem pater cum tranquillitate iudicas omnia. Tamen vt peccatorem ſanet ac impium iuſtificet, oportet vt ſuper pedes ſuos ſtet, ad deſignandam difficultatem operis. Oportet enim tantã vim Deũ inferre impio ac ſi ſurgeret è ſolio ad pugnandum cum illo. Quarè maius opus Dei eſt iuſtificatio impij, vt Aug. docet, maius opus eſt quã cœli & terræ creatio: hæc enim ipſe dixit & facta ſunt: impius verò ſuę contraire audet voluntati: quarè maiorem videtur exigere vim vt cõuertatur. Vnde & Eccleſia dicit. Deus qui omnipotentiã tuã parcendo maximè & miſerando manifeſtas. *ſtans ſuper illam.* Niſi Deus ſuper peccatorem ſtet, non poterit peccator ſanari, hoc eſt dicere neceſſe eſt, vt peccator per timorem videatur ſuper ſe habere Deum vt conuertatur ad eum: qui enim Dei timore concutitur, videtur quòd ſuper ſe habeat Deum, ſicut & Iob dicebat, Semper enim quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deũ, & pondus eius ferre non potui. Vnde quando Eliſeus ſuſcitauit puerum, poſuit ſe ſuper ipſum: quoniã vt Deus peccatorẽ ſuſcitet, oportet vt per timorem quaſi ſuper ipſum ſtet. Vobis autẽ timentibus Deũ orietur Sol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius, id eſt in animæ potentijs, quæ reſpectu corporis quaſi pennæ ſunt. Vnde apud Sapientem dicitur. Initium ſapientiæ timor Domini: ſuper quod Aug. ait, Sicut ſeta introducit filum, ita timor charitatem, Nam ſeta fragilior eſt ac debilior quàm vt poſsit corium cõſuere, non tamen conſequitur quod ſi non habeat robur & firmamẽtum lini: propterea ſit mala, nam vtilis eſt inducendo lino quod illa excluſa corium continet. Ita quamuis timor qui præit charitatem, non ſatis nos Deo conglutinet: vtilis tamen eſt illæ inducendę, quę foras miſſo timore id preſtat. Vnde Eſai. 26. dicitur, Sicut quę concepit cùm appropinquauerit ad partum dolens clamat in doloribus ſuis, ſic facti ſumus, à facie tua Domine cõcepimus, & quaſi parturiuimus ſpiri-

Eccl. 27. ſimile. *Notã.* *Iob. 24.* *Apo. 3.* *Eſa. 6.* *Sap. 12.* *D. Aug.* *Iob. 3.* *4. Reg. 4.* *Malá. 4.* *Eccleſ. 1.* *D. Aug.* *Eſai. 26.*

ſpiritum ſalutarẽ. Vbi Hieronymus. Sicut ad partum, inquit, mulier appropinquans dolore cogitur exclamare, ſic nos in anguſtia requirimus te, & à facie fortitudinis tuę concepimus & peperimus, non carnis liberos, ſed ſpiritus. Sed aduertendum ex D. Tho. 1.2.q.74.ar.9.ad.2. quòd ſicut eſt duplex infirmitas cordis, vna quę eſt in ipſa ſubſtãtia cordis, per quam mutatur natura lis complexio ipſius, quę ſemper eſt mortalis: altera eſt infirmitas cordis propter aliquam inordinationem, vel motus eius, vel alicuius eorum quæ circumſtant cor, & talis non ſemper eſt mortalis: ſic in ratione ſuperiori ſemper eſt mortale peccatũ, quando totaliter aufertur ordinatio rationis circa proprium obiectum, quod eſt rationis æternę, talis inordinatio eſt in ipſa ſubſtantia rationis: ſed quando eſt in ordinatio circa hoc, quod eſt quando non fit contra ordinem rationis, ſed præter illum: tunc tantùm eſt veniale, & licèt de vtraque infirmitate poſsit preſens ſermo intelligi, tamẽ prę cipuè de peccato mortali loquimur. *Et ſurgens miniſtrabat eis.* Hæc eſt vera ſalus atque completa, quando in opus exit qui ſanus eſt effectus. Videbis aliquos qui poſtquam videntur ſe conuertiſſe ad Deum, abſolutique ſunt à peccatis, & ſacrum Chriſti corpus receperunt, tamen tamotioſos ac deſides poſt hæc eos inuenies ſicut antea: ſignũ eſt magnum eos non percepiſſe perfectam ſanitatẽ. Hypocrates ait in ſuis Aphoriſmis: Alleuiatis, & non ſecundùm rationem non eſt credendum. Videbis enim in ęgrotis aliquãdo ꝙ apparent nimiũ ſubleuati à febri, tamen ſi id non tẽpore congruo accidit, quando ſecundùm curſum humoris debebat fieri, non tali alleuiationi multum credendum eſt: Sic cernes innumeros peccatores, qui poſt magna perpetrata ſcelera, quia ſemel in anno confeſsi ea ſunt, iam exiſtimant ſe integram adeptos eſſe ſanitatem: minimè his fidem adhibeas, ſed experire an ad bona opera iam deuotè an frequẽter mouean tur, vt ſani facere ſolent. Si in brachio aut manu ictum ſuſtuliſti, nunquàm credes ea ſanitati reſtituta, niſi ea poſsis huc illucque mouere ſicut anteà conſueueras cum ſana, illa membra haberes: ſic numquàm credẽdum eſt peccatorẽ à ſua infirmitate perfectè ſanatum eſſe, niſi ad opera pœnitẽtiæ atq; religionis & virtutis eum videas properare, ſicuti ſani ac integri moueri ſolent. Vnde Paulus. Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ. Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete ſeruire iuſtitię in ſanctificationem: ac ſi diceret. Hoc erit vobis ſignũ, quòd liberati eſtis ab infirmitate carnis, quam contraxit peccatum, ſi membra quæ antea non mouebantur ad bonum, nec opera iuſtitiæ exercebant, modò ea libẽtiſsimè faciant. Declina à malo & fac bonum. Doluit tibi membrum aliquod, ablatus eſt dolor, tamen membrum illud paraly ſi immotum permanſit, numquid dices te ſanatum eſſe? Domine iam ceſſauit dolor cruris, tamen non poſſum illud mouere. Non es ergo perfectę ſanitati reſtitutus, Declinare à malo, eſt dolorem ceſſaſſe, ſi tamẽ ad bonum nõ moueris, adhuc infirmus es, nec perfectę reſtitutus ſanitati. Igitur his non eſt credendum niſi relicto peccato ſimul opera bona exerceant, quemadmodùm mulier hæc relicta febri ſurgens miniſtrabat Chriſto: ſic tu, relicto peccato, ſurge miniſtra pauperibus, cæteriſq; ſanctis operibus incũbe. Hæc autem febris, quia erat in carne facile curata eſt: liberet te Deus ab ea, quę in oſsibus inuiſcerata eſt (*Calentura en los hueſſos, dificultoſa enfermedad*) De qua & Ezechiel dicebat: facta eſt iniquitas in oſsibus eius: hæc enim ſunt peccata vetera ex praua conſuetudine in anima iam diù ſigillata. Hypocrates dicit quòd febris quę non eſt continua, ſed aliquando remittitur, atque ſubiectum liberum ad tempus relinquit, facilius curatur, quàm ea quæ cõtinua eſt: ſic ille peccator melius reſipiſcet, qui & ſi aliquando ex fragilitate vel occaſione aliqua cadat, tamen reſurgit à peccato & ſinè illo per tempus viuit, quàm ille qui continuato curſu ſemper in peccato eſt: nam languor prolixus aggrauat medicum. Et quia hoc peccatum erat fœminæ, expeditius ſanatum eſt, quàm ſi eſſet viri. quoniã peccata ex fragilitate commiſſa melius curantur, quã quę ex certa malitia fiunt, quæ ſignificantur per virum: Quemadmodũ peccatũ Dauid cum Berſabee, quia fuit peccatum fœminæ, hoc eſt, ex naturæ debilitate commiſſum vno verbo curatum eſt: cùm tamẽ Saul peccatum, quia fuit viri ex certa malitia nullo medicamine ſanari potuit, & peccatum Adam ideo veniam meruit, quia fuit commiſſum perſuaſione fœminę: peccatum autem Luciferi irremiſsibile fuit: quia ex ſuperbia & certa atque obſtinata malitia proceſsit.

D. Hiero. 13. *D. Thomo 1.2.q.74. Art.9.ad ſecundũ. Duplex infirmitas cordis.* *Hypo.* *ſimile.* *ſimile.* *Rom. 6.* *Pſal. 36. ſimile.* *Ezechiel.* *Hipoc.* *Eccl. 10.*

Veſpere autem facto, hoc eſt die iſto ad Occaſum tendente, *obtulerunt multos dæmonia habentes, & eijciebat ſpiritus verbo*: Hoc eſt, ſolo vocis ſuæ imperio, non longa adiuratione vt exorciſtę Iudæorum: ab inſtanti enim quo Chriſti humanitas vnita fuit verbo perſonali vnione, ſubiecta eſt ei omnis creatura, ideò eius imperio omnia creata obediũt; propter quod ait Saluator; Pater diligit filiũ, & omnia dedit in manu eius. Et *omnes male habentes*, hoc eſt infirmos, *curauit*. Vicini autẽ auditis miraculis, quæ fecerat, adduxerunt ad Ieſum omnes languidos ſuos, & curauit eos, ex omni genere morbi, cæcos, ſurdos, lunaticos omnibus ſalutem præſtitit: Sic ſi Chriſtus Dominus in hac, vel illa ciuitatẽ intraſſet modò ad curãdos ægrotos, O Deum immortalem! quot inueniret varijs languoribus iacentes! cæcos qui nolunt lucem veritatis aſpicere; ſurdos ad audiendum verbum Dei, qui nihil niſi aſſentationes, aut mendacia audire dignantur, lunaticos ac dęmoniacos, quos interim mittit diabolus in auaritiæ ignem, interim in labilem luxurię aquam, aliquando in præcipitia vitiorum, atque in ambitionis profunditatem: lunatici qui tanquàm Luna mouentur, ita quòd certis temporibus infallibile ſit, illos in hoc vel illud peccatum prolabi: non ita facilè tales morbi curantur: opus eſt, vt Sol iſte occidat ad hoc quòd curentur: ſolem voco ſtylum & modum viuendi, quo ſeſe gerunt hodie communiter homines, præcipuè vbi reges reſident, ibi quippe & ambitio præualet, & luxuria regnat, & iracundia ſæuit, & auaritia in omnia vagatur. Occidat Sol iſte, ſi curari vultis à tot peſtiferis morbis. Oportet ergo cœlũ ac Climata iſta immutare, & ſalubrior rem quærere aerem, vt meliùs habeatis. Nõ nè dicit tibi medicus, vt aerem ac Climata mutes, cùm hic benè habere non vales? Sic ego dico tibi, ſi vis à morbis animæ conualeſcere, vt populos, vbi vitia vigẽt, offendicula quę paſsim occurrũt, mutemus, alias ſemper languidi permanebimus. Sic Deus dixit ad Abrahã: Egredere de terra tua &c. erant enim illius incolæ idolorum cultores, ne inficeretur iuſtus ab illis, relegatus eſt. Et per Prophetam dicit Dominus. O, o, o, fugite à facie Aquilonis. Et alibi. O Sion fuge, qui habitas inter filias Babylonis: niſi tibi Sol iſte, ac ſtylus, quò modò ſe gubernat mundus occiderit: nunquàm à tuis languoribus mundus euades. *Vt adimpleretur, quod dictum eſt per Eſaiam prophetam, dicentẽ. Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes portauit.* Hieronymus ſic transfert. Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Dubitatur in quo ſenſu hoc teſtimonium hic citauerit Euangeliſta, in literali, an in myſtico? Ianſenius videtur dicere, quòd per quandam adaptationem eam applicat Matthæus ad morbos corporales, cùm de ſpiritualibus præcipuè intelligatur, vt ſupra dixit cap. 2. ſuper illud: Ex Ægypto vocaui filiũ meum. Sed quoniã hic non ita clarè hoc dixit ſicut in illo loco, libet omnia verba hic tranſcribere. Hoc teſtimoniũ habet: & ſi ab Eſaia potiſsimum dictum ſit de infirmitatibus animorũ, hoc eſt, peccatis & pœnis, quas pro his merebantur, vt ſatis patet ex his, quæ apud ipſum ſequuntur, atque ex Petri interpretatione. 2. epiſt. cap. 7. qui ſequutus Septuaginta prædictam authoritatem ſic interpretatur; Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ. Matthęus tamẽ qui Iudęis ſcribẽs frequenter veteris teſtamẽti ſcripturas factis circa Chriſtũ adaptat, hoc teſtimonium citat de infirmitatibus & morbis corporũ, idque appoſitè non ſolùm quòd verba prophetæ, etiam quadrant in Chriſtum ratione curationis corporalium membrorum, ſed & ob id quod morbi corporales & peccatorum ſunt effectus, & morborum animæ typi quidam ac figuræ: Quarè dum illis tollendis à quolibet ſe Dominus tam facilem præbuit, oſtendere voluit ſe multo faciliorem eſſe, vt ſanet morbos animæ eorum, qui ab ipſo petunt. Quò itaque Euangeliſta inſinuaret curatione corporali demonſtratum eſſe curatorem mentis; quod de morbis animæ præcipuè dictum fuit, adaptat morbis corporum: ſecundùm tamen hanc authoritatem, nõ eodem modo intelligi poſſet de morbis animi, & de morbis corporis: Noſtras enim infirmitates ſpirituales, hoc eſt, peccata, ipſe Chriſtus tulit: quia in ſe ea ſuſcepit, pro eis Deo in Cruce noſtro nomine ſatisfaciẽs, ſic & dolores noſtros ipſe portauit: quia quæ nos merebamur ſupplicia ipſe pro nobis pertulit, & perferendo perſoluit: Vnde ſenſum hunc Propheta in ſequentibus elucidaturus, Et nos (inquit) reputauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo: ipſe autem vulneratus eſt, propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus, &c. Cũ verò de morbis

Iaõn. 20.
Moralitas.
Geneſis. 22
Zachar. 2. & 7.
Eſaias. 53.
Hier.
Ianſen.
Mathei. 2.
2. Petri. 7.
Eſai. 57.

morbis corporis intelligitur ſecundùm Matthęi citationem hæc authoritas; intelligendum, Chriſtum accepiſſe noſtras infirmitates, non quia eas in ſe ſuſceperit (nam & ſi quaſdam infirmitates dignitati ſuæ non indecentes, quales ſunt fames, fatigatio, mors, & ſimiles in ſe ſuſceperit) non tamen eas, de quibus hic eſt mentio, nempe morbos & languores, vt quæ dedecuiſſent eius dignitatem: ſed accepiſſe dicitur noſtras infirmitates, quia eas à populo abſtulit, curando eas, ſic & ęgrotationes noſtras portaſſe dicitur, Quomodò Paulus Galatis ſcribens dicit. Alter alterius onera portate, videlicet, quia cõdolens ægrotantibus eos ſubleuauit ſublatis morbis. Quidam autem Gręcus intelligit Chriſtum infirmitates corporales, & morbos in ſe accepiſſe, & portaſſe; eò quòd cum multos languores curauit in ſe eorum reatum tranſtulit, labores multos ac tandem mortem pro eis perpeſſus. Verùm prętеr quàm, quod ſenſus hic non videatur vſque adeo verus; propoſito ſaltem non conuenit. Hactenus Ianſenius. Et certè ſi vt videtur manifeſtè dicere, intelligat hãc authoritatem citaſſe Euangeliſtam, non quia hic ſenſus eius ſit, ſed ſecundùm adaptationem, vt ſupra cap. 2. de illo: Ex Ægypto vocaui filium meum, dixit, indignum quid contra Euangeliſtam docet. Nec enim authoritas Euãgelicæ veritatis admittere debet ſic impropriè teſtimonia citare; vt non is ſit proprius ſenſus, ſed quòd adaptari dumtaxat poſsit, vt ibi ad longum diſputauimus.

Claudius Guilliaudus Bellirocẽſis in cõmentarijs ſuper hunc locum Matthæi ait, quòd hic locus propriè de infirmitatibus morbiſque animæ, quibus nos morte ſua Chriſtus liberauit, loquitur. 1. Pet. 2. ſed quod Matthæus hoc vaticinium ad ægrotos ſanatos accõmodet, eò reſpexit, quòd cũ Chriſtus curans ita morbos quoſlibet, idq; mirifica & gratuita bonitate declararet ſe eum eſſe, qui credentes in ſe ab omni malo eſſet liberaturus, non abs re tunc impletum eſſe vaticinium Eſaiæ teſtatur, cum mirificum ſe adeò Dominus depellendis morbis exhiberet. Quarè ait, ex hoc loco obſeruandus eſt canon Catholicus, per corporalem Chriſti benignitatem, ſpiritualẽ, & per corporalia beneficia ſpiritualia eſſe, & meditãda & ſperanda. Rogabis quomodò Chriſtus noſtras infirmitates accepit, & ęgrotationes noſtras portauit. De hac re dixit ſe copioſè ſcripſiſſe in Paulum, & in primam Canoni. Petri, & ſuper Ioannem. Modò autem dicit, quòd propheta ſignificauit Chriſtum fore talẽ, qui adeò infirmitatibus noſtris tãgeretur, & per omnia cõpateretur, vt illas in ſe ſuſciperet, hoc eſt, noſtra miſeria cordę tangeretur, & has auferret, nõ ſecus hoc negotium agẽs ac ſi res ſua eſſet. Hoc autẽ cum eo quod Ianſenius docet, incidit: Aut dici poteſt quod Euangeliſta Eſaiam citat de toto Chriſto, & qualibet eius parte, hoc eſt, non tantùm de triduo paſsionis Chriſti, ſed de tota vita Chriſti: vita autẽ tota Chriſtifuit ſuſcipere, & portare noſtra mala: quia propter nos natus, circumciſus, cõuerſatus, comedit, bibit, dormiuit, & vt Paulus ait Phil. 2. Formã ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo, & hoc propter nos, ideò ſi quis Eſaiam, de qualibet parte vitæ Chriſti allegaret, rectè allegaret: quia propter nos ſitiuit, ne ſitiremus, ita noſtrã ſitim tulit: propter noſtram triſtitiã triſtis fuit, ita noſtram triſtitiam tulit, vt lætі efficeremur. Ita hic cõpatitur obſeſsis & ægrotis, & fert in corde eorum mala, vt eos liberet: quia omnia propter nos fecit, vixit, duxit, tulit, & ſicut hic corporales morbos hominum compaſſione tulit, vt corporaliter auferret; ita in paſsione corporaliter tulit noſtra peccata, vt ſpiritualiter tolleret, & vt in ſumma dicam, Chriſtus noſter & noſtra omnia ferre & tollere voluit, ſiue corporalia, ſiue ſpiritualia mala quocunque modo oportuit, ideò Matthæus locum Iſaiæ rectè fecit generalem de toto Chriſto, & applicat eum ad partem hanc, qua tulit & curauit infirmos: quia Chriſtus eſt vniuerſalis & totalis Saluator corporis & animę. Obſerua, Matthęum inducere locum Eſaiæ, qui de Chriſti aduentu prædixit, vt oſtendat Iudæis hunc eſſe Chriſtum promiſſum, & nullum alium expectandum: quia hic opere probauit, & impleuit quæ Eſaias prophetauit: Hactenus Claudius. Quæ licèt rectè dicta eſſe videantur; tamen non videtur tenere, quod in ſenſu proprio ac literali hoc teſtimonium adduxerit Matthęus, ſed ſecundùm quãdam applicationem. Qua propter Caietanus in ſenſu literali contendit fuiſſe hoc teſtimonium citatum à Matthæo, nempe quòd loquatur Propheta de morbis corporis cuius verba hæc ſunt. Et ne putes, vt Porphyrius dixit, Matthęum fuiſſe ignorantem, diſcute diligenter textum illum Eſaiæ & perſpicies ſenſum iſtum, eſſe ſenſum literalem. Intendit

Ad Galatas. 6.
Philip. 2.
Eſai. 53.
Matthæ. 2.
Claudius Guilliaudus Bellirocenſis.
1. Pet. 2.
Caieta.
Porphy. 9.

dit, enim Propheta de Meſsia in paſsione conſtituto dicere quòd ipſe non fictè, nõ vulgari fama, ſed verè miracula ſanitatũ effecit alios ſanando: & tamen nos reputauimus eũ quaſi leproſum, & percuſſum à Deo: Vnde Principes Iudeorũ illudẽtes Chriſto crucifixo, dixerunt, Alios ſaluos fecit, ſe ipſum nõ poteſt ſaluũ facere &c. Nec modus loquendi, quo vtitur Propheta, obſtat, non quidem pronomen, noſtras, quoniã clarè patet Prophetam dicere hæc verba, in perſona populi, & tã beneficia collata populo Iudæorum, quàm peccata eiuſdem contra Chriſtum, vt communia, etiã ſibi proferre: ſicut enim ait. Infirmitates noſtras, ægrotationes noſtras, ita ſubiungit. Et nos reputauimus eum quaſi leproſum &c. Nec verbum, tulit, aut, portauit, obſtare, dicendum eſt, quoniam hoc loquendi modo facilitatem, qua curationes exhibebat Chriſtus ſignificauit, nempe abſque medicinis, abſque alteratione aliqua, ita quod tam facile ipſe tollit à populo noſtro ægritudines corporis, ac ſi tolleret vnã rem portabilem, & veheret in alium locum. Eſt itaque literalis ſenſus Prophetiæ, quòd Meſsias verè tulit, hoc eſt, abſtulit infirmitates noſtras, quæ ſcilicet ex defectu accidunt, & ægrotationes noſtras, quæ ſuper excessu proueniunt, vt omne genus ægritudinis comprehendatur in iſtis. De animæ vero languoribus, quæ peccata ſunt, ſubdit poſtea Iſaias ibidem. Deus poſuit in eum iniquitates omnium noſtrũm, & ipſa peccata multorum tulit. Hæc Caietanus. Sed quoniam authoritas Petri videtur de animę languoribus hunc locum interpretari, ideo aduertendum eſt, & tamquàm fundamentum ſtatuendum, quòd in Sacra Scriptura, ſub vna litera ſunt multi ſenſus literales. Hoc fundamentũ ſtatuit Aug. lib. 3. tom. 1. ſuper Gene. ad lit. cap. 19. & 3. de doctri. Chriſtia. cap. 27. Item. 1. tom. lib. 12. confeſſ. à cap. 20. vſque in finem lib. Idem aſſerit D. Tho. 1. p. q. 1. ar. vlt. & probatur hoc fundamentũ, nam ille locus Gen. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram. Habet geminũ ſenſum literalem. Primus eſt, antequàm quicquam faceret, creauit Deus cœlum & terram, ita quòd in principio ibi dicat primitatem ordinis. Secundus ſenſus eſt. In principio temporis creauit Deus &c. ex prima intelligentia colligitur, quòd Angeli non ſunt creati ante mundum corporeum, ſed ſimul cum ipſo. Ex ſecunda intelligentia ſequitur, quòd mũdus non eſt ab æterno, ſed habet principium ſuæ durationis, Et vterque ſenſus inſinuatur cap. firmiter de ſum. Trinit. Cùm dicitur. Deus ſua omnipotenti virtuti ſimul ab initio temporis vtrãque de nihilo condidit creaturã, corpoream, & ſpiritualẽ, Angelicã & mundanam. Accipe aliud inſigne exemplum ex illo loco Ioã. 14. Spiritus Veritatis qui à patre procedit. Nam idẽ eſt ſpiritus veritatis, ac ſi dicas Spiritus verax, ſicut odor ſuauitatis, ac ſi dicas, odor ſuauis. Sed cõciliũ Epheſinum primum inſinuat alium ſenſum in Epiſtola miſſa ad Neſtoridem, vt idem polleat Spiritus Veritatis, ac ſi dicas Spiritus Filij, iuxta illud Ioã. 13. Ego ſum via, veritas & vita. Ita in propoſito locus iſte duos compatitur literales ſenſus, alter vt intelligatur de infirmitatibus animę, quæ ſunt peccata, quem ſenſum interpretatus eſt D. Petrus, nam hæc eſt vna regula interpretãdi ſcripturam, vt cum oratio vna plures habet ſenſus, omnes illos ſpiritum ſanctum voluiſſe ſignificare. Et hic locus ſimilis eſt illi, Cæci vident, claudi ambulant &c. qui ex contextu Prophetæ referri videbatur ad animum: ex interpretatione Domini ad vtramque, totũ enim hominẽ Deus ſanat. Quarẽ verſio Hieronymi præſentis teſtimonij Iſaiæ ſignificantior eſt, quæ ad vtranque ſentẽtiam poteſt referri, ſic enim & D. Cyprianus, in quodam ſermone de Euchariſtia dicit, ſimul medicamentum & victima ad ſanandas infirmitates, & delendas iniquitates exiſtens, vbi & ad corpor eos morbos medicinã, & ad delenda peccata victimã Chriſtum extitiſſe dicit. Ne autem videamur gratis loqui, hęc quæ dicta ſunt cõſentanea videntur multis Sanctorũ ſentẽtijs: nam D. Baſilius in regulis breuioribus in reſponſione ad interrogationem. 177. Languores noſtros, inquit, ipſe tulit, non quòd in ſe ille ſuſceperit, ſed quòd eos in quibus hæc erant curauit, etiã huic loco pœnitẽtiæ ratio conuenit, curauit enim morbos animę. D. Chryſoſto. in Matthæ. cap. 8. putat quod Euangeliſta ad morbos corporis retulerit, & ita ipſe de morbis corporis referriposſit: potiùs tamen de morbis animæ exiſtimat eſſe dictum, vt cõueniat cum illo: Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi. Orige. in cap. 8. ad Rom. & in cap. 15. eiuſdem epiſtolę ad vtrãque refert hũc locum ad corpus, & ad animã. Theophilactus, Propheta, inquit, de peccatis hoc dicit, Matthęus de morbis eſt interpretatus, quòd plurimi morbi ex pecca-

Mat. 27.

Eſai. 53.

Iſai. 53.

Aug.

D. Thom.

Gen. 1.

Cap. firmiter de ſuma Trinitate.

Ioan. 14.

Concilium Ephe.

Ioan. 13.

D. Petrus

Mat. 11.

Iſai. 35.

Hiero.

D. Cypri.

D. Baſil.

D. Chriſoſtomus ſuper Mat.

Ioanis. 1.

Origen. in cap. 15. ad Rom.

Theopil.

peccatis oriantur. Quod verò Hieronymus dicit, dolores noſtros ipſe portauit, conuenienter lectioni Hebrææ ſeptuaginta interpretãtur, id eſt, pro nobis doluit. D. Ambroſ. in cap. 22. Lucæ, de triſtitia & dolore interpretans hunc locum, ait: Quia doles Domine, non tua vulnera, ſed mea, non tuam mortem, ſed noſtram infirmitatẽ. infirmatus enim es, ſed propter peccata noſtra, non quia illa tibi infirmitas erat aſſumpta, ſed pro me ſuſcepta, quia mihi proderat. Dionyſius Carthuſianus ſuper hũc locũ Mar. ex. c. 53. Iſaiæ ſic dicit, Ipſe Chriſtus pœnalitates noſtras ex originali peccato cõſequutas, videlicet mortalitatẽ, famẽ, ſitim, laſsitudinẽ, cæteroſq; inde trahibiles defectus accepit in ſe ipſo, & habuit eas, ſicut ait in Pſal. Infirmata eſt in paupertate virtus mea. Et rurſum. Ego ſum pauper & dolẽs. Itẽq; repleta eſt malis anima mea. Et ægrotationes portauit, id eſt, noſtros lãguores, piè in alijs ſupportauit, & condolẽdo curauit, ſicut Apoſtolus dicit, Alter alterius onera portate. Nõ tamẽ fuit in Chriſto infirmitas corporalis, ex indiſpoſitione cõplexionis proueniẽs ſecundũ Damaſc. Non ergo aſſumpſit omnes defectus noſtros, ſed eos dũtaxat, qui integritati & perfectioni naturæ nõ repugnãt. *Videns autẽ Ieſus multas turbas circũ ſe, iuſsit Diſcipulos ſuos ire trãs fretũ.* Aduertendũ hic eſt, quomodò poſtquã Chriſtus aliquod miraculũ fecerat, cõfeſtim publicos vitaret cõſpectus, & abibat quaſi fugiẽs hominũ gloriã, vt nos idem doceret facere. *Et accedẽs vnus ſcribà ait illi. Magiſter ſequar te quocũq; ieris. Et dixit ei Ieſus. Vulpes foueas habẽt, & volucres cœli nidos, Filius autẽ hominis non habet vbi caput ſuũ reclinet.* Lucas refert hũc Scribã in via dixiſſe hoc Chriſto dño. Nos autẽ per viã intelligimus illã qua ibit Chriſtus ad mare, vbi Diſcipulos iuſſerat ire. *Alius autẽ de Diſcipulis eius ait illi. Dñe permitte me primũ ire, & ſepelire patrẽ meum. Ieſus autẽ ait illi. Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.* Duos hic variè affectos ad ſequendũ Chriſtũ ponit Matthæus, quibus Lucas addidit tertiũ. Primus dicit. Dñe ſequar te quocunq; ieris. Secundo dicit Dñs, ſequere me. Tertius ſequutus fuerat, ſed redire voluit, vt domeſticis valefaceret: & ſic dimiſsis illis, ſequetur Dñm. Sic profectò, & variè affecti ſunt inter nos, qui Chriſtũ ſequũtur. Sunt enim qui ſe ipſos ingerũt, de ſe præſumunt omnia ſibi, nihil Deo adſcribũt: hos reijcit Dñs. Quod enim Chriſtũ ſequimur, nõ tã noſtra voluntas eſt, quã Dei vocatio, iuxta illud Rom. 9. Nõ eſt volẽtis, neq; currentis, ſed miſerẽtis eſt Dei. Merito igitur his præſumptoribus dicitur: Nõ habet Filius hominis, vbi caput ſuũ reclinet. Omnia enim plena ſunt ambitione, ſuperbia, & auaritia. Sũt deinde alij, qui cũ aliquãdiù vixerint ſecũdũ ſpiritũ redeũt ad mundũ, ſperãtes, quod vbi aliquãto tẽpore, ſecundũ deſideria mũdi vixerint, poſt ad priorẽ ſpiritus vitã reditures, vt ſecundũ Deũ viuãt. Sed hos Dñs pronũciat ineptos ad regnũ cœlorũ, vt qui mittũt manum ſuã ad aratrum, & protinus retrocedunt. Sunt demũ & alij, qui Chriſtũ verè corde ſequuntur: hi etſi nondũ omnino liberi ſint à carnalibus affectibus: eoſdem tamen nõ ſequuntur verbo Dei detẽti, & ij demũ verè Chriſti imitatores ſunt, quibus Chriſtus dicit, Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Hæc autẽ omnia eò tendũt, vt glorificemus diuinã voluntatẽ, vocationẽ, & bonitatẽ, per quam ſolùm ſequi poſſumus eum, & ſtare ne relabamur, & id velle vt ſequamur. Multa hic dicenda eſſent de diuerſo ordine, quem videntur ſequi Euãgeliſtæ, in narratione harum rerũ à Chriſto geſtarum, niſi iam hoc eodẽ capite dicta fuiſſent. Hoc ſolũ addendum modò exiſtimo, nõ eſſe verum, quod Oſiander conatur oſtẽdere, nempe ordinẽ rerũ geſtarum à Chriſto obſeruaſſe Euangeliſtas, tam temporũ, quã locorum, cùm tamen ex ipſa Euangeliſtarum loquutione ſatis colligi poſsit talẽ ordinẽ ab eis eſſe negletum. Sic enim & Lucas deſcripturus miraculum curati paralytici. Et factũ eſt, inquit, in vna dierum. Et rurſum cap. 8. deſcripturus traiectum Chriſti per fretum in regione Geraſenorum. Factũ eſt autem, inquit, in vna dierum, & ipſe aſcendebat in nauiculam: quæ loquutiones ſatis arguunt, eum res tantùm, non autem ordinem, ac tempus rerum geſtarum voluiſſe deſcribere, nimirùm quod ſciret ex obſeruato ordine parum aut nihil obuenturum vtilitatis, ac ob id res ipſas ſimpliciter, vt occurrebant memoriæ, recenſet. Nam etſi poſt leproſi, ac ſerui Centurionis curationem, alij Euangeliſtæ ſcribant Chriſtum cucurriſſe per vicos Galilææ, antequàm trans fretum iret; tamen quoniam nullum ſingulare factum narrant, rectè Matthæus poſt illa miracula enarrata, ad has ſingulariter res geſtas tranſit.

D. Hier.

D. Ambro. cap. 22.

Dyon. Carthuſ.

Pſal. 30.

Gal. 6.

D. Dam.

Moralitas

Mat. 5.

Luc. 9.

Luc. 9.

Moralitas

Rom. 9.

Luc. 8.

Oſiander.

Et accedēs vnus Scriba, ait illi: Magiſter ſequar te, quocūq; ieris. Cùm paratū Scriba hic cerneret Dñm ad trāsfretandū, ſe offert illi in ſociū itineris, & ad perpetuū comitatū. Verū nōnulli ex ſacris Doctoribus aſſerūt, hunc Scribā, nō ſyncero animo hoc dixiſſe, ſed ſpe lucri: nimirū cùm videret Dñm tot miracula facientē, ſperabat & ipſe in comitatu Ieſu, & illa diſcere etiā facere, & ſic magnū ſe lucrum conſequuturū, quēadmodū & Symō Magus, Actu. 8. petijt à Petro gratiā miracula faciendi, vt inde pecunias ingētes lucraretur. Ita Chryſ. Aug. & alij. Aut putabat Dñm tandē regnum tēporale, & ſecundū carnē inuaſurū, cùm tot miraculis clarus admirabiliſq; turbis videretur: & ob id cupiebat regni huius cōſcrs fieri. Nec mirū, ſi hęc ſuſpicio animū huius Scribę occupauerit, cùm Diſcipulorū animos, qui tot de eius paſsione toties audierāt, adeò inuaſerit, vt nō ſint veriti penè æqualitatē cum illo, in illo ſuo regno quod ipſi fingebāt, poſtulare: Quod colligūt ex hoc, quòd Euāgeliſta illū dicit Scribā, in quibus maximè auaritia vigebat: imò & ex reſpōſione Dñi id magis colligitur, vt ſtatim videbimus. Vnde Petrus Chryſologus hom. 19. ait. Decipit, nō accedit, qui promittit Dominū incautè ſequi ſe ad omnia poſſe, qui promittit, dixiſſet potiùs, ſequar te quocūq, iuſſeris: humaniùs certè quocūq; volueris. Sic autē dicit, quocūq; ieris, qui inter ſe, & Dñm quid interſit, ignorat. Sic dicit, qui Chriſtū Deū nō intelligit, ſed magiſtrū. *Sequar te quocūq; ieris.* Petrus per mare ſequitur, ſed ſubmergitur, ad paſsionē ſequitur, ſed negat: et ſi Petrus ſic deficit, ſic ſuccūbit ad pauca: iſte quis eſt, qui ſe ad omnia ſequi dñm ſic promittit? *Sequar te quocunq; ieris.* Sic dicit iſte, quaſi poſſet cū Chriſto ſubire conflictū, ignominiā Crucis adire, per gloriam intrare mortis arcē, mortē mortificare per mortē, &c. Et poſt pauca. Verū & iſta iactātia adulationis plena erat, qualis ijs cōtingit, qui dituioribus, & honoratioribus blandiūtur, ea propter ſe ſeruos, mācipia ad omnia paratiſsima ore tenus clamāt, nō alia prorſus ratione, quā quòd hiſce blādimētis ſibi lucrū cōparare ſtudēt: hoc hominū genere aulæ principū ſcaturiunt: Verū ab his coruis & vulpibus cauendū eſſe monet Plutar. toto lib. de diſcrimine adulatoris, & amici. Et quis quæſo eſt, vt Iacobus ſcripſit, qui craſtino ſibi certò aliquid ſpondere poſsit; aut profecturum ſe ad mercaturam, aut aliquid quiduis facturum?

Act. 8.
Chryſ.
D. Aug.
Petrus Chryſ.
Mat. 27.
Plutar.
Iaco. 4.

Sera nimis vita eſt craſtina, viue hodie. Verſ.

Quis demū ſentiat ſuis viribus Chriſtū aſſequi poſſe? Vide quid dicit Iob. 11. Forſitā veſtigia Dei cōprehendes, & vſq; ad perfectū Omnipotentē reperies? Et Eccl. 11. Quis eſt homo, vt ſequi poſsit regē factorē ſuū? Vnde & reſpōdit Ieſus. *Vulpes foueas habēt, & volucres cœli nidos. Filius autē hominis non habet vbi caput ſuū reclinet.* Ac ſi diceret. Quid à mea ſocietate diuitias expetis, cū & vulpibus & auibus pauperior ſim? Cùm nec hoſpitiolū propriū habeā, vbi caput meum reclinē, cū vulpes habeāt foueas, & volucres cœli nidos. Meminit aūt vulpiū ac volucrū, quaſi notās huius hominis aſtutiā, ſimul & vanæ gloriæ cupiditatē. Quidā intelligunt Dñm, per vulpes & volucres voluiſſe topicè ſignificare dæmones iſtius hominis animā inhabitātes: quoniā dæmones & doloſi quaſi vulpes, & ſuperbiſsimi ſunt, in alta per ſuperbiā, quaſi aues volātes, & ſeminibus ac fructibus virtutū inſidiātes: Ac ſi diceret. Dæmones quidē foueas ac nidos in te habēt, cùm ego nec minimā quidē requiē in animo tuo habeā, nec inueniā. Hylariusverba hæc Scribæ (ſequar te quocūq; ieris) intelligit per interrogationē: vt accipiatur hic Scriba dubitaſſe, an expediēs eſſet Chriſtū ſequi, vel non, & an eſſet verè Chriſtus? ac deinde Dñm per vulpes intellexiſſe Pſeudo prophetas: per volucres cœli, dæmones. Nā cùm Dñs cerneret, quā pauci ipſum ſequerētur, ex probrauit legiſperitū diffidētem, an ſequi ipſum Chriſtū deberet, q̄ ſubdoli haberēt in multorū cordibus foueas, atque dæmones nidos; ipſe autē, cuius caput Deus eſt, nō haberet locū in animis hominū, qui vera Dei cognitione prædīti eſſent. Cęterū in hac Dñi reſponſione obſeruāda eſt eius modeſtia ac prudētia: ita enim arcana ſui cordis manifeſtat, vt ſoli ipſimet illum proderet, nec manifeſtè argueret, vt & illū pudore nō ſuffūderet, & correctioni, ſi vellet, illi locus relinqueretur: nec vetuit ſe ſequi, quāuis nō ſyncerū animū eius agnoſceret, ſed ſolùm docuit ſe nō conſequuturū, quod vellet. Obſeruandū deinde in Dñi verbis, quanta fuerit in illo pro nobis ſuſcepta paupertas: Nā cum hominū cura præcipua ſit, vt vel domicilium habeant quo ſe tegant, atq; ab imbribus, & calore protegant, & apud Iudæos ſollicitè patrum hæreditas conſeruabatur, adeò, vt Naboth vineā, quā hæreditario iure acceperat à patribus, nec

Iob. 11.
Eccleſ. 11.
Luc. 9.
Mat. 5.
Moralitas
D. Hilar.
Moralitas

nec ipſi regi petenti dare voluerit, ne alienaret paternā hæreditatē: tamen tāta fuit Chriſti tenuitas, tantaq; demiſsio, atq; paupertas, vt nec domiciliū, quo delitesceret, haberet. Quod certè varijs de cauſis id fieri oportebat. Primū, quoniā bona cœleſtia tāquàm propria annūciare venerat, atq; eorum ſpe docebat homines hæc terrena cōtemnere: oportebat ergo, vt id ipſe, & exemplo mōſtraret, quod & fecit pauperrimā vitam agendo. Secūdò, quia ſe dicebat non eſſe de hoc mūdo, ſed alibi habere regnū ſuū, atq; diuitias, huc veluti in peregrinū quendā locum veniſſe, atq; illic habere ſua bona propria, quæ ſuis daturus eſſet: decebat enim eū, qui generationis iure hæres erat cœleſtiū bonorū, nullā in hoc mundo poſsidere hereditatē humano iure acquiſitam. Tertiò, hoc cōgruebat officio prædicationis, propter quod ſe ſupraveniſſe dicit: nā Prædicatores verbi Dei, vt toti vacent prædicationi: oportet vt omnino ſint liberi à ſecularium rerū cura, qua carere non poſſunt, qui poſsident huius mundi facultates. Poſtremò, ſicut mortē corporalē aſſumpſit, vt nobis vitā largiretur ſpiritualē, ita corporalem paupertatē elegit, vt nobis ſpirituales diuitias ſuas cōmunicaret. Vnde 2. Cor. 8. inquit Paulus: Scitis gratiā Dñi noſtri Ieſu Chriſti, quoniā propter nos egenus factus eſt, vt illius inopia diuites eſſemus. Quod Chriſti Dñi exemplū, etiā ſi non facto imitemur, vt omnia propter illū relinquamus: docemur tamē affectū à temporalibus diuellere, vt taliter vtamur hoc mundo, ac ſi illo nō vteremur. Quod Paulus docet. 1. Cor. 7. Quo facto hæreſis eorum damnatur, qui voluntariā paupertatē irridēt eorum religioſorū, qui omnia à ſe abdicauerunt, & ſolis eleemoſynis viuūt. Cuius hæreſis author fuit quidā Deſyderius Longobardus tēpore Alexandri. IIII. Et quidam Guillelmus de Sancto amore. Auguſ. lib. de hæreſi. cap. 40. refert errorē aliquorum, qui diuitias, ac poſſeſsionem proprias damnabāt: qui ſibi Apoſtolicum nomen arrogabant, & Apoſtolici viri dicebātur: cùm tamen Paulus diuites inſtruendos docet, non ſublime ſapere, ſed facilè tribuere; non tamen dicit, vt omnia ſua dimittāt. Alius autem error, quē ibi refert Aug. cap. 50. qui Eccleſiaſticos nulla poſſe habere bona docebat, quē poſteà ſequuti ſunt pauperes de Lugduno Vuicleff, & alij hæretici, iam pluribus cōcilijs dānatus eſt. Rectè ergo dicit Chriſtus, Vulpes foueas habent &c. Sed dices, nonnè Maria Mater eius, quæ vnica fuit parētibus ſuis, habuit domū propriam, quæ parentū ſuorū fuerat, & Ioſeph, qui ſecundùm aliquos adhuc viuebat: nonnè propriū etiā habuit tunc domiciliū? Reſpōdetur tamē, probabile maximè eſſe, quod beata Virgo omnia ſua vendidit, egeniſq; contulit, & ſimiliter Ioſeph; aliter non impleſſent, quòd Chriſtus alios edocuit, & Apoſtoli perfecerūt, qui relictis omnibus ſequuti ſunt Chriſtū. Quarè Chriſtus Dominus in ſumma vixit inopia, proprio carēs hoſpitio, vt adimpleretur, quod per Hieremiā ad illū per admirationē dictū fuerat. Quarè quaſi colonus futurus es in terra, & quaſi viator declinās ad manendū? Quarè vēturus es, quaſi vir vagus? Et Pſal. 85. Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea. Ex quibus conuincitur cœcitas Iudæorum, qui Chriſtū diuitijs affluentem in proprio aduentu expectabāt. *Vulpes foueas habent &c.* Petrus Chryſologus ſermo. 19. ſic ait: Quid eſt hoc? Vulpes viribus infirma, calliditate potēs, inuentrix doli, fraudis artifex, ſimulationis magiſtra, ſimplicitatis vacua, plena ſtrophis, auium domeſticarū prædo, tectis familiaribus inimica. Merito hanc Chriſtus format in typum Herodis Principis Iudæorū, qui priſtinę libertatis oblitus, ſub Romana poteſtate cōſiſtens, dominabatur arte, calliditate regnabat, imperabat fraude, præſidebat doliſ, ſimulatione pollebat: & quia ab exteris gentibus non valebat referre prędam, familiarē plebē, vernaculos populos, velut plebē domeſticā deuorabat. Probat hoc Chriſtus, quando Herodi mādat. Ite dicite vulpi illi, Luc. 13. Verē vulpes, qui regnū dolis rapit, quod nec naſcendo meruit, nec viuēdo. Hic ergo Herodes in cordibus Scribarū vſq; ad necē Chriſti foueas ſibi ſcelerū ſuorū collocauit, nec reliquit locū, vbi Chriſtus caput ſuū, quòd Deus eſt, reclinaret: & ad eius inſtar Scribæ & Phariſæi vulpes erāt, vt qui doloſis impoſturis ſibi plebē deuincirēt, aliud vtique ore, aliud corde præſeferentes. Quod quidē ex tot quæſtionibus colligimus, quas ipſi cum honoris prærogatiua, ex Chriſto quæſierunt, nunc ipſum Magiſtrum, nunc Rabbi vocantes, cùm tamen illum infeſtiſsimo odio aduerſarentur.

Verùm licēt hunc ſenſum ferè omnes Sancti Patres amplectantur, tamen non video, cur altera ſententia non ſit valde probabilis,

Cur Chriſtus paupertatem elegerit.
Ioann. 18.
Longoba.
Guillel.
D. Aug.
Rom. 12.
D. Aug.
Vuicleff.
Luc. 9.
Hier. 14.
Pſal. 85.
Petr. Chryſolog.
2. Cor. 8.
1. Cor. 7.
Luc. 13.

babilis, nempè non doloſo animo, ſed ſyncero acceſsiſſe hunc Scribam ad Ieſum, & reſponſum Chriſti mite & non aſperũ fuiſſe, ad inſtruendum, & non ad reijciendum: tum maximè, quòd in textu omnino nihil poſsit aſsignari, quod non eâdem facilitate poſſet in bonam, & in malã partem interpretari: & quanquãm ipſum profeſsionis nomen odioſum aliquid prima facie ſonet (quoniam Scriba appellatur, quod eſt nomen perſequutorum Chriſti) non eſt tamẽ neceſſe, omnes Scribas fuiſſe malos, & doloſos: quemadmodùm nec omnes Phariſæi, nec omnes Legiſperiti mali erant. Vnde poteſt dici, citra cuiuſcũq; præiudicium, hunc Scribam commotum efficacia verborum Chriſti, cõcepiſſe propoſitum bonũ ipſum inſequendi, hocq; propoſitũ Domino iam abſcedere paranti verbis indicaſſe, quæ ponuntur in textu. *Magiſter ſequar te, quocunq; ieris.* Id eſt, propoſitum habeo te ſequendi, ſi tibi placuerit, me in tuam ſocietatem admittere. Reſponſio autem Domini poteſt accipi: non quaſi doloſo irrefragari velit, ſed quaſi mollibus, & delicijs aſſueto oſtendere difficultatẽ ſuæ ſequelæ. Ac ſi diceret. Bonũ eſt quod poſtulas, non abnuo, approbo; tamẽ circũſpectus ſis, ac prudẽs, priùs attende, an me poſsis in tanta paupertate, atq; indigẽtia ſequi. Tu qui ſemper in delicijs nutritus, atq; tuæ obſequens voluntati fuiſti, omniumq; rerũ, quas deſideraſti affluentia fruitus es, vide an poſsis ſequi Magiſtrum, qui nec puluinar propriũ ad reclinandũ caput, poſsideat. Atq; hoc modo cõmiſerantis potiùs, quã reijcientis vox eſt: ſic enim mos eſt apud religioſos, cũ quis habitum alicuius profeſsionis induere poſtulat, vt ei priùs difficultates, atq; aſperitates religionis proponantur, vt inde perpendat, quid ſibi vtilius videatur, an ea poſsit ferre, vel non. Imo & Athenienſium lex erat (vt Gregorius Nazianzenus, in Epiſtola ad Eudoxium rethorem ſcribit) quæ adoleſcentes, cùm pubertatis annos attigiſſent, ad artes in hunc modum duci iubebat. Cuiuſlibet artis inſtrumenta publicè proponebantur, atq; his admouebãtur adoleſcẽtes: quocũq; aũt delectari contigiſſet, ad id accurrere, huius quoq; artem edocebatur, quòd videlicèt, ea plurimũ rectè ſuccedãt, quæ natura duce aggredimur: at contrà, ea quæ inuita natura ſuſcipiũtur, ſpem fruſtrari ſoleant. Inde fit, vt ſicut ad artes mechanicas cuiuſq; affectio & optio attendenda

Nota.

D. Gregor. Nazian.

eſt, ita maximè, vt quis ad Eccleſiaſtica munera obeunda promoueatur: nõ enim omniũ eſt idẽ affectus. Sunt qui mercaturam, alij qui Medicinã, alij Iuriſprudentiã ſequi malũt, omniũ autẽ maximè diligi oportet: & qui Theologiã, & ſacrũ Eccleſiæ miniſterium profiteantur: debet enim quiſq; illud conſyderare, q̃ in verſu quodã dicitur. *Quid tandẽ valeãt humeri, quid ferre recuſant.* Huc refert id quod Dñs dixit per Lucam c. 14. Quis enim ex vobis volẽs ædificare turrim, non priùs ſedens cõputat ſumptus, qui neceſſarij ſunt, ſi habeat ad perficiendum? ne poſteaquã poſuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vidẽt, incipiant illudere ei, dicẽtes, quia hic homo cœpit ædificare, & nõ potuit cõſummare. Quod explicãs D. Tho. 2. 2. q. 189. artic. 10. ad. 3. ait, Ædificatio turris, eſt perfectio Chriſtianæ vitę, abrenũnciatio propriorũ, eſt ſumptus ad ædificandũ turrim; ſed nullus dubitat, an velit habere ſumptus, vel an poſſet turrim ædificare, ſi ſumptus habet: ſed hoc ſub deliberatione cadit, an ſumptus habeat. Similiter nõ debet cadere ſub deliberatione, an aliquis debeat abrenuntiare omnibus quæ poſsidet, vel ſi hoc faciendo ad perfectionẽ peruenire poſsit: ſed hoc cadit ſub deliberatione, an hoc quod facit, ſit abrenũtiare omnibus: ſi quid in ſecreto animi abſconditũ remanet, quod mũdi mores ſuboleat, vel aliquid propriæ voluntatis, an verè abrenũtiauerit omnibus, ſi adid ſe paratũ inuenit, aliàs nõ habet ſumptus. Hæc eſt ſentẽtia Titelmani ſuper hũc locũ, quę mihi certè nõ diſplicet. *Nõ habet vbi caput ſuũ reclinet.* Poteſt hoc intelligi de loco, vel de puluinari: magis autẽ quadrat, vt de loco intelligatur: quoniã de locis vulpiũ, & auium premittitur, quaſi dicat, habẽt loca ſua aues & vulpes, vbi requieſcãt, & habitẽt: ego autẽ nec tantillũ proprij loci poſsideo, vbi caput meũ valeã reclinare. Ita verũ eſt, Dñe Ieſu, quòd nec locũ, nec puluinar, vbi caput tuũ reclinares, habuiſti: nã & cùm in Cruce clauis fixus ſtares, & ad emittendũ ſpiritũ propter patris obedientiã, caput inclinans, quaſi annuẽs patris voluntati illud ſuperhũmerum inclinaſti, nõ habẽs puluinar ſuper quod, vel vulneratum caput poneres. Habuit Iacob petrã, ſuper quã inclinans caput requieuit, tu autẽ nec id commodi habes, ſed ſuper humerũ tuum inclinaſti caput, dicens: Pater, in manus tuas cõmendo ſpiritum meũ. Mira res! grãde ſpectaculum!

Versus.

Luc. 14.

D. Thom.

Titelman.

Luc. 23.

lum! quod nos, niſi adorãdo, & tacẽdo dicere nõ valemus. Se ipſum nominat Filium hominis, tum humilitate, quia alij vocabãt eum filiũ Dei, tum veritate, cõtra hęreticos futuros: quoniã alij erãt negaturi ipſum eſſe Filiũ hominis, alij quòd eſſet Filius Virginis. Tertiò dicitur Filius hominis appropriatione quadã: quia ipſe ſolus eſt deditus homini, eſt totus hominis: ad hoc enim venit, vt hominẽ ſaluaret, vt ſe ipſum daret redemptionẽ pro homine, quod eſt nomẽ naturæ humanæ: ſicut Hebræo modo loquendi filij nuptiarũ dicuntur, dediti nuptijs, Filij ſponſi, dediti his, quæ ſunt ſponſi, filij mortis obnoxij morti, & ſic de ſimilibus. Propter hoc enim Dñs Ieſus appropriauit ſibi hoc nomẽ, vt peculiariter diceretur Filius hominis: Sicut & Ezechielem pluries nominat Deus Filium hominis, quoniã illũ dedicauerat illis hominibus, qui tunc erant captiui in Babylonia, vt ibi eſſet Propheta eorũ. *Alius autem de Diſcipulis eius ait illi. Domine permitte me primùm ire, & ſepelire patrẽ meum. Ieſus autem ait, Sequere me, & dimitte mortuos, ſepelire mortuos ſuos.* Hunc Diſcipulũ Clemens Alexandrinus lib. Stromatũ dicit fuiſſe Philippũ Apoſtolũ, licèt Tertullianus lib. de Baptiſmo dicat, quòd Matthæus. Dicitur autẽ Diſcipulus, vel quia futurus erat, & poſteà extitit Diſcipulus, vel ſi tunc erat, de illis fuit, qui nondũ fecerant perfectã renunciationem: quemadmodũ Petrus, & alij: nec perpetuò comitabantur Chriſtũ, vt alij. Sed hanc ſibi prætexẽre videbat excuſationem, vt priùs iret, & ſepeliret patrẽ ſuum. Aliqui, inter quos Ambroſius, exiſtimant, patrẽ iſtius iã fuiſſe defunctũ, & ſolũ petere, vt illud humanitatis beneficiũ ſepulturæ impenderet illi: nec ab hoc prohibitũ, quia malum: ſed quia maioris boni impeditiuum. Illud enim obſequiũ ab alijs præſtari poterat, & fortè illũ à Chriſti ſequela retardaret, aut omnino alijs curis, quæ ſe tunc intromittere poterant, diuellere. Alij tamen putant nõ fuiſſe mortuũ patrem ſuum, & id voluiſſe dicere: dimitte me curã patris mei gerere, donec moriatur, & ſepeliam eum, quemadmodùm Euticia, mater Sanctæ Luciæ, quæ ab eapoſtulabat bona ſua, vt ſe Deo conſecraret, dixit: Tege primùm oculos meos, hoc eſt, dum viuo, ne me deſeras: ſed tege oculos meos, & deinde fac, quod volueris. Quarè Chriſtus rectè reſpondit ei, Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Mortuos vocãs

Quarè dicatur Filius hominis.

Alexan.

Tertulli.

D. Amb.

Mater Sãctæ Luciæ.

non peccatores, ſed eos, qui rerum mortalium curam gerunt; ac ſi diceret. Hanc mortis parentis curam illis relinque, qui circa res mortales occupantur: Tu autem, qui æternorum curam capere vis, me ſequere, & annuntia verbum Dei, vt ait Lucas. Quarè etiam ſecundùm primum ſenſum Ambroſij id docet Chriſtus, vt ait idem Ambroſius, minora bona pro vtilitate eſſe prætermittenda: maius eſt enim animas mortuas prædicando ſuſcitare, quãm corpus mortui in terra abſcondere. Vnde elicitur quòd quando parentes aliunde habere poſſunt ſuſtentaculum vitæ, vel ſepulturam, filij non impediuntur à religionis ingreſſu. Quòd ſi myſticè per mortuos vis intelligere peccatores, ſecundũ illud Apocalyp. Nomen habes quòd viuas, & mortuus es. Et 1. Timoth. 5. Vidua, quæ in delicijs eſt viuens, mortua eſt. Mortuos ſepelire mortuos, eſt peccatores alios inducere, & adiuuare ad peccandũ. Quanto pauore concutereris, ſi vidiſſes aliquos imaginem caluariam, ac habitum mortuorum ferentes, mortuum in pheretro ad ſepulturam ducere. Hoc eſt, hos peccatores illos ad inferni ſepulchra deducere, quod fit cum aſſentationibus, vel perſuaſionibus, vel alia quauis via peccatores alios ad peccandum adiuuant, vel inducunt. De his quippe dicit Iob: Protegunt vmbræ vmbram eius: id eſt, peccatores alijs peccatoribus vmbram facere ad peccandum. *Et aſcendente eo in nauiculam, ſequuti ſunt eum Diſcipuli eius. Et ecce motus magnus factus eſt in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus. Ipſe verò dormiebat. Et aſcenderunt ad eum Diſcipuli eius, & ſuſcitauerunt eum dicentes. Domine ſalua nos, perimus. Et dicit eis. Quid timidi eſtis modicæ fidei? Tunc ſurgens imperauit ventis, & mari, & facta eſt tranquillitas magna. Porrò homines mirati ſunt dicentes. Qualis eſt hic, quia venti, & mare obediunt ei.* Vt intelligatur ordo & conſonantia Euangeliſtarum, qui in enarratione harũ rerũ videntur in tempore diſcrepare: ſic intellige has res geſtas fuiſſe. Primò, in terra Chriſtus, aut in ciuitate aliqua exiſtẽs iuſsit Diſcipulis ſuis parare nauim ad tranſmigrandum: ex quo loco cùm proficiſceretur ad mare, in via acceſſerunt hi, de quibus priùs dictum eſt Dominũ ſequi volentes: deinde cùm nauim cum ſuis diſcipulis cõſcendiſſet, atque è naui turbam, quę ſequebatur, docuiſſet, veſpere imminente, iam

Luc. 9.

D. Amb.

Moralitas.

Apoc. 3.

Tim. 5.

Simile.

Iob. 4.

rurſum ſuis, vt transfretarent, præcepit: ac tunc, vt habet Marcus, Diſcipuli dimittentes turbam, hoc eſt, ſeparando ſe à turba, ſoluendo, ſcilicet ſe à littore, aſſumpſerunt eum in altum, ſcilicet, & profundum maris, ſic vt erat in Naui docens populum, hoc eſt, in illo ſitu, in quo erat, quando docebat populum, antequàm illum mutaret, quem poſteà mutauit, ſignificans hoc modo celerem, ac promptam exequutionem Diſcipulorum, & neglectum mollitiei, aut ſui ipſius in Chriſto, & naues quæ erant cũ illo, ſimul cum eo profectæ ſunt, & admirati homines, qui ibant in eis ad miraculũ Chriſti. Itẽ Marcus videtur eodem die narrare factam transfretationem: in quo videtur diſcrepare à Matthæo & Luca, vt patebit intuenti: quarè cùm Marcus dicit, & factum eſt in illa die, cùm ſerò eſſet factum: intelligendum eſt, diem poſitã eſſe pro tempore, vt ſit ſenſus: factũ eſt in illo tempore, quo, ſcilicet, Chriſtus prædicabat in Galilea: aut ſenſus eſt: factum eſt in tali aliqua die, qua ſcilicet, ê naui Chriſtus docuerat turbas. Dormiebat autem Chriſtus in naui: & vt oſtenderet veritatẽ humanæ naturæ, his ſubditã neceſsitatibus. & etiã, quoniam ſi illo vigilante, tempeſtas ſuccreuiſſet, ipſo inuito factam fuiſſe crederent: nũc verò ipſum dormientem cernẽtes, ad eum confugiunt, & ſuſcitant rogantes, vt opẽ ferat. In quo imbecillis fides eorum apparet, vtpotè non credentes, & dormientẽ, & vigilantem omnia poſſe, ſed oportere ipſum à ſomno ſuſcitare, vt ſaluaret eos. Imperauit ventis, & mari, vt ſe eorum Dominum eſſe oſtenderet: non quia ipſi eorum imperiũ ſentirent: ſed quia effectũ ſubſequutũ tranquillitatis videntes homines ipſum Dominum elementorũ eſſe cogneſcerent, & viſa ſubita tranquillitate, tam homines, quàm Diſcipuli mirati ſunt. Ecce quid litera huius miraculi contineat.

Mar.4.

Moralitas ſcu cõcio.

In hoc miraculo tempeſtates, ac perſequutionum procellas, quas Eccleſia quotidie patitur, deſcriptas cerno, & præſens adiutorium Dei, quòd tam ipſa, quàm iuſti, qui cum illa ſimul patiũtur, habent, ſi fide, qua decet ipſum cum Diſcipulis inuocauerint, dicentes. *Domine ſalua nos, perimus.* Tanto autẽ labore confectus erat Dominus, vt neceſſe habuerit ſomnum carpere: atq; ſuper ceruical dormiebat, quemadmodũ & Helias ſub vmbra Iuniperi requieuit. Nec Chriſtus Dñs ſuper culcitras, aut ſuper molles res dormiebat, ſed tanquàm pauper ſuper ceruical, quo pauperes vti ſolent, puſillũ requieſcere voluit. Quinimò nonnulli dicũt, quòd ceruicali pro puluinari vſus eſt, vt ſuper illud reclinaret caput: corpus autem ſuper nudas tabulas iecit, vt noſtras omnino delicias condẽnaret, ſicut & per Amos Prophetam dixerat. Væ qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris. Taliq; ſomno oppreſſus erat, vt nec ventorum ſonitus, nec fluctuũ vis, qui puppim nauis feriebãt, vbi, vt Marcus refert, dormiebat, nec vndarum ſtrepitus, uec nauis continui, ac impetuoſi motus ipſum excitare potuerint: Tãta laſsitudine fatigatus iacebat. Vnde opus fuit, vt Diſcipuli ipſum excitarent, dicentes. *Domine ſalua nos, perimus.* Vel vt Marcus refert, Magiſter non ad te pertinet, quia perimus? Quos Dñs blandè arguẽs ait. *Quid timidi eſtis modicæ fidei?* Ac ſi diceret Me præſentem cùm habeatis, quem times? quem metuis? quem formidas, à quo fugis, ô homo incredule, ſi Dñs tecum eſt? *Et ſurgens imperauit ventis, & facta eſt tranquillitas magna.* Scriptũ quippè eſt. Tu dominaris poteſtati maris, motũ autem fluctuũ eius tu mitigas. Et apud Iob dicitur. Quis cõcluſit oſtijs mare, quãdo erũpebat quaſi de vulua procedens? Circumdedi eum terminis meis, & poſui vectes, & oſtia, & dixi. Vſque huc venies, & nõ procedes ampliùs, & hic confringes tumentes fluctus tuos.

3.Reg. 19.

Amos.6.

Mar.5.

Pſal.88.

Iob.38.

Nõnulli ex Sacris Doctoribus Nauiculã hanc dicũt eſſe pœnitentiam, quæ dicitur ſecũda tabula poſt naufragiũ: alij animã, iuſti hanc Nauiculã affirmãt eſſe, contra quã tentationũ procellæ inſurgũt: præſentia tamen Dei munitã nõ eam ſubmergere poſſunt. Sunt qui aſſerãt hanc Nauiculam eſſe Chriſti Eccleſiã, cõtra quã Pſeudoapoſtoli, Pſeudochriſti, & alij infideles inſurgũt, nec tamẽ eã ſubuertere poterũt: quoniã ſemper comitẽ habet Deũ, & auxiliares eius copias, quas Angelos dixeris. Et quoniã interpretatio hæc commodior mihi videtur, aduertendum eſt, quòd Eccleſia præſens eò dicitur nauis: quoniã ſicuti per nauẽ homines trãſmeare maria ſolent, nec aliter per illud trãſitus patet, niſi per nauẽ, ita Eccleſiã Diui Petri, quæ Romana eſt, Nauim dixeris, qua ad deſyderatam patriam tranſmeare debemus: nec alia nobis patet via, niſi hæc: quoniam non eſt aliud nomen relictum hominibus ſuper terram, præter nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti: hoc autem nomen

Quid hæc Nauicula ſignificet.

Act.4.

nomen in Eccleſia Romana inuocatur. Quarè Sacra Concilia definiunt, quod extra Eccleſiam nulli vnquàm patere ſalus potuit. Quod & Sapiens cap. 14. nobis ſignificare voluit, cùm dixit. Tua autem pater prouidentia ab initio cuncta gubernat: quoniam & dediſti in mari viam, & inter fluctus ſemitam firmiſsimam. Sed vt non eſſent vacua ſapientiæ tuę opera. Propter hoc etiam & exiguo ligno credunt homines animas ſuas, & tranſeuntes mare per ratem, liberati ſunt. Vbi de arca Noe videtur loqui, in qua ſolum, qui eam ingreſsi ſunt ab inundatione mundi euaſerunt: cui arcæ & Petrus in.1.Cano.cap.3. comparat præſentem Eccleſiam, de qua & Sapiens dicit, & ſubdit, Sed & ab initio, cùm perirẽt ſuperbi gigantes, ſpes orbis terrarum ad ratem confugiens remiſit ſeculo ſemen natiuitatis, quæ manu tua erat gubernãda. Clauus autem, quo Nauis hæc gubernatur, Fides eſt, ac Euãgeliũ, quod in ea creditur, atque prædicatur, quo gubernanda eſt Eccleſia; quemadmodùm Nauis clauo ſeu temone huc illucq; circũfertur, ſic nihil in Eccleſia definitur, in hãc vel in illam partem, quod non conforme ſit Euangelicæ doctrinæ ac Fidei. Sic fidẽ vocat Sapiens Prouer.1. cùm dicit. Audiens ſapiens ſapientior erit, & intelligẽs gubernacula poſsidebit; fides ex auditu eſt. Qui ergo per auditum receperit Fidẽ, quę ſapientia altiſsima eſt, gubernacula, quibus ſe gubernet, veluti optimus nauta ſe habere cognoſcat. Hac Fide, ait Paulus, tanquàm clauo quodamaut temone filij Iſrael tranſierunt mare rubrum, tanquàm per aridam terram. Dicit autem Sapiens, quod talis gubernacula, hoc eſt, Fidem poſsidebit: quoniã Fides tanquàm æterna poſſeſsio habẽda eſt, nec vnquam è manibus cordis, aut linguæ dimittenda: alias ſi vel eam dimiſeris, vel lentè aut tenuiter habueris, naufragus peribis: ideò quippe nauis, in qua Paulus ibat, periclitata eſt: quoniam laxauerunt iuncturas gubernaculorum, quę ſignificant Fidẽ. Sit anchora Spes, quæ corda noſtra firma inter medios fluctus huius ſeculi continet, ſecundùm quod Paulus Hebræo. 6. illam vocat dicẽs. Fortiſsimum ſolatium habeamus, qui confugimus ad tenẽdam propoſitam Spem quam ſicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam. Anchora quippe nauem inter ſpumantes fluctus tenet, nec tamen videmus, vbi nam ſe figat: quoniam ſub aquis latet; ſic & Spes id quo fulcitur & innititur, inuiſibile eſt; quoniam Spes eſt de nõ viſis, Fides enim eſt rerum, nondum viſarum, quę generat ſpẽ eas cõſequendi, quain malis omnibus, fixi detinentur iuſti. Ideò quippe ſpes vmbra dicitur: quoniam nos ſub illa refrigeramur in hac via ac detinemur ſub ænigmatibus ac vmbris iſtis, ſub quibus latet bonum, quod credimus ac ſperamus: de quibus & ſponſa dicebat, ſub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi. Sub his quippè vmbris, ſedentes refrigeramur in via. Vela ſiue linthea ſit charitas, his quippè tribus Theologalibus virtutibus Fide, Spe, atq; Charitate nauis hæc quę eſt Eccleſia præcipuè gubernatur. Vela extenſa ſuper anthenam recipiunt ventum, quo mota nauis celeriter peragit curſum ſuum; ſic Charitas Dei, & proximi quæ in ſe Spiritus ſancti flatus recepit, facit, vt celeriter animavolet ad Deum, atque per ſpumantes fluctus, ac procellas, vndas proſcindẽs, portum ſaluris attingat. Quod ſi tibi videtur faciamus anthenã iterum fidem, nam nec anthena ſine velis, nec vela ſine anthenis proſunt naui, ſic nec Fides ſine Charitate prodeſt, nec Charitas ſine Fide eſſe valet: Fides, quæ per dilectionem operatur eſt quę mouet nauim, vt ad Deum pergat. Extenta autem debent eſſe vela non collecta, vt flatus ventorum recipiant: ſic charitas extendere ſe debet ad omnia opera bona, quæ in Dei cultum & proximi vtilitatem cedunt: nam & Paulus dicit, quòd charitas Chriſti diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Diffuſam dicit charitatem: quoniam ad omnes ſe fundit atque extendit, nec otioſam aut ſtrictam eſſe patitur, ſed illuc, & huc ſe diffundit, vt ipſemet Paulus ait. Charitas patiens eſt, benigna eſt, omnia ſuſtinet, omnia ſuffert, ad plures deniq; effectus ſe extendit. Ventus autem qui hanc vehit nauim, Spiritus ſanctus eſt, qui eſt flatus Patris & Filij, à quo Eccleſia hæc gubernatur, & per quem recto tramite ad patriam pergit; vel huc aut illuc, vbi impetus ſpiritus eã ducit, vel ad Indos, vel ad Scythas, vel adperſequutiones, vel ad alia quælibet, Spiritus enim Dñi à principio ferebatur ſuper aquas: quoniã à prima conditione Eccleſiæ ſemper eam gubernat Spiritus ſanctus, in huius mundi fluctibus. Spiritus, vbi vult ſpirat, & vocem eius audis, dixit Dominus Nichodemo. hic autem vult ſpirare, & hic loquitur in hac Romana Eccleſia, & hic auditur vox eius

Prou. 14.

Sapien.14

D. Petrus in prima Canonica cap.3.

Sap.14.

Simile.

Prouer.1.

Rom.20.

Act. 27.

Hebre.6.

Simile.

Ad Hebreos.11.

ſimile.

Can.2.

Ad Gal.5

Rom.5.

1.Cor.13.

Gene.1.

Ioan.3.

eius. Hęc autem ſunt principaliores partes nauis, nam cœtera minutiora prolixum eſſet recenſere. Igitur in hanc nauiculam Chriſtus, ac Diſcipuli eius ingrediuntur: quoniã in hac Eccleſia ipſe reſidet cũ ſuis, extra quam non eſt Chriſtus, ſed Antichriſtus, non Apoſtoli, ſed Pſeudoapoſtoli, qui transfigurant ſe in Apoſtolos Chriſti. Sed quarè diminutiuè dicitur nauicula, & non nauis? Primò, propter humilitatem, nam ip-
Mat.18. ſe docuit nos, vt efficeremur ſicut paruuli:
Can.8. & de Eccleſia dicitur in Canticis: Soror noſtra paruula: hoc eſt, humilis. Secũdò, di-
Eccle.1. citur nauicula, quoniam paucos capit: nam pauci ſunt electi, & ſtultorum infinitus eſt numerus. Et tertiò, quoniam naues maiores ſolis velis vehuntur, minores verò quas fuſtas dicimus, & velis & remis aguntur: quoniam hanc Eccleſiam & Spiritus ſanctus ſuo afflatu, & homines etiam remigando gubernant, atque ducunt ad portum fœlicitatis æternæ. Et *ecce motus magnus factus eſt in ma-*
Vnde oriãtur tempeſtates in Eccleſia. *ri, ita vt nauicula operiretur fluctibus.* Ex duobus cauſis oriuntur tempeſtates in mari, vel ex terreſtribus ventis, qui mare commouẽt, & influctus erigunt, vel ex ipſomet mari. Nam cum aqua & præcipuè maris ſubdita ſit Lunę, ſœpè contigit, vt per actiones & influentias Lunæ ex ipſo profundo maris vapores exurgãt, qui cum multiplices ſint, atque huc illucque ſe mutuò impellant, ipſam aquam ebullire faciunt, & in cœlum vſque ſpumantes aquas proijcere, accidit que ſubinde, vt & beſtiæ marinæ cum ipſis fluctibus aſcendant, nauemque, huc atque illuc impellant: imò, vt Albertus Magnus hîc
Albertus magnus. refert, aliquando & ſaxa grandia viſa ſunt cum ipſis aquis aſcendere, quæ naues frangere & diſperdere ſolent: ſic & huic Petri Nauiculæ cõtingere ſolet, procellæ quippe irruunt in eã ab extra à terra hæ ſunt quas infideles commouere ſolent, vtpotè Turcha, Mauri, ac cæteri Pagani & Infideles. Aliquando tamẽ tempeſtas à viſceribus ipſius Eccleſiæ prodit, & hæc periculoſior eſt, & immanior, nempè quam ipſi Eccleſiæ filij peſsimi, ac peccatores ſuſcitant, atque commouent: Hi enim Lunæ ſubiecti ſunt,
Eccle.27. Nam & Sapiens dicit. Iuſtus permanet, vt
Simile. Sol, ſtultus vt Luna mutatur: Sol vniformes motus, ac generationes cauſat, omnia quippè ſuo tempore ſemper contingunt, ſuo tempore frigus, atque ſuo calor viget in terra, ſuo tempore folia & ſuo flores, & demum in ſuo fructus naſcuntur, & ſic de omnibus alijs rebus: Sic iuſtus, qui ratione ac lege diuina regitur, quę Sol eſt animæ, vniformiter in ſuis actionibus procedit. Suo tempore orationi vacat, atque ſuis horis lectioni, cùm tempus eſt ieiunij, abſtinet, alio tempore comedit: Demum id verum facit quod Eccleſiaſtes prædicauit: Omnia tem-
Eccle.3. pus habent, & ſuis ſpatijs tranſeunt vniuer-
Rom.8. ſa ſub Sole: hoc eſt, ſub ſpiritu, quo filij Dei aguntur, vt ait Paulus. Stultus autem, vt Lu-
Eccle.27. na mutatur, quę multiplices motus patitur, iam enim plena, ſemiplena, iam penè nihil ex ea apparet. Huic comparatur caro, quæ
Moralitas. in varia deſyderia, ſecũdùm ſuam libidinẽ mouetur, quę in diuerſa paſsim deſyderia rapitur. Tunc enim ex intimo cordis ambitionis vapores educit, quæ magnas in Eccleſia proceſſas verſare ſolet, dum indignus quiſque ſibi arrogare primatus nititur. Hinc ſimoniæ, hinc lites hinc diſcordiæ maximæ ortum habent. Iſte illum, quem ſibi præferri metuit, falſis criminibus accuſat, alium muneribus corrumpit, immenſaque alia monſtra parturit, quæ longum eſſet recenſere. Nec dum iſti vapores conſumpti ſunt, & ecce alius ab intimo prodit, qui auaritia dicitur; tot ciens motus ac iurgia, vt penè perditam iri nauicula videatur. Nec enim iſte vnica præbenda contentus viuit, ſed plures rapit, atque coaceruat, eccleſiaſque viduas abſque miniſtris deſerit: quòd ſi eas relinquere compellitur, tunc illicita pacta, ſecretas ſimonias, miros atque inuſitatos modos ſibi relinquendi fructus, vel maiorem partem eorum videbis, quos otioſus, atque vitioſus deuorat, cùm alius, qui laborat, non manducat. Auaritia gulam vniuerſumq; luxum generat, atq; hæc impietatem, omniũ malorũ ſummam, produxit, vt in diuite illo
Luce.16. Epulone, viſum eſt. Omnes hos turbidos va-
1.Cor.3. pores carnales homines excitant, ex quibus tot procellæ, ac diſſenſiones oriuntur, ſecundùm illud Pau. cùm enim ſit inter vos
Oſe.4. zelus & contentio, nonnè homines eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis? id eſt, dicere. Si inter vos lites ac tempeſtates inſurgunt; ſignum eſt, quòd caro, non ſpiritus, vos gubernat. Vnde & Oſeæ. 4. cap. dicitur. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit. Nomine tempeſtatis vtitur, cùm dicit, inundauerunt, ac ſi diceret, *Ha venido vna grande auenida de pecados*. Nam ſicuti in magna inundatione omnia aquis complentur, nec quicquàm apparet,

Moralitas paret, niſi aqua, agri quippe, nec horti non videntur, inũdat enim aqua ſuper eos, quòd ſi in ciuitatẽ intrauerit inundatio, nec plateæ, nec templa penè apparent: ſic quando mala abundant, quaſi inundatio quædam peccatorum eſt, nam nihil aliud videmus, niſi peccata: ſi ad agros oculos tẽdimus agricolas plenos vitijs conſpicimus: ſi plateas videas, vſuris, iniuſtitijs, ac mẽdacijs plenas videbis, imo & in templis ipſis, quod magis dolendum eſſet, etiam hanc inundationem fortè videbis, Et ſanguis ſanguinem tetigit. *Vnos peccados ſe alcançan à otros como terciana dobles.* Tangit vnum peccatum aliud. Nec dum ſuperbia quieuit, & iam ira feruеſcit, adhuc illa ebullit, cùm luxuria ac gula inſurgunt, ita vt nunquam â peccatis quieta ſit infœlix peccatoris conſcientia à qua omnes hæ inundationes prodeunt, ſe
Iob.41. cundùm quod Iob. 41. de diabolo dicitur: Qui feruеſcere facit profundum maris, quaſi cum vnguenta ebulliunt. Profundum ma-
Iſa.57. ris, eſt cor impiorum, de quo Iſaias dixit, cor impiorum, quaſi mare feruens: in quo tamquàm vnguenta ebulliunt peccata: quæ ſe mutuo impellunt, ſic & cor impij vitijs exęſtuat. *Hieruen alli los vicios a borbollones* vt oleum, & vnguenta. Nam & ore peccata eructat, manibus ea palpat, oculis haurit, lingua manifeſtat, omnia in eo membra vitia exæſtuant, atque feruent. Cum his autem tempeſtatibus ſolent marinæ beſtię fo-
Pſal.79. ras exire, quæ nauem huc illucque impellunt. Hi ſunt hęretici, qui ſunt apri de ſylua qui vineam Domini demoliuntur: Tunc enim iſti inſurgunt, cùm tempeſtates, ac diuiſiones inter Chriſtianos cernũt: vt patet de Mahumeto, qui cùm Arriana hæreſis ſchiſma in Eccleſia conflauerat, tunc cùm ſuo turpi Alcorano ſe intromiſit, Nauiculãque noſtram penè à tota Aſia & Africa expulit. Lutherus etiam cum inter Chriſtianos Principes bella erant, à tota Germania fidẽ Petri profligauit, & ſic de alijs. Quam tẽpeſtatẽ ventus ab extra adiuuare ſolet: quoniã Pagani ac Infideles etiam noſtram Nauiculam quatiunt, atque perſequũtur, ita vt vndique procellis atque inundationibus periclitetur, taliter quod videatur flagellis cincta, ſicut ait Iob. Flagellis ſuis me cinxit. Cir-
Iob. *Iob.19.* cundatam eam videmus periculis atque per-
2.cor.11. ſequutionibus, vt verũ ſit illud Pauli: Foris pugnæ, intus timores. Ab hæreticis & Paganis contra nos, quotidie bella inſurgunt, & inter nos timor propriæ conſcientiæ nos redarguit, ita vt nullibi pacem videamur habere. *Ita vt nauicula operiretur fluctibus.* Væ cùm aqua iam ipſam nauiculã intrat, cùm nec multa pneumatica organa ſufficiãt *quãdo no baſtan muchas bombas à ſacarla* Hoc Ego ſic intelligo, quoniam aquæ multæ dicũtur populi multi: Cùm poteſtates ſeculares in rebus ac iudicijs Eccleſiæ ſe intromiſerint, Væ nobis, quia perimus: Olim quippecùm Epiſcopi Imperatorẽ Cõſtantinum iudicem in ſuis cauſis vellent facere, non acquieuit dicens. Vos Iudices noſtri eſtis, nos vero ſubditi, vos potiùs nos iudicate, nam ego vos iudicare non audebo. Ambroſius *D. Ambroſius.* etiam excommunicationis ſententia ab Eccleſia expulit Theodoſium Imperatorem, donec veram redderet Eccleſię ſatisfactionem propter ſcandalum quoddam quod fecit. Cæterùm cùm paſsim res Eccleſiaſticas à ſecularibus peſſundari videas, Eccleſiaſticorumque famam denigrari; iam aquæ Nauiculam immergunt, vt eam in profun-
D. Vincencius. Ferrer. dum trahant. Sic enim ferturD. Vincentiũ Ferrer vaticinatum fuiſſe, quòd cùm Principes ſeculares ſe in rebus Eccleſię intromittere tentarent, ſignum eſſet aduentus Antichriſti. Sed quomodò audet tempeſtas nauem, in qua Chriſtus cũ Diſcipulis ſuis ibat quatere, atque penè ſummergere? Quomodò diabolus audet Eccleſiam, vbi Chriſtus & Diſcipuli ſui ſunt, impugnare? Ob hoc ipſum, quòd ibi eſt Chriſtus, eam debellat diabolus, qui ſuperbia ſua etiã contra Deũ
Iob.15. inſurgit, ſecundùm illud Iob. Cucurrit adverſùs Deum erecto collo, & contra Omnipotentem roboratus eſt. *Tiene manos contra Dios el demonio*; Imo hoc eſt euidens ſignũ, quòd Deo permittẽte, hęc mala inſurgant, quòd ipſe preſens eſt: nec enim id, niſi ipſo
Luce.8. annuente, diabolus valeret, cùm nec in por-
Iob.1. cos intrare, nec Iob lædere, ſine Dei licentia valuit: ſed, vt qui probati ſunt manifeſti fiant, oportet, vt hæreſes ſint, & vt talibus procellis noſtra ſcelera puniat, ſecundùm
Sapien.5. quod ipſe per Sapientẽ dicit, Scãdeſcet in illos aqua maris, & flumina cõcurrẽt duriter. *Ipſe verò dormiebat.* Quid hoc miraculi eſt fratres? Nauclerus dormit, quid cæteri miniſtri faciẽt? Scriptũ eſt, Ecce nõ dormitabit,
Pſal.120. neq; dormiet, qui cuſtodit Iſrael. Quomodò
Quomodò Deus dormire dicatur. ergo nunc dormit? Dormire dicitur Deus, quia ad modũ dormientis ſe habet, quemadmodùm dicit Philoſophus de anima noſtra, quòd in pueris dormit: quia nullas exercet operationes animæ rationalis, in prouectis euigilat,

euigilat, quia eas incipit exercere: ſic, quia Deus homines relinquit liberos in manu conſilij ſui, ac ſi nullam de eis curam gereret: ideò dicitur dormire. Sic enim & impij
Iob.22. dicunt, Nubes latibulum eius, iuxta cardines cœli perambulat, nec noſtra cõſiderat.
Pſal.13. Et in Pſalmo, Dixit Inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. Vel dicitur Chriſtus dormire: quia Prælati eius dormiunt, qui ſunt, veluti oculi Chriſti, ſicut & ipſe ſupra dixit.
Ezec.1. Vos eſtis lux mundi. Animalia illa ſancta, quæ vidit Propheta, plena erant oculis ante & retro: quoniam caput hoc noſtrum, quod Chriſtus eſt, plenum eſſe oculis dicitur, propter eos, qui in Eccleſia ſua oculorum officium exercent, qui & ideò videntes, atque ſpeculatores dicuntur, *atalayas y*
Iſai.56. *centinelas*. De quibus & Propheta dicit. Omnes ſpeculatores eius cœci, quoniam ni
Ouid. hil vident. In fabulis narrat Ouidius, quòd Iupiter adamauit vaccam quandam, cuius cuſtos erat Paſtor quidam, qui dicebatur Argos, habens caput plenum oculis, qui viciſsim dormiebant, atque vigilabant: venit Mercurius, mercatorum Deus, virgula quadam, quæ ſomnum inducere valebat, tangebat oculos Paſtoris, vt ſomno victi clauderentur: ſimul & fiſtula concinnebat, quo & effectum eſt, vt omnes eius oculi dormirent: & tunc rapuit ille vaccam. Hæc in rei veritate nihil ſignificant: nec enim hæc facta ſunt, vt ſignificarent: ſed nos poſſumus ex ſpolijs Ægypti populum Dei ditare, atq; captiuam in matrimonium ducere, vt lex præcipiebat, *y hazer del ladron fiel*. Applicando hæc ad fidelium eruditionem. Fingamus ergo hanc vaccam eſſe Eccleſiam, quam Deus Opt. Max. multum diligit, paſtores plenos oculis, ac videntes, imbutos ſcientia, ac diſciplina ſuper eam conſtituit, vt animas fidelium ſeruarent: at verò ipſi dormiunt, fiſtulas audientes, hoc eſt, blanda verba, atque adulationes: nec eos, qui eis vera perſonant, auſcultant, & Deus mercium illis etiam immittit ſomnum, quando
Ierem. verum reddunt illud dictum Propheticũ, A Sacerdote vſque ad Leuitam, omnes auaritiæ ſtudent, cùm & augere rem familiarem, & conſanguineis diuitias magnas relinquere ſatagunt. Accedit & tactus virgulæ, qui etiam & eos ſomnolentos reddit; hic eſt timor mundanus, qui virgulæ comparatur, reſpectu Dei punitoris, qui virga ferrea, inimicos ſuos ferit: timor enim Regũm temporalium, qui eis maiores prouentus ac Epiſcopatus conferre poſſunt, aut qui eis & temporalia auferre valent, eos detinet, ne id, quod ouibus expedit, faciãt, ſed vt eorum cuiuis voluntati ſubdantur, etiam ſi in detrimentum Eccleſiaſticæ authoritatis vergat. Eapropter Lupus rapit, Ioan.20.
&diſpergit oues: quoniam ſpeculatores eius Iſai.56.
cœci ſunt & dormiunt, canes muti, non valentes latrare. Quid ergo in tot procellis faciemus? clamemus ad Dominum, quem præſentem in hac Nauicula gerimus. Ecce illic eſt in altari, & dicamus. Domine ſalua nos, perimus: vel vt Marc. dicit. Dñe non ad te Marc.4.
pertinet, quòd perimus? & ita videtur, quòd Deum nihil tangat noſtrorum omniũ conſumptio, ſecundùm quod & Sapiens dicit: Quoniã ſi perierit orbis terrarum, quid ad Sap.12.
te? Tamen hoc olim dici poterat. Nũc autem, poſtquàm Deus factus eſt homo, & noſtram induit naturam, iam eum tangit malum noſtrum: caro enim & frater noſter Gen.37.
eſt. Vnde & ad Paulum, quia perſequebatur ſuos, dixit ipſe de cœlo: Saule, Saule, Act.9.
quid me perſequeris? Perſequendo quippe meos Diſcipulos, & meipſum etiam in ipſis inſequeris, ergo iam ad te pertinet, quòd non pereamus: *Salua ergo nos, perimus*. Ne Pſal.78.
quando dicant gentes, vbi eſt Deus eorum. Ne Paganus tot victorijs aduersùs Chriſtianos inſolens dicat, ſuum eſſe verum Deum, noſtrum autem falſum: nec hæreticus blaſphemet ſe veritatem docere, nos mendacium. *Salua nos, perimus*. Exurge, quarè ob- Pſal.73.
dormis Domine, exurge, & ne repellas in finem, Num vſq; in finem & internecionẽ 2.Reg.2.
noſtram gladius tuus contra nos deſeuiet? Quarè faciẽ tuam auertis, obliuiſceris inopiæ noſtræ, & tribulationis noſtræ? *Salua* Pſal.23.
nos, perimus. Saluum me fac Deus, quoniam Pſal.68.
intrauerunt aquæ vſque ad animam meam, hoc eſt, dãna vſque ad ſpiritum penetrãt: nec enim dumtaxat peſtes famem, ac bella patimur, verùm etiam peccata vigent, hæreſes pullulant, multaque ſpiritualia mala indies ſuccreſcunt: Infixus ſum in limo pro Ibidem.
fundi: vſque ad profundum perueniunt mala, & non eſt ſubſtantia: vires non ſuppetunt nobis ad ea euitanda, niſi tu eripueris nos: Veni enim in altitudinem maris, & tempe Ibidem.
ſtas demerſit me. Et excitatus eſt, tanquàm Pſal.77.
dormiens Dominus, tanquàm potens crapulatus à vino. Sicut ſolet extemplò excitari ille, qui poſt ebrietatem valde ſopitus fuerat, ſi potens viribus eſt, accipit in manu id quod primò ſeſe offert, & illo percutit

Iud.16. tit eum, qui eũ lędere nitebatur, ſicut Sanſon, poſtquàm in ſomnijs ipſum ligauerant Philiſtęi excitatus à Dalida, in momento funes rumpebat & inimicos fortiter feriebat. Sic forte faciet Dominus, noſtris excitatus precibus, hoſtes ſuos, ac noſtros fortiter inſe
Pſal. 77. quetur. Et percuſsit inimicos in poſteriora: quoniam nouiſsima peccatorum ducunt ad mortem, opprobrium ſempiternum dedit illis, quale patiuntur in æternitate damnati. Et dixit, tace, obmuteſce. Et ceſſauit vẽtus, ait Lucas, quoniã vnico verbo omnia plana faciet Deus, omnia quæ voluerit ſubuertet,
Pſal. 67. Dedit enim Deus voci ſuę vocem virtutis, vt venti & mare, inferna, ſuperna, ſuæ ſint ſubdita voluntati, faciantque verbum eius.

Item alia moralitas ſeu cõcio. Iterum autem ad Euangeliũ hoc reuertamur: quoniam minutiora quædam in eo ſunt, quæ iterum atque iterum veniunt conſideranda. Dicunt Euangeliſtę Chriſtum Dominum intraſſe nauiculam: & ſi interroges in qua parte nauiculæ? dicam, quòd in puppi, & dicũt, quòd ibi dormiebat, & quòd ſuper ceruical dormiebat. Minima hæc apparent audiẽti: ſed ſi ea mente pertractaueris, ex his minutis fragmentis, animam condimento quodam his repleto ſaginare valebis. Id enim & Paulus deſiderabat, vt ſigillatim ea quæ in Deo ſunt, conſiderantes illius agnitione repleremur, cùm dicebat. Fle
Eph.3. cto genua ad patrẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti, det vobis apertos oculos cordis veſtri, vt poſsitis cõprehendere cũ omnibus ſanctis, quæ ſit longitudo & latitudo, ſublimitas, & profundũ, ſcire etiã ſuper eminentẽ ſciẽtię claritatem Chriſti, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei, Hoc eſt, vt ſic tot Dei magnalia ſigillatim conſiderantes impleatur anima veſtra, & referta ſit ſemper conſiderationibus Dei. Litera breuior & cõ
Simile. iunctior oculos acutiores exigit, quàm quę maior eſt & magis ſparſa; ſic hæ minutiæ, quas nobis accumulant Euãgeliſtæ, exactiorem gerunt conſiderationem, quàm alia. Ingreſſus eſt igitur Dominus in Nauiculam & dormiebat in puppi ſuper ceruical. Securè poterat in vtramque aurem, vt aiunt, dormire Dominus: quoniã ſecundùm quòd Deus, nullus illum lędere poterat: in quantum homo, omnis paterna prouidentia ſuper illum
Zach.3. vigilabat. Vidit Zacharias ſeptem oculos ſuper lapidem vnum, & dixit ei Angelus. Hi ſunt oculi Domini, qui diſcurrunt ſuper vniuerſam terram. Numerus ſeptenarius
1.Reg.2. apud Hebręos multos numeros comprehendit: nã vbi nos legimus, donec ſterilis peperit plurimos, legit Hebræus, peperit ſeptẽ: & alij legũt mille. Petra hęc erat Chriſtus, ſuper quam ſeptem oculi Domini qui diſcurrunt ſupervniuerſam terram, ſunt: quoniam prouidentia Dei, quę omnia circunſpicit, ſuper ipſum ſingulariter fixerat oculos, atque Angelorum multitudo in omnibus vijs ſuis ipſum cuſtodiebat, & obſeruabat, *Et ecce motus factus eſt magnus*. Mira res! intrante Domino in nauiculam, tempeſtates inſurgunt. Mox vt Deus in animã per gratiam ingreditur fluctus tentationum & perſequutionum ipſam ſummergere contendũt, & cùm ſit Deus pacis amator, ac tranquillitatis author, bella mouet, prælia concitat in anima quã habitare dignatur: ita, vt Sapiẽs nos præmoneat, dicens. Fili accedens ad ſer
Eccl.2. uitutem Dei, ſtain patientia & timore, & præpara animam tuam ad tentationẽ. Cùm 3.Reg.17.
Helias ingrederetur domum cuiuſdam mulieris viduæ, apud quam hoſpitabatur, protinus mortuus eſt filius eius, & domus lachrymis, ac gemitibus impleta eſt. Et ingredien Matt.21.
te Domino ſanctam ciuitatem cõmota eſt, vniuerſa ciuitas. Hoc idem refert D. Chry D. Chryſ.
ſoſ. quẽ cùm quidam Monachus ſic interrogaſſet. Quid cauſæ eſt, pater, quod cum eſſem in ſeculo, ſecurus, ac quietus viuebam, poſtquàm autem habitum hunc religionis indui, tot mihi ſuccreſcunt mala, tentationes, triſtitiæ, bella, vt nec me ipſum ferre iam poſsim? Reſpondit. Interrogabo & te aliud verbum, ad quod, ſimihi reſponderis, & queſtio tua ſoluta remanebit. Cum in pa
lęſtra duos equites contendere cernis, ictibuſque arma ſcindere vides, ſtrictiſque gla- Simile.
dijs ſe inuicem fortiter ferire, cruorẽq; eorum cum ſanguine equorum mixtũ tingere terram, nũquid tu, qui inſpector in rota es, turbaris? tu times? es tu qui trepidè cogitas, quomodò te ab aduerſariorum ictibus defendas, quomodò potiùs tu illos gladio ferias? An illi has ſecum curas verſant & perturbationes patiuntur? illi certe hæc ſuſtinẽt: tu potiùs eos irrides, cum in prælio illo non rectè ſe gerunt. Sed ſi tecum inirent certamen, magnoque impetu te adoriri contenderent, iam hæc te vrgeret cura, quæ illos; iam perturbatus animo manum ad arma mitteres, vt te ab eorũ impetu protegeres. Scias ergo frater quod ſacra religio palęſtra quædam eſt, in qua milites Chriſti in ſpiritualibus bellis ſe exercent, ibique & contra dæmones, & contra ſe ipſos atque aduerſus ſuos

ſuos irrationabiles appetitus dimicare contendunt. Tu cùm in mundi rota ſpectator dumtaxat ſtabas, nec certaminì intereras, nihil patiebaris, imò & monachum aliquando irridebas, ſi ipſum ab aliqua paſsione vel occaſione ſuperatum, videbas irriſorioſque libellos aduerſùs illum ſcribebas, Cęterùm poſtquàm religionē intraſti, iam palæſtram ingreſſus es, iam tibi cura erit, quomodò te à tot aduerſarijs defendas: nam in mundo ſolùmmodò inſpector eras, hîc iam certator & athleta ſtas: non mireris ſi alias perturbationes monachus factus ſentias, quas ſecularis minimè experiebaris. Sic & iuſtis accidit, vt cùm Deum in illis videant, dæmones confeſtim aduerſus illos inſurgunt. Vnde
Can.1. & de ſponſa dicitur. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Anima enim quæ Dei amica ac ſponſa ſit, inter tribulationes, tentationes, atque labores veluti inter ſpinas viuit, ſemper autem ſpirās liliorum fragantiam & odorem; quoniam inter ipſa mala quę patitur, patientiæ ac humilita
Pſal.2. tis odores emittit. Et Pſalmiſta ait. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore; Nam in aduerſis timere, in proſperis tremere debemus. Cum tevides cum Deo delicijs affluere, magniſque videris abunda re meritis, tunc non ſolùm time, ſed treme: quoniam te tunc maiora mala expectant, multa que certamina experieris, vt patet de
2.Corin.12 Paulo poſtquàm vſque ad tertiū cœlum raptus eſt. Quarè ipſe dicebat. Cum timore & tremore veſtram ſalutem operantes. Quo circa Chriſtus Dominus poſtquàm Diſcipu
Ioan.13. lorum pedes lauerat, & Sacroſanctum Euchariſtię ſacramentum eis contulerat, poſtquàm eos in ſacerdotes ordinauerat, filiolos dixerat, magnaq; amoris ſymbola dederat, interrogauit eos, ſi gladios haberēt, aliàs vēderēt tunicas & eos emerent; inſinuans per hoc, q̄ poſt talia Dei munera ſubſequi ſolebat maior tentatio, & ideò armis indigerēt, licèt poſteà ſe explicuerit, q̄ nō de materiali bus armis intelligeret, ſed de ſpiritualibus,
Mat.26. cū dicit. Vigilate & orate vt nō intretis in
Simile. tentationē: ideò vna ad torcular vehitur vt peſſundetur, & exprimatur vinū. Ad hoc ad religionem veniſti vt tentationibus proberis, vnde tunc maximè oppugnaris, cum non ſentis te oppugnari. Tranquillitas hęc tempeſtas eſt: Exoneretur nauis, ſarcinæ in mare proijciantur: vt qui in ea vehuntur viuant: nam & nauis in qua Paulus ibat perijt, vt animę ſaluarentur; ſic temporalia debes dimittere cum oportet, ne anima tua periclitetur. *Ipſe verò dormiebat.* O ſomnum Dei & ſomnum timētium Deum! hic enim ſomnus facit, vt nec tempeſtatem, nec tentationes, nec labores alios ſentiant. Dormiunt iuſti ac requieſcunt in Deo ſecundùm illud Pſal. 4. In pace in idipſum dor- Pſal.4.
miam & requieſcam: talique ſopore detenti nec mala præſentis vitę ſentiunt, ne propterea à Dei amore auertuntur. Immiſit Do Geneſis.2
minus ſoporem in Adam, & tulit vnam de coſtis eius ex qua formauit Euam: nam tali ſopore impeditus homo, non ſenſit damnū quod ſibi inferebatur exoſſando illum. Excarnificantur Martyres, minutatim eorum membra ſecantur, franguntur oſſa, & ita Dei amore ſopiti ſunt, vt vix id ſentiant, nec clamorem emittūt, nec lachrymas fundunt, nec queruloſas dant voces: quoniam quaſi ſomniantes torquentur. Super arden tes prunas deambulabat Sāctus martyr Ti- D.Tib.
burtius, & quaſi ſomniabat ſe ſuper flores incedere. Dormiebat Petrus in carcere, & Acto.12.
Angelus percuſsit eū vt excitaret, & tamen nec ille ſentiebat. Nihil ſentit iuſtus niſi id quod ab eo poſsit Deum auferre, cętera quaſi inania reputat: quoniam ſecurè dormiunt in Deo. Quinimò & ipſe Deus eos dormientes obſeruat, ne quis eorum tranquillitatem turbet. Adiuro vos filiæ Hieru Can.2.
ſalem, ne ſuſcitetis nec euigilare faciatis dilectam donec ipſa velit. Quarè iuſti mala ſua ſomniando tranſeunt & bonis vigilando fruuntur; è contra mali bonis ſuis ſomniando fruuntur, cū mala & dānavigilantes patiantur. In ſomnijs vidit Nabuchodono- Dānie.4.
ſor ſtatuam illam auri, & argenti, & æris: quoniam bona huius mundi ſomnia ſunt, vt Iſai.cap.19: dixit, Sicut ſomniat eſuriens Iſa.19.
& comedit, cùm autem fuerit expertrectus vacua eſt anima eius, & ſicut ſomniat ſitiēs & bibit, & poſtquàm fuerit expergefactus laſſus ad huc ſitit. Somniat quidem malus ſicut & bonus, diuerſa tamen ſomnia vtriuſ Simile.
que ſunt. Sæpe tibi accidere ſolet vt tam dulces res ac placidas ſomnies, quod tibi diſpliceat ſi expergefactus fueris à ſomno: aliquandò tamen tam horribiles res tibi in ſomnijs repręſentantur, vt ſit tibi dulce excitari. Iuſtorū ſomnia res dulces ſunt, nempe cœleſtium contēplatio: impiorum peſſi- Sap.17.
mæ ac horribiles res illis apparēt, vt Sapiēs Gen.28.
ait. Dormiuit Iacob ſuper petram & vidit ſcalam vſque ad cœlum erectam, & Angelos Dei aſcendentes & deſcendentes per eam:

Can.4. eam: quoniam Angelos & cœlos ſomniant iuſti. Nabuchodonoſor autem ſomnium vidit quod illum pauidum ac perterritum reliquit: quoniam terribilia quę paſſuri ſunt reprobi, in ſomnijs illis apparent. Igitur dormiēte Domino tempeſtas irruit, & Diſcipuli excitauerunt illum dicentes. *Domine ſalua nos, perimus.* Sapienter quidem fecerunt currendo ad Vitam, quæ eſt Deus, non ad mundi auxilia in quibus eſt mors: quemad-
Simile. modùm cùm ſanguis ſagitta virulenta tangitur, ad cor colligitur, & cum illud tangit venenum, interit: ſic quia Mundus eſt cor mali (nam ibi habet theſaurum ſuū & per conſequens cor) cum ad illum confugit impius, mortem inuenit: quoniam ibi virus latebat. Clama ergo ad Dominum, ne ceſſes, aut deſpondeas animum, quia non ſtatim reſpondet tibi, ſed perſeuera pulſans. Num-
D. Chryſ. quid, ait Chryſoſtomus, ſi ſeruus pulſat fores domini ſui, & non protinus reſpondet
Simile. ei alius conſeruus, numquid iraſcitur illi, quia citò non aperuit illi fores? minime, ſed ſi pulſat dominus & confeſtim non aperitur ei ſuccenſet ſeruis, quia dominus eſt. Ne triſtem vultum, aut ſimilem irato oſtendas Deo, quia ad primum ictum non ſtatim reſpōderit tibi, ſed clama, ne ceſſes, perſeuera pulſans, dominus quippe domus eſt, & tu ſeruus, & cum ei libuerit aperiet tibi. Tu tamen confeſtim, cùm audieris vocem eius, reſponde, aperi ianuas cordis tui, quia Dominus eſt, & meritò iraſcetur tibi: ſicut quia ſponſa inutilibus excuſationibus diſtu
Cant.5. lit peſſulum oſtij ſui cubiculi attollere; iratus ſponſus declinauit atque receſsit ab ea. *Erat autem Chriſtus ſuper ceruical dormiens.* Aliqui dicunt quòd Chriſtus ſuper nudam tabulā proiecit ſe, aliquis autē cùm eū ſenſit ſomno oppreſſum, puluinar ſub capite eius poſuit vt melius haberet: quoniam qui vobis viā ſalutis docent Chriſti Euangelium
Luc.10. prędicando, digni ſunt, quibus vos operas veſtras exhibeatis, eoſque eleemoſynis ac muneribus veſtris alatis: quoniā dignus eſt operarius mercede ſua, nec omne eorum prēmiū Deo remittatis, ſed & vos etiam quod commodē poteritis eis exhibete. Vn
2.Reg.2. de.2.reg.2. Dixit Dauid viris Iabes Galaad qui corp⁹ regis Saulis ſepelierūt: Benedicti vos Domino, qui feciſtis miſericordiā hanc eum domino veſtro Saul, & ſepeliſtis eum, & nūc retribuet vobis Dominus miſericordiam & veritatem. Sed ne videretur omnia ad Deum remitterre ſubdit. Sed & ego reddam gratiam, eo quòd feceritis verbum hoc. Nam & Paulus dicit.1. Timot.5. Qui 1.Timo.5.
benè præſunt Presbyteri, duplici honore habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrina ſcriptum eſt enim, non alliga- Deut.25.
bis os, boui trituranti.

Et cùm veniſſet trans fretum in regionem Geraſenorum, occurrerūt ei duo habentes dæmonia de monumentis exeuntes ſæuinimis, ita vt nemo poſſet tranſire per viam illam. Suæ quidē ſunt diebus & noctibus vices, quas Dominus conſtituit, vocans lucē, diem, ſic vt & Man Virgilius.
tuanus cecinit (Nō omnia ſemper aſtra, ſed alterius nunc hoc nunc imperat illud) atqui Chriſtus noluit tandem diabolicæ verſutiæ tenebras nobis incumbere. Venit igitur lux vera, vt eum, qui mortis imperium retinebat, ſubuerteret: nam & ipſe dixerat Ioā.11. Aduenit filius hominis, vt diſſoluat Ioan.11.
opera diaboli. Huius ſuæ intentionis, & facti viſibilia ſigna propoſuit, cū malignos ſpiritus è corporibus & animabus obeſſorum expulit, & etiam cùm ipſi ſpiritus, Chriſto præſente & creditum ſibi à Patre munus inchoante, conqueri & rugire cœperunt, vt in præſenti caſu accidit. *Occurrerunt ei duo dæmonia habentes.* Marcus & Lucas vnius tantū faciunt mentionē, licēt non aſſerant vnum ſolum fuiſſe, ac proinde nec contra-
ria Mattheo ſcribunt. Vnius autem tantùm D.Aug.
faciunt mentionem, ſicut ait Augu. lib.2. de conſenſu Euangelij. cap.24. Siue quod hic inter duos illos clarior eſſet & famoſior, per cuius curationem fama Chriſti latiùs clariùsque inſonuerat: ſiue, vt vult Chry- D. Chryſ.
ſoſt. quòd hic sæuior eſſet, vnde eius sæuitia latiùs à Marco & Luca deſcribitur, quam hic pretermiſit Mattheus. Vel tertiò poteſt dici, ob id vnius tantum factam eſſe mentionem, quòd forte hic ſolus fuerit, qui curatus Chriſtum ſequi voluerit, & à Chriſto miſſus, longē latēque ipſum prædicauerit; nā de ſuis duobus nihil tale narrat Mathæus. Dicunt ergo de illo dęmoniaco Lucas & Marcus multis temporibus hoc malo afflictum fuiſſe, nudum inceſsiſſe, in domibus non manſiſſe, nullis cathenis vinciri nec domari potuiſſe, in deſerta actum, in monumentis habitaſſe, ibique lapidibus ſe ſe concidiſſe, ac vt habet Mattheus, omnibus tranſeuntibus timori & horrori fuiſſe: inquo & ſummam eius miſeriam, qui ſic vexabatur à dęmone, & maximam diaboli tyrannidem atque ſæuitiam, ſimulq; & Chriſti miſericordiam atque potentiam nobis oſtendere

oſtendere voluerunt. Vt autem meliùs intelligatur, quomodò hi dęmoniaci habitauerint in monumentis, & in deſertis locis, & montibus, ſciendum, quòd Iudæi ſuos non ſepelierunt in ciuitatibus, ne contaminarentur, ſed extra ciuitatem in agris, & maximè in montibus, ac deſertis locis, vbi vnaquæque familia ſuum habebat ſepulchrum in aliqua rupe exciſſum, aut in aliqua ſpelunca delectu, aut ex lapidibus, & ex foſſione ſtructum, tantam habens altitudinem, & latitudinem, vt multi erecti illud ingredi poſſent, & multi in eo ſimul ſepeliri. Patet iſtud ex varijs Sacræ Scripturę locis ex ſepulchro Domini, ex ſepulchro Abrahę, & ſepulchris de quibus legitur. 4. reg 25. vbi dicitur Ioas vidiſſe ſepulchra, quæ erant in mõte, miſiſſeq, & tuliſſe oſſa de ſepulchris, & per ea polluiſſe altare in Bethel. Hinc etiam eſt quod toties in ſcriptura dicantur quidam illati, vel non illati in ſepulchris patrum ſuorum. Quarè mirum videri non debet, ſi dæmoniaci illi in ſepulchris habitarent, idque in deſertis locis, & mõtibus. Vt autem hic manerent diabolus, adegit eos. Primò, quoniam diabolus ſęuitia ac crudelitate gaudet: magnum autem crudelitatis indicium eſt ſepulchra ingredi, & ibi inter mortuorum oſſa habitare, quòd religioſo ac naturali quodam metu omnes abhorrent, & maioris ſęuitiæ erat inde exire, & incautos viatores adoriri, quòd hoc magis eos horrebant, quòd è ſepulchris eos cernebant egredi contra eos. Chryſoſtomus & Theophilactus volunt quod dæmones in hoc volebant hominibus peruerſum quoddam dogma fuderen, nempe quòd animę hominum peſſimorum dæmones fiebant. Vnde inquit Chryſoſ. Aruſpices occidunt pueros, vt animam eorum cooperantem habeant, propter quod & dæmoniaci clamant, Anima illius ſum. Aug. lib. de hæreſib. cap. 86. hunc errorem tribuit Tertulliano. Denique hinc diſces, quibus rebus dęmones maximè delectentur, nimirum hominum morte: ac vbi ſit illorum pars: nam non inter viuos, nec in terra viuentium, ſed inter mortuos ſors illorum eſt.

4. Reg. 25

D. Chryſ. Teophil.

D. Chryſ.

D. Augu.

Aliqui dicunt dæmoniacos hos occurriſſe Chriſto domino animo nocendi illi, ſicut alijs ſolebant, ſed cùm Marcus dicat, quòd vnus horum, videns Dominum à longè, cucurrit, & adorauit eũ, ex eo infertur non occurriſſe animo nocendi illi. Rectius dicitur dęmones illos occurriſſe Chriſto, & ad id coegiſſe dæmoniacos, vel quia Chriſti virtute ad id cogerentur, vel quòd pręſentientes dæmones præſentiam alicuius, qui eos torquere poſſet, ſperarent ſe humili ſupplicatione aliquid melius poſſe impetrare: nam cũ nullus hos dæmoniacos ad Chriſtum adducere valeret, propter eorum ſæuitiã, Chriſtus ad eos curandos venit, & ſibi occurrere fecit, ne ſi ipſe ad eos iret, & vſque ad locũ, in quo erãt, requireret, vanæ gloriæ cupidus videretur. *Et ecce clamauerunt dicentes. Quid nobis & tibi Ieſu fili Dei? Veniſti huc ante tẽpus torquere nos.* Dolor maximus eſt dæmoni ab alia poteſtate pelli ab obſeſsis. Primò, propter eorum ſuperbiam, quæ nulli alij cedere velit: Secundò, quoniam in hoc maximam voluptatem capit dæmon, quòd homines damno afficit, & quomodocumque permittitur, torquet, vt in Iob vidimus, quãta alacritate ac celeritate facta ſibi copia à Deo, ipſum percuſsit, & vlcerauit, alijsque quàm plurimis damnis affecit. Impediri ergo ad hoc quod ei tantùm placet, maximè torquet illum, quemadmodùm videmus aliquos homines ad nocendum alijs adeò affectos, vt ab hoc impediri, ſit illis maximus dolor. Vel ideò metuebat exire ab homine, timens ne ſimul præciperet illi extrà regionem illam ire, & in abyſſum intrudi, quo ſciunt ipſos poſt diem iudicij incendendos: & ideò dicit apud Matthæum veniſſe antè tempus torquere nos. Nondum enim dies iudicij aduenit, in quo ita demergemur in abyſſum, vt nullo modo liceat nobis inde exire, ſicuti modò cùm nocendi nobis tempus datur. Vnde apud Marcũ rogabat eum dæmon, ne expelleret illum extrà regionẽ & apud Lucam, ne præciperet illi in abyſſum ire. Quod autem dicunt, quid nobis & tibi Ieſu fili Dei? eò Lucas ait dixiſſe, Scio quòd ſis ſanctus Dei: ſecundũ Ambroſium id dicebant, non quia id certò ſciebant (ſi enim cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent) ſed loquebantur ſecundùm opinionem, quæ de Chriſto tunc temporis in omnium verſabatur ore, quòd eſſet filius Dei & ſanctus, vel ſi ipſi coniecturaliter aliquid capere de hoc poterant, videntes tot per illum mirabilia fieri: vnde vt id explorarent, id dicebãt: ſicut in tentatione fecerunt: Nã & Iacobus dicit quòd dæmones immreitò Deũ contremiſcũt: & columnę cœli pauent ad nutũ eius, ait Iob. Verùm hæc inter bonos & malos ſpiritus differentia eſt, quòd boni ſpiritus obſequũtur Deo

Marci. 16.

Luce. 4.

D. Amb.

Ia. 2. 1.

Iob. 26.

D. Hier.

Deo voluntarium reddunt, mali verò coactum. Vnde Hieronym. in hunc locũ. Non enim voluntatis, inquit, iſta confeſsio eſt, quàm præmium ſequitur confitentis, ſed neceſsitatis extorſio, quæ cogit inuitos. Veluti ſi ſerui fugitiui poſt multum temporis dominum ſuum videant, nihil aliud niſi de verberibus deprecẽtur. Sic & dæmones cernentes Dominum in terris repentè verſari, ad iudicandos ſe veniſſe credebant. Idem ferè contigiſſe temporibus Valentis. Arianinarrat Sozomenus hiſtor. Eccles. lib. 6. cap. 20. & Ruffinus Aquilienſis lib. 2. cap. 4. Nam duos Macharios Ægypgtium & Alexandrinum magni Antonij ſectatores Lucius Arianus in exilium depelli fecit, noctu enim comprehenſi in Ægyptiã quandã inſulam paludibus circumdatã ducti ſunt: hãc homines prophani alieni à Chriſtiano dogmate inhabitabant, vnde & antiquum templum quod apud ipſos erat, in magno honore habebant. Cùm autem illinc abirent, ferunt mox filiam ſacerdotis dæmone obſeſſam in occurſum illorum veniſſe, quam homines inſulani currentẽ ac vociferantem, re tam repentina & inexpectata ſtupefacti ſequebantur: vbi autem ad nauem veniſſet inqua ſancti ſenes vehebãtur, obteſtabatur eos & ad terrã prouoluta ſupplicitèr, ac magna voce clamabat, inquiens, Vt quid ad nos quoq; veniſtis, ò magni Dei ſerui? hæc enim exigua inſula antiquum eſt nobis domicilium, ne cuiquàm moleſti ſumus, ſed cũctis mortalibus ignoti, hoc loco vndique paludibus cincti, delitescimus: ſi verò placuerit vobis, hanc noſtram poſſeſsionem vſurpate, & vobis propriam vindicate, nos autem cedemus. Huiuſmodi voces edebat puella, increpantibus autem dæmonium ijs qui cum Machario erant, ſanæmenti reſtituta eſt. Vnde pater illius vnâ cum domeſticis & inſula illa ad Chriſtianiſmũ acceſſerunt, & ſinè cunctatione templum deſtruxerunt, & in Eccleſiam commutarunt.

Sozome. Ruffinus.

Veniſti ante tempus torquere nos. Si torturam vocabant inuitos expelli ab obſeſsis, & impediri, ne nocerent: Volebant dicere. Cur nos à noſtris cohibes moribus antiquis, quibus datum eſt hominibus nocere vſque ad diem Iudicij, qui nondum aduenit? Ergo antè tempus cohibes nos: ſic enim dicitur. 2. Petr. 2. Rudentibus inferni detracti ſunt de cœlo in hunc caliginoſum aẽrem in locum tentationis reſeruati vſque ad diem Iudicij, quando in abyſſum inferni cũ omnibus ſuis condemnabũtur. Vel ſecundum Albertum antè tẽpus paſsionis Chriſti, quando ex ſcripturis cognouerunt à parte poteſtatis ſe fore caſſuros. Vnde Apocal. 2. dicitur Draco habere iram magnã, ſciens quia modicum tempus habet: licèt enim eſſet longum, tamen appetitus ſuæ malignitatis reputat modicũ. Verùm prima & ſecunda interpretatio ſimpliciores ſunt.

2. Petri. 2.

Albertus Magnus. Apocll. 2.

Aliqui dicunt quòd ideò poſcebant dæmones, ne mitteret eos extrà regionẽ: quoniam ſicut diuerſi dæmones alijs & alijs vitijs, plus delectantur, ita alijs & alijs regionibus magis gaudent, maximè his quibus mores hominum propter veterem conſuetudinem cum eis, perſpectos habent, ac vbi eis maior occaſio, ac ſpes eſt nocendi. Abyſſus autem pro inferno ſumitur in nouo Teſtamẽto. Exiſtimabãt ergo dæmones quòd ſi extra regionem eos pelleret Dominus, in abyſſum eos eſſet intruſurus: eò quòd, modò in aëre caliginoſo detinentur, dum tempus bellorum contra iuſtos durat, & certis locis deputãtur, nec ab eis ſunt diſceſſuri, niſi præcipites mittantur in infernum, & hoc timore acti timebant, ne pellerentur à regione, ac proinde idem erat petere, ne mitterentur in abyſſum. Lucas ait quod interrogauerit dæmonem iſtum Chriſtus, quod nomẽ haberet, & reſpondit, Legio: & hoc ideò, vt miraculi magnitudo videretur, qui imperio ſuo dæmoniorũ legionem expulerit, & vt nos cautos ac ſolertes redderet, videntes quòd non ſolum vnus aut alter dæmon, ſed legiones & agmina eorum aduerſùm nos dimicant. Legio autem ſecundum Iãſenium continet. 1225 o. milites, non autem. 6666. vt alij putant: nam legio diuiditur in decem cohortes, cohors verò in. 50. manipulos, manipulus in. 25. milites. Quarè cùm priùs dixerunt Euangeliſtæ, hominem occurriſſe, qui habebat dæmonium & ſpiritum immundum; nomen, Dæmonium, & ſpiritus, collectiuè debet accipi pro tota hac congregatione dæmonum. Nam vt Remigius dicit, Dæmonium, non eſt Latinum nomen, & in Græco, Diamon, idem eſt quod intellectus, & Dæmonium, eſt collectiuum dæmonum, ſicut populus eſt collectiuum hominum. Alij dicunt, quòd dæmonium, eſt quaſi denominatiuum à dæmone, & cum Græci ſequentes Platonem, diuidunt dæmones in calodæmones, & cacodæmones: hoc eſt bonos

Luce. 8.

Iãſenius.

Remigius.

bonos & malos intellectuales: nos accipimus dæmonem pro malo dæmone ſemper, & tunc eſt apud nos in vſum ſignificationis idem quod nequam intellectuale, & hoc vlterius transferentes dicimus nequam ſpirituale, vt ad ephe. 6. dicitur contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. *Epheſ.6.*

Erat autē non longe ab illis grex multorum porcorum paſcens, dæmones autem rogabant eum dicentes. Si eiſcis nos, mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis, ite. At illi exeuntes abiierunt in porcos & ecce impetu abiit totus grex per præceps in mare & mortui ſunt in aquis. Primo quæritur vnde nam iſti porci venerunt, cùm ſecundùm legem ſit animal immundum nec poſſit edi aut ſacrificari à Iudeis? Respondet gloſſa Hieronymi dicens, quod Geraſa ciuitas eſt Arabiæ, non longè à monte Galaad, vbi Iacob & Laban fœdus percuſſerunt gene. 31. & nō longè à ſtagno Tyberiadis, in quo porci ſunt præcipitati, & ibi Arabes habitabant qui porcis veſcebantur. Alij inter quos Iāſenius, veriſimiliùs exiſtimant Gadarenos fuiſſe iſraelitas, nam alias Chriſtus non iſſet ad prædicandum eis, quippe qui non fuit miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael: & ſecundò, quia hæc regiò iure pertinet ad Iſraelitas. Inhabitata enim olim erat à dimidia tribu Manaſſe, & à tribu Gad, à quo nomine putant quidam ciuitati nomen Gadara datum, & ex Ioſepho ſatis conſtat Gadarenos fuiſſe Iudeos: & quoniam his non licebat veſci carne porcina, cuius eſſum lex Moſaica interdixit, permiſit dæmones porcos ingredi & perdere, vt pœnas conteptæ vel neglectę Legis darent, admittendo porcos quos contra verbū Dei aluerant. Et hæc fuit vna ratio quare permiſerit Dominus, vt dæmones in porcos intrarent, & ſecundò, vt appareret crudelitas atque ſęuitia dęmonum, qui tanto odio homines proſequuntur, vt quādo ipſos lędere non permituntur, in res ipſorum ſęuiant vt eas perdant vt in Iob patuit: Sperabant etiam Dominum eis hoc cōceſſurum, vt in porcos intrarent, eo quòd animal illud immundum in lege reputabatur atque abominabile erat Iudeis: quare credebant Chriſtum obſeruatorem legis Moſaicæ facile eorum petitionem conceſſurum: & etiam, vt homines illi hoc damno conſternati Dominum non reciperent, nec eius prædicationem, quæ tam fructuoſa erat, audirent; ſicut & poſteà exparte euenit. Deinde vt oſtenderetur re ipſa verum eſſe, quod dæmones dixerunt legionem ibi habitaſſe eorum. Voluit etiam confutare errorem Saducæorum qui negabant ſpiritum eſſe, aut dæmonem, ac proinde nec homines ab illis vexari poſſe, ſed id tribuebāt ęgritudini corporali. Nec enim fingi poteſt ęgritudo aliqua illius hominis, quætam citò in porcos transiret, vt illos præcipites daret in mare. Item vt videas quāta ſęuitia ſit dæmonum ſi à Deo non coercerentur, quid in homines facerent, cùm talia in res ſuas operentur? Poſtremò, vt diſcas temporalia ſpiritualibus poſtponere. Quicumque enim ſpiritualis profectus omnibus corporalibus rebus præponendus eſt, ac proinde non æſtimauit Chriſtus vt totus ille porcorum grex periret, dum modò ſpirituale lucrum ex illo conſequeretur: & quia Domini eſt terra & plenitudo eius, nulli in hoc fecit iniuriam Dominus. *Paſtores autem fugerunt, & venientes in ciuitatem nunciauerunt omnia, & de ipſo qui dæmonia habuerant. Et ecce tota ciuitas exijt obuiam Ieſu, & viſo eo, rogabant vt tranſiret à finibus eorum.* Ex humilitate ac timore exiſtimauerunt ſe indignos præſentia Chriſti, videntes crudelem illum dæmoniacum ſanæ mentis & veſtitum circa Chriſtum ſtare, licet etiam id fecerint amore rerum temporalium, quas cum porcis amiſerant. Quare non eſt comparandus hic timor atque humilitas, cum illa quam Petrus exhibuit Chriſto infra cap. 10. cùm dixit: Exi à me Domine, quoniam homo peccator ſum, nam timor iſte Petri reprehenſione carebat, eo quòd ex ſola animi humilitate procedebat, horum verò timor non ex ſimplici, ſinceraq; humilitate naſcebatur, ſed partim etiam & magis ex nimio amore rerum temporalium, quibus malè timebāt: quarè à Petro non receſsit Chriſtus, ab his autem ſic.

Glossa. *D. Hier.* *Gene. 31.* *Iasenius.* *Mat. 15.* *Iosephus.* *Moralitas* *Psal. 8.* *Mat. 10.*

In hoc miraculo docemur, quòd Deus ob bonū noſtrum permittat diaboli ſæuitiam: Sunt enim dæmones fabri qui nobis coronam conſtruunt, vt in Iob, & in alijs vidimus. Vnde Eſai. 54. dicitur. Ecce ego creaui fabrum ſufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus ſuum, Et ego creaui interfectorem ad diſperdēdum. Omne vas quod fictum eſt contra te, non dirigetur. Vbi Hieronymus dicit. Hic faber diabolus eſt, qui prunas peccatorum in ſuflat, qui & omnium malorum artifex eſt, nō neceſsitate naturæ, ſed mentis arbitrio, à quo omnes fabricati ſunt qui Eccleſiam impugnant, & propte-

Moralitas *Eſai. 54.* *D. Hiero.*

propterea non dirigentur, ſed pręſentes pœnas ſentiēt & futuras. Poſt nauis tempeſtatem dęmones occurrūt: vt intelligatur, quòd nunquam deerit perſequutio aliqua in Eccleſia, nam etſi homines ceſſent, dæmones nunquam ceſſabunt, nec tranquillā patiētur eſſe hāc Nauiculam: quoniam nec laſsitudine, nec pœnitudine, nec ob aliquā cauſam deficient. In his autem dęmoniacis qui in ſepulchris habitabant, & qui vincula rūpebant, oſtendit ſuam potētiam Dominus: vt oſtenderet quòd ipſe eſt de quo cecinit Pſalmiſta dicēs: Qui educit vinctos in fortitudine, ſimiliter eos qui exaſperāt qui habitant in ſepulchris. Hunc hominem obſidebat dęmon: quoniam diabolus totum hominem circundat, obſidet, ac intercipit, vt nullus ſit locus per quem Dei gratię aut auxiliares copię cœleſtes ad eum ingrediantur. Legio autem illum obſederat: quoniam nullum magnum peccatum eſt ſine magna vitiorum caterua, ſic enim inuidia ſecū trahit ſuſpicionem, detractionem, vilipenſionem, & nonnunquam homicidium, vt in Cain vidimus. Hic in ſepulchris habitabat: quoniam talium peccatorū, ſicut qui ſunt in ſepulchris vulnerati, non recordatur Deus ſecundùm illud Pſalm. Sicut vulnerati dormientes in ſepulchris, quorum non es memor amplius. Videntur enim iſti eſſe illi, qui cùm in profundum venerint peccatorum, contemnunt. Et ita Deus hos aliquando dimittit, ſed vt tendat ad quodlibet genus pecatorum attingit potentia & miſericordia ſua, etiam hunc demoniacū ſanat. Vel dicitur habitare in ſepulchris: quoniā peccatores in ſterquilinia, ac ſpurcitias & fœtorem vitiorum facit diabolus vt delitescant. Nec ſine cauſa additur, quòd dęmoniacus ille die noctuq; clamans ſeipſum lapidibus cōcidebat: quos enim diabolus obſidet, hos omni turbulentia ac inquietudine replet, vt & ſe ipſos in conſciētia concidāt, iuxta illud Eſai. 48. Non eſt pax impijs, dicit Dominus. Et. 57. Cor impij quaſi mare feruēs. Et Hierem. 16. Seruietis ibi dijs alienis, qui non dabunt vobis requiē die ac nocte. Alienatus etiam erat mente: quoniam peccatores, inſani ſunt & amētes, atq; animo ac mēte alienati, cum ſe in æternos ignes præcipitare velint: quare ſtultos eos paſsim Scriptura vocat, & cum ad mentem redijt prodigus ille dicitur, Reuerſus inſe. Ad quos & clamat Eſai. Redite præuaricatores ad cor. Hoc eſt, ad mentem. Nec ſolùm autē ſeipſos, ſed & alios inquieātt peccatores: ideò quippe additur, quòd nemo audebat tranſire per viam illam. Cui enim parcit detractor? Non ſapienti, non ſancto, nō amico, nō mortuis, non Deo, tandē omnia rodit virulenta lingua, omnia contemnit & deridet. Et etiam quia à peccatoribus omnes fugere debēt ſicut à leproſo, ne contaminentur: ſicut à ſerpente quam ſcis eſſe in aliqua via non audes per illam tranſire: ſic peccatores fugere debes, ne inuoluaris in peccatis eorum, vt dixit Moyſes: Recedite à tabernaculis peccatorum, ne inuoluamini in peccatis eorū. Et Sapiēs quaſi à facie colubri fuge peccatū. Vnde Cain poſt peccatum profugus habitauit ſuper terram. Denique de noſtro dęmoniaco dicitur, quòd nullus eum domare poterat. Proh Deum immortalem, quot peccatores inuenies, quos non reuerentia, non metus legis, non multitudo hominum, non exhortatio, non minæ, ab inſania ſua eos reuocare poſſunt, vt patet de Pharaone; Et Sapiens dicit: Conſidera opera Dei, quòd nemo poteſt corrigere quem ille deſpexerit. Omnia vincula dirūpunt, audēt quidquid animo collibitum fuerit, ita vt de eis dicat Propheta. A ſeculo cōfregiſti iugum, rupiſti vincula, dixiſti, non ſeruiam. Dæmoniaci iſti viſo Ieſu tremere, ac inſanire cœperunt. Inſani ſunt quippe homines peſsimi, quoties Euangeliū audiunt aut Chriſti doctrinam, quę eorum mala opera arguit ac condēnat, nec Euangelium velint eſſe, nec Deum prohibitorem aut punitorē habere. Cauſantur ſe etiā ante tempus torqueri, nam impijs damnatio inopinatò ſemper & ante tempus venit; habent enim voluntatē ſempet peccandi, ſi ſemper viuere liceret. Quapropter & Dei voluntatem hinc intelligere poteris, qui voluit hominem mortalem fieri ne damnationem ſuam ſemper peccando augeret. *Eiſce nos in porcos.* Hoc permiſit Dominus, & præter rationes ſupra datas, hanc accipe, vel extende, ſi conſonat datis: vt latius propagato miraculo pij ad fidem commouerentur, & impijs omnis excuſatio adimeretur; ſic enim omnia Dei opera ordinantur pijs in bonum, impijs in teſtimonium. Sic vno quolibet opere omnes homines admonet, ſic in ſubuerſione Sodomæ omnes impios terret, ſic in ſubmerſione Pharaonis omnibus impijs repugnantibus minatur: ſic per infirmitatē vnius hominis omnes ſanos docet quid de ſe ſentiāt: ſic per ignominioſam mortem

Pſal. 67. *Gene. 4.* *Pſal. 87.* *Prou. 18.* *Eſaia. 48* *Idem. 57.* *Hiere. 16.* *Luc. 15.* *Eſaia. 46* *Nume. 16.* *Eccleſ. 21.* *Geneſis. 4.* *Eccleſ. 7.* *Hier. c. 2.*

mortem aliquorum, ad memoriam nobis reducit noſtra commiſſa. Id quod Chriſtus oſtendit, cùm ſibi nunciaretur de Galileis à Pilato occiſis. Nũquid, ait, putatis hi ſoli pec
Luca. 13. cauerunt præ omnibus alijs. Imo dico vobis niſi pœnitentiã egeritis, omnes ſimiliter peribitis. Intrant dęmones in porcos: quoniam peccatores ſpurcitijs deditos, qui capita ſemper ad terrã ſubmiſſa gerunt, qui ad peccata redeunt, ſicut ſus lota in volutabro luti:
2. Pet. 2. in talibus, inquam, amat diabolus habita-
Iob. 40. re. In locis humẽtibus, ait Iob, vbi lutuoſa loca ſolent eſſe porcis apta, habitat dęmõ, vbi & vmbra eſt, peccatorum quæſolis ardores, hoc eſt gratię Dei detinet, ne tales humi-
Idem. ditates peccatorũ ſiccet, Sic enim ait: Sub vmbra dormit in locis humentibus. Inſuper & hinc colligimus nihil poſſe aduerſum nos diabolũ, niſi permiſsione diuina fiat ei copia. Quare nõ debemus timere illum: Vnde
D. Aug. Auguſtinus ſuper Pſal. 55. ait: Nec hominẽ nec diabolum timeamus, nec iſte nec ille facit aliquid, niſi quantum permittitur; nihil autẽ illi permittitur niſi quod nobis prodeſt. Id autem quòd rogauerunt eum Gadareni, vt diſcederet ab eis, etiam ſi ex timore temporalium id fecerunt; tamen etiam fuit reuerentia quędam, timentes ne intrante viro iuſto in finibus eorũ, rememorarẽtur pec cata eorum & punirẽtur à Deo: quod & in porcis videbãt inceptum. Sic enim mulier illa cuius filius ad introitum Prophętę mortu⁹ fuerat, dixit: Quid mihi & tibi, Vir Dei?
3. Reg. 28. Ingreſſus es ad me, vt rememorentur iniquitates meę, & interficeres filium meum.

Cap. IX.

T ASCENDENS Ieſus in nauiculam, tranſfretauit & venit in ciuitatem ſuam. Et ecce offerebant ei paralyticũ iacentẽ in lecto.

Primò quęritur, quando contingerit hæc curatio paralytici, an ſtatim atq; à Geraſenorum terra egreſſus eſt, an quibuſdã interiectis? Et occaſio huius quæſtionis eſt,
Marc. 2. quòd D. Marcus ſtatim narrat Archiſynagogi Iairi filię ſuſcitationem. Eundem etiã ordinem Lucas obſeruat. Verũ tamen Mat-
Luca. 5. thæus ſtatim atq; de dęmoniacis & tranſfretatione loquutus eſt; hanc de paralytico hiſtoriã deſcripſit. Requirendum igitur eſt quomodò recõciliari poſſint. Hoc enim adſtrui poteſt, quòd quibuſdã interiectis filia Archiſynagogi ſuſcitata ſit poſt egreſſum Chriſti è terra Geraſenorum: ſed hoc quęritur, an idem de paralytici curatione cenſendum ſit? Dicimus ergo ex ipſa Matthæi narratione colligi, curationẽ paralytici priꝰ eſſe factam, & tunc demum ſuſcitatam fuiſſe Archiſynagogi filiã. Narrat enim, Archiſynagogum hunc ad Chriſtũ acceſsiſſe, cùm ille diſputaret de Ieiunio cũ diſcipulis Ioãnis & Phariſęorũ: quod vtiq; poſt Matthęi vocationem contigit. Atqui Matthæus non modò, ſed & Marcus, & Lucas vocationem Matthæi huic paralytici curationi ſubijciunt: Conſequitur ergo, curationem hanc prius eſſe factam, quàm Archiſynagogi filia ſuſcitaretur. Quod autem Lucas & Marcus dicunt, tunc Chriſtum circa mare fuiſſe, cũ veniſſet ad eum princeps ſynagogę, nihil offendit: nam & Chriſtus cum eſſet in Galilea docens, frequenter circa mare verſabatur, cùm pręcipuę vrbes Galileę mari Tyberiadis adiaceãt. Adde quòd Lucas, cap. 5. & Marc. 2. pręmittunt hãc paralytici curationem illi dęmonum eiectioni quæ apud Geraſenos facta eſt: ergo multo magis eam præferunt ſuſcitationi filię archiſynagogi, quę poſtea cõtigit. Nec officit ordo hic à Luca & Marco poſit⁹ ante nauigationẽ ad Geraſenorum regionem; cum multa ſoleãt per anticipationem narrare: & ex modo loquẽdi hoc liquido patet apud Lucam tunc ordinem hiſtorię non ſeruaſſe, dicit enim cũ huius paralytici curationẽ narrat. Factum eſt in vna dierum, & venit in ciuitatem ſuam.

Hic quęritur ſecundò, quęnam dicatur hîc ciuitas Domini? Quod diligenter inquirit Augu. lib. de conſenſu Euangeliſtarum. D. Aug.
Nec enim poteſt intelligi Nazareth, quę dicitur patria Chriſti, quia in ea educatus fuit: nã Marcus clarè dicit miraculum hoc in ciuitate Capharnaũ contigiſſe. Proinde putat Auguſt. per ciuitatem ſuam poſſe intelligi totã Galileã, in qua erat Nazareth: ſicut, inquit, vniuerſum regnum Romanum in tot ciuitatibus conſtitutum, dicitur modò Romana ciuitas; vt ideo dicatur Dominus veniſſe in ciuitatem ſuam, quia venerat in Galileam, in quodcumq; oppidũ Galileę
d. Hieron. venerit. Hieronymus non aliam intelligit ciuitatem ſuam niſi Nazareth, à qua & Nazareus dictus eſt. Verùm ſi hanc Hieronymi interpretationẽ ſequi volumus, neceſſe erit

D. Aug. ſe erit intelligere, vt docet Auguſt. vbi ſuprà, prætermiſiſſe Matthæũ, quę geſta ſunt poſteaquàm venit in ciuitatem ſuam Nazareth, donec veniret Capharnaum: & huic adiũxiſſe de ſanato paralytico: Sicut in multis (inquit) faciunt Euangeliſtæ, prætermittentes media, tanquàm hoc continuò ſequatur, quod ſine vlla prætermiſsionis ſignificatione ſubiungunt: nam non in Nazareth, ſed in Capharnaum, quod ſequitur miraculum contigiſſe, ex Marco conſtat, vt priùs dictum eſt. Sed rectiùs, ſecundùm Chryſo-
Chryſoſt. ſtomum dicitur, per ciuitatem Domini in-
Matt. 4. telligi Capharnaum: Nam ſuprà Mattheus cap. 4. dixerat, Dominum, relicta ciuitate Nazareth, veniſſe & habitaſſe in ciuitate Capharnaum: quare iam deinceps ciuitatẽ Domini vocat Capharnaum, eo quòd in ea iam principalem delegiſſet habitationem, quamuis nec in ea vel tantum proprij habuerit, vt eſſet in quo caput ſuũ reclinaret.
Lyran. Lyran. ait, Capharnaum ideò ciuitatẽ Domini dici, quia erat ciuitas præcipua Galileæ, reſpectu cuius Nazareth, paruũ fuit oppidum illi ſubiectum: quemadmodùm Pariſij dicũtur ciuitas alicuius nati in aliquo oppido iuxta Pariſios. Sed hoc non multum refert.

Hieron. *Videns autem Ieſus fidem illorum.* Hieronymus vult, nullum reſpectum habuiſſe Dominũ fidei paralytici, quæ perexigua erat, ſed tantùm reſpexiſſe portantium fidem.
Chryſoſt. Chryſoſtomus tamen non vult, vt fides huius paralytici excludatur, ſed cùm dicitur, Fides illorum, intelligatur fides, tàm ipſius, quàm portantium ipſum: aliàs, ſi ipſe fidem non haberet, quomodò pateretur per tegulas dimitti? & quomodò ei diximſſet Chriſtus: Dimittuntur tibi peccata tua, niſi & ipſe fidem habuiſſet? ſanitas quippè corporalis, intuitu alienæ fidei ſolet aliquando concedi: ſed ea, quę in peccatorum remiſsione cõſiſtit, in adultis, niſi propria fide accipi non poteſt. Quare quod à quibuſdam dicitur: Fidẽ alienam ſaluare alios, ſiquidem intelligatur de ſalute corporis, verum eſt: hæc enim ſine fide accipientis, poteſt illi impetrari per alterius fidem. Si verò intelligatur de ſalute animæ, quoniam in adultis requiritur proprius actus, non ita verum eſt, niſi in hoc ſenſu, quòd propter alterius fidẽ & orationem Deus velit huic gratuitò donare fidem, & conuertere eum ad ſe: eo modo, quo dicit Auguſt. quòd propter oratio-
Auguſt. nem Stephani, Eccleſia habuit Paulum.

Et ſic debent intelligi aliquæ ſententiæ Sãctorum, vt eſt illa Ioannis Epiſcopi, quam Ioannes Epiſcopus
referſ D. Tho. in Cathena aurea, ſuper hũc D. Thomas
locum, quæ ſic dicit: Quantum valet apud Deum fides propria, apud quẽ ſic valuit alie na, vt intùs, & extra ſanaret hominem. Si
militer ſententia Ambroſ. ſuper Luç. dicen- Ambroſ.
tis: Magnus Dominus, qui aliorum merito ignoſcit alij, & dùm alios probat, alijs relaxat errata. Cur apud te homo collega non valeat, cùm apud Deũ ſeruus, & interueueniendi meritum, & ius habeat impetrandi. Intelligendi enim ſunt, ſic loqui de alie na fide, peccatorum remiſsionẽ impetrãte, vt non excludant fidẽ eius, qui ſalutem cõ-
ſequitur. Quod ex ipſo met Ambroſio patet Ambroſ.
cùm ſubdit. Diſce qui ęger es, impetrare, ſi grauium peccatorum diffidis veniam, adhibe precatores, adhibe Eccleſiã, quæ pro te precetur, cuius contemplatione, quod tibi Dominus negare poſset, ignoſcit. Et ſic debet intelligi, quod hîc dicitur: *Vidẽs Ieſus fidem illorum.* Vel ſic poteſt intelligi, Videns Ieſus fidẽ illorum, qui infirmum portabant, ideſt, quam illi baiuli oſtendebant ex iuſsione infirmi, cui fides illa inerat. Nec abhorret ab hoc, quod ſtatim ſubiũgitur: Dixit paralytico: *Confide fili, &c.*
Sic Titelmanus: Fides autem hîc ſumitur, Titelman.
non ſolùm pro aſſenſu illo firmo in credendis de Deo, ac Chriſto, verùm etiam pro fiducia ex illius bonitate concepta: deniquè pro fide formata, quæ charitatem includit: ex qua talis fiducia gignitur. Quinimò in Scriptura regulariter, imò ſemper ſumitur ſic fides, ſaltẽ cùm ei tribuũtur effectus, qui ſine charitate tribui non poſſunt, nec ſolent, vt remiſsio peccatorum, collatio gratiæ, aut gloriæ conſequutio. Quemadmodùm eſt illud quod Eccleſia frequenter cantat: Tu deuicto mortis aculeo, aperuiſti credentibus regna cœlorum: certum eſt Cantic. D.
de his loqui, qui fide firmata in Deum cre- Auguſt. &
dunt. Quare fidei peculiariter ſanitas huius Ambroſ.
infirmi tribuitur, etiamſi aliæ virtutes ibi ſe inſinuabunt, nempè patientia in paralytico, ſtudium, officium, ac charitas fraterniatis in alijs cum illo: quoniam fidei propria merces eſt, conſequi id quod credit, & ſperat. Et etiam ad recõmendationem tantæ virtutis, qualis eſt Fidei, ait illi: *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Ac ſi diceret: Bono animo eſto, ſanitatem quam petis, adipiſceris, quoniam remittuntur tibi peccata, ob quæ in morbũ

hunc incidisti, & ablata causa cessabit effectus. Ordinem congruũ ostendere vult nobis Dominus, quo in curandis morbis medicus prius causas, ac radices morborum euellit, deinde ad curandos eos procedit. Sic optimus animarum medicus, sciens radices nostrarum ægritudinum in anima latere (quoniam peccatum fuit causa infirmitatum, nã ante illud non erant. Vnde & Propheta quidam ait: Scito, quàm malum & amarum sit dereliquisse te Dominum Deum tuum. Ex eo enim quòd per peccatũ homo Deum suum dereliquit, in mala hæc omnia prolapsus est, atque exinde dolores, atque amaritudines, ignes & potiones amaras sensit.) Cùm ergò id nouerit Dominus, prius radices morbi tollit, quæ sunt peccata. Quinimo credendum est, & ipsum paralyticum aliquã fidem saltem implicitam habuisse, q̃ Christus posset tollere eius peccata: quoniam credebat ipsum esse potentem ad tollendam quancumque causam ægritudinum, ex quibus vna erat peccatum: & quia credebat ipsum esse Messiam, quem sciebant deleturũ esse peccata: ac proinde credendum est aliquod desiderium simul cum hac fide habuisse, quòd Dominus illi remitteret peccata, licet ipse Dominus præparauerit cor eius tunc ad hoc: quoniam facilè est in conspectu Dei subirò honestare pauperem. *Et ecce quidam de Scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat.* Sciebant quidem Pharisæi ex Lege solius Dei esse dimittere peccata, & videbatur Christus sibi hoc tribuere, licet ex verbis eius hoc colligi non poterat: quoniam nõ dixit, Dimitto tibi peccata, sed dimittuntur tibi. Quare turba, quæ simpliciter verba eius accepit, non talem malitiam animo cõcepi. sicuti Pharisæi, qui & superbi erant, & malitiosi, illaque scientia imbuti erant, quæ inflat, non quæ edificat, & ideò pessimè contra Dominum cogitauerunt. Poterãt enim animaduertisse, quòd sicut solius Dei est dimittere peccata, ita & eius solius est miracula facere. Sciebant autem hanc potestatem multis viris sanctis datam fuisse, qui miracula magna ediderunt: Cur nõ cogitassent etiam potestatem dimittendi peccata posse concedi alicui à Deo, qui potestate à Deo accepta posset dimittere, sicut nunc sacerdotes in confessione de facto faciunt? *Et cùm vidisset Iesus cogitationes illorum dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata tua? an dicere, Surge & ambula.* Per virtutem Diuinitatis cogitationem eorum penetrãs (Quoniam omnia sunt nuda, & aperta in oculis eius, nec est creatura aliqua inuisibilis in conspectu eius) dixit: Quid est facilius dicere, &c. Infinitiuus ille à quibusdam legitur coniunctim hoc modo. Quid est facilius dicere, an hoc quòd dixi: Dimittuntur tibi peccata: an illud quòd addictis posterius: Surge, & ambula? Conuenientius tamen videtur infinitiuum seiungere hoc modo. Vtrum horum est facilius, an dicere: Dimittuntur tibi peccata: an dicere: Surge & ambula? Pro qua distinctione facit replicatio infinitiui, alioquin iuxta primam connexionem sufficeret infinitiuus semel positus. Est autem sensus. Vtrum iudicatis facilius, an dicere cum vi effectus, & cum efficatia operis, Dimittuntur tibi peccata: an dicere similiter cum efficatia operis; Surge & ambula? Quasi dicat. Nonne iudicatis vtrumque æquè impossibile naturæ virtute, aut humanis viribus, vt si vnum sit in potestate verbi mei, sit & reliquum? Et hunc existimo planum esse sensum huius sententiæ: licet Caietanus hoc dicto omnes cogitationes Scribarum confutasse existimet. Quidam enim interpretati sunt verbum illud Christi, Dimittuntur tibi peccata, authoritatiuè esse dictum, & isti cogitabant facilè esse id verbis dicere, effectu ipso non viso. Quis enim videre poterat talis effectus subsequutionem? Alij autem cogitauerunt verbum illud artificiosè dixisse Christum, Remittuntur tibi peccata tua, & non dixisse, Surge & ambula; illius enim veritas occulta est, sed huius oportet quòd sit manifesta; & propterea Christus illorum cogitationes patefecit de comparatione horum duorum, Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, Surge & ambula, & ideò subiungit. *Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata. Tunc ait paralytico: Surge tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et surrexit & abijt.* Ac si tibi ego suadere volens coram cœco, me in sermone Domini loqui, dixissem. Vt autem scias tu incredulè, me verba Dei proloqui, tu cœce, visum recipe, & reciperet: efficacissima enim, ac vehemens valdè est hæc sermonis deflexio.

Moralitas

simile.

Hierem. 2.

Eccles. 12.

1. Cor. 8.

Caieta.

Verba autem illa; Tunc ait paralytico, Parenthesis est interiecta ab Euangelista:

Sed ad huc quæres, quomodò Christus efficaciter probauit se habere potestatem dimittendi peccata ex potestate curandi aliquem verbo, cùm multi sanctorum hanc habuerint potestatem, non tamen illam? Sed respondetur, quòd Christus Dominus non id probat ex sola potestate curandi paralyticum, sed ex modo, nempè quod cũ imperio, & propria authoritate id faciat, quod nulli vnquam sanctorũ concessum est: imo nec habere possunt talem potestatem cùm sit solius Dei. Et secundò, quoniã cùm Dominus miraculum hoc ediderit in confirmationem huius veritatis, quòd posit peccata dimittere, optimè hoc probauit: nam miraculũ illud sine Dei virtute fieri non poterat, Deus autem mendacio nõ faueret: esset enim illud suo sigillo confirmare, vt in hoc capite videbimus, quod tamen est impossibile. Secundo autem fortè dubitauerit aliquis, quomodo Dominꝰ significat equè difficile esse dicere: Surge & ambula: & dicere, Remittũtur tibi peccata, cũ Theophilact. post Chrysos. dicat difficiliorem esse animę quàm corporis curationem. Et Augu. super illud Ioan. Maiora horum faciet, docet maius opus esse impiũ iustificare, quàm cœlum & terram creare. Respondetur, quòd etsi id verũ sit collatione facta vnius ad alterũ, cum sanare ægrotum virtute naturali fieri posset, remittere autem peccata, nõ: Tamẽ sanare paralyticum hoc modo, nempè solo iussu, & remittere peccata, si referantur ad eam causam à qua sola hæc fieri possunt, equè sunt, & facilia, & difficilia, diuinę enim potentię vtrumq; equè est facile, à qua sola hęc fieri possunt. Vel dic, si placet, quòd cũ iustificationem impij libentius Deus operetur quàm corporis curationẽ; nam vt ipse dicit, non est voluntatis suæ mors impij, sed vt magis conuertatur & viuat, & gaudium sit Angelis cœli super vno peccatore pœnitentiã agente: & ea quæ libentius operamur faciliora nobis videtur. Hinc fit vt æquè facilè faciat Dominus, curare ęgrotũ, & iustificare impium. Sed prior est proprior solutio, licèt hæc secunda sit iucundior. *Et surrexit, et abijt in domum suam. Videntes autem turbæ timuerunt & glorificauerunt Deum qui dedit potestatem talem hominibus.* Vt omnes obuij cernerent miraculum, præcepit Christus, vt cum lecto abiret in domum suam: nam quẽ antea velut immotũ cadauer in lecto prospexerant, nec ei dederant locum ad intrandũ, dent ad exeundũ, alacrẽ eũ videntes portare lectũ, in quo antea & ipse portabatur, & vt domestici sui videntes eũ domum intrantẽ sanum, crederẽt in Dominum Iesum. Quid autem pharisęi, & scribę ad tantũ miraculũ dixissent? Nihil aliud certè nisi inuidia maxima intꝰ tabescere, & si possent, etiã illud verbis calũniare, vt alijs in miraculis eius faciebant: nam quę glorificauit Deum, turba simplex fuit, non illi.

Theophil.

D. Aug.

Zrechi. 18

Lucæ. 15.

Hic paralyticus peccatorẽ refert qui potentias animæ ac membra corporis ad bonũ stupida habet: nã ibi vbi Psal. 6. dicit: Cõturbata sunt ossa mea omnia: in Hebręo dicitur, Obstupuerũt ossa mea, & anima mea turbata est: quia post peccatum stupidus fit homo, & paralyticus, vt in Rege Dauid vidimus qui ante peccatum omnia prospiciebat; ad adulterium, & homicidium vt perrexit, non cognouit quid fecerat quousque Nathan ipsum in mentem reuocauit. Membra stupida motum non habent, sic peccatorũ membra ad bonũ inflexibilia sunt, & obrigescunt: nullum enim opus meritorium exercent, iacẽt enim in vitiorum suorũ lecto, in ipsis peccatorum delectationibus cõputrescẽtes, ita vt nisi Deꝰ manũ adiutricẽ illis porrigat, surgere è lecto nõ valeãt. Qui etiã hominum adiutorio indigẽt, qui ipsos immobiles ad Christũ ducãt: nã isti quatuor baiuli qui paralyticũ istũ in lecto suo portabãt, homines charitate insignes significãt, qui peccatores super humeros suos portant, eorũ flẽtes peccata, exẽplo illius veri pastoris qui errabũdã ouẽ super humeros suos tulit. Onus quippe iustorũ solẽt esse praui homines, quos sub sua cura suscipiũt, vt eos corrigãt & emẽdent, maximè illi quorũ officio hoc onus incũbit, vt sunt Ecclesiæ prælati. Ideò quippe super humeros summi sacerdotis descripta erãt nomina filiorũ Israël, vt intelligeret super se habere peccata eorũ, suęque curæ cõmendatos esse, vt pote de quibꝰ rationẽ sunt reddituri. Isti ergo doctrina sua atq; exẽplo peccatorẽ corã Christo trahunt, cùm ad confessionẽ, cõcionẽ atque Sacramẽta eos inducunt. Et aduerte, quòd turba quæ erat ad ianuã, impediebat hominem istum ægrotum, ne intraret ad Christum, quoniam vulgus atquè hominum ignorantium turba magnum ad quodlibet bonũ impedimentum parat. Deus nos à vulgo isto stulto defendat: quoniam omnes eius opiniones & sententiæ, errores atquè stultitiæ sunt. Sed quod magis timendum existimo

Moralitas seu cõcio

Psalm. 6.

Lucæ. 15.

timo hoc eſt, quòd illi, qui intra domum vbi Chriſtus erat ſtabant, impediebant infirmum hunc, ne curaretur, nec ad Chriſtum intraret. Dolendum malum maximũ eſſet, fratres, ſi illi qui in domo Dei ſumus eiusq; aſsiſtimus maieſtati, vel moribus, vel doctrinis noſtris populum à Dei cultu auertemus. Grauiter diuina Scriptura filiorum Hely Sacerdotis reprehendit ſcelera, qui cùm deberent homines ad Dei ſacrificia allicere, ſuis peſsimis moribus potiùs eos auertebãt: quoniam & cùm mulieribus quæ ad Tabernaculum ibant cubabãt, vel ab eis vi carnes, quæ ſibi non debebantur, rapiebant: vnde & dicit Scriptura: Erat igitur filiorum Hely grande piaculum: quia deterrebant homines à ſacrificio Domini: Ac ſi diceret. Illi ipſi qui debebant homines ad Dei ſacrificia inuitare, expellũt eos: illi qui tanquam ianitores ad oſtia domus Domini reſident vt aperiant ianuas veniẽtibus, ſuis incultis moribus, aut fallis doctrinis à domo Dei eos deturbãt. Miſeranda certè res eſt. Quare & de Hely dicit ibi Scriptura, quòd præ ſenectute caligauerant oculi eius, nec poterat videre lucernam Domini antequã extingueretur. Si ille qui te ducere debet cæcus eſt, quo te ducet? Si qui lucernam coram te portat, vt videas quo pergas, viſu caret, quomodo videbit quando extinguitur lucerna, vt reaccendat eam, & te ducat? Si Prælatis, ac Eccleſiaſticis viris, quos mundi luces Dñs appellat, præ ſenectute ac debilitate ſpiritus oculi caligant, quis cæteros ducere poterit? Si iſti non vidẽt quando lucerna extinguitur, hoc eſt, quando falſa docetur doctrina, vel quando peſsimi mores ſuccreſcunt, vt eis obuiam ſe offerãt, vt emẽdent; Quomodò non omnia tenebris ac ſceleribus turbabuntur? Turba magna impediebat introitum domus vbi erat Chriſtus: quoniam non ſolùm res vna, ſed plures introitũ regni cœleſtis nobis impediunt. Væ nobis. Arctiſsima eſt porta cœli, atq; ab oculis noſtris abſcõdita: nec hoc ſufficit, ſed ſubinde tot nos coarctant res, ne ingrediamur per illam, mundus, caro, res familiaris, vxor, conſanguinei, fratres, imò & lapides ipſi videntur inſurgere cõtra nos, cùm Deũ quærere nitimur. Ecce quot emulos Maria Magdalena habuit, cùm Dominũ ſequi decreuit. Simõ leproſus, Iudas qui fuit pditor, imò & alij diſcipuli cõtra eã inſurgũt, ſoror eius Martha querelas aduerſùs eam fundebat ad Dominũ: omnes homines videtur cõſpiraſſe cõtra eum qui Deum quærere cœpit. Quid ergo facies? Nimirum quòd illi viri fecerunt, declinauerũt à turba quæ introitum ad Chriſtum impediebat, & aſcẽdebant ſuper tectum, ibiq; aperto foramine illum ſtatuerunt ante Dominum Ieſum. Sic tu à mundi turba atq; confuſione declina, terga verte, circuitus quære, aſcende tecta, vt inuenire poſsis quem quærit anima tua. Sic enim & Deus cùm filijs Iſraël fecit, non via recta eos duxit ad terram illam optimam fluentem lac & mel, ne vidẽtes aduerſum ſe bella inſurgere, exercitus parari, Gigantes armatos occurrere pauidi cederent, nec auderent contra eos pugnare: ſed callidè circumduxit eos per deſertum quadraginta annis, vt beneficijs Dei aſſuefacti, plus deinde in eius auxilio cõfiderent. Oportet circuitus quærere aliquandò, & à ſeculi aſpectu auertere oculos, vt periculoſos tranſitus euitare poſsimus: malorum conuictum declinare debes, ne tibi ingreſſum cœlorum impediant: hî enim ſunt Gigantes illi procèræ ſtaturæ, qui tibi metum in via ingerunt, ne audeas tranſire per illam ad Deũ. Vnde Dominus per Prophetam clamat. O, o, o, fugite à facie Aquilonis. Ola, ola, ola. Ter nos vociferando admonet, vt peſsimorũ cõfortia deuitemꝰ, & aſcẽdere adalta; quoniã Deꝰ in altis habitat. Vnde Eſai. 2. dicitur: Venite, aſcẽdamus ad mõtẽ Dñi. Aſcendere debemus, vt inueniamꝰ Deũ. Zacheus publicanus puſillus ſtatura erat, quare vt Chriſtũ Dominũ videret aſcẽdit ſuper ſicomorũ, & vidit illũ tam feliciſ hora, vt ex illa ſe Chriſtus conuiuam exhibuerit, illi, & domui eius ſalus æterna peruenerit, atq; deinde dimidiũ bonorũ ſuorũ pauparibus diſtribuebat, & ſi quòd alienũ defraudauerat, ſeptuplum reddidit. Oportet quippe ſuper carnẽ hãc inſanam, ſicut erat ficus ſuper quam aſcendit Zacheus, aſcendere eã cõculcando, & ſuper tecta vana huius mundi, ea ſpernendo; vt ſic ſubleuata anima ſuper omnia creata, Deum ac creatorem cernere valeat, & eius ęternam benedictionem accipere. Aues & piſces, licet à principio ex aquis creauerit Deus, diuerſum tamen refugium vtraquè quærunt: piſces enim in profundum deſcendunt, vt ſe à tempeſtate, vel à piſcatoribus tueantur: aues autem in altum volant, vt aucupes fugiant, vel accipitrem euadant; ſic boni & mali, è terra vterquè genus ducunt, nihilominus diuerſa refugia quærunt. Peſsimi enim homines in terra auxilia petunt, diuitijs atquè potentijs confidentes; habent enim fiduciam in vmbra Ægypti. Vnde ad eos Dominus per Eſaiam dicit cap. 30. Vę qui ambulatis vt deſcendatis in Ægypto, habẽtes fiduciam in vmbra Ægypti: ad muadum enim recurrere, deſcendere eſt. Quare Dominus præcipit Iſaac ne deſcenderet in Ægyptum; nec enim vult Deus, vt in mũdo auxilia queras, ad quẽ accedere, deſcẽdere eſt, ſed in Deo ad quẽ appinquãdo aſcendis; & ideò iuſti quaſi aues ad Deũ volant ad petendum axilium. Hoc enim cõſilium nobis tribuit Sapiens dicens: Eruere quaſi damula de manu, & quaſi auis de inſidijs aucupis. Damula quippe ad montes aſcẽdit venatorẽ fugiẽs, & auis alta petit volãdo de manu aucupis. Vnde & Pſal. Montes excelſi ceruis; & ideò ait alibi. Leuaui oculos meos in mõtes, vnde veniet auxiliũ mihi: axiliũ meũ à Dño, &c. Altos pete mõtes, in altũ cogitationes tuas ſubleua, tecta aſcẽde, ſuper tegulas auxilia inuenies. Submiſerunt illum per tegulas: quoniam Dominus non habebat duplicata tecta, ſicut habent palatia diuitum, ſed ſimplex tectum duntaxat, vt domus pauperum habere ſolent: nec enim Deus duplicitatẽ in cordibus vel indomibus ſuorum vult.

Exodi. 13.

1. Regũ. 2.

Matth. 15

Lucæ. 6.

Zachar. 2

Eſaiæ. 2.

Lucæ. 19.

Simile.

Geneſ. 1.

Lucæ. 7.

Eſaiæ. 30.

Geneſis.

Prouer. 6.

Pſal. 103.

Pſal. 47.

Videns autẽ Ieſus fidẽ illorũ. Quãtum apud Deũ fides ppria valet, cùm tantũ potuerit aliena? Fidẽ quidẽ habebat paralyticus iſte, ſed fortè ita tenuẽ vt vix ſufficeret ad cõſequendã ſalutẽ: ſed adiuncta & comitata cũ fide baiulorũ, ſoſpitatẽ cõſequuta eſt: bonorũ quippe fides corã Deo tãtũ valet, vt propter illos, & malos ſuſtineat, & bonis bona multiplicet. Quoties in Scriptura Dñs cõminabatur exitium regibus Iuda, qui pecatores erant, niſi propter Dauid ſeruum ſuum cuius filij erãt detinerẽtur? Reuereatur enim Deus amicos ſuos, vt propter nomen eorũ etiam filijs parcat peccatoribꝰ. Sic & populi Iſraël propter Abraham, Iſaac, & Iacob, miſertus eſt Deus. Quare multum eſtimãdi ſunt boni amici, maximaquè diligentia acquirendi & conſeruandi. Memini me legiſſe de quodam amico Regis Darij, qui dicebatur Zopyrus, hoc ſtratagema pro rege feciſſe. Ciuitas Babylonica rebellauit cõtra Regẽ Dariũ, Zopyrus amicus Regis ſibi ipſi præcidit aures & nares, & fugit ad Babylonem fingens ſe à Rege talem iniuriam accepiſſe: crediderunt illi viri Babylonij, & eum magiſtratum ſuper ciuitatem conſtituerunt, qui ita prudenter ſe geſsit, vt ciuitatem illam in poteſtatem Regis redigeret. Deinde cum quodã die alter ex amicis Regis aperiret malum punicum corã Rege, interrogauit Regem, qualium rerum tantam vellet habere copiam, quantum granorũ in malo illo continebatur: Reſpõdit, Zopyrorũ. Hoc eſt taliũ amicorũ qualis fuit Zopyrus: hos enim Reges, magnates, diuites, quærere deberent amicos, qui honeſta monerent, egregiaquè facinora illis præſtarent, non aſſentatores, aleatores, ſcortatores, helluones, atquè ſimilem hominum ſentinam: hi enim morbos gignunt, alij ſanant. Videns autem IESVS fidem illorum, vt oſtenderet quòd prædeſtinatio iuuatur precibus ſanctorum, hoc eſt ad conſequendum prædeſtinationis effectum, multum valẽt iuſtorum preces. *Confide fili.* Tres virtutes Theologales neceſſarię ſunt ad iuſtificationem impij, Fidei motus eſt primus, ex quo gignitur Spes credendorum, & vltimò Charitas quæ peccatum diluit. *Dimittuntur tibi peccata tua.* Pſalmiſta nomine peccatorum poſtulabat dicens. Non me demergat tempeſtas aquæ, nec abſorbeat me profundum, nec vrgeat ſuper me puteus os ſuum. Poſcebat, vel quod non ſineretur in peccato cadere, tamen ſi cecidiſſet, ne in profundum peccatorum veniret, & vel vltimo ne occluderetur os putei ſuper illum: hoc eſt, ne ianua diuinę miſericordiæ, clauderetur illi, vt omnino deſperaret remediũ. Quod huic in firmo euenit cũ illi dicitur, *Confide fili*, nõ deſpõdeas animũ, remittũtur tibi peccata, quod eſt propriũ Dei, vt iſti phariſęi intra ſe dicebãt. *Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus?* Quoniam in vniuerſa natura non ſunt vires ad remittendum peccata, nec iſta poteſtas eſt niſi in ſolo Deo, aut in his quibus ipſe communicare voluit. Quod in primis parentibus adumbratum eſt, qui poſt peccatum folijs ficus voluerunt ſuam tegere nuditatem, non tamen potuerũt, ſed Deus illis fecit tunicas pelliceas quibus calefierent: nam calor naturalis nõ ſufficit ad calefaciendam animam, nec ad operiendam turpidinẽ peccati: quare dolor naturalis de peccato nõ ſufficit ad iuſtificationẽ. Oportet ergo quod Deꝰ pellibus pœnitẽtiæ atquè charitatis nos tegat, vt tali calore frigiditas peccati euaneſcat, & turpitudo eius tegatur, ſecundùm illud Sapientis. Vniuerſa delicta operit charitas. Dicebant ergo phariſæi in cordibus ſuis. *Hic blaſphemat.*

Pſal. 77.

Pſal. 88.

Pſal. 131.

Virtute Theologales neceſſariæ ad iuſtificationem impij.

Pſalm. 8.

Geneſis. 3.

Prouer. 10.

Blasphemia prout hic ſumitur, eſt cùm quis id quod Deo conuenit tribuit creaturę, aut è contra: & quia dimittere peccata eſt ſolius Dei, ſecundùm illud: Ego ſum qui deleo
Eſaie. 43 peccata tua; ideò blasphemũ dicebãt Chriſtũ, exiſtimãtes id ſibi ad ſcribere, quod ſolius Dei erat. In cordibus ſuis hęc dixerũt:
D. Gregor. nã vt diuus Grego. docet, hoc eſt ſingulare peccatori, & precipuè hypocritis, vt etiãſi malum corde conceperint, celent tamen il-
Iob. 20. lud in verbis. Nã & Iob ait: Cùm enim fuerit dulce malum in ore eius, abſcondit illud
D. Gregor. ſub lingua ſua. Os hypocritæ, ait Gegorius, cor eius eſt, quo loquitur ſibi, & cùm in corde dulce fuerit malum, hoc eſt, approbauerit illud; tamen ſub lingua abſcondit illud, non enim audet illud verbis detegere; ne
Pſalm. 11. comprehendatur in illud. Vnde & Pſalmiſta dicit, Labia doloſa in corde, & corde loquuti ſunt. In corde, & corde ait, hoc eſt, in duplicitate cordis. Cor ipſum duplicat atq; implicat malus, ne ab alijs deprehendatur: ſed in corde duplicato, non ſemel iniquitatem approbat. Diſſimulãt ergo mala ne deprehendantur in illis. Vnde & ipſe Iob ait. Parcet illi & non derelinquet, & in gutture
Iob. 20. ſuo celabit illud. Parcit malitiæ pecator & hypocrita: quoniam nec puniunt eam, nec corrigunt aut emendant, ſed in gutture ſuo illam celant, vbi eis ſapit & approbatur, nẽpe in corde, quod eſt guttur animæ, ibi tegunt eam: ſic iſti phariſæi in ore cordiũ ſuorum Deum blasphemauerunt, non tamen verbis exorare auſi ſunt, ne deprehenderẽtur in malitia ſua. Sed quid illis profuit aſtutia ipſorum, cùm ante oculos illius ſtarẽt,
Prou. 20. cui nihil abſconditum aut occultũ eſt? Lynceos enim oculos habet Chriſtus, qui inueſtigat ſecretiora ventris. *Ieſus autem vt vidit*
Hiere. 17. *cogitationes eorum*. Proprium Dei eſt ſolus cogitationes videre ſecundùm illud: Prauũ eſt cor hominis & inſcrutabile, & quis cognoſcet illud? Ego Dominus ſcrutans renes & corda. Et ratio huius eſt: quoniã reuelatio cogitationis à voluntate dependet, ipſa enim vel abſcondit, vel manifeſtat eã: voluntas autẽ nulli ſubeſt niſi ſoli Deo (eſt enim potentia libera, nec corporalibus, nec ſpiritualibus ſubiecta, niſi ſoli Deo, quoniã boni vniuerſalis capax eſt, quod ſolus Deus eſt.) Cũ ergo clauis cogitationũ ſit voluntas, & hãc nullꝰ habeat in manu niſi ſolus Deꝰ,
Prouer. 21. ſecundũ illud Prouerb. Sicut diuiſiones aquarũ, ita & cor regis in manu Domini, id eſt, hominis, qui eſt rex ſuper alias creaturas; Vel eſt argumẽtum à maiori; ſi enim cor regis, qui nulli ſubditur eſt in manu Domini; quantò magis corda ſubditorum? Vnde ſubdit. Quocũq; voluerit inclinabit illud. Cùm, inquam, hęc clauis cogitationũ, quæ eſt voluntas, ſit in manu ſolius Dei; hinc fit quòd ſolus ipſe cognoſcere poterit cogitationes. Verum eſt quòd creatura ex aliquibus cõiecturis poterit cognoſcere cogitationes aliorum, vel ſaltem coniectutare de illis; nam homines ſapientes videmus penè cogitata noſtra penetrare, ſecũdũ illã Sapientis ſententiam quæ dicit. Quomodò in aqua reſ- Prouer. 27
plendent vultus proſpicientium ſe, ſic corda hominum manifeſta ſunt ſapientibus. Nam ſicut per reflexionem ſpecierum in aqua, vel in ſpeculo, aut in alio corpore diaphano videmus faciẽ eius qui ibi adeſt, etiamſi in ſe ipſa faciem illam non videamus; ſic per reflexionem quam facit res intus concepta ad exteriora, poſſumus illam aliqualiter deprehendere, nam res concipitur ab exterioribus rebus, quæ per ſenſus concipiũtur, & iterum ad eadem exteriora reflectuntur, & ibi aliquo ſigno reſplendet cogitatio, etiam ſi in ſe ipſa non videatur. Quemadmodùm Salomon, per illam commotionem viſcerũ, 3. Reg. c. 3.
atq; teneritudinem quam oſtendit vera mater de filio ſuo, non patiens illum ſcindi, intellexit veritatem intus exiſtentem, quòd illa eſſet vera mater, & malitiam alterius quæ non erat mater eius. Igitur ſi homo rudis id poteſt, quãtô magis Angelus qui multo acutioris ingenij eſt, id valebit? Maximè quia Angelus poteſt videre phantaſiam & imaginatiuam hominis: quia hę potẽtię corporales ſunt, atq; ideò ſubſunt ſpiritibus, & ibi ſolent oriri intellectuales cogitationes, cum omnis noſtra cognitio originẽ trahat à ſenſibus. Nihilominus etiã ſi hęc vera ſunt, tamen ipſas cogitationes directè & in ſe ipſis ſolus Deus videre poteſt: quare in hac actione ſe manifeſtauit eſſe Deum. *Et dixit eis. Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris?* Similiꝰ
Malitiam eorum ob oculos poſuit, & interfecit peſsimas cogitationes eorum. De aquila fertur, quòd ad dignoſcendum filios ſuos, eorũ oculos ad radios Solis ponit, & quem videt fortiter radios Solis aſpicere abſq; eo quod cæcutiat, tanquam veram prolem ſuã nutrit ac fouet; verùm illos quorum oculos cernit ad radios cęcutire, tanquam adulterinam ſobolem necat, & à nido ſuo prępcipitat. Sic anima facere debet cùm cogitationibus, Eas quæ Deum & cœleſtia reſpiciunt,

cipiunt, tanquam veros filios nutriat & foueat: nam filij Dei ſunt, Quoniam cogita-
Pſal. 75. tio hominis, ait Pſalmiſta, confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi: hoc eſt, tanquam veri filij coram patre exultabunt, & feſta peragent. Et alibi: Ipſi præparantur cogitationes. Et Iob dicebat:
Iob. 16. Ad Deum ſtillat oculus meus: id eſt, cogitatio mea. Cœterũ illas quas videris ad radios Solis cęcutire, nec directè ad Deum tẽdere, ſed terrena atque carnalia reſpicere; tanquã adulterinas perimè: ſic enim ait Pſalmiſta.
Pſal. 136. Beatus qui tenebit, & allidet paruulos ſuos ad petrã: Hoc eſt, Beatꝰ ille qui ab ipſo exordio cogitationes ſuas circũſpicit quales ſint, & eas quas cognouerit malas, cõfeſtim allidit & interficit eas. Cũ ergo horũ phariſeorum cogitationes adulterinas eſſe videret, tortaſq; ac deflectentes ad malum; ſtatim eas in terrumpit dicens. *Vt quid cogitatis mala. &c. Vt autẽ ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico, Surge tolle lectum tuum & vade in domum tuam. Et ſurrexit & abijt in domum ſuam*. Ac ſi diceret. Per hoc opus agnoſcere poteſtis quis ſim; nam miracula Chriſti oſtẽdebant ipſum eſſe verum
Similes. Deum, vt ſtatim videbimus. Cognouit Protogenes Appellis manum in duabus delicatiſsimis lineis, quas ſtylo accepto ſuper tabulã duxit: quantò magis delicatiſsima manus ſummi artificis cognoſci poterat per hęc miracula? Delicatiſsima linea, hominẽ ęgrotum ſolo verbo extemplò curare: delicatior, peccata dimittere, occultas cogitationes videre. Vnde accepit omnes timor, hoc eſt admiratio. Timor quidam reuerentia plenꝰ, qualis eſt ille quem cœlicolæ corã Deo habent. Sicut enim per timores præſentis mali colliguntur ſpiritus, & ſanguis refugit ad cor, tanquam imminens malum fugientes: ſic ex cõſideratione Dei maieſtatis, homines in ſe ipſis cõſtringuntur ac humiliãtur, quaſi fugiẽtes tantam maieſtatem, confitentes ſe illam non poſſe capere. Vnde &
In præfationibus. Eccleſia in præfationibus canit. Maieſtatẽ tuam adorant dominationes, tremunt poteſtates. Et in hoc ſenſu ante faciem eius dicitur fugere cœlum: nam & ante regiã hominis poteſtatem homines quaſi trementes aſsiſtere ſolent.
Alia moralitas. Iterum ſuper hoc Euangelium conſidera, duo habuiſſe impedimenta infirmum iſtũ ne accedere poſſet ad Deum: & turbã multam gentium, & tectum quod cooperiebat Chriſtum. Primum impedimentum euaſerunt declinantes à turba: ſecundum aperiẽtes feneſtram qua ingrederentur ad Chriſtum. Sic duę ſunt res quę nos impediunt introitum ad Deum, inquietudo, ſollicitudo, turba ac ſtrepitus mundi huius, & curę familiaris coarctatio, quæ videtur nobis tegere cœlũ: primũ fugiamus relinquẽdo mũdũ, ſecũdũ aperiẽdo feneſtrã in anima nr̃a, qua & nos cœlũ & viciſsim cœlũ nos reſpicere valeat. De primo ſcito quòd Deus delitias ſuas non oſtendit his qui in mũdi ſtrepitu ac inquietudine verſantur: nam & Mãna nõ tribuit Deus filijs Iſrael niſi in deſerto, cùm iam reliquiſſent Ægyptum, & poſtquam ciuitates terræ ad quas pergebãt attigerunt, ceſſauit: quoniam illis duntaxat qui à mundo declinant, dulcedinem ſuã cõmunicat Deꝰ. Quòd ſi iterum mũdo te im-
Oſea. 2. miſcueris, auertetur etiam à te. Et per Prophetam Oſeam. cap. 2. dicit: Ducam eam in ſolitudine & loquar ad cor eius. Hebraica phraſis eſt. Loqui ad cor eſt blandè allo-
Geneſ. 34. qui aliquem, & ea quæ ei ſuauia ſunt & placida, in aurẽ dicere. Sicut Abimelech poſtquã abuſus eſt Dina filia Iacob, loquutꝰ eſt ad cor eius, vt deliniret eam: hoc eſt, blanda & placentia verba ei dixit. In ſolitudine ergo has delitias animę ſibi charitate coniunctæ communicat Deus. Sed dices. Quomodò ego poſſum mundum relinquere, aut ab eo abſtrahi? Me quęrunt gentes, illas in vicis offendo, neceſſaria multa habeo cum illis communicare, quid faciam? Fateor difficile eſſe in mundo eſſe, & cum mundo non conuerſari: tamen non tibi hominum omnẽ
2. Thim. 2. conuictum interdicere volo, ſed peſsimorũ
1. Cor. 15. tantùm ac ſceleratorum; quorum ſermo vt cancer ſerpit, & quorũ praua colloquia cor-
2. Theſſ. 3. rumpunt bonos mores, iuxta illã Pauli ſententiam. 2. Theſſa. 3. Denũcio vobis, fratres, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt abſtineatis vos ab omni fratre inordinatè ambulãte, & non ſecundum traditionem quã accepiſtis à nobis: quoniam hi diuerſa pergunt via. Tu aſcendis, ipſi deſcendunt. Quomodô hos contrarios motus cũ illis per-
Proverb. 1. ficere poteris. Sume potius cõſilium Sapiẽtis: Fili mi, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à ſemitis eorum: pedes enim illorum ad malum currunt, & feſtinant vt ef-
Geneſ. 27. fundant ſanguinem. Quare Iacob fugit à facie fratris ſui Eſau, & Dauid ſemper fugiebat Saulẽ: quoniã ſciebant periculoſam eſſe peccatorum familiaritatem, maximè his

tēporibus, in quibus ſeductores & falſorum dogmatū ſeminatores abundāt; Sunt enim
2. Cor. 11. operarij ſubdoli ait Paulus, qui transfigurant ſe in Apoſtolos, veritatis, quos maximè euitare debemus. Poſt hos detractores abominandi ſunt, & à tuis foribus deterrendi;
D. Bernā. nam D. Bernardus dicit ſe non audere definire, quid grauius ſit, aut alienæ famæ detrahere, aut detractorem audire: & deniq; omnes peccatores qui tibi ſcādalū eſſe poſſunt, declinare debes, & ſic primum effugies impedimētum. Secundum impedimentum eſt propria domus, rei familiaris & domeſticorum cura, quæ ſic animos conſtringere ſolet, vt nec cœlum reſpicere aut memorari poſsimus: quare oportet feneſtrā aperire, aliquam diei particulam à domeſticis negotijs quaſi furatam accipere, vt in ea Dei recordemur, & animæ noſtræ negotijs incūbamus, ne tectum domus lumen nobis cœli impediat, & in tenebris tanquam Ægyptij
Ezech. 40 maneamus. Ezechiel totum templum Domini vidit plenum feneſtris. Anima in qua Deus habitare debet aperta debet eſſe ad cœlum, vt lumen eius ac ſplendorem accipiat, ſimulq; ſuperno rore perfundatur. Cū omnes mortales in ſeruitio Darij Regis occuparentur, ita vt nullus Dei reminiſceretur, ſed ad Regem etiam pro ſalute petenda adirent, tunc Daniel fœneſtras in domo ſua
Danie. 6. aperuit, per quas ter adorabat Dominum verſùs Ieruſalem: quoniā verus Dei cultor, cùm omnes homines varijs huius mundi curis detinentur, atq; alij Regibus, alij alijs inſeruiāt dominis; ipſe ter in die, primo manè, meridie, & in nocte verſus cœlū aut Eccleſiam, vbi nomen Domini inuocatur aſpiciat, ibiq; ſe, ſuaq; vero Deo commēdet, vel ſaltem ſemel in die id facere totis viribus ſatagat, ne occluſa domus Dei luce non perfruatur. Cùm Dominus Noe cum filijs, & vxo-
Geneſ. 6. ribus filiorum, & tot animalibus in arcā occluſit, & clauſit à foris oſtiū; feneſtram nihilominus in ſuperioribus arcę aperuit, per quam lumen cœli poſſent aſpicere: quoniā quantunuis filijs, filiabus, nuribus, generis, famulis intra domum tuam includaris, ſi oues, boues, equosquè habueris, ita quòd ex omni parte à foris videaris occluſus, vt nullis alijs rebus intendere valeas; ſuperiori tamē parte domus tuæ feneſtram apertan habeas: hoc eſt, aſcēdere animę tuę tecta, ibiq; diuidens curas, & à te aliquando abijciens, cœlum ac cœleſtia circunſpice & tracta, ne tantis curis ſummergaris, ſed cum arca ſuper vndas tamē ſecurus traharis. Ita Abrahā Geneſ. 18
in ipſo feruore diei erat ad fores tabernaculi ſedens, & Angelos Domini meruit tunc hoſpitio recipere. Qui in foribus ſedet, nec totus intra domū, nec tot⁹ extra domū eſt, ſed veluti diuiſus, pars corporis intra, pars extra eſt: ſic tu, ò homo Chriſtiane, nō tot⁹ in proprijs negotijs occuperis, diuide te, & partem Deo, partem proximi tui vtilitatibus tribue, vt ſic Angelos Domini merearis tecum habere, ſic enim, & Iob faciebat. In Iob. 29.
ipſis Regijs negotijs aliorum etiam curā gerebat, vt ipſe dicebat. Cumq; ſederem quaſi rex circunſtante exercitu, eram tamen mœrentium conſolator. Et ſic intelligo ego modò illud quòd Paulus docet, quod qui habent vxores, tanquā nō habentes ſint, & qui vtūtur hoc mūdo, tāquā non vtātur: id 1. Corin. 7.
eſt dicere, quòd aliquādo ſe habeat homo, tāquā qui nec vxorem, nec aliquā curā habet, niſi ſolius Dei, ita quod nec vxores, nec alicuius alterius rei cura ipſum à Dei ſeruitio, & obſeruantia mandatorum eius impediat, ſed tunc tanquam ſi ea non haberet hic ſe gerat. Quare in Lege veteri immūdi erāt
Leuitic. 11 piſces illi, qui ſquāmas, & aliculas non habebant quibus ſuper aquas ſaltare poſsint, quoniam piſces, qui non habent ſquammas ſemper ſubtus aquas ambulāt, nec extra ſaliunt: nam illius anima immunda erit, quæ ſemper curis huius ſeculi ſummerſa, nūquā extra eas ad cœleſtia apperēda & conſideranda ſalit. Has ergo feneſtras in domo tua debes facere, vt per illas Deum videas, & ab eo mutuò videaris; nā his temporibus quibus Deū ſic reſpicis, & ipſe ſuper te oculos Canti. 2.
ſuos ponit, ſicut &, Sponſa dicebat, En ipſe ſtat poſt parietem noſtrū reſpiciens per fenhſtras, proſpiciens per cancellos: hoc eſt, per has apertas feneſtras, per quas anima extra ſe ſalit.

Item ſuper illud, Dimittūtur tibi peccata tua. Aliamo-
Ante quam de ſalute corporis ei verbum faciat, priuſquam & ipſe infirmus peccatorū veniam poſtulet, ipſe Dominus omnia hæc præueniens, atquè præteriens dicit infirmò, *Dimittuntur tibi peccata tua.* Nam vt D.
D. Auguſt. Auguſt. docet tantò odio Deus peccatum proſequitur, quòd ne in creatura ſua videat illud, propter vnā cordis laçrymulam dimittit illud. Quemadmodùm cùm tu alicuius famuli tœdio es affectus, vt illum à te expellas, aliquod illi lucrum, aut beneficium liberaliter tribuis, qua occaſione procul à te remittis. Sic ne peccatum cernat in homine Deus

Deus miſericorditer ac liberaliter illud tā citò ei remittit, vt vix homo dolorem illius cōpleuerit, & iam Deus dicat: Dimittūtur tibi peccata tua; vt Dauid; necdum verbū hoc finierat, peccaui Domino, & quaſi ex ore rapiens Verbum, reſponſum eſt illi. Et Dominus quoq; tranſtulit à te peccatū tuū.
Eſai. 44. Vt Eſai. 44. dicitur. Delebit vt nubem iniquitatem tuam. Nam ſicut virtute radiorū
Simile. Solis nebula citò euaneſcit, vt amplius nec apparet nec exiſtat; ita peccatorum maculæ radijs diuinę miſericordię citò abolentur & fugiunt. *Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus*: quoniam contra ipſum ſolū offenſa facta eſt, quia contra ipſius legem, ſe-
Pſalm. 50. cundùm illud Pſal. 50: Tibi ſoli peccaui, & ideò ſolus ipſe offenſam remittere poteſt cōtra quem & facta eſt. *Et cùm tranſiſſet inde Ieſus, vidit hominem ſedentem in Theloneo, Matthæum nomine, & ait illi, Sequere me, & ſurgens ſequutus eſt eum.* Statim poſt curatio
Marci. 2. nem paralytici, ait Lucas, fuiſſe vocationē iſtam cùm pergeret ad mare, vt ait Marcus, ibi enim conueniebat Dominus Ieſus: quoniam frequens erat cōcurſus populi ad mare cui volebat prædicare. Vnde in via erat locus vbi ſedebāt qui vectigalia exigebant, vel potiùs iuxtà mare ſedebant: quoniam ibi à præternauigantibus aut applicātibus vectigalia exigūtur, & Marcus id videtur innuere, cùm prius conceſsionem Chriſti ad mare explicuiſſet, & terræ ſanctæ ſcrutatores dicunt, extra Capharnaum, circa mare demonſtrari locum vnde vocatus ſit Mat-
Theloneū quid. theus. Theloneum autem dictio Greca eſt, ſignificans, vel menſam vbi numerātur vectigalia, vel ipſam domū, aut locū in quo ſedent ipſi publicani, hoc eſt, publicorum vectigalium exactores. Quod officium infame habebatur in illo populo, vt eſſent ex eis qui ab ipſis qui liberos ſe eſſe exiſtimabāt, vt pote filij Abrahę, & tyrānicè ſe oppreſſos à Romanis putabant, pro illis vectigalia exigerent: & quoniam ſemper vitioſa cupiditas in his ſe immiſcere ſolet. Alij autē Euangeliſtę ipſum Leui vocant, ipſe autē ſe Matthęū vocat ac nominat, quoniā erat binomius, quod frequēs tūc erat. Vel fortè dicebatur Leui, & Dñs illi mutauit nomen, vt cum alijs fecit: nec enim facilè eſt inuenire quoſdā binomios in Scriptura, niſi ferè per mutationem nominis primi, aut per expreſsionem eiuſdē nominis per alteriùs linguę nomen idem ſignificans, quomodò Cephas Petrus dicitur; atq; adeò videtur potiùs Marcus, & Lucas, Matthęū Leui vocaſſe, quòd eo tunc apellaretur nomine, cùm à
D. Hiero. Domino vocatus eſt, &c. Vel vt dicit Hieronymus, alij Euangeliſtę propter honorē Matthęi noluerunt eū nomine vulgato appellare, Matthęum verò vulgatum ſuum nomen expreſsiſſe, vt Dei in ſe benignitatem declararet, ac legentibus oſtenderet nullū debere de ſalute ſua deſperare, cum ipſe de publicano repentè factus ſit Apoſtolus. Vnde & cùm Apoſtolorum Cathalogum recenſeret, nomen publicani adijcit dicens. Et Matthęus publicanus.

Miraculum grande nobis enarrat Matthęus, in quo maximè Dei potentia, ſapiētia atq; pietas reſplēdet, vt repente ex theloneo, & tributorum exactore ipſum in Apoſtolum ſuum mutauerit, & vnus ex duo-
Moralitas decim conſiliarijs ſuis effectus ſit. Hęc mutatio certè dexterę Excelſi eſt. Cecropem à priſcis biformem fuiſſe legimus (vt ſcribit
Plutarch. Plutarchus, de his qui ſerò à numine puniūtur) nō quòd è bono rege ad inſtar draconis immanis euaſerit, ſed cōtra quòd peruerſus à initio & terribilis, poſtmodū benignè humaniterq; imperauerit. Hoc velut exemplo Plutarchus elicit, Deum ſerò punire, vt locum pœnitentiæ tribuat, & quandoq; non principū modò, ſed & aliorū mores in melius diuino quodam inſtinctu commutari. Hoc etſi à gētili dictum eſt, non tamen lōgè à veritate: vt enim feritas deformauit Cecropem, ita vitia nos in aliam naturam trasferūt, adeò nos ipſos homines eſſe obliuiſcimur. Deus autem vitium purgat, vt nos ad humanam faciem reuocet: eapropter patienter agit pro nobis nolens aliquem perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Quod in Matthęo cernere licet, quē biformem fuiſſe, vt Cecropē poſſumus dicere: nā qui prius fuit publicanus & lucri temporalis cupidus, in Apoſtolū Chriſti conuerſus eſt: vt qui prius tributorum librum ſcribebat, nunc Generationis librum ſua manu exaratum nobis relinquat. Tranſiens ergo inde Ieſus verſùs mare vidit hominem ſed entem
D. Dionyſ. ad theloneū, Matthęum nomine. Amor diuin⁹, ait Dionyſius, ipſum Deū extra ſe facit, vt quaſi ſua oblitus noſtra curet, & noſtros deambulet vicos, atq; plateas pertranſeat, circumeatq; domos tanquam ardentiſſimus noſter amator, vt nos viciſsim ad amorem ſuum alliciat. Sic enim & amatores mulierum facere ſolent, vt eas ad ſe trahāt. Vndè & Spōſa dicit: En dilectus mę⁹ venit,

ſaliēs

Cantic. 2. ſaliens in montibus, tranſiliens colles ſimilis capreę hinnuloq; ceruorum. Velociter
venientem ad ſe vidit eum Sponſa, omnia
tranſilientem, Crucem, & Caluariæ montē
mariaq; tranſmeantem, & circumeuntem,
vt ad ſe pelliceret hominem. Sicut & modò
in ſacro ſancto Euchariſtiæ Sacramēto pla
teas, vicos, domos noſtras perambulat, qua
ſi ouem errantē quærens, vt ad caulas deducat. Iuxtà mare etiam Matthæum quærit:
vt quoniam alios Apoſtolos Petrum, & Andream, ex conchis maris tanquam gemmas
eduxit; ſic & cū Matthæo ſe haberet, ex pro-
Prouer. 15 celloſo ſeculo eū ad ſe trahēs, vt vna ex duo
decim gemmis, ex quibus & fundamenta, &
muri ciuitatis Hieruſalem conſtare debebant, fieret. *Vidit hominem. &c.* Oculi Domini in omni loco contemplantur bonos &
malos. Tamen hæc viſio non ſolùm exteriorib⁹ oculis fuit facta, quibus etiam, & rebelles Phariſæos cernebat, ſed potius illis
ſecretioribus oculis de quibus ſcriptum eſt
Eccleſi. 12 Eccleſiaſt. 12. Facilè eſt in oculis Domini ſu
bitò honeſtare pauperem. Oculi Domini
ſunt illi quos vidit Zacharias ſuper lapidem
vnum, nempè illi ſeptem ſpiritus, de quibus
ſcriptum eſt: Et requieſcet ſuper eum Spiri
Zachar. 3. tus Domini: Spiritus conſilij, fortitudinis,
Spiritus ſcientię & pietatis, & replebit eum
Eſai. 11. Spiritus timoris Domini. Itaq; Deum aſpice
re, eſt hos ſpiritus exercere in aliosquè trās
fundere, vt & ipſi habeant. Hi enim ſunt
Math. 2. 7 oculi quibus reſpexit Petrum ſe pertinaci
ter negantem, quibus eum repleuit Spiritu
timoris Domini, quo compunctus egreſſus
foras fleuit amarè. Vnde hæc Domini circunſpectio, fuit ſuæ gratiæ præuentio, qua
Simile. ipſum à ſomno vitiorum expergiſci fecit;
quemadmodùm cùm quis dormit, alius eum
Exech. 16. aſpicit atq; ſuſcitat à ſomno. Tranſiens ergo
per illū hoc fecit Chriſtus. Vnde & per Eze
chielem dixerat Dominus: Tranſiens per
te, vidi te conculcari in ſanguine tuo, & dixi
tibi cùm eſſes in ſanguine tuo; Viue, dixi, in
quam, tibi in ſanguine tuo, Viue. Quoniam
per ſanguinem peccata intelligi familiare
Pſalm. 54 eſt in Scriptura; nam & peccatores viri ſan
guinum in illa vocantur. Viri ſanguinum,
& doloſi non dimidiabūt dies ſuos. Cùm ergo Matthæus in ipſis eſſet peccatis, tranſi ēs
per illum, vidit illum, & in ſanguine peccatorum conculcatum, ad vitam gratię ſuſcitauit: vt intelligamus has diuinas aſpirationes,
quaſi repentè, & ex tranſitu nobis aduenire, cùm peccator minus de illis cogitabat,
cum plus otio torperet, ac vitijs, & voluptatibus indulgeret, repentè ianuas cordis eius
pulſat Deus: quòd ſi non ſurrexeris, & aperueris ei, tranſibit, & declinabit à te, vt cum
Cantic. 5 Sponſa contigit illi. Cant. 5. Quoniā in hac
vita quaſi tranſiens nos viſitat Deus, nam &
Moyſi dixit, quòd illum videret cùm tranſiret gloria eius. Et Helias ad oſtium ſpelun
cę vidit eum tranſeuntē: ideò, Trāſi hoſpes,
& orna menſam, ait Sapiens: ſi Deus veluti Eccleſ. 29
hoſpes, per te tranſit, ornatā habe menſam
mentis tuæ, qua refocilletur talis hoſpes, vel
cubiculum in ea illi facies vbi recumbat, ſicut mulier illa fecit cum Heliſeo. Vidit homi-
4. Reg. 4 nem ſedentē. &c. Oculi Domini in pau-
Pſalm. 6. peres reſpiciūt, dicit Pſalmiſta, & oculi Do
Pſalm. 33. mini ſuper iuſtos. Quomodò ergo hunc diuitem & pecatorem reſpexit? Noli velle iudicare, ſi non vis errare: nam cuius vult miſe
retur, & quem vult indurat. Et vt oſtēderet
Roman 9. ſuam libertatem in electione prædeſtinatorū, hos eligit in vaſa miſericordiæ, vt in il-
Roman. 11 lis eam oſtendat, & illos deſtinat in vaſa irę,
vt in eis iuſtitiam ſuam manifeſtet. O altitudo diuitiarum Sapientiæ, & Sciētiæ Dei,
quàm incomprehēſibilia ſunt iudicia eius,
& inueſtigabiles viæ eius: & peccatores expectat, vt parcendo illis miſerentis ſibi no-
men acquirat, ſecundùm illud. Eſai. Propte Eſai. 30.
rea expectat Dominus vt miſereatur, &
exultabitur parcens vobis. *Hominem.* Hoc
nomine ſolet Scriptura peccatores notare,
vt qui ſecundùm id quod ex humo ac terra
habent viuant. Vnde Paulus: Cùm ſit inter 1. Corin. 3.
vos zelus & contētio, non ne carnales eſtis,
& ſecundùm hominem ambulatis? *Sedentē,*
Periculoſa res in peccato ſedere, in illoquè
quietā vitam agere: hoc enim eſt ſedere in
Cathedra peſtilētię; hi enim ſunt qui ſinè tī
more aut verecundia peccant, ex quibus erat
Mattheus, qui veluti authoritate publica aliena rapiabat, vt modo faciunt ſcribæ, &
procuratores. Hunc ergo ad ſe traxit Do-
minus: quod maximè mirabatur Iob, cū di- Iob. 28.
cebat: Ferrum de terra tollitur, & lapis reſo
lutus calore in æs vertitur. Per ferrum, hos
viros fortes, quos elegit Dominus ad debellandum mūdum, & feriendos mortales ego
intelligo, quos ex terra ipſa, ex fece, ex quiſ
quilijs terræ duxit, & eos in gladios Verbi
ſui conflauit. Ecce Matthæum, antea terrenis cupiditatibus incūbentem prædicatorē,
& Euangeliſtam ſuum factum, qui gladio
ferreo Verbi Dei vniuerſum orbem debellauit. Et lapis reſolutus calore, in æs vertitur:

tur: quoniam charitatis ardore ſuccēſus, du
ritiem cordis in ſonorum æs, hoc eſt, in Euā
gelij prædicatione conuertit. Ad ſilicem ex
tendit manum ſuam, ſubuertit à radicibus
montes. Ex his duris ſilicibus ignem ſui ver
bi, ac Euangelij eduxit, quo ſuperbos om-
nes radicitus humiliauit, & ſibi ſubditos fe-
cit. In petris riuos excidit, & omne pretio-
Luca. 7. ſum videt oculus eius: quoniam peccatores
vt petrā duriſimos, ità deliniuit, vt in fletus
reſoluti riuos lachrymarum effuderint, vt in
Actor. 9. Magdalena viſum eſt. Et omne pretioſum
videt oculus eius: ipſe enim nouit hominum
corda, & quid in quolibet lateat agnoſcet:
ac proinde, ſicut in Paulo vas electionis eſſe
futurum præuidit, ità in Matthæo Euange-
Origenes. lij ſui theſaurum latere cognouit. Vnde Ori
gen. in præfatio. Epiſto. ad Roman. ait: In
hac miniſtrorum electione non ſequitur opi
nionem vulgi, ſed ſuum ipſius conſilium, etiā
præter omnium ſententiam. Quis enim nō
putaret facturum ad gloriam regni Chriſti,
ſi glorioſos, magnos, nobiles, potentes, & ſa
pientes elegiſſet? An non huius mundi con
ſiliarij ſuaſiſſent vocare Annam, Caypham,
& reliquos magnates huius populi? exiſti-
mātes hinc promoueri negotium poſſe. Sic
Saul cùm quereret regni ſui promotionem;
vſus eſte hoc conſilio: ſi quem videbat vi-
1. Reg. 14. rum fortem, & eximium, hunc ſibi deligebat. 1. Regum. 14. Nimirum humanis viribus agebantur omnia. At verò Chriſtus lōgè diſparato modo, non ſapientes, nō Scribas, non Phariſæos, ſed homines ſimplices, & idiotas elegit. Totū em Euangelicū negotiū diuinis viribus regebat. Itaq; nequid hic humanū futurum arbitraremur, pręterhomi
num expectationem, aſciuit pauperes piſca
tores, hunc etiam publicanum. Faciebat de-
mum & hæc iſtius electio ad peccatorum
conſolationem, nè fortè quis deſperet, ſed
omnes bono animo ſint, cùm ex his quaſi è
ſtercore ſibi pręcipuos aſſumpſerit Mat-
thæum, & Paulum. Hæc autem Apoſtolorū
Beda. in diuerſis temporibus vocatio, vt docet Be
da, oſtendit ſapientiam, ac diſpoſitionē Dei
in ſuis operibus, qui diuerſis horis ac tempo
ribus videtur exire ad conducendos opera-
rios in vineam ſuam. *Et ſurgēs ſequutus eſt eū.*
Porphirius Iulianus. Non hoc leuitati atribuēdum eſt, vt Porphi
rius, & Iulianus Cęſar blaſphemāt: nā prius
multa miracula viderat, eius doctrinam au-
dierat, ex quibus colligere poterat abſq; cun
ctatione ſequendum fore. Vnde dicit Gloſ-
Gloſ. ſa, quòd fulgor Diuinitatis occultę, quæ hu
mana in facie Chriſti relucebat, extemplò
ad ſe videntes trahere poterat aſpectu. Sicut
vis in magnete lapide eſſe dicitur, quæ anu-
los, ſtipulas, & ferrum ſibi copulet, quanto
magis creaturarū Dominus ad ſe trahere po
terat quos volebat? Vnde & Sponſa dicit:
Vnguentum effuſum nomen tuum. In om- Cant. 1.
nibus quippè creaturis odor Dei diffuſus eſt:
nam & de Sapientia diuina dicitur, quod ef-
fudit illam ſuper omnia opera ſua, ità quòd Eccleſ. 2.
quælibet creatura aliquem odorem Dei in
ſe habet, ex hoc quòd Deus per illas tranſi
tum fecit. Quemadmodùm loca, & vaſa per
quæ vnguentum odoriferum, aut ambar per Simile.
tranſit, odorem illum referunt. Quare & ip
ſæ creaturæ nos ducunt ad Deum. *Por el raſtro del olor.* Sicut & canis per odorem ſequī
tur leporem, quæ fortè per illam viam tranſiuit. Quanto magis Chriſtus Dominus cu-
ius opera, verba, geſtus, inceſſus, Diuinitatē
olebāt, poterat omnes tali ad ſe trahere odo
re. Vnde & Sponſa dicit: Trahe me poſt te, Cant. 1.
curremus in odorem vnguentorum tuorū:
nam quia fimbria veſtimenti eius odorem
diuinitatis ex ſe emittebat, illam tangēs mu
lier Æmorroyſa ſanata eſt: Omnis tur- Luca. 6.
ba quærebat eum tangere, quia virtus de il-
lo exibat & ſanabat omnes. Et quia verba
Chriſti diuinitatis odorem effluebant, dixit Ioan. 6.
ei Petrus: Quo ibimus Domine, verba enim Luc. 4.
vitę habes? Et Lucas dicit, quòd mirabantur
omnes de verbis gratiæ quæ procedebant
de ore eius. Qua ratione & aſpectu corda ſa
nabat, & voce mortuos ſuſcitabat, & mani-
bus leproſos mūdabat, & pedibus ſuper flu-
ctus maris ambulabat, quaſi per ipſos ſenſus,
imò & per ipſos poros tanquam per rimu-
las Diuinitas ſeſe foris proderet, & per car-
nem, velut per capſam vitream perlucebat:
quare non eſt mirùm quòd homines quaſi
ad ſe compelleret. Surgens ergò Matthæus,
relictis omnibus (vt ait Lucas) ſequutus eſt Luc. 5. &
eum. Vbi Beda ſuper Lucam ait: Intelligens 27.
Matthæus quid ſit veraciter Dominum ſe- Beda.
qui, relictis omnibus ſequitur: ſequi enim
imitari eſt, ideòque vt pauperem Chriſtum
non tam greſſu quam affectu conſectari poſ
ſet, reliquit propria qui rapere ſolebat alie-
na, perfectamq; nobis abrenuncitaionis for
mam ſeculi tribuens, non ſolum lucra reli-
quit vectigalium, ſed & periculum contēp-
ſit, quod euenire poterat à principibus ſecu
li: quaſi vectigaliū rationes imperfectas atq;
incōpoſitas reliquiſſet. Tanta enim cupidi
tate ſequēdi Dominū ductus eſt, vt in nullo
prorſus

prorſus huius vitæ reſpectũ vel cogitationẽ ſibimet reſeruauerit: ꝓpter quod iuſta mercede dum humana ſeculus negotia deſerit, Dominicorum fidelis diſpenſator meruit eſſe talentorũ. Sed quid eſt hoc quod dicitur, tàm de Matthæo, quàm de cæteris Apoſtolis, quòd reliquerunt omnia, cùm pauperes fuerint, & infimæ ſortis, & qui plus dimiſit fortè fuit Matthæus, qui tamen nec villas, nec caſtella habebat, ſed aliquos nũmulos fortè dimiſit: tamen quia ea voluntate quæ poſsidebant reliquerunt, vt ſi plus haberent plus dimitterent: ideò dicitur reliquiſſe omnia. Et ſecũdò, quia voluntatem omniũ rerum reliquerunt, & hoc eſt verè reliquiſſe omnia: quoniã voluntas draco quidam vorax eſt, qui omnia deſiderat, omnibus rebus implere ventrem ſuũ cõcupiſcit; hac relicta, omnia relicta ſunt. Vnde Bernard. in ſermone quodam ſuper illud. Ecce nos relinquimus omnia, &c. dicit ſe vidiſſe in viſione quadã quinque homines, ex quibus vnus ad littus maris arenã, ac piſces deuorabat: alius ad culmen foci fumũ, qui ex illo exibat aperto ore hauriebat. Tertius ad os fornacis ſcintillas omnes ore carpebat. Quartus ſuper terrã excelſam poſitus ventũ deglutire videbatur aperto ore illũ expectans, imò & flabello quodã ad ſe trahebat illũ. Quintus propriũ ſanguinem è brachijs ſuis ac manibus ſuggebat, atque bibebat. Per quos homines intelligit D. Bernar. inordinatũ mortaliũ appetitum, horum ad honores, illorũ advoluptates, cæterorum ad reliqua: & tamen ait, hos omnes macilẽtos ac tenues vidiſſe: & hoc quoniã proprium ſibi alimentũ non ſumebant. Vnde ideò Dauid dicebat: Aruit tanquã teſta virtus mea: quia oblitus ſum comedere panẽ meũ. Proprius panis hominis eſt Deus, eius voluntatem exequendo, nihil creatum aut viſibile cibus hominis eſt: quare etiam ſi omnia hęc viſibilia habeat, adhùc non ſatiatur appetitus eius: quoniam obliuiſcitur comedere panẽ ſuũ qui eſt Deus. Quapropter & Eſaias contra tales homines clamat dicens: Quare appẽditis argentũ, & non in panibus: & laborem veſtrum, & non in ſaturitate? Ac ſi homini alicui qui omnia bona ſua expenderet in nucibus, auellanis, & amygdalis, aut parui alimenti herbis, nec curaret panem aut carnes edere, illumque macilentum ac tenuem cerneres, diceres: Cur bona tua in his rebus nihil valentibus inſumis? Panem eme, ac cætera maioris virtutis edulia, quibus paſcaris & ſagineris. Sic Deus hominibus dicit. Quare hæc minutiora quæritis, quæ nihil vobis prodeſſe poſſunt, nec veſtram ſatiare famen, aut extinguere ſitim? Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quòd miſcui vobis, vt abundetis, & ſatiemini ab vberibus conſolationis veſtræ. Igitur cùm Apoſtoli hæc omnia reliquiſſent, iure optimo dicere potuerunt: Ecce nos relinquimus omnia: & relictis omnibus ſequuti ſunt Dominum. Sed de hoc infra latius videbimus, ac dicemus, Deo dante.

D. Bernar.

Pſal. 101.

Eſai. 55.

Similes.

Prouer. 9.

Luc. 14.

Matth. 19.

Sed quæritur, An omnes teneantur omnia relinquere, & Chriſtum ſequi? Reſpondetur, duo hic eſſe, & omnia relinquere, & Chriſtum ſequi. Ad hoc ſecundum omnes tenentur. Ad primum dumtaxat viri Apoſtolici, qui perfectionis viam profeſsi ſunt. Nec tamen quomodocumq; ſufficit hæc ęxteriora dimittere, niſi voluntas ab eis diuellatur: nam terrenarum poſſeſsionum abiectio, non eſt perfectio ſed perfectionis via, ac diſpoſitio ad illam. Quemadmodùm ſi turrupem altam aſcendere cupis, & ſpolias te veſtibus tuis, vt expeditior ſis ad aſcendendum, nunquid quia exutus es veſtibus iam diceris aſcendiſſe? Certum eſt quòd non, ſed dumtaxat te præparaſti ad aſcendendum. Sic ſi vis aſcendere ad culmen perfectionis, quæ conſiſtit in charitate, ſecundũ illud Pauli: Super omnia charitatem habete, quæ eſt vinculum perfectionis: ſi terrena dimittis non iam aſcendiſti, ſed te præparaſti ad aſcendẽdum, non quòd iam comprehẽderis aut perfectus ſis, ſed ſequeris, ſi quo modo comprehendas: aliàs ſi id non feceris omnium ludibrio patebis, velut homo qui cœpit ędificare turrim, & non potuit conſumare, vt ſuperius iam habitum eſt. *Et factum eſt diſcumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius.* Matthæus modeſtię cauſa non dicit à ſe factum conuiuium hoc, quod alij Euangeliſte enarrarunt, & dicunt cõuiuiũ magnum ibi fuiſſe factum. Quod nõ dicitur magnũ multitudine diſcumbentium, ſed poti⁹ quòd opulentum eſſet & pretioſum, quod nos dicimus ſplendidum. Hoc autem conuiuium ideò fecit, vt & Chriſtum in ſe tam beneficum videretur honorare, & vt vulgari conſuetudini annueret: hic enim mos antiquus fuit, vt amicis & ſodalibus vale diceret qui peregrè proficiſcebatur, & eos vocaret ad conuiuium. Quod ex facto Eliſei, conſtat

Similes.

Ad Coloſ. 3.

Philip. 3.

Luc. 14.

cõſtat, cùm Heliam voluit ſequi. Verùm ex hoc oritur hoc dubium: nam ſi Mattheus, (vt Lucas refert) omnibus relictis ſequutus eſt Dominum, vnde habuit expenſas ad hoc præparandum conuiuium? idque in domo ſua. Quidam dicũt, Matthæum quidem coniunctiſsimè adhæſiſſe Chriſto ſtatim quòd eum vocauit, non tamen indiuiduus eius comes factus, niſi cùm in monte factus eſt vnus de duodecim. Verùm huic obſtat quod Lucas ait, non ſolùm ſequutum fuiſſe Dominum, ſed relictis omnibus poſt illum abijſſe: ergò confeſtim omnia reliquit. Caietanus ſuper Lucam, intelligit relictis omnibus negotijs ſequutũm fuiſſe Dominum, non tamen relictis adhùc omnibus rebus, & poſſeſsionibus. Tamen nec hoc videtur ſatisfacere: quoniam id intelligimus relictis omnibus, quod poſteà Dominus dixit: Niſi quis renunciauerit omnibus quæ poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus; idque videtur inſinuare Euangeliſta. Quarè vel intelligendum eſt cum Ianſenio, hoc dictum fuiſſe per anticipationem, vt mos eſt apud Euãgeliſtas, ita quòd ſtatim poſt vocationem conuiuium hoc parauerit Matthæus, & deinde datis aliquorum dierũ inducijs, prouidens de ſuis rebus, omnia reliquerit, & ſequutus fuerit Dominum: vel quòd negotia omnia, & res aliorum publicanorum, quas apud ſe habebat, protinùs dimiſit, animo ſimul cætera omnia dimittens, quæ poſteà & re ipſa à ſe abiecit poſt aliquot dies, atq; interim hoc conuiuium parauiſſe Domino. Hi autem publicani, qui ſimul cum Chriſto diſcumbebant, vel inuitati ſunt à Matthæo propter familiaritatem, vel ipſi videntes Chriſti benignitatem quam cum Matthæo geſſerat, ac videntes Matthæum ſequentem, ſiuè exemplo eius, ſiuè voce etiam prouocati Dominum ſequuti ſunt: nam Marcus quaſi hanc rationem reddens, ait: Erant enim multi qui ſequebantur eum. Hi autem Publicani, & peccatores erant homines vitæ apertè malæ, qui forſan propter ſua ſcelera eiecti erant à Phariſæis, è Synagoga, ac propterea murmurabant cõtra Dominum, vt ſtatim videbimus. Hoc autẽ conuiuium quod in domo Matthæi fit, ſignificat, quòd etiam peccatores, poſtquam conuerſi ſunt ad Dominum, ſuas ſentiunt conſolationes, nè ſibi pœniteat ſtatim quòd omnia terrena reliquerint: Nã per Eſaiam ait Dominus: Ecce ſerui mei comedunt, & vos eſurietis: ecce ſerui mei bibent, & vos ſitietis: nam ipſe Dominus intus in anima illis conuiuia quædam dulciſsima parat, quibus in ſua ſe contineant amicitia: aliàs ſi totum amarum, ac aſperum eſſet, citiùs pedem referrent, ac terga vertere properarent. Cùm ex alieno domino canẽ aliquem in domum tuam reportaſti, à principio vt illum tibi, ac domui tuæ affectum reddas, lautè paſcis, atque blandiris, nec facilè iraſceris illi, aut percutis, ne à te fugiat & in domum prioris heri reuertatur: at poſtquam iam illum domui tuæ aſſuetum ſentis, nõ times illum flagellis cędere, certus quòd nec fuſtibus percuſſum poteris eum è domo tua propellere. Sic ſe Deus cum peccatoribus gerit. Ab alieno domino nempè diabolo illos eripuit, ac penè furatus eſt: cùm tyrones in domo ſua ſunt, blandè ſe cum illis habet, illis in corde blanditur, delitijs ſpiritualibus eorum animas replet, nec facilè illis iraſcitur, aut tẽtari permittit: at poſtquam iam ſibi affectos ſentit, iam tentationibus ſubdit, ac maioribus periculis exponit, ſciens quòd nec fuſtibus eos ab amore ſuo deterrebit. Talis erat Paulus, qui & dicebat: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio, an anguſtia, an fames, an nuditas, an gladius? Certus ſum quòd nec mors, nec vita, &c. poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Iob etiã dicebat. Etiã ſi me occiderit, ſperabo in eum. Et Pſalmiſta dicit: Non relinquet Dominus virgã peccatorum ſuper ſortem iuſtorum, vt nõ extẽdant iuſti ad iniquitatem manus ſuas. Hoc eſt, tyronibus militiæ ſuæ parcet, nec eos peccatorum virga percutiet, ne deterriti ad priorem dominum, hoc eſt, diabolum reuertantur. Id ergò ſignificat hoc ſplendidum conuiuium poſt conuerſionem Matthæi factum, cui aſsiſtit Chriſtus. Sed ſecundò, prę parare illi conuiuiũ in domo ſua hunc publicanum, id nos intelligere facit, nempe quod debeat peccator poſtquàm ad Dominum ſe conuertit, illi in domo ſua, hoc eſt, in corde conuiuium prępararе: his enim exterioribus rebus non ſatiatur Deus: fruſta quippe ſunt, ac micæ panis, paruique momenti ad præparandum cõuiuium Deo, iſti exteriores actus, quales ſunt, Eccleſiam adire, orare, ieiunare, exteriores eleemoſynas elargiri: nam licet tales res bonæ ſint ſi ex bono animo prodeãt; tamen præcipuus cibus quem nouimus velle Deum, cor rectũ ac ſpiritus ad Deum directus eſt: cùm enim Deus ſpiritus ſit, ſpiritualibus etiam edulijs paſcitur,

Caietanus

Lucæ. 14.

Ianſen.

Marci. 14.

Moralitas

Eſai. 65.

Similes.

Roman. 8.

Iob. 13.

Pſal. 129.

paſcitur, vt Chriſtus dixit ad Samaritanã.
Ioan. 54. Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare, quod per Pſalmiſtam expreſsit nobis Dominus dicens: Si eſuriero, non dicam tibi, meus
Pſalm. 49 eſt enim orbis terræ, & plenitudo eius. Nũquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo? Quid ergò tibi placitum eſt? Immola Deo ſacrificium laudis, id eſt, id mihi ſuaue, atque gratum eſt, vt intus in corde tuo mihi laudes offeras, ac
Pſalm. 50 ſacrificia. Vnde alibi dicit: Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem, vtique holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Cordibus paſcitur Deus: in corde ergo tuo ei conuiuia para, ac ſacrificia. Vnde, & ipſe in Apocalyp.
Apoc. 3. dicit. Si quis aperuerit mihi, introibo ad eũ, & cœnabo cum illo. Cordis ianuas aperi Deo, & in viſceribus tuis præpara edulia; his enim Deus paſcitur atque potatur: nam & ipſe dicit: Fili præbe mihi cor tuum.
Prouer. 23. Quid enim proderit tibi hęc exteriora Deo offerre, ſi cor durum ac obſtinatum coram eo præſtiteris? Id ergo ſignificat conuiuium quod Matthæus Chriſto in domo ſua præparauit. Nec eo ſolùm contentus fuit, ſed alios etiam publicanos & peccatores vocauit, & ad comedendum cum Ieſu adduxit: hoc enim eſt opus, ac charitatis officiũ, alios ſecum ad Deum conuocare & adducere, ſecundùm illud Apocal. Qui audit, di-
Apoc. 22. cat, Veni: id eſt, alios etiam cõuocet ad conuiuendum cum Deo. Tali nexu cortinæ tabernaculi nectebantur, vt vna alias traheret Cortina cortinam trahat. Sic vnus Chriſtianus alium ſuo exemplo, atq; ſuaſione ſecũ ad Deũ trahat. Sic fecit Matthæus, alios poſt ſe omnes peccatores rapere geſtiebat, vt Chriſtum cum illo ſequerentur. Cùm Helias Heliſeũ pallio ſuo cooperuit, & illum vnxit in Prophetam Domini, protinùs occidit duos boues, & fecit grãde conuiuium:
3. Reg. 19. Nam poſtquàm Deus aliquem peccatorem pallio ſuæ miſericordiæ tegit, ſuęque gratię vngit rore, confeſtim alios ad idem inuitat peccator, cupiſque vehementer, vt omnes idem beneficium recipiant. Vnde & An-
Anſel. ſelmus hic dicit: Vnius publicani cõuerſio, multis fuit exemplum pœnitentię: quienim cum Ieſu & diſcipulis eius diſcumbebant, iam publicani eſſe deſierant, neć ſi in peccatis eſſent, & perſeuerare decernerent, ei qui ſine peccato eſt conueſci auderent, nec forſitan Deus cum eis. Publicani vocantur qui publicis ſceleribus fœdantur, vel publicis negotijs implicantur, quæ ſine peccato aut vix, aut nunquam tractari poſſunt. Et pulchrum fuit præſagium: quoniã qui Apoſtolus & Doctor gentium futurus erat, in ſua prima illa conuerſione peccantium gregem poſt ſe trahit ad ſalutem, officiumque Euangelizandi, quod proficiente meritovirtutum expleturus erat, à primis iam ſuæ fidei incepit rudimentis, vt iam proficeret exemplo, qui proficere debebat verbo.
Et Chryſoſto. hom. 31. in Ioan. Concurrunt D. Chryſ.
ait, quaſi ad conſortem artificij multi publicani, quos Matthæus lætitia nõ parua propter acceſſum Chriſti inuitauit, Domino ita diſponente, qui omne genus curationis animarum exhibuit, nec diſponẽdo ſolùm, aut ægrotos curando, aut inimicos redarguendo: Verùmetiam comedendo, atque bibendo multos à vitijs ad virtutem reduxit, vt nos doctiores his omnibus efficeret, nõ prętirire tempus, vel quod opus, ex quo poſſumus vtilitatem ſubducere. Sed de hoc facto murmurabant Phariſæi: nam ſubditur.
Et videntes Phariſæi dicebant ſuis diſcipulis. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magiſter veſter? Hæc murmuratio inuidioſa fuit, & ſuperciliosa ac ſuperba. Nam vt quidam Doctor dicit: Hęc eſt natura humanæ, ſiuè iuſtitiæ, ſiuè ſcientiæ, quę charitate & humilitate deſtituta eſt, vt cùm ſit imperfecta, & tamen perfectam ſe iudicet, omnia quæ à ſuo inſtituto ſunt aliena, quantumuis perfecta & bona præſe, contemnat, & condẽnet, vt quæ ſuperciliosa ſit, omnia facilè in peiorem partem rapiens: & leuia quæque grauiter exagerans. Cùm ergò iſti Phariſæi de ſua iuſtitia confiderent, quę ipſi ſuperſtitioſè non faciebant, exiſtimantes ſe pollui ex conuictu peccatorum, quemadmodùm ex contactu mortuorum: hoc in Chriſto calũniare ſatagebant. Eſt enim nonnullorum hæc iniuſta conditio, vt hoc in alijs condẽnent quod ipſi non facerent, ſuumque naturalem viuendi modum, regulam alijs viuendi eſſe volunt: vt qui melancholicus, & triſtis ex naturali conditione eſt, & ideò nulli colloqui ac conuerſari placet, ſtatim alios condemnat, qui familiariter, ac ſuauiter alijs conuiuere norunt. Ille qui ob debilitatem ſtomachi parcus eſt, alium protinus tãquam guloſum iudicat, ſi, quia fortioris complexionis eſt, plus illo edat. Cur tuam mihi naturalem conplexionem, ac conditionem,

religionem

religionem ac normam rectè viuendi facis? cùm nulla alia ſit rectè viuendi regula niſi charitas? Gratias ago Deo, qui mihi talem hominem, quem ſequi deberem tribuit, qui omnibus ſe ita accomodare voluit, vt omnes illum ſequi poſsimus. Nam & pernoctare in montibus ſciebat in oratione, & de illis deſcendere, & ſuauiter cum turbis colloqui & conuerſari, & ieiunare quadraginta diebus nouit, & cum peccatoribus edere atque bibere, & velut
4. Reg. 4. alter Heliſeus, ſe ad menſuram pueri incuruauit, brachiaque ſua magna cum brachiolis pueri reſtringere, & cætera membra illi accomodare: vt omnes & parui, & magni ad illius ſequelam ſufficientes eſſe-
1. Cor. 9. mus, vt & Paulus ſe omnibus omnia factus eſt: vt omnes lucrifaceret, tàm Iudæos, quàm Gentiles, tàm Barbaros, quàm Græcos: tàm ſapientes, quàm inſipientes. Regula ergò qua eum ſequi debemus, charitas eſt, ad cuius adimpletionem, ſi ieiunium neceſſarium eſt, tunc erit bonum: ſi comeſtio, illa tunc præponenda ieiunio eſt: ſi ſilentium petit charitas, tunc erit maxima virtus: ſi ſermonem exigit, melior erit. *Quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magiſter veſter?* Lucas ſic refert, Quòd hic peccatores recipit & manducat cum illis. In hoc gaudeo & gaudebo ego, qui peccator ſum, talem mihi hominem datum, qui non abhorreat peccatores nec nauſeam generent illi, ſed illos recipiat, atque per portas ſuas ſe intromittat ad manducandum & bibendum cum illis. Verba hæc quæ illi obmurmurantes contra Chriſtum dicebant, nos pro omine accipimus: vt habeamus talem Dominum ac Iudicem, vt reos ipſe deprecetur, atque ad ſalutem & veniam inuitet: imò & alijs mei ſimilibus peccatoribus ſtrennas poſtulare volo, ac dicere. Mihi ſtrennas ſoluite peccatores, *Dadme albricias*, quoniam iam habemus hominem, qui nos recipiat, blandiatur, inuitet, atque nobiſcum gaudens epuletur & bibat. Cœlum nos ferre non potuit: nam Angelos peccatores à ſe expulit, & in tartara prącipitauit. Nec terra nos ſuſtinere ſolet: nam os ſuum aperit & deuorat, atque deglutire ſolet peccatores viuos: aquam etiam eos abſorbere ac ſuffocare videmus: ignis peccatorum ciuitates comburit: aer domos in quibus habitant quatit atque diruit, nec certum ac ſecurum portum iam inuenire poterimus, niſi infernum, in quo nullibi peius nobis eſſe poterit. Cum ergò nullus nobis ſuppetereret refugij locus, ſed omnes creaturæ nobis exitium minarentur. Ecce hominem talem miſit nobis Deus, qui nobis ſecurus portus atq; tranquillus ſit, in quo libentiſsimè recipimur, imò ad id nos totis viribus inuitat, ac trahit. Et quisnam eſt portus hic tam ſecurus: Hic homo Chriſtus, qui peccatores recipit & manducat cum illis. Hic in quo ſunt omnes theſauri ſapientię & ſcientiæ Dei. Theſauri autem Dei ſunt, miſericordiæ diuitię, ſecũdum illud Pauli: Deus qui diues eſt in miſericordia. Hic qui filius eſt Ad Eph. 2.
2. Cor. 1. Patris miſericordiarum, quas hęreditario iure etiam ipſe poſsidet. Hic qui & ſaluare poteſt atq; damnare, qui à Patre conſtitutus eſt Actor. 10
Iudex viuorum atq; mortuorum. Hic qui Pſal. 134.
omnia quęcumq; voluit fecit in cœlo, & in terra, qui & à Patre pro ſua reuerentia exceditur. Hic peccatores recipit & manducat cum illis. Quare Paulus quaſi ſibi ipſi blandiens ac congaudens, ſic dicit ad Timoth. 1. Timo. 1.
Fidelis ſermo & omni acceptione dignus. *Que merece ſer de muy buena gana recebido.* Quoniam Chriſtus Ieſus venit peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum. Fidelis ſermo atque ſecurus, & qui magna fide indiget, vt credatur, quòd Chriſtus Ieſus, qui & Vnctus & Saluator dicitur, vnctiones, è cœlo attulerit, medicinas atque ſacramenta, vt peccatoribus ſalutem daret, ac veniam, ex quo non modica mihi pars contigit: quoniam ego ex omnibus maior peccator ſum. Quid ergò quereris Phariſæe cœce? Quid Similes
caninis dentibus oblatras, quòd cum peccatoribus manducet & confabuletur? Medicus eſt, curare morbos venit, qui peccatorum maculis confecti ſunt, cur non ingredietur ad eos? Nunquid detrahes medico, quia domos infirmorũ intrat, & eorum qui ſani ſunt domicilia prętermittat? Qui animarũ medicus eſt, animas ægrotas quærere debet. Dimitte, dimitte eum, phariſæe cœce, vt infirmorũ dominus animarũ medicus pluſtret. Sine, ſine eũ, vt in domũ meã ingrediatur, quime peccatorẽ ac morbidũ ſentio atq; fateor, me dico indigeo: & ideó illũ inuito in domum meam. Tu qui ſanus eſſe putaris, qui propter ſuperbiã tuã putas te nõ indigere medico, ne ſinas eũ introire in domũ tuã, remitte illũ mihi qui infirmus ſum: nã nõ eſt opus valẽtibus medicus, ſed male habẽtibus. *Manducabat* Luc. 27.
cũ illis. Imò Lucas dicit, quòd erãt appropinquantes ad Ieſum publicani, & peccatores. Mira res! quis vnquã tale vidit, vt ad iudicẽ

Rr latrones

latrones, ac rei appropinquent, & non potius fugiant ab eis? Si virgam lictoris à longè proſpexerint, protinus ad templa vel ad montes fugient. Tamen ad Chriſtum qui iudex eſt, accedunt & appropinquant, ad menſam cum illo ſedent. Sed non mireris, ò homo, quoniam etſi iudex futurus omnium ſit, modò tamen non ea figura aut apparatu incedit, non enim vt iudex nunc apparet, ſed vt Saluator: quoniam vt ipſe dicit: Non venit modò vt iudicet mundum ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Vnde
Iob.7. Iob.7. dicitur: Auferat à me virgam ſuam, & pauor eius nō me terreat. Loquar & non timebo eum. Ac ſi diceret. Si abſque iudi-
Simile. cis apparatu te viderem, abſque timore auderem ad te accedere. Ac ſi prætori qui faſces ac inſignia iudicis defert, iratus contra illum diceres. Faſces corripe. *Arrimala vara.* Et hæc iudicis inſignia dimitte, & videbimus alter cum altero, *Hombre por hombre*, quis præualeat. Id videtur quod velit dicere Iob: Hucuſque te vltorem, iudicem te oſtendis, Deuſque vltionum nominaris, nec eſt qui te offendat quem non ſtatim acerbiſsimè punias: ſed ſi hanc tuæ poteſtatis virgam abſcondas aliquandò, atque ab oculis meis tollas, ſi te aliquando hominem cum hominibus conuerſantem aſpexero, virgam iuſtitiæ tuæ ſubblanda humanitate tectam, gladium vindictæ tuæ ſub vagina miſericordiæ indutum videro; tum loquar & non timebo cum altero homine mei ſimili tractare. Igitur peccatores videntes Chriſtum Dominum, non vt iudicem, ſed vt amicum cum hominibus conuerſari, erant appropinquantes ad illum, tanquàm propinqui ac cognati ſui accedebant. Nam licet Chriſtus peccatricem naturam non aſſumpſerit, viſus eſt tamen in ſimilitudinem carnis peccati, de quo & dicebatur: Nos ſcimus quia hic homo peccator eſt. Quare tanquàm ad propinquum, & ſibi ſimilem accedere audebant peccatores: nam ſicut qui ſe fingere vult alicuius Magnatis cognatum, eius aſſumit ſtemmata, coloresque veſtium ſuarum induit, imò & cognomina mutuat.
Simile. Sic Chriſtus Dominus licèt nullam cum peccato cognationem habuerit, eius tamen habitum atque ſtemmata ſumpſit, cùm pœnalitatibus, quæ ſunt indumenta, & ſigna peccati, ſe ſubdiderit, appellarique peccator paſſus ſit, vt ſic tanquàm ad propinquum appropinquarent peccatores ad eum: imò & peccatorum cauſam quaſi propriam aſſumit, vt conſanguinei ſolent inter ſe facere. Quare videtur mihi quòd peccatores dicebant ad Ieſum id quòd Ruth dixit ad Booz. Extende pallium tuum ſuper ancillam tuam, quia propinquus es. Pallium miſericordiæ atque Ruth.3.
amoris tui ſuper nos extende: Quia charitas operit multitudinem peccatorum, pallium 1.Pet.4.
laudis pro ſpiritu mœroris nobis tribue: vt ſic omnia commutentur in melius. Eſai. 61.

Et murmurabant Phariſæi dicentes. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magiſter veſter. Ac ſi contra Solem ipſum Simile.
murmuraſſent, eò quòd radios ſuos per rimulas in domum ſuam mittit ac ſpargit, cum ipſa ſit eius natura: ſic & Dei miſereri, & peccatorum illuſtrare tenebras: Non tantam tunc Dei experti erant bonitatem ac humanitatem, vt peccatores reciperet, & cum illis comederet, & ideò tanquàm de re inſolita murmurabant: quoniam tunc nondum Dominus nobis ſuum pectus aperuerat, nondùm Longinus lancea latus ſuum percuſſerat, nec feneſtram Ioan.29.
fecerat qua viſcera miſericordiæ eius patefierent nobis: ſed Propheta adhùc clamabat dicens: Vbi nunc fortitudo tua & zelus tuus? Multitudo viſcerum tuorum, & Eſai.63.
miſerationum ſuper me continuerant ſe. At nunc iam patent nobis viſcera per vulnera, iam adimpletum eſt vaticium illud Eſai. vltimo. Quomodò ſi cui mater blandiatur: Sic conſolabor vos, dicit Dominus. Eſai. 66.
Adv bera portabimini, & ſuper genua blandietur vobis. Dedit enim Chriſto Domino Deus, ſicut vero Salomoni, latitudi- 3.Reg. 4.
nem cordis, ſicut arenam quæ eſt in littore maris: Arena quippe, quæ ſterilis ac ponderoſa eſt, peccatum ſignificat quod infœcundam ac grauem animam reddit tanta latitudo in corde Chriſti eſt, vt peccatores arena grauiores, in ſe recipiat, nec abhorreat peccatricem pedes eius lacrymis lauantem, nec Petrum plorantem, nec latronem ſecum in Cruce pendentem, omnes pectus Chriſti capit. Dedit enim ei De⁹ Luc.7.
latitudinem cordis, ſicut arenam quæ eſt in littore maris. *Quare cum publicanis, &c.* Phariſęe cæcę ac ſtulte, neſcis quòd nihil magis proprium Deo ac principi, quā delinquētib⁹ parcere? Sicut enim eſſet moſtrum corpus humanū quod non haberet duo brachia: ſic Simile.
& regimen illud monſtruoſum ac mancum eſſet quod duo brachia non haberet, vnum ad

ad præmiandum, & alterum ad puniendum: imò brachium dextrum debet eſſe ad præmiandum, vt Titus Imperator dicebat, eo quòd opera facta per brachium dextrum fortiùs, atque perfectiùs
Titus Imperator. Matth.14 Ariſto. fiunt. Vnde electi qui præmiandi ſunt in die Iudicij, ad dexteram iudicis erunt. Ariſtoteles etiam docet quòd princeps pro prijs manibus debet largiri premia, alienis autem punire, tanquàm illud ſibi ſit proprium, hoc alienum. Nunc autem omnes ſiniſtri effecti ſunt, læuaque vtuntur ad benefaciendum, & dextera ad mala inferenda: nam omnia ſanguine luuntur, nec eſt qui miſereri ſciat aut parcere. Chriſtus Dominus dextera opera miſericor-
Eſai. diæ operabatur. Quod Eſaias petiuerat dicens: Glorifica manum & brachium dextrum: ob hoc enim omnes glorificabant eum, & poſt eum currebant peccatores in talium vnguentorum odorem. Mur-
Num. 12. *rabant autem Phariſæi, &c.* Contra Moyſen murmur increuit: quia duxerat mulierem Æthiopiſam: ſic contra Chriſtum murmur Phariſæorum inſurgit, quòd peccatores nigredine peccatorum fœdatos, de quibus dicitur: De nigrata eſt ſuper car-
Thren.4. bones ignis facies eorum, ad ſe trahit, vt illos ſuper niuem dealbatos reddat, aſ-
Pſal. 50. pergens illos hyſſopo ſuo, vt Dauid poſcebat dicens: Aſperges me Domine hyſſopo & mundabor: lauabis me & ſuper
Iob.14. niuem dealbabor. Ipſe enim poteſt mutare eorum pellem, & facere mundum de immundo, conceptum ſemine. *Tornar blanco lo negro.* Vt ſic abluti peccatores, poſt iuſtificationem ſuam poſſint dicere: Nigra ſum ſed formoſa, filiæ Hieruſalem. Hoc anima iuſtificata dicit. Nigredine
Cantic. 1. peccatorum confecta eram, ſed poſtquàm acceſſi ad Chriſtum, & me ſuo cruore lauit, iam candida atque ſpecioſa ante eius
Iudic. 11. oculos videor. In libro Iudicum legimus de Iepthe optimo duce Iſrael, quem fratres ſui è domo patris ſui pepulerunt, ad quem tamen acceſſerunt viri inopes, & latrocinantes, qui exules patria propria carebant oppreſsi ere alieno, & factus eſt princeps eorum. Nam Chriſtus Dominus quem fratres ſui filij Iſrael expulerunt extra ciuitatem ne regnaret ſuper eos, factus eſt veluti princeps peccatorum, qui ad eum accedebant, qui à paradiſo extorres debitores infinitæ pœnę, latrocinantes, & rapientes aliena ad eum pro venia accedebant, & ipſum tanquàm ducem ſequebantur. Nonnè videtis Zacheum, Mat- Luc. 7.
thæum, publicanos ipſum ſequentes? Nonne cernitis mulierem peccatricem vſque ad Crucem poſt illum properantem? Non- Matt. 27.
nè conſideratis eum in Cruce inter duos latrones pendentem? Et idem de Dauid legitur, cùm fugeret Regem Saul. Cæte- 1.Reg. 22.
rùm aduertendum eſt, quòd Chriſtus Dominus conuerſabatur cum peccatoribus, non vt eorum faueret ſceleribus, ſed potius vt eos ex peccatoribus iuſtos faceret: & ſic conuiuere cum peccatoribus, vt eos ex tuo exemplo atque doctrina corrigas & emendes, non vitio tibi dandum eſt, ſed maximæ charitatis ſtudio: aliâs enim Prouer.13.
Prouerbiorum. 13. ſcriptum eſt: Qui cum ſapientibus graditur ſapiens erit, amicus ſtultorum, ſimilis efficietur. Et Eccleſiaſ. Eccleſ. 13.
13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui cōmunicauerit ſuperbo, induet ſuperbiam. Sed qui tangit leproſum, non vt ſibi adhæreat lepra, ſed potius vt mundet eam, hoc potius beneficio maximo tribuendum eſt: ſic enim & Eſai. 11. dictum fuerat: Eſai. 11.
Spiritus Domini ſuper me, eò quòd vnxerit me, ad euangelizandum pauperibus miſit me, vt mederer contritis corde. Hoc eſt, vt peccatoribus, qui egeni gratia Dei ſunt, medicinas daret, quibus cor lapideum in cor carneum mutarent, quod poſſent conterere atque comminuere pre dolore delictorum ſuorū, ipſum à malitia cō minuentes & in iuſtitia integrantes. Vt pre dicarem captiuis indulgentiam, & clauſis apertionem, vt prædicarem annum placabilem Domino. *Vino á predicar indulgencia plenaria, año de Iubileo, y remiſsion de los peccados*: Quoniam & Sapiens de illo dixerat: Miſereris omnium qui omnia Sap.11.
potes, diſſimulans peccata hominum propter pœnitentiam. Reſciuit autem Chriſtus que phariſęi murmurabant, vel quia diſcipuli ei retulerunt, vel certè quia ipſe omnia nouit, & audiens ait: *Non eſt opus valentibus medicus, ſed malè habentibus. Euntes autem diſcite quid eſt, Miſericordiam volo & non ſacrificium: non enim veni vocare iuſtos ſed peccatores.* His tribus rationibus Phariſęorum maligniſsimam obtrectationem confundit. Primùm certum eſt, ſanos, vt ſic non indigere medico, cuius ſoli indigent infirmi: nec enim medicus damnandus eſt, qui infirmos viſitat, vt ſtatim diximus. Igitur medicus eſt, peccatores, infirmi, peccatum

Hiere.8. peccatum, ægritudo: medicinæ, fides, charitas, sacramenta, ieiunia, elemosynæ, & alia similia opera, quæ ministerium atque adiutorium præstant saluti. Quòd autem sit Christus medicus, ex effectibus patet: nam corporibus, & animabus medebatur, & ideò dicebat Hieremi. cap. 8. Nunquid resina non est in Gabaà, aut medicus non est in ea? Quare ergò non est obducta cicatrix filiæ populi mei? Quinimo nullus alius repertus est in mundo, qui nostram posset infirmitatem curare: quoniam radix ægritudinum corporis fuit peccatum, quod est animæ morbus: hoc autem in corde radicatum ac fixum stabat, imò in ipsis naturæ nostræ visceribus, à quibus nulla
Esai.1. medicamina, quantuncumque virtutis fuissent, ipsum eradicare potuerunt: secundum illud Esaiæ. 1. Vulnus, & liuor, & plaga tumens, non est circumligata, neque fota oleo, nec curata medicamine: quoniam nec chirurgus, qui vulnus nostrum institis ligaret inuentus est, nec medicus, qui ei fomenta applicaret reperiebatur. Omnes infirmi eramus, ægrotus autem quomodò potest ęgroto opem fer-
Roman.3. re, cùm nec ipse sibi sufficiens sit. Omnes autem nos infirmos ostendit Paulus cùm dicit: Causati sumus omnes esse sub peccato, tàm Iudæos quàm Grecos, sicut scriptum est, quia non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum. Hoc est, non est qui ęqualitatem iustitiæ seruet cum proximo suo: non est intelligens, quoniam etiam mentis cœcitatem per peccatum incurrimus, ignorantięque defectum contraximus. Vndè & intellectum nostrum morbus hic infecerat. Sed & aliam partem
Psalm.13. animę quę voluntas dicitur inquinauerat: nam subditur: Omnes declinauerunt simul, inutiles facti sunt. Deflexa quippe est voluntas nostra post peccatum, atque ad malum propter prauam consuetudinem propensa: nam à bono declina-
Ibidem. uerunt in malum, & inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant, venenum aspidum sub labijs eorum. Adeò, peste infecta per peccatum viscera habemus, vt halitus ipse id testetur, qui & circunstantes offendit, & instantibus horrorem incutit: quoniam venenum aspidum est sub linguis eorum, à quibus blasphemię, periuria, falsa testimonia, detractiones, & turpiloquia procedunt. Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est. Sicut lingua pessimo humore Simile. infecta amara facit etiam quę dulcia sunt: sic iniquitas in anima facit quòd & bona proximorum mala illis videantur, & maledictionibus illos passim feriant. Quare Paulus ad Hebręos dicebat: Nequa radix Ad Heb. amaritudinis sursum germinans, & per 12. eam inquinentur multi. Hęc erat infirmitas nostra, tot accidentibus aggrauantibus plena: nam non erat qui requireret Deum, sed omnes quę sua sunt quærebant. Cùm ergo omnes peccassent, & gratia Dei egerent, oportebat vt talis nobis medicus prestaretur, qui animarum nostrarum posset mederi languoribus. Hic fuit Iesus Christus Saluator, & vnctus à patre oleo lætitię & gratię cœlestis, quam ipse sicut caput receperat, quod in membra effluere deberet, opus erat, vt tanquàm verus Samaritanus, oleum, & vinum ex cassilidi sua proferret, quò vulneratum à latronibus foueret, & vulnera liniret. Atque hunc medicum poscebant tot Prophetarum oracula, tot Patrum priscorum voces, cùm dicebant: Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare Psal.34. tuum da nobis. Huc promissa illa tendebant: Iuxta est salus mea vt veniat: Salus mea in sempiternum erit. Et id Nazareis conciuibus explicuit Dominus, cùm exponens illud Esai. proximè citatum, Spi- Esai. 46. ritus Domini super me, eò quòd vnxerit 49.&.50 me, ad euangelizandum pauperibus misit me, vt mederer contritis corde, ait: Quia hodie hęc verba in vobis adimpleta sunt. Igitur cùm per pullus ictus in- Esai.61. tellexisset nos ex vberantia humorum laborare, nobis dietas, & extenuantes medecinas preparauit, vocans pauperes beatos, Luce.4. diuitias infamans, diuites penè à salute desperatos abijciens, cùm dicebat: Impossibile est diuites intrare in regnũ cœlorum. Posthęc autem preparamenta ca- Matth.19 licem sanguinis sui nobis propinauit, quo Marci.10. purgationem peccatorum faceret, exuberantesque peccati eneruaret humores. Cùm ergo medicus esset, infirmos debebat quęrere. Medicus autem solos illos infirmos curat, qui querulas voces emittunt, qui medicum accersiri iubent, ex quorum relatione infirmitatis qualitates

tates agnoscit: nam illos ægrotos qui nec de damno suo quærũtur, nec medicũ vocant, nec se infirmos profitentur; non illos curare nititur medicus. Tales autem erant Pharisæi, & ideò ad illos non ingrediebatur Christus, sed ad hos qui se peccatores agnoscebant, & medicum, qui eos curare debebat, & accersebant, & sequebantur. Secũda ratio est, quoniam Deo magis accepta est misericordia quàm sacrificium, secundùm illud Oseæ.6. Misericordiam volo & non
Osea.6. sacrificium, & scientiam Dei plusquam holocaustum. Hieronymus, Volui, vertit per
D. Hiero. pręteritum. Septuaginta, Volo, per pręsens tempus. Hæc eadem verba citat Dominus
Matt.12. Matthæi. 12. cùm Pharisæi calumniarẽtur discipulos suos, quòd Sabbatho esurientes vellerent spicas, & dixit eis: Si autem scire-tis, quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes. Ex quibus locis patet, quòd Prophe ta intelligatur loqui de misericordia, prout est virtus in proximum, per quam illius miseria subleuatur. Pro quo reuocanda est in
D. Thom. memoriam doctrina D. Thom. 2. 2. quæstio.
2.2.q.81. 81. artic. 8. & quæstione. 85. articulo. 2. &. 3.
arti.8. & quod sanctitas quamuis sit eadem cum reli-
q 85. art. gione, distinguitur ab ea ratione quadam:
2.&.3. nam religio respicit cultum Dei in rebus externis: Sanctitas autem purificat mentẽ & cultum exteriorem, & virtutes internas ordinat in obsequium Dei. Sacrificium autem propriè loquendo, est operatio externa, per quam factis quibusdam sacris in re oblata exercitis fiebat protestatio interni sacrificij. Ab hac doctrina solida & verissima discedebant Iudæi per iniquitatem, partim quòd nulla habita ratione puritatis internæ offerebant sacrificia externa Deo ingratissima: partim quoniam dum affectarent temporale lucrum proueniens ex sacrificijs quæ offerebantur in templo, & illis proueniebant, obliuiscebantur pauperum, nec eorum necessitatibus subueniebant, sub prætextu religionis occultantes auaritiam, & immisericordiam. Pri-
Psal.49. mum vitium reprehenditur Psalm. 49. vbi dicitur: Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Immola Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua. Non vituperatur sacrificium externum secundùm se, sed edocemur homines qua ratione debeamus illud copulare cum sacrificio interno.
Esai.1. Ita intelligite illud Esaiæ. 1. Quò mihi multitudo victimarum vestrarum? Plenus sum. Et subdit: Lauamini mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum, subuenite oppresso, defendite vi-
Michea.6 duam, &. Accipe insignem locum apud Micheam capite. 6. vbi sic dicitur. Quid dignum offeram Domino? Curuabo genu Deo excelso? Nunquid offeram ei holocaustum, & vitulos anniculos? Nunquid placari potest Dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? Nunquid dabo primogenitum meũ pro scelere meo, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ? Indicabo tibi, ò homo quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te. Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo. Ecce vbi expressè Dominus omnia sacrificia videtur respuere, tanquàm si ipsa per se non placeant, nisi adsit misericordia, & iustitia, & solicitudo placendi Deo: aliàs si hæc tibi desint, etiamsi mactaueris filium tuum, sicut voluit facere Abraham, non erit acceptum Deo. Et hæc fuit prima malitia Pharisæorum. Secunda fuit auaritia quam
Matth.15 reprehendit Dominus infra capit. 15. Quòd irritum fecissent mandatum Dei, de honoratione parentum, propter traditiones suas, quibus suadebant filijs, quòd etiam ea quæ necessaria erant parentibus offerrent in templum: quoniam ea quæ of-
Matth.23 ferebantur in templo eis proueniebant. Matthæi. 23. dicebat illis: Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentham, & anethum, & cyminum, & relinquitis quæ grauiora sunt Legis: Misericordiam, scilicet, & iudicium. Igitur, vt ad hanc authoritatem Oseæ reuertamur, vult dicere Deus. Ego præfero misericordiam sacrificio, ita quòd si aliquod bonum temporale necessarium est ad subleuandam miseriam proximi, non offeratur mihi in sacrificium: quia Misericordiam potius volo quàm sacrificium. Et
Marci.12. iste sensus elucidatur optimè Marci. 12. cùm dicitur: Diligere proximum, maius est omnibus holocaustomatibus, & sacrificijs. Ex quo infertur quòd illa negatio: Et non sacrificium: non debet accipi absolutè, quasi Deus nollet sacrificiũ (cùm aliàs instituerit, & manducauerit illa) sed debet intelligi comparatiuè, vt sit sensus: Potius volo misericordiam, quàm sacrificium: quòd altera pars sententiæ explicat, cùm dicitur.

Et ſcientiam Dei pluſquam holocauſtum. Et ratio huius collectionis eſt: nam miſericordia in actu externo exercitata, neceſſaria eſt, proximo ad vitam: ſacrificium autem externum non per ſe pertinet ad cultum Dei, ſed ratione maioris manifeſtationis in religione. Nam per ſe loquendo ſatisfit præcepto colendi Deum per internum ſacrificium, quando externum non eſt in præcepto, aut non poteſt exhiberi; quo circa cùm ſeſe offert articulus neceſsitatis ſubleuandi proximum à miſeria temporali, non eſt amittenda illa miſericordia vt fiat ſacrificium externum: quia Deus potiùs vult miſericordiam quàm ſacrificium. Vnde Beatus Ambroſius. 2. libro. offic. capit. 28. & refertur. 12. quæſtio. 2. Canon. aurum, in Decreto. determinat etiam initiata vaſa licere confringere, conflare, & vendere in captiuorum redemptionem, & egenorum ſubſtentationem: nam verè illa ſunt vaſa pretioſa, quæ redimunt animas à morte: ille verus theſaurus, qui operatur quod ſanguis eius operatus eſt. Tunc vas Dominici ſanguinis agnoſco, cum in vtroque video redemptionem: vt calix ab hoſte redimat, quos ſanguis à peccato redemit. Vnde Beatus Laurentius, theſauros Eccleſiæ pauperibus erogauit. Et hic eſt propriſsimus ſenſus huius ſententiæ. Referta eſt omnis Scriptura hac veritate. Quandò ſeruus ille Abraham iuſſu Domini ſui perrexit ad Meſopotamiam, vt quæreret vxorem filio domini ſui Iſaac; petijt à Domino pro ſigno quòd illa mulier, in qua miſericordiæ, & humanitatis ſigna videret, ea eſſet vxor Iſaac domini ſui. Ait enim Geneſis. 24. Puella cui ego dixero inclina hydriam tuam vt bibam, & illa reſponderit: Bibe, quin & camellis tuis dabo potum, ipſa eſt quam præparaſti ſeruo tuo Iſaac, & per hoc intelligam quòd feceris miſericordiam cum domino meo. Nam certè illa anima erit digna coniugio veri Iſaac, qui eſt Chriſtus, in qua miſericordiæ, & humanitatis ſigna, & opera inuenta fuerint. In quo etiam aduertendum eſt, quomodò à Deo edocti erant illi Sancti patres, opera hæc miſericordiæ hominem probum conſtituere, cùm tales quærebant vxores ac cognatos, in quibus hæc miſericordię opera eſſent. Quare & Rebecca dicit, poſtquàm illum & camellos adaquauit: Palearum quoq; & fœni plurimum eſt apud nos, & locus ſpatioſus ad manendum. Laban quoque frater eius cucurrit ad virum & dixit ei: Ingredere benedicte Domini, cur foris ſtas? præparaui domum, & locum camellis. Et introduxit eum in hoſpitio. Et cùm nullus Sodomitarum Angelos hoſpitio recepiſſet, Loth ſolus illos ad ſe introduxit, tanquàm edoctus à Domino quantum hæc miſericordiæ opera placerent illi. Diuus Ambroſius ſermone de obitu Theodoſij Imperatoris, refert, tantæ fuiſſe miſericordiæ Theodoſium, quòd nunquam negauerit miſericordiam petenti beneficium. Putabat, ait, ſe accepiſſe cùm rogaretur ignoſcere, & tunc pronior eratvenię, quandò fuiſſet maior commotio, optabatur in eo, quod ab alijs timebatur, vt iraſceretur, & ſicverè fuit filius illius qui dicit: Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt. Auguſtinus libro. 20. de Ciuitate Dei. capit. 24. explicans iliud Pſalmi. 49. Congregate illis Sanctos eius, qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia, id eſt, qui diſponunt, ait: Hæc eſt omnis vita iuſtorum, diſponere Teſtamentum Dei ſuper ſacrificia. Aut enim opera miſericordiæ ſunt ſuper ſacrificia, id eſt, ſacrificijs præponenda, iuxta ſententiam Dei dicentis: Miſericordiam volo magis quàm ſacrificium. Aut ſi ſuper ſacrificium: in ſacrificijs intelligitur dictum, quomodò ſuper terram fieri dicitur quod fit vtique in terra. Profectò ipſa opera miſericordiæ ſunt ſacrificia, quibus placatur Deus, vt ſupra, libro. 10. capit. 5. dixerat ipſe, in quibus operibus diſponunt iuſti Teſtamentum Dei: quia propter promiſsiones quæ in nouo eius Teſtamento continentur, hæc faciunt: Vnde eis dicitur. Venite benedicti Patris mei, &c. Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare, &c.

d. Ambr.
B. Lauren.
Geneſ. 24.
d. Ambr.
Luc. 6.
D. Aug.
Oſea. 6.
Matth. 25.

Itaque, diſponere teſtamentum Dei ſuper ſacrificia, id eſt, plus facere miſericordiæ opera quandò neceſſaria ſunt, quàm ſacrificia: Sic intelligentes verbum Domini: quoniam teſtamentum Dei quod eſt Lex eius, hoc eſt, quod præcipuè continet: vel exiſtimantes quod ipſa opera miſericordiæ ſunt acceptiſsima ſacrificia Deo, quibus regnum cœlorum in Lege, & Teſtamento Dei promittit. Quod vtinam hiſce temporibus intelligere vellent omnes Chriſtiani, qui edocti fortè ab aliquibus qui

qui Euangelium Chriſti non ſincerè, aut legitimè intelligunt, ſed potiùs ſuis attendentes cõmodis, nihil minùs æſtimant, quàm Miſericordię opera, exiſtimantes ſe ſatisfeciſſe, ſi clauſis ad pauperes viſceribus, vnã horam in oratione continuare potuerunt. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Certè virtus hæc Miſericordiæ, non tanti hodie apud Chriſtianos æſtimatur, quanti olim æſtimari ſolebat. Quare ego ſemper illam ad memoriam reuocare ſatago, tã illã in publicis concionibus docens, & his qui mecum confabulantur ſuadens, quàm eam in ſcriptis meis ad perpetuã memoriam recommendans: atq; vtinam, quod opto contingat: cùm ſcriptum ſit: Qui obturat aurẽ ſuam ne audiat pauperem, & ipſe clamabit, & non exaudietur: Et Iudicium ſine miſericordia ei qui non facit miſericordiam. Quibus etiam comminatur Deus, quòd obliuiſcentur eorum viri miſericordes, ſi ipſi miſericordiam obliti fuerint. Hoc autẽ verbum, ſemper mihi in corde & in ore ſonabit: Miſericordiam volo, & non ſacrificium: & clamabo, dicens: Qui habet aures audiẽdi audiat. *Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores.* Hæc eſt tertia ratio, qua aduerſarijs reſpondet. Caietanus ſic explicat: Quoniã in rei veritate omnes eramus peccatores, & natura filij iræ, nec iuſti, ſed in peccato naſcebamur: ideò qui veniebat vocare homines, ex conſequenti & peccatores, quales & nos omnes eramus. Vel, vt alij volunt, nõ veni vocare iuſtos, hoc eſt, illos qui ſe exiſtimant eſſe iuſtos, quales erãt Phariſęi: ſed qui ſe fatentur peccatores, & agnoſcunt ſuã infirmitatem: Nam initium ſalutis, eſt cognitio peccati. Sed cùm multi tũc temporis iuſti reperiuntur, nam & ipſe Dominus de Nathanael dixit: Ecce verè Iſraẽlita, in quo dolus non eſt. Et de Ioanne Baptiſta: Inter natos mulierum, &c. Et inter Phariſeos aliqui etiã inuenirẽtur iuſti, vt Nichodemus, & Gamaliel: Conueniẽtius videtur dici, quòd debeat ſubintelligi: Ad pœnitẽtiam: quemadmodùm Lucas & Marcus addiderunt, & in multis codicibus græcis inuenitur in Matthæo ſic dictum: Nõ veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pænitentiam, nam iuſti non indigent pœnitentia, peccatores autem ſic. Sic inter iuniores Ianſenius, & Tithelmanus. Quæ quidem ſententia magni ponderis eſt, & vt peccator non deſpondeat animum, imò eleuet illum ad Deum, qui dicit ſe non tam propter iuſtos, quàm vt peccatores vocaret ad pœnitentiam, veniſſe. Ac ſi diceret: Hominum peccata me compulerunt, vt fierem homo: nam ſi peccatum non fuiſſet (vt habet verior ſententia) Chriſtus nõ fuiſſet incarnatus. Hoc enim expreſsit, Et quòd Iudas cum meretrice, quam ſaltem talem exiſtimauerat, coniunctus eſt, ex qua Chriſtus ſecundùm carnem ortus eſt. Et quòd Samſon cum Dalida meretrice copularetur, pro qua & ludibria perpeſſus eſt. Et quòd Booz à pedibus eleuaret ad caput Ruth Moabitidem, ex qua etiam originem traxit Chriſtus: nempè, quòd Chriſtus peccatores venerat ſaluos facere: propter quod ex peccatoribus originem ſumpſit. Et quòd eos venerat à pedibus ad caput transferre, ſicut cum Maria Magdalena egit, quæ priùs lauit pedes eius, deinde & caput vnxit: & quòd meretrices, & peccatores deberent Phariſęos illos ſuperbos præcedere in Regnum Dei. Aduerte tamen, quòd nõ vocat peccatores ad otium, aut ad voluptates carnis, vel ad libertatem peccandi: ſed ad pœnitentiam, quæ præterita plangit, & plangenda iterum ſatagit non committere: vt doleat, & de dolore gaudeat: vt incedat triſtis, & incuruatus, & det gloriam Deo: vt per ſingulas noctes lectum ſuum lacrymis riget, & exitus aquarum deducant oculi eius: vt pectus & cor percutiens, clamet ad Deum, & dicat. Tibi ſoli peccaui. Deniq; vt opera veræ pœnitentiæ exhibens, mereatur audire cũ peccatrice: Dimittuntur tibi peccata tua, Vade in pace. *Tunc acceſſerunt ad eum diſcipuli Ioannis, dicentes: Quare nos, & Phariſæi ieiunamus frequenter, diſcipuli autem tui non ieiunant.* Hanc calumniam ſolis Phariſęis tribuit Lucas, Matthæus diſcipulis Ioãnis: Marcus vtriſquè: quoniam Phariſæi diſcipulos Ioannis ad hoc induxerunt, & quia tanquam à fonte ab eis exijt, ideò illis tribuit eam Lucas. Matthæus verò ſolùm diſcipulorum Ioannis meminit: quoniam verba hæc forſam ſoli ipſi dixerunt, licèt, inducti à Phariſæis: & ideò Marcus vtriſque hanc calumniam tribuit: quoniã vtriq; oppoſuerunt. Phariſęi inducendo, diſcipuli Ioannis dicendo. Voluerunt enim per hanc calumniã Chriſtũ Dñm conuincere, q̃ non ob rationes dictas cũ publicanis ederet, ſed quia vorax erat & potator vini, vt palã poſteà de ipſo dicebãt: & obid diſcipulos Ioannis illi opponunt: nam ſi condẽnaſſet

Matt. 23.
Lucæ. 11.
Prou. 21.
Iacob. 2.
Iob. 24.
Oſea. 6.
Lucæ. 8.
Caieta.
Ioan. 1.
Lucæ. 7.
Ianſenius.
Tithelm.
Geneſ. 3.
Iudic. 16.
Rut. 3. & 4.
Lucæ. 7.
Baruch. 3.
Pſal. 106.
Pſal. 118.
Pſalm. 50.
Luc. 7.

ſet Ioannem, diſpliceret populo, qui Ioannem tanquàm virum magnum habebat: ſin minus, ſe ipſum condemnaſſet. Diſcipuli autem Ioannis facilè ad hanc calumniam inducendam Chriſto perſuaſi ſunt: quoniã iam inuidię labes eorũ animos occupauerat: & ideò voluerũt iuſtitiam ſuam diſcipulis Chriſti præferre, illam in exteriori ieiunio collocantes, ſequentes in hoc Phariſæorum ſimulatam iuſtitiam. Sed audi quid reſponderit Dominus. *Nunquid poſſunt filij Sponſi lugere, quamdiù cum illis eſt ſponſus? Venient autem dies, cùm auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt.* Filios Sponſi vocat, non genitos ab Spõſo, ſed phraſi Hebraica illos dicit filios Sponſi, ad quos pertinet conuerſari cũ Sponſo, & illi adhærere. Vnde Marcus dicit: Filij nuptiarũ. Et in Græco eſt: Filij nuptialis thalami: nam apud Hebræos ille dicitur filius alicuius, qui vlla ratione ad illum pertinet: ſic filij iræ & maledictionis dicuntur qui iræ Dei, & maledictioni ſunt obnoxij. Sic Eſai. 5. locus pinguis dicitur filius olei. Et cap. 21. vocatur Babel filia areæ Dei: quòd ita vt frumentum in area eam vellet conterere. Sic dicuntur filij lucis, & tenebrarum, & filij regni. Sic in propoſito filij Sponſi nuptiarum dicuntur, nõ qui ex Spõſo in nuptijs genitiſunt, ſed ad quos pertinet Sponſo adeſſe, & nuptialibus gaudijs perfrui. Sciebant autem diſcipuli Ioannis quòd magiſter ſuus Chriſtum Sponſum vocauerit. Igitur ſenſus eſt. Sicut non conuenit his qui ad nuptiarum gaudia vocantur, quamdiù Sponſum comitantur, lugere aut ieiunare, ſed epulari & gaudere: ſic nec meis diſcipulis modò conueniẽs eſt, vt quãdiù mea fruuntur preſentia lugeant aut ieiunẽt: mea quippe preſentia plusquã ieiunia eis prodeſt. Veniẽt autẽ dies cùm auferetur ab eis Sponſus: non abibit, hoc enim eſſet eos fugere, ſed auferetur ab eis, cùm impij ipſum interficient, & tunc ieiunabunt. Per ieiunium autẽ luctus ſignificatur apud Matthæum, vt prius dixerat: & ex propoſito videtur illis inſinuare, quòd ipſis rectè conueniat ieiunium: quoniam diſcipuli Ioannis ſequi debent magiſtrum ſuum, qui auſteram vitam agebat. Ex hoc loco teſte Hieronymo occaſionem ſumpſerunt, Montanus, Priſca, & Maximilla, vt tres Quadrageſimas in anno celebrarent, quarum vna erat poſt Aſcenſionem, quando Sponſus à nobis abijt. Sed ſi hæc ratio valeret, ſemper deberemus ieiunare. Attende quàm ſuauis, imò & gratioſa, atque lepòre plena, fuerit hæc Chriſti Domini reſponſio; nam per eã nec Ioannis ieiunia condemnat, nec vlli iniuriam dicit, ſed dulciter ait, diſcipulos ſuos commorari nunc cum vero animarũ Sponſo, & oportere illos non lugubres ſed hilares Sponſum comitari. Verè, Domine Ieſu, de te dictum eſt, quòd ſit diffuſa gratia in labijs tuis. Mel & lac ſub lingua tua, & eloquium tuum dulce. Fauus diſtillãs labia tua: & quòd mirabantur omnes de verbis gratiæ quæ procedebant de ore tuo. Duas ego hic reperio rationes incluſas: altera ſe tenet ex parte temporis, quod erat nuptiarũ, & thalami, & gaudiorum: ineptum eſt autem tale tempus ad luctum, & mœrorem de quorum numero eſt ieiunium. Altera ex parte perſonæ ſe habet: preſentia enim corporalis Spõſi, gaudij lætitięq; fons erat. Sapiens autem, Eccleſ. 3. docet quòd omnia tempus habent. Tempus ridendi, & tempus ſlendi: precedit autem riſus fletum. Tempus etiam eſt ieiunandi, & tempus epulandi: cùm Spõſus tẽporali preſentia celebrat thalamum nuptialem, nec luctus nec ieiunij adeſt tempus. Apoſtoli autem hilares ſequebantur Chriſtum, tanquàm ſi irent ad nuptias: nam & Chriſtus illis dicebat. Gaudete & exultate, quoniam nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Cùm verò venit tempus quo Spõſus pro dilectiſsima Sponſa poſuit animam ſuam, tunc quidem fuerunt dies luctus & ieiunij Apoſtolis. Duplex ergò cùm ſit ieiunium corporale: alterum quod pro refrenanda carne aſſumitur, vt mens diſponatur ad contẽplationem: iſtud non erat neceſſarium Apoſtolis, quamdiù cum eis erat Chriſtus corporaliter, quia plus proficiebat eius preſentia quàm corporalis abſtinentia. Aliud eſt ieiunium quod ex plenitudine & perfectione cõtemplationis procedit, quale fuit ieiuniũ Moyſi in monte. Quanto enim anima altius eſt ſublimata per contemplationem, tantò paucioribus eſt contẽta mortalis caro. Quare homines verè deditos contẽplationi, parcos eſſe ſolere, experientia docet, vt in Ioãne Baptiſta, Antonio, Franciſco, Dominico & alijs viris contemplatiuis videmus. Quare irridendus eſt, qui dicit, benè epulatum aptiorem eſſe ad contemplationem. Tale autem ieiunium non conueniebat Apoſtolis, adhùc paruulis & inſipientibus, ſed prius innouandi erant per charitatem Spiritus ſancti: quod quidem perfectum fuit in die Penthecoſtes, & exinde ieiunauerunt, vt in actis

Eſai. 5. & 21.

D. Hier. Montanus Priſca & Maximilla

Pſal. 47.
Cant. 4.
Luc. 4.

Eccleſ. 3.

Matth. 5

actis Apoſtolorum patet. Vnde & hîc dicit Dominus: Venient dies cùm auferetur ab eis Sponſus, & tunc ieiunabunt. Tertium ieiunium eſt ſpirituale, quod tunc verè impletur cùm ab omnibus vitijs ieiunamus, de quo Eſai. cap. 58. dixit: Nonne hoc magis eſt ieiunium quod elegi? Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes, &c. Hoc ieiunium perfectè ſeruauerũt diſcipuli, præter quædam humana quæ paſſi ſunt. Sed hoc ieiunium non ieiunauerunt Phariſæi, nec intellexerunt illud: ea propter Chriſtus eorum ieiunia damnabat, nec imitãda diſcipulis ſuis proponebat: ipſi quippè exterius dumtaxat ieiunabant, cum interim anima nihil niſi vitiorum fœtores eructaret. Chriſtianorum autem ieiunia ad hoc inſtituta ſunt, vt per macerationem carnis animus à ſuis cupiditatibus refrenetur: id enim frequenter Eccleſia in ſuis orationibus Quadrageſimalibus precatur à Deo, vt ſicut populus Chriſtianus per ieiunium ab eſcis carnalibus abſtinet, ſectando iuſtitiam à culpa ieiunet. Nam, vt B. Franciſcus ſolebat dicere, nemo ſibi debet placere de eo quod & malus facere poteſt: latro quippe poteſt ieiunare, orare, veſtem religionis portare: nec enim debemus omnia prepoſterè agere, in his conſtituentes iuſtitiam totam, quæ de ſe nec bona nec mala ſunt, neglectis his in quibus vera iuſtitia conſiſtit: hoc enim eſſet vulnera ſolùm in ſuperficie curare, nihil curantes ſi intus ſanies ac corruptio tegatur; quod ſi chirurgus ſic faceret, tanquã impoſtor & ſeductor haberetur. Aduerte etiam Chriſti charitatem erga nos, qui Spõſus noſter dici non dedignatur; nam vt Baptiſta dicit: Qui habet, Sponſam Sponſus eſt. Quamuis enim Scriptura vbique manſuetudinem Chriſti commendet, nominando eũ patrem, fratrem, amicum, medicum, paſtorem, Dominum, Redemptorem noſtrum: nihil tamen eſt quod dulcius ſonet in auribus cordis noſtri, quàm quòd ſe Sponſum nominat: hoc enim verbo maximã ſuam erga nos charitatem oſtendit: quemadmodùm fortior dilectio non eſt, quàm ſponſi ad ſponſam, iuxtà illud: Relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adherebit vxori ſuæ. Deinde & hoc verbo oſtendit ſe nobiſcum habiturum omnia communia, vt & miſerias noſtras ipſe ſuſcipiat, nobisque bona ſua communicet. Si Chriſtus miſerias tuas & mala in ſe recipit, non eſt quod vehementer timeas; ſi bona ſua tibi communicare vult, eſt de quò ſummè gaudeas: Habentes enim talem Pontificem, qui penetrauit cælos, teneamus fidei noſtrę confeſsionem, ait Paul. Qui hoc pacto vident Sponſum, hoc eſt, qui agnoſcunt Deum, & quẽ miſit Ieſum Chriſtum, qui guſtarunt quàm ſuauis eſt Dominus, hi filij Sponſi ſunt, qui lugere non poſſunt. Quamdiù Sponſum hoc modo vident, pacatam habent conſcientiam, gaudent etiã in aduerſis, omnia cum hilaritate mẽtis operantur. E contrà qui Sponſum hunc hoc modo non vident, triſtes ſunt inquietam habẽtes conſcientiam; quod ſi aliquid ad extra faciunt, cum tœdio faciunt, tanquàm ſerui & non filij, ſemper timẽt. Nec mirùm cum non Sponſum, ſed tantũ iudicem credãt eſſe Chriſtũ. Poteſt etiam id intelligi de anima, quæ dum per gratiã ſecum habet Deũ, gaudet, vt modò dicebamus: hilares enim facit animas Dei præſentia, ſecundùm illud Prouerb. Securà mens quaſi iuge conuiuiũ. Cæterùm cùm Deus abeſt, mœrore plena efficitur, quia deficit ei verum gaudium, & eſt abſens Sponſus: ſolus enim Chriſtus verus animæ Sponſus eſt, cęteri prociſunt. Id enim voluit Dominus dicere Samaritanæ Nunc quem habes, non eſt tuus vir. Vnico enim viro, qui Chriſtus eſt, deſpondit nos Paulus: quòd ſi præter illum admittimus alium, non proprius, ſed alienus erit, & tunc debemus plangere veri Sponſi abſentiam. Vnde Ioel. 7. dicitur: Plange quaſi virgo accinta ſacco, ſuper virũ pubertatis tuæ. Hoc dicitur ad animam quę per peccatum amiſit verum Sponſum ſuum. Ruth. 1. etiam dicitur: Ne vocetis me Nohemi, quod eſt pulchra, ſed vocate me mara, quod eſt amara, quia amaritudine valdè repleuit me Dominus. Anima enim ſine Deo vacua eſt: quia animam Dei capacem, nõ implet quicquid Deo minus eſt: nã vt D. Aug. clamat. Quidquid Deo meus nõ eſt, egeſtas mihi eſt. Hoc dixit Nohemi, quia amiſerat virum ſuũ Elimelech, quod interpretatur, Deus meus Rex. Iud. 18. legitur, quòd cùm ſexcenti viri de tribu Dan introijſſent in domum cuiuſdam Michæ, tulerunt Deos ſuos conflatiles, quos ipſe fecerat, & abierunt: quod cùm reſciuiſſet Micha perrexit clamans, ac flẽs poſt tergum eorum, cui viri Dan dixerunt. Quid tibi vis? Cur clamas? Qui reſpondit: Deos meos tuliſtis, & ſacerdotem & omnia quæ habeo, & dicitis: Quid tibi eſt? Anima quæ ſe viduã ſentit Deo ſuo orbatã, qui ſibi, & ſacerdos, & omnia bona erat, quid mirum

Eſai. 58.

B. Franciſcus.

Moralitas

Ioan. 3.

Matth. 25

Hebr. 4.

Prouer. 15.

Ioan. 4.

1. Cor. 11.

Ioel. 7.

Ruth. 1.

D. Aug.

Iud. 18.

mirum quòd lugeat, quòd clamet, quòd per deſerta loca flēs Deū ſuū quærat. Quod ſi interroges, quid habet? Quid ploret? Cur ſic lamētet & plāgat? Reſpōdebit. Careo Deo meo, Spōſo meo, Sacerdote meo, & dicitis, quid habes, quid ploras? Cū ergo ab anima Spōſus abeſt, lugere debet, & cū preſens eſt gaudere. Allegorice etiā de Chriſto Dño intelligi poteſt quem plorauerunt Apoſtoli. Vnde Dauid carmem lugubre compoſuit de Saule mortuo, & Ionatha, id eſt, Chriſto. Et Hieremias Threnos ſiuè lamētationes fecit ſuper mortem Ioſiæ Regis Iuda, qui præfigurauit Chriſtum. *Nemo autem immittit commiſſuram panni rudis in veſtimentū vetus, tollit enim plenitudinē eius à veſtimēto & peior ſciſſura fit.* Hanc parabolam ſic ego cum multis intelligo. Qui aſſumit à panno rudi, hoc eſt, impolito, nec fullonū arte extenuato, aſſumentum aliquod, & cum illo vult vetus veſtimentum reſarcire, illi aſſuendo partem illam panni noui, duo incōmoda facit: nam pannum, ſeu veſtimentum nouum remanet deciſſum & imperfectum: quia ab illo ſublatū eſt ſupplementū illud, ac proinde diminuta eſt integritas illius. Alterum incommodum eſt, quod ipſum veſtimentum vetus ſcinditur: nam particula noua trahendo veterem ſcindit eam. Imò ipſemet videns inconcinam, & fœdam vnionem particulæ nouæ cum veſte veteri, eam ſcindere ſatagit, cùm non benè vetus & nouum in idem conueniant. Sic & Horatius in arte Poetica hac ſimilitudine vtitur, ad oſtendendum quòd res diſpares, & omnino diſſimiles non rectè poſſint copulari.

2. Reg. 1.

Horatius.

Verſus.

Siue vnus & alter
Aſſuitur pannus, ceu lucus & ara Dianæ.

Eodē modo intelligitur quod ſequitur. *Neq; mittunt vinum nouum in vtres veteres, alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt. Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt, & ambo conſeruantur.* Ecce alia duo incommoda, ex hoc quòd vinum nouum in vtres veteres mittitur, quòd & vtres rumpūtur, & vinum effunditur. Ambæ autem hæ parabolæ huc pergunt, vt reddat Chriſtus Dominus rationem, quare non conuenit modo diſcipulos ſuos ieiunijs onerare. Nam ratio præcedens ex inconcinitate temporis oſtendit, non eſſe tunc tempus ieiunij, cū Sponſi feſta agebantur: nunc probat ex ipſorum diſcipulorum indiſpoſitione ac imbecillitate. Homines vetuſtati aſſueti, non ita benè quæ noua ſunt cupiunt; diſcipuli Chriſti adhùc vetuſtati literæ, & veteris legis aſſueti erant, in qua ieiunia quę indicebātur, & carnaliter intelligebantur, & carnaliter adimplebantur, ſolùm vt litera ſonabat, ſine vlla relatione ad ſpiritum, & ad id ad quod principaliter debebat ordinari ieiunium. Ieiunabant quippe Phariſæi: vel vt viderentur externi obſeruatores Legis, & ſic laudem aucuparent humanam, vel ieiunabant corpore dumtaxat, non tamen anima à vitijs abſtinendo, vt modò dicebamus: quippe qui omnem iuſtitiam Legis in exteriori obſeruantia ſolummodò conſtituebāt: quem modum ieiunandi ex conſequenti debuerunt ſequi diſcipuli eius, & omnis ille populus illos ſequebatur. Ieiunium autem nouę Legis altiori modo fit: necē ex ſeruitute Legis, ſed ex libertate ſpiritus prodeūt noſtra ieiunia, nec ad laudē captandam humanam, ſed pro gloria Dei fieri debent: nec ſolùm corpore ab eſcis, ſed potiùs anima à vitijs ieiunare pręcipimur. Hæc autem nec dùm capere poterant diſcipuli eius illi vetuſtati aſſueti, quæ etiam ſignificabat eorum imperfectionem ac imbecillitatem: rudes quippe illos ſelegerat Dominus, & ex media fece plebis, nec ſubito eos à tali vetuſtate purgauit: ſed paulatim eos ad perfectionem nouæ Legis deduxit. Igitur ſi nouæ Legis perfectionem protinùs illis imponeret, duplex eſſet nocumentum: quòd ſcinderetur integritas noui Teſtamenti, dum pars illis imponeretur, nempe ieiunium, & tamen id propter imperfectionem nō poſſent portare diſcipuli, qui perfectione charitatis ac ſpiritus, quem noua Lex exigit, carebant: & ideò parùm boni, quod ex veteri Lege habebant amitterent, nec Chriſti doctrinam recipiendo, nec antiquam ſeruando: Nam & doctrina eſſet noua, & vita vetus, nec benè vetera cū nouis copulantur. Et ad idem tendit ſecunda parabola: Nam vinum nouum, eſt doctrina noui teſtamenti, vtres veteres, Apoſtoli, qui adhuc vetuſtati carnis, & Legis veteris adherebant: ſi hoc vinum nouum in vtres veteres, ac putridos mitteret, nec Legis nouæ ſpiritum capere poſſent, & oneri ſuccumbentes perirent. Oportuit ergò vt prius per Spiritum ſanctum renouarentur, vt ſic Legis nouæ capaces efficerentur. Quare illis dixit Dominus: Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto: Hoc eſt, modò veteribus eſtis induti veſtimentis, & ideò nolo vobis aliqua Legis nouæ onera proponere, nè noua cum veteribus mixta parum

Luc. vlt.

rum decoris efficiant: ſed cū omnino ablata vetuſtate nouo ſpiritu ex alto fueritis induti, tunc vobis perfectionem nouæ Legis docebo. Hoc autem contigit in die Pentheco-ſtes, quandò Spiritus ſancti igne omnino renouati ſunt. Videmus quippe ferrum rubigine plenū, q̄ ſi in ignis fornacem mittatur, illo igne cōſumit̄ antiqua illa rubigo, & omnino innouatum ex fornace exit: Sic Spiritus ſanctus qui in linguis igneis Apoſtolis apparuit, ſic veterem rubiginem in illis cōſumpſit, vt omnino noui in omnibus viderentur. Quare quaſi de re noua admirabantur de illis turbæ dicentes: Nōne omnes iſti qui loquuntur Galilei ſunt? Et quomodò nos audimus vnuſquiſque lingua noſtra illos loquentes? Mirabantur in illis, quomodo tam citò conſumpta fuerit in illis vetuſtas, quam aliquando in eis agnouerunt, & omnino noui in loquela, & in operibus apparerent. Et ideò dicebant illos, ebrios à vino eſſe: quoniam iam cùm effecti eſſent vtres noui, conſumpta per Spiritus ſancti calorem veteri humiditate, ac ſapore, vinum nouum hoc eſt, lex noua, illis infundebatur, & turbæ illius vini nouivim ſentiebāt: mordet ēm vinum nouum guſtum, ſicut & lex noua corda, & ideò illos muſto madidos eſſe putabant. Sit ergo hic paraphraticus ſenſus. Tantùm abeſt, vt indulgentis ſit negligentiæ, quòd diſcipulos meos non onerem ieiunijs, quemadmodūm vos calumniamini, vt id ipſum maximę ſit prudentiæ & artificij. Sicut enim nemo prudenter partem panno nouo, aut veſti nouæ oblatam aſſuit veſtimēto veteri, alioqui enim fit, vt duplex incommodum reportet inconcina coniunctione diſſimiliū: aufert aſſuetam partem, perdēs ſimul partem nouo panno ablatam, & ſciſſuram veterem ampliorem faciens: & ſicut nemo prudēter vinum nouum, & ob id adhuc feruеſcens & forte, immittit in veteres vtres, ne effractis vi vini vtris, & efuſo vino, duplex ferat diſpendium: Ita nec ego prudenter facturus eſſem, ſi nouam ieiunandi rationem, quam noua mea doctrina exigit, diſcipulis meis adhuc infirmis, & incapacibus indicarem. Sic enim vſu veniret, vt & doctrinæ meæ fructus periret, & ipſi à virtutis perfectiore via, quam ſectari cœperunt alienarentur: expectandum proinde quouſque innouentur Spiritu cœleſti, vetuſtate ac infirmitate depoſita, quandò nouis noua congruerent. Porrò Ambroſius has parabolas videtur ſic intellexiſſe, quaſi ſignificare eis Dominus voluerit, non commiſcēda pręcepta nouę Legis, & Phariſæorum traditionibus, inter quæ erāt ieiunia illa triſtia, & coacta. Et ad id pertinet quod Lucas addidit dicens: Et nemo bibens vetus, ſtatim vult nouum: dicit enim, vetus melius eſt: quoniam ſicut qui aſſuetus eſt veteri, non ita placidè hauſtum noui accipit, quod à principio auſterum eſt, ſed poſtquam per vſum iam illi applicuit guſtum, libens bibit illud, & veteris obliuiſcitur: ſic quia Lex noua incipientibus auſtera ac rigida apparet, qui vetuſtati peccati aſſueti erant, oportet vt paulatim illi aſſueſcant: nam tunc cum ſuauitate accipient illam, cùm iam diuinus amor in illis creuerit, & omnia dulcia illis reddiderit, ita vt omnino vetera omnia obliuiſcantur. Sicut Iſaac tanto amore accenſus eſt erga nouam coniugem Rebeccam, vt vetulæ Sarę matris ſuæ penitus obliuiſceretur. Vnde Leuit. 26. dicitur: Vſque ad noua comedetis vetera, nouis autem ſuperuenientibus vetera proijcietis. Vbi etiam aduertendum eſt, quòd Dominus Ieſus per has parabolas non tantū voluit reddere rationem, quare diſcipuli ſui non ieiunabant tunc, ſed quòd occaſione accepta ex verbis Scribarum, & Phariſęorum extendit doctrinam ſuam ad declarandum, quare non exigebat à diſcipulis ſuis ea quæ ſunt nouę Legis. Imò per hāc vltimam parabolam rationem reddit literalem, quare etiam poſt miſsionem Spiritus ſancti, nō ſtatim abſtraxit fideles ſuos à Legalibus ceremonijs, eo quòd eſſent aſſueti veteri Legi, & ideo paulatim & non ſtatim abſtraxit illos à Legalibus: quoniam aſſuetis vino veteri, non ſtatim ſapit nouum. Aduertenda eſt etiam Dei ſapientia ſuauiter diſponens omnia. Can. 5. dicit Sponſa. Meſſui mirrham meam, cum aromatibus meis, bibi vinum meum cum lacte meo. Mirrha quæ amara eſt, luctum gementium ſignificat, qui cum aromatibus virtutum Sponſum expectant, ſed non confeſtim vino ſe implent: hoc eſt, non protinus ad maiora gaudia rapiuntur, quę inebriare perfectorum animas ſolent, ſed lacte infantilis doctrinæ, & gratiæ vtuntur, vt paulatim in agnitione decreſcant, & tunc purum & eliquatum internæ conſolationis vinum recipiunt. Et ſic quia diſcipuli nondum poterant maiora recipere, lacte eos nutriebat Chriſtus, quia nō poterant ſolidum cibum digerere, vt Paulus fecit cum Corinthijs. Vnde & Prouerb. 9. dicitur, Sapientiam miſcuiſſe vinum: quoniam

similes

Actor. 2.

Luc. 5.

similes

Genes. 24.

Leuit. 26.

Moralitas

Cant. 5.

1. Cor. 3.

Prouerb. 9.

Ambroſ.

niam incipientes nondum perfecti vinum ſpiritus nouum non caperent, ſed in conſueti talibus etiam ea perdunt quæ prius habuerunt: ſed cum lacte miſcet vinum, vt prius minoribus conſolationibus, quibus tãquam paruuli capaces ſunt, aſſuefiant ad bibendũ vinum quod ad altiora ſapientiæ Dei contẽ-
Matth. 7 planda eleuat. Vidimus enim Petrum nondum ſolido cibo plenum ad vocem ancillulę negaſſe Chriſtum, cuius poſteaquàm Spiritus ſancti robur accepit, etiam Principes cõ-
Actor. 4. ſtantiam admirabantur: nam Acto. 4. dicitur, quòd videntes Petri, & Ioannis conſtantiam, comperto quòd homines eſſent ſine literis & idiotæ, admirabantur & cognoſcebant quoniam cum Ieſu fuerunt. Quare ad
Cant. 5. amicos iã veteres dicitur Cant. 5. Bibite amici & inebramini chariſsimi. Per hoc etiam docemur non debere nouitios & tyrones in exercitio virtutum & ſapientiæ ad maiora munera Eccleſiæ exercenda eleuare: nam inter cæteras conditiones quas in prælato exigit Paulus, vna eſt, ne ſit neophytus, ne in ſuperbiam elatus incidat in tentationem & laqueum diaboli. Nam videns ſe tam citò ad prælaturam eleuari, euaneſcet in cogitationibus ſuis putans ſe maximè neceſſarium eſſe Eccleſiæ, atq; neceſsitate cõpulſam illum aſ-
Concilium Nicenũ. ſumpſiſſe. Quare in concil. Niceno. 2. prohibetur Neophytus ordinari: vnde D. Gre-
D. Greg. gor. lib. 7. Epiſtola. 3. ad Siagrium Epiſcopum, & refertur in Decret. 48. d. ait, quòd Neophytus habendus eſt, qui repentè in religionis habitu plantatus ad ambiendos ſacros ordines irrepſerit. Ordinatè quippe, ait, ad ordines aſcendum eſt: nam caſum appetit qui ad ſummi loci faſtigium poſtpoſitis gradi-
Simile. bus per abrupta quærit aſcenſum. Scimus autem quod ædificati parietes, non prius tignorum pondus accipiunt quàm à nouitatis ſuæ humore ſiccentur, ne ſi ante pondera quàm ſolidentur accipiant, cunctam ſimul ad terram fabricam deponant: Hæc ille. Hãc autem humiditatem ac virorem iuuentutis, per pœnitentiæ opera, per virtutum exercitia excitare debent. Docemur etiã per hoc ne oneroſas ac graues leges ſuper humeros ſubditorũ imponant prælati; nemo enim mittit vinum nouum, ideſt, acutam & grauẽ legem, in vtres veteres, ideſt, in homines iam vitijs corruptos: alioquin rumpuntur vtres, id eſt, frangunt leges & vinum effunditur, nam paruipenditur lex, & vtres pereunt, hoc
Prouer. 30 eſt, peiores fiunt: nam, Qui multum emũgit, ellicit ſanguinem, ait Sapiens.

Hæc illo loquente ad illos, ecce princeps vnus acceſſit & adorabat eum dicens. Domine filia mea modò defuncta eſt, ſed veni impone manum tuam ſuper eam & viuet. Marc. cap. 7. & Luc. Marc. 7.
8. dicunt quòd iſte erat princeps ſynagogæ Luc. 8.
& vocabatur Iairus: nam vt ſupra docuimus præter templum quod erat in Hierulalẽ, habebant Iudæi in alijs ciuitatibus & vicis ſynagogas quaſdam, in quibus conueniebant non ad offerenda ſacrificia, ſed ad prædicandum, orandum, & laudes Deo decantandum, & qui illi loco præerat vocabatur Archyſinagogus. *Domine filia mea modò defuncta eſt, &c.* Marcus & Lucas aliter referunt, nẽpe quòd dixerit: In extremis eſt, & quòd moriebatur, Matthęus verò refert, quòd dixerit: Modò defuncta eſt. Sed Auguſt. ſic eos conciliat, quòd quãuis cũ ipſe egreſſus eſt è domo ſua, filia ſua nondũ defuncta erat, tamen quia dimiſit eam iam vitam agentem, atq; in extremis vitæ agonizantem, exiſtimans cum acceſſiſſet ad Ieſum ipſam iam eſſe mortuã, Matthæus poſuit verba quæ ſecundum cogitationem eius dixiſſet, etiamſi talia verba non dixerit. Cæteri verò Euangeliſtæ ea verba retulerunt, quæ ipſe ore ſuo dixit: atq; hoc nobis documentum oſtendit, quòd cùm intentio explicatur, etiam ſi eadem verba non referantur, nulla eſt contradictio. Idem enim eſt ac ſi dixiſſet: Domine ego dimiſi filiam meam ita morti propinquam, vt verè exiſtimem illam iam eſſe mortuam, ideò peto vt venias & imponas manum tuam ſuper
illam & viuet. Verba ſunt Auguſtini. Non D. Aug.
mentiri quemquam, ſi alijs verbis quid dixerit quod aliquis voluerit, cuius verba non dicit: neq; veluti miſeros aucupes vocum putare nos debere, apicibus quodammodò literarum ligandam eſſe veritatem: cùm vtiq; non in verbis tantùm, ſed etiam in omnibus ſignis animorum non ſit niſi ipſe animus inquirendus. Rectius tamen exiſtimo dicendũ, quòd Lucas, & Marcus prolixius hanc hiſtoriam narrauerunt, Matthæus verò breuitati ſtudens verba antecedentia omiſit, quæ tamen Lucas, & Marcus poſuerunt. Venit enim iſte princeps cùm filiã in extremo reliquiſſet & dixit ad Ieſum: Domine, filia mea in extremis eſt, veni, &c. Poſteà venerunt ſerui eius & dixerunt ei iam eſſe filiam ſuã mortuam, & ab hoc loco cœpit hiſtoriam Mathæus. Tunc enim reuerſus ad Chriſtũ dixit ei iterum. Domine, filia mea modò defuncta eſt, ſed veni, impone manum tuam, & viuet; nã non minus de tua virtute æſtimo,

quòd

Moralitas ſeu concio quòd poſsis ſuſcitare mortuam, ſicut & ſanare ægrotam. Hic primùm videmus hominũ conditionem, præcipuè diuitum ac magnatum, vt niſi puncti & percuſsi à Deo nunquàm eius videantur memorari. Hic Archiſynagogus niſi filiæ inſtantem mortem vidiſſet, forſan non recordaretur Chriſti. Quod & in Nabuchodonoſor vidimus, qui poſtquam à Domino fuit flagellatus, atque
Dan. 31. regno expulſus, & interferas per decem annos commoratus, ait: Igitur poſt finem dierum, ego Nabuchodonoſor oculos meos ad cœlum leuaui & benedixi Altiſsimo, & viuentẽ in ſempiternũ laudaui & glorificaui. *Veni impone manum tuam, &c.* Adhuc puſillus erat in fide homo iſte: nam etſi credebat ipſum habere virtutem ad ſuſcitandam filiam ſuam, tamen putabat opus eſſe vt eſſet præſens, & manu ſua tangeret filiam ſuã:
4. Reg. 3. ſicut & Naaman Syrus leproſus volebat, quòd exiret ad eum Heliſæus, & inuocato nomine Domini tangeret manu ſua locum lepræ, non credens quòd ſolo verbo ipſum poſſet ſanare: ſic hic princeps non tantum
Matth. 8. gloriæ dedit Deo, ſicut Centurio ille, qui ſolo verbo faſſus eſt, poſſe Dominum cura-
Eſai. 65. re puerum ſuum. Nam vt ipſe Dominus dicit: Ego ſum Deus de longè, & Deus de propè: tantam potentiam habet in terra, quantam in cœlo, imò vbique idem eſt. Hac igitur neceſsitate cõpulſus venit Archiſynagogus hic ad Ieſum. Alij verò ſunt, qui nec in neceſsitatibus Dei memores ſunt, nec corri-
Hiere. 5. guntur, de quibus Hierem. 5. dicitur: Percuſſiſti eos, & non doluerunt: attriuiſti eos & noluerunt accipere diſciplinam. *Veni, inquit, impone manum tuam ſuper eam, & viuet. Et ſurgens ſequebatur eum & diſcipuli eius.* Mirares, atq; oĩ attentione digna. *ſurgens ſequutus eſt eum.* Nonnè homo ſequi debet Deum factorem ſuum? Nonnè ipſum regem noſtrum
Ioan. 14. ac ducem noſtrum dicit Propheta? Nonnè ipſe via eſt & vita? Potius ergò homo ipſum debet ſequi quã ipſe hominẽ. Ita verũ eſt: tamen vt homo poſſet ſequi Deum ſuum, opus fuit, vt Deus prius ipſum inſequeretur hominem. Fecit quidem Deus hominem rectũ ipſumque in recta via collocauit, qua finem ac beatitudinẽ ſuam pertingere poſſet. Cæterum homo ipſe imprudens ac ſtultus, ſuperbus & arrogans, viam hanc rectam omiſit, ducem ſuum poſt ſe dimiſit, & ante illũ progredi ſuo arbitrio auſus eſt, cùm mandatum eius prætermiſit: quapropter errabat in via nec ad beatitudinem, ſed ad perditionẽ potius properabat. Quare Deus homo factus eſt, vt ouem errantem ad caulas reduceret, hominem inſequeretur, vt iterùm in viam rectam reuocaret. Id Deo contigit cum homine, quod tibi accidere aliquando ſolet. Simile.
Conduxiſti hominem qui te per viam duceret ad patriam tuam, cuius viam aut ſemitã ignorabas, & cùm deberes ſequiveſtigia eius, fortè incautus, aut ex propoſito tibi nimiũ fidens prætermiſiſti ductorem viæ tuæ, & errabas à via atque in præcipitia ferebaris: quod cùm homo illevideret, poſt te clamat currens, & vocibus ac nutibus dicit te à via recta declinaſſe, vt ſecum reuertaris ad viã rectam. Deus ductor hominis eſt, illo tamen prætermiſſo ſuam voluntatem exequi nitebatur homo: Quapropter ad inferna loca ferebatur, deſcẽdit Deus atq; homo factus poſt eum pergit clamans, & verbis ac nutibus, prædicatione & exemplo illum reuocare ad rectam viam, à qua aberrauerat, conatur.
Quod expreſſerat Eſai. cum cap. 30. dicebat: Eſai. 30.
Erunt aures tuæ audientes vocem poſt tergũ monentis: Hæc eſt via, ambulate in ea, & non declinetis, nec ad dexteram nec ad ſiniſtram. Torque habenas, ò homo, hanc viam quam ego oſtendo ſequi debes, nec vnquem tranſuerſum declinare ab ea, alioquin peribis. Idem docet Petrus. 1 Canon. cap. 2. 1. Pet. 2.
Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius: Etenim ſicut ille te ſequutus eſt vt tua damna tolleret, ſic & tu indigentem proximum ſequaris, vt eius indigentiæ ſuccurras. Attẽde ſecundò, quàm præſto ſit Deus tuis precibus. Vix princeps iſte ſermonem impleuerat, & protinus ſurgens Dominus ſequebatur eum, Deus olim tardiorem ſe oſtendebat homini, difficultatemque ſecum preferebat, multis em̃ precib̃ vix excitari poterat à nobis: ſic enim querulus voces Dauid emittebat Pſalm. 68. cùm dicebat: Labo Pſalm. 68
raui clamans, rauceq; factę fauces meę, defecerunt oculi mei dum ſpero in Deum meũ. *No tengo ojos de mirar al cielo.* Et alibi: Exu- Pſal. 43.
ge, quare obdormis Domine? Quare faciem tuam auertis, obliuiſceris incipię noſtrę, & tribulationis noſtrę? Videris vſque in finẽ nos dereliquiſſe, à nobis faciẽ auertis ne videas miſerias noſtras, & compaſsionis affectu mouearis ad eas. At poſtquàm factus eſt homo, & miſerias noſtras expertus eſt, iam præſto adeſt nobis, ad primamque cordis vocem iam preſens eſt. Quod & Eſaias varici- Eſai. 3.
natus fuerat cum dixit cap. 3. Plorans nequaquam

quaquam plorabis, miſerans miſerebitur tui, ad vocem clamoris tui ſtatim vt audierit, reſpondebit tibi: *No auras echado la palabra por la boca, quando ſeràs oydo.* Vt & tu diſcas, citò proximi neceſsitatibus ſubuenire, nec velis vt vocibus raucus fiat pauper, ſed confeſtim tribue: quia qui citò dat, bis dat. *Surgens, ſequebatur eum cum diſcipulis ſuis* Videtur mihi, quòd diſcipuli ſequebantur Dominum Ieſum, tanquàm practicantes ſequuntur medicum, qui doceat illos illius artis praxim: ſic diſcipuli ſequebantur medicum hunc corporum, & animarũ, vt hanc pietatis ſcientiam ab eo diſcerent. Scientia quippe Euangelij, ſcientia practica eſt, quę conſiſtit in exercitio bonorum operũ, præcipuè circa opera Miſericordiæ, quam diſcimus, vt boni & pij efficiamur. Vndè Paulus ad Timothæum ſcribens, ait: Exerce te metipſum ad pietatem, quaſi in exercitio huius virtutis conſiſtat praxis Euangelicæ ſcientiæ: quam praxim diſcipuli ſequentes Magiſtrum ſuum ediſcebant.

Similo.

1. Thim. 4

Et ecce mulier quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſsit retrò, & tetigit fimbriam veſtimenti eius: dicebat enim intra ſe: Si tetigero tantùm veſtimentum eius, ſalua ero. At Ieſus conuerſus, & videns eam dixit: Confide, filia, fides tua te ſaluam fecit, & ſalua facta eſt mulier ex illa hora. Infirmitas hæc plura habebat incommoda, vt in ea plus ſapientia medici ſplendeſceret. Erat enim fœda hæc ægritudo, & populo illi abominabilis, eò quòd à ſacris excludebãtur, qui patiebantur eam, & immundos reddebat tangentes eos, qui talem morbum habebant. Erat diuturna, nam duodecim annis eam ſuſtulit, & quaſi in naturam iam conuerſa erat: medici nihil profecerant curantes eã: propter quod quartò in pauperiem deuenerat erogata omni ſubſtantia ſua in medicos. Fimbria autem veſtimenti Chriſti, ea erat quam ferebant Iudæi, vt à cæteris gentibus diſtinguerentur: nam intus circũcisione erant inſigniti, & à cæteris populis, per ſignum illud diſcreti, & extrà quoq; in veſtibus diſtinguebantur ab illis. Quoniam verus Dei ſeruus, & intùs, & extrà à peccatoribus debet diſtingui, & apparere ſeruus Dei, ſecundùm illud Pauli: Prouidentes bona, non ſolùm coram Deo, verumetiam coram omnibus hominibus. Et quia in fimbria inſigne quoddam ſanctitatis præ ſe ferebant Iudæi, ideò quippè Phariſęi magnificabant fimbrias: propterea illam partem veſtis, potiùs voluit tangere, quàm aliam, exiſtimans fortè, quòd ſicut per contactũ oſſium Heliſei, mortuus ille reuixit, ſic per contactum veſtis Chriſti illa ſanaretur: nõ quòd crederet, quòd in veſte ſecundùm ſe eſſet talis virtus (ſuperſtitioſa quippè eſſet talis cogitatio.) Sed propter contactum ad carnem Chriſti, virtus eius ad illam deriuaretur, ad manifeſtandam virtutem, quæ in ipſo erat. Sicut, ad comprobandam ſanctitatem Heliſei, Deus dedit virtutem illam oſſibus illius, vt ad contactum eius reuiuiſceret mortuus: cùm tamen talem virtutem oſſa illa ſecundùm ſe non haberent. Ex quibus conuincitur Vigilantius, & iſti recẽtiores hæretici, qui Sanctorum reliquias contemnunt: cùm videamus, & fimbriã veſtimenti Chriſti, & oſſa Heliſei, & vmbrã Petri, & ſemicinctia Pauli ęgrotos ſanaſſe: & habeamus alia quàm plurima miracula edita ad Martyrum memorias, vt docet Hieronymus, ſcribens contra Vigilantium. & Auguſt. lib. 22. de ciuit. Dei. Vbi varia, & admirãda ſigna, partim à ſe, partim ab alijs fide digna conſpecta recenſet. Ambroſius dicit, hanc mulierem fuiſſe Martham, cui videtur repugnare, quòd hæc mulier omnẽ ſubſtantiam ſuam in medicos erogauerat, quomodò poſteà habuit diuitias ad alendũ Chriſtum, & dicipulos eius? Euſebius tamẽ in Eccleſ. hiſtor. ait, quòd fuit mulier ciuis Cæſareæ Philippi, in cuius teſtimonium dicit, ante foręs domus eius erectam imaginẽ æream genibus prouolutam, iuxtà quam eſt imago Saluatoris dexteram protendentis ad ſtatuam mulieris: & dicit Euſebius ſe iſta vidiſſe. In hoc miraculo docemur, quòd omnia deficiunt præter Deum: huic quippè mulieri, nec diuitiæ, nec medicinæ, nec medici profecerant: & tamen cũ omnia hęc ei defeciſſent, Deus ſolus illi ſatis fuit: vt intelligas, quòd etiam ſi mundus totus te derelinquat, ſi tamen Deus te aſſumpſerit, nihil tibi deficit. Vnde Pſalmiſta: Quid enim mihi eſt in cœlo, & à te quid volui ſuper terram? Defecit caro mea, & cor meũ. *Todo me falta, todo me da en roſtro.* Sed Deus cordis meí, & pars mea Deus in æternum. Quoniam, & ſi pater meus, & mater mea dereliquerunt me, Dominus tamen aſſumpſit me. Hinc etiam collige, quòd Deus ſua prouidentia multoties permittit, vt omnia ſubſidia temporalia nobis deſint, vt ad Deum (qui ſuper omnes res creatas eſt) accurramus: ſecundùm illud, quod ſanctus Rex Ioſaphat

Moralitas

Rom. 12.

4. Reg. 4.

Hieronym.

D. Aug.

Ambr.

Euſebius

Moralitas

Pſal. 72.

2. Paral. 20.

Ioſaphat dixit: Cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolũ reliquum habeamus, vt oculos nros eleuemus ad te Deũ cœli, nã oĩa ſicut veſtimẽtũ veterescẽt, & velut amictum mutabis ea & mutabuntur. Tu autem Domine in æternum permanes, & anni tui non deficient. Si enim mulier hæc in medicis remedium inueniſſet, nõ occurriſſet ad Dominum: ſic ſi tu cũ creaturis quæ concupiſcis omnia haberes, non Dei aliquando meminiſſes: deficiant ergò omnia, vt ad illũ qui deficere nequit, accurras. Debes etiam hìc conſiderare quanta ſit voluntas Dei ad benefaciendum nobis, & quàm magna virtus eius. *Que no parece que ſe da manos â hazer nos bien.* Pergit enim ad ſuſcitandum puellã, & in via ſanat hanc mulierem. Tantæ quippe virtutis eſt Deus, vt omnibus benefacere poſsit: nec ob id minus huic poſsit prouidere quòd alteri etiam benefaciet. Hoc enim hominibus contingit propter eorum indigẽtiam, ac inſufficientiam. Deus autem diues eſt in miſericordia, & omnibus dat affluenter, nec improperat: nam etſi Angelorum, & hominum curam gerat, qui perfectiores ſunt mundi creaturæ, non tamẽ hæc cura illi impedimẽto eſt, quin etiam paſſerculis, formicis, ac vermibus neceſſaria prouideat. Sic enim intelligitur illud Sapien. 6: Æqualiter eſt illi cura de omnibus: quod proportionabiliter intelligendum eſt. Nam etſi plures effectus prouidentiæ ſuæ in homine appareant, quàm in vermiculo, tamen ita illis rebus minimis prouidet ea quæ natura ſua efflagitat, acſi earum ſolùm curam haberet, ac nulla alia creatura ſub ſua eſſet cura aut protectione; quoniam infinitè potens eſt, nec hæc cura ab illa illum diuertit, quippe qui cum tranquillitate omnia ſua prouidentia diſponit, atque gubernat. Quod in eadem ſententia explicatur cùm dicitur: Nõ ſubtrahet perſonã cuiusquàm Dominus qui eſt Dominator omnium, nec verebitur magnitudinem cuiuſquam: quoniam puſsillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter eſt illi cura de omnibus. Vult dicere quòd non deſinet Deus rectam prouidentiæ ſuæ iuſtitiam erga omnes oſtendere propter perſonarum acceptionem, ſicut ſolent homines: quoniam non ſubtrahet cuiuſquam perſonam, quia eſt Dominator omnium, & iuſtus Dominator, ſicut dicitur. 2. Reg. 23. Fortis Iſraël Dominator hominum iuſtus, ergo nõ acceptabit perſonam, nec verebitur magnitudinem cuiuſquam; hoc eſt, non ob timorẽ magnatum, vel illis parcet, vel melius prouidebit. Et ratio eſt, quoniam nullus artifex terretur de eo quod fecit, imò poteſt deſtruere illud quando vult: quia omnis artifex potẽtior eſt ſuo artificiato: ſed Deus fecit puſsillũ, & magnũ: ergo. Nec id faciet propter negligentiam: quoniam æqualiter eſt illi cura de omnibus, & per conſequens non plus neglegit vnum quàm alium in ſuo modo. Vndè Sapien. 12. dicitur: Non eſt alius Deus quàm tu, cui cura eſt de omnibus: vt oſtendas quoniam non iniuſtè iudicas iudicium. Ex quo conſequitur quare non debeamus inuidere fratribus, nam ſi illos diuitijs affluere uidemus, & quòd Deus in eis conſeruat illos, etiam te in tua paupertate conſeruat, & prouidet ſemper eo quòd indiges, ſecundum tuum ſtatum ac modum, & tribuit tibi cum paupertate lætitiã: & ęquè potens eſt te diuitem facere ſi tuę ęternę ſaluti expediret, ſicut & illũ. Quare lætus debes agere vitam in quocumque ſtatu ſis, nec alteri inuidere: quoniã ſi tibi Deus id quod alius habet non tribuit, non eſt quia id nequit facere aut negligit, cùm omnia poſsit, & omnia proſpiciat, ſed quia id tibi non expedit ad tuã ſalutem. Da ergò gratias Deo, & tace. Quare Dauid vocat Dominum Deũ ſuum dicens: Deus Deus meus. Cur tuum eum vocas, ò, Propheta? Cur omnium Deũ atque prouiſorem, tibi ſoli vſurpare audes? Nunquid furari nobis vis Deum noſtrum, & tibi ſoli illum arrogare? Minimè gentiũ. Nec id volo, nec cogito, ſed voco illũ meum, quoniam etſi aliorum ſit, tamen talem curã mei habet, ac ſi mihi ſoli eſſet Deus: & vt melius ei gratus ſim, mei ſolius beneficia recolo: vt pro omniam beneficijs ego etiam gratias ei referam. Et cùm meum ego illum voco, quia mihi tanta cura ac ſolicitudine ſubuenit, tuũ etiam tu eſſe exiſtimes, qui tibi etiam eâdem ſolicitudine Deus ac prouiſor eſt. Ecce quomodò ire ad ſuſcitandam puellam non impedit ei, quin etiam in via Æmorroyſam ſanet, vt in hoc te doceat ne puſillo ſis animo in prouidendis proximorum indigentijs: nam etſi huic prouides, & Deus tibi ad id contulit facultatem, ſi animo magno ſis, etiam dabit quomodo alteri ſubuenire poſsis. Cùm omnibus ergò ſaltem in affectu paternam curam geras, vt in hoc Patrem tuum imiteris, cui æqualiter eſt cura de omnibus. *Stetit retrò.* Non enim auſa eſt in cõſpectu Domini apparere propter immunditiam infirmitatis ſuæ. Debet

Pſalm. 101

Ad Ephe. 2.

Sap. 6.

Sap. 6.

2. Reg. 23.

Sap. 12.

Pſal. 21. & Pſal. 62.

Sap. 6.

bet enim peccator erubeſcere peccatum ſuum, humiliterq; de ſe ſentire, nec protinꝰ ita liberè ante Domini faciem ſtare, ſed cũ verecundia delicta ſua confiteri, veniamq;
Lucæ.18. eorum cũ ſui deſpectu deprecari. Sic enim & publicanus longè ab altari ſtans percutiebat pectus ſuum, nec vultum eleuare ad Deum audebat, dicens. Deus propitius eſto mihi peccatori. Tumidus autem Phariſeus propè altare ſtabat, ore ad os cum Deo, quaſi familiariſsimus eius loquens, nec ſe erubeſcens alium deſpiciebat publicanum: & ideò hic deſcendit iuſtificatus ab illo in do-
Lucæ.7. mum ſuam: ſic & Magdalena ſtans retrò ſecus pedes Domini Ieſu lacrymis cœpit rigare pedes eius. Igitur peccator cùm verecundia prius flere debet peccata ſua, nec protinus ſe dignum eſtimare debet, vt ante conſpectum Dei in eius altari appareat. Quod Dominus oſtendere voluit cum Mariam ſororẽ Moyſi percuſsit lepra, eò quòd aduerſùs fratrem ſuum murmuraſſet, quam cum ſic vlceroſam Moyſes aſpiceret dixit
Num.12. ad Deum. Obſecro Domine, ſana illã. Cui reſpondit Dominus. Si pater eius ſpuiſſet in faciem illius, non ne debuerat ſaltem ſeptem diebus rubore ſuffundi? Separetur ſeptem diebus extra caſtra, & poſteà reuocabitur. Si propterea quòd patrem tuum carnalem offendiſti, & ipſe iratus contra te ſpuiſſet in faciem tuam, aut alapis te cæcidiſſet, vel verba increpatoria contra te dixiſſet, propter verecundiam non auderes ante faciem eius per aliquot dies ſtare: & Patrem tuum Omnipotentem offenſum habes, & abſq; verecundia vlla ſtatim non ſolùm ante faciem eius, verùm & in menſa eius apparere pręſumis? cur mox vt confiteris immania peccata tua, hoc faciesꝰ Separare ſaltem ſeptem diebus, vt rubore ac verecundia ſuffundaris: quoniam in faciem tuam ſpuit Deus, cùm te tibi peccatorem eſſe manifeſtauit, & ſic valebis ante conſpectum eius ſtare. Quare leproſus etiam poſt emundationem arcebatur aliquot diebus à tẽplo. *Et tetigit fimbriam veſtimenti eius.* Hæc mulier quæ ſanguinis fluxum patiebatur, peccatores refert: nam quemadmodùm ex alimẽto ſumpto generatur ſanguis, in quo vita hominis conſiſtit (nam quantum ſanguinis
Simile. effluit, tantum è vita minuitur, & in conſeruatione ſanguinis in venis, conſeruatio etiam vitæ conſiſtit, eo quòd ſanguis eſt quaſi vehiculum animæ:) ſic ex illo cibo vetito, quem comederunt parentes noſtri, peſsimus ac infectus ſanguis generatus eſt in nobis, quæ eſt mala carnis hæc noſtræ concupiſcientia, qua aduerſùs ſpiritum rebellare ſolet caro: qui peſsimus ſanguineus humor ſi ſe foras ad opus diffundit, anima perijt. Quare iuſtus detinet illũ in venis ne in opus prodeat, vt ſic animæ vita conſeruetur: peccator autem diffundit illum per con-
Leuit.25. ſenſum & opus, & ideò dicitur pati fluxũ
Pſal.54. ſanguinis: quare à templo tales tanquã immundi excludebantur, & peccatores vocãtur viri ſanguinum. Scriptura peccatũ nomine fluxus videtur nominare, cùm de non
Ezech.23. nullis peccatoribus dicitur alibi: Fluxus equorum, fluxus eorum; nam tãquã beſtiæ in quælibet immunda effluunt. *Son beſtias vaciadizas los pecadores*: nec enim deſideria carnis ſuæ detinent, ſed per mala opera ea diffundunt. Erogauerat autem mulier hæc omnem ſubſtantiam in medicos, & nihil profecerat: quoniam ad ſanandam infirmitatem peccati, non eſt in tota natura creata poteſtas aut medicina aliqua: quoniam ſolus Deus eſt qui delet iniquitates noſtras, & de eo ſpecialiter dicitur: Deus, qui iuſtificas impium: quaſi titulus hic nulli niſi Deo cõuenire poſsit. Hæc mulier vidit Deum trãſeuntem. Oportet vt prius Deus per cor tuum tranſitum faciat, illudq; manu ſua tangat ac feriat; vt reſipiſcat & ſanetur, principium enim vitæ, & noſtræ iuſtificationis Deus eſt, qui nos prẽuenit in benedictionibus dulcedinis. *La primera puntada en eſta labor ella da, y ſiempre nos gana por la mano*:
Thren.5. ſecundũ illud Hieremi. Conuerte nos Domine ad te & conuertemur. Quieſcebat Sponſa in lectulo ſuo, delitioſeq; recumbebat, cùm Spõſus pulſauit fores petens, vt ſibi ianuam aperiret, quæ tamẽ vanas prętexens excuſationes nolebat à lecto ſurge-
Cantic.5. re dicens: Exui me tunica mea; quomodò induar illa: ſed cùm perſeueraſſet pulſans Sponſus, illa tãdem victa peſſulum oſtij ſui aperuit dilecto ſuo. Quoniã cùm anima in lectulo vitiorum ſuorum iacet polluta, non ita facilè ab ea exurgit, vanas prętendens excuſationes: nam cùm ſemel exuta ſit habitibus virtutum, quas per peccatum perdidit, pigra fit ad iterũ induendũ eas, exuendaquè vitia quibus iam imbuta eſt. Verùm ſi Deus perſeuerat pulſans, vt ſolet, quaſi eius importunitate anima victa, ſurgit à vitijs, & peſſulum, hoc eſt, duritiem ac ob-
Cantic.5. ſtinationem tollit, & Sponſo ſuo aperit. Et alibi Sponſa dicit: Dilectus meus miſit manum

num ſuam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius. Mittit enim Deꝰ manum per foramina cordis, quibus ingreſsus eſt coluber tortuoſus, vt eum pellat fo-
Iob.26. ras: nam, vt ait Iob: Obſtetricante manu eius eductus eſt coluber tortuoſus, & venter ad tactum eius tremit: hoc eſt, cor quod gerit locũ ventris in anima (in eo quippe bona & mala deſideria generantur, nã de cor-
Matth.15 de exeunt cogitationes malæ, furta, homicidia, &c.) tremit ad tactum Dei & reſipiſcit. Igitur à Deo noſtra conuerſio incipit. *Dixit enim intra ſe: Si tetigero tantùm fimbriam veſtimenti eius ſalua ero.* Primum quod in pec-
Ad Heb. 11. catore excitatur eſt fides: Nam accedentem ad Deum oportet primùm credere: quoniã voluntas in homine eſt veluti regina cæca, quam tamen intellectus præcedens illuminat, *Es el paje de acha*. Nihil enim eſt volitum niſi ſit præcognitũ. Vnde fides quæ eſt in intellectu præcedit, eſt enim ancillula il-
4. Reg.3. la quam captiuam tenebat Naamam Syrus ex populo Iſrael, qui dixit dominæ ſuæ: Vtinam dominus meus iuiſſet in Samariam, & ſciret ibi eſſe Prophetã qui curaret eũ à lepra ſua. Fides quippe dicitur captiua, quoniam captiuat intellectum & illum ſubdit fidei, abſque hoc quod ratio ad hoc illũ cõpellat. Hæc docet voluntatem quę eſt domina aliarũ potentiarũ, ut pergat ad Eccleſiã, ibiq; Prophetas, ac ſacerdotes accerſat, qui illi impendendo abſolutionis beneficium, & cætera ſacramenta, emundent eum à lepra peccati. *Et ſtetit retro.* Prę verecundia & contritione, vt ſtatim diximus: magnam quippe confuſionem peccatorum ſuorum debet ferre peccator cũm ad confeſſoris pedes ſtat, indignũ ſe reputans ante faciẽ tãti Principis, cuiꝰ imperia cõtẽpſit, adſtare.

Et *tetigit fimbriam*. Non ſufficit credere; niſi opere tangas virtutẽ, nec ſufficit contritio & confuſio, niſi in ordine ad claues Eccleſię. Quare per hãc fimbriã intellige ſacerdotes iuriſdictionẽ habẽtes ab ipſo Chriſto, tãquàm à Sũmo Pontifice ad abſoluendũ peccata. Sicut vnguẽtum in capite quod deſcẽdit in barbã, barbam Aaron, quod deſcẽdit
Pſal.13. in orã veſtimenti eius. Hæc vnguẽta ac vnctiones gratiarũ, ad medẽdũ peccatis primũ fuerũt in capite, hoc eſt, in Chriſto Dño, qui tanquã caput hanc poteſtatẽ accepit, vt eã inmẽbra diffunderet atq; eis hæc cõmunicaret. Et primũ deſcendit hæc poteſtas ad barbam veri Aaron: barba quippe ipſi capiti iũcta eſt. Quare per barbã intelligo ego Apoſtolos, qui immediatè à Chriſto hanc poteſtatem acceperunt in die Cœnę, ac in die Reſurrectionis cõpleta eſt. Deinde deſcendit ad oram veſtimenti eius, hoc eſt, ad alios inferiores ſacerdotes: nam Papa ac reliqui Epiſcopi loco Apoſtolorum ſucceſſerunt: quare Papa à Chriſto Dño habet poteſtatem, Epiſcopi à Papa, reliqui ſacerdotes ab Epiſcopis. Ecce quibus vaſis ad nos deſcendit hoc vnguentũ. Sed de his plura paramus ſtatim dicere. Tetigit ergo fimbriam: quoniã ad ſacerdotes habentes iudiciariam poteſtatem ire debemus, nec ſufficit credere, niſi & opere tangas Chriſtũ: quoniã non ſufficit ſola fides abſq; operibus ad ſalutem. Iã enim ſerpẽs ille ęneus, qui ſolo aſpectu ſanabat vulneratos à ſerpentibus, ab Ezechia
rege deſtructus eſt, quoniã cœperat popu- 4. Reg. 18
lus in illum idolatrare. Ita etiam error Lutheri, qui dicit ſola fide abſque operibus & charitate nos iuſtificari & ſaluari, dãnatus eſt in Concil. Triden. quoniã nõ ſufficit aſ- Cõcil. Trid.
picere ad Chriſtũ per fidem; niſi tendas in illum per charitatem, & bona opera. *Stetit fluxus.* Stetit ſanguis ne efflueret, ſed in ipſo corpore manſit: ſic per gratiam Dei fomes non tollitur, ſed detinetur ne exeat in opus prauum, vt ſupra cap. 3. explicatum dedimus.

Iterũm circa hoc Euangelium quædam *Aliamoralitas ſeu concio.*
aduertẽda ſunt, primũm quòd Princeps iſte procidens adorauit Ieſum: nam ferè omnes qui ad Chriſtum acceſſerunt vt aliquid ab eo poſtularent, adorantes procidebant ante eũ, quoniã humili ac recta intentione ad eũ accedebant. Aliter enim cadunt iuſti, & aliter peccatores: iuſti ſuper faciem ſuam cadunt, impij retrorſum, vt illi fecerunt
qui comprehendere Ieſum venerant, abie- Ioan. 18.
runt; & ceciderunt retrorſum: quoniam mali caſum ſuum non vident, & peccata ſua ignorant, nec aduertunt in quibus ſint malis: iuxta illud Sapientis: Via
impiorum tenebroſa, neſciunt vbi cor- Prouer. 19
ruant. Iuſti autem ſuper faciem ſuam cadunt: Quoniam cum in peccata labuntur, ea proſpicientes mala in quibus ſunt, ab eis velociter ſurgere nituntur: nam & peccata, in quibus ſunt agnoſcunt, & ea ipſis oculis quibus ea proſpiciunt, plorant: ſicut & de Balaam Propheta dicitur:
Qui cadens apertos habet oculos. Num. 24.
Nam quia Propheta erat, lapſus eius iuſtorum caſum refert, qui poſtquàm in peccata labuntur, conſeſtim aperiunt oculos, & agnoſcũt mala

ſua, & ab eis ſe cito expedire contendunt. Vel ideò ſuper faciem ſuam dicuntur iuſti cadere, impij retrorſum: nam qui ante aliquem in faciem procidit, propè illum accedit, qui verò retrorſum, ab illo ſe plus ſeparat: quoniam caſus iſte iuſtorum non eſt per peccatum, ſed ex humilitate, ſe coram Deo humili corde proſternentes, & talis caſus non eos à Deo ſeparat, ſed potius coniungit: quemadmodùm & ſeruus ille, de quo infra loquitur Dominus, procidit ante pedes domini ſui, vt ab eo inducias ſoluendi debitum acciperet. Vnde & Ioanes in Apocaly. de Sanctis dicit, quòd ceciderunt in facies ſuas, & adorauerunt Deum dicentes: Amen. Caſus enim iſte ex timore reuerentiali procedit, quo & columnæ cœli ante faciem eius contremiſcunt, & pauent ad nutum eius, & poteſtates ipſę tremunt coram eo: nam eius agnoſcentes maieſtatem ſe pl⁹ eius ſubmittunt magnitudini. Quare talis caſus qui ex humilitate & filiali timore procedit, potiùs eos iungit Deo quàm ſeparet. Sic enim & Magdalena ante pedes Domini procidit, & illi inſeparabili amore copulata eſt: impij verò retrorſum cadunt: quoniam per peccatum eſt lapſus eorum, quo plus ſeparantur à Deo. Cadunt enim, contra cœlum, aduerſùs quod ſpuere, vt dicitur, volentes, in faciem ſuam ſputum recidit, eâque fœdiſsimè deturpat. Quare & de eis dicitur: Longè à peccatoribus ſalus. Et per Hieremiam: Longè es à renibus eorum: & hic lapſus à ſuperbia ortum habet, qualis & fuit Luciferi caſus.

Matth.20 *Apoc.11.* *Iob.26.* *Luc.7.* *Pſal.118.* *Hiere.12.*

Et ſurgens ſequutus eſt eum. Quoniam ex humilitate princeps iſte coram Chriſto cecidit, protinus ſurgens à quiete ſua ſequut⁹ eſt eum: nã humilis quaſi in quietum reddit eum, vt quaſi ſuam quietem deſerens, poſt illum abeat. Vis poſt te rapere Deum? Humiliare coram eo: nam cum humilibus & ſimplicibus ſermocinatio eius. Si humilis fueris, vno capillo, vt dicitur, trahes Deum poſt te. Sic enim & ipſe in Canticis Sponſam ſuam alloquitur dicens: Vulneraſti cor meum ſoror mea, in vno crine colli tui. In collo tanquam in ſigno oſtenditur ſuperbia. vnde in noſtro idiomate ſuperbos, *Cuelli erguidos*, vocauimus, & Dominus apud Eſaiã Iraſcitur aduerſus filias Syon, eo quòd ambulabãt extẽto collo. Capillus autẽ humilitatẽ ſignificat, eo quòd res minima & contẽptibilis eſt: dicimus enim cùm rem aliquã contemnimus, *Querriame mas vn cabello*. Igitur

Prouer. 3. *Cant.4.* *Eſai.3.*

Spõſa hoc humilitatis capillo cõllum ſuperbiæ ligat, & ſic Deum ad ſe trahit, imò quaſi extra ſe rapit: aliaque litera dicit: Excordaſti me, hoc eſt, extra me rapuiſti: facit enim humilis vt Deus quaſi extra ſe exiẽs ad illum veniat. Atque hoc capillo Beata Virgo Deum ad ſe traxit: vt in ſuo Cantico dicit: Quia reſpexit humilitatem ancillę ſuę &c. *Ecce mulier quæ ſanguinis fluxum patiebatur, &c.* Et vt Lucas refert, erogauerat omnem ſubſtantiam ſuam in medicos, & peius habebat, vt ait Marcus. Hinc coniectari licebit quam inſufficientes ſint huius mundi diuitiæ: cùm nec ad conferendam ſanitatem proſint, imò obſint multoties.

Luc.1. *Luc.8.* *Marc.5.*

Aduerte obſecro. Prædicatoris officium debet eſſe arguere mundum: nam de Spiritu Sancto dicitur, quòd arguet mũdum: quẽ prædicatores imitari debent. Eſt quippe verbi Dei concionator, veluti procurator, ac defenſor Dei & veritatis eius: mundus autem aduerſatur vtrique, quare qui partes Dei agit aduerſus mundum litigare debet, ipſumque iaculis ſuis ferire. Mundus autem, exiſtimatis vos, quòd ſit Idea quedam Platonis in aëre pendens. Minimè gentium. Sed mundus vos eſtis, ô diuites, in quorum domibus eius tyrannicæ leges ad vnguem obſeruantur. Nam vbi aleatores, meretrices, paraſiti factioſi commorantur, niſi in domibus diuitum? Ibi vindicta ſuum exequitur ius, auaritia ibi ſuum thronum collocat, ambitio, ſuperbia in eorum domibus primatum tenent: denique quicquid aduerſum Deum eſt, ibi viget. Nam etſi hæc pauperes exerceant, hoc ideò eſt, quia diuitum pane paſcuntur, & ideo eis in omnibus obſequuntur, & in eorum domicilijs hæc mala addiſcunt. Igitur, diuites, mundus eſtis. Si ergo prædicator aduerſùs mundum litigare debet, & mundus, vt dictum eſt, ſint diuites: conſequens eſt, vt contra diuites arcum tendere, & ſpicula ac ſagittas iacere debeamus. Quare Prophetæ cum Regibus ac Principibus, vt plurimũ loquuntur, atq; in ipſo verborũ ſuorũ veſtibulo nomina Regum, qui tunc imperabant, ſcribebant: vt oſtẽdant quòd præcipuè ad illos ſua verba dirigere volũt. Et Eſa. ca. 1. aduerſus principes vaticinatur dicens: Principes tui infideles, ſocij furum. Accedit ad hoc, quòd prędicator verbi Dei, eſt velut medicus animarum: medicus autem vbi radix morbi eſt medicamina atque pharmaca applicat. Si ergo in capitibus infirmitas

Ioan.16. *Nota.* *Eſai.1.*

mitas hęc reſidet, ibi apponere debemus medicinas, ibi ignem, ſecationẽ, phlebotomias atq; potionęs adhibere. Omne caput lãguidũ, ait Eſai. ergò in illud medicamina pone: nam quia capita languida ſunt, ideò totum corpus infirmatur, iuxtà ſententiã illam medicorum: Cùm caput dolet cætera membra dolent. Sic quia maiores languent, & membra inferiora languęſcunt. Vnde infert Propheta: A planta pedis vſq; ad verticem capitis, non eſt in eo ſanitas. Hoc eſt dicere: Quia principes vitioſi ſunt, & plebs omnis peccatis ſcatet. *Eſta el mũdo hecho vn S. Lazaro.* Quare ſancti Doctores diuites maximè ſuis ſermonibus feriunt. Plus quãm ducentas homilias in D. Chryſoſto. legi, & affirmare audeo, nullam inueniſſe in qua aliquid aduerſùs diuites non oblatret, & maximè cõtra auaros. Quid de D. Gregorio dicam? Qui ſi illos ſemel in manibus acceperit, omnia eorum oſſa comminuere videtur. Vnde diuites ſoletis dicere vos eſſe ſtultorum ſignũ. *Terrero de necios:* Ego autem potiùs dico Sapientum, cùm Chriſtus Dominus plura cõtra vos dixerit, & nos illum imitari debeamus: nam quia ſemper aſſentatores auditis, mendacia, detractationes, turpiloquia; miſeremur vobis, & occaſiones quærimus, vt veritates quæ rarò aut nunquãm in auribus veſtris ſonant, aliquandò vobis dicamus: quæ ſi vobis amarę fuerint, tamen vtiliſsimæ poterunt eſſe. Quare ex hoc Euangelio ego occaſionem ſumpſi, vt vobiſcum colloquia miſcerẽ, admonendo vos, nè in incerto diuitiarum multã fidutiã habeatis: cùm non ſolùm infirmitates nequeant amouerè, imò potius eas ſoleãt ſecũ trahere. Vnde Paulus ad Timoth. dicit: Diuitibus huius ſeculi præcipe, non ſublime ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarũ, ſed in Deo viuo. Primũ, ait, præcipe illis, hoc eſt, cũ imperio eos alloquere, vt humiliẽtur: Nam cũ ſemper adulatores audiãt, qui genibus flexis & aperto capite eos alloquũtur, ex quo per ſuperbiam intumeſcũt, ſe ſemideos arbitrantes, opus eſt, vt nõnunquã ſeueriùs cũ eis agas, vt ſe miſeros eſſe aliquãdò cognoſcant, & ſciãt quoniã homines ſunt, nec ſperẽt in incerto diuitiarũ: nã caducæ res ſunt, & propè diẽ perituræ, neq; quid certũ promittũt, quoniã inſufficientes ſunt ad ea quæ videntur prima facie promittere. Quare opus fuit vt eas Chriſtus Dõs fallaces diuitias vocaret, quippè quę ſe ducũt nos promittentes multa, quæ poſteà præſtare nequeunt. Promittit enim ſibi diues multam ſalutem, longam ac quietam vitam, & alia multa quæ minimè præſtare valent diuitiæ: opus fuit, vt hac nota inſigniret diuitias Dominus, quatenùs eas agnoſceremus quales eſſent: nam ſicuti mãcipium, maximè ſi albi coloris eſt, ferro inſignim⁹, vt appareat quòd ſit ſeruus & non liber: ſic ôpus fuit vt Chriſtus ſic ſignaret diuitias hac nota, eas fallaces vocando, ne earũ ſplendore ſeduceremur. Quẽ enim nõ attraheret argenti claritas, ſplendentis auri lucida facies, ambari odor, ſatellitum ac ſeruulorum maieſtas, niſi Dõs ſic eas ſignaret, doloſque eius atq; mendacia detegeret, fallaces ac vanas eas appellãdo? Nã licet colore liberę ac potẽtes appareãt, miſerę tamẽ atq; inſufficientes ſunt: nec enim aurum ſanat, nec argentũ viuificat, nec ſericæ veſtes ſalutẽ præbent, nec equitẽs aut clientuli honorem cõferunt, ſed aſſentationem potiùs atq; vanitatẽ adducũt. Si vas quoddã eſſet plenũ aqua venenoſa, quæ tamẽ clara ac potabilis appareret, neceſſariũ eſſet vt aliquo titulo ſuper illud præſcripto admoneremur ibi eſſe venenũ abſconditũ, ne biberemus illud. Sic quia in diuitijs virus latet, quæ tamen lucidę ac potabiles apparent, opus fuit, vt hũc titulũ ſuperſcriberet Dõs, eas fallaces diuitias appellãs. Sic em̃ & Sapiẽs in Prouerb. nos admonet dicens: Nè intuearis vinũ quando flaueſcit, cũ reſplenduerit in vitro color eius, ingreditur blandè, ſed in fine mordebit vt coluber, & tanquã regulus venena diffundet: diuitiæ autem vino comparantur, quoniam mentem hominis tanquam vinum capiunt, atque dementant, & inebriant. Igitur parum proſunt diuitiæ debilesque atq; inſufficiẽtes ſunt. Quare Iob de eis dicebat: Si putaui aurum robur meum, & obrizo dixi, fidutia mea. Si enim ad temporalia mala depellẽda non ſufficiũt, quantò minus æterna propellẽt? Vnde Sapiẽs dicit: Nõ proderũt diuitiæ in die vindictæ, iuſtitia verò liberabit à morte. Vidit Ioannes in Apocalypſi mulierem quãdam, quæ in manu ſua habebat vas veneno plenum, & eleuabat illud, vt omnes ad eius potum inuitaret: Huic vaſculo Chriſtus hunc titulum præfixit, vt cognoſcamus fallaciam quam intus habet. Adhortemur ergo diuites, ne ſperent in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo, qui nec fallitur nec fallere poteſt, ſed ſicut ipſe vera vita eſt, ſic omnibus in ſe confidentibus veram vitam atque ſalutem conferre poterit. Hoc etiam experientia ip-

Eſai.1. *1.ad Tim. 4.* *Similes.* *Simile.* *Prouer.23.* *Iob.23.* *Prouer.10.* *Apoc.17.*

ſa teſtatur: videmus enim pauperes agricolas cùm in morbum aliquem incidunt, nullos aduocare medicos, nulla medicamina ſumere, ſed beneficio naturæ, vt dicitur, relinquere: & tamen facillimè recuperare ſalutem, & in priſtinam valetudinem reſtitui, ac redire. Infirmatur diues, medici ex longinquo arceſſuntur, omnia Galeni, Auicenæ, atque Hypocratis in eo pericula fiunt, & tandem moritur, & omnes fatentur medicos illũ interemiſſe, experientias tot in illum volentes tentare. Ecce quomodò diuitiæ potiùs auferant, quàm conferant ſalutem. Quid dicam de longitudine vitæ? Experientia etiam id nobis oſtendit. Videbis Comitum, Ducum, atque magnatum filios parvulos, iam defunctis parentibus ſuper eorũ thronos ſedere, & in vicis & pagis offendes homines ſenes & plurium annorum, adhuc in ſuo robore viuere: Nã omnis potentatus breuis vita. Nunquid theſauri atque diuitiæ Ezechiæ regis illi valuerunt addere quindecim annos vitæ? Nequaquam, ſed ſola Dei ſapientia id effecit. Non ergò diuitiæ longitudinem dierum conferunt, ſed vera virtus id à Deo meretur accipere. Quare Baruch. 3. dicitur. Diſcite vbi ſit prudẽtia, vbi ſit virtus vbi intellectus, vt ſcias vbi ſit longiturnitas vitæ. Id eſt dicere, quod in virtute eſt, non in diuitijs. Et Eccleſ. 23. dicitur: Gloria magna eſt ſequi Dominum: longitudo enim dierum aſſumetur ab eo: ergò non à diuitijs. Vides quomodò nec ſalutem, nec longam virtutem & vitam diuitiæ præſtent. Dices tamen ſapientiam conferunt. Falſum eſt, cũ Sapiens dicat. Quid proderunt ſtulto diuitiẹ, cùm ſapientiam emere non poſsit. Quin potiùs cum diuitiæ ſibi falliciter promittãt ſapientiam, ea libertate qua diuites omnia agere ſolẽt, multas ſtultitias liberè effutiũt, quæ ſibi prudenter dicta eſſe videntur, & tamen alijs chachinum mouent. At dices: Honorem tribuunt. Falleris, frater mi, certè: nam à quibus putat diues ſe honorari, contemnitur. Genibus flexis coram te ille manus tuas poſtulat oſculandas, quas tamen vellet cernere truncas, & verſa facie mille modis de te detrahere non veretur. Qualem honorem dices diuites habere, quibus & ſubditi maledicunt, & clientuli eos odio habent, & heredes mortem appetunt, contra quos conuenticula fiunt, in quibus de eorum auaritia, duritia, miſeria ac illiberalitate narrantur fabulæ, dicteria proferuntur, multisque modis eorum honori detrahitur. Cui & diues inuidet, quem pauper damnat, & omnes denique odio maximo proſequuntur. Hos honoratos appellas? Miſeros ego, & omni dedecore plenos potiùs dicam. Quomodò igitur in pretio diuitias habebis, cùm nec ad præſens ſeculum nec ad futurnm conducant? Dices ergo illas malas eſſe? Minime: quoniam diuitiæ, nec bonæ nec malæ ſunt, ſed indifferentes, ſecundùm quòd benè ac malè illis vſus fueris. Si ad bona opera exequenda eis vteris, nempè vt egenti ſubuenias, res publicas cures, violentiæ peſsimorum obuiam eas: iam bene tibi diuitiæ erunt; ſin in prauos vſus conuerteris, videlicet, in luſus, meretriculas, lenonesque ac paraſitos factioſos, aliaque huiusmodi monſtra tuis pecunijs alueris: iam tibi exitio erunt, & multum tibi nocituras exiſtima. Nam ſi ſic eas expenderis, vel ob vanitates mundi auram capeſſendam; iam vanitas eſt; & vanitas vanitatum: quoniam fundamentum, hoc eſt, intentio, vanitas eſt, & quicquid ſuper tale fundamentum ædificatur vanitas eſt. Vnde omnia vanitas ſunt. Cæterum bene expendere eas, regnum cœlorum tibi lucratur. Quid ergò, ò ſtulte diues facis? Cur appendis argentum tuum, & non in panibus? Cur cùm illo poſsis regna mercari cæleſtia, vanitatem potius emis? Sanus ne es, aut mentis omnino inops, & omni deſtitutus ſapientia? Lucas & Marcus referunt, quòd cum plurima turba comprimeret Dominum, & ipſe taceret, eo momento quo eum mulier hæc tetigit, dixit: Quis me tetigit? Et reſponderunt ei diſcipuli ſui: Magiſter turbæ te comprimunt, & dicis, Quis me tetigit. Et reſpondit Dominus. Tetigit me aliquis? nam ego ſenſi virtutem exiſſe à me. Mirares! multi tangunt Dominum, & ab vno tãtùm ſe ſentit eſſe tactum, ad cuius efficiendam ſalutem, virtutem â ſe exiſſe cognouit. Quis ad hãc non pauebit ſententiam? Multi Chriſtiani, multi prẹcipuè ſacerdotes, Chriſtum Dominum in ſacramento Euchariſtiẹ tangimus, & tamen vnus aut alter ſalutem accipit, & à paucis ſe ſentit contactum fuiſſe Dominus: quoniam vnus aut alter ea fide ac deuotione, qua hæc mulier Dominum tetigit tangunt & ipſi: quapropter ſe ipſum probare deberet quiſque, ne fruſtra aut in eius potius condemnationem ad Dominum tangendum accederet. Et eapropter doceẹ

Eccleſ. 10

Baruch 3.

Eccleſ. 23.

Prouer. 17

Eccleſ. 14

Eſai. 55.

Luc. 8.

Marc. 5.

D. Thom. docet D. Tho. quòd etſi attendendo fructũ quem ex ſacra communione capimus, ſæpe deberemus accedere ad illam: tamen conſiderando puritatem, reuerentiam, fidem, ac deuotionem quam ad tantam menſam deberemus afferre, opus virtutis erit aliquandò ab ea abſtinere. Hoc autem & propria conſcientia, & ab humanis rebus magis abſtracta te docebit, ſi frequentare aut ceſſare debeas ab illa, & prudentium ac religioſorum conſilium. Eccleſia id nos docet cùm à principio naſcentis Eccleſiæ, quando calor fidei & charitatis feruebat, quotidie fideles communicabat, in cuius ſignum oſculum pacis remanſit in Miſſa. Poſteà tepeſcente charitate diebus Dominicis duntaxat fiebat cõmunio, cuius ſymbolum modò eſt panis benedictus, qui in Dominicis diebus fidelibus datur: poſteà cùm deuotio minueretur, tribus Paſchalibus feſtiuitatibus fiebat generalis omnium fidelium communio. Denique iam tantùm ſemel in anno fit. Metiebatur quippè ſacra Mater Eccleſia maiorem vel minorem ſacræ Euchariſtiæ frequentiam, cum deuotione maiori vel minori, quã in populo fidelium experiebatur. Item hæc mulier dicebat intra ſe: Si tetigero tantùm fimbriam veſtimenti eius, ſalua ero. Si enim ob hoc quòd quis tangebat ſanctificata ſacrificia, ſanctificabatur & ipſe: quantò magis tangendo ipſum omnium Sanctificatorem, qui & finis & conſummatio omnium ſacrificiorum fuit, ſanctificata remaneret anima? Dixit etiam Chriſtus: Tetigit me aliquis, nã & ego ſenſi virtutem de me exiſſe: quia natura humana in Chriſto erat inſtrumentum diuinæ, per illam tranſibat virtus diuina ad facienda miracula, & ideo videbatur ſentire illam cùm tranſibat. Veluti ſi canalis per quem tranſit fons aquæ, ſi haberet ſenſum ſentiret frigiditatem aquẹ, quẹ per illam trãſit: ſic humanitas Chriſti videbatur ſentire virtutem diuinitatis, quæ erat fons omnium mirabilium quæ ipſa faciebat: quia per illam tranſibat. Nam, vt ait Baſilius: Sicut lumen per capſulam vitream tranſit: ſic per carnem Chriſti tanquàm per capſulam vitream perlucebat diuinitas: Quare miracula Chriſti verè teſtabantur ipſum Deum. Niſi velis dicere, quòd per ſentire intelligatur Chriſtus intelligere: quia intellexit à ſe virtutem exiſſe ad ſanandam illam mulierem: Nam virtus de illo exibat & ſanabat omnes. Turbæ comprimebant Chriſtum, ſed hæc mulier tangit eum: quia hæretici potius comprimunt Chriſtum, & ſcindunt: ſed ſola Eccleſia Catholica verè tangit eum. Comprimũt etiam Chriſtum, hoc eſt, *Atropellan à Dios.* illi qui Dei negotia feſtinanter, & tumultuariè exercent, vt negotia mundi quietiùs ac põderoſiùs exequantur. Videbis homines Chriſtianos, qui ſolis Dominicis diebus rem ſacram audiunt, & illum quærunt ſacerdotem qui feſtinantiùs eam peragat, nec ſacerdotis benedictionem expectant: & benè quidem, quoniam non ſunt benedictionis filij, ſicut nec Eſau, qui vt ad venationem pergeret patris ſui benedictionem amiſit, quam tamen alius filius Iacob, qui domi diligenter patris mandata exequebatur accepit. Sic iſti vt ad ſuas voluptates, vel alia mundi negotia feſtinanter pergant, Dei benedictionem amittunt, quam qui ſedulò Deo aſsiſtit, lucratur. Comprimunt etiam Chriſtum: nam non ea deuotione, atque præuentione qua debent ad Domini Sacramenta accedunt: de quibus dicit Bernardus, quòd ſicut ſunt aliqui quividentes non vident, & audientes non audiunt: ſic alij tangentes non tangunt, quia effectum Sacramenti non ſentiunt, quia fortè non percipiunt. Et ſicut principem illum in porta Samariæ compreſſerunt turbæ, ſic Dominum Chriſtum, qui illos à ſuis vitijs deterrebat, compreſſerunt: quia odio habuerunt corripientem in porta:

Tertiò aduerte circa illud, *Tetigit fimbriã*, in hoc adimpletum fuiſſe quod Dñs Zacha. 8. prædixerat, dicens: In diebus illis apprehendent fimbriam viri Iudæi dicentes: Ibimus vobiſcum, audiuimus enim quia Deus vobiſcũ eſt. Circa quod nota q̃ tãtavnio fuit diuinẹ perſonẹ cũ nr̃a humana natura, vt nõ ſolũ ad carnẽ, quẹ illi tã iũcta erat: verũ etiã & ad veſtes quib⁹ caro Chriſti induta erat diuinitatis virt⁹ deriuaret. Fuit quippè vnio quã fili⁹ Dei cũ nr̃a natura cõpoſuit tã vna, vt magis vna excogitari nõ poſſet: cũ illi cõmunicauerit id q̃ in Deo cõmunicabile erat, nẽpè Diuina perſona. Nã diuina natura nõ poteſt cõmunicari niſi trib⁹ Diuinis perſonis, iuxtà illud: Incõmunicabile nomẽ lignis & lapidib⁹ impoſuerũt. Nã nõ poterat fieri in naturavnio abſq; corruptione alteri⁹, quẹ alterã cõuertereť: & natura diuina incorruptibilis eſt, nec in aliã vllaten⁹ verti poteſt: humana autẽ etiãſi corrũperetur, ad diuinã nõ poſſet pertingere, propter infinitã diſtãtiã. Quare reſtabat, q̃ vnio nõ poſſet fieri niſi in perſo-

D. Thom.

Similes.

D. Baſil. Simile.

Luc. 6.

Genes. 27.

D. Bernar.

Leuit. 5.

4. Reg. 7.

Amos. 5.

Zacha. 8.

Alia moralitas ſeu concio.

Sap. 14.

Ariſtot. persona quæ & facta eſt, ex qua & homo Deus, & Deus homo dicitur & eſt. Et cùm actiones, ſecundum Philoſophum ſint ſuppoſitorum (nam anima nõ ambulat aut net, ſed homo) & in Chriſto Domino ſit tantùm vna perſona ſub duabus naturis, pro qua & iſte terminus Deus & homo ſimiliter ſupponit: hinc fit quòd actiones quæ Deo ſunt propriæ etiam dicuntur de homine. Nam ſicut dicimus quòd Deus eſt Creator, omnipotens, idem de homine in Chriſto dicimus, qui pro ſuppoſito diuino ſub natura humana ſupponit: quare dicebat quòd homo ſuſcitabat mortuos, & illuminabat cœcos, &c. Cæterùm etſi propter hanc rationem Dei opera itidem homini tribuebantur: tamen etiam natura humana tanquàm instrumentum coniunctum concurrebat cum diuina. Cyrillus. Nam ſicut Cyrillus docet, quemadmodùm ferrum ignitum remanens ferrum cõburit, exſicat, illuminat ſicut ignis, atque in alijs effectibus imitatur illum, eo quòd ignem in ſe ipſo inuiſceratum gerit; ſic quia Simile. diuina natura ipſi erat humanitati coniuncta in vnitate perſonæ, hinc diuinæ actiones humanæ naturæ communicabantur, tanquàm eius coniunctiſsimo inſtrumento: nã Deus ignis conſumens eſt, ferrum autem, vt Iob. 28. ait Iob: De terra tollitur, & ideò humanam d. Cyril. Chriſti naturam ſignificabat. Vndè, vt idẽ Cyrillus docet, nullum miraculum legimus feciſſe Chriſtum ad quod eius humana natura tanquàm inſtrumentum non concurrerit: nam vel voce mortuos ad vitam reuocabat, vel manu tangendo lepram, eam emundabat, vt & puellam iſtam apprehendendo manum eius, & voce eam reuocando ſuſcitauit: in quo maximè noſtram naturam honorare voluit, vt ſua viderentur opera quæ ſunt propria Dei, & cùm Deus earum eſſet author, honor tamen homini proueniret. Ezech. 1. Eapropter, & Ezechiel dicit, ſpeciem Chriſti fuiſſe quaſi ſpeciem electri, hoc eſt, *de lambar quajado*, quod ex argento & auro conflatur: argentum tamen plus ibi ſplendet, nam aurũ ibi magis latet. Chriſtus Dominus (ait D. Gregor. ſuper Ezechielem) ex d. Greger. natura diuina quam refert aurum, & ex humana quæ ſignificatur per argentum conſtat: tamen natura humana plus videbatur, & experiebatur in Chriſto quàm diuina: nam licet miracula quæ faciebat, per diuinitatis aurũ operaretur illa principalius (nam humanitas ſolum inſtrumẽtaliter concurrebat) tã aurũ latebat, argẽtũ ſonũ dabat: nec enim diuinitas videbatur, ſed de humanitate ferebatur fama: nã & cœcus dicebat: Ille homo qui dicitur Ieſus hos oculos dedit mihi. Ioan. 9. Quod & in Cãticis exprimitur, cùm ſic dicitur: Cantic. 1. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento: hoc eſt, Chriſtũ Deũ & hominem tibi prædicabimus. Tamen quia argentũ ſonorum eſt, aurũ verò ſurdum, etſi opera Chriſti præcipuè ex virtute diuinitatis fiebant, in hominũ tamen ore eius humanitati tribuebantur, dicentes, quòd homo ille talia opera faciebat, ex quo homini tãtus honor proueniebat: quoniam diuinitas latebat & humanitas videbatur, cui laus taliũ operũ tribuebatur. Igitur talis virtus humanitatis, non ſolũ ad animã deriuata eſt, quę ex tali vnione facta eſt beata, verũ etiam ad carnẽ Chriſti, vt modò diximus: & nõ ſolũ ad carnẽ, verũ etiã ad veſtimẽta, quibus ipſa caro Chriſti induta erat, vt in hoc miraculo patuit: nã tangẽdo fimbriã veſtimẽti eius, ſanata eſt mulier hæc Æmorroyſa. Si habes in Simile. domo tua vas aliquod vnguentis odoriferis plenũ, nõ ſolũ vnguentũ illud odorẽ ſuauiſsimũ ex ſe emittit, uerũ etiã vas ipſum in quo vnguentũ illud eſt, olet: & nõ ſolũ vas, verũ & pãni, & linthei, quibus vas illud inuolutũ eſt, talẽ etiã fragrantiam emittunt: Sic vnguentũ illud ſuauiſsimũ diuinitatis omnia penetrabat: nec enim dũtaxat ipſa diuinitas talem habebat virtutem, verũ & anima Chriſti & caro eius, quinimò & vſq; ad pannos & veſtimenta, quibus caro Chriſti inuoluta erat, talis fragrantia trãſibat. Vnde & Da- Pſal. 132. uid dicebat: Sicut vnguentũ in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron, quod deſcendit in in orã veſtimenti eius. Ad literã hoc intelligi poteſt, quòd odor diuinitatis vſq; ad veſtes Chriſti penetrabat. Quare humanitati Chriſti, quę vera eſt Spõſa Verbi illo indiſſolubili nexu illi ſociata, dicit. Odor veſtimentorũ tuorũ ſicut odor thuris. Thus autẽ diuinitatem ſignificat, nã & Ma Cant. 4. gi thus Chriſto obtulerunt tãquã Deo vero: itaq; veſtes Chriſti diuinitatẽ redolebãt. Mirrha, & gutta & caſsia à veſtimẽtis tuis, à domibus eburneis. Hæc autẽ eburnea domus Pſal. 44. humanitas Chriſti puriſsima eſt, quòd ſiv nguentũ illud quod mulier illa deuota ſuper Ioan. 11. caput Chriſti effudit, totam impleuit domũ, vt Euangeliſta teſtatur: quãto magis diuinitatis oleũ in tota Chriſti humanitate fuſum omnia adijcentia penetraret? Sol etiam ſua virtute vſque ad viſcera terræ penetrat, Simile. ibique radios ſuæ lucis infigit, ex quorum virtute

virtute aurũ, argẽtũ, gemmæ, ac cætera pretioſa metalla gignũtur. Multò magis diuinitatis virtus vſque ad veſtimenta Chriſti penetrauit, ibique ſalutem corporum tangentibus efficiet, imò & vſque ad animæ viſcera pertinget & ſanabit eam: nam vt eſt Sanctorum proloquium, Chriſtus quorum corporibus ſalutem tribuit, etiam & animas ſimul ſanauit: atque hac ratione Lucas dicit, quòd Lucæ. 6. omnis turba quęrebat eum tãgere, quia virtus de illo exibat & ſanabat omnes. Ex quo colligo quanta frequentia, ac deuotione ad Chriſti ſacramenta accedere deberemus, & inter omnia ad hoc reuerendum altaris myſterium, in quo totus Chriſtus ſimul cum diuinitate cõtinetur. Nam etſi ſub ſpeciebus illis tanquàm ſub alba veſte lateat, tamen ipſe Chriſtus eſt quem ſumimus, & ad accidentia illa virtus Diuinitatis tranſit: quem ſi ea fide ac deuotione, qua hæc mulier, tange- Simile. remus, perciperemus vtique eius Diuinitatis virtutem. Nonnè ſi ſemel ambarum, aut aliam rem odoriferam manibus per aliquod tempus contrectaſti, aut in ſinu tuo tuliſti, totus odore illo fragras? Quòd ſi quis ad te accedens querat, quid habes, quòd taliter fragras, reſpondes: Nihil. Sed manibus contrectaui ambarum, & in ſinu aliquantulum habui, & remãſit hic bonus odor in me. Sic poſtquã verus Chriſti cultor corpus Domini ſumpſit, etiã abſente iã corpore Chriſti abſtomacho, quod ſolùm manet per temp° quo ſpecies illę in ſtomacho ſunt, nam corruptis illis, etiam corpus Domini ſe abſentat: debet tamen remanere in anima, & in corpore odor illius floris ex radice Ieſſe, quã diù in ſtomacho, & in ſinu ſuo tulit, vt & corpus & anima Dei odorem referant, & os ea quæ Dei ſunt loquatur, manus miſericordiæ opera tractent, pedes ad bona opera currant, cor cœleſtem fragrantiam ſpiret, & ſic totus homo diuinis fragret odoribus. Quòd ſi aliquis talem admiretur odorem: reſpondebitur vtique illi. Quid miraris? Deum, cuius odor cœlorum abdita pene Prouer. 6. trat, ſecum tulit, quomodò nõ diuinũ odorem referet? Nam, vt Sapiens dicit: Quis 2. Cor. 15. poteſt abſcondere ignem in ſinu ſuo, vt veſtimenta illius non ardeant. Cùm autem videris iam odorem iſtum bonum conſumptum iri, iterũ atque iterum ad ſacramenta accedas, vt ſic ſemper Deũ redoleas, & dicere poſsis cũ Paulo: Chriſti bon° odor ſum°.

Nũc ad aliud accedamus miraculum. Venit quippe Chriſtus in domũ Principis, & cũ vidiſſet tibicines: hi erant cõducti ad canendũ canticũ lugubre, vt alios ad fletum Nota. mouerẽt. Tẽpore Chryſoſtomi hic mos erat, & modò etiã apud Cantabros & Voſcouios conducũtur perſonati aliqui homines, aut mulieres qui lacrymas & eiulatus pro morte defuncti fingant. Sed olim tibicines conducebantur, velut requiẽ cantantes: quẽ morẽ à gentibus videntur accepiſſe Iudæi. Indicat enim Plato, 3. dialogo de Repub. ſiue de Plato. iuſto, veteribus fuiſſe quatuor armoniæ genera, Ionicam, videlicet, Doricam, Lydiã, & Phrigiã & hiſce cõcẽtibus variẽ illos cõmouiſſe animos hominũ, vel ad irã, vel indignationem, vel ad miſericordiam, & luctum. Dorica quodammodò referebant clamorẽ viri fortiter ineuntis prælium. Lydia ſonabant quidem lugubre ac funebre, cuius generis hos tibicines ceciniſſe certum eſt. Et *turbam tuam multuantem*. His verbis inſinuatur exceſſus nimius, qui in ploranda puella mortua habebatur: erat enim magnus eiulatus ac planctus. Et ſicut non decet nos ſtupidos Stoicos imitari, qui nullo affectu ad mortem aliorum mouebantur: ita nec nimium in hiſce dolorem habere debemus, ſed quodã Chriſtiano moderamine illis, & propinquis compati, vt fecit Ieſus cùm Lazari mortẽ lacrymis obortis plorauit, cùm vidiſſet ſorores, & alios flentes: & viduę illius miſertus eſt, cuius filius ad ſepeliendum efferebatur. Nã & Sapiens dicit: Modicum plora ſuper Eccleſ. 22. mortuum, defecit enim lux eius: & ideò illos amouet Dominus. *Recedite nolite flere*. Ac ſi diceret. Ne ſitis increduli quaſi iam actũ ſit de vita puellæ, ſed credite me mortuis poſſe dare vitam. Quare obſeruandum eſt, has voces eſſe Euangelicas, nimirùm quæ promittunt vitam vbi nulla eſt amplius vitæ ſpes, vbi mors eſt & nihil vitæ, vnde hoc loco flere aduerſaẽ credere: vt intelligas eo tẽpore Chriſtũ adiuuare ſolere, cũ iã oia protinus deſperata ſunt. *Nõ eſt mortua puella*. Nõ negat Dñs verè mortuã eſſe puellã ſecundũ naturã, ſed cũ ita loquit, narrat vt res habet in oculis ſuis, nõ autẽ vt habebat in oculis eorũ, qui mortuã lugebant: nam licet alijs mortua eſſet, ſibi tamẽ, qui vitæ & mortis habebat poteſtatẽ, & protin° ſuſcitaturus eſſet eã, nõ erat mortua: nã ipſi qui vita eſt etiã mortui viuũt. Et in his verbis ait quidã Clau Claudius. dius Guiliel. tota vis Euangelij exprimitur: Guiliel. quod nihil aliud eſt quàm lętus nuncius, qui nunciat vitam etiam in ipſa morte, vel mortuis peccatoribus. *Sed dormit*: quia

ipſi tàm facile erat mortuam à mortuis reuocare, quàm dormientem à ſomno ſuſcitare: & quia his qui fidem aſſerunt reſurrectionis, mors dormitio quędam eſt, cùm ad vocem Archangeli omnes ſuſcitandi ſumus. Quare Hebræi ſepulturam vocant domum viuentium: Græci cæmeterium, id eſt, dormitorium: & variæ nationes vocant ſepulturam agrum Dei, videlicet, in quem tot grana fructum in æternam vitam productura ſeminantur & ſparguntur, quot illic homines in Chriſto obdormiſcentes ſepeliuntur.

Nota. Alia moralitas ſeu concio.

Tres mortuos legimus ſuſcitaſſe Dominum Ieſum, & hanc puellam duodecim annorum, in lectulo ipſo in quo mortua iacebat, & filium cuiuſdam viduæ, qui iam foras ciuitatem efferebatur ad ſepeliendum, in ciuitate Naim. Tertius fuit Lazarus, quem iã quatuor dies in monumento habentem à mortuis reuocauit Dominus. Per hos tria genera peccatorum deſignantur. Sunt enim aliqui qui iniquitatem mente conceperunt, ſed vel quia facultas non ſuppetit, vel alia ratione foras ad opus non prodeunt, cùm tamen per voluntatem iam conſenſerint peccato, & hi ſignificantur per puellam iſtam, quæ in ipſo lectulo ſuſcitata eſt. Alij non ſolùm in voluntate, ſed etiam in opere peccatores ſunt, & foras per mala opera prodeũt: quos ſignificauit iuuenis ille qui extra portam ciuitatis efferebatur mortuus. Iam alios inuenies qui tantopere in peccatis delectãtur, vt per conſuetudinem ſtatum in illis fecerint, oſcitantesque in ipſis voluptatibus ſedem ſuam poſuerunt: & hos refert Lazarus, qui quatriduanus in monumento iam

Pſal. 1.

fœtebat: de quibus omnibus in Pſalm. 1. dicitur: Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum: hi enim qui peccato conſentiunt cõſilijs impiorum acquieſcunt. Et in via peccatorum non ſtetit: hi ſunt ſecundi qui iam paſsibus & operibus peſsimis viam peccatorum tenent. Et in cathedra peſtilentiæ non ſedit: hi ſunt qui iã in peccato quaſi ex propoſito ſedem ſuam ſtatuerunt. Circa quod

Nota.

obſeruandum, quòd radix bonorum, & malorum operum in homine eſt voluntas, atq; liberum arbitrium, per quod homo ſuis actionibus dominatur & imperat. Ideò quippe bruta nec merentur, nec demerentur in his quæ agunt: quoniam non dominantur ſuis actionibus (carent enim libero arbitrio) neceſsitate tamen quadam naturæ rapiuntur ad ſua opera. Quare peccatum omne in voluntate conſumatur, cùm voluntas peccato conſentit: deinde in opus, & in conſuetudinem pergit: priùs enim res aliqua ſeminatur, deinde iam ſeminata naſcitur, poſtea mittit radices ſeorſum, quibus in terra maxime firmetur. Seminator peccatiin noſtris voluntatibus diabolus eſt, quem Dominus inimicum zizanię ſuperſeminatorem vocat. Eſt etiam praua carnis noſtrę propẽſio ad ſenſibilia, quàm hęreditario iure à patribus peccatoribus accepimus. Igitur quandò voluntas peccato conſentit, iam prauũ hoc ſemen comprehenditur. *Prende la mala ſemilla.* Remanet enim voluntas quaſi matrimonio iuncta peccato, cum ei conſenſit. *Entonces le dixo el ſi.* Deinde venit ad opus, & tũc naſcitur prauum ſemen, cùm per exterius opus praua intentio manifeſtatur: quod per conſuetudinem malorum operum adeò ſolet radicari in corde, vt nec Dei flagella ad eradicandam talem conſuetudinem valeãt, niſi potentiſsimo brachio ſuo eam expellere velit. De quarto mortuo non legimus quòd Dominus ſuſcitauerit: nam per illum intelligitur obſtinatio in peccatum, quandò praua conſuetudo in obſtinationem tranſit: in quo gradu fuit Pharao, & Antiochus, & alij qui in hac vita inceperunt obſtinationẽ illam, quæ in æternum apud inferos cum illis durabit. Quod & Amos. 3. explicatur, cũ dicitur: Super tribus ſceleribus Damaſci (& tacet) ſubinferens tamen, & ſuper quarto nõ conuertam eum. In tertio ſcelere praua conſuetudo peccati intelligitur, & in quarto obſtinatio: vult ergò docere Propheta. Scio equidem quòd potens ſit Deus, etiam eos qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent illuminare, & quatriduanum Lazarum ſuſcitare: Tamen quia hoc difficulter ſolet fieri, taceo nec dico quod parcet talibus Deus vel quòd non parcet, ſed id Dei miſericordiæ relinquo, quæ ad tales peccatores ſe etiam extendere ſolet pro bona voluntate ſua. De quarto autem ſcelere, hoc eſt, de obſtinatione in peccato clarè aſſero, quod tales non conuertit Deus, ſed in ſuis malitijs relictos de his tenebris ad alias tranſfert: id ẽnim obſtinatio dicit, perſeuerantiã in peccato vſque ad mortem. Quod Ioannes vocat peccatum ad mortem. Id etiam apud Ezechiel, ca. 8. adumbratum cernimus: raptus quippe eſt in ſpiritu in Hieruſalem Propheta, & vidit in templo ad portam Aquilonis idolum zeli ad prouocandam emulationem: poſteà fodit parietem templi, & ecce omnis ſimilitudo reptilium, & animaliũ abominatio, & vniuerſa idola domus Iſrael depicta erant in pariete, in circuitu per totum. Vidit deinde ſeptuaginta ſeniores, qui habebant thuribula in manibus ſuis thurificantes idolis, & aſcendebat fumus ab eis. Cumque amplius pergeret, vidit mulieres plurimas plorantes Adonidem, qui fuit iuuenis quidam, à cuius amore fingebant Poetę captam fuiſſe Venerem. Hæc tria genera peccatorũ, quę diximus, hic adumbrantur: nam ad portam Aquilonis templi vidit idolum zeli. Primum enim quod animam frigidam facit ſunt peſsimę cogitationes, atque praua deſideria ex eis concepta, quæ cùm ad portam animæ quàm Deus templũ ſuum conſecrauit apparent, prouocant zelum Dei aduerſus illam. Offenditur quippe Deus cùm in veſtibulo atque ingreſſu ſui templi peſsimas cogitationes inuenit, reuertitur enim ab ipſo veſtibulo, nec ingredi in talem animam dignatur: nam praua deſideria occludunt ianuam Deo, ne in talem animam ingrediatur. *Es como dar con la puerta à los ojos de Dios.* Vnde & per quendam

Iſai. 1.

Prophetam dicebat: Auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. *Deſembaraçad me la puerta*, vt ingrediar ad vos. Auferte hoc idolum ab introitu animarum veſtrarum. Deinde cùm parum fodiſſet, vidit illos ſeniores idolis thurificantes, & aſcendere fumum & vaporem nebulæ: quoniam cùm prauum opus mente conceptum eſt, nihil expectatur, niſi vel minima occaſio vt ad opus prodeat: protinùs enim odorem fumi, & nebulam peccatorum videbis aſcendere per aëra, & in ore omnium iam peccatum coram verſari. Ecce primum & ſecundum gradum peccati. Mulieres autem plorãtes Adonidem, quifuit Veneris amaſius, illos ſignificãt homines effœminatos ac mulieroſos, adeò ſuis voluptatibus addictos, vt id maximè defleãt, quòd occaſio peccandi abſuit, aut quòd talem voluptatem non ſunt experti. Ploraũt mariti mortem: quoniã quaſi matrimonio ſunt iuncti peccato, cuius abſentiam deflent, quia perijt occaſio nec peccauerunt in illam. Vel illos referent homines voluptuoſos, qui cùm iam ex impotentia, ex ętate aut infirmitate cauſata peccare non poſsint, id defleãt, miſeros ſe exiſtimãtes, quia iam flos ſuæ iuuentutis emarcuit, quia iam pulchritudo perijt: plorant quia mortuus eſt Adonis, hoc eſt, vel eorum pulchritudo, vel vigor. In peccato autem primi hominis veluti in quodam exemplari id depictum videmus. Priùs enim appetijt eſſe ſicut Deus, & ſcire bonum, & malum ex ſuaſu Serpẽtis. Nam primum peccatum, primi parentis ſpirituale fuit, nempè appetitus excellẽtię, qui eſt ſuperbia, deinde inopus inobedientiæ lapſus eſt, comedendo de ligno vitę. Tandem tertio fugit à Deo, & ſub vmbra ficus ſedit, quod ſignificat quietem in peccato, ad quod opus fuit vt Deus illum euocaret dicens: Adam vbi es? Nam, vt D. Auguſ. & Chryſoſto. docent, vox hæc non fuit ignorantis vbi eſſet (nihil enim latet Deum) ſed potiùs fuit vox docens, & monens vt auerteret vbi eſſet: nam ex arbore vitæ in cõfuſionis arborem venerat, qualis eſt ficulnea: ex ſtatu gratiæ, quæ eſt animæ vita, in peccatum quod adfert mortem deflexerat. Veluti cùm tu eum qui in opere errat, admones & dicis. Nõne vides quid facias? Vbi ſis? Vbi perueneris? Et deambulabat Deus per paradiſum. Qui deambulat coram te videtur, quòd ad te accedens protinùs recedat à te: quoniam terga tibivertit, verũm cõfeſtim reddit ad te: Sic Deus accedit ad peccatorem qui ſub vmbra peccati deliteſcit: nam niſi Deus ad illum acceſſerit clamans: Adam, Adam vbi es, & illum ſui damni certiorem fecerit, non poterit peccator reſpicere. Quòd ſi hodie non audis vocem corripiẽtis te, terga vertit Deus, & videtur quòd à te fugiat atque derelinquat: non tamen id omnino facit: væ enim peccatori, ſi omnino illũ dimiſerit Deus, nullum enim iam remediũ habebit. Sed alia vice ad eum redit, & alia etiam ſi opus fuerit, ſicut fecit Dominus cũ diſcipulis in horto dormientibus, clamans ad eum: Adam, Adam, &c. Exi foras ab iſta vmbra ac confuſione peccati. Nonnè morieris cras? Nonne infernus flammis voracibus te expectat? Quid agis? Quid dubitas? Quid trepidas? Veni ad me. Tandem his excitatus vocibus, prodijt Lazarus à monumẽto, exit peccator à peccandi conſuetudine, & dimiſſo peccato ad Deũ reuerritur. Hos tres mortuos reſuſcitat Dominus, & ab his tribus peccatis homines reuocat, etiãſi magnis difficultatibus aliquando. Cæterũ quartum mortuum non legimus ſuſcitaſſe: nam obſtinatio eſt peccatum ad mortem, de quo dixit Ioannes. Non dico vt pro illo rogetur quis. Super quarto non conuertam eũ. Vbi aduertendum eſt, quod reſpectu miſericordiæ Dei nullum peccatum eſt irremiſſibile: quoniam Deus dicitur præſtabilis ſu-

Amos. 3.

Nota.

1. Ioan. 5.
Ezech. 8.

Genes. 93.
D. Aug.
D. Chryſ.

Simile.

Genes. 93.

1. Ioan. 15.
Amos. 3.
Ioelis. 2.

per malitia, nec enim peccatis exhauriri
poteſt miſericordia Dei: quoniam nullum
peccatum abſolute eſt infinitum, nec infi-
nita eſſe poſſunt peccata. Dei autem miſe-
ricordia vndecunq; eſt infinita: quare ex-
hauriri à peccatis non poteſt, ſed ſemper ve
rum erit quod Sapiens dicit: Sapientia vicit
Sapien.7. malitiam. Sed quia Deus omnia ſuauiter
diſponit, & hominem per liberum arbitriũ
ad ſe conuertit: quia iſte ſua voluntate ta-
lem obicẽ ponit, ex hac parte dicitur pec-
catum aliquod irremiſsibile: nã iſte ſua du-
ritie miſericordiam Dei & auxilia repellit,
Ezech.8. vt fecit Pharao: quare ſuper quarto iſto pec
cato non conuertit eum Deus. Vnde apud
Ezechielem in dicto capite ſubditur: Certè
vidiſti fili hominis, & adhuc conuerſus vi-
debis abominationes maiores. Vidit enim
de inceps viginti quinq; viros dorſa haben-
tes contra templum Domini, & facies ad
Orientẽ, & adorabant ad Ortum Solis. Hi
enim ſunt qui terga vertentes Deo ſolem
adorant, aurum, honores & humanum ſplẽ-
dorem ſupra Deũ quẽrunt. Et applicabant
ramum ad nares ſuas: hoc ſignificat com-
placentiam peccati, qui lętantur cùm malè
fecerint & exultant in rebus peſsimis, &
Prouer.2. quaſi per riſum operantur ſcelera; Deumq;
Prouer.10 ipſum & omnia bona conſilia contemnunt.
Prouer.18. De quibus & Sapiens dicit: Impius cum in
profundum venerit peccatorũ contemnit.
Nam & prædicatorem irrident, & aduerſùs
confeſſorem iraſcuntur, cunctaq; bona cõ-
d.Thom. temptui habent. Vnde D. Tho. 3. lib. cont.
Gen. hanc quam modò citauimus Sapientis
ſententiam tractans docet, quòd poſtquam
homines ad hunc malitiæ gradum peruene-
Nota. rint, in peccatorum vindictam aufert ab eis
Deus prædicatores qui vera prædicent, &
eos qui auribus pruriunt eis permittit, bono
rumq; ſocietatem, atq; Doctorum ho-
minum doctrinam longè ab eis facit, vt ſic
irremediabiliter pereant, nam & id ſua pec
cata merentur. Quare deberent homines
Chriſtiani magni facere eos prædicatores,
qui eos veritatem candidè docent: nam cum
venerit dies ille, tunc videbũt quantum hoc
eis emolumẽti attulerit. Eo enim pũcto quò
Exod.14. Deus Moyſen ac filios Iſraël ab Ægypto tu
lit, perijt vniuerſa Ægyptus, cum rege &
Geneſ.19. exercitibus eius. Et poſtquam Loth è Sodo
ma eduxit conflagratione cœleſti diſsipa
ta eſt. Ecce quid bonorũ abſentia fecerit.
Talia ergo peccata dicitur Deus non dimit-
tere ob dictas rationes & in ſenſu explicato,
& quia vt diximus ſunt peccata ad mortẽ:
quoniam obſtinatio in peccato, eſt finalis
impœnitentia. Vnde & ſubdit Dominus
apud Ezechielem, poſtquam ſupradicta nar
rauit. Ecce & ego faciam in furore, non par *Ezech.8.*
cet oculus meus nec miſerebor, & cum cla-
mauerint ad me voce magna, nõ exaudiam
eos. Et hæc de duobus his miracũlis dicta
ſufficiant.

Et tranſeũte inde Ieſu ſequuti ſunt eum duo cæci clamantes & dicentes. Miſerere noſtri, fili Dauid. Cum autem veniſſet domum, acceſſerunt ad eum cæci & dicit eis Ieſus. Creditis quia hoc poſſum facere vobis. Dicunt ei, vtiq; Domine. Tunc tetigit oculos eorum dicens. Secundùm fidem veſtram fiat vobis, & aperti ſunt oculi eorum. Cum fama tanti miraculi, ſuſcita-
tionis ſcilicet puellæ, per totam terram illã
diſſeminata eſſet, tranſeunte Domino è do-
mo huius principis vſq; in Domum ſuam,
duo cæci ad quos rumor miraculorũ Chri-
ſti acceſſerat, ſpe ſalutis concepta, cum Do-
minum miſericordem in omnes accepiſsẽt
eſſe, ſequebantur ipſum clamãtes & dicen-
tes, *Miſerere noſtri fili Dauid.* Hac apellatio-
ne non ſolùm illum ex regio ſemine natum
volũt cõfiteri, ſed potius hac periphraſi ip-
ſum verum Meſsiam profitentur eſſe. Cele
bre quippè tunc erat, Meſsiam ex regio Da
uidis ſemine venturum fore: quod in maxi-
mam Phariſæorum confuſionem cedit, qui
cum eſſent Doctores in Lege, illum nolue-
runt Meſsiam agnoſcere, quem ipſi cæci ta
lem acclamabant eſſe. Et ſolam Chriſti mi-
ſericordiam poſcunt, quoniam illam ſuffi-
cientiſsimam exiſtimabãt ad quæuis opera
grãdia faciẽda. Patitur autẽ Dominus cæcos
iſtos poſt ſe clamare donec veniſſet domũ,
differens aliquandiu miraculum: non quòd
difficilem ſeeis præbere voluerit, ſed vt de-
ſideriũ & fidem illorum probatiorem omni-
bus oſtenderet & vt oſtentationis notam
effugeret, & fugiendam ſuo exemplo doce
ret: & ne miracula nimis vileſcerent ſi ſem-
per ſubitò deſiderata ſalus prouehiret. De-
niq; vt nos doceret inſtanter orandum eſſe,
nec mox deſiſtẽdum ab oratione aut deſpe
randum, ſi nõ ſtatim quę volumus à Deo cõ
ſequamur. Interrogabat autem eos an crẽ-
dant ipſum poſſe illorũ oculos illuminare? *Ad Hebreos.11.*
vt diſcamus ſine fide impoſsibile eſſe place
re Deo, nec illuminari animas noſtras. Hic
autem, ſecundùm Ianſenium, ſumitur fides *Ianſenius.*
procredulitate ſimul cũ fidutia; vtraq; enim
neceſſaria eſt ad iuſtificationem noſtram,
&

& quòd credamus Chriſtum poſſe nos iu-
ſtificare, & ſimul fiducialiter id ab illo ex-
pectemus: nam ex prima credulitate hæc fi
ducia in nobis naſcitur. Vnde hoc verbum
Chriſti quod ad hos cæcos dixit, Secundũ
fidem veſtram fiat vobis, hunc reddit ſen-
ſum. Sicut creditis me poſſe vos ſanare, &
& ob hoc confiditis me curaturum vos, ita
fiat vobis, non enim efficax eſt fides ſine fi
ducia. *Et comminatus eſt illis Ieſus dicens: Vi-
dete ne quis ſciat. Illi autem exeuntes diffamau-
erunt eum in tota terra illa, &c.* Verbũ Græ
cum, quod hic vertit interpres, comminari
propriè ſignificat acriter, & velut iracundè
comminari, vox eſt enim à fremitu dicta;
tamen hoc Chriſtus ex humilitate hæc ver-
ba dicebat ad inſtruendum ſanctos, vt quã
tum ex ſe eſt ſtudeant declinare humanam
gloriam. Dicebat autem hæc verba acriter,
vt intelligerent quantum ex animo ſuo eſ-
ſet id in veritate ſe velle, licèt propter glo-
riam Dei, aliàs vellet, vt opera eius manifeſ-
ta fierent: nam hac ratione præcepit dęmo
niaco, vt iret ad ſuos & prædicaret illis quã
ta cum illo Dominus feciſſet. Quare qui dif
famabant eius miracula, vt hi duo cæci, nõ
peccabant, nec Chriſtus his verbis eis pręci
piebat, ſed manifeſtare volebat, ꝓ cõſideratio
do ſuorum miraculorum prædicationẽ qua
tenùs in propriam gloriam cadere poterat,
aut in captatam à ſe gloriam hominum eam
aſpernabatur, & prohibere nitebatur: qua-
tenus verò in ſolam Dei Patris gloriam ca-
debat, eam volebat & præcipiebat. Ex quo
& nos docemur, quandoque quidem bona
noſtra opera occultare debere, quandoque
vero palam facienda, ſemper tamen vnicam
Dei gloriam quęrere, noſtram negligere. Et
quoniam iterum cap. 10. rediturus eſt ſermo
de illuminatione cæcorum, illic plura de
his miraculis dicemus. Nũc autem ſcito per
Moralitas hos duos cæcos intelligi poſſe magiſtros, qui
& ipſi cæci ſunt, & diſcipulos cæcos habẽt,
de quibus & Dominus infra dixit, Sinite il
los, cæci ſunt, & duces cæcorum. Duo cæci
ſunt, & clerus & populus, & adimpletur
Eſai.24. Eſaiæ vaticinium dicentis: Et erit ſicut po-
pulus ſic ſacerdos. *Egreſsis autem illis ecce ob-
tulerunt ei hominem mutum dæmonium haben-
tem.* Hoc eſt, dæmoniacum quendam quem
diabolus mutum fecerat, &c. Aduerte quòd
Luc.11. non eſt hic ille dæmoniacus quem Lucas
c. 11. refert: nam de hoc infrà. c. 12. tractauit
Matthæus. *Et admiratæ ſunt turbæ dicentes.
Nunquam ſic apparuit in Iſrael* Nam tot mira
cula, tanta facilitate ac celeritate: tanto im
perio, ac authoritate, nunquàm ab aliquo
Propheta in populo illo facta ſunt. Quare
hæc eſt alia nota quòd Chriſtus fuerit ve-
rus Meſsias: quia adimpleuit quod ab Eſaia
dictum fuerat, vt cap. 11. videbimus. Phari-
ſæi autem murmurabant dicentes. *In Beelze
bub principe dæmoniorum eijcit dæmones.* In
quo vno verbo vniuerſa Chriſti opera ſub-
uertere voluerunt. Dicendo enim quòd in
Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dę
monia, infamant Chriſtum, tanquàm maxi
mum magum habentem conſortium cum
principe dæmoniorum. Atque hæc eſt quar
ta Phariſæorum calumnia comprehenſa à
Matthæo in hoc capite. Primo enim calum
niati ſunt quòd peccata dimitteret. Secũdò
quòd cũ peccatoribus ederet. Tertiò quòd
ieiunia non indiceret diſcipulis ſuis. Nunc
verò quartò inuidiam ſuam & malitiam cæ
cam planè oſtendentes, non verebãtur op-
ſanctiſsimũ dæmoniacæ virtuti adſcribere,
malitiam quam corde gerebant ſemper au-
gentes. Et quoniam in abſentia Chriſti hãc
blaſphemiam dixerunt, non eſt eis reſpon-
ſum datum, ſicut alibi facit Dominus, vt
infra videbimus. Et benè quidem ob myſte *Moralitas*
rium prius cæci illuminantur. Deinde muti
lingua laxatur: quia priùs neceſſe eſt, vt
apertis oculis mentis fide Chriſtum conſpi
ciamus, & cognoſcamus: deinde in laudes
eius lingua noſtra ſoluenda eſt. *Et circuibat
Ieſus omnes ciuitates & caſtella, docens in Sy-
nagogis eorum, & prædicans Euangelium regni,
& curans omnem languorem, & omnem infir-
mitatem.* Hæc clara ſunt. Sed aduerte quòd *Moralitas*
Chriſtus Dominus tàm in vicis quàm in ci-
uitatibus prædicabat, nec dedignabatur, ſiuè
in magnis, ſiuè in paruis populis propo-
nere verbum Dei: nam apud Deum nõ eſt
acceptio perſonarum, & Paulus omnibus
ſe eſſe debitorem fatebatur, Græcis ac bar- *Ad Ephe. 6.*
baris, ſapientibus, ac inſipientibus, & cœle- *Ad Coloſ. 3.*
ſte Mannà, omnibus tàm pauperibus quàm
diuitibus proueniebat. Docebat autẽ in Sy-
nagogis. Nam Synagogę loca erãt deſignata *Moralitas*
ad proponendum verbum Dei: vt doceret
quòd dignitas prædicationis verbi Dei pro
prium exigit locum ad tale munus dicatũ,
nec extra illum debere prædicari niſi vr-
gens eſſet neceſsitas: nam Chriſtus Domi-
nus cùm ad populos conueniebat, in Syna-
gogis prædicabat: ſed cùm per deſerta loca
multitudo illum ſequebatur, coactus neceſsi
tate, ibi prædicabat verbum Dei. *Et curabat*

omnem

omnem languorem, & omnem infirmitatem: in quibus verbis breuiter infinitam miraculorum multitudinem comprehendit. *Videns autem turbas miſertus eſt eis: quia erant vexati & iacentes ſicut oues non habentes paſtorem.*

d. Gregor. Moralitas 3. Regum vltimo. Cùm paſtor per abrupta graditur, ait Gregorio. neceſſe eſt vt ad præcipitia grex ſequatur: & ideò oues iacent in vitijs & erroribus: quia ſic ſe habent paſtores ac ſi non eſſent: vnde.3.Reg. vlt. dicitur. Vidi cunctum Iſraël diſperſum in montibus, ſicut

Ezech.34. oues non habentes paſtorẽ. Et Ezechiel.34. Factæ ſunt oues meę in deuorationẽ beſtiarum agri: eo quòd non eſſet paſtor. Inter

Simile. cœtera enim animalia ouis eſt quæ plus indiget paſtore propter ſuam imbecillitatem ac ſimplicitatem: ſic imperita multitudo plebis multùm indiget paſtore, ac doctore, qui eos verbo & exemplo per rectam ducat viam: aliàs peribit ſicut ouis ſine paſto

Abac.10 re, & à lupis deuorabitur. Vnde Abachuc 10. dicitur: & facies homines ſicut piſces maris: nam maris piſces quia non habent ducem aut paſtores, qui eos defendãt, minores à maioribus deuorantur: ſic & populus cùm non habeat paſtorem qui eum ab impijs & hæreticis defendat. Quare & Domi

Ezechiel. nus per Ezechielem conqueritur clamans ac dicens. O paſtor & idolum derelinquẽs gregem. Sunt enim aliqui paſtores, qui veluti idolùm induuntur veſtibus quibus vti ſolent paſtores, bicorni mithra redimentes caput; Tamen nihil amplius faciunt quod ad paſtoris officium pertineat, ſed ſuis ſtudentes commodis gregem quaſi non eſſet ſub ſui cura de relinquunt, vt vnus quiſq; pro ſuo libito quidquid voluerit faciat. Vn-

Ezech.34. de Ezechiel.34. dicitur. Lac comedebatis & lanis operiebamini, & quòd craſſum erat occidebatis; gregem autem meum non paſcebatis. *No quieren mas que gozar del eſquilmo:*

Hierc.50. Et Hieremi. 50. grex perditus factus eſt populus meus, paſtores eorum ſeduxerunt eos. Et ideó ſubditur ab Euangeliſta. *Meſsis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum meſsis, vt mittat operarios in vineam ſuam.* Quos prius dixit oues propter ſimplicitatem & manſuetudinem, hic dicit meſſem propter operum bonorum fructificationem: & dicit meſsis, non ſemina: nam quod anteà in Lege ſanctis & Prophetis ſeminatum, fuit tempore Legis gratiæ in horreum Eccleſiæ reconditur. Vnde Domi-

Ioan.4. nus Ioan.4. dicit diſcipulis ſuis. Videte regiones: quia albæ ſunt iam ad meſſem. Quod enim priores ſancti in lacrymis de abſentia gratiæ ſeminauerunt; Apoſtoli colligentes in gratiam cum gaudio meſſuerunt, ſecundum illud Pſal.125. Euntes ibant & flebant Pſal.125. mittentes ſemina ſua: venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos. Nullus enim labor ex omnibus qui ad hoc quod terra fructificet aſſumuntur, adeò gratus eſt, quantum eſt fructus metere: Aliæ enim terrę agriculturæ cum ſpe dubia percipiendi fructus fiunt: metere autem eſt finem illorum laborum conſequi, qui eſt reconderе fructus in horrea ſua: & ideò non eos inuitat ad parandum aut ad ſeminandum cum labore, ſed ad colligendos cũ gaudio fructus quos alij ſeminauerũt: ſecũdum illud quod dixit Dominus diſcipulis Ioan.4. Ego miſi vos metere quod vos non Ioann.4. laboraſtis: alij laborauerunt, & vos in labores eorum introiſtis: nam Apoſtoli erã idiotę nec ipſi docuerant populum de Meſsia: iam enim in Moyſe & Prophetis inſtructi de eo erant, & omnis labor eorum ad hunc tendebat fructum, vt ipſi iungerentur Meſſiæ: quem fructum Apoſtoli in illo populo meſſuerunt. Vndè Apocal.14. dicitur. Mitte falcem tuam & mete: quoniam matura- Apoc.14. uit meſsis terrę: quod Ioel.3. dictum fuerat, Ioel.3. Mitte falces quoniam maturauit meſsis. *Operarij autem pauci.* Operarios autem vocat Moralitas quos antea paſtores dixerat: quia Deus plus ad opera quam ad verba attendit. Operarios dicit, non garrulos aut loquaces prædicatores, hi enim abundant, ſed qui verbo & exemplo populum doceant ſecundùm illud Hieremi.3. Dabo vobis paſtores ſecun- Hiere.3. dùm cor meum, & paſcent vos ſcientia & doctrina. Scientia autem eſt habitus benè conuerſandi, vt dicit Auguſt. nam Doctor d. Aug. qui vera docet; proprijs verbis ſe oſtendit ad opera obligatum: ſecundùm illud Prouer- Prouerb. biorum. 6. Illaqueatus es verbis oris tui, & captus propijs ſermonibus. Vocantur autem prædicatores operarij: quoniam, vt docet Paulus, dicuntur Dei coadiutores, quos ipſe conducit prouentibus Eccleſiaſticis, ad hoc quòd operentur in vineam ſuam. Quare non eos conducit vt poſt vites dormiant, otio torpeſcant, delitijs vacent; ſed vt laborent & operentur in agro Dei: alioquin quomodò recipient mercedem laboris quẽ non aſſumpſerunt. Et dicetur eis à Patre familiâs: Quid hîc ſtatis tota die otioſi? cùm Matth.20 ego vos certo pretio conductos in vineam meam miſſerim, Quid autem facĕt de illis iniquiſsimis operarijs, qui non ſolum in bonum non laborauerunt, vt ager bonos fructus ederet, quinimò vineam diſsipauerũt & hæreditatem Dei deſtruxerunt? Vnde ſubinfert. *Rogate ergo Dominum meſsis, vt mittat operarios in vineam ſuam.* Tanti ponderis negotium hoc eſt, vt neceſſe ſit enixè deprecari Deum, quatenus bonos operarios mittat in vineã ſuam. Sic enim Apoſtoli fe

Actor.1. cerunt Actor.1. Orantes quippè dixerunt. Tu Domine qui noſti corda omnium, oſtẽde quem elegeris vnum ex iſtis. Vt mittat, ait, & non patiatur quòd ſe ipſos introducant: nec enim quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aarõ,

adHebr.3. ait Paul. Hæbre.3. Aliàs per quendam Pro-

Hierc.14. phetam conqueritur Dominus dicens: Ipſi

&.23. veniebant & ego non mittebam eos: tales

Ioan.10. enim ſunt qui non intrant per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendunt aliunde, & ideò fures ſunt & latrones: nam non ſuis meritis à Deo vocati veniunt, ſed ipſi Epiſcopatus ambiunt, cùm interim ad tantum munus minimè aptiſint, & ideò fures ſunt & latro nes: quoniam nihil aliud quam Eccleſiaſticos prouentus rapere volunt, & in ſua cõ-

Oſea.8. moda omnia conuertere. Ad hoc venerunt & hoc poſt aduentum eorum fecerunt, ipſi regnauerunt, ait Dominus, & non ex me principes ſteterunt & non per ſpiritũ meũ.

Ioan.10. Vnde in illo loco Ioan.10. ſubinfert Dominus. Omnes quotquot venerunt id eſt qui ſe ipſos intromiſerunt, fures ſunt & latro-

nes: rapiuntenim veluti exactores Eccle-

ſiaſticos prouentus & in ſuorum commoda

tranſmittunt, nec in ſubditarum ouium ſub-

ſidia expendunt. Quare Dominus aduer-

ſùs eos querelas emittit dicẽs: Domus mea

domus orationis vocabitur, vos autem feci-

ſtis illam ſpeluncam latronum. Vnde &

Lucæ.19. Amos.5. dicitur. Modo vaſtaberis filia la-

Amos.5. tronis. Illa quippè Eccleſia iram Dei incurrit, quæ tanquam filia tali obedit patri ac prælato, qui bona diſsipat ac furatur Eccleſiaſtica. Propter peccata quippè maiorum & ſubditi puniri ſolent. Et alibi de eis dicit

Eſaia.1. per Eſaiam Prophetam: Principes tui infideles, ſocij furum: Conſentiunt enim & neceſſarij & amici talium in illam rapinam, vt ſecum diuidant ouium ſpolia. Quare hos ve-

Abac.1. luti tyrannos irridet diabolus, vt Abachuc. 1. dicitur. Et tiranni ridiculi eius: ſic enim ibi Hieronymus interpretatur. Igitur nullus ſe debet ad hæc munia ingerere, niſi à Deo vocetur. Verum eſt quod tempore neceſsitatis id viris ſingulari ſcientia præditis licebit, vt Eſai.cap.6. Domino dicente, Quem mit- Eſaiæ.6. tam? reſpondit: Ecce ego, mitte me. E contra autem Moyſes, Hieremias, & Ezechiel quantum fas illis fuit ſe excuſauerunt apud Deum, qui tamen vocans errare non poteſt. Multò magis apud homines talis excuſanda eſt miſsio, qui in eligendo perperam quotidie aberrant. In meſſem ſuam ait: quoniam & ſemen ſuum eſt & fundus.

CAPVT. X.

T Conuocatis duodecim diſcipulis dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorum, vt eijcerent eos, & vt curarent omnem languorem & omnem infirmitatem. Iam à principio diximus, quòd ex illis quatuor faciebus quibus animal illud ſanctum quod Ezechiel viderat Ezech.1. conſtabat, facies hominis impreſſa eſt Mattheo; & ideò ipſe hanc hominis faciem in Chriſto depingere conatus eſt. Et poſtquã eius faciem depingit per generationem, & regenerationem, & vocationem regeneratorum, & regenerantium; rurſus attendens ad faciem hominis, quę vocatur ratio in doctrina quæ ſecundùm rationem eſt, & eius cõfirmatione, cernẽs quia facies non eſt cõpleta ſine mẽbris, inducit hîc corporis illius ordinationem, cuius faciem antè deſcripſit, & durabit hæc pars vſq; ad. 26. capitulum, vbi incipit agere de his à quibus omnia Eccleſiaſtica trahunt virtutem, & vigorem, & cauſam efficiendi quod efficiunt: quæ ſunt myſteria paſsionis Chriſti. Eſt autẽ duplex ordinatio huius corporis cui facies illa imprimitur: altera eſt prælatorum, qui præcipuas partes in hoc corpore myſtico Chriſti gerunt: altera ſubditorum qui ad prælatos ordinantur & prælati ad illos: & ideò prius de prælatis agitur in hoc capite, eorum referendo inſtitutionẽ, & in ſequentibus totius populi ordinationem & inſtructionem docet. Nemo quippè ædificat, ait quidam non Simile. contemnendus author, qui non vaſtam domum columnis ſuffulciat: & ita Dominus Ieſus Eccleſiam in ſe ipſo cõſtructurus Apoſtolos illius columnas eſſe voluit. Sic enim Paulus de eis cenſet ad Galatas.2. ſcribens: ad Gal.2. Qui videbantur columnæ eſſe, Iacobus, Cephas,

Cephas, & Ioannes dexteras dederunt mi-
D.chryſ. hi & Barnabæ ſocietatis. Chryſoſt. ſermo. de Penthecoſte. Et enim, inquit, vinitores & piſcatores erant, & turres, & columnæ, & medici, & duces, & Doctores, & portus, & gubernatores, & paſtores, & athletæ, & pugnatores, & ceronas geſtantes. Columnæ quidem: quoniam virtute ſua Eccleſię robur ſunt: fundamentum, quia in eorum confeſſione fundata eſt Eccleſia, dicente Domino: Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo Eccleſiam meam: portus autem, quia tempeſtates impias depreſſerunt; gubernatores, quia omnem orbem terrarum viam rectam docuerunt; paſtores quoniam lupos abegerunt, & oues conſeruauerũt; aratores quia ſpinas eradicauerunt: vinitores quoniã labruſcas eradicauerunt & ſemina pietatis plantauerunt: medici quoniam vulnera noſtra curauerunt. Itaq; ſicut omnes iſti ad conſtituendam & conſeruandam rempublicam, ſic & Apoſtoli ad Eccleſiam ſunt neceſſarij. Vnde & Paul. Vnicuiq; noſtrum data eſt gratia ſecundùm menſuram donationis Chriſti. Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios verò paſtores & Doctores, ad conſummationẽ ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationẽ corporis Chriſti, donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Ea propter Chriſto non ſatis fuit nunc hos nunc illos ſenſim in Apoſtolatum vocauiſſe, ſed ſimul omnes poſt ſigna quædam edita confirmare voluit, quibus & abditiora ſuæ doctrinæ myſteria cõmunicaret. Diximus enim in ſuperioribus ſolummodò Philippum, & Andream, & Simonem ſequutos eſſe Chriſtum audito Ioannis teſtimonio, ſed ad laborem manuum reuerſos eſſe. Rurſus eoſdem, & duos filios Zebedęi vocatos eſſe: ſed & ipſum Matthæum è theloneo: verùm nec adhuc omnes recenſebantur. Chriſtus verò nunc ad inſtar ſa-
Simile. pientiſsimi exercitus imperatoris, poſt hunc & illum ſibi pluribus modis, & accitos & deuinctos, omnes quibus res ſuas crediturus eſt, ſimul luſtrat & recenſet, & ab eis ſolenne ſacramentum exigit: vt alter alterius fide animati, & quaſi vnius eiuſdemq; corporis membra effecti, idem nitantur facere, & quę illis credita ſunt fideliter exequãtur. Idem igitur nunc Chriſtus facit. Nam cum in montem aſcendiſſet, *Vocauit ad ſe quos voluit, & fecit vt eſſent duodecim, & miſit illos prædicare, & dedit illis poteſtatem curandi infirmitates & eijciendi dæmonia.* Cæterũ hoc non modò factum eſt, vt ſuprà diximus, quãdo illud recenſet Euangeliſta, ſed cùm aſcẽdiſſet Ieſus in montem. Tamen quia Matthæus id tunc tacuit, vt nobis ſermonem Domini & cætera quæ narrauit prius recenſeret: hoc cap. 10. quaſi per recapitulationẽ nobis ea manifeſtat quæ omiſerat, & quæ Marcus ſuo loco dixerat. Verum eſt, quòd licet electio duodecim modò facta non fuerit, tamen miſsio ad prædicandum modò facta fuit, nempe poſt decollationem Ioannis Baptiſtæ, vt Marcus & Lucas narrant, præmiſsis his quæ in calce capitis precedẽtis Matthæus dixit, qui tamen per anticipationem hîc iſtam miſsionẽ interſerit. Aug. D. Aug.
ita lib. 2. de conſenſu Euangeliſtarum cap. 30. Vnde vt annotauit Albertus, non dicit, Albert.
vocatis, quia iam antea vocati fuerant, nec electis, quia iam anteà in Apoſtolatum ele- Moralitas
cti erant: ſed conuocatis, vt doceret eos, quomodò tàm in prædicando, quàm in ſentiendo idem deberent, & ſentire & predicare, in eodemq; charitatis affectu ſimul deberent perſeuerare: ſecundùm illud Pau- 1. Corin. 8.
li: Obſecro vos fratres, vt idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata. Et Pſal. 54. In domo Dei ambulauimus cum cõ Pſal. 54.
ſenſu. Et Ioann. 13. In hoc cognoſcent quòd Ioann. 13.
mei iſtis diſcipuli, ſi dilectionem adinuicẽ habueritis. Eccleſia quippè ex vnitate fidei & charitatis conſtat, ſaltem quantum ad electos & iuſtos; nam etſi ij qui ſolam habent fidem, quales ſunt Chriſtiani peccatores, ad Eccleſiam pertineant; tamen etiam charitatis vnio in ea ſemper perſeuerare debet, quãtum ad iuſtos: quoniam & fides & charitas ſemper in Eccleſia perſtare debent. Quare Cantic. 6.
in Canticis ad Eccleſiam dicitur: Sicut cortex mali punici, ita genæ tuæ. Per genas ego iuſtos qui ſunt in Eccleſia intelligo: nã ſicut in genis precipuè apparet faciei pulchritudo, ita & in iuſtis ſpecioſitas Eccleſiæ ſplendeſcit, quã malo punico comparat. Nam malum punicum in cortice vna res tãtummodò apparet, quòd ſi aperiatur, multa ſeſe proferunt grana, tali tamen ordine coaptata, vt vnumquodq; ſuum locum teneat abſq; prejudicio aut inuidia alterius: & Similes.
preterquàm quòd omnia grana eandẽ preſeferunt ſpeciem, vnum alteri ſuam communicat dulcedinem. Sic in Eccleſia iuſti exterius in cortice vnitatem ſeruãt, in oratio-

nibus,

nibus, in ieiunijs ac cæteris obſeruãtijs, quę Eccleſia præcepit, in ſacramentorum participatione: deniq; in externa verę fidei profeſsione. Interiùs etiam vnuſquiſque cum
Rom. 14. alio ordinem ſuum ſeruat abſque alterius damno: nec enim manducans non manducantem ſpernit, nec non manducans manducãtem iudicat, imò ſibi inuicem bona ſua tàm corporalia, quàm ſpiritualia communicant. Vndè in eodem libro ipſæ Sponſæ di
Cant. 1. citur. Genę tuæ ſicut turturis, hoc eſt, iuſti qui in Dei amore ac proximi viuunt, comparantur turturi, quę indiuiduus comes marito ſemper exiſtit, nec vnitatem vnquam fraternitatis violat. Hoc igitur eſt Chriſtum Dominum ſuos diſcipulos conuocaſſe, hoc eſt, ſimul eos in vnitatem fraternitatis iunxiſſe. Et hoc ſignificare voluit Dominus, cũ diſcipulos ſuos miſit binos ante ſe ad prædicandum, vt refertur Lucæ. 10. hoc charita-
Luc. 10. tis vinculo vnum alteri aſtrictum. Nam ſi duo fuerint ſimul, ait Sapiens, fouebuntur
Eccleſ. 4. mutuo: vnus quomodò calefiet? Et frater qui
Prouer. 18 adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma. Duo
Exod. fratres eduxerunt populum Dei de terra
Num. 33. Egypti: duo portabant botrum de terra Sã-
Geneſ. 9. cta: & animalia bina, & bina fuerunt introducta in arca Noë, vt ſemper præpoſiti ait
D. Hiero. Hieron. ſuper cap. 11. Marc. coniungant opus & ſcientiam, & duo mandata de dua-
Exod. 25. bus tabulis proferant, & duobus vectibus arcam Domini portent, & inter duos Cherubin Deum agnoſcant ſpiritu & mente pſallentes. Nam ſi vnus alteri, vel in doctrina vel in moribus contradicit, vanus erit conatus eorum: adimplebitur quippè in illis tunc
Eccleſ. 34 ſententia illa Sapientis, quę dicit: Vnus ędificans & alius deſtruens, quid prodeſt vtrique niſi labor? Eſſet enim Penelopes telam texere, ſi quod vnus texeret aliꝰ deſtrueret.
Matth. 22 Vel mittere illos illos binos ſignificat quòd deberent docere charitatem Dei & proxi-
Num. 18. mi: nam in his duobus mãdatis vniuerſa Lex pendet, & Prophetæ: id enim referebat iugę illud ſacrificium quo olim duo agni mactabantur quotidie, vnus manè & alter veſpere. Hos enim duos amores iugiter offerre debemus Deo: prius amorem Dei, in quo
Gen. 27. amor proximi fundetur. Hæc duo præcepta, ſunt illi duo hædi quos obtulit Iacob patri ſuo, quibus ita magnificè delectatꝰ eſt, vt per illos conſequeretur Iacob pleniſsimam patris benedictionem. Sic per amorem Dei & proximi gratiam, ac benedictiones cœleſtes accipimus. Vide nè forte hæc duo præcepta fuerint illa duo minuta, quæ vetula illa Euãgelica obtulit in Gazophilatium, quę Luc. 21.
tamen plus accepta fuerunt Deo, quàm plura alia quæ proceres obtulerunt. Nam ſæpe cõtingit, vt multi diuites, multas etiam eleemoſynas faciant: tamen quia odio fratrum ac inuidia pleni ſunt, nihil illis proſit: & ta-
Exod. 25. & 26. men muliercula pauper quæ Dei & proximi amore flagrat Deo grata ſit. Nam hi duo amores coccus ſunt bis tinctus, quo tabernaculum ornabatur. id enim plus ornat Eccleſiæ ædificium, quàm ſerici ac deaurati panni, cùm, ſcilicet, in illa fidelis in charitate Dei & proximi perſeuerant. Mittit ergò Dominus diſcipulos ſuos binos: quoniã hæc duo præcepta debebant hominibus prædicare.

Verùm hîc videndum eſt, quandò vel quomodò electi ſunt Apoſtoli? Cur duodecim tantùm? Cur Apoſtoli ſint dicti? Id autem ex Lucæ Euangelio diſces, qui ait: Factum eſt in diebus illis exiuit Ieſus in montem, & erat pernoctans in oratione: cùm autem dies factus eſſet conuocauit diſcipulos ſuos, & elegit ex ipſis duodecim, quos & Moralitas
Apoſtolos vocauit. Hæc verba quoniam nõ parum conferunt his, quæ hîc Matthæus ſcribit, ideo latiùs explicanda ſunt. Primò ante electionem Apoſtolorum pernoctabat in oratione: nimirum facto docens quod ipſe dixit: Rogate dominum meſsis vt mittat operarios in vineam ſuam. Sic Apoſtoli an- Act. 13.
te electionem Matthiæ orauerunt, vt ſupra diximus: ſic diſcipuli Antiocheni oran- Ioan. 14.
tes, & ieiunantes imponebant manus Paulo, & Barnabę. Secundò non ſeipſos ingerũt Apoſtoli, ſed à Domino vocantur & eligun-
tur, vt ipſe Dominus eis dixit: Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos: quod Marcus ex Marc. 3.
plicat, cùm dicit cap. 3. Vocauit ad ſe quos voluit. Nam cùm verbum Dei ſit tanti ponderis, quo nihil præter diuina Sacramenta in terris habemus diuinius: ita non cuiuis licet tractare hæc myſteria, niſi diuinis planè, & à Deo doctis ac miſsis. Sic enim Moy- Exod. 18.
ſes in iudices populi eligendos, non niſi probos, Deum timentes, probatęque conuerſationis viros eligi vel aſſumi voluit. Præcepit etiam, vt rex quem contingeret eligi, Deut. 17.
deſcriptum apud ſe haberet Deuteronomium Legis: quod & Dauid moriturus Salomonem filium ſuum docebat. Et Ioiada 2. Para. 22.
pontifex ipſi Ioab electo in regem, librum & 23.
Legis in manus tradit. Si ergo in eligendis 4. Reg. 11.
Magiſtratibus, etiam prophanis, tanta dili-

gentia

gentia exigitur, quantò magis in comparandis diuinorum miniſtris inquiſitio grandis adhibenda eſt. Hinc Paulus: Nemini citò manus imponas. Et Titum inſtruit quales debeat ordinare Epiſcopos dicens: Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, &c. Sic Chriſtus Petro cõmiſſurus oues ſuas, prius ter interrogat: Petre amas me? Sic Apoſtoli non audebant quemquam ex diſcipulis eligere in locum Iudæ, ſed Deo id committentes dicebant: Domine qui noſti corda, oſtẽde quem elegeris, &c. Hinc etiam mos eſt in Eccleſia, vt cùm ordinare ac eligere miniſtros debet, in quatuor anni tẽporib⁹ ieiunia, & orationes fidelib⁹ iniungat: vt premiſſis precib⁹ ſuũ imitata magiſtrũ, idoneos miniſtros eligere norit. Nam & peccatores cõminatur dicens: Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum manu per oſtium? Quæ autem incommoda ſequantur in Eccleſia Dei, ex hoc quòd paſsim & ſine delectu omnes admittantur ad Eccleſiaſtica officia, ipſa id experiẽtia nos docet. Sed obſerua, quòd quatuor genera Apoſtolorum in Scripturis leguntur. Primum eorum qui à Deo, non ab homine, nec per hominem eliguntur, quales fuerunt Prophetæ & Apoſtoli, ſicut & Paulus de ſe ipſo prædicat. Secũdum genus eorum, qui à Deo quidem vocantur, ſed per hominem: quales fuerunt illi ſeptuaginta viri quos Dominus præcepit ſeparari per Moyſen, vt illi coadiutores eſſent. Ex his fuerunt quos Apoſtoli ordinauerunt, vt Titus & Timotheus. Ad quod genus etiam pertinent hi, qui nunc quoq; per Epiſcopos, vel cõmunitatem canonicorum eliguntur. Tertium genus eorum qui ab homine, non à Deo vocantur, quales ſunt hi qui hominum fauore in ſacerdotium, vel prelaturam ſubrogantur, quales ſunt qui vel muneribus, vel alijs impoſturis eligentium animos demulcent, & ſic eliguntur; de quibus ſtatim proximò cap. diximus.

1. ad Tim. 5.
& ad Titum. 1.
Ioan. 21.
Actor. 1.
Ad Gal. 1

Obſeruandum deinde, quòd duodecim Apoſtolos elegit Dominus, vt vel hoc duodenario numero oſtenderet quid per Apoſtolos acturus eſſet: nempè quòd quemadmodum Iſraël ſecundum carnem ex duodecim Patriarchis propagatus eſt, ſic omnes gentes per duodecim Apoſtolos regenerand eeſſent per Euangelicam fidem. Et quemadmodùm Iſrael egrediens de Ægypto ad duodecim fontes aquarum primò peruenit: ſic per hos duodecim Apoſtolos omnes in deſerto huius mundi reficiendi eſſent. Itẽ ſunt duodecim illi exploratores qui Promiſſionis terram conſiderauerunt: verè enim explorauerunt terram nobis promiſſam annunciantes nobis, quoniam bona & optima eſt: nam vt Petrus dixit, Nõ inanes fabulas ſequuti, ſed exploratores facti illius maieſtatis, nõ nihil tãti boni in Trãsfiguratione prægustauerunt, & id nobis annunciauerũt: quemadmodùm & Eſai. ait: Oculus non vidit, Deus, abſque te, quę preparaſti diligentibus te. Certioresque nos de hoſtium fortitudine fecerunt, adhortantes nos, vt confiſi de diuino auxilio aduerſùs eos dimicarem⁹. Præſignati etiam fuerunt in duodecim lapidibus veſtis ſacerdotalis quantum ad exẽpli fulgorem: nam eorum doctrina & exẽplo fulget Eccleſia, vt Sole Luna: & in duodecim panibus Propoſitionis, quoad gratiæ & virtutis refectionem: ſemper enim calidi in Dei amore extiterunt, atque animas noſtras virtutibus quas docebant refecerunt. Item præfigurati ſunt in duodecim lapidibus quos erexit Ioſue in Iordane, in ſignũ miraculi illius quod diuiſiſſet Dñs aquas Iordanis: ſic duodecim fuerunt lapides in fortitudine, & prædicauerũt baptiſma quod in Iordane præfiguratum & inſtitutũ fuit. Item in duodecim bobus qui ſuſtinebãt mare æneum: Bos enim laborioſum animal eſt, quod trahens aratrum terram proſcindit ac colit, vt fructus ferat; ſic & Apoſtoli aratro Crucis noſtra vitia reſecarunt, & animas coluerunt, vt Deo fructificarent. Ideò Paulus Chriſtianos vocat agriculturam Dei, quam ipſi Apoſtoli velut boues exercuerunt. Et Iob cap. 2. dicitur: Boues arabant, & aſinæ paſcebantur iuxtà illos. Vbi Gregorius ait: Per boues intelligi Prælatos, qui Apoſtolis ſucceſſerũt, qui coleredebẽt hãc Dei agriculturã, & ex ſuo labore paſcuntur aſinæ: nam ex ſua doctrina animæ plebis rudis paſcuntur. Et Prouerb. 14. dicitur: Vbi non ſunt boues, preſepe vacuum eſt: nam ſi defuerint doctores, actum eſt de rebus Eccleſiæ. In nouo Teſtamento ſignantur duodecim Apoſtoli, per duodecim ſtellas, in corona Sponſæ: quia por cœleſtium contemplationem in Eccleſia lucent, & quia ad iuſtitiam erudierunt plurimos, fulgent ſicut ſtellæ in perpetuas ęternitates, vt dicitur Daniel. 12. Murus etiam Eccleſiaſticę ciuitatis habet duodecim fundamenta, & duodecim portas & Apoſtolorũ nomina n eis ſcripta: fundatur quippe ſuper eos Eccleſia, quoad veritatis fidei immobilitatem, & eſt per eos introit⁹ ad

Cur duodecim fuerint Apoſtoli.
Moralia de Apoſtolis.
Exod. 25.
Num. 13.
1. Pet. 4.
Eſai. 64.
Exod. 18.
Exod. 25.
Ioſue. 4.
3. Reg. 7.
1. Cor. 3.
Iob. 2.
Gregorius
Prouer. 14.
Apoc. 12.
Dan. 12.
Apoc. 21.

ad Regnum Dei, quoad vſus clauium collationem: quorum vtrumq; Matth. 16. ſignificatur cùm dicit Petro: Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meã, & tibi dabo claues regni cœlorum. Nota ex Magno Alberto ſuper hunc locum, quòd duodenarius numerus non habet partes, niſi vnum, duo, tres, quatuor, ſex, Vnum competit doctrinæ vnitati: duo præceptis geminæ dilectionis: tres autem Trinitati perſonarum (hæc enim erant quæ prę dicare debebant populis.) Quatuor autem reſpondet quatuor cardinalibus virtutibus, quæ ordinant animas circa paſsiones, vt rationis normam ſequantur: ſex autem correſpondet perfectioni in opere: nam in ſex diebus perfectus eſt mundus: quæ omnia Apoſtoli populos docuerunt. Auguſt Epiſt. 120. ad Honoratum ait, quòd hic numerus duodenarius apud Græcos ſignificatur litera I. quæ refert ſignum Crucis, quod gerere & prædicare debebant per vniuerſum mundũ. Vel, vt vult Anſelmus, duodenarius numerus ex quaternario & ternario conſtat, ad inſinuandum quòd Fidem ſanctæ Trinitatis per quatuor mundi plagas prædicare deberent. Aduertendum tamen, quòd Chriſtus elegit eos in monte, aperto ſcilicet loco, vt agnoſcerent ſe in eminentiori loco poſitos, & ob id diligentem vitæ ſuæ rationem haberent, vt in quos omnium oculi intenti eſſent: id qoud & ſupra docuit dicens. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra mõtem poſita. Quare & Paulus dicebat: Spectaculum facti ſumus mundo, Deo, Angelis & hominibus. Item vocauit eos Apoſtolos, hoc eſt, legatos, vt & ipſi ſcirent ſe non dominos ſed ſeruos, non ad otium ſed ad laborem vocatos, non ſua quærerent ſed Domini, non alia agerent quam quæ Dñs præcepit: id enim legati officiũ eſt. Deinde ne authoritas eorum vilipenderetur ab alijs: videntes eos legatione pro Chriſto fungi, vt dicit Paul⁹. Vide ergo quomodò accipiẽdi ſint Apoſtoli, non vt homines, ſed vt legati Chriſti, proinde quod admonent, Deum admonere cogita: quòd nonnunquam vitia corrigebãt, nõ ipſis ſuccẽſendũ, ſed tanquã Dei correptionẽ accipiam⁹. Hinc Paul. laudat Theſalonicẽſes q̃ prædicationẽ ſuã ſuſcepiſſent, nõ tãquã verbũ hominũ, ſed tãquã verbũ Dei. Itẽ Galatis ſcribit: Suſcepiſtis me ſicut Angelũ Dei. Et licet in ore duorũ vel triũ teſtiũ omne verbũ ſecũdũ legẽ cõſtat: tñ quoniã myſteria quæ Apoſtoli prædicaturi erãt, magna, & ſuper omnẽ captũ hominũ erãt, oportebat, vt plures teſtes nõ ſolũ ex auditu, ſed etiã oculares haberẽt: quare Marc. dicit q̃ vocauit Dñs diſcipulos ſuos ad ſe hodie, hoc eſt, ad valdè familiarẽ amicitiã: Ad ſe, id eſt, ad ſecretiora myſteriorũ, ad præſentiã doctrinæ aſsiduã, & ad ſpectaculũ miraculorũ, vt oculati teſtes eſſe poſſint doctrinæ ac rerũ per eũ gerendarũ. Ad ſe, id eſt, ad reſerationẽ myſteriorũ, de quib⁹ dicebat: Vobis datum eſt noſſe myſteria regni Dei: oportebatq; ad hæc oĩa aſſumi Apoſtolos, quibus in Aſcenſione ſua dicturus erat Ieſus: Eũtes in mũdũ vniuerſum, prædicate Euangeliũ omni creaturæ, docentes ſeruare eos quæcunq; mãdaui vobis. Inſtituendi ergò erant teſtes in Hieruſalem, & in Sãmaria, & vſq; ad vltimũ terræ. Ille autẽ eſt fidedignus teſtis, qui q̃ vidit & audiuit teſtificatur: vnde Apoſtoli ſumma cum authoritate reſponderunt in Cõcilio Iudęis: Non poſſumus quæ audiuimus & vidimus non loqui: propter quod Ioannes Apoſtolus hanc formã teſtificãdi ſeruauit. 1. Epiſt. c. 1. dicẽs: Quod vidimus, & audiuimus, & manus noſtrę contrectauerunt de Verbo vitæ, & vita manifeſtata eſt, & vidimus & teſtamur, &c. Ideò ergò vocat eos ad ſe, vt ſibi præſentialiter aſsiſtant, & oculis ſuis ſpectẽt quæ poſtea prædicaturi erant: vt poſsit illis dicere quod Ioſeph dixit fratribus ſuis. En oculi veſtri, & oculi fratris mei Beniamin videt; quod os meum loquatur ad vos. *Dedit eis poteſtatem ſpirituum immundorum, & vt ejicerent eos, & curarent omnem languorem & omnem infirmitatem.* Ne doctrina Apoſtolorũ propter nouitatẽ eius, & perſonarũ idiotarũ humilitatẽ contẽneretur, imò pluris fieret quã Scribarũ doctrina, dedit etiã illis poteſtatẽ quã à Patre accepit, & ad eijciẽdos dęmones in nomine ſuo, & ad curãdos omnes generis morbos corporales. Hac certè poteſtatis cõmunicatione rurſum declarãs ſe verè eſſe Dñũ meſsis, Patri æqualẽ, non vſurpare ſibi præſumptuoſè poteſtatẽ mittẽdi operarios in meſſem diuinã. Et quidẽ ſolẽt Monarchæ, Reges, & Principes ſuis legatis, dũ mittũt aliquò, addere ea quæ eis authoritatẽ concilient apud eos ad quos mittũtur: verũm nihil tale dare poſſunt, quale ſuis Chriſt⁹: vi mauri, copias militũ, ſecuras machinas dare poſſunt, vt quib⁹ ipſi abũdẽt: ſol⁹ autẽ Chriſt⁹ impartiri potuit legatis hãc poteſtatẽ ſup̃ dæmones, ſuper aereas poteſtates, ſuper omnem languorẽ ac infirmitatẽ. Quis,

Matth. 16
Albertus
Aug.
Anſelm.
Matth. 5.
1. Cor. 4.
2. Theſa. 2
Ad Gala. 4.
Deut. 19.
Marc. 3.
Marc. vlt.
Actor. 7.
Act. 4.
1. Ioann. 1.
Gen. 45.
Similẽ.

quo nimirùm Euangelij virtus & effectus oſtenditur, qui eſt conſolari homines. Sicut enim in datione Legis populus inſolitis ſignis terrebatur, nempè igne, tonitruo, fulgure, & terræmotu, &c. Quibus nimirũ ſignificabatur Legis officium, quòd eſt terrere homines, oſtendere peccatum, &c. Sic per Euangelij miracula oſtenditur Euangelium eſſe bonum nuncium, ad conſolationem deiectorum, &c. *Duodecim autem Apoſtolorum nomina hæc ſunt.* Primùm de hoc nomine (Apoſtolus) diſſeramus. Apoſtoli nomine Scriptura illum intelligit, qui ore negotium agit, quod in mandatis accepit, & ore aliquid nunciat. Per quod nomen non tabellionem, ſed legatum Græci intelligunt, & qui rem verbis proponat & agat: Latinè autem oratores vocamus. Idcircò Petrus in ſua prima Epiſtola, ait: Apoſtolus ſum Ieſu Chriſti. Id eſt, in mandatis habeo à Ieſu Chriſto, vt de hoc eodem Chriſto prædicem. Et præter titulos, illos quos ſupra Apoſtolis dedimus, alios etiam nunc addere libet: nam præter Chriſtum Dominum & Matrem eius, hi ſunt quos præcipuis laudibus colit Eccleſia. Aliquandò enim dicuntur Eccleſiæ principes, ſecundùm illud Pſalmi. 44. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: conſtitues eos principes ſuper omnem terram. Et Matthæi. 19. Vos qui ſequuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſraël: & de quibus Eſai. 1. dicitur: Et redire faciam iudices tuos ſicut in principio, & Conſiliarios tuos ſicut ab initio. Aliquandò dicuntur Eccleſiæ Architecti, atque ædificatores, vt quorum doctrina diuina populus in fide Chriſti, & dilectione proximi ædificatur & creſcit. Sic. 1. Corinth. 3. Dei ædificatio eſtis, vnuſquiſque videat quomodò ſuperædificet: Nam, vt dicitur. 1. Corinthior. 10. Non omnia ædificant. Et cap. 14. Qui prophetat hominibus loquitur ad ædificationem. Et ita è regione deſtructores ſunt, qui prauis traditionibus diuinis doctrinis contrarijs, corda hominum obrumpunt. Eſaiæ. 49. Venerunt deſtructores tui, deſtruentes & diſſipantes à te exibunt. Scias autem idem eſſe Apoſtolatum, & Epiſcopatum, cùm Petrus, Actorum. 1. dicens, aliquem ſubrogandum in miniſterium, & Apoſtolatum, de quo Iudas præuaricatus eſt, citauerit illud Pſalmi: Epiſcopatum eius accipiat alter. Vocantur etiam Angeli, ſicut & Baptiſta Chriſti Prædicator apud Malach. Ecce mitto Angelum meum: Angelus enim idem eſt, quod nuncius, qui ore tenùs negotia alterius refert: & plures alias nomenclaturas in Scriptura inuenies, quæ optimè Apoſtolis conueniunt. *Nomina autem Apoſtolorum hæc ſunt.* Eos nominibus proprijs appellat, vt veros à falſis Apoſtolis diſcernat. Sciebat enim multos Pſeudoapoſtolos etiã veris viuentibus ſurrecturos, qui transfigurati in Apoſtolos Chriſti, in gregem Domini graſſarentur. Secundò, vt diſceremus non quoſlibet idoneos eſſe miniſterio verbi, ſed viros graues & illuſtres, in quibus nulla hęreat infamiæ macula: & quorum Deus nomina nouit, & quibus poſsit dicere, Noui vos ex nomine. Quare id Apoſtolis ſuis congratulatur, cùm dicit eis: Gaudete & exultate, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Tertiò, vt diſceremus conſuetudinem Scripturę, quæ ſolet nominatim eos explicare, quorum opera Deus ad ſuum miniſterium vſus eſt. Dignum quippe & congruum eſt, vt quia in memoria æterna debet eſſe iuſtus, maneant in hominum memoria qui Deo fideliter miniſtrarunt. Ad hunc modum Moyſes Exod. 35. ponit nomina eorum, quorum induſtria factum eſt tabernaculum: & in Paralipomen. 15. commemorantur eorum nomina, qui Arcam Dei in tabernaculum à Dauide factum reduxerunt: & paſsim. 3. Regum, etiam ex nomine commemorantur, qui ad ornatum templi egregia opera perficiebant. Quantò igitur dignius eſt, vt eorum nomina ſint in memoria, quorum miniſterio domus Dei, quæ nos ſumus, in vniuerſo orbe fabricata eſt. Quare optimè dies aliqui inſtituti ſunt ipſis Apoſtolis conſecrati, in quibus eorum celebraretur memoria: & eorum nominibus iam Chriſti fideles nuncupantur, potius ex eorum ſpirituali progenie gloriantes, quam de Scipionibus, aut Cæſaris, & alijs conſimilibus mundanis appellationibus. *Primus Simon, qui dicitur Petrus.* Obſerua, quòd Matthæus in hoc cathalogo Petrum non ſolùm primo loco ponit, vt alij Euangeliſtæ, ſed etiam primum vocat: Hinc em efficaciter ſatis probari poteſt primatus, & excellentia quædam Petri inter alios Apoſtolos. Cùm enim non poſſit dici primus ob vocationem, certè non videtur quomodò dictus ſit primus, niſi ob

Exod. 19. — Quid ſit Apoſtolus — 1. Pet. 1. — Pſal. 44. — Matth. 19 — Eſai. 1. — 1. Cor. 3. — 1. Cor. 10. — C. 14. — Eſai. 49. — Actor. 1. — Pſal. 40. — Malach. 3. — Nomina Apoſtolorum explicantur. — Luc. 10. — Exod. 35. — 1. Paral. 15 — 3. Reg. — Simon Petrus.

ob peculiarem aliquam excellentiam. Cæterorum autem Apoſtolorum ordinem non ſic ſignificat Matthæus dicens, Secundus, Tertius: eò quòd reliquorum ordinem non ita referret ſcire, ſed ad Chriſtianam Religionem attinebat ſcire primatum Petri, imò quòd reliqui omnes in authoritate pares eſſent. Circa quod aduertendum ex Ioanne Driedone libro. 4. de varijs dogmatibus & libris apocrifis, parte. 3. quòd Apoſtoli omnes quidem ſimul acceperunt Apoſtolatum ad fundandum Eccleſias, ſimul etiam accepiſſe Spiritum ſanctum, & poteſtatem docendi Fidem, & baptizandi, & remittendi, ac retinendi peccata: hanc tamen poteſtatem acceperunt à Chriſto, qui Petrum Apoſtolum eiſdem præfecit iam abſceſſurus ab illis in cœlum, illum conſtituẽs ſuum Vicarium. Nam cùm acciperent Apoſtoli parem poteſtatem prædicandi Euangelium, & baptizandi, remittendi, ac retinẽdi peccata, nondùm erat Petrus cæteris forſan prælatus. Quare nihil abſurdi ſequitur cùm dicitur, omnibus Apoſtolis pari præditis conſortio honoris & poteſtatis, poſteà vnum à Chriſto eſſe prælatum. Vnde paritas eſt multiplex. Eſt paritas ſanctimonię ſeu meritorum, & de hac non loquimur nos, nec Sancti loquuti ſunt. Eſt paritas Apoſtolatus, & ſecundùm hanc omnes Apoſtoli fuerunt pares, æqualiter à Chriſto miſsi ad euangelizandum, docendum, & baptizandum gratis in omni loco in quem venirent. Rurſus eſt paritas poteſtatis ſacerdotalis, eſt & paritas iuriſdictionis, in iudicando & præſidendo, & in hac eminet Petrus. Proinde quanuis omnes Apoſtoli fuerunt inter ſe fratres, vnus tamen cæteris eſt præfectus. Igitur omnes Apoſtoli fuerunt æqualiter Apoſtoli, id eſt, miſsi ad prędicandum Fidem, & teſtificandum Euangelium, & ad fundandum Eccleſias, & ad inſtituendum Epiſcopos in omni loco, in quem ipſi erant venturi, vt creſceret Eccleſia Chriſtiana, & multiplicaretur in omni terra. Deinde omnes fuerunt æqualiter ſacerdotes & Epiſcopi, ſed in dignitate præſidentiæ, & primatus præpoſitus eſt Petrus cæteris Apoſtolis. Et hoc voluit docere Matthæus Petrum in primo loco numerans, & primum eum appellans. Simon qui dicitur Petrus. Et Marcus dicit, quòd impoſuit Simoni nomen Petrus. Hic quærit Beda quãdò impoſitum eſt hoc nomẽ Simoni: & reſpondet ſuper Marcum idem, quòd hoc nomen ibi recenſetur, non quòd tũc omnino fuerit impoſitum, ſed quòd volens Euangeliſta nomina duodecim Apoſtolorum numerare, neceſſe habuerit & illius nomen exprimere: quia licet hoc prius donatꝰ fuiſſet, non tamen eo vocabatur. Ideò autem voluit Chriſtus eum prius alium vocari, vt ex ipſa commutatione nominis Sacramenti viuacitas commendaretur. Idem ergo Græcè Petrus, quod Syriacè Cephas: & in vtraq; lingua nomen à petra deriuatum eſt, haud dubium quin ab illa de qua Paulus, ait, Petra autem erat Chriſtus. Sicut enim Lux vera Chriſtus donauit Apoſtolis, vt lux mundi dicerentur: ſic & Simoni qui credebat in petrã Chriſtum, Petri largitus eſt nomen. Chryſ. autem dicit, impoſitum quidem fuiſſe tunc Simoni nomen Petri, cũ ad mare Tyberiadis deſcendiſſet Dominus, ſed illius impoſitionis promulgationem factam fuiſſe in mõte, ſimul cùm illius & cæterorum Apoſtolorum confirmatione. Nec mirùm eſſe debet quòd Simoni nomen Petrus dederit, tũ propter dignitatem, & authoritatem quam in Eccleſia habiturus erat, tùm propter confeſsionem fidei eius: id etiam fecit, vt ſignificet tantum munus eſſe ad quod ipſos elegiſſet, vt neceſſe eſſet prorſus in alios viros mutari. Sic Abrahę, & Sarę, & Iſmaeli (qui vt carnalis Iſraelis authores, ita ſpiritualis typi fuerunt) noua nomina indidit, potiſsimum autem Petro, Iacobo, & Ioanni nomina mutauit, q̃ eorũ opera maximè in promouendo veritatis negotio vſurus eſſet, vnde & familiariores habuit. Sicut ergò eos in opere inter alios ſignare voluit, ita & nominibus ſingularibus eos inter alios notare placuit. Sed aduerte hic ex Ruperto in cap 4. Matthæi. libr. 2. de gloria & honore Filij hominis, q̃ in Scriptura non reperitur mutaſſe Deum nomina, niſi duobus, nempè Iacob quem vocauit Iſraël, & Simoni quem vocauit Petrum: nã Abrahã nõ mutauit nomẽ, ſed auxit, & Sarai minuit: Iacobo autẽ & Ioãni licet cõmutauerit nomina, nõ tamẽ his nominibus vſi ſunt; ſed quibus anteà vocabãtur. Quæ igitur cauſa, velrati o fuit, ait Rupertus, in iſtis mutandorum nominũ. Arbitrari licet, quòd in ambobus mutandorum nominum cauſa fuerit inſtans mutatio rerũ. Nã in Iacob hæc ratio reddita eſt cùm illi dictum eſt: Nequaquam vocaueris Iacob, ſed Iſraël erit nomen tuum: quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quantò magis contra homines? Cõtra homines preuales, quid aliud

Ioannes Driedon. — Marc. 3. — Beda. — 1. Cor. 10. — Matth. 5. — Chryſoſt. — Gen. 17. — Rupertus.

aliud eſt quàm homines interficere ? Ex tunc genus Iacob, ſiuè Iſrael, non ſolùmmodò permiſſum, ſed etiam præceptum habuit peccatores occidere, & inprimis Chananæos, quos iuſtè terra debuit euomere. Quod. 1. Regum. 15. expreſſum eſt, cùm dictum fuit ad Saul: Vade & percute Amalech, & demolire vniuerſa eius, non parcas ei, ſed interfice, à viro vſque ad mulierem, & paruulum, atque lactentem. Hoc non tantùmmodò permiſſum, verumetiam vſqueadeò fuit præceptum, vt cùm ille pepercisſet, diceret Dominus ad Samuel: Pœnitet me quòd conſtituerim Saul Regem: quia dereliquit me, & verba mea opere non compleuit. Ab initio autem non fuit ſic, ſed dixerat Dominus: Quicumque interfecerit Chain reddet ſeptuplum: ſed poſteà ſicut ad duritiam cordis eorum permiſſum eſt illis dare libellum repudij vxoribus, cùm tamen ab initio non ſic fuerit: ſic poſteà propter duritiam & delicta hominum opus fuit, vt eſſet poteſtas homines malefactores occidendi, & præcipuè iſtos Amalechitas, qui delere voluerunt omne ſemen Iſrael, ne in illo adimplerentur promiſsiones factæ Patribus. Ad hunc ergò effectum nomen illi commutauit: vt qui contra Deum fortis fuerit, multò magis ad occidendos homines, cùm ius exigit, poteſtatem haberet. Petro autem commutauit nomen: quoniam commutanda in illum hæc res erat. Præficiebat enim illum Eccleſiaſticæ Reipublicæ, quam nouis legibus inſtituebat, quibus commutandæ in melius res erant, nec iam gladio corporali, ſed potius ſpirituali hæc Reſpublica regenda erat. Vnde & ipſi Petro amputanti auriculam ſerui dixit ipſe Dominus Ieſus: Conuerte gladium tuum in vaginam: omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. Subintelligitur, niſi pœnitentiam egerint. Hoc Matthæi. 26. & Lucæ. 22. dicentibus Apoſtolis: Domine, ecce gladij duo hîc, dixit eis: Satis eſt. Item, Sinite vſque huc, ac ſi diceret. Gladijs materialibus iam ſatisfactum eſt, & in illis hucuſque neceſſario pugnatum eſt, ob defenſionem carnis, de qua me Ieſum Chriſtum oportebat naſci, iam ſinite gladios huiuſmodi, & pugnate alio genere prælij, ſicut pugnatum eſt in die Madian. Id eſt, ſicut ſignificatum eſt illic, vbi Gedeon ſuperauit Madian cum lampadibus in lagenis fictilibus perfractis, & cum clangore tubarum pugnatum eſt. Hoc eſt, ſint dona gratiarum cœleſtium, in corporum mortalium membris corruptibilibus: ſint & tubæ verbi Dei, quarum ſonitu hoſtes viſibiles & inuiſibiles terreantur: lagenæ in ſiniſtris, tubæ habeantur in manibus dextris: id eſt, in minore corpora, in maiore verbum Dei prædicandum, habeatur cura vel diligentia. Quòd ſi corporum fragiles hydrię confringantur, niniirùm tunc amplius flāmabunt miraculorum clariſsima luce, & martyres pretioſa morte coronati, exinde fortiùs præliabuntur. Fecit hoc ille primus Gedeon, ſecundùm literam, Et quod me facere videritis, ait, hoc facite. Fecit hoc primus iſte filius hominis, ſecundùm ſpiritum. Et, Hoc eſt, ait, præceptum meum, vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Quoniam ergò ſic pugnandum erat, materialis gladius neceſſarius non erat: ſicut mutandæ in melius res erant, ita & nomina commutauit, quemadmodùm & Iacob mutauit nomen quando gladius materialis ei committendus erat. Hæc ille Abbas Rupertus docet. Sed ipſemet lib. 8. ſuper hunc locum dicit: Nec abs re eſt, quòd illius in veteri, huius in nouo Teſtamento nomen commutauit: ſed ſi prudens inſpector adſit, pulcherrimum eſt myſterium huiuſce commutationis: quia videlicet hoc agebatur, vt fieret quod per Prophetam Eſaiam. c. 63. dictum eſt. Et ſeruos meos vocabo nomine alio, in quo qui benedictus eſt, benedicetur ſuper terram: eorum videlicet, ſeruorum Dei multorum, ille ſecundùm carnem principium multitudinis duodecim filios: hic autem Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſecundùm ſpiritum pater eſt. Vnde & pulcherrimum hoc eſt in miniſterio ſpectaculum: quia pater ille ſecundùm carnem principium multitudinis duodecim filios: hic autem ſecundùm ſpiritum principium Chriſtianitatis duodecim genuit Apoſtolos: & ſicut illi patri ſecundùm carnem, ſic non ſibimet quidem Pater iſte ſpiritualis, ſed primo Vicario ſuo priſtinum commutauit nomen. Hactenùs Rupertus. Sed ego hoc addo, quòd multoties mutantur nomina, vt rei alicuius præteritæ memoria indito nomine conſerueť, vt ex ipſo nomine fit admonitio rei geſtæ, ſi mul & conſeruatio. Sic à Deo vocat⁹ eſt Adā, id eſt, terrenus, eò q̄ de terra eſſet ſumpt⁹. Sic Gen. 16. dat puero: Agar adhuc in vte

1. Reg. 15.

Geneſ. 4.

Matth. 26

Luc. 22.

Eſai 9.

Iud. 7.

Ioan 15.

Gen. 32.

Rupertus.

Eſai. 63.

Geneſ. 16.

ro exiſtenti nomen Iſmael, ex re videlicet, geſta, propterea quòd Dominus audiſſet vocem & calamitatem Agar: quia enim puer iſte futurus erat caput magnę poſteritatis ſeparandæ à populo fœderis Dei, voluit Dominus vt ex authoris nomine à quo Iſraelitæ dicendi erant, admonerentur eius Dei, qui matrem ſui generis in calamitate poſitam audiſſet, & adiuuiſſet: vt ex ipſo nomine redderentur inexcuſabiles iſtius generis abominationes, & idolatriæ. Sic & nos à Chriſto Chriſtiani vocamur: vt admoneamur cuius fidei, ac religionis ſumus. Sic & Iacob dictus eſt Iſraël: vt qui contra Deum fortis fuit, ſperaret & contra hominem fortiorem eſſe, & excuteret metum quem acceperat à fratre ſuo Eſau: & poſteri illius Iſraelitę dicti admonerentur paternæ fidei. Hinc filij nomina à parentibus multotiens mutuant; & vt memoriam, & rerum ab eis bene geſtarum in ſe ipſos conſeruent, & in ipſo nomine virtutis paternæ reminiſcantur. Sic modò qui dicebatur Simon, hoc eſt, obediens, Petrus, hoc eſt, firmum fidei fundamentum, dicatur, in ipſo nomine ſoliditatem Eccleſiæ, & fidei Catholicæ præ ſe ferat, & tantæ fidei memoria conſeruetur, erubeſcatq; fidelis filius Eccleſiæ à tantę fidei ſoliditate deciſcere. Intelligatur ergò ſemper Eccleſia firmiſsima petra, contra quam nec portæ inferi præualere poſsint: intelligant & Eccleſiæ filij, quām firmiter huic fidei adhęrere debeant, & dicant cum Paulo: Quis nos ſeparabit à fide & charitate Chriſti? Et quia Simon dicitur obediens, petrę firmitas ei promittitur tanquàm obedientię prēmium, contra quam nullus præualet, ſed ipſe contra omnes: vt verum ſit quod Sapiens in Prouerbijs dicit: Vir obediens loquetur victorias. Et *Andreas frater eius.* Binos, & binos illos deſcribit hîc Matthæus, quoniam ſic mittendi erant ad prędicandum, rationibus quas ſuprà retulimus. Et bene in primo binario Petrum, & Andream fratrem eius collocat: quoniam ambo crucifixi martyrium cōſummauerunt. Licet Marcus non ſequatur hunc ordinem, ſed ponit tres, primum nempè Petrum, Ioannem & Iacobum: quoniam his tribus ſpecialiter commutata fuerunt nomina. Andreas autem interpretatur, decorus, ſeu præfulgens: quoniam Crucis deuotione mirificè fulſit: vel, vt Claudio, Guilieldo placet, vir dicitur: quoniam virū firmiſsimū ſe oſtendit inſufferendis ſupplicijs, nam biduo viuens pendebat in cruce, & docebat populum. Hic primus cum Petro fratre à Chriſto vocatus Achaiam Prouinciam Euangelio repleuit, & in ea Cruci affixus Magiſtro ſuo Ieſu ſpiritum reddidit. *Philippus, & Bartholomæus.* Philippus equorum amator, & bellicoſus dicitur: quo nomine dictus eſt hic Apoſtolus, qui viginti annis regnum Dei per vniuerſam Scithiam prædicauit, apud Hieropolin occubuit. Fuit & alter Philippus Diaconus, qui primus Samaritanis verbum Dei prædicauit, & apud Cæſaream ſignis, & prodigijs clarus obdormiuit. Philippus etiam os lampadis interpretatur: vocatus enim à Domino mox inuento Nathanaeli lumen quod agnoſcebat prædicauit dicens: Quem ſcripſit Moyſes, &c. Bartholomęus, Syrum vocabulum eſt, non Hebræum, ait Beda: & interpretatur filius ſuſpendentis, hoc eſt, filius Dei qui prædicatorum ſuorum mentes ad contemplandum cœleſtia ſuſpendit. Grauis & illuſtris fuit Apoſtolus, quanuis non multa fiat eius mentio in Euangelio. Indiam citeriorem ad prædicandum verbum Dei fortius eſt, Indorum qui dicuntur fortunati Apoſtolus: quòd apud illos prima fidei ſemina condiderit, & Matthæi Euangelium Hebręis ſcriptum literis interpretatus fuerit, ſicut Euſebius libro. 5. Hiſtorię Eccleſiaſticę. capite. 10. refert. Dormiuit autem Albanopoli oppido maioris Armenię, vt ait Hieronymus in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Aliqui dicunt, quòd hic Bartholomęus fuit Natanahel, de quo Ioannis. i. fit mentio, vt ibi docet Ianſenius: & hi duo ponuntur in ſecundo binario, quoniam ambo, Philippus, ſcilicet, & Bartholomęus, exteris gentibus, & pene à toto orbe extraneis verbum Dei prędicauerunt. *Iacobus Zebedæi & Ioannes frater eius.* Hos in ſecundo binario plura exemplaria collocant, & Iacobus (penultima longa) dicitur filius Zebedæi, & hic eſt ille maior, ſiuè ſenior, quem occidit Rex Herodes, Agrippa gladio, vt Actorum 12. ſcribitur, cuius gratia nunc non pauci Compoſtellam Galitiæ adeunt: dictus maior, quod priùs vocatus ſit à Chriſto: familiarior autem quòd primus inter Apoſtolos, ſuo ſanguine Euangelio ſubſcripſerit. Is duecim tribubus, quæ erant in diſperſione prædicauit Euangelium

Rom. 8.

Prouer. 21.

Andreas.

Claudius.

Ioan. 12.

Philippus & Bartholomeus.

Bartholo. Beda.

Euſebius.

Hieron.

Ioan. 1.

Ianſenius

Iacobus.

Actor. 12.

Domini noſtri Ieſu Chriſti. Iacobusautem interpretatur ſupplantator. *Et Ioannes frater eius.* Ioannes dictus eſt gratia, Zebedei filius, & Iacobi maioris frater, conſcripſit Euangelium, quod legitur ſecundũ Ioannem. Totas Aſiæ Eccleſias fundauit, atque rexit, & confectus ſenio ſexageſimo octauo poſt Paſsionẽ Domini, anno mortuus iuxtà eandem vrbem ſepultus eſt. Ponuntur autem in hoc ſecundo vel tertio binario: quoniã Boanerges à Chriſto Domino ſuo vocati ſunt, hoc eſt, filij tronitui, vel ſtrepitus, & Hebrea phraſi idem eſt, ac dicere, qui tonant ſicut filius pacis, id eſt pacificus: eo quòd diuina dogmata mundo intonuerunt veluti tonitruum quoddam de cœlo auditũ. Id à Iacobo factum eſſe argumẽto eſt, quod eum Herodes ante omnes alios neci dedit, eo gratificaturus Iudæis indubiè, quòd poſt Petrum prę alijs Apoſtolis Iudæis infeſtior eſſet Euangelij prædicatione. De illo autẽ maximo tonitruo quod edidit Ioannes eius frater; abundè teſtatur, præter eius prædicationem, Hiſtoria Euangelica in qua veluti è cœlo intonans, omneſque ſua voce percellens hęreticos in, clamat dicens. In principio erat verbum, &c. *Thomas & Matthæus publicanus.* Thomas qui dicitur Dydimus, id eſt, Gemellus, licet aliqui perperam interpretẽtur incredulum. Hic Apoſtolus Parthis, & Medis, & Perſis, & Germanis, & Hyrcanis, & Bactris, & Magis prædicauit. Deinde in ciuitate Calamina quæ eſt Indiæ, imò nonnulli dicunt quòd prædicauerit in regione noua, quæ modò Hiſpanis innotuit, quæ dicitur *La China*, & quòd nõnulla eius memoria adhùc ibi remanet, tametſi idolatræ ſint. Fuit iſte diſcipulus præ cæteris Apoſtolis incredulus Reſurrectionis Chriſti, & ideò alij interpretantur nomen eius quòd ſignificet abyſſum, fuit quippè incredulitatis abyſſus. Vnde in Pſalmo dicitur: Abyſſus abyſſum inuocat: quoniam miſericordiæ abyſſus qui eſt Chriſtus, hunc diſcipulum ab incredulitatis abyſſo reuocauit, prębens ſe illi palpandum poſt ſuæ carnis veriſsimã Reſurrectionem. Vel ipſe Thomas, incredulitatis abyſſus, abyſſum veritatis inuocauit cùm dixit: Dominus meus, & Deus meus. Dicitur etiam Geminus: quoniam qui duplices ſunt animo, nec ſinceritatem ſequuntur, proximi ſunt, vt ſint infideles: qui enim & Deo, & mundo placere ſtudent, & duabus vijs ingredi viam Dei, cùm hæc ſit contraria Mundo, propter illam

Ioannes. *D. Thom.* *Pſal. 41.* *Ioan. 20.* *Eccleſ. 3.*

hanc deſerunt, imò multoties diſcredent illi: nam, vt ait Apoſtolus: Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis. Quare illos, quos ego nimium affectos pecunijs, vel mundanis rebus video, valdè timeo ne in hærereſes, vel errores prolabantur. Nam cùm Dei veritas illorum cupiditati valdè contradicat, quid mirum ſi vehemens affectus ad vnum omnino ab alio diuellat? Relinquit enim bonam conſcientiam, quam quidam relinquentes, ait Paulus: Naufragauerunt in fide. Et alibi dicit: Radix omnium malorum eſt cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt in fide. Matthæus autem dicitur donatus, à Maltan, quod donum ſignificat: dicitur etiam, Leui, quòd Hebraice ſonat additum ſiue applicatum: ex publicano quippè additus eſt Apoſtolorum numero ex dono Dei: vt in eo vaticinium Eſaiæ adimpleretur ex capite. 54. dicentis. Proſaliuncula aſcendet abies, & pro vrtica creſcet myrtus. Sic enim intelligit hoc teſtimonium Diuus Hieronymus, ibi dicens. Saliuncula eſt herba viliſsima, & amara, atq; peſsimi odoris: & hoc eſt dicere, quòd mala vertantur in bona, & pro vitijs naſcantur virtutes, id eſt, pro iniquitate iuſtitia, pro temeritate fortitudo, pro luxuria temperantia, pro ſtultitia prudentia: vt Matthæus & Zachęus ſaliuncula erant, & ſtipites inutiles amari ſaporis, & odoris teterrimi dicentes: Computruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ: in Apoſtolos repentè mutati ſunt, & Saulus in Paulum, ex perſequutore in prædicatorem. Et cap. 60. ait: Pro ære feram aurum, hoc eſt, pro eloquentia Philoſophorum, vt ait Hieronymus, aurum claritatis: vel pro ære quòd in Thelonio numerabat Matthęus, aurum Euangelicæ veritatis tulit Chriſtus: & pro ferro argentum: hoc eſt, ex peccati duritia effectus eſt Matthæus tuba argentea, qua per totum mundum ſuo Euangelio intonuit, & Paulus ex perſequutore effectus eſt maximus prædicator. Ipſe autem ſe nominat publicanum, non ſolùm humilitatis gratia (vt Paulus ſe fatetur Eccleſiæ perſequutorem fuiſſe) verùm etiam, vt ſe gratum tanto beneficio oſtenderet, nec à memoria excidere vnquam velit, quod ex publicano factus ſit Chriſti Apoſtolus, & Euangeliſta: & vt nemo quantumuis peccator ſuæ ſaluti diffidat: quoniam potens eſt Deus de

Iacob. 1. *1. Timo. 1.* *1. Timo. 6.* *Matth.* *Eſai. 54.* *D. Hiero.* *Pſal. 37.* *Eſai. 60.*

lapidibus

lapidibus facere filios Abrahę, vt in Matthæo, Paulo, & alijs quàm plurimis fecit. Iungitur autem cum Thoma, quoniam ambo aliquandò increduli fuerunt, & peccatores. *Et Iacobus Alphæi, & Thadæus.* Iacobus filius Alphęi dictus ad differentiam Iacobi filij Zebedęi, non autem filius Alphęi cuius fuit filius Matthæus, ſed alterius, vt ſtatim dicemus. Fuit frater Simonis qui dicebatur Zelotes, & Iudæ Thadęi: cognominatus eſt minor ad differentiam maioris, hoc eſt, ſenioris, qui Hieroſolymis occubuit, de quo paulò ante. Hunc Paulus vocat fratrẽ Domini, vel quòd Chriſto ſimillimus fuerit, vel vel quòd cognatus, & conſobrinus: huius enim mater ſoror Virginis Matris Domini fuit dicta Maria Cleophæ, vel à patre, vel à familia Cleophæ: vel vt vult Anſelmus, quia fortè Alphęus alio nomine dicebatur Cleophas, vel ipſa poſt mortem viri, & poſt natum Iacobum, nupſit alteri viro, qui dicebatur Cleophas: quæ & Iacobi nonnunquã dicitur, non quia vxor, ſed quia mater Iacobi. Iacobũ hunc Iuſtum ſacrę literæ nuncuparunt, qui de matris vtero ſanctus fuit, vinum & ſiceram nõ bibit, carnem nullam comedit, nunquàm attonſus eſt, nec vnctus vnguento, nec vſus balneo, cui ſoli licitum erat ingredi Sanctaſanctorum, vt refert Ægeſippus, vicinus tẽporibus Apoſtolorũ. Veſtibus laneis nõ vtebatur, ſed lineis: tàm frequens flexis genibus pro populo orabat, vt camellorũ duritiem traxiſſe eius genua crederentur. Alia multa dicit Ægeſippus, quæ longum eſſet recenſere, ac numerare. Poſt paſsionem Domini ſtatim ab Apoſtolis Hieroſolymitanus Epiſcopus eſt ordinatus. Vnam tantùm ſcripſit epiſtolam, quæ inter Canonicas enumeratur. De hoc Apoſtolo fratre Domini refert S. Athanaſius, quòd Euangelium ſecundùm Matthæum, Hieroſolymitanæ Eccleſiæ narrauerit. Venerabilis Beda in cap. 1. Act. Apoſtolor. eos redarguit, qui tertium quendam confinxerẽt Iacobum, quaſi is qui Iuſtus & frater Domini appellatus eſt, alius fuerit à Iacobo Alphæi: oſtendit enim vnum duntaxat eum fuiſſe Iacobum, qui & Alphęi filius, & Iuſtus, & Iudæ Thadęi, & Domini frater nuncupatus eſt: qui tandem cùm præcipitatus de pinna templi, confractis cruribus adhùc ſemiuiuus tẽdens ad cœlum manus, dicebat: Domine ignoſce illis, quod enim faciunt neſciunt: fullonis fuſte, quo rudia veſtimenta contorqueri ſolent, in cerebro percuſſus interijt. Triginta annis Hieroſolymis rexit Eccleſiam, id eſt, vſque ad ſeptimum Neronis annum: & iuxta templum, vndè & præcipitatus fuerat, ſepultus eſt. Vir tantæ ſanctitatis & celebritatis in populo fuit, vt propter eius necem creditum ſit ſubuerſam eſſe Hieroſolymam: quemadmodùm ipſe quoq; Ioſephus lib. vltim. antiquita. cap. 20. apertis verbis prodidit. Alphęus interpretatur milleſimus, vel doctus, vel Dux pater Iacobi minoris. Marc. 2. & Lucæ. 6. quia iſte Alphęus fuit vnus ex mille, doctus in verbo Dei, & Dux in omni opere virtutis. Huius frater fuit alter Iudas, qui ad diſtinctionem ab altero Iuda proditore dicitur Iudas Iacobi: quia fuit frater Iacobi minoris, qui Iudas, & Thadęus, & Lebbęus quoq; dicitur, ita vt trinomium ipſum fuiſſe credat Hieronymus. Sed huius diuerſæ nomenclaturæ quidam apud Ianſenium hanc afferunt mirabilem rationem. Nempè inſtitutum fuiſſe apud Iudæos, quod & hodie apud eos obſeruatur ob reuerentiam nominis Tetagrammaton, ſi quis in ſuo nomine proprio tres, vel quatuor literas eius nominis poſsideat, non temerè eodẽ nomine à quoquã nominaretur, prę ſertim in familiaribus & quotidianis colloquijs, ſed alio quodam fictitio, quod vel idem cum proprio ſignificet, vel certè proprium inſigni aliqua notatione inſinuet. Hinc quiſquis apud eos nomen Theuda, pro quo nos dicimus Iudas ſortitus eſt, vulgò appellari ſolet leo: quia Geneſ. 49. ſcriptũ eſt: Catulus leonis Iuda. Et cùm quis dicitur Ihoiacim, pro quo nos dicimus Ioacim, quod nomen ſignificat extollendum, vulgò vocant Eli, id eſt, altum: itaq; & ſic factum putant in iſto Iuda, vt etiam diceretur Lebbęus, & Thadęus: Lebbęus quidem, quia labi, vndè hoc nomẽ deriuatur, leonem ſignificat: Thadęus verò, quia in Hebræo tota dictio idem ſignificat quòd Theuda, niſi quòd ſanctum & inefabile nomen in eo nuſquam apparet. Hinc & pro Iheouda, contrahendo dicere, & ſcribere ſolent Iouda, ſcilicet, pro Iheouda. hæc Ianſenius. Sed fortè dictus eſt Thadęus à nomine ſuæ familiæ. Huius dicitur eſſe epiſtola, quæ vltimo loco ponitur inter Canonicas. Hic cum ſuo fratre combinatur. *Simon Chananæus, & Iudas Iſcariotes, qui & tradidit eum.* Iſte Simõ fuit Iacobi, & Iudæ Thadæi frater, ex eadẽ matre Maria Cleophæ, ſiue Iacobi, matertera Domini natus, dictus Hebræis Chananites, ſiue Chananæus,

Matth. 3. *Iacob. Alphai.* *Ioſephus.* *Marc. 2.* *Luc. 6.* *Thadæus.* *Ianſenius.* *Gene. 49.* *Ægeſippus* *Athana.* *Beda.* *Simõ Chananæus, & Iudas Iſchariot.*

nę⁹, Grecis Zelotes, à Chana, vt author eſt Hieronymus, vico Galileæ, vbi Dominus aquam in vinum conuertit. Chana enim ſignificat Zelotem ſeu æmulatorem. Aut Chananęus dictus, quia hoc familię illius cognomen fuit, & propter ſuum in Chriſtum amorem, & eximium zelum contraponitur Iudę qui proditor fuit. Iudas interpretatur confeſſio, Iudas autem aliquandò verè confeſſus eſt Chriſtum Domini: cognomẽtum habet Iſchariotes, vel à vico aut vrbe in qua natꝰ eſt, vel à tribu Iſachar, vel à facinore: nã Iſachar ſonat Hebræis mercedem, & pro mercede iniquitatis vendidit Chriſtum, propterea quòd tulit Dominus, quòd mulier illa de uota effunderet pretioſum vnguentum ſuper caput ſuum: voluiſſet ipſe quippè potius quòd venderetur trecentis denarijs, & ipſe ex illis aliquid furaretur, vt Ioann. 12. cap. refert. Celare tamen volebat latrocinium ſuum ſub ſpecie pietatis, dicendo, commodiorem rem fore pretium illius vnguenti dare pauperibus. Quare typum geſsit Iudas eorum, qui ſub pietatis prætextu Chriſtum vendunt, id eſt, gratiam Chriſti produnt, ac vendunt, & quæ pauperibus data ſunt furantur. Hunc autem, licèt, facinoroſum habuit Dominus in Apoſtolatus miniſterium: vt ſciant hæretici, malitiam miniſtrorum non obſtare Sacramentorum gratiæ, aut ſanctitati: quoniam Sacramenta à Deo virtutẽ & efficaciam ſuam habent, & dummodò à proprijs miniſtris ritè miniſtrentur, nihil obeſt malitia miniſtri: & hinc diſcant omnes fideles, ne propter vnius flagitioſi miniſtri malitiam reliquos condemnent, cùm in ſacrato duodenario numero Apoſtolorum vnus proditor fuerit. de quo Pſal. 40. dictum fuerat: Qui edebat panes meos magnificauit ſuper me ſupplantationem. Docemur etiam in hoc Iuda, vt nullus ſibi fidat quantuncumque in ſupremo ſit gradu collocatus: nullus enim locus tutus à quo cadere non poſsimus. E cœlo lucifer cecidit, & è paradiſo primi parentes deturbati ſunt. Semper timendum eſt, nec ſibi inniti homo poteſt, ſed in Deo vero ſpem, atque auxilium ſuum collocare debet. In hoc ergo Cathalogo id obſeruari debet, illos ſeptẽ prius recenſeri, de quorum vocatione memorabili Euangelia meminerunt. Item & illud, cognatos etiam quoſdam Dominum inter Apoſtolos elegiſſe, docens, Epiſcopũ ſine perſonarum acceptione ad ſacramyſteria rectè aſſumere carne ſibi propinquoos, modò illi æquè, atque alij ad ea idonei ſint. Non tamẽ inter primos Apoſtolos cognatos ſuos conſtituiſſe, ne videretur carnalis conſanguinitatis habuiſſe rationem, & reſpectum. Hos duodecim miſit Ieſus præcipiens eis dicens. Cùm Apoſtoli quaſi Chriſti legati mittantur (Apoſtolus enim Latinis ſignificat legatum, vt ſtatim diximus) operepretium erat vt more Legatorum inſtruerentur. Ad legationem autem requiritur, vt legati inſtruantur primùm mandatis, hoc eſt, vt ſuæ legationis capita habeant, vt ſciant quid nomine legationis agere debeãt. Sic in hoc loco cum ſuis ſe gerit Apoſtolis Dominus, capita legationis eis demandata ſunt: Vt prædicẽt regnum Dei aduentaſſe: & in viam Gẽtium ne abeant, aut in ciuitates Samaritanorum intrent, ſed ad oues quę perierunt domus Iſrael requirendas pergant. Muniendi etiam ſunt legati literis fidei, quas vulgò vocant credentiæ literas, quibus præparent ſibi fidem apud eos, ad quos legati ſunt. Hæ autem literæ credentiæ ſunt poteſtas, ac virtutes edendi miracula, vt mox videbimus. *In viam Gentium ne abieritis.* Vt Hieronymus hìc docet, non eſt hic locus contrarius illi, quo Marc. vlti. dicit Dominus: Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturę. Hic enim locus dictus eſt poſt Reſurrectionem, ille verò anteà: mandabat enim Dominus, vt ad ſolos Iudæos irent, ne haberent excuſandi occaſionem, cùm reijcerent Euangelium. Docemur etiam, ne in viam Gentium ambulemus, vt quorum religio ſeparata eſt, ſeparetur & vita. *In viam Gẽtium ne abieritis.* Hoc eſt, in viam quæ ducit ad Gentes: ire enim ad Gẽtes erat, abire illo tempore. Sic enim Actor. 20. dicitur: Vos ſcitis quomodò abominatum eſt viro Iudæo cõiungi, aut accedere ad alienigenam. Hoc autem præceptum, vt modò diximus, fuit ante Reſurrectionem: nam poſteà per totum mundum miſit illos prædicare, modò autem ad ſolos Iudęos, triplici ratione. Prima oportuit teſtificari gratiæ promiſſæ exhibitionẽ, vt Acto. 13. dicitur: Nos annunciamus vobis eam, quę ad Patres noſtros facta eſt repromiſsio. Vnde, & Paulus Roman. 15. dicit: Dico autem Chriſtũ Ieſum miniſtrũ fuiſſe Circunciſionis, propter veritatem Dei, ad confirmandas promiſsiones Patrum, Gentes autem ſuper miſericordia honorare Deum: Hoc eſt, dicere, quòd quia perſona Chriſti non fuit promiſſa Gentibus, ſed Iudæis: ideò

Iudas.

Ioan. 12.

Moralitas

Pſalm. 40

Iero.

Marc. vlt.

Actor. 20

Actor. 13

Roma. 15.

ideò in propria perſona functus eſt officio miniſtri, apud Iudæos duntaxat: conſtat enim Chriſtum Ieſum miniſtraſſe ſoli nationi Iudaicæ, tùm verbum doctrinæ, tùm operationes miraculorum, tùm conuerſationem ſocialem, vt ipſe dixit cap. 15. Non ſum miſſus, id eſt, promiſſus, niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſraël: & ideò ſubdit: Gentes autẽ ſuper miſericordia honorare, id eſt, glorificare Deum. Vtraq; fuit miſericordia exhibita, tàm Iudæis, quàm Gentibus: ſed quæ facta eſt Iudæis, erat ratione promiſsionum, quæ factæ fuerant Patribus, veluti quodam iure debita: Gentibꝰ autem non eſt talis promiſsio facta: quarè ſe illis per Apoſtolos ſuos reuelare, fuit pura miſericordia, propter quam debent glorificare Deum. Secunda cauſa eſt: quia ſalus ex Iudæis eſt, & ex illis in totum mundum erat deriuanda. Ioan. 14. Salus ex Iudæis eſt. Ab illis in Gentes debet prodire: cui conſonat illud teſtimonium Eſai. c. 27. vbi ſic dicit: Qui egrediuntur impetu à Iacob, hi ſunt Apoſtoli, qui ex Iudæis egreſsi ſunt impetu Spirituſanti percuſsi. Florebit, & germinabit Iſraël: hoc ratione credentiũ in Chriſto dicitur: Et implebunt faciem orbis ſemine. Hi Apoſtoli fuerunt, qui relicto Iudæorũ populo propter incredulitatẽ ſuam, repleti impetu Spirituſanti Gẽtibus prædicauerunt verbum Dei. Tertia cauſa eſt, ne rationabiliter quererentur Iudæi, quòd priùs Gẽtibus, quàm ipſis prędicatum fuiſſet Euangelium, & hanc prætexerent excuſationẽ ad nõ credendũ. Quarè Apoſtoli ſic illis dixerũt: Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei: ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ ſalutis, & vitæ, ecce conuertimur ad Gentes. Sic enim præcepit nobis Dñs. Eſai. 49. etiã dicitur: Parùm eſt mihi, vt ſuſcites mihi Tribus Iacob, & fęces Iſraël conuertẽdas. Dedi te in lucem Gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terrę. Gentes autem cùm nec Legẽ accipiant, nec Prophetas, immundæ omninò ſunt: quarè canibus comparantur, quibus ſuprà prohibuit Dominus Sanctum dare, & infrà cap. 15. dixit Chananææ: Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. Obſerua. Etiam videtur Dominus ſuos voluiſſe Apoſtolos priùs ad Iudæos mittere: vt in Iudæa veluti in quadam paleſtra exercitarentur, & exercitati faciliùs ad agones orbis terrarum intrarent, & vt eos veluti quoſdam debiles pullos ad volatum exerceret. *Et in ciuitates Samaritanorum nè intraueritis.* Non dicit, nè abeant per vias eorum (hoc enim nõ poterat fieri, cùm oporteat ſæpè per terras eorum iter agere eundo ad Galilæã) ſed prohibet nè intrent in ciuitates eorũ. Samaritani tanquàm immundi habebãtur apud Iudæos, cum quibus non licebat communicare: receperũt enim Legem, & nõ Prophetas, & ideò ſignificantur per porcos, antè quos non licebat mittere margaritas: porcus enim partim eſt mũdum animal, quia vngulam diuidit, partim immundum, quia nõ ruminat. Sed contra hoc eſt, quòd Chriſtus intrauit in ciuitatem Samaritanorum, quæ dicebatur Sichar, & prædicauit ibi, & manſit ibi cum eis. Ad quod dicendum, hoc feciſſe in tranſitu, & parùm tẽporis, non quaſi ibi veniſſet ex intentione. *Sed potiùs ite ad oues quæ perierunt domus Iſraël:* vocat Iudæos oues, propter ſimplicitatem, vtilitatem, & manſuetudinem Patrum. Domus Iſraël, hoc eſt, familiæ Iſraël. Decebat enim lucernam eſſe ſuper candelabrum, hoc eſt, Euangelium ſuper legem, & decebat eſſe columnam, cui domus Eccleſiæ innititur ſuper baſim legis: & deniq; oportuit vt ibi teſtimoniũ acciperet veritas, vbi teſtes eius cognoſcebantur, & vbi teſtimoniũ illud intelligebatur: nam & hoc ordine dicitur eis Act. 1. Eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in Iudæa, & in Samaria, & vſq; ad vltimum terræ. Et ita de ſeipſo dicit Dominus: Non ſum miſſus, niſi ad oues quæ perierunt domus Iſraël. Et. 1. Petr. 2. dicitur Iudæis conuerſis: Eritis quaſi oues errantes, ſed conuerſi eſtis nunc ad Paſtorem, & Epiſcopum animarũ veſtrarum. Quarè nomine totius populi Iſraël à vero Paſtore aberrantis, dicebat olim Dauid Pſal. 118. Erraui ſicut ouis quæ perijt, quærę ſeruum tuum Domine.

Matt. 15.

Eſai. 27.

Acto. 13.

Eſai. 49.

Matt. 15.

Ioan. 4.

Act. 1.

1. Pet. 2.

Pſal. 118.

Euntes autem prædicate, dicentes: Quia appropinquauit Regnum Dei. Vidit Ioannes in Apocalypſi virum quendam, ſedentem in equo albo, & in manu ſua arcum, quo ſagittas aduerſùs mundum emittebat. Hi ſunt verbi Dei concionatores, qui manu, hoc eſt, opere flectentes arcum, corda audientium ſagittis verbi Dei feriunt, ſic enim & Propheta ait: Sagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ eorum: habent enim pro ſcopo corda hominum: Hi enim credunt quorum Deus tangit corda, vt in Actibus Apoſtolorum legitur, hoc eſt, quorum corda his ſagittis vulnerat. Percutiunt autẽ corda, vel amore præmij,

Moralitas

Apoc. 6.

Pſalm. 63.

Act. 16.

Solon, & Democrit. præmij, vel timore pœnæ: nam (vt Solon, & Democritus dicebāt) duo numina mundum gubernant, præmium, & pœna. Amor homines facit bonum proſequi: timor peccatū fugere: ſed quia paſsiones amoris prioreſ ſunt, ex quibus aliæ oriuntur; ideò quod primùm ipſe prædicauit, & quod Apoſtolis ſuis nunc præcipit prædicare, hoc eſt: *Appropinquauit Regnum cœlorū*, id eſt, præmium bonorum operum iam ob oculos habetis. In hoc enim differt Euangelium, ſecundùm finem à lege Moyſi: quoniam lex Moyſi ferè omnia quæ promittebat, erant terrena, ſe-
Deut.33. cundùm illud Deute.33. Tantummodò oculus Iacob in terra frumenti, vini, & olei: ſed Euangelica promiſſa ferè omnia ſunt cœle-
Sap.10. ſtia: nam & Sapien. 10. dicitur: Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit
1.Cor.5. illi Regnum Dei. Et Paulus: Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes. Et Ioan.3. Qui de terra eſt, de terra loquitur: qui de cœlo venit, ſuper om-
Ioan.3. nes eſt. Quarè Euāgelica prædicatio rerum ſupernaturaliū eſt. Vndè dicit: Prædicate:
Chryſoſt. quoniam (vt ait Chryſoſtom.) ea quæ ſuprà
1.Cor.2. nos ſunt, prædicantur: vt.1. Cor.2. dicitur: Quòd oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcēdit, quæ præparauit Deus diligētibus ſe. *Quoniam appropinquauit Regnum cœlorum*: quoniam cùm Regnum ſit iuſtitia, & legum diſtributio, hoc continuò appropinquat, quandò iuſtitia exercetur: hic eſt enim omnis prædicationis fructus, vt homines intelligant, credant, ſperent, & ament ea quæ ſunt Regni cœlorum: quod antè Chriſti aduentum valdè diſtabat, non ſolùm ab animis humanis, ſed ab exequutione: vndè nec ſancti Patres ad illud peruniebant in morte. Et hoc eſt ſecūdùm præceptum, quod hic intimat Apoſtolis. Primum fuit, Ne abirent in viam Gentium, & ne intrarent in ciuitates Samaritanorum. Secundum autem eſt, quòd prædicent aduentaſſe Regnum Dei, vel quòd iam iam veniet. Et hæc eadem præcepta refert Lucas intimaſſe Dominum ſeptuaginta duobus diſcipulis: nam voluit Dominus ſuos ad eundem modum Euangelicam prædicationem auſpicari, quo & ipſe, & Ioannes eam auſpicati erant. Nam & ſi hic non addatur Dñm iuſsiſſe vt ad pœnitētiam agendā inuitarent, & dicerēt: Pœnitētiam agite: tamē
Marc.3. etiam hoc eſſe iuſſos à Dño patet ex Marco, qui poſteà dicit: Et exeuntes prædicabant, vt pœnitentiam agerent. Nec putandum Dñm voluiſſe, vt his tantùm verbis prædicarent: Appropinquauit enim Regnum cœlorum: ſed his verbis ſumam, & caput prædicationis inſinuauit. Includitur enim in eo prędicatio contemptus regni terrarum, prædicatio aduerſùs vitia; & quæcunque impedientia homines à Regno cœlorum: declaratio quod tempus Regni cœlorum iam eſſet impletum: quanta item cum alacritate & diligentia ſe parare deberent ad gratiam iam oblatam, quamq; graue ſupplitium maneat eos, qui oblatam gratiam non receperunt: & alia id genus ſimilia. Quòd ſi Regnum celorum (vt diximus) ſit exequutio iuſtiæ & bonorum operum exercitium in Euangelio, hoc optimè quaſi in compen-
dio quodam continetur. Ideò quippè vocat *Rom.9.*
Paulus Euangelium, Verbū conſummās, & abreuians in æquitate: quoniam prolixitatem legum abbreuiauit Deus, & perfecit, & quaſi in compēdium redegit in Euangelica doctrina. Nam omnia moralia, & iudicialia prēcepta hoc vno verbo continentur: Quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos ſimiliter facite illis. Ceremonialia verò vno compleuit ſui corporis ſacrificio. Et ra- *Matth.5.*
tio huius eſt: quia Verbū abbreuiatum fecit Dominus: quod de myſterio Incarnationis quidam Patres intelligunt: tunc enim ſine diminutione maieſtatis aſſumpta carne Dei Verbū abbreuiatum eſt: iuxtà quod dicitur Philip.2. Exinaniuit ſemetipſum, formam *Philip.2.*
ſerui accipiens Dñs noſter Ieſus Chriſtus. Item dicitur Verbum abbreuiatum: quia in humanitate ſua & carne multò plura ſuæ bonitatis arcana nobis reſerauit, quàm olim in Lege, & Prophetis: iuxtà quod Paulus *Hebr.1.*
dicit: Multifariè, multiſq; modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouiſsimè diebꝰ iſtis loquutus eſt nobis in Filio. Quaſi dicat: Olim alienis verbis loquebatur, hoc Verbo ſuam nobis immenſam charitatem expoſuit. Ecce ergo quomodò in Euangelio præſtò ſunt omnia, quæ pertinēt ad Regnū cœlorum. *Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate: gratis accepiſtis, gratis date.* Ecce literas credentiæ ſigillo Regis ſigillatas, quibus omnibus conſtet, quòd à Deo miſsi ſunt: facere quippè miracula, hoc eſt, opera ſuprà totam virtutem naturæ, ſolius Dei eſt, vel illius cui ipſe Deus talem conferat virtutem. Si igitur Apoſtoli Chriſti legati virtutem acceperunt edendi miracula, ſignum eſt eos à Deo fuiſſe miſsos, quando quidē opera ſua Dei ſigillo ſignant.

Quis

Quis enim idiotis iſtis hominibꝰ, & ex fece populi aſſumptis crederet, niſi miraculis ſua dicta roborarēt, & miraculis ſimillimis his, quæ Chriſtus patrabat? Et hoc eſt tertium præceptum. Quartum autem eſt quod ſequitur. *Gratis accepiſtis, gratis date.* Hoc præceptum à ſolo Mattheo ponitur, neceſſariò autem ſuperioribus adiungitur, tùm ad ſuperbiam tùm ad auaritiam reprimendam. Poteſt autē referri iſtud ad præcepta præcedentia, vt ſignificetur & gratis prædicandum, & gratis miracula eſſe facienda: vel vt ſignificetur ſolùm non eſſe accipienda munera pro ſanitate præſtita: nam eius magis poterat eſſe periculum, quàm ex prædicatione. Itaq; ſenſus erit. Accepiſtis poteſtatem faciendi miracula gratis, hoc eſt, ſine aliquo pretio vel merito, ergo etiā conferte per conceſſam vobis poteſtatem, alijs ſani-
4.Reg.5. tatem. Sic enim & Heliſæus, qui miraculoſè Naaman Syrum à lepra curauit, noluit ab eo oblata munera accipere: & quia Giezi puer eius, fraudulentèr confecto mendacio ea tulit, lepra miraculoſè percuſſus eſt. Igi-
Chryſoſt. tur hac ſententia, vt benè adnotauit Chryſoſtomus, ſuperbiam Apoſtolorum, & omnium aliorum, qui dona à Deo acceperunt, comprimit dicēdo: *Gratis accepiſtis*, hoc eſt, ne veſtris meritis, ingenio, aut induſtria, ſed gratuita Dei volūtate. Quid alieno munere intumeſcitis? *Date.* Nec hoc tantùm hac ſententia agit, ſed & cauſas indicat, ob quas nō liceat ſpiritualia vendere, aut pretio impartiri: ita vt non ſimplex ſit auaritia vendere illa, ſed etiam irreuerentia & iniuria Dei. Nam propter tres cauſas non poſſunt ſpiritualia vendi. Primò, quia non ſunt pretio æſtimabilia, nec eſt aliquod temporale pretium ac terrenum, quo poſsint compenſari:
Sapien.7. ſic enim dicitur de ſapientia: Pretioſior eſt cunctis opibus, & omnia quæ deſiderantur huic nō valent comparari. Ideò quippè Pe-
Act.8. trus dixit Simoni Mago: Pecunia tua tecū ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſsidere. Et ſecundò, quoniam ſpiritualium rerum nullus eſt dominus, ſed tantùm diſpenſator, ergo nullus
1.Cor.4. ea vendere poterit, iuxtà illud Paul. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti & diſpenſatores myſteriorū Dei. Et tertiò, quia huiuſmodi venditio repugnat origini bonorum ſpiritualium, quæ proueniunt ex gratuita Dei voluntate: vndè irreuerentiā Deo, rebuſq; diuinis exhibet, qui ea vendit, cùm id quod Deus per ipſum gratis vult homini-
bus conferre, faciat non eſſe gratuitum. Vt autem videas quanto odio hoc Simoniæ vi-
tium Deus proſequatur, audi Petrum Da- *Petr. Damianus.*
mianum in epiſt.5. ad Dominicum, & cæteros fratres eremitas. cap.7. ſic dicentem: Intereà illud etiam, quod, Hildebrādo Romanæ Eccleſiæ Archidiacono referēte didicimus, hīc inſerere operępretiū duximus. Nam cùm adhūc Subdiaconatus fungeretur officio à Victore Papa Aporriſarius ad Gallias deſtinatus Synodum congregauit, in qua ſex Epiſcopos diuerſis criminibꝰ inuolutos ex Apoſtolicæ ſedis authoritate depoſuit: inter quos quidam erat Epiſcopus, qui quoniam per ſimoniacam hæreſim ad Epiſcopatus culmen irrepſerat, Spiritum ſanctum verbis exprimere, quibuſcunque tentaret niſibus, nō valebat. Et quidē Patrē & Filiū expeditè ſatis ac facilè proferebat: ad Spiritum verò ſanctum cùm peruenisſet, mox lingua balbutiens, tanquàm rigida manebat: meritò ſiquidem Spiritum ſanctum dùm emit amiſit: vt qui excluſus erat ab anima, procul etiam conſequenter eſſet à lingua. Et has duas vltimas rationes ſatis inſinuant hæc Chriſti Domini verba.

Gratis date. Hoc verbo Chriſtus auaritiā prohibuit, & contemptum diuitiarum do-
cuit. Nihil enim damnabilius auaritia: Nihil *Eccleſ.10.*
auaro ſceleſtius (ait Sapien.) qui propriam animā venalem habet. Quid enim non mali ex auaritia ſequitur, maximè Principum, & Prælatorum? Romani orbis terrarum victores, non priùs deficere cœperunt, quàm cùm auari eſſe cœpiſſent: ex hoc enim fonte inteſtina bella ortum habuerunt. Quid non mali, vel in Iudæorum populo auaritia fecit? Et quidem tempore Samuelis, qui iudex incorruptus erat, populus & Deo ſeruiebat, & hoſtes vincebat: creſcente autem auaritia Principum, & Sacerdotū, non ſolùm à Deo receſſerunt, ſed in omnes gentes captiui ducti ſunt. Ob id nullibi non Propheræ contra auaritiam prædicauerunt. Principes tui
infideles (inquit Eſai.) ſocij furum. Omnes *Eſai.1.*
diligunt munera. Et Mich. Principes eius in *Mich.3.*
muneribus iudicabāt, &c. Et ſequitur: Propter hoc Sion quaſi ager arabitur. Quid *Matt.23.*
tantoperè Chriſtus in Phariſæis redarguit, quàm ambitionem aut auaritiam? Imò quos vnquàm peccatores tàm ſeueriter redarguit, ac expulit, ſicut auaros, qui negotia exerce-
bant in templo? Et, vt ſemel omnia dicam, *Ioan.2.*
propter auaritiam ſuam, & Regnū, & ciuitatē amiſſerunt. Non abs re igitur Chriſtus

auaritiam

auaritiam longiſsimè vult eſſe ab Apoſtolis & verbi ſui prædicatoribus: vbi enim cor eſt auaritiæ deditum, ibi plerunq; conniuemus ad vitia eorum, à quibus nonnihil lucri ſperamus. Itē non audemus redarguere eos, à quibus externa recipimus: hinc Paulus noluit recipere ſumptus à Corinthijs, vt liberè poſſet eorū arguere vitia: Omnia mihi licent (ait) ſed ego ſub nullius redigar poteſtate. Deindè vbi auaritia cor poſsidet, illic faciliter flectimus verbū Dei eò vndè plùs lucri nobis accedat: vt non immeritò dictum ſit: Munera excæcant oculos prudentum. Id quod Eſaias apertiſsimè teſtatur, dicens: Speculatores eius cæci, canes muti, nō valentes latrare: omnes enim poſt auaritiam abierunt. Et illud: Prophetæ ſeducunt populum, & ſi quis non dederit in ore eorum quippiam, ſanctificant ſuper eum prælium, hoc eſt, aliquo bono colore ipſum perſequuntur. Et ſubiungit: Ideò erit vobis nox pro viſione, &c. Vides quomodò auaritia excæcat. Atq; vtinam hæc de nobis dici nō poſſent, ſed vereor ne nimium verè. Si enim tempore Apoſtolorum ſtatim ſurrexit Simon ille omnium Simoniacorū Patronus: ſi Paulus dicere potuit: Neminem habeo, qui ſincera affectione ꝓ vobis ſollicitus ſit. Omnes enim quæ ſua ſunt, quærūt: cur ego id etiam in nobis non timebo? Et quidem ſi ea pœna punirentur, qua Giezi ſeruus Heliſæi, agnoſci poſſent, quamq; verè, etſi lepra corporis careant, pleni tamē ſunt lepra animæ & morū. Non igitur abs re Chriſtus tātoperè auaritiam prohibuit, tanquàm peſtem nocentiſsimam, maximè in Euangelicis Prædicatoribus. *Gratis* (inquit) *accepiſtis, gratis date.* Hanc regulā ſequutus eſt Paulus cùm diceret: Non ſuimus aliquandò in occaſione auaritię, aut in ſermone adulationis, Deus teſtis eſt, nec quæſiuimus ab hominibus gloriā, nec à vobis, nec ab alijs, &c. Sed nūquid ſolis Apoſtolis interdicitur auaritia? Nequaquàm. Quāuis enim ſpecialiter Chriſtus hic loquatur Apoſtolis; omnibus tamen dictū eſt: Gratis accepiſtis, gratis date. Quicquid habes accepiſti, & quidem gratis: noli igitur ſuperbire, noli alios deſpicere, ſed ſicut gratis accepiſti, ſic gratis da, & exhibe alijs: Mea (inquit) ſunt quæ habeo, nō audis quod acceperis à Deo. Deindè dicis: Cur huic darem, qui nihil vnquàm de me benemeritus eſt? Non attendis quod & tu gratis accepiſti eadem, & non tantùm ex meritis tuis. Idem contingit in ſpiritualibus: Quomodò (inquit) poſſum ignoſcere huic, qui tantoperè me lædit? Non attendis, quòd & tu eadem acceperis à Deo. Gratis igitur & proximo ignoſce, qui gratis à Deo remiſsionem peccatorum accepiſti: alioquin audies Iudicem dicentem: Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, &c. Ob eam cauſam, & Paulus priùs ea docet, quæ à Deo accepimus, deindè ſubdit: Induite viſcera miſericordiæ: Eſtote (inquit) imitatores Dei, & ambulate in dilectione. Hūc verò pertinet differentia inter ſpirituales, & corporales diuitias: nam diuitiæ mundanæ, & externæ vſu & diſtributione minuuntur, ſpirituales autem non. Ob id mundani diuites diſpenſatores rerum ſuarum quærunt & amant parcos: Chriſtus autē, qui ſpirituales diuitias largitur, diſpenſatores quærit largos. Hinc diſcipulis ſuis dicebat: *Gratis accepiſtis: gratis date.* Quaſi dicat: Non tantùm illic prædicate, vbi vel gloriam, vel lucrū ſperatis, ſed & pauperibus, à quibus nihil temporalis cōmodi ſperatur, prædicate. Non enim vult Chriſtus, vt quiſquam propter penuriam rerum temporalium à Regno Dei excludatur: id quod fit in externis, vbi ſi quid bonum ad vēdendum exponitur, ſolis diuitibus prouenit: hi enim ſunt quibus ſuppetit pecunia ad id cōparandum, pauperibus autem non ita. Chriſtus autem vult, vt gratis ſua bona omnibus proponantur, ne quis paupertatē prætendere poſsit. *Nolite poſsidere aurum, nec argētum, nec pecuniam in Zonis veſtris.* Hoc eſt quintum præceptū, quo ſtatuitur quomodò ſe gerere debeant in via, & quomodò ipſis ſit eundum. Prohibētur autem quinq; ſecum in via aſſumere. Primò, inhibetur illis pretium pro viatico deferre, cùm dicitur: Nolite poſsidere aurū, nec argentum, &c. hoc eſt, pretium aliquod ne deferatis vobiſcum ad comparandū vobis viaticum: hoc eſt, nullā pecuniæ ſpeciem poſſideatis: ſolet quippe pecunia cudi ex auro, argento, & ære: ſic enim & Marcus refert. Nam (vt author eſt Budeus) pecunia primùm fuit ærea: vndè, æs, nomen genericum eſt ad omnem pecuniam: non aurum, &c. deferatis, nec quod minus eſt argentum, aut æs, aut quodlibet aliud genus pecuniæ in zonis veſtris, hoc eſt, in crumenis: nam olim milites in zonis deferebant pecunias; quarè cùm dicebatur de aliquo, perdidit zonam, id erat dicere, perdidit pecuniam, vel crumenam. *Non peram in via, nec duas tunicas, nec calceamenta, nec virgam.* Secundò, prohibet

2. Cor. 10.
Eſai. 56.
Mich. 3.
Actor. 8.
Philip. 2.
4. Reg. 5.
1. Theſ. 2.
Matt. 10.
Coloſ. 3.
Epheſ. 5.
Marc. 7.
Budeus.

hibet circumferre cibos, nec ea quibus cibi aſportantur, cùm dicit: Nec peram, nec panem: nam hoc poſtremum addūt Lucas, & Marcus: Cùm poſſet panis circumferri pera. In quo etiam intelligendum, ſimul & potum circumferre prohibuiſſe, vndè nec lenticulam potus ſecum debebant afferre, etiam ſi id non expreſſerit. Et poſtquàm his duobus prohibuit quæ ad victum pertinēt, prohibet deindè duobus præceptis, quæ pertinent ad tegēdum corpus: quarè tertiò prohibet eis ne duas habeāt tunicas. Quod non eſt ſic intelligendum, quaſi Dominus voluerit, quòd ſolùm vna induerentur tunica, cùm ipſummet Dominū Ieſum Chriſtū pluribus indutū fuiſſe veſtibus cōſtet (nam milites diuiſerunt inter ſe cætera Chriſti veſtimenta, & ſuper tunicam inconſutilem miſerunt ſortes:) ſed prohibet ne duplices veſtes ferant, hoc eſt, mutatorias, vt vult Hieronymus, vt cū iſtæ ſordidatæ fuerint; alias habeant præ manibus, quibus alijs mutatis induantur: vt ſpeciem pro genere ſumat, & nomine tunicæ intelligatur veſtis, & per duas tunicas duplices veſtes intelligere velit. Atq; hoc modo intelligendum videtur quod dicit Lucas: Qui habet duas tunicas, det vnā non habenti. Et quod Marcus dicit, dixiſſe illis Dominum: Ne induerentur duabus tunicis, non debet intelligi, quòd in corpore nō poſſent duas gerere tunicas, ſed ne viciſsim nunc hac, nunc illa induerētur tunica: Vndè nō dixit duabus veſtibus, ſed duabus tunicis, vſus nomine ſpeciei, & per illud ſignificans non duplicādas cuiuſuis alterius etiam ſpeciei veſtes: ita vt vna induatur, altera futuro tempori ſeruata deferatur. Quartò, prohibet calceamenta, cui contrarium videtur quod habet Marcus permiſſum illis fuiſſe, vteſſent calceati ſandalijs. Caietanus intelligit ad nomē (calceamēta) debere etiam repeti numerum binarium; vt intelligantur prohiberi duplicia, ſicut duplices tunicæ; hoc eſt, quòd attritis vnis alijs vterentur: ſed quoniam apud Lucam Dominus dixit: Quandò miſi vos ſine ſacculo & pera, & calceamētis: vbi clarè videtur dicere, prohibuiſſe illis in totū calceamenta. Et Marcus dicens, permiſſum illis vt calcearentur ſandalijs, videtur inſinuare aliquod calceamentorum genus illis interdictum. Ideò cum Auguſtino dicendum, calceamenta illis prohibita, quæ totū tegerent pedem, ſandalia verò conceſſa, quæ plantam quidē pedis defenderent ab occurrentibus vitæ incommodis, verùm ſuperiorem pedis partem relinquerent nudam: huiuſmodi enim calceamentorum genus vocari ſandalia refert Auguſtinus, hoc enim erat genus calceamenti, quo in illa regione pauperes vtebantur. Et quia itinerātes illud genus calceamentorum mutabant, & aliud quod totū pedēm tegeret, aſſumebant: noluit vt id etiam diſcipuli ſui facerēt, ſed eodem modo irent ad prædicandū, quomodò ipſum comitabantur. Atq; talibus ſandalijs vſum fuiſſe Dominum, videtur atteſtari factum mulieris peccatricis, quæ potuit eius pedes lacrymis ſuis lauare: quia totam partem pedis ſuperiorem nudam inuenit. Sed de hoc cap. 3. egimus. D. Hieronym. in Eſai. cap. 20. ait, ſandalia, quēadmodum ibi vertunt Septuaginta, pro calceamentis, ſignificare caligas, quæ ſunt tibiarum tegumenta: idemq; in Matthæum ſcibens, videtur intellexiſſe, calceamenta in totum prohibita Apoſtolis: nam & Plato ſic ſuos inſtruit diſcipulos, præcipiens duas corporis ſumitates non eſſe velandas, nec aſſuefieri molitiei capitis & pedum: cùm enim hæc habuerint firmitatem, cætera robuſtiora ſunt. *Nec virgam.* Marcus dicit virgam illis permiſſam. Sed relictis opinionibus (tùm Auguſtini, qui ad ſenſum myſticum hæc vult referri: tùm Euthymij, qui dicit priùs à Dño interdicta eſſe calceamenta omninò & virgā Apoſtolis, vt referunt Matthæus, & Lucas, poſteà illis permiſſa ſandalia, & virgam, eorum imbecillitati cōniuens, vt Marcus ſcribit) dicitur planiùs virgam hīc interdici, nō eam quæ dicitur baculus ad ſuſtentandum corpus (hæc enim apud Marcū eis permittitur) ſed qua vti ſolemus ad vindictam, aut defenſionem noſtram, de qua in Pſal. dicitur: Rege eos in virga ferrea. Et quod de hac virga hic loquutus fuerit Dominus, ſatis cōſtat, ex hoc quod poſtquā dixit eis in Cena: Quando miſi vos ſine pera, aut baculo, &c. Nunquid aliquid defuit vobis? Poſteà ſubinfert, dicens: Nunc qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram: & qui nō habet, vendat tunicā ſuam, & emat gladium. Vbi gladium hīc opponit virgæ olim à ſe prohibitę. Sed aduerte ex Caiet. quòd ſicut ſandalia conceſsit, ita intelligitur cōceſsiſſe pileum: hoc enim etiam opportunum propter calorem itinerantibus. Eſt igitur intentio Saluatoris, his præceptis ſtatuere, ne Apoſtoli ituri ad prędicandum, præter ea quæ planè eſſent neceſſaria, pararent ſibi, quæ ad victum,

Luc. 3.
Marc. 6.
Marc. 6.
Caiet.
Luc. 22.
Auguſt.
Hieronym.
Plato.
Marc. 6.
Auguſt.
Euthym.
Pſalm. 2.
Luc. 22.
Caiet.

ctum & vestitum, & defensionē solent sibi itinerantes prouidere, & coassumere; sed his omnibus nudi abirēt, nullis onusti sarcinis, nullis distracti curis terrenis, sed in omnib⁹ pendentes à Dei prouidentia: tùm vt ad legationem susceptā essent expeditiores, & toti vacarēt delegatę functioni, tùm vt iam inciperent discere, quàm tuta res sit totam vitæ præsentis curam cōmendare optimo Patri, tùm vt declarātes suo exemplo, quàm essent à cupiditate lucri, ac vindictæ alieni, plures lucrifacerent, ab omnibus habiti admirationi.

Sed obseruandum, quòd hæc præcepta, sicut fuerunt personalia, nempè ad solos Apostolos pertinentia; sic & fuerunt temporalia pro illo tempore currētia, quo Dominus eis illa insinuauerat: nam loco superiùs citato à Luca, clarè illos ab eis absoluit
1. Thes. 2. Dñs. Et Paulus fatetur se suo ære prædicasse Euangelium, quod minimè posset facere, nisi pecuniam in crumenis haberet.
1. Cor. 9. Et idem Apostolus testatur, Apostolos alios secum solitos mulieres circumducere, à quibus alerentur: sicut viderant fecisse Dominum, qui etiam apud Iudam loculos pecuniarum habebat, quibus cibi ad victum necessarij aliquando emebantur: vt patet;
Ioan. 4. cùm Dominus misit discipulos suos in ciuitatem Sichar, vt cibos emerent: sed modò crassis adhùc discipulis hæc præcepta inculcare voluit Dominus, vt discerent quàm expediti debeant esse Euangelici prædicatores, ab omni temporalium rerū cura submoti, advindictā inermes, totosq; se diuinæ prouidentiæ debeant cōmittere, & sub eius protectione fideliter stare, nihil sibi defuturum credentes quod necessarium foret, si suo attentè incumberent officio. Specimen etiam quoddam paternæ prouidentiæ Dei eis ob oculos ponere voluit, qua præsto semper illis in omnibus adest, vt satis indicant
Luc. 22. illa verba, cùm eis dixit: Quando misi vos sine sacculo & pera, nunquid aliquid vobis defuit? Vt animosiores facti nihil in posterùm formidarent, etiamsi sibi deficere præsentia viderēt, etiamsi sibi hostilia imminere prospicerent suo munere intrepidè fungerentur. Igitur in præsenti profectione omnia, vt iussi erant, præstiterunt: posteà autem quando per vniuersum mundū sparsi sunt ad prædicandum, non iam hoc eis imminebat diuinum præceptum, sed suæ relicti libertati, sat habuere ad præcipuum scopum attendere, quē Dominus his præceptis intendere voluit: nimirùm omnem solicitudinem mūdanam à se auertere, tanquàm indignam Euangelico doctore: vt inermes sese vbiq; exhiberent, vt simplicitatis, sobrietatis, & paupertatis exempla præberent, vt semper à diuina prouidentia in omnibus pendere se declararent. Vndè Hieronymus ait: Qui diuitias detruncauerit, propemodum vitæ necessitatē amputat: *Hieronym.*
vt Apostoli veræ religionis Doctores omninò Dei prouidentia gubernati, ostenderent se nihil de crastino cogitare. Potest etiam dici cum Chrysostomo, quod cùm primos Prædicatores mitteret, propter instantiam prædicationis non poterant cogitare *Chrysost.*
de futuris abundātijs, nisi retraherentur ab instantia prædicationis, & cùm imprimis oportuerit instantissimè prædicare, & non retrahi: ideò futurorū interdixit illis solicitudinem. Cùm autem instantia talis posteà orbe conuerso necessaria non fuerit, ad talia non obligātur adhùc: sicut dicitur Marc. 3. *Marc. 3.*
Istos dudecim non adhùc in totum orbem misit, sed secum esse voluit, vt eos mitteret ad Iudæos, quibus dictum fuerat quòd peregrinos reciperent: & ideò in tali commissione minor fuit habenda cura futuræ copiæ. Posteà autem cùm ad Gentes Legē non habētes miserat, illud relaxauit, quādò Lucæ. 22. dixit eis: Nunc qui habet sacculū, *Lucæ. 22.*
tollat, similiter & peram: & qui non habet, vēdat tunicam & emat gladium. Dicit ergo *Moralitas*
eis Dominus: *Nolite possidere aurum, nec argentum in zonis vestris.* Possidere, secundùm Hermen Trimegistrum, dicit quietem in eo *Hermes Tremegis.*
quod possidetur: secundùm verò Iurisconsultos, possessio dicit immobilitatem in re quæ possidetur, & hoc modo Doctoribus religionis Christianæ, ait. Albert. Magnus, *Albertus*
interdicitur possidere aurum, & permittitur habere ad vsum: nempè vt illos in pauperes distrahant, nec sibi finem temporalia hæc bona constituant, aut in thesauros recondant. *Nolite possidere aurum, nec argētum.*
Sic enim dixit Petrus cuidam claudo: Argentum & aurum non est mihi, quod autem *Act. 3.*
habeo hoc tibi do. Et Paulus ait: Argentū & *Act. 10.*
aurum nullius vestrum concupiui. Nam ad Philip. 4. dicit: Non quæro datum, sed fructum in ratione vestra. Id enim & promi- *Philip. 4.*
serat anteà Dominus per Esai. Ecce suscitabo super vos Medos, qui argentū non quæ- *Esai. 13.*
rant, nec aurum velint, sed sagittis paruulos interficiant. Medi, adæquantes & mensurantes interpretantur, significant Apostolos, qui ad iustitiæ æqualitatem, & sapientiæ mensuram orbem redegerunt, nihil nisi salutem animarum quærentes, sed sagittis acutis ab arcu Scripturæ excussis paruulos, qui ad Christum veniunt, interficiunt, vt iam non sibi viuant, sed Christo. *Neq; peram.*
Albertus Pera (ait Albertus) sumitur pro instrumentis, in quibus esculentum vel poculentum in futurum præparatum deportatur. Vndè
Iosue. 9. Iosue. 9. Gabaonitæ qui in peris, & vtribus esculentū & poculentū portauerunt, deceperūt filios Israël. Gabaonitę, procliues iniquitati interpretantur, & significant eos, qui ventri dediti, de officio prædicationis quærunt implere peras voluptatis, & vtres
Rom. 16. vino, in quo est luxuria: de quibus Paulus dicit: Huiusmodi Domino nostro Iesu Christo non seruiunt, sed suo ventri, & per dulces sermones & benedictiones seducūt cor-
Philip. 3. da innocentium. Et Philip. 3. Quorum deus venter est, & gloria in confusionem: peras enim tales non portant, nisi quibus apposita non sufficiunt, sed delicatiora procurant: quod non erat illis necessarium, qui tantum ac talem secum habuerunt procuratorem: & hi mittebantur tempore pacis, & inter eos quibus præceptum fuit, vt peregrinos vocarent, & partes eis mitterent qui non
Nehem. 8. præparauerunt sibi: vt habetur Nehemi. 8.
Adselm. Diuus Ansel. hunc locum sic mysticè interpretatur. Non licet Magistris Ecclesiæ aurū, & argentū, & pecuniam quæ in zonis est, possidere: scilicet, non debēt sapientiam quæ per aurum significatur, & eloquētiam quæ per argentū exprimitur, quasi propria vel ab alio quā à Deo accepta possidere. Et hoc dicitur propter priuatas, & hæreticas doctrinas. Vel aliter. Aurū, & argentū mysticè acceptum nō debent possidere, id est, sibi reseruare, sed potiùs talentū sibi commissum multiplicare. Non debent ferre peram, id est, pondere secli prægrauari, & impediri: nec duplices animo esse, quod significatur per duplex vestimentum, ne scilicet, aliter nos Deo, aliter mundo præsentemur. Prohibet etiā calceamēta ferre, ne scilicet, pedes, id est, eorum affectiones, mortiferis vinculis alligarentur, sed potiùs sanctā terram ingredientes sensus habeant nudos, & à malorū exemplis semper alienos, vt eis possit dicere Spōsus: Quā pulchri sunt gressus
Cant. 7. tui in calceamētis. Non debet aliquis calceamenta ferre id est. non debet stultorū operum exempla conspicere, ne sua opera quasi ex mortuis pellibus credat muniri. Sunt etenim multi qui prauitatē suam ex prauitatibus alienis tuentur: vt dùm alios talia fecisse considerant, se hoc facere licenter putant. Sandalijs autē vult nos esse calciatos, nō autem calceamētis cooperire pedes: Vt nos instrueret, ait Aug. sursùm habere affe- *August.*
ctus, nō super terrā: sandalijs enim nec pes est desuper tectus, nec nudus super terram. Non virgā, vt discamus soli Deo inniti, non super baculū arundineū huius mūdi, & dicere cū Propheta: Dñs firmamentū meum *Psal. 17.*
est. Dñs firmamentum timentibus eum. Et Esai. Quis ex vobis timēs Dñm audiens vo- *Esai. 50.*
cem serui sui? Qui ambulat in tenebris, & non est lumen ei, speret in nomine Dñi, & innitatur super Deū suum. *Dignus est enim operarius cibo suo*: quoniam Apostoli auditis superioribus præceptis dicere poterant: Si gratis vis nos & euangelizare, & sanare, & deindè nec quę ad victū necessaria sunt nobiscum circuferre, vndè viet⁹ nobis proueniet quo viuamus? Num vis vt ex mēdicato viuamus? Ad quod respondet eis: Hæc necessaria, à discipulis quib⁹ prędicāt, sibi prouentura fore, vt sine omni rubore & verecundia ab illis possent accipere, nec necesse esse harum rerū onere aut solicitudine sese grauare. Sed hinc citiùs oritur quæstio, quo modo præsens sententia cū illa posset stare, qua paulò ante dixit Dñs: Gratis accepistis, gratis date. Si enim operarius dignus est cibo suo, & ob id debetur illi, quia operarius est, ergo & operario Euangelico cibus suus debetur, ergo nō gratis operatur & euāgelizat. Quā difficultatē auget maximè, quòd Lucas in missione Septuaginta discipulorū *Luc. 10.*
hanc sentētiam sic affert: Dignus est enim operarius mercede sua, vbi alimēta discipulorū vocātur merces operariorū Euangelij.

Ad hāc difficultatē dupliciter respondetur. Primò, secundū Caiet. dicitur, has duas *Caiet.*
sententias esse tantùm parabolas, per quas similitudine desumpta ab operarijs, per locum à simili, vel per locū à minori ostendātur, etiam operarijs Euangelicis deberi alimenta ab his, in quorūm vtilitatē operātur: vt sicut operarijs propter suū laborē debetur merces, sic & prædicatoribus alimenta debeātur: imò multò magis, licet illis debeatur tanquā merces, prędicatorib⁹ verò nō stat tamē similitudo in hoc, quoniam vtrilq; cib⁹ debetur. Quòd si operarij hominū securi sunt de sua mercede, cur nō magis operarij Dei? Ceterū, secundū Ians. possumus secū- *Iansenius.*
dò intelligere has duas sentētias generaliter,

vt pertineant ad operarios mercenarios, & ad Euangelicos: & victus, & veſtitus, qui debetur prædicatoribus, etiam intelligatur vocari merces, non quidem omninò propriè accepto vocabulo, pro eo, ſcilicet, cuius gratia quis operatur, ſed generaliter, vt merces dicatur omninò illud quod operanti debetur quia operatur, ſiue id ſit ratione mercedis, ſiue ſtipendij. Vndè Grego. homil. 17. *D. Grego.* ſuper hæc Lucæ verba, ait. Conſiderãdum eſt, quòd vni noſtro operi duæ mercedes debentur: vna in via, altera in patria: vna quæ nos in labore ſuſtentat, alia quæ nos in reſurrectione remunerat: merces itaque, quæ in præſenti accipitur, hoc in nobis debet agere, vt ad ſequentem mercedem robuſtiùs tendatur. Verus ergo quiſque prædicator, non ideò prædicare debet, vt in hoc tempore mercedem accipiat, ſed ideò mercedem accipere vt prædicare ſubſiſtat: quiſquis nempè ideò prædicat, vt hìc laudis, vel muneris mercedem recipiat, æterna proculdubiò mercede ſe priuat, &c. Ex quib⁹ verbis patet, intelligere ipſum, mercedem vocari id, quod debetur prædicatoribus pro vitæ ſuſtentatione, quamuis propriè non ſit merces, ſed proprius vocetur ſtipendium. Sic Paulus. 1. Corith. 9. eam *1. Cor. 9.* vocat, dicens: Quis militat ſuis ſtipendijs vnquàm? Id quod militi datur, non merces, ſed ſtipendium dicitur, eò quòd bonus miles non propter mercedem, ſed pro patriæ ac legum ſalute militare debet: quòd ſi obſtipendium id faciat, grandem rem, qualis eſt propria vita, præ vili numo exponit. Sic & verus Euangelicus prædicator facere debet: nam ſicut miles ſtipendium accipit, vt ſe ſuſtẽtet, & roboret ad militiam, ſic Chriſti prædicator ob id temporalia à diſcipulis recipiat, vt abſque eorum cura poſsit in Euangelij prædicatione perſiſtere. Quam *August.* rationem indicat D. Auguſtinus lib. 2. ſuper ſermo. Domini in monte, ſic ſcribens. Sicut autem omnes militãtes accipiunt annonam & ſtipendium, ſic omnes euangelizantes accipiunt victum & tegumentum: ſed non omnes propter ſalutem Reipublicæ militant, ſed propter illa quæ accipiunt; ſic & non omnes propter ſalutem Eccleſiæ miniſtrant Deo, ſed propter hæc temporalia, quæ tanquàm annonam & ſtipendium conſequantur, aut propter hoc *Moralitas* & propter illud. Hæc Auguſtinus. Obſerua. Ideò dicitur, Dignus eſt operarius cibo ſuo, vt oſtendat illi deberi cibum, qui dignus operarius eſt. Nam qui ab ouibus alitur, & eas non paſcit, per Ezechielem damnatur, tanquàm malus paſtor, qui quod eſt pingue occidit & manducat, & ſibi meliora gregis vſurpat, & tamen nec quod perierat requirit, nec confracturas conſolidat, nec vtilitatem gregis attendit, ſed ſola ſua commoda ac lucra quærit. O paſtor & idolum dereliquens gregem! Væ illi, quoniam in Dei æterna ſupplicia irruet. Conſultò autem dicit, Cibo ſuo: ſignificatur enim per hoc, quòd præter ea quæ ſunt neceſſaria, non eſſe alia Euangelico operario requirenda, nec ſtudendum ei, vt ex Euangelio, ac ſpirituali operatione diteſcat: ſecundùm illud Pauli: Habentes victum, & quibus *1. Timo. 6.* tegamur, his contenti ſumus. Vndè Theo- *Theophil.* philactus ait: Dixit autem cibo, non luxu: nec enim deliciari oportet doctorem. Ber- *Bernard.* nardus de colloquio Simonis & Ieſu: Viuat (inquit) de altario, non ſuperbiat, non luxurietur, non ditetur, non in clericatu diues ex paupere fiat, ex ignobili glorioſus, non ſibi de bonis Eccleſiæ ampla palatia fabricet, non loculos indè congreget, nec in vanitate aut ſuperfluitate diſpergat, non extollat de facultatibus Eccleſiæ conſanguineos ſuos aut nepotes, ne filias dixerim nuptui tradat. Ruſus. Nec enim ordinauit *Idem.* Deus his qui Euangelio ſeruiunt, de Euangelio quærere diuitias, vel ornatum, ſed viuere ex eo, vt videlicet ſint contenti alimento corporis, non gulæ irritamenta, aut incentiua libidinis, & quibus tegantur, non quibus ornentur. Obſeruandum etiam, quòd non dicit Dominus debere operarium accipere cibum ſuum ab his quibus operatur, ſed ſolùm dicit, Dignus eſt: ſignificans licitum eſſe, imò ius eſſe ei vt accipiat, non autem neceſſariò accipere debet: quod Paulus docet, cùm dicit: Ordina- *1. Cor. 9.* uit Dominus his qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere, ordinauit vtiq; cùm Apoſtolis diceret. Sed idem Paulus docet, non fuiſſe præceptum, ſed permiſſionem, cùm ipſe ſuis ſumptibus prædicauerit, nec ab eis voluerit accipere alimenta, licèt poſſet: quia hæc poteſtas ei tradita fuit à Chriſto Domino noſtro. Sed vt maior ipſi eſſet gloria, & merces apud Deum, ſine ſumptu euangelizare voluit. Bona autem quæ diſcipuli Euangelicis viris elargiri debent, non viliora deberent eſſe, ſed aliquando etiam meliora: cùm ipſe Pau- *Galat. 6.* lus dicat: Communicet autem qui catechizatur

Ezech. 34.

ehizatur verbo ei, qui ſe catechizat, in omnibus bonis. In omnibus (ait) non in inferioribus duntaxat. Et ad hoc pertinet *Lucæ. 10.* quod Lucæ. 10. Septuaginta duobus dicitur: In eadem autem domo manete, edentes & bibentes, quæ apud illos ſunt: innuens quòd ex omnibus quæ habẽt etiam ex melioribus, & delicatioribus, debẽt communicare prædicatori. *In quamcunq; autem ciuitatem, vel caſtellum, intraueritis interrogate quis in ea dignus ſit, & ibi manete donec exeatis.* Hoc eſt ſextum præceptum de eligendo & retinendo hoſpitio. Si ergo intraueritis, vel caſtellum vbi muniamini, vel ciuitatem vbi ad hoſpitium recipiamini, interrogate, hoc eſt, ab incolis locorum illorum diligenter inquirite, quis ciuis vel incola in ea ciuitate, aut caſtello dignus ſit veſtro hoſpitio: non enim ad quemlibet indifferenter intrabitis ad veſcendum, vel quieſcendum, ſed ad aliquem bonæ famæ, vel vitæ laudabilis, ne ex diffamia aut peccatis hoſpitis vos recipientis, malam ſuſpicionem incurratis, & alij ſcandalizentur: vndè & veſtræ prædicationis contemptus conſequatur. Hinc multis Concilijs prohibentur clericis tabernæ, cauponariæ, ne fortè illarum aſſuetudine, & illi contemnantur. Non debetis quærere quis ditior, ſed quis dignior ſit. Verùm aliquis obijciet, Chriſtum etiam ad publicanos & peccatores diuertiſſe. Reſpondeo, quòd hi ad quos Chriſtus diuertit, iam peccatis renunciauerant: pœnituerat enim eos anteactæ vitæ, & ijs ſimiles viſitandi ſunt à Prælatis & Eccleſiaſticis concionatoribus, non modò vt conſolationem accipiant, ſed vt confirmentur de virtute in virtutem. Ita nimirùm *Simile.* medici illos ægrotos viſitant, de quibus ſpẽ ſalutis concipiunt: cæteros verò dedignantur. Induratos quoque peccatores ablegat fidelis concionator, nec apud illos diuertit, vt qui indigni ſunt cum quibus tanti Verbi *2. Tim. 3.* miniſter conuerſetur. Oportet enim, & illum teſtimonium habere bonum, ab his qui foris ſunt (ait Paulus.) Quod autem ait, Dignus eſt, oſtendit magnum hoſpitalitatis eſſe meritum: quod in Abraham Paulus *Hebr. 13.* commendat ad Hebræ. dicens: Hoſpitalitatem nolite obliuiſci: per hanc enim placuerunt multi Angelis hoſpitio receptis. *Hierony.* Hieronym. in Matthæ. Dignus eſt (ait) qui plùs ſe putat accipere cùm dat, quàm dare cùm accipit: nam (vt ait Philoſophus) lar- *Ariſtot.* gi & magnifici eſt velle facere beneficium, & non contrà pati: eò quòd ſibi reputat, nihil poſſe meliùs fieri, quàm beneficium facere. Albertus ſuper hunc locum dicit, *Albertus* quòd in ratione digni hoſpitis tria includuntur. Honeſtas vitæ, cuius pars eſt hoſpitalitatis liberalitas, & facultas copiæ vndè ſuſcipere poſsit, & benignitas qua non amaro animo, ſed iucundo ſuos hoſpites accipiat. *Et ibi manete donec exeatis.* Ne mutetis hoſpitium, quaſi lautiùs excipiẽdi, ſed ibi manere quouſque occurrat vobis iuſta egrediendi occaſio, aut prædicationis, aut alterius boni gratia. Ex illa nimirùm frequentiori tranſmutatione hoſpitij, duplex ſcandalum oriri poterit. Vnum, quòd fortè diſpliceat hoſpes miniſtro, in quo vel in ſua familia aliquod inuenerit vitium, quod ſuſtinere non potuit, & ſic domum illam aliqua inuſtam infamia dimittat. Alterum, quòd & ipſe miniſter difficilis ſit, quique delitias & lautitiem amet, aut leuis ſit ad inſtar gyrouagi & vani cuiuſdam hominis. Vndè & Salomon ait: Sicut auis tranſmi- *Prouer. 27* grans de nido ſuo, ſic homo qui relinquit locum ſuum. Et Pſalm. 34. dicitur: In po- *Pſal. 34.* pulo graui laudabo te. Vndè Theophila- *Theophil.* ctus hìc ait: Iubet ergo manere, ne tanquàm guloſi malè audiant, & videantur primos qui ſuſceperãt, iniuria afficere: nam Eccleſ. *Eccleſ. 29.* 29. dicitur: Vita nequam hoſpitandi de domo in domum, & vbi hoſpitabitur non fidutialiter aget. Albertus autem excipit *Albertus* ab hac conditione eum qui de domo in domum tranſierit, non voluptatis vel leuitatis, ſed ſpiritualis profectus cauſa: nimirùm vt Chriſto plures lucrifaciat. Nam & filij Iob dies conuiuij quaſi in orbem duxerunt, & tamen Iob illos ſanctificauit, offe- *Iob. 1.* rens holocauſtum hoſpitalitatis pro ſingulis. *Intrantes autem domum, ſalutate eam, dicentes: Pax huic domui.* Hæc ſalutatio Hebraico eſt propria ac Syro ſermoni, vbi dicitur, Scalomladi, id eſt, Pax tibi: pro eo quod nos dicimus: Aue, vel, Salue, vt ait Hieronymus, quo verbo imprecamur om- *Hierony.* nia læta, proſpera, & tranquilla: omnia quippè bona infert ſecum pax, quæ cor Deo, tibi, & proximis tranquillum reddit. Intelligit autem non de quacunque pace, ſed de illa cœleſti, & ſpirituali, quam Pau- *Philip. 4.* lus ſuis imprecabatur, cùm dicebat: Et pax Dei, quæ exſuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras: hoc eſt, tàm intellectum, quàm voluntatem repleat, vt & idipſum omnes intelligatis, & ve-

& velitis: hæc enim eſt pax illa, qua Dominus mundum ingrediens homines per
Luc.2. Angelica ora ſalutauit, dicens: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, id eſt, illis qui bona ſua
Ioan.14. voluntate hanc pacem quærunt. Et cùm à mundo exiret, hanc hæreditario iure ſuis relinquit, dicens: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis, non quomodò mundus dat, ego do vobis. Quam & cùm à mor-
Ioan. 20. tuis ſurrexit, ſuis obtulit, dicens: Pax vobis. De quo conſule Commentarios noſtros ſuper Pſalm.118. in illum verſum: Pax multa diligentibus Legem tuam. Dicite ergo: *Pax huic domui*, vt ſic prædicatores Euangelij pacis videamini. Et dicatur vobis illud
Eſai.52. Eſai. Quàm pulchri ſunt pedes Euangelizantis pacem, annunciantis bonum, præ-
Eſai.66. dicantis ſalutem. *Pax huic domui*: Declinabo ſuper eos ſicut fluuium pacem (ait Eſai.) Nam ſicut fluuius de vno in alium fluit, ſic & pax ab ore diſcipulorum ad patremfamilias, qui primus ſalutandus eſt, deinde ad alios domeſticos deriuatur. *Et ſiquidem fuerit Domus illa digna.* Fuerit paterfamilias ſimul cum domeſticis eius, huius cœleſtis pacis auidus, Meſsiæ aduentus expectans: denique bonæ voluntatis, vel filius pacis,
Luc.10. vt dicit Lucas, id eſt, pacis ſectator, hæc ſupernaturalis pax veſtra, quam ei impre-
Eſai. 48. camini, veniet ſuper illos. Sic enim per Eſai. dixit Dominus: Vtinam attendiſſes mandata mea, multiplicata fuiſſet quaſi flumen pax tua. *Si autem non fuerit digna, pax veſtra reuerteretur ad vos.* Hoc eſt, nihilominùs non erit inutilis, & infructuoſa huiuſmodi precatio pacis, ſed fructꝰ eius ad vos perueniet.
Pſal.34. Quo modo etiam intelligitur illud Pſalm.
Moralitas Oratio mea in ſinu meo conuertetur. Obſerua, quòd veteres magni æſtimabant piorum benedictiones, & pias imprecationes, nec enim vanæ ſunt, ſi cum fide ſuſcipiantur: nam & hîc dicit Dominus: Si fuerit domus digna, pax veſtra veniet ſuper il-
Gene.48. lam. Vndè Ioſeph curam habuit, vt filij ſui à patre moribundo benedicerentur, quam ſciebat plùs illis profuturam quàm diuitiæ, quas ille illis relinquere debat. Quid autem valeãt Sanctorum malę imprecationes, ex pueris illis diſcimus, quibus Heliſęus
4. Reg.2. maledixit. Vndè in Lege ſæpiùs monet Moyſes ne pauperes lædamus, ne (inquit)
Deut.15. clament contra te ad Dominum. Mundus
v.24. autem plùs appetit diuitias, quàm omnes piorum, vel bonas vel malas imprecationes.

Et quicunque non receperint vos, nec audierint ſermones veſtros, excuntes foras à domo vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris. Ad ciuitatem vel locum, vbi intrauerunt ad prædicandum, dirigitur hoc octauum præceptum, acſi diceret: Vbicunque non receperint vos. Igitur id facietis aduerſùs illos, qui vos non receperunt, & ſunt ſicut ille, de quo dicit Ioannes: Nec Diotrepes Ioã. epiſt.
ſuſcipit fratres, & eos qui ſuſcipiunt prohi- 3.
bet. *Nec audierint ſermones veſtros.* Sed cum Iudæis cõtinuerint aures, & ſicut illi Sthephanum, ſic iſti prædicatores eiecerint; exeuntes foras de domo vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris. Puluis in pedibus ſignũ eſt itineris (ait Tullius.) Vndè Tullius.
ſenſus eſt, ſecundùm Albertũ: Laborem itineris ac defatigati pedis ſigna, contra eos Albertus
oſtendite: vt ſit in ſignum incredulitatis eorum, quomodò fruſtrâ laboraſtis in illos, ſit etiam veſtræ benè geſtæ rei veluti teſtimonium. Sic enim Dominus per Eze- Eccleſ. 3.
chielem ait: Si annunciaueris impio, ipſe in peccato ſuo morietur. Tu autem animam tuam liberaſti. Et Acto.20. dixit Paulus: In- Act. 20.
nocens ego ſum à ſanguine omnium veſtrũ. Non enim effugi, quominùs annunciarem vobis omne conſilium Dei. Et hæc eſt genuina ac literalis expoſitio. Hoc etiam fecerunt Paulus, & Barnabas, excutientes pul uerem pedum aduerſùs incredulos Iudæos. Et Paulus excuſsit veſtimenta ſua in illos. Act. 13.
Secunda expoſitio, ſecundùm eundem Al- Act.18.
bertum & alios eſt, quòd puluis ſignificat Albertus
parua temporalia, & hæc excutienda ſunt in eos, ne putent propter temporalia illa ſibi ſubminiſtratum fuiſſe Verbum Dei. Vel dic id ſignificare nihil ſibi commune cum illis remanſiſſe, nec rem minimam quidem, qualis eſt puluis. Significat etiam, quòd nihil adhæſit illis hominibus de pace Sanctorum, quæ peccata deleret, nihil remanſit Sanctis de eleemoſynis eorũ, quatenus Deum pro illis interpellarent: & aggrauatus eſt contemptus eorum, quòd nec ſanctos receperunt, nec eorũ verba audierunt. Vndè Apocalyp. 18. dicitur: Exite de Apoc.18.
illa, popule meus, & ne participes ſitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis: quia peruenerunt peccata eius, vſque ad cœlum.

Tertia expoſitio Alberti eſt, quòd pul- Albertus
uis ſint minutæ negligentiæ, quæ contrahuntur ex ſolicitudine prædicatorum: & quando ſolicitudo eorũ nõ recipitur, etiam

hæ

hæ minimæ negligentiæ, quæ propter eos contrahuntur, in eos retorquentur, quia eis
Acto.18. videntur imputari. Vndè Paulus, contradicentibus & blaſphemantibus Iudæis, excutiens veſtimenta ſua dixit ad eos: Sanguis veſter ſuper caput veſtrum, mundus ego ex hoc ad Gentes vadam. Vel, vt Chriſtia-
Chriſtianꝰ Druthmarus. nus Druthmarus vult, excuſsio puluerisſig-
Pſal.1. nificat eos in infernum detrudendos, ſicut puluis quem proijcit ventus. *Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Go-*
Caiet. *morrhæorum in die iudicij, quàm illi ciuitati.* Caietanus ſic explicat. Duplex eſt peccati grauitas, altera ex parte conuerſionis, & ex hac parte grauiora fuerunt peccata Sodomorum: altera ſe tenet ex parte auerſionis,
Iob.22. & hinc grauius eſt crimẽ refutantiũ Euangelium Chriſti, tanquàm dicentium Domino: Recede à nobis, ſcientiam tuarum viarum nolumus. Roboratur hoc dictum, quoniam crimina Sodomorum videntur fuiſſe contra humanum bonum: crimen autem refutantium Euangelium, eſt contra bonum diuini ordinis, nempè Fidei, Spei, ac Charitatis in Chriſtum. Et hæc mihi placet expoſitio. *Tolerabilius ergo erit terræ Sodomorum, &c.* hoc eſt, tolerabiliora eis contingẽt: nam minùs punientur. *Ecce ego mitto vos.*
Ianſenius. Ianſenius vult, quòd hæc ſequentia verba non dixerit Dominus nunc, quando Apoſtolos ſuos miſit ad prædicandum populo Iſraël (tunc enim nulla perſequutio eis facta eſt, quinimò proſperè eis ſucceſsit, & hila-
Luc.10. res reuertebãtur ad ſuum Magiſtrum, quoniam dæmonia eis ſubijciebãtur, nec quidquàm de perſequutione meminerunt:) ſed hæc dicta eis ſunt futura, cùm ad Gẽtes poſt diſceſſum Domini mittendi erãt: tunc enim omnia eis ad literam contigerunt: ſed hæc quæ diuerſis locis à Chriſto Domino præuenienda dicta ſunt eis, à Matthęo hîc congeſta ſunt, propter ſimilitudinem quam habebant cum præcedentibus, vt ea quæ ad vnam & eandem materiam, nempè prædicandi Euangelium, conuenire videbantur, in vnum locum congererentur, meliuſq; ſic copulata haurirentur, quàm ſi diuiſim in diuerſis locis, modò hunc, modò illum ſermonem à Domino dictum ſcriptum daret. Ait ergo: *Ecce ego mitto vos.* Dicendo: Ecce, oſtẽdit publicam eſſe legationem, quæ non in occulto, aut in ſilentio ſit peragenda, ſed publicè omnibus proponenda. Vndè apud
Abdia.1 Abdiam dicitur: Auditum audiuimus à Domino, & Legatus ad Gentes miſſus eſt. Licèt enim multi fuerint legati miſsi, tamen ſingulariter dicit legatum propter vnitatem & conſenſum: id ipſum enim dicebant omnes. *Ego mitto vos*: vt in hac legatione animoſiores eos faceret, cùm à tanta maieſtate miſſos ſe animaduertiſſent. Si enim
audaciſsimus ille iuuenis Abſalõ præcipiens 1. Reg.13.
ſeruis ſuis, vt Amnon fratrem ſuum natu maiorem interficerent, vt illos animęquiores ad tantum facinus redderet, dixit eis: Ego ſum qui præcipio vobis: Ego, inquam, ſum qui præcipio vobis. Quantò maiores Apoſtolis auſus præbere deberẽt hęc verba ab Omnipotente omnium Domino dicta, cui cætera ſubſunt, cui nullus reſiſtere audebit, ad cuius nutum columnæ cœli con-
tremiſcunt? Si ergo ego mitto vos, ego dabo Luc.21.
vobis os & ſapientiam, cui non poterunt aduerſarij veſtri reſiſtere. Nam, quia Deus Moyſen ipſum miſit, è balbutiente, regum Exod. 4.
mirabilem magiſtrum fecit. Ergo ego mittovos nouiſsimos hominum, illiteratos, omnium perſipſema: vt prodigium ſapientibus & potentibus mũdi ſitis. Et Ioannis.20. di- Ioan. 20.
xit eis: Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos, hoc eſt, ea authoritate edendi miracula, mirabilia opera patrandi, peccatores ad meliorem frugem reuocandi: vt poſsitis dicere cum Hieremia: In veritate miſit me Do- Hieremi
minus. Et cum Moyſe: Deus patrum ve- Exod.3.
ſtrorum miſit me ad vos. Vos, inquàm, mitto, non vicarios veſtros: vt Epiſcopos animaduerteret, qui loco Apoſtolorum ſucceſſerunt per ſeipſos debere munia ſua execere, non per vicarios aut miniſtros alios. Si enim ſibi temporalia cõmoda rapiunt, Moralitas
cur p alios ſpiritualia miniſteria exercẽt? Timeo ne rubiginem contrahant claues in illis, per non vſum: quoniam nec ipſi per ſeipſos prædicant, nec Sacramenta Chriſti per ſeipſos conferũt, nec aliquod aliud munus ſibi propriſsimum obeunt, ſed omnia per alienos exercent, imò & actiones Hierarchicas, quæ à ſolis Pontificibus exercentur, iam facere dedignantur nonnulli: quod maximè miſerandum certè eſt. Quòd ſi dixerit aliquis: Ego miniſtros habeo per quos hæc munia exerceo, quibus ſuos prouentus confero. Reſponderet Eccleſia ſi os haberet. Sis ergo contentus his prouentibus, quos miniſtris tuis confers, qui in his mihi miniſterijs ſeruiunt. Cur tu otioſus tot à me tributa exiges? Nam & de muliere Prouer.31.
ſedula dicitur, quòd operata eſt conſilio manuum ſuarum, non alienarum. Quòd ſi

temporalia per te colligis, tantamque in eis colligendis impendis curam, cur spiritualia
1.Cor.3. per alios exerces? Cùm tamẽ Apostolus dicat: Charitas nõ quærit quę sua sunt, sed quę
Philip.4. Iesu Christi. Et alibi: Non quæro datum, sed fructum in ratione vestra. Sed hæc deploranda potiùs sunt, quàm inculcanda. *Sicut oues in medio luporum.* Videte discrimen inter oues & lupos: hoc enim debet esse inter prædicatores verbi Dei, & inter populum. Ouis mansuetissimum animal, inertissimum, inerme, vt Aristot. lib.9. de natura
Arist. & Plinius. animal. Plini. lib. 8. cap. 49. docent: vtilissimum tamen, quia nos sua carne ac lacte pascit, suo vellere vestit, suo corio calciat. Fœcundissimum etiam est, nec vnquàm sterilis ouis inuenitur: sic verbi Dei prædicator mansuetudinẽ oportet vt habeat, discatq; eam à Magistro suo Christo Domino,
Matt. 11. qui dicit: Discite à me: quia mitis sum; & ideò dicitur Agnus Dei: Qui & ipse docuit:
Ioan.1. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt ter-
Matth.5. ram: nam hac mansuetudine præditi Apostoli totum orbem terrarum possederunt,
Num.12. atq; lucrati sunt. Quarè Legislator Moyses omnium mitissimus fuit qui erãt super terram. Debent etiam esse vtiles alijs, non nociui, aut depopulatores: quia ad hoc spiritũ accipiunt mittentis, non vt noceant, sed vt
1. Cor. 12. vsui omnibus sint, secũdùm illud: Vnicuiq; datur manifestatio spiritus ad vtilitatem.
1. Cor.10. Et alibi: Sine offensione estote Iudæis, & Gentibus, & Ecclesiæ Dei, sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile sit, sed quod multis, vt salui fiant.
2. Cor. 10. Et illud: Secundùm potestatem meã quam dedit mihi Dominus, in ædificationẽ & non in destructionem vestram. Pascere etiam debent alios, atq; vestire, vt Iob faciebat:
Iob.31. nam is ipse dicebat: Si comedi buccellam meam solus, & non gustauit alienus ex ea. Et alibi: Si despexi prætereuntem, eò quòd non haberet indumentum, & absque vestimento pauperem: si nõ benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est. Vestem etiam ouilem debet habere prædicator, hoc est, mitem ac sanctam conuersationem cum alijs: vt Iob.37. dicitur: Nonne vestimenta tua calida sunt, cùm perflata fuerit terra austro? Austro enim perflatur terra, cùm lenis & callidus
Prouer.31. spiritus procedit à prælato. Sic etiam & mulier Ecclesia quærit lanam, & linum: lanam, scilicet, conuersationis, & linum innocentię cãdoris, & operatur consilio manuũ suarũ, quæ sunt prælati: & ideò nõ timebit domui suæ à frigoribus niuis: quoniam omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus: nam extrà sanctæ conuersationis circumferunt habitum, & intùs in conscientia innocentiæ vestimẽto induuntur, habentes coram Deo horum testimonium. Inermes etiam debẽt esse, nec enim se vindicare debent, sed Deo vindictam, tanquàm supremo Iudici relinquere, totos se curæ pastoris relinquentes, sicut & ouis facit: aliâs non poterũt euadere lupos, à quibus circunuenti sunt: nam ideò eos sine virga mittit Dominus ad prędicandum. Habent etiam zelum fœcundantem,
vt Paulus dicebat: Filioli mei, quos iterum Galat. 4.
parturio, donec formetur Christ⁹ in vobis.
Et Cant. 4. dicitur: Dentes tui, hoc est, præ- Cant. 4.
lati tui molentes cibũ alijs, sicut greges tonsarum, omnes gemellis fœtib⁹, & sterilis nõ est inter eas: nam boni prędicatores semper geminos concipiunt, nempè & iustos fouendo, & peccatores conuertendo: lacte etiam
alios pascunt, vt Paulus dicit: Tanquàm par- 1.Cor.3.
uulis in Christo lac potum vobis dedi, non
escam. Et 1. Petr. 2. Lac cõcupiscite, vt in eo 1.Pet.2.
crescatis. Sed proh dolor, modò vice versa legati veniunt in spiritu furoris, secundùm illud quod comminatur Dominus: Dabo eis
Principes in furore meo. Et Oseæ. 7. Prin- Osea.7.
cipes furere à vino cœperunt, in nocumẽto
deprędationis, vt dicitur per Esai. Principes Esai. 1.
tui infideles, socij furum. Habitus autem potiùs secularẽ potentiam, quàm Christianam
pietateem redolet. Amos. 6. Væ qui opulẽti Amos. 6.
estis in Sion optimates, capita populorũ, ingredientes pompaticè domum Israël: Qui dormitis in lectis eburneis, &c. & nihil con patiebantur super contritione Ioseph. Concipiunt autẽ dolorẽ & pariunt iniquitatem: pascunt autem homines in peccato præsumptionis, & alijs malis, atq; suis malis exẽplis
eos prouocãt. Vndè Abbas Rupertus lib. 8. Rupertus.
in Matthæum, multis in locis Euãgeliorum (inquit) Christus se Pastorem, nõ Regem, ita & suos agnos & oues, non milites vocat: vt ita se gerere moneat Apostolos, vt nihil ex illis offendiculi, omnia autem commoda
emergãt. Et D. Greg. in hom. ait: Nec enim D. Grego.
æquum est, vt veritatis prædicator mala inferat, sed toleret, vt & ipsa sua mãsuetudine iram mitiget, & peccatorũ vulnera ipse in alijs afflictionib⁹ vulneratus sanet. Quoniã etsi quãdo zelus rectitudinis exigit, vt erga subditos seuiat, furor ipse de amore sit, non de crudelitate, quatenùs & iura disciplinæ

foris

foris exhibeat, & intùs paterna charitate diligat, quos foris castigat. *In medio luporum:* non dicit iuxtà, sed in medio, vt nusquã sit effugere, nisi per capturã luporũ, quia in hoc solo spes est, si lupi natura deposita ab
ouibus capi possunt. De his enim dicitur:
Gene. 49. Beniamin lupus rapax, manè comedit predam, & vesperè diuidet spolia. Tales enim lupi sunt, qui possũt fieri filij dexterę: quod significat Beniamin: & tunc prędam quam manè, dùm lupi erant, acceperunt; vesperè
conuersionis spolia diuidentes Domino re-
Genes.35. portant, sicut fecit Paulus. In cuius signum Rachel, quæ ouis interpretatur, enixa est Bẽiamin, de quo dicitur, Lupus rapax: quoniam oues tũc lupos edunt, quãdo eos exu-
tos veste lupina oues Christi faciunt. Vndè
Chrys. Chrysostom. homil. 34. in Matthæum: Sic (ait) sicut mittebantur oues, non simpliciter inter lupos, sed in medio luporum. Omnem tamẽ mansuetudinem habere iubet: nec id solùm, sed columbæ quoq; simplicitatem, vt tantò virtus eius mirabilior appareat, cùm lupi ab ouibus superabuntur, quæ in medio luporum essent, & hinc, atque illinc morsibus luporum lacerarentur: non modò tamen non defecerunt, sed & lupos in naturam ouium transmutarunt. Maiùs certè, atq; admirabiliùs est mentem atq; animũ aduersariorũ commutare, quàm ipsos gladio superare: præsertim cùm duode cim numero ibi essent aduersùs ceteros homines, qui lupos atrocitate vincebant. Erubescant igitur qui cõtra facientes, quasi lupi aduersarios suos persequuntur, cùm videãt innumeros lupos ab ouibus vinci paucissimis. Et certè quousque sumus oues, facilè hostes vincimus, cùm verò in naturam luporum trãsimus, tunc superamur: tũc enim nullum nobis à pastore patrocinium adest,
Rom.12. qui non lupos, sed oues pascit. Roman. 12. dicitur: Si esurit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi, & carbones ignis congeres super caput eius. Ita vincimus in bono
Esai.11. malum: quia Pastor noster vincit, & operatur in ouibus suis: ille enim est qui lupum cum agno, & leonem cum vitulo accubare facit, vt leo carniuorus, quasi bos comedat
Esai.11. paleas, sicut apud Esaiam legimus. *In medio*
Simile. *luporum.* Quoniam iusti circumcinguntur â
Hierem. malis: sicut enim cingulum illud quod Hieremias sub terra abscondit, & posteà putrefactum inuenit: sic pessimi qui sub terrenis negotijs conduntur, & computrescũt, sicut iumenta in stercore suo, vt quidam Propheta dixit: circumeunt iustos atque constringunt, ne aduersùs sua illorum opera appareant. Sic enim, & intelligitur illud
Psalmi: In circuitu impij ambulant, hoc est, Psal. 11.
in circuitu iustorum: & Pharisæi pessimi
Dominum Iesum quadam vice circumde- Ioan.10.
derunt. Inter hos ergo oues suas mittit Do-
minus, sicut & in Psalm. 43. dicitur: Dedisti Psal.43.
nos tanquàm oues escarum, & in gentibus, tanquàm inter lupos dispergisti nos. *In medio luporum.* Contra eos qui volunt mitti in
medio ouium, vt adimpleatur vaticinium, Esai. 65.
dicentis: Lupus, & agnus pascentur simul. *In medio luporum.* Vt patientia ipsorum sit velut centrum immobile ad omnem circum adiacentem iniuriam: retrò quippè dilaceratur à lupis, cùm de eo dicũt; Hæc, & hæc mala fecit: ante mordetur, cũ dicitur: Tendit ad quæstum temporalem: à dextris cùm dicitur: Hæc facit vt parentes promoueat: à sinistris, cùm dicitur: Occultè agit mala. Quòd si lupos, hoc est, aduersarios minimè habes, te nec ouem esse, nec apertè verba Dei pronunciare, apertum indicium est: Semper enim Abel suum habet Cain, & Euangelium suum Mundum, & Sata-
nam: scriptum quippè est: Omnes qui piè 2. Tim. 3.
volunt viuere Christo Iesu, persequutio-
nem patientur. *Estote ergo prudentes, sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* Statuamus primùm verum & germanum huius sententiæ sensum. Tres sunt hominis partes, nempè corpus, affectus, & intellectus. Quantùm ad corpus, mittit eos passuros sicut oues: quantùm ad intellectum, prącipit prudentes esse sicut serpentes: quantùm ad affectum, mandat vt sint simplices sicut columbæ, vt præparent se ad tria, nimirùm, patientiam, prudentiam, & simplicitatem: & patientiam quidem, ouilem, hoc est, omninò inermem, nullo modo se hostiliter defendentes: prudentiam verò serpentinam, sed simplicitatem columbinam. Pro quo notandum, quòd ex his duobus, nempè, serpente, & columba, vult suos Apostolos componere Dominus, vt ex his quæ meliora sunt in vtrisque eos statuat. Nam (vt
Remigius docet) simplicitas absque pru- Remigius.
dentia facilè decipi potest: prudentia autem periculosa est, nisi simplicitate tempe-
retur. Quocircà Grego. Pasto. curæ cap. 35. Gregorius.
& 1. Moral. sic docet. Elaborare debẽt simplices, vt simplicitatis bono prudentiam adiungant, quatenùs sic securitatẽ de simplicitate possideant, vt circumspectionem

prudentiæ non amittant. Vtrunq;, ſcilicet, ſerpentem & columbam coniunxit: quia videlicet in electorũ cordibus ſimplicitatem columbæ debet aſtutia ſerpentis acuere & accendere, & ſerpentis aſtutiam columbæ ſimplicitas temperare, quatenùs, nec ſeducti per prudentiam calleãt, nec ab intellectus ſtudio ex ſimplicitate torpeſcãt. Hinc
1.Cor.14. Paulus ait: Nolite pueri effici ſenſibus: ecce prudentiam ſerpentis audiuimus, nunc de ſimplicitate columbæ muniamur. Ideò ſub-
Prouer.11. dit: Sed malitia paruuli eſtote. Et Prouerb. 11. dicitur: Simplicitas iuſtorum diriget eos, & iuſtitia ſimplicis dirigit viam eius. Et
Prouer. 7. Prouerb. 7. Cum ſimplicibus ſermocinatio Dei. His habitis, ſciendum eſt, quòd, vt pa-
Gene.3. tet Geneſ. 3. ſerpens dicitur callidior cæteris animantibus, & ſecundùm Hebræos prudentiſsima: quam calliditatem (vt docet
Ariſtot. Ariſtoteles) habet ſerpens ex quodam humido ſubtili, quod etiam prolongabile eſt in longum, quarè longiores ſunt ſerpentes cæteris animalibus. Inter alia autem, in quibus ſerpẽtis calliditas agnoſcitur, hæc duo ſunt, quòd totum corpus exponit ictibus, vt caput defendat, vel in foueam, vel in terram abſcondat. Item, habet venenum paratum in gutture, vt illud cùm opus fuerit, in hominem, vel in aliud animal euomat. Præcipit ergo hîc Chriſtus Dominus, & prudentiam ſerpentinam, & ſimplicitatem columbinam, vt per prudentiam diſcipuli ſui caueant aliorum læſiones & inſidias, & per ſimplicitatem non lædant dùm læduntur, nec malum malo rependant: & rurſùm, vt per prudentiam captent opportunitatem alios lucrifaciendi & pertrahendi ad veritatem, per ſimplicitatem verò id agant ſine omni magno dolo. Hic in ſuma eſt huius ſententiæ ſenſus germanus. Nunc hæc pau-
Moralitas lò latiùs extendamus: Caput noſtrum Chriſtus eſt, vt pluries Paulus docet: columbina ac Chriſtiana prudentia id docet, vt omnia noſtra propter Chriſtum ictibus perſequutorum exponamus. Fides etiam Chriſti dicitur caput: quoniam Fides initium eſt totius Chriſtianæ religionis, ſecundùm illud
Hebr.11. Pauli: Accedentem ad Deum oportet credere primum. Oppetenda igitur prius eſt mors & membra omnia aculeis ſeuiſsimis exponenda, quàm Fides in vobis periclitetur. Et vtraque hæc expoſitio eſt Diui
Auguſt. Auguſtini lib. 2. de doctrina Chriſtiana. cap. 16. Oportet etiam, & opportunitatem quærere, qua aptiùs verba diuina in aures audientium effundant vt illis proſint: quemadmodùm ſerpens virus in gutture ſeruat, vt illud opportunè euomat. Verba Dei ſemper parata debet habere verus Chriſti prædicator, vt cũ ſeſe opportuna obtulerit occaſio illa effundat, quæ venenum ſunt ad interimenda peccata, ſecundùm illam Apo- 1.Pet.3.
ſtoli ſententiam: Parati ſemper rationem reddere de ea quæ in vobis eſt fide, & ſpe. Vt ſic ſimilis ſit homini patrisfamilias, qui Matth.13.
profert de theſauro ſuo noua & vetera. Et Apocalyp. 8. legitur, quòd ſeptem Angeli, Apoc. 8.
qui habebant ſeptem tubas, parauerunt ſe vt tuba canerent: quoniam prædicatores, qui tuba Dei ſunt, ſic oportet eſſe paratos, cùm ſeſe neceſsitas obtulerit. Et de Iuſto Pſal.1.
dicitur, quòd fructum ſum dabit in tempore ſuo. E contrà autem de inſipiente dicitur. Ex ore ſtulti reprobabitur parabola: Eccleſ.20.
quia non dicit illam in tempore ſuo. *Eſtote ergo prudentes, ſicut ſerpentes.* Serpens ne Simile.
audiat voces incantãtium, cauda ſua vnam occludit aurem, & alteram ſub terra abſcondit, ne incantatoris verba ad eius aures penetrent. Sic verus Dei cultor, ne præſtigiatoris mundi verba audiat, & ne Sirenarum cantus aures ſuas demulceant, cauda vnam aurem, & terra alteram occludit. Cauda extremum eſt animalis, & ſignificat extremum mortis diem. Igitur per mortis cõſiderationem declinabit ab amore mundi, nec eius mendacia audiet: nam maxima philoſophia eſt (ait Plato) aſſidua conſide- Plato.
ratio mortis. Et Eccleſ. 7. dicitur: Memo- Eccleſ. 7.
rare nouiſsima tua, & in æternum non peccabis. Aliam ſub terra abſcondat, ſe eſſe puluerem ac terrã conſideret, memineritque, quòd puluis ſit & in puluerem ſit reuerſurus, & ſic veluti ſtercora omnia hæc caudã arbitrabitur. Sic enim Pſalm. 57. dicitur: Pſal.57.
Furor illius ſecundùm ſimilitudinẽ ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet vocẽ incantantium, & venefici incantantis ſapienter.

Sed quoniam ex his verbis Cabaliſtæ colligunt eſſe vim naturalem in aliquibus verbis, & potentiam ad coercenda aliqua animalia, operæpretium duxi ſtudioſorum gratia non nihil in hac re immorari. Aiunt ergo. Ex hoc teſtimonio probo, quòd ſit potentia incantandi ſerpentes in verbis: nam ſi hæc potentia & vis non eſſet naturalis, non eam naturaliter agnoſceret ſerpens, nec ſe inſtinctu naturali muniret aduerſùs illa obturando aures ſuas; nam aduer-

aduerſùs noxas quæ naturales non ſunt, non armauit natura belluas, nec dedit in-
Hierem.8. ſtinctum vt illas effugerent: quod confirmatur Hierem. cap. 8. vbi dicit: Ecce ego mittã vobis ſerpentes regulos, quibus non eſt incantatio. Videtur enim comminatio hæc innuere alijs ſerpentibus eſſe incantationes. Quam ſententiam videtur iuuare authoritas Eccleſiæ, quæ iubet exorciſtas vti cõcep-
Marc. vlt. tis verbis, quaſi illis dæmones fugandi virtus quædam præcipua inſit. Quo etiam ſpectare arbitrabitur quis illud Euangelij, In nomine meo dæmonia eijcient, quaſi ipſa nominis Ieſu prolatio efficaciam habeat ingenitam contra dæmones.

Zoroaſter. Zoroaſter Magiæ pater Rex Bactrianorum, Nini contemporaneus & alij, qui naturalem eſſe ſuam Magiam contendunt, qui inter Hebræos dicuntur Cabaliſtæ, qui ſuam doctrinam iactant à ſecretioribus Dei reuelationibus fuiſſe deriuatam, id aſſerũt,
Plinius. naturalẽ eſſe vim aliquib⁹ verbis ad patrãda miraculoſa & prodigioſa opera: nam, vt Plinius, ex Atali ſententia narrat, prolata hac voce (Duo) viſus ſcorpio prohibetur ne vibrare ictus poſſit: ſicque, vt ait Poẽta.

Verſus. *Frigidus in campis cantando rũpitur anguis.*

Verùmtamen falſa hæc omnia, atque fictitia ſunt (& præterquàm quòd ab Eccleſia tales artes damnantur, vt patet in toto titulo de Sortilegis) ratio naturalis etiam ad id cogit. Quoniam nihil eſt commune verbis ipſis cũ rebus, nec verba ſunt aliud quã ita diuerberatus aër: nec alia cauſa eſt quare hæc verba has res, illa illas ſignificẽt, quã ex placito aut voluntate hominum profecta cõſuetudo. Quæ ergò vis à natura ineſſe poterit rebus fictitijs ac variabilibus, qualia ſunt verba? Nam ſicut per linguam, ita & per alia ſigna poſſent inter ſe homines conuenire, quibus inuicem ſuos conceptus exprimerent, nempè per digitorum motionem: ſicut noſtris ſeculis agnouimus monachum quendam inſtituti Diui Benedicti dictũ fratrẽ Petrũ Pontium, qui digitorum motu cum mutis à natiuitate loquebatur, imò & hac arte mutos illos Comitis ſtabilis fratres quos ſecum habebat docebat loqui, non alia arte quàm docens primùm ſcribere res ipſas digito indicando, quæ caracteribus illis ſignificarentur, deinde ad motus linguæ qui caracteribus reſponderent prouocando. Itaque vt audientibus à loquela, ita auribus captis rectius incipitur ab ſcriptura. Neutrum igitur habet neceſsitatem naturalem. Verum eſt, linguã accommodatiſsimum inſtrumentem eſſe à natura ad exprimendos mentis conceptus, ob illam mirabilem nobilitatem, & quia in ipſa via ſpiritꝰ poſita, eius diuerberatione ſonus edit multiplices auditui hominis, etiam è longè occurrenti. Quòd & ex ipſa natura linguæ capi poteſt: nam eſt mobilis ac ſubſtantia viſibilis, multis ad radicem muſculis prædita, ſuperpoſita laringeni, ſeu gutturi, ſuppoſita palato, circumſepta dentibus, vt ſpiratum per laryngeni aërem excipiens, & ad palatum & dentes multifariam allidens, poſſet multiplices edere ſonitus, quibus pro ſuo arbitrio poſſit homo homini ſuas exprimere cogitationes. Igitur nulla ratione naturali conſtare poteſt, quòd verba aut caracteres poſſint morbum inferre, aut ſanitatem aut aliud quippiam efficere, quæ ad libitũ ſunt adinuenta. Quòd ſi quædam nomina Hebræa in ſacris Hymnis retinentur incõmutata, id quidem nõ fit quòd Deus Sabbaoth, verbi gratia, maius quippiam ſit quam Deꝰ exercitum, ſed, vt Plinij vtar verbis, exter- Plinius.
na & ineffabilia verba audientium animos magis mouent ſemper, quid aliud immenſum expectantes ac dignum Deo mouendo: nam certè neſcio quid magni concipit animus, cùm hæc inuſitata verba vel profert, vel audit, quòd in vſitatis non ſentit. Quare etiam ex Græcis quedam verba remanſerunt in Latina Eccleſia, qualia ſunt, Khirieeleyſon, Otheos, Athanatos, Eſchiros, Agios & alia ſimilia, quæ ad deuotionem excitandam remanſerunt. Irriſoria igitur ſunt in-
cantatorum verba: quæ etiam irridet Pliniꝰ, Plinius.
& Dominus iuſtiſsimè in Lege veteri, has incantationes ac auguria prohibuit. ¶ Reſtat ergò vt ad eorum argumenta reſpõdeamus, præcipuè ad illud quod ex Pſal. 57. citatum eſt. Dicendum quippe cenſeo, quòd Sacra Scriptura ad componendos hominum mores ex ipſiſsimis rebus, quæ apud illos circunferuntur ſimilitudines ſumit, vt melius ab hominibus intelligatur: & quoniam tunc inter homines fabella hæc circunferebatur, quòd ſerpens ad incantationes vitandas obturaret aures ſuas, ab illo exemplo, quòd vulgò ferebatur eos docere intendit Spiritus ſanctus, ſacræ Scripturæ Author: Æſopus.
quem morem tenuerũt Æſopus, & Cypriꝰ, & Lybicus, & alij multi Philoſophi & Poẽtæ, inter antiquos: inter iuniores verò omnes qui Emblemmata ſcripſerunt, & multa quæ ab illis ad componẽdos mores hominũ

conficta ſunt, incautè ſucepta ſunt à poſteris quaſi ſimpliciter, & abſque vlla figura dicerentur. Veluti Æſopus narrat, quoniã Caſtoris genitalia medicinalia ſunt, & propter hoc à venatoribus inſequitur, cum captũ ſe iri timet, genitalia dẽtibus preſcindit, & in inſequentes proijcit, & ſic incolumis euadit. Hoc confinxit Æſopus, vt doceret nos propter euitanda maiora, incommoda minora eſſe ſubeunda, & ne in peccatum labamur, etiam voluptuoſa & delectabilia abſcindenda ſunt, & merces in mare proijciendas, vt animæ ſaluæ fiant: & tamen multi quaſi veram hiſtoriam referunt cùm fabula ſit. Sic Propheta Dauid illam fabulam de ſerpente quæ vulgò circunferebatur, adduxit ad arguendum eos, qui verba ſacra audire recuſant, & obturant aures ſuas ne audiant legem, vt Iudæi fecerunt ad verba Chriſti & Apoſtolorum eius. Poterit etiam dici quòd licèt verba ex ſe non habeãt virtutem contra ſerpentes, tamen ſi ſe in illis immiſcet dæmon, poterit in ſerpentem agere, vt potè cui corporalia ſubſunt (niſi Dei potentia obſtet) & motus illos in illa excitare. Cæterum verba quibus vtitur Eccleſia in exorciſmis, verè virtutem habent ad expellendos dæmones: quoniam hanc poteſtatem reliquit Dominus Eccleſiæ ſuæ, & illã illis verbis applicat ipſa. Sic enim & Ionathã ad Sichimitas vſus eſt alia fabula, qua illos ad ſe recipiendum compulit. Eſtote ergo hac ſimilitudine & vos prudentes. Præterea ſerpens acutiſsimi viſus eſt, & radicibus ruthæ & fœniculi vtitur ad eam conſeruandam: quoniam debemus à longè proſpicere, & quæ ventura ſunt prouidere: qui enim improuidi ſunt his aſsimilantur, qui tenuiſsimi ſunt viſus, nec vident niſi ea quæ propè ſunt: acutioris autem viſus, etiam quæ longè ſunt vident. Homines mundani tenuiſsimi viſus ſunt, & duntaxat præſentia, & temporalia cernunt, nihil curantes de his quæ in futura vita accidere debent: Cæterùm iuſti prudentia ſerpentum vigent, qui ea quæ longè ſunt vident atque aquilinis oculis aſpiciunt, de qua dicitur, quòd oculi eius de longè proſpiciunt eſcam. Vndè hanc prouidentiam ſuo populo precabatur Moyſes cùm dicebat: Vtinam ſaperent, & intelligerent, & nouiſsima prouiderent. Et Eccleſiaſtes 4. dicitur. Melior eſt puer pauper & ſapiens, Rege ſene & ſtulto, qui neſcit prouidere in poſterum. Hic enim aſsimilatur illi quem alter ſeducit dicens: Veni mecum & ducam te per viam amplam, & viridem, arboribus conſitam atque fructetis; & tamen ipſe non interrogat ad quem terminum via illa producat: ducit enim ad præcipitia & periculoſa loca. Talis erat iuuenis ille vecors, quem ſeducens mulier aliena dicebat: Intexui funibus lectulum meum, ſtraui tapetibus pictis ex Ægypto, aſperſi cubile meum myrrha, & oleo, & cinamomo. Veni inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illuceſcat dies. Statim eam ſequitur quaſi bos ductus ad victimam, & quaſi agnus laſciuiens: & ignorat quòd ad vincula ſtultus trahatur donec trasfigat ſagitta iecur eius. E contra prudens qui à longè etiam proſpicit, de terminò interrogat: qui ſi periculoſus ſit, etiã ſi via ampla ac delectabilis ſit, abhorret ab ea: at ſi finis vtilis ſit, etiam ſi via aſpera apparet, non eam abhorret ſed ſequitur: & quia finis malorum eſt interitus, etiamſi per voluptates carnis ad eum pergant, imprudentes ſunt. E contra boni ſapientes dicuntur, quoniam etſi per tentationes & aſperitates vitę iter agant: tamen quia terminus vita æterna eſt, non refugiunt ſed amplectuntur eas. Sed aduertendum eſt, quòd eſt quædam prudentia carnis mundana, & diabolica, de qua Apoſtolus Iacobus dicit: Non eſt illa prudentia de ſurſum, ſed terrena, animalis, diabolica, quam iuſtus ingenuè fatetur ſe eam non habere, cùm dicit: Stultiſsimus ſum virorum, & ſapientia hominum non eſt mecum. Hominum dicit, non Dei, hæc enim illum ſemper comitata eſt. De hac etiam Paulus dicit eſſe ſtultitiam, & mortem, quia mors declarat eam fuiſſe ſtultitiam: vt in Alexandro Magno, qui fuit tonitruum mundi, patet. Hic enim poſt mortem coopertus fuit auro, & tres Philoſophi accedentes, hæc in eum dicteria, quaſi irridentes iactauerunt. Vnus dixit: Ecce cui non ſufficiebat totus hic mundus, nunc tribus brachijs eſt contentus. Alius, Ecce, ait, qui omne aurum mundi ſub ſua poteſtate continebat, nunc continetur ab auro. Tertius dixit: Ecce quem ſequebatur totus mundus, nunc eſt viliſsimus ab omnibus deſpectus. Eſtote ergò prudentes ſicut ſerpentes. Serpens prudentia ſua inueneſcit: nam per rimulas petrę tranſiens, antiqua pelle ſe exuit vt noua induatur. Sic nos debemus exuere veterem hominem cum actibus ſuis, & nouum

Iob. 39. *Deut. 32.* *Eccleſ. 4.* *Simile.* *Prouer. 7.* *Iacob. 3.* *Prouer. 30.* *1. Cor. 3.* *Roma. 8.* *Alexan. Mag.* *Simile.*

uum induere, qui ſecundùm Deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Hoc autem fit ſi ingrediamur rimulas petræ; hoc eſt, vulnera Chriſti per fidem & compaſsionem. Ariſto. 8. animal. cap. 11. hoc de ſerpẽtibus dicit. *Eſtote prudentes, &c.* Remigius in Matthæum ſic ait: Pulchrè etiam Dominus prædicatorum prudentiam ſerpentibus cõparat, quaſi per Anthitheſim, ac ſi dicat. Quia hoſtis callidus fuit ad decipiendum, vos quoque prudentes eſtote ad detegendũ & repellendum illius inſidias. Ille laudauit lignum prohibitum, vos laudate Crucis virtutem: ille ambigua propoſitione primam mulierẽ decepit, vos autem prudẽtes eſtote & ſubtili conſideratione & reſolutione penſate omnia, probate ſpiritus ſi ex Deo ſint, quod bonum eſt tenete, ab omni ſpecie mali abſtinete vos. Et hanc aſtutiam cõmẽdat Paulus dicens: Videte fratres quomodò cautè ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes; redimentes tẽpus quoniam dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit volũtas Dei. Nam & ſerpens omnium animaliũ callidiſsimus nũcupatur, ita & vos contra vafram & aſtutam mundi prudentiam prudentes eſſe neceſſe eſt, ne quid præter voluntatem & gloriam Dei admittatis. & ſicut ſerpens magna cautione ſibi conſulit; ita & vos vobis proſpicite, ne quid veſtræ ſaluti diſpendium fiat. *Eſtote prudentes, &c.* Aſtutia ſerpẽtis hic in bono cõmendat, ppter rationes dictas, & tales qui ſic imitantur ſerpentis aſtutiam, ſignificantur per ſerpentem Moyſi, qui deuorauit ſerpentes Magorum: quia aſtutia ſpiritus deuorat aſtutiam, & ſapientiam mundi. Pſalm. 106. Omnis ſapientia eorum deuorata eſt, &, 1. Cor. 7. Perdam ſapientiam ſapientum, & prudentiam prudentium reprobabo. Obſerua. Serpens multum timet hominem nudum: & mali illos qui omnia pro Chriſto reliquerunt. Geneſ. 1. dicitur ad primos parentes antequàm haberent veſtes. Dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtijs terræ. Deponit pellem & non venenum, & tamen homo in ægritudine totus depilatus venenoſa vitia non deponit, cùm Epheſ. 4. dicatur: Deponite vos, ſecundùm priſtinam conuerſationem veterem hominem. Item caudam non curat, & nos natiuitatem noſtram viliſsimam, & mortem miſerrimam non conſideramus. Cùm Sapiens dicit: Memorare nouiſsima tua. Id eſt, extrema tua, hoc eſt, ortum & occaſum tuum, ſicut Sapiens dicebat: Sum quidem & ego mortalis homo ſimilis omnibus, & ex genere terreno illius qui primus formatus eſt, &c. Item ſerpẽs habet oculos à dextris & à ſiniſtris, & non ante: ſic nos conſideramus aduerſa à ſiniſtris, vt caueamus: proſpera à dextris, vt ea poſſideamus: præſentanea tamen animæ noſtræ pericula, quæ propter peccata noſtra nobis imminent, non videmus: cùm tamen Sapiẽs dicat: Palpebræ tuæ precedunt greſſus tuos. Item, venenum non reputat eſſe venenum, & nos peccata noſtra non reputamus eſſe aliquid, & iraſcimur ſi reprehendamur. Prouerb. 12. Qui odit increpationes, inſipiens eſt. Habet linguam bifurcatam, quæ ſignificat homines bilingues, de quibus Pſalm. ait: Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes. Pectore & ventre repit: & nos adheremus terrenis voluptatibus, ſecundùm illud Pſalm. Adhæſit in terra venter noſter: Puluerem terrę lingit. Eſai. Serpenti puluis panis eius. Et Pſalm. Inimici eius terram lingent. Auibus inſidiatur, ſic malus homo prædicatoribus. Thren 1. Expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorſum. Multum timet ſputum hominis ieiuni; ſic mali correctionem boni hominis ſobrij. Eccleſ. 28. Etſi ſpueris ſuper illam, id eſt, ſuper malitiam, extinguetur. *Et ſimplices ſicut columbæ.* De columbis fertur quòd reſident iuxtà fluenta aquarum, vt in aquis videant vmbram auiũ quæ per aërem volant, quæ ſi rapaces ſunt eas in vmbris agnoſcunt, ex quibus quędam prædas ſuas exercent in terra & non in aëre, quædam in aëre & non in terra. Igitur ſi ex illis eſt auis, cuius vmbram in aquis videt, quæ in terra prædantur, ad aëra volitat, & ſic effugit vngues eius: ſi autem ex illis eſt quæ in aëre rapit aues, in terra ſubmiſſa manet: Sic anima iuſti apud Scripturarum riuos rimatur dæmonum vmbras, quæ ſunt tentationes: quòd ſi ex aere vanitatis procedit, in terra ſe ſubmittit, conſiderans ſe puluerem ac cinerem eſſe: ſi autem demiſsiùs tentatur ita vt in deſperationem videatur labi, tunc alas extendit & ad magnificam Dei miſericordiam volitat, & ſic effugit dæmonum prędа fieri. *Simplices ſicut columbæ.* Albertus in hoc loco ſic applicat columbæ proprietates miniſtro. Oſculum inquit, habet oris in verborum dulcedine, felle caret amaritudinis, in hepate appetitionis, gemitũ deuotionis edit pro cantu vanitatis, venuſtatem conuerſationis pro pompa. Iuſtus ſecula-

Epheſ. 4. *Ariſto.* *Remigius.* *Diſsimile* *Similia.* *Pſal. 106.* *1. Cor. 7.* *Gen. 1.* *Epheſ. 4.* *Eccleſ. 7.* *Sap. 7.* *Prouer. 12.* *Pſal. 139.* *Pſal. 43.* *Eſai. 65.* *Pſal. 70.* *Thren. 1.* *Eccleſ. 28.* *Simile.* *Moralia.* *Albertus*

ſecularis, ſimplicitatem conuerſationis contra hypocriſeos vanitatem, cautelam ſuæ præſeruationis contra raptores & prædatores ſpirituales. Et alius Doctor ſic dicit. Quãdo creſcunt pullis plumę fugit maſculus in terram ſalſam, & quod fugit ponit in ore pullorum vt aſſueſcant cibo. Sic boni prædicatores debent eſſe ſal ſuorum diſcipulorum. Felle caret, circa fluenta reſidet, roſtro non lędit, cadaueribus non inſidet, potiora grana eligit: nam boni prædicatores Scripturas contemplantur, animarum zelo prędicant: non in felle amaritudinis, verbis non lædunt, ſed ædificant, â peccatorum cuneis, tanquàm à cadaueribus fugiunt, potiorem & ſaniorem doctrinam eligunt. Quare de
Eſai. 60. eis dicitur Eſai. 60. Qui ſunt hi qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas, id eſt, Eccleſias, vt ibi generent pullos ſpirituales. *Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes.* Serpens ſeruat caput, ne conteratur a percutientibus: ſic dæmon initia tentationis obſeruat ne illis reſiſtatur, donec creſcat in maius, & non facilè poſsit ei reſiſtere. Tu ergò caput eius (quod ipſa maximè cauet) contere, & obſta principijs, ne mala per longas conualeſcãt moras. *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.* Hoc eſt, quaſi prudentes eſtote ad intelligendas fraudes, ſimplices ad ignoſcendum iniurias. Iob
Iob. 1. dictus eſt ſimplex & rectus. Simplex colũbina ſimplicitate, rectus calliditate ſerpentis: nam Spiritus ſanctus in columbæ & ignis ſpecie apparuit, vt oſtenderet & ſimplicitatem, & zelum oportere quòd habeant, qui Spiritu Sancto ſunt pleni. *Cauete autem ab hominibus.* In hoc oportet vt ſitis prudentes ſicut ſerpentes: quoniam ſerpens callidè cauet ab hominibus, nam ideò dicitur callidior cæteris animalib⁹. Dico autẽ quòd caueatis, non à dæmonibus, non à lupis, non à ſerpentibus aut baſyliſcis, non à leopardis aut tigrib⁹; ſed ab hominib⁹: iſti quippè ſunt lupi, leones, ſerpentes ac dæmones. Vnde
Chryſoſt. Chryſoſto. hîc dicit: Suffecerat dicere, Attendite vobis, ſed, addit ab hominibus, quia præ omnibus malis eſt homo peſsimum malum. Vnaquæq; enim beſtia vnum, & illi proprium habet malum, homo autem omnia: nam homo per rationem plures poteſt inueſtigare modos nocẽdi, quam ſint inter cætera animalia. Taurus habet cornua, aquila vngues, leo brachia, ſerpentes virus; homo hæc omnia & plura alia: arma enim quę hominum liuor atque vindicta adinuenerunt; hæc omnia ſuperant. Plus enſis ſcindit, quam vngula laceret, plus lancea penetrat quàm cornua tauri, venenis mille modis nocet, in cibo, in potu, in lecto, in veſte, in aſpectu, in charta, vbicũq; voluerint venena propinant. Deniq; ab ipſo inferno ſulphureum ignem reuocauerunt, quem tormẽtis igneis propellentes, non ſolùm miſeros homines in fauillas redigũt, ſed & lapideas turres, ſed & caſtra horribiliter diruunt. *Cauete ergo ab hominibus.* Nam etſi pericula ſint in mari, in fluminibus, in itineribus, maiora inſunt damna in falſis fratribus. Quinimò, ait Chryſoſtom. homo malus peior eſt diabolo: quia diabolus non accedit ad ſanctum, ſed victus fugit ab eo: ſed homo malus iuſtum adoritur & ligat, & interficit eum: & ideò homo malus membrum & arma eſt diaboli: nam, vt ait Chryſoſto. Sicut homo *Idem.* ſine armis non poteſt aliquid cõtra hoſtes, ſic diabolus ſine homine nõ poteſt aliquid contra ſanctos. Vnde Ioan. 13. dicitur: Cùm *Ioan. 13.* diabolus iã miſiſſet in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Scariothis: tanquàm hoc per ſe ipſum diabolus facere nõ poſſet, vſus eſt Iuda, tãquã gladio ac inſtrumento ad tradẽdũ iuſtũ. Quod autẽ propter ingenium ac rationis adinuentiones ſit peior omnibus animalibus nociuis, Matth. 12. inſinuatur *Matth. 12.* cùm dicitur: Malus homo de malo theſauro cordis ſui profert mala. Habet enim theſaurum malorum, non vnum malum duntaxat. Vnde Clemens Alexandrinus in ſtromatis *Clemens Alexan.* ait: Rectè ab Indico Alexandro ſapiente dictum eſt, hoc ſolùm adhuc eſſe incognitum, *Indicus Alexãdr.* quantum malum ſit homo: nam (vt Plutarchus notat in libr. de Varijs corporis & animi morbis) etſi multis Chamaleõ coloribus *Plutarch.* opertus ſit, non ſuperat tamen illa ſua varietate hominum varietatem. Tam fallax eſt iſtud animalium genus. Vnde Prouerb. 12. *Prouer. 12.* dicitur: Dolus in corde cogitantium mala: intus enim ſuo ingenio tot fabricant homines mala in corde cuius ſolus Deus eſt inſpector ac cõſcius. Quare Hiere. 9. nos admo- *Hierem. 9.* net: Vnuſquiſque ſe à proximo ſuo cuſtodiat. *Tradent enim vos in concilijs, & in Synagogis ſuis flagellabunt vos, & ad Præſides & Reges ducemini propter me in teſtimonium illis & Gentibus.* In ſuis concilijs tradẽmini, vt cauſa veſtra examinet, & in Synagogis ſuis flagellabunt vos: quoniam hic mos erat inter Iudæos, flagellis animaduertere in eos, qui contra legem aliquid moliebãtur: quod Paulo quinquies contigit. Et inter gentes *2. Cor. 11.*

duce-

ducemini, de tribunali ad tribunalia Regũ, Imperatorum, Proconſulum, vt ſententiã mortis accipiatis: hoc autẽ erit propter me: quia à me miſsi eſtis, quia legati mei eſtis. *In teſtimonium illis & gentibus.* Quod dupliciter poteſt accipi. Primò ſimpliciter, vt ſit ſenſus. Hæc vobis contingent, vt ipſis Iudæis & Gentibus pro me teſtimonium perhibeatis, quòd tantò efficatius erit, quantò plura pro me tuleritis mala. Secundò, ſenſus eſſe poteſt. Hæc vobis contingent, vt ſit teſtimonium contra Iudæos & Gẽtiles, quã ta fuerit eorum durities & incredulitas, qui tot miraculis, beneficijs, tot exemplis lenitatis & patientiæ, tantæ doctrinæ aſſentiri non voluerunt. *Cùm autem tradent vos, nolite cogitare, quomodò aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis.* Hoc loco Anabap-
Anabaptiſta, & Mõtaniſta tiſtæ, & olim Montaniſtæ abutebãtur, quaſi nihil concionatori aut doctori præmeditandum ſit. Sed falſò ex hoc loco id iſti colligunt. Primũ, quoniam Chriſtus non loquitur de omni tẽpore, ſed de illa hora in qua tradendi ſunt in illa preſſura, in qua ignoratur quid à iudicibus loqueretur. Tunc enim non oportet ad humanum confugere ſtudium, ſed promptam tantùm voluntatem Chriſto, ac Spiritui ſancto offerre. Secundò, quia non ſimpliciter Dominus vetat quanlibet de defendenda veritate cogitationem aut meditationem, ſed ſolicitam tãtùm anxiam, & trepidantem: nam Græcè non ſimpliciter dicitur: Nolite cogitare, ſed, Ne ſi-
Matth 6. tis anxij & ſoliciti: nam idem verbum ponitur. ſicut ſupra. c. 6. vbi dicit: Quis veſtrũ cogitans poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam: vbi
Luc. 12. verbum quòd ponitur ſignificat anxiè cogitare. Et vbi Luc. 12. dicitur: Ponite in cordibus veſtris non præmeditari, verbum Græcum plus ſignificat, nempè cum cura & anxia ſolicitudine præcogitare: itaque non cogitationem aut meditationem prohibet, ſed
Chryſoſt. ſolicitudinem. Igitur ne ſoliciti ſitis quid loquamini: nam vt Chryſoſto. ait: Qui ſoliciti-
Prouer. 12. tus eſt quid loquatur, in ſua confidit ſapientia: & Prouerb. 12. dicitur: Qui confidit in cogitationibus ſuis corruet. Quod & Paulus
2. Cor. 3. confirmat dicens: Non quòd ſumus ſufficiẽtes cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Et Ec-
Eccleſ. 43. cleſ. 43. Multa dicimus & deficimus: in verbis, conſummatio ſermonum ipſe eſt. Nolite ergò cogitare quomodò, hoc eſt, de modò dicendi, culta & ornata oratione, vel minus culta: non enim attendit Deus ad ornatum verborũ, ſecundũ illud Iob. 41. Nõ parcã ei *Iob. 41.* verbis potentibus, & ad deprecandum cõpoſitis. Et Paul. ait: Sermo meus & prædi- *1. Cor. 2.* catio mea, non fuit perſuaſibilis humanę ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & veritatis. *Autquid loquamini.* Quaſi dicat, Nec de materia ſermonis ſitis ſoliciti: nam Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Pſalm. 54. ſed dic cum Eſai: *Pſal. 54.* Dñe, vim patior, reſponde pro me, quid dicã aut quid reſpondebo? *Dabitur enim vobis in* *Iacob. 1.* *illa hora.* A patre luminum, à quo omne datũ *Ambroſ.* optimum deſcendit. *Quid loquamini.* In illa hora, ait, quia neſcit tarda molimina Spiritus ſancti gratia. Et Iob. 7. dicitur: Viſitas *Iob. 7.* eum diluculo, & ſubitò probas illum. Et hoc adimpletum eſt Actor. 2. Cùm factus eſt repentè de cœlo ſonus, tanquàm aduenien- *Actor. 2.* tis ſpiritus vehementis. Nam & Luc. 21. dicit *Luc. 21.* eis Dominus: Dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere omnes aduerſarij veſtri, ſicut & Pſalm. 32. dicitur: Verbo *Pſal. 32.* Domini cæli firmati ſunt, id eſt, Apoſtoli. Quod in Beato Stephano adimpletum eſt: nam non poterant reſiſtere ſapientiæ, & ſpiritui qui loquebatur. Et in Beata Catherina martyre habemus exemplum, cui non poterant oratores reſiſterẽ. Et Dominus di-
Exod. 4. xit ad Moyſen: Quis fecit os hominis, aut quis fabricatus eſt mutum & ſurdum, videntem & cœcum? Nonne ego? Perge igitur, & ego ero in ore tuo, & docebo quid loquaris. Et Eccleſ. 15. Sapientiæ Dei adſtabit laus, & *Eccleſ. 15.* in ore fideli abundabit. Vnde Chryſoſtom. *Chryſoſt.* ſic ait: Ædificator poteſt præuidere quibus lignis indigeat, ſed tu neſcis qualis interrogatio futura ſit, præſertim cum diabolus in iudicibus loquatur: ita ſi ex vobis loquamini, ſecundùm verba reſpondebitis: ſi autem *Pſal. 45.* ex Spiritu, ſecundùm cogitatum: quare iacta cogitatum tuum in Domino, & ipſe te enutriet. Et. 1. Pet. 5. Omnem ſolicitudinẽ *1. Pet. 5.* veſtram proijcientes in eum: quoniam ipſi cura eſt vobis. *Quid loquamini.* Audiam quid *Zacha. 1.* loquatur in me Dominus Deus. Et Zacha. 1. Dixit ad me Angelus qui loquebatur in me. Nec mirùm ſi non ſitis ſoliciti de ſermone. *Non enim vos eſtis qui loquimini.* Vndè Hiero- *Hieron.* nym. Vos ad certamen acceſsiſtis, ſed ego prælior: vos verba traditis, ſed ego ſum qui loquor. *ſed ſpiritus Patris veſtri qui loquitur* *Interlin.* *in vobis.* veluti in organis, vt ait Gloſ. Interlinealis, & eſt modus loquendi: Nam ſicut

organa

organa remittunt modulationes ad nutum temperantis; ita homo loquitur ad voluntatem Patris inſpirantis.

D.Thom. Sed aduerte ex D.Thom. in hoc loco, q̃ omnis actio, quæ ex duobus cauſatur, quorum vnum eſt principale agens, ſecundum inſtrumentale, debet denominari à principaliori: itaque cùm Apoſtoli agerent inſtrumentaliter, Spiritus ſanctus principaliter, ideò tota actio videtur denominari à Spiritu ſancto. Videndum interim quòd aliquandò Spiritus ita mouet aliquẽ, vt perturbet rationem, aliquandò vt confortet: & hæc ſanè differentia eſt inter motum diaboli & Spiritus ſancti. Homo enim nõ eſt Dominus niſi per rationem qua liber efficitur: inde fit, vt quando ſecundùm rationem non mouetur, motus ille dicatur arreptitius: quãdo autem hic motus cum ratione contingit, tunc à Spiritu ſancto procedere dicitur: motus enim dæmoniacus rationem perturbat. Igitur etſi Apoſtoli à Spiritu ſancto loquerentur, remanebat tamen in eis ratio, nec arreptitij incognita verba fundebant. *Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filiũ, & inſurgent filij in parentes, & morte eos afficiẽt, & eritis odio hominibus omnibus propter nomen meum.* Hæc omnia nos ex martyrum hiſtorijs colligere poſſumus. Nam & pater beatæ Barbaræ ſua manu illam iugulauit, & multa ſimilia contigerunt illis: Tam dura quippè fidelium conditio futura eſt, vt etiam ea quæ alijs ſolent eſſe præſidio, futura ſint illis damno. Euthymius in Matth.

Euthym. ait: Per hos amiciſsimos, alios cognatos & familiares intelligit, qui omnem fauorem, amicitiam, imò & humanitatẽ depoſituri ſunt,

D.Thom. vt eos ſolius Fidei ratione perſequantur: Tãta eſt enim virtus fidei (inquit Tho. in Matthæũ) vt non niſi inter conſortes amicitiam

Hieron. firmam ſortiatur. Et Hierony. hîc ait: Hoc in perſequutionibus crebrò fieri videmus, nec vllus eſt inter eos fidus affectus, quorũ diuerſa eſt fides: ita nulla conuentio futura eſt inter Catholicos & hæreticos, qualemcumque ſibi pacem & conciliationem prin

Æſopus. cipes perſuadeant. Quis enim agnos lupis conciliauerit, ne fortè, vt eſt in Æſopi Apologo, vt pacis prætextu incautas oues deglu

Gregorius. bant & deuorent. Gregor. etiam in homil. ait: Cæterùm minorem dolorem ingerunt mala, quæ ab extraneis, maiorem quæ ab illis patimur, de quorum mentibus præſumebamus: quia cum damno corporis mala nos cruciant amiſſę charitatis: ita naturæ leges peruertentur, ſuccedent & omnia contra Deum, proximos, & conſanguineos. Hiere. *Hierem. 9.* 9. Vnuſquiſque ſe à proximo ſuo cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fidutiam: quia omnis frater ſupplantans ſupplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. Mich. 7. Omnes ſanguini inſidiantur, & *Mich. 7.* vir fratrem ſuum venatur ad mortem. Scribunt & Abelem à fratre occiſum eſſe: quod aſſereret contra Chain iudicium poſt mortem & infernum, ita propter cauſam fidei, frater fratris vitæ inſidiatus eſt. Mich. vlti. *Mich. vlt.* Filius contumeliam facit patri, filia conſurgit aduerſùs matrem ſuam, nurus cõtra ſocrum ſuam, & inimici hominis domeſtici eius. Hoc autem ſummum genus infelicitatis eſt, ab illis pati damna, à quibus debebas accipere beneficia, ſecundùm illud Pſalm. *Pſal. 54.* Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique, & ſi is qui oderat me ſuper me magna loquutus fuiſſet, abſcõdiſſem me forſitã ab eo: tu verò homo vnanimis dux meus, & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos. Et Pſalm. 40. *Pſalm. 40.* Homo pacis meę in quo ſperaui, qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem. Vnde Chryſoſtom. dicit. Si *Chryſ.* in natura deficit amicitia, quomodò inuenietur extra naturam? Hinc illud Ouidij. *Ouidius Verſus.*

Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Fratrum quoq; gratia rara eſt. Hinc illud Zacha. Dicent ei pater eius & mater eius, *Zach. 13.* qui genuerunt eum, Non viues quia mendacium loquutus es. Cùm autem dicit in tertia perſona. *Et morte eos afficient*: datur intelligere quòd non de Apoſtolis, ſed de martyribus loquatur. *Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.* Omnibus dicit, hoc eſt, multis: vel vt ſit diſtributio accommoda pro generibus ſingulorum, id eſt, omni generi hominum, viris ac mulieribus, maioribus, ac minoribus, Græcis, ac barbaris. Vnde Ioann. 15. dicit eis Dominus: Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis *Ioan. 15.* odio habuit. Si enim de mundo fuiſſetis, mũdus, quod ſuum erat diligeret. Et Iacob. 4. *Iacob. 4.* dicitur: Quicumq; voluerit eſſe amicus huius mundi, inimicus Dei conſtituitur. *Qui autem perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit.* In exemplaribus Græcis eſt, Qui ſuſtinuerit. Loquitur enim Dominus de his tribulationibus, quas dicit illos paſſuros, in quibus oportet ſuſtinentiam ſeruare vſq; in finem: *Acto. 14.* nam qui in eis deficit, non ſaluabitur. Itaque oportet perſequutiones pati; quoniam per multas

multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei, & perſeuerare in eis vſque

Luc. 21. in finem: id enim vult Dominus apud Lucam cùm ait: In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Hoc eſt, in ſuſtinentia harum paſsionum vſque ad mortem. Sed quoniam de perſeuerantia in quibuſcunque bonis operibus, etiam verificatur hæc ſententia, ideò & de hac eam intelligere vtile erit:

Chryſoſt. nam vt Chryſoſt. dicit: Aſſueuerunt multi in initio feruentes eſſe, in fine remitti & diſſolui. Quæ vtilitas eſt ſeminum primò

Hieron. florẽtium, poſteà autem tabeſcentium? Hieronym. etiam contra Iouinianum ait: Incipere multorum eſt, perſeuerare paucorum.

Chryſoſto. Et Chryſoſtom. Semper in Principio delectatio eſt, in fine probatio. Quod propter Deum fit, æternum eſt, ſicut Deus æternus

Ezech. 9. eſt. Apud Ezechiel. cap. 9. dicitur: Omnem ſuper quem videritis Thau, ne occidatis. Thau eſt vltima litera in Alphabeto Hebręo, & habet formam crucis & ſignificat

Leuit. 3. perſeuerantiam in pœnitentia: & cauda animalis præcipiebatur efferri: quoniam illud eſt ſacrificium ſalutare, quòd durat vſque ad extremum vitæ: id enim ſignificat fi

Chryſoſto. nem, ait Chryſoſto. Omnẽ vitam nõ duos

Gen. 37. aut tres annos. Tunica polymita, id eſt, diuerſarum colorum, quam fecit Iacob filio ſuo, quæ ſignificat veſtem diuerſarum virtutum, talaris erat: quoniam vſque ad talos, & extrema vitæ debemus perſeuerare in virtutibus: & veſtis ſacerdotalis dicebatur

Sap. 18. poderis, id eſt, vſque ad pedes. Nam ſi cecidit lignum ad Auſtrũ aut ad Aquilonem,

Eccleſ. 11. in quocunque loco ceciderit ibi erit. Vnde ſi te in bono occupauerit mors, ſaluus eris,

Hieron. alioquin peribis: nam, vt ait Hiero. hîc: Non cepiſſe ſed perſeueraſſe, virtutis eſt. Et Apo

Apocal. 2 caly. 2. dicitur: Eſto fidelis vſque ad mortẽ, & dabo tibi coronam vitæ: nec qui manum

Luc. 9. mittit ad aratrum & reſpicit retrò, eſt aptus regno Dei. Sed dices: Nunquid perſeuerantia eſt in præcepto? Reſpondetur quòd ſic.

An perſeuerãtia ſit in præcepto. Quòd ſi arguas, ergò nullus reprobus habet gratiam in præſenti: quia transgreditur perſeuerantiæ præceptum. Reſpondetur, quòd duplex eſt perſeuerantia, vna eſt continuatio in bonis operibus, & ad hanc nullus tenetur: ſed eſt alia perſeuerantia, quæ dicit propoſitum ſeu voluntatem benè agendi, & obediendi diuinis præceptis, & de hac loquimur quòd ſit neceſſaria vſque in finem, ne opere contrario aliquandò ab ea deſciſ-

Exod. 39. cere: nam in ora ſacerdotalis veſtis erant malogranata, quæ coronam habent, & ſignificant præmium quod in fine conſiſtit. *Al fin ſe canta la gloria.* Et de hac intelligitur illud nuper citatum, ex Luc. cap. 21: In patien *Luc. 21.* tia veſtra poſſidebitis animas veſtras: Vbi dicit Gloſ. Dum nobis dominari diſcimus, *Gloſ.* hoc ipſum incipimus poſſidere quod ſumus. Mali quidem corda, id eſt, animas quarum vſum non habent, amiſerunt. Oſeæ. 7. *Oſeæ. 7.* Ephraim factus eſt quaſi columba ſeducta, non habens cor. Hinc Eſai. 42. dicitur ma- *Eſai.* lis: Redite præuaricatores ad cor, quod, ſcilicet, amiſeratis. Vnde Beda de bono perſe- *Beda.* uerantiæ dicit: Perſeuerantia ſola meretur viribus gloriam, coronam virtutibus; prorſus abſque perſeuerantia, nec qui pugnat victoriam, nec victor palmam conſequitur. Vigor virium, virtutum eſt confirmatio, nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium: Soror eſt patientiæ, conſtantiæ filia, amica pacis, amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculum, ſanctitatis propugnaculum. Perſeuerantiam tolle, nec obſequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo: denique, Nõ qui cœperit, ſed qui perſeuerauerit ſaluus erit. Saul cùm eſſet paruulus in oculis ſuis, rex eſt ſuper Iſraël *1. Reg. 15.* conſtitutus, non perſeuerans in humilitate regnum amiſit & vitam. Si cautela Sanſo- *Iudic. 16.* nis, ſi deuotio Salomonis perſeuerantiam re- *1. Reg. 11.* tinuiſſent, nec hic ſapientia priuaretur, nec ille viribus. Hactenus Beda. Igitur, ſicut D. *D. Thom.* Thom. docet, multis datur gratia, quibus non datur perſeuerare in ea. Eſt autem tantum donum perſeuerantia in gratia vſq; ad mortem, vt non cadat ſub merito, poſſit tamen precibus impetrari. Hæc D. Thom. in fin. 1. 2. *Cùm autem perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliã. Amẽ dico vobis, non conſummabitis ciuitates Iſrael, donec veniat Filius hominis.* Fuga hæc dupliciter intelligi poteſt ſecundùm diuerſas conſiderationes: nã quatenùs per fugam declinantur perſequutiones, doctrina hæc Chriſti, non tam præceptum eſt, quàm permiſsio atque licentia, qua hominum fragilitati videtur conniuere Dominus. Cæterùm quatenus per fugam prædicatio Euangelij indignis ſubtrahitur, vt dignis communicetur, & latè propagetur, iam vim præcepti videtur induere, quod Apoſtolos eisque ſimiles ligat. Et licet in vtraque conſideratione appareat Dominũ hanc doctrinam ſtatuiſſe, tamen magis videtur reſpexiſſe Dominum ad hoc, quòd per fugam aut migrationem de ciuitate in ciuitatem

tatem Euangelium extendatur, & in plures diſſeminetur, & indignis ſubtractum dignis prædicetur: nam & ſequens ſententia id videtur inſinuare, qua datur intelligi ſemper locum aliquem inueniri poſſe in quo prædicetur Euangelium. Deindè non abſolutè dicit Dominus, Fugite, ſed fugite in aliam ciuitatem, vt in ea, ſcilicet, prædicetis Euangelium. Sed vt hæc Domini doctrina clarius conſtet, obſeruandum eſt, quandoque quidem eſſe illicitam fugam perſequutionum propter fidem aut iuſtitiam, quandoque verò non ſolùm licitam & laudabilem, ſed & præceptam & neceſſariam: rurſum licitam quidem nonnunquam, non tamen multum laudabilem aut neceſſariam. Nam ſi ex fuga alicuius aliqui grauiter ſcandalizarentur, iuſtitia opprimeretur, oues periclitarentur, & veritatis authoritas minueretur, aut ſacramentorum adminiſtratio dimitteretur, iam tunc peccatum mortale eſſet fugere. Quandò vero nullum tale periculum timetur, & qui fugit eſt vir probus, doctus, præſenti neceſsitati Eccleſiæ maximè accommodus, & qui ſufficientem vicarium relinquit, & in alias ciuitates ad quas fugit poteſt vtilis eſſe, iam neceſſaria eſt eius fuga: nam & hoc modò fugit è Damaſco
2. Cor. 11. Paulus, dimiſſus per ſportam è muro ciuitatis. Idem ſentiendum de eo qui fugit, tantùm vt det locum iræ, & ſaluti alterius
Verſus. conſulat. Nam, vt Philoſophus docet.

Dùm furor in curſu eſt, currenti cede furori.

3. Reg. 29. Sic enim & Iacob fugit Eſau, & Labã, & Da
& 31. uid Saulem: & Helias Iezabelem. Cùm
Geneſ. 29. autem quis fugit ex ſolo timore ruinæ propter propriam infirmitatem, licitè quidem fugit, quamuis vt in plurimuum infirmitatem aliquam denotet. Proinde non eſt
Tertul. audiendus Tertullianus in Lib. de Fuga, in perſequutione, in quo docet nullo modò licere fugam, ſed fortiter pro Chriſto mo-
Hieron. riendum eſſe: quem tamen taxat Diuus Hieronymus in libro de Eccleſiaſti. Scriptura, dicens: Nominatim aduerſùs Eccleſiam id aſſeruiſſe Tertullianum, cùm conſtet Chriſtianos in perſequutionibus poſſe fugere. *Amen dico vobis, non conſummabitis ciuitates Iſrael, donec veniat Filius hominis.* Hæc ſententia difficilis eſt, quam Chry-
Chryſoſt. ſoſtomus, & Hieronymus intelligunt, de
Hierony. prima miſsione qua tunc Apoſtoli mittebantur ad prædicandum. Sed tamen cũ poſt Aſcenſionem conſtet, Apoſtolos de vna in aliam ciuitatem fugiſſe, etiam ad ſecundam legationem poſt Chriſti abſceſſum referenda ſunt, præcipuè cùm ponantur inter alia præcepta, quæ eis Dominus pro ſecunda legatione indicit. Vndè Diuus Auguſtinus, & alij ſic intelligunt, ſicut & quod ſequitur. *Nolite timere eos qui occidunt corpus.* Hilarius ergò intelligit ſig- Hilarius.
nificari, ideò ſemper fugiendum de vna ciuitate in aliam, quòd ciuitates Iſraël, hoc eſt, populus Iſraeliticus, non ſit perficiendus in fide, niſi poſtquam plenitudo Gentium intrauerit, & iam adſit tempus ſecundi Aduentus Domini. Vnde, Conſummare, pro perficere accipitur, & aduerbium, Donec, in tota ſua ſignificatione, vſque ad ſecundum Chriſti Aduentum. Rupertus
verò, qui etiam hìc de ſecundo Aduen- Rupertus.
tu intelligit, ciuitates Iſraël accipit, non tantùm pro ciuitatibus Iſraël carnalibus, ſed pro omnibus ciuitatibus fidelium, qui tunc Iſraël ſpiritualis erunt: Nam cùm Dominus ſolis ciuitatibus Iſraël dixerit prædicandum, & de vna in aliam fugiendum, poterant dicere Apoſtoli: Sì ab omnibus expellemur, in quam domum fugiendum erit? Cui tacitæ obiectioni reſpondit Dominus, vſque ad diem iudicij ſemper fore aliquas ciuitates Iſraël, ad quas confugere poſsint, nec prius eos ciuitates omnes Iſraël perambulaturos, quàm iam aduenerit tempus iudicij: oportet enim
Mich. 24. Euangelium prædicari in vniuerſo orbe,
Chryſ. & tunc veniet conſummatio. Chryſoſtomus tamen accipit verbum, Conſummare, pro hoc, quòd eſt perambulare omnes ciuitates Iſraël, & Donec, pro hoc quod eſt antequam, id eſt, Non conſummabitis ciuitates Iſraël, antequam veniat Filius hominis. Vt ſi diceres (ait Titelma- Titelmanus.
nus) homini cui multos cibos in men- Simile.
ſa ponis, non conſummabis omnia hæc fercula, donec ſatieris ad nauſeam, pro eo quòd eſt dicere, Prius vſque ad nauſeam ſatiaberis, quam omnia hæc fercula conſumas. Igitur, Chryſoſtomus ſu- Chryſoſt.
mendo in his ſenſibus has dictiones, ſic hanc ſententiam explicat, & interpretatur. Non poteritis Paleſtinam prius circuire, quàm ego ad vos veniam. Id eſt dicere: Ego prius ad vos veniam, vobiſque adero vos conſolaturus & adiuturos, quàm omnes ciuitates Iſraël peragraueritis. Et hoc ne timerent aliquandò eos defuturas ciuitates Iſraël ad fugiendum, ad quas ſolas

tunc

tunc mittebantur. Hæc interpretatio ſimplicior & aptior huic loco videtur: licet videatur obſtare, quòd poſtea reuerſi diſcipuli dicuntur conueniſſe ad Ieſum,
Caieta. non autem Ieſus veniſſe ad eos. Vnde Caietanus, quod dicitur de Aduentu Filij hominis, intelligit de aduentu eius ad Apoſtolos poſt Reſurrectionem, vt ſit ſenſus: Non perfectè circumibitis omnes ciuitates Iſraël, niſi cum rurſus venero ad
Ioann. 14. vos immortalis. De quo aduentu apud Ioannem dicitur: Non vos relinquam orphanos, vado & venio ad vos. Et certè hi duo ſenſus tàm Chryſoſtomi quàm Caietani ſimpliciores apparent: quibus con-
Patablus. ſonant verba Græca, quæ ſecundùm Vatablum ſic dicunt: Non abſolueritis, quin
Anſelm. ego vos ſubſequar. Anſelmus cum Caie-
Caieta. tano explicat hunc locum & addit. Nolite putare Iudæos in hac prima miſsione labori veſtro non ſufficere: quia certè in eis ſatis reſtabit vobis opus vſque ad aliam miſsionem, quandò mittam vos ad Gen-
Marci. 16. tes, quod erit poſt Reſurrectionem, cũ eis præcipitur: Ite prædicate Euangelium omni creaturæ. Cui videtur etiam conſonare quod Lucæ. 10. dicitur de Septua-
Luc. 10. ginta duobus, quod miſit eos binos ante faciem ſuam, in omnem ciuitatem & locum quò erat ipſe venturus. Ac ſi eis diceret: Nolite timere quod vobis defficiant ciuitates ad fugiendum: nam antequam eas finiatis ego vobis adero immortalis & mittam ad Gentes. Vel ego ſubſequar vos conſolaturus vos. Elige ex eis ſenſibus illumqui tibi plus arridet.

Hieronymus & Anſelmus ſic ſpiritualiter hanc ſententiam intelligunt. Cùm
Hieron. Anſel. Moralitas perſequuti vos fuerint hæretici, vel Iudæi in vna ciuitate, in vno Scripturarum libro vel teſtimonio, fugiamus ad aliam ciuitatem, id eſt, ad aliud teſtimonium: vel ad alias ciuitates, id eſt, ad alia volumina. Quantumuis contentioſus fuerit perſequu
Hebr. 3. tor, antè præſidiũ Saluatoris adueniet quã aduerſarijs victoria concedatur. Vel hæc fuga de ciuitate in ciuitatẽ, oſtendit nos nõ habere hìc manentẽ ciuitatẽ, ſed eſſe peregrinos & hoſpites ſuper terram. *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrũ, nec ſeruus ſuper dominũ ſuũ. Sufficit diſcipulo ſi ſit ſicut magiſter eius, & ſeruo ſicut dñs eius. Si patrẽfamiliàs Beelzebub vocauerũt, quãto magis domeſticos eius?* Poſtquã Apoſtolis præcepta indixit, quę in prædicatione Euangelij ſeruare debere̅t, & prædixit mala quę conſequutura erãt eorũ legationẽ, nũc eos confortat exhortãdo, vt ſuſtineãt mala quæ eis imminere debeãt. Et quoniã duo ſunt genera malorũ magis horribilia, nẽpe ea quę aduerſantur honori & vitæ, quæ ſunt bona plus ab hominibus amabilia, timorẽ horũ malorũ ab eis excutere nititur exẽplo ſui, triplici cõparatione adiecta interſe & Apoſtolos. Prima eſt, quia ipſe Magiſter, illi diſcipuli. Secũda, quia ipſe dñs, illi ſerui. Tertia, quia ipſe paterfamilias, illi domeſtici. Quas tñ modeſtè profert nõ dicẽdo ſe dñũ & illos ſeruos, ſed in prima perſona. *Nõ eſt diſcipulus ſuper magiſtrũ.* Vt cũ viderint ipſum Dominũ flagellatũ, crucifixũ & occiſum, non timeant diſcipuli & ſeruí. *Nã ſi patrẽfamiliàs Beelzebub vocauerũt, quãto magis domeſticos eius.* Tacet modò ea quę in corpore deberet pati, & ad ea quę in honorẽ perpeti deberet, ſe trãſfert. Ac ſi diceret: Si me patrẽfamiliàs tãto dedecore dehoneſtauerunt, vt me dicerẽt incantatorem, magum, in Beelzebub eijcientẽ dęmonia, quãtò magis vos infamabũt? Et verè prædicit Dñs ꝙ rei probauit euẽtus: quoniã tanquãmagi ac præſtrigiatores habiti ſunt Chriſtiani, vt in hiſtorijs martyrũ patet. *Si patrẽfamiliàs Beelzebub vocauerũt.* Albertus Magnus Albertus Magnus.
in Matth. tria hæc Chriſti nomina cõfert, quòd ſit Magiſter, Dominus, & Paterfamilias, quòdq; nos ſimus diſcipuli, ſerui, do- Moralitas.
meſtici. Secundũ illuminationẽ mẽtis Ma
giſter eſt. Vos vocatis me Magiſter & Do Ioann. 13.
minus, & bene dicitis, ſum etenim. Secundũ obedientiam operis Dominus eſt: Si ego Malach. 1.
Dominus, vbi eſt timor meus. Secundùm præeminentiam generis Pater, ſecundùm quod nos ipſius genus ſumus. Nos autem ſecundùm doctrinam veritatis eius ſumus diſcipuli. Vnde à principio naſcentis Eccleſiæ, Chriſtiani, diſcipuli vocabantur.

Secundùm coertionem poteſtatis ſumus
ſerui. Paulus ſeruus Ieſu Chriſti: ſecundùm Ad Ro. 1.
bonitatem aſſimilationis & originis ſumus domeſtici. Eſtis ciues Sanctorum & dome- Epheſ. 2.
ſtici eius. Porrò familia illius Eccleſia eſt, cuius & ille Pater eſt: non quòd, vt volebat Praxeas, teſte Tertulliano cõtra eundem, Tertul.
idem ſit Pater qui & Filius, ſiquidem Chriſtus non in ratione diuinæ relationis ſeu perſonæ dicitur Pater, ſed in comparatione ad nos. Filius eſt Patris æterni, ſed Pater noſter eſt: quia nos creauit, reformauit, in ſemetipſo paſcit, & paterno amore diligit,

ligit. Regnabit in domo Iacob, ait Angelus, Luc. 2. Domus enim Iacob Eccleſia *Luc.2.*
eſt: quam ille regit & moderatur, vt paterfamilias. *Beelzebub*. Obſerua. Bel pater Nini condidit Niniuem, cui idolum à filio ſtatutum Bel dictum eſt, à quo Gentes idola Bel Babylonij, Baal Paleſtini, Belphegor, Moabitæ vocauerunt, quòd Iudæi inderiſionem, Beelzebub, hoc eſt, virum, magiſtrum ſeu dominum muſcarum dixerunt: propter muſcas quæ in cruore immolatitii ſanguinis inſederunt, & hic erat Deus Acharon vna ex ciuitatibus Philiſthinorum, & hunc dæmonem Iudæi Chriſto attribuerunt tanquàm in eo ſigna faceret. Quòd certè ſolatium mihi non minimum eſt, cùm propter veritatem aliquid pati neceſſe eſſe video. *Notat.*
Aduertere quippe debent omnes verbi Dei prædicatores, quòd non ſolùm apud infideles vel hereticos pati debent opprobria propter verbum Dei, verùmetiam apud ipſoſmet Chriſtianos, qui quantumuis Chriſto Domino credant, eiuſque amplectantur veritatem, tamen ſi ipſos veritas ſua tantillum vulnerat, aut tangit, fumigabunt certè ſicut montes: nam vt Diuus Auguſtinus in ſuis confeſsionibus docet, licet homines ament veritatem, non tamen quando ipſos prodit. Ait enim: Diligunt eam lucentem, odio habent eam redarguentem: diligunt eam cùm ſe prodit, odio habent eam cùm ipſos prodit. Quare ſtatim conuitia, improperia, dicteria, falſa teſtimonia contra prædicatorem iaculant, & ab hac ciuitate facient illum fugere in aliam: prælatum ſuum adibunt, epiſtolas ad Prouincialem mittunt, quibus eum perterreant, ne talem fratrem in illa ciuitate patiatur habitare, ni velit aliquod magnum accidere malum: quoniam liberè & parum prudenter in concionibus ſe habet. Tunc ego cùm huiuſmodi res mihi accidit (non enim ſemel talia mihi contigerunt) hæc verba ex ſinu profero, mihique & alijs prædico. *Si patremfamiliàs Beelzebub vocauerunt, quanto magis domeſticos eius? Si me perſequuti ſunt & vos perſequentur.* Satis mihi eſt ſi ſim ſicut Magiſter ac Dominus meus, & ſic nihil vereor, nec eorum ira perterritus Euangelica veritates tacebo, ſed quod infert Dominus facio. *Ne ergo timueritis* *Auguſt.* *Ariſto.*
eos. Nam ſicut dicit Ariſtoteles: Mors pro virtute illata eligibilior eſt, forti quã ſalus. Et Eſaiæ. 8. dicitur: Timorem autem eorum ne timueritis, Dominum autem ſanctificate in cordibus veſtris. Et *Eſai.8.*
capit. 51. Nolite timere opprobria hominum, & blasphemias eorum ne metuatis. Et. 1. Machabæorum. 2. A verbis viri peccatoris ne timueritis, cuius gloria ſtercus & vermis eſt. Hodie extollitur, & cras non inuenietur: quia conuerſus eſt in terram. Et rurſus Eſai. cap. 51. Quis tu, vt timeas ab homine mortali, qui quaſi fœnum ita areſcit? *Nihil enim eſt opertum quòd non reuelabitur, nec occultum quod non ſciatur.* Diſcipulos roborare in tribulationibus miſſus eſt Dominus exemplo ſui, nunc eos confortat ex hoc quòd in finali Iudicio veritas pateſiet: nam & eorum inocentia & aduerſariorum nequitia in omnium oculis manifeſta erit. Nam in illo die omne in hoc mundo opertum detegetur, & omne in hoc mundo occultum ſcietur, ac per hoc redibit honor ac gloria veſtra cum confuſione perſequutorum veſtrorum. Vnde Hieronymus hîc ait: Senſus eſt. Nolite timere perſequutorum ſæuitiam, nec emulemini ſimulatores: quia veniet dies Iudicij in quo & veſtra virtus & eorum nequitia demonſtrabitur. Ideò quippè dicitur, quòd veritas eſt filia temporis: nam ſaltem in illo die in lucem coram omnibus prodiet. Vndè aliqui hoc ꝓ dicit: Nihil opertum quòd non reueletur, ad bonos re ferunt: & illud, Occultum quod nõ ſcietur, ad malos, vt dicit Gloſ. Interlinealis. Et poteſt opertum referri ad cogitationes, & Nec occultũ, ad opera, vt Paulus videtur dicere: Nolite ante tempus *Eſai.51.* *1.Mach.2.* *Eſai. 51.* *Hieron.* *Interlin.* *1. Cor. 4.*
iudicare, quouſque veniat Dominus qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Et Pſalm. 75. Cogitatio hominis confitebitur tibi. Et Malachiæ vltimo dicitur: Dies Domini non relinquet in eis radicem nec germen. Per radicem, cogitatio, à qua velut à radice procedit germen operis, intelligitur: vt ſit ſenſus, quòd nec cogitationem nec opus impunita relinquet Dominus in illo die. Et Danielis. 7. dicitur: Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt: Tunc enim legentur ſcripta malorum, ſicut modo in actibus publicis Inquiſitores faciunt, & relator erit propria conſcientia. *Nihil opertum quòd non reuelabitur, nec occultum quod non ſcietur.* Opertum, ait Albertus *Pſalm.75.* *Malac.vl.* *Daniel.7.* *Albertus.*
hîc,

hîc, eſt quod alio tegente abſconditur: occultum autem quod latet per ſe ipſum, & hæc duo veritatis manifeſtationem impediunt. Senſus carnalis eſt primum: nam quaſi tegumentum impedit ne veritas pateat: ſecundum autem eſt altitudo ipſa myſteriorum, quæ noſtræ mentis aciem multum ſuperat: eſt quippè ad illa intellectus noſter, ſicut in Pſalmo dicitur: Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt & non potero ad eam. In die Iudicij hæc impedimenta auferentur: nam anima exuta à carnalibus ſenſibus, in ſe ipſam perſpicietveritatem, ablato ſenſuum velamine, & in omnibus veritas vincet ſua fortitudine, ſeſeque omnibus inſinuabit: nam & Paulus dicit, auferendum eſſe velamen aliquandò à cordibus. Et. 2. Eſdræ. 4. Quòd veritas ſuper omnia vin- *2.Eſdr.4.*
cit: & Sophoniæ. 1. dicit Deus: Scrutabor *Sopho. 1.*
Hieruſalem in lucernis: quia illuminabit tunc tenebras noſtras, vt nihil in tenebris maneat abſconditum. Igitur, ait Dominus, confidite quia quod modò opertum eſt, tandem vincente vbique veritate apertum erit, & hic fructus vos conſtantes faciat. Item quod modò opertum eſt, & ideò verecundum, in die Iudicij erit omnibus honore digniſsimum: nam & Paul. dicit, Quòd ſi opertum eſt Euangelium noſtrum, in his qui pereunt opertum eſt, in quibus Deus huius ſeculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat in eis illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei inuiſibilis. Et ſimiliter intelligendum eſt quod ſequitur. *Et occultum quod non ſcietur.* Quia quod modò in profunditate myſterij eſt occultum, poſt modicum dato Spiritu ſancto multis erit manifeſtum. Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei, vt *1.Cor.2.*
dicitur. 1. Corint. 2. Et tandem in Iudicio extremo ſplendebit Euãgelij gloria, quę modò ignorata confuſio reputatur: tunc *Sapien.5.*
enim dicent & impij: Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore: ecce quomodò computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt: ergo ne timeatis, ſed potius: *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta.* Iam ex hac ratione etiam diſcipulorum animos roborat: nam poſſent peſsimi homines Chriſti diſcipulis imponere, quòd occultè doceant atque tanquàm malè agentes aut docentes fugiant lucem: ad quod hic reſpondet Dominus. Nè timeatis eos: non enim poterunt dicere veſtram doctrinam eſſe ſuſpectam, eò quòd occultè doceatur: Nam vobis mando, vt ſi quid ſeorſum vobis ſolis dixi, palàm omnibus annũcietis: *Ioann.18.*
nihil enim quantumuis ſecretè Dominus diſcipulos ſuos docuit, quod non voluerit omnibus palàm fieri ſuo tempore: & ideó potuit Dominus dicere: Ego in occulto loquutus ſum nihil: nam & ſi quid ſeorſum diſcipulos meos docui, modò tamen volui vt ſuo tempore omnibus annuncient atque manifeſtent. Adeò enim clara nitidaque doctrina Euangelica eſt, vt non oporteat eam erubeſcere, ſed abſque rubore vllo omnibus illam prædicare. Sic enim & Paulus dicebat: Non erubeſco Euangelium, virtus enim Dei eſt *Roma.1.*
in ſalutem omni credenti. In his autem loquutionibus, In tenebris, in lumine, in aure, ſuper tecta, hyperbole eſt, & metaphora: in tenebris enim dixit, & in aure, pro priuatim & ſecretò: ſic in lumine, & ſuper tecta, pro hoc quod eſt palàm & omnibus. Loquitur autem ſecundùm morem Prouintiæ Paleſtinæ, vbi ſolent in tectis reſidere: quia non ſunt cacuminata, ſed æqualia. Vel ſecundùm Chryſoſtomum, Quod dico vobis in tene- *Chryſoſto.*
bris, dicite in lumine, id eſt, quod dico vobis obſcurè, & ſub ænigmate, prædicate apertè. Ad hoc enim miſi vos inter lupos, *Luc. 10.*
vt per apertam prędicationem eos faciatis agnos. Vnde Chryſoſtomus dicit: Non ſolùm ille proditor eſt veritatis, qui mendacium pro veritate loquitur: ſed etiam qui non liberè pronunciat veritatem quam pronũciare oportet, aut non liberè defendit veritatẽ quã defendere oportet. Iſtud ſacerdotũ eſt, illud autẽ laicorũ. Itẽ tacere veritatẽ corã infidelibus, multi nõ putãt peccatum. *Et nolite timere eos qui occidunt corpus; animam autem non poſſunt occidere, ſed potius timete eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam.* Poſtquàm timorẽ de honorationis à diſcipulis ſuis longè fecit, iam mortis timorẽ vult ab eis depellere, monens, ne occiſores corporis timeamus, qui nec vltrà progredi poſſunt ad animam, quæ eſt potior hominis pars, cùm corpus tandem in corruptionem deberet venire, non autem poſſunt animam lędere, nec ab ea gratiam, aut *Chryſoſt.*

gloriam auferre. Eſt enim triplex vita animæ, nempè vita naturæ eius, ſecundùm quam eſt immortalis & incorruptibilis: vita gratiæ, quam ſolus homo per peccatum aufert: vita gloriæ, & fœlicitatis æternæ, quam vt ſolus Deus confert, ita ſolus Deus aufert, qui ſolus animas hominum condemnat & beat. Vnde D. Auguſtinus ſuper Pſalm. 51. in illum Verſum: Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate, ait: Qui potens eſt, cur potentiam ſuam in operando malum oſtendere ſatagit? facere enim malum viliſſima operatio eſt. Ædificare domum magnum eſt, deſtruere quilibet poteſt, ſuſcipere infantem natum, nutrire, educare, ad iuuenilem ætatem prouehere, magnum officium eſt; occidere verò illum vno puncto temporis quiuis poteſt. Quid ergò gloriaris, quia potens es in malo? Multum te iactas. Occiſurus es hominem, hoc & ſcorpius, hoc & cantharides, & vna febris facit. Sicut nouacula acuta feciſti dolum. Ecce quid faciunt Sanctis mali. Capillos radunt. Capilli ſuperfluum corporis ſunt, qui abſque leſione ſcinduntur, & ſignificant temporalia, quæ iuſti tanquàm ſuperflua reſpuunt: decaluant illos, & faciunt illos filios Chore, hoc eſt, calui, illius nempe qui in Caluario occiſus eſt, & cui exprobrando dicebat populus ille pueris ſimilis, Aſcende calue, aſcende calue. Illi autem qui temporalia, vel voluntariè reliquerunt, vel patienter ablata ſuſtulerunt, vt Iob, filij ſunt illius, qui nudus in Caluario pependit, non habens vbi reclinaret caput ſuum. Sed capilli ſunt ad ornatum animæ: nam ea diſpergunt, & dant pauperibus, nudum induentes, famelicum paſcentes, vt faciebat Iob & Martyres, corpora ſua propter Chriſtum poſtrabant. Quare mulier illa laudatur quæ lacrymis rigauit pedes Domini, & capillis capitis ſui terſit: Nam cùm miſereris pauperi, tanquàm lacrymas fundis, cùm ſubenis, capillis tergis, hoc eſt temporalibus adiuuas, ergo acuat nouaculam ſuam Doec Idumeus potentiſsimus paſtorum Saul, in quem Pſalmus ille editus eſt, quia fecit occidere Sacerdotes Domini. Acuat, inquam, nouaculam ſuam perſequutor tyrannus, acuat dolum quantum poteſt, ablaturus eſt ſuperflua temporalia, nunquid neceſſaria ſempiterna?

Auguſt. — *Moralitas* — *4. Reg. 2.* — *Leuit. 7.*

Minimè. Sed poterit dicere, quod ille Philoſophus quem in mortariolo fecit contundere tyrannus. Tunde manticam vel vaſculum Anaxarchij: nam ipſum Anaxarcum non lædis. *Nolite ergo timere eos qui occidunt corpus, & amplius non poſſunt nocere.* Nam & Deus non fecit copiam Satanæ aduerſùs Iob, niſi ſuper corpus, quin potius præcepit illi, vt animam eius ſeruaret: & aduerſarius ipſe, cùm hæc damna temporalia peteret vt inferrentur ipſi Iob, ſic loquutus eſt: Extende paululum manum tuam ſuper eum. Paululum dicit: quoniam minimum damnum eſt, quod in temporalibus fit, inter quæ connumeratur & vita. Quare Diuus Auguſtinus libro. 1. de ciuitate Dei. cap. 10. ait, quòd boni dum temporalia amittunt, nihil perdunt: quia non perdunt bona ſua, quæ ſunt virtutes, non enim habent pro bonis temporalia, nec hîc habent theſaurum ſuum, ſed vbi eſt cor ſuum. Et adducit exemplum de Paulino Epiſcopo Nolenſi, qui ex diuite pauper factus eſt pro Chriſto, dum barbari ipſam Nolam vaſtauerunt, dùm ab eis teneretur, ſic in corde ſuo, vt ipſe poſteà dixit precabatur Dominum. Non excrucier propter aurũ & argentum: vbi eũ ſunt oĩa mea tu ſcis. Diuites autem tunc cognoſcunt quantum amauerunt diuitias, quando eas cum magno dolore amittunt. Vndè de eis dicitur: Inſeruerunt ſe doloribus multis. Et cap. 11. docet idem Auguſtinus. Parum referre quo genere mortis inter eas, cùm ſemel mortuus, ſiuè hoc, ſiuè illo genere mortis, non amplius ſis moriturus: & minus malum eſſe dicebat Cæſar vnam pati mortem moriendo, quàm omnes timere mortes viuendo: nec mala mors putanda eſt quàm bona vita præceſſerit: nec enim facit malam mortem, niſi quod ſequitur mortem. Felicior quippe mors fuit pauperis Lazari, inter canes lingentes vlcera eius, quam diuitis Epulonis, inter purpuram & byſſum: ille enim deportatus eſt ab Angelis in ſinum Abrahæ, & iſte ſepultus eſt in inferno. Et capit. 12. ait, quòd etiam ſi caruiſſent Martyres ſepultura propter Chriſtum, non eſſe grande malum: parum enim refert vbi corpus exanime ſepeliatur: nam & Poëte dicere licuit.

Anaxar. — *Iob. 2.* — *D. Aug. libr. 1. de de ciuita. Dei. c. 1.* — *Exẽplum Pauliniẽpiſcopi.* — *1. Tim. 6.* — *Auguſt.* — *Cæſar.* — *Luc. 16.* — *D. Aug. libr. 1. de ciuit. Dei c. 12.*

Cœlo tegitur qui non habet vrnam.

Et ille Philoſophus tyrãno minanti crucẽ reſpondit.

reſpõdit: Mihi parũ refert, humi ne, an ſublimè putreſcam, vt refert Cice. lib. 1. Tuſcul. quæſt. vocabatur Philoſophus Cyreneus, Theodorus, & Tyrannus, Lyſimachus. Tertullianus etiam in Epiſtola ad Martyres, in fine docet, quòd labor eſt parens honoris & gloriæ, & ideò multi antiqui multos labores ob hoc ſuſtulerunt, vt Lucretia, Mutius Scœuola, Regulus. Et ſpecialiter adducit exemplum de quadam meretrice, quæ cùm eſſet conſcia coniurationis contra quendam tyrannum, cùm inter tormenta coniuratos prodere nollet: ipſa ſuam abſcidit dentibus linguam & mandit, ſicque comminutam ſpuit in os tyranni. Si ergo tanti vitrum quanti margaritum? vt eſt in prouerbio. Quis ergò non libentiſsimè tantum pro vero bono velit erogare, quantùm alij pro falſo? *Nolite timere eos qui occidunt corpus.* Hoc enim infidelium eſt. Vnde Hierem. 9. dicitur. Nolite metuere quæ timent gentes. Seneca dicit. Mors, exitium, luctus non ſunt ſupplicia, ſed tributa viuendi: quod debeo ſoluere paratus ſum, vbi me fœnerator appellauerit. Quare Eccleſiaſtes. 29. dicitur: In tempore redditionis poſtulabit tempus. Tempus redditionis eſt tempus mortis, cùm nobis repetitur vita quæ ad vſum tantùm conceſſa eſt nobis, & tunc protrahere volumus moras, & poſtulamus, vt plus temporis ad viuendum nobis concedatur. Strenuus miles non timet occidere equum cui inſidet, dummodò egregium facinus, aut pulchrum ictum, vel curſum cum illo faciat: ſcit enim meliorem equum ſibi retribuendum pro illo, quòd amiſit in bello domini ſui. Sic anima, quæ corpori inſidet tanquàm equo, non pauet eius mortem, dummodò pulchrum facinus operetur pugnando pro Domino Deo ſuo: habemus quippe vitam iſtam in depoſito tantùm, & anima eſt in corpore cuſtodita, veluti in depoſito: Seuerè autem Lex in Leuitico præcipit, vt depoſita fideliter reddantur? Quando ergò Domini noſtri honor vitam à nobis exigit, cur non impendemus, reddentes fideliter quod in nobis depoſitum eſt? Quare 2. Machabęorum. 7. tertius ex ſeptem fratribus linguam poſtulatus citò protulit, & manus conſtanter oſtendit, & cum fiducia, ait: E cœlo iſta poſsideo, ſed propter Leges Dei iſta deſpicio: quia ab ipſo

Cicer. lib. 1. Tuſcul. Cyrineus. Tertul. in epiſtol. ad Martyres. — *Exemplũ meretricis.* — *Hierem. 9* — *Seneca.* — *Eccleſ. 29* — *Similè.* — *Leuit. 5.* — *2. Mach. 7*

me ea recepturum ſpero. Quaſi reddens depoſitum citò ex poſtulatus proferebat. Quare Diuus Cyprianus, vt refertur. 13. quæſtione. 2, inquit: Quàm præpoſterum eſt, quamque peruerſum, vt cùm Dei voluntatem fieri poſtulamus, quando Dominus euocat nos & accerſit de hoc mundo, non ſtatim voluntatis eius imperio paremus, obnitimur, & reluctamur, & peruicacium more ſeruorum ad conſpectum Domini cum triſtitia & mœrore perducimur, exeuntes hinc neceſsitatis vinculo, non voluntatis obſequio: & volumus à Deo præmijs cœleſtibus honorari, ad quem venimus inuiti. *Animam autem non poſſunt occidere.* Seneca dicit: In mores fortuna ius non habet. Et Auguſtinus. Nihil fortius anima habente charitatem, quæ facit ſe vincere cùm vincitur. Et Beda ait: Duo ſunt genera perſequutorum, vnum palàm ſeuientium, & aliud fide blandientium: quod pertinet ad hypocriſim Phariſæorum: vtrunque præcipit Dominus non timeri: quia non habent poteſtatem in animas iuſtorum: nam, vt dicitur Sapien. 3. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis. Iuſtorum quidem corpora, tàm in morte quàm in manu hominum ſunt, ſed iuſtorum animæ nec in morte nec in vita ſunt in manu hominum aut diaboli, ſed tantùm Dei. Vnde Dominus dixit ad Satan: Ecce in manu tua eſt, verùmtamen animam illius ſerua. Vbi Gloſſa. inquit: In ipſa iuſtitia permiſsionis miſcetur quædam libera pietas, quia ſi totum deſereret hominem, quid eſſet? Serua, inquit, non quòd ipſe ſeruet, ſed ne audeat irrumpere, ne tentando ſuperet. Vnde Boetius libro. 2. de Conſolatione. Proſ. 6. docet, quòd animo hominis, niſi ipſe homo velit, nullus poteſt dominari. Nunquid libero imperabit animo? Num mentem firma ratione ſibi hęrentem de ſtatu propriæ quietis amouebit? Quaſi dicat: Non. Ergo iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, tàm in vita quàm in morte. Sapien. 7. In manu Dei ſumus, & nos & ſermones noſtri. Ex quo ſequitur, quòd non tanget illos tormentum mortis. Obſerua, q̃ hoc differt inter tactum naturalem, & tactum mathematicum. Tactus naturalis eſt cum paſsione: quia quidquid tangit patitur, ſicut patet. 2. de Anima. & 1. de Generatione. Tactus autem mathematicus

D. Cypria. — *Seneca.* — *Auguſt.* — *Beda.* — *Sapien. 3.* — *Nota.* — *Boëtius.* — *Sapien. 7.* — *Differẽtia inter tactũ naturalẽ, & tactũ mathematicum.*

thematicus, non eſt niſi iuſtâ poſitio corporum, quorum vltima ſunt ſimul, ſicut corpora cœleſtia tanguntſe. Vult ergò dicere, quòd iuſtos in morte ſua non tanget tormentum mortis, tactu, ſcilicet naturali, qui fit cum paſsione, afflictione: impios vero ſic. Hoc autem tormentum quod dicimus non tangere iuſtos,
D.Bernar. conſiſtit in tribus, ſecundùm Bernardum. Eſt enim in morte malorum dolor, in exitu horror, in tranſitu pudor in Dei conſpectu. Hæc autem non erunt in morte iuſtorum, imò pretioſa in conſpectu Domi-
Pſal. 115. ni mors Sanctorum eius. Vndè dicit quidam ſanctus Doctor: Mors nihil aliud
Quidam Doctor. eſt quàm exitus animæ de carcere, finis exilij, laboris conſummatio, ad portum applicatio, peregrinationis finitio, oneris grauiſsimi depoſitio, de equo furioſo deſcenſio, de domo ruinoſa liberatio, omnium ægritudinum terminatio, omnium periculorum euaſio, omnium malorum conſumptio, omnium vinculorum diruptio, debiti naturæ ſolutio, reditus in patriam, ingreſſus in gloriam, de qua dici-
Prouc. 14 tur: Melior eſt dies mortis die natiuitatis. Et Prouerbiorum. 14. Sperat autem iuſtus in morte ſua. Cur ergò timetis eos qui occidunt corpus, ſi animam nec tangere nec occidere poſſunt? Quid enim poterit iuſto nocere, cui omnia coope-
Ad Ro. 8. rantur in bonum, ſecundùm Pauli ſententiam, ad Romanos. 8. Nam Angeli eis aſſiſtunt, inferiora miniſtrant, & quæ aduerſari videntur illis, vertuntur in occaſionem ſalutis. Quod beneficium, vt docet
Chryſoſt. Chryſoſtomus, amplificat, oſtenditq; multò maius eſſe Dei donum quàm aures aduerſariorum confregiſſet, vt patet ex illo
Daniel. 3. Danielis. 3. Maius beneficium fuit pueris tribus, quòd ignis ventum roris miniſtraret, quam quod penitus extingueretur. Hoc idem præſtat electis reſiſtentia contrariorum, quibus nulla nocere poſſunt aduerſa, vt quæque reprobis omnia in perniciem vertuntur: quod exprimitur Sa-
Sapien. 16 pien. 16. Illos, ſcilicet, inimicos tuos locuſtarum & muſcarum occiderunt morſus, & non eſt inuenta ſanitas animæ illorum: quia digni erant, ab huiuſmodi exterminari, filios autem tuos nec draconum venenatorum vicerunt dentes: miſericordia enim tua adueniens ſanabat eos. De quo
Eſai. 11. etiam Eſai. 11. dicitur: Delectabitur infans ab vbere, ſuper foramina aſpidum, id eſt, qui inſtar paruuli ſincero animo in Eccleſia viuunt, inter venenatorum ſerpentum cauernas ſecuri incedunt. Hi ſunt paruuli, quos Paulus deſiderabat cùm dixit: Malitia paruuli eſtote. Cur ergò ti-
1.Cor. 14. menda eſt mors, quę in vitam vertitur iuſtis? *Nolite timere eos qui occidunt corpus.* Non hîc prohibet omnem timorem hominum poteſtatem habentium, debetur enim illis timor reuerentiæ: ſed & naturale eſt, vt illos timeamus ſicut & mortem ipſam: verùm prohibet timorem inordinatum, quo, ſcilicet, quis talibus cedat, vt à veritate & virtute deficiat. *Sed timete eum qui poteſt & animam & corpus perdere in gehenna.* Nec in his verbis vult Dominus ſuos ſeruili timore, qui non eſt in charitate, obtemperare patri cœleſti, ſed vult inordinatum illum mundi timorem reprimi, & ſuperari: conſideratione & timore eorum malorum, quę Deus infligere poteſt, qualis timor etiam eſſe poteſt in eo, qui eſt in charitate, ſi modò non præcipuè & potiſsimum ob illorum malorum timorem, à malo ſe temperat, & bonum operatur. Vnde non abſolutè timorem Dei quatenus damnationem æternam inferre poteſt, præcipit, Sed potius, inquit, Timete, ac ſi diceret: Si quis timendus eſt, magis timendus eſt ille, qui corpus & animam poteſt perdere in gehennam, & illius timor alios ſuperare debet. Vbi no-
Auguſt. ta ex Auguſtino, quòd ſicut ſeta introducit filum, ita timor charitatem: Nam ſeta fragilior eſt, ac debilior, quàm vt poſsit corium conſuere: non tamen conſequitur, vt ſi non habeat robur & firmamentum lini, propterea ſit mala: nam vtilis eſt inducendo lino, quod illa excluſa corium continet. Ita quamuis timor qui præit charitatem, non ſatis nos Deo conglutinet, vtilis tamen eſt illi inducendę, quę
Eſai. 26. foras miſſo timore id præſtat. Vndè Eſai. 26. Sicut quæ concepit, cùm appropinquauit ad partum dolens clamat in doloribus ſuis, ſic facti ſumus. A facie tua, Domine, concepimus, & quaſi parturuimus Spiritum ſalutarem. Vbi Hieronymus: Sicut ad partum, inquit, mulier
Hieron. appropinquans dolore, cogitur exclamare, ſic nos in anguſtia requirimus te, & à facie fortitudinis tuæ concepimus, & peperimus, non carnis liberos ſed ſpiritus.

Volumus dicere, quòd timere Deum quia inflictor eſt pœnarum, bonum eſt, &
Conciliũ Tridenti. laudabile, vt Concilium Tridentinum contra Lutherum definit, & ex hoc loco colligitur, & ex illo Deuteronom. Quis det
Deut. 7. eos talem habere mentem, vt timeant me. Secundò dicimus, quòd timere pœnas ſupernaturales à Deo infligendas, eſt actus virtutis & laudabilis, quia ad timendum has pœnas inducimur teſtimonijs Scripturæ, & quia talis timor eſt quædam fidei proteſtatio,, & non timere has pœnas eſt ſignum quoddam incredulitatis, vt
Hierem. 5 Hieremiæ. 5, dicitur: Populo huic factum eſt cor incredulum, & non dixerunt in corde ſuo, Metuamus Dominum Deum noſtrum. Tertiò dicimus, quòd qui operatur ex timore opera bona, vel euitat mala, tanquàm motiuo, etiamſi aliàs non eſſet facturus, benè facit: nam iſto modò inducebantur Veteres allecti promiſsionibus temporalibus, vt quia eis promittebat Dominus bona temporalia, vel comminabatur
Leuit. 26. mala, vt patet Leuit. 26. Et clericus vadens ad Eccleſiam, prætextu diſtributionum non peccat, nec qui largitur eleemoſynam ad preces amici, vt ei placeat: & quia talis metus non tollit ab actu debitas circunſtantias. Quartò dicimus, quòd operari ex timore ad euitandum pœnas inferni, non eſt peccatum, etiam ſi reſpiciat hoc tanquàm finem: quod patet, quia actus qui fit ad vitandum mala corporalia, iuſtus eſt, vt qui abſtinet à cibo ne ſaluti ſuæ noceat, ergò multò melius ille qui fit ad vitandum damna ſpiritualia. Dicimus tamen quintò: Intendere vitationem pœnæ tanquàm vltimum finem, vitiat actum, quod contingit quando propria ratio operandi, & tota eſt cauere malum proprium, tunc intendit tanquàm vltimum finem vitationem pœnæ, id eſt, quandò taliter eſt affectus, quòd committeret culpam niſi timeret pœnam: quia taliter ſic affectus habet implicitam voluntatẽ peccandi mortaliter. Nam ſi quis haberet hanc voluntatem, Occiderem Petrum, niſi timerem iudicem eſ-
D. Aug. ſet mortale. Nec eſt. D. Auguſti. in Can. Si propterea. Ex quo ſequitur quòd quandò quis facit aliquod præceptum propter iſtum timorem, iſte talis non implet legem quantum ad hoc, quòd euadat culpam, vt ſi quis ita eſſet affectus quòd non ieiunaret niſi timeret pœnam inferni, ita quòd quodam modò facit inuitus: ſed tamen ſeruat legem quantum ad hoc quòd non tenetur rurſum implere actum præcepti: & hæc ſeruilitas eſt illa, quæ non eſt de ratione timoris. Qui autem ideò implet præceptum, quia contrarium eſt offenſę Dei, benè facit: quia talis abſolutè refugit offenſam Dei. Hoc dicimus propter Lutheranos, qui abſolutè timorem ſeruilem, hoc eſt, pœnarum, damnant, contra quos Concilium Tridentinum Seſsione. 6. Can. 8. ſic definit. Si quis dixerit gehennæ metum, per quem ad miſericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel à peccato abſtinemus, peccatum eſſe, vel peccatores peiores facere: anathema ſit. Vbi non dixit timorem ſeruilem, ſed timorem gehennæ, qui non importat formaliter ſeruilitatem. Sed vt omnia hæc Nota. explicata relinquamus, aduertendum, quòd timere pœnas pluſquam culpas ſtat, dupliciter: vno modò comparatiuè, alio modò intenſiuè. Si quis comparando pœnas ad culpas, plus timet pœnas, iam peccat, quia hoc eſt plus pœnas æſtimare quàm Dei offenſam: intenſiuè verò poteſt quis plus timere pœnas quàm culpas, abſque culpa ſaltem mortali: quia hæc intentio non excludit, quin plus æſtimem culpas; ſicut mulier aliquandò intenſiùs dolet de morte caniculi, quàm de infirmitate filij, & tamen plus vitam filij quàm caniculi D. Thom. æſtimat. Et ſecundò aduerte ex Diuo Thoma. 2. 2. quæſtione 19. articulo. 5. ad ſecundum, quòd timor ſeruilis, & filialis, non habent eãdem habitudinem ad Deum: nam ſeruilis reſpicit Deum ſicut principiũ inflictiuum pœnarum, filialis autẽ non ſicut principium culpæ, ſed potiùs ſicut terminum à quo refugit mens ſeparari per culpam, & in naturalibus non eſt idem motus ſpecie, qui eſt ab albedine, & qui ad albedinem. *Timete ergò eum, qui corpus & animam, ſimul poteſt perdere in gehennam.* Non dicit, qui poteſt corpus & animam occidere (quod videbatur conſequenter dicendum, quia peſsimi homines id æſtimant multoties, animam ſimul cum corpore perire. *Que no ay mas ſino nacer y morir.* Et ideò effrenatè carnis delicijs indulgent.) Sed dixit perdere in gehennam, hoc eſt, æternaliter totum hominem punire. Et hæc eſt mors ſecunda, quæ maximè deploranda ac timenda eſt. Vndè Iſidorus libro. 3. de Summo bono. Illi, inquit, deplorandi ſunt in morte,

quos miſeros infernus ex hac vita recipit, non cœleſtis aula lætificandos includit.
Tullius de Paradox. Et Tullius de Paradoxis dicit: Mors eſt terribilis his, quorum cum vita omnia merita extinguuntur; nō his quorū laus emori non poteſt. *D. Aug.* Et Auguſt. de vera religione. cap. 53. Qui perfectè, inquit, Deum diligit, non afflig̃itur morte cuiuſquam: quoniam qui toto animo Deum diligit, nouit, nec ſibi perire quod Deo non perit. Deus autem eſt Dominus viuorum & mortuorum, & de talibus dicitur, quòd non tanget illos tormētum mortis. *Daniel 3.* Quòd figuratum eſt in tribus pueris, Daniel. 3. vbi dicitur. Illos autē non tetigit ignis, neque contriſtauit, nec quicquam moleſtiæ intulit: quoniam quos non lædit mors ſecunda, illa quæ eſt depoſitio carnis non nocebit eis: quare bene dicit Dominus, ne timeamus corporum occiſores, ſed corporis & animæ cruciatorem. *D. Baſil. Gregor. Nazian.* Vndè D. Baſilius (vt refert Gregor. Nazianze. in oratione de eius laudibus) cùm à præfecto Valentini Imperatoris minæ ei intentarentur; conſtanter ita reſpondiſſe legitur. Neq; verò exilium vllum cognoſco, qui nullo loco circunſcriptus ſum, ac nec terram hanc quam nunc in colo mecum habeo, & eam omnem in quam proiectus fuero pro mea duco, imò vt rectius loquar, vniuerſam terram Dei eſſe ſcio, cuius aduena ego ſum & peregrinus. Iam quid accipere queant tormenta cùm corpore caream, niſi fortè primam plagam dixeris (huius enim ſolius inferendæ poteſtatem habes) mors porrò beneficij mihi loco erit, citiùs enim me ad Deum transmittet, cuiuiuo & munere meo fungor, maximaque ex parte obij, & ad quem iampridem prepero. Hæc, ille. *Illum ergo potiùs timete, qui corpus & animam, &c.* *Chryſoſt.* Chryſoſt. dicit. Eum qui poteſt animam perdere non timemus, eum qui poteſt corpus non perdere, ſed interficere, timemus. *Prouo. 29* Vnde Prouerb. 29. dicitur: Qui timet hominē, citò corruet: qui ſperat in Domino, ſubleuabitur.

Iam etiam ex hoc loco habemus & animæ immortalitatem, & reaſſumptionem corporum in reſurrectione: cùm corpus & animam ſimul dicat, quòd poteſt perdere in gehennam. *Matth. 5.* Quid autem ſit gehenna ſupra capit. 5. explicuimus. *Nonne duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro: veſtri autem & capilli capitis omnes annumerati ſunt. Nolite ergo timere, multis paſſeribus meliores eſtis vos.* Hæc eſt alia ratio ad roborandum & muniendum ſuos ad ſufferendam mortem pro eius veritate, ſumpta ex diuina prouidentia, ſine cuius nutu nihil in terra accidit: & eſt argumentum à minori. Nam ſi duo paſſerculi, qui aſſe veneunt, nec moriuntur, nec capiuntur ſine Dei voluntate, & capillos ſuorum (cùm ſit res viliſsima corporis) numeratos habeat Deus, ita vt ſine eius voluntate, nec capillus vnus Sanctorum pereat: quī fieri poteſt, vt qui curam habeat minimarum rerum, deſit ſuis & in maximis rebus? De paſſeribus mentionem facit: quoniam & ad eſum & ad ſacrificium vendebantur in illo populo: nam duo paſſeres erant neceſſarij ad emundationem leproſi, as autem minimi valoris eſt moneta. Maximè quòd in Græco eſt diminutiuum ab aſſe, quaſi diceremus principium ponderum, quòd & libilla vocabatur, ac ſi diceremus granum. Lucas enim ait: Nonne quinque paſſeres veneunt dupondio? *Luc. 12.* Dupondiū autē eſt as duplicatū. Nec mirū ſi duo paſſeres aſſe veneunt, quòd quinque duplicato pretio vendantur. Videndus eſt Budeus libro. 5. de Aſſe. Habere autem Deum numeratos capillos, id eſt perfectè & exactè eorum multitudinem cognoſcere, ſicut & in Pſalmo dicitur numerare multitudinem ſtellarum. *Budeus lib. 5.* *Pſal. 146.* Itaque ſenſus rationis quem hic Dominus prætendit, ſic poteſt explicari. Non eſt quòd metuatis, ne dùm occidimini à Deo derelinquamini, aut immatura morte hic decidatis: nam auicularum nullæ ferè vilicres habentur quàm paſſerculi, quorum tanta eſt vilitas, vt duo vendantur minimo aſſe, & tamen ne vnus quidem ex illis vel moritur, vel capitur ſine cognitione & voluntate Patris veſtri. Si ergò circa hæc minuta & vilia animalcula nihil ſine Dei nutu contingit, quantò magis veſtri curam geret, qui, præterquàm quòd communis veſter & illorum Deus ſit, peculiariter veſter, non illorum, Pater eſt, ac paterna proſequitur charitate. Illud vobis affirmo, adeò illum nihil veſtri ignorare, aut negligere, vt non ſolùm capitis veſtri curam habeat, ſed etiam omnes capillos capitis veſtri numeratos teneat, eorum multitudinem exactè cognoſcens ac cuſtodiens, veluti quæ ſub numero alioquin commendantur. Cùm igitur tanta ſit eius erga vos prouidentia, nihil exiſtimate ſine illius nutu aut ſciētia vobis accidere, cùm paterna vos proſequatur charitate, ac in veſtrā ſalutē ſit propenſiſsimus

mus. Perſuaſi ſitis mala nequaquā eſſe poſſe, quæcunq; illo ſciente, volēte, ac permittente acciderint, nec illū paſſurum vos occidi, niſi cùm maximè vobis expediet mori. Ne ergo metuatis: nam infinitis paſſeribus præſtantiores, & digniores eſtis vos apud Deum.

Sed dices: Quomodò cohæret hic locus cum illo D. Pauli: Nunquid Deo cura *1. Cor. 9.* eſt de bobus? Cùm hic dicat, ſe curam habere de paſſeribus. Reſpondetur diuerſam curam habere Deum de irrationabilibus, ac de homine: illos enim curat quantùm ad naturalia, non tamen Legem pro illis ſtatuit, niſi inquantùm ordinantur ad hominem: & hoc vult dicere Paulus, cùm citat *Deut. 125 & 1. Cor. 9.* illud ex Lege: Non alligabis os boui trituranti. Nunquid Deo cura eſt de bobus? hoc eſt, nunquid hæc Lex propter boues poſita eſt? Non niſi propter homines, quorum altior eſt cura apud Deum, quàm boum. Et *Hierony.* ſic debet intelligi D. Hieronym. in Comment. ſuper. 1. cap. Abacuch, vbi videtur negare prouidentiam Dei circa irrationabilia animalia: nam loquitur comparatiuè ad homines, quorū eſt maior & altior prouidentia apud Deum, vt legenti totum Commentarium patebit. *Magiſter Sentent.* Magiſter Sententiarum in lib. 1. Sentent. diſt. 39. diſtinguit duplicem prouidentiam Dei: alteram tanquàm Creatoris & Dei, & hæc generaliter extenditur ad omnes creaturas: alteram tanquàm patris quæ eſt propria rationalis creaturæ. Nec *Sapien. 6.* obſtat dictum illud Sapientis: Æqualiter eſt illi cura de omnibus. Primùm enim de hominibus tantùm eſt ibi ſermo, deindè æqualiter vel ſimiliter, vt eſt in Græco, dicitur illi eſſe cura de omnibus: quia ſine acceptione perſonarū, ſingulorum habet curam. & quia & magnorum, & paruorum, & omninò omnium.

Nonne duos paſſeres aſſe veneunt, &c. Secundùm Caietan. hic nititur confirmare *Caiet. Moralitas* ſuos diſcipulos Dominus, in aduerſis & timorem mortis ab eis auferre, ex hoc quòd etſi amiſerint corpus, vel membrum pro Chriſto, in reſurrectione omnia reſtituēda ſunt eis, etiam res tàm minimæ, quales ſunt capilli Nam ſi de paſſerculi vita, aut morte curā habet Deus, cur non potiùs hominum, *1. Tim. 5.* & maximè ſuorū? Cùm & Paulus dixerit: Si quis ſuorum, & maximè domeſticorum curam nō habet, fidē negauit, & eſt infideli deterior. Quomodò talis culpa in Deo recipienda erat, qui nullam cōtrahere poteſt? Vndè hac fretus cōſideratione, tertius ex ſeptem fratribus poſtulatus citò linguam protulit, & manus conſtanter extendit, & cum fiducia ait: E cœlo iſta poſsideo, & pro- *1. Mach. 7.* pter Dei Leges hæc ipſa deſpicio: quoniam me ea recepturum ſpero. Et alius ex eis ad impijſsimum tyrannum dixit: Tu quidem, ſtultiſsimè in præſenti nos perdis, ſed Rex mundi Dominus iterum ſuſcitabit. Conuenientiſsimum quippè fuit, vt ſicut homo compoſitus eſt ex anima & corpore, quibus vel Deo ſeruit, vel ipſum offendit, integer homo præmiaretur, vel puniretur. Quod Dominus Ioan. 10. expreſsit, cùm dixit: Ego *Ioan. 10.* ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſaluabitur, & ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet: hoc eſt, tàm ingrediēs per cōtemplationem mētis ad viſionem diuinæ eſſentiæ, quàm egrediens per ſenſus corporis ad videndam Chriſti humanitatem, inueniet vberrima paſcua, quibus & anima & corpus reficiantur. Vbi & Theophilact. ait: Quæ *Theophil.* ſunt hæc paſcua, niſi delectatio futura, & requies, in quam nos Dominus introducet? Auguſtinus etiam in lib. de Spiritu, & Ani- *Auguſt. lib. de ſpiritu, & anima.* ma, ſiue ipſe ſit author, ſiue alius, iſtum ingreſſum, ſiue egreſſum ſic declarat. Duo ſiquidem ſenſus in homine ſunt, interior, & exterior, & vterque bonum ſuum habet in quo reficitur. Interior contemplatione Deitatis, & exterior contemplatione quantitatis, ſcilicet, Chriſti. Propterea enim Deus factus eſt homo, vt totū hominem in ſe beatificaret, & tota conuerſio hominis eſſet ad ipſum, & tota delectatio hominis eſſet in ipſo: vt cùm à ſenſu carnis videretur per carnem, & à ſenſu mētis per diuinitatis contēplationem, hoc eſſet totum hominis bonum: vt ſiue ingrederetur, ſiue egrederetur paſcua, in factore ſuo inueniret paſcua, foris in carne Saluatoris, & paſcua intùs in cōtemplatione Creatoris. Hæc ille. Sicut ergo totus homo beatificādus eſſet, ita reaſſumpto corpore, totus homo viuet duplici vita, ſcilicet, corporali, & ſpirituali: quia erit eſſe corporis & animæ beatificum. Cuius dicti pulchram rationem aſsignat Hugo de San- *Hugo de Sanctoriſtore.* cto Victore in libro de Homine, ſic dicens: Deus homo factus eſt, vt totum hominem in ſe beatificaret: nam ſi Creator hominis Deus eſſet, & homo non eſſet, eſſet in ipſo quod ſenſu mentis perciperetur, ſed quod ſenſu corporis perciperetur, nō eſſet, & ſuſtineret ſenſus perpetuum opprobrium abſentiæ Saluatoris, & eſſet in abiectione, &

ſemper oberrans, meritòq; ſemper illi diceretur: Vbi eſt Deus tuus? Exprobauerunt mihi qui tribulant me inimici mei, dùm dicunt mihi per ſingulos dies, Vbi eſt Deus
Pſal. 41. tuus? Hoc autē vocat Hugo in eodem libro, ingredi & egredi, dicens: Deus homo factus eſt, vt vterq; ſenſus in Deo beatificaretur, id eſt, in Chriſto, & reficeretur oculus cordis in eius diuinitate: & oculus corporis in eius humanitate: vt ſiue ingrederetur, ſiue egrederetur, paſcua inueniret. Ratio autem huius veritatis ſic fundatur: nam ſecundùm
Themiſt. Themiſtium in Comment. de Anima. Omnes aliæ potentiæ animæ ſunt in miniſterium intellectus: ſi ergo per bonum miniſterium earū intellectus meruit beatificari, cui dubium quòd iuſtitia exigit, quòd qui ſocij ſunt tribulationum, ſocij ſint & præ-
D. Thom. miorum? Quod D. Thom. 3. part. quæſt. 49. artic. 6. confirmat, dicens: Iuſtum eſt, quòd corpus accipiat recompenſationem in patria, ex eo quòd licet principium merendi ſit ex parte animæ, tamē corpus eſt inſtrumentum actus meritorij: meritum autem importat quādam æqualitatē ad præmium iuſtitiæ. Nec ſolùm eſt hoc iuſtum ex parte Dei, verumetiam ex parte noſtra: quia illud quod appetimus naturaliter non poteſt eſſe fruſtrà: vndè qui dedit arram, hoc eſt, appe-
Albertus titum naturalem, dabit etiam integram ſolutionem. Quarè Albertus in. 4. diſt. 49. dicit, quòd anima ſic appetit frui Deo, quòd etiā ipſa fruitio deriuetur ad corpus: vt ſicut fuit ſocius paſsionum, ita ſit & con-
D. Thom. ſolationum. Et D. Thom. 1. 2. quæſt. 4. art. 5. ad. 4. dicit, q̄ anima ſic appetit frui Deo, quòd etiā ipſa fruitio deriuetur ad corpus, ſicut eſt poſsibile. Igitur ſi corpus reaſſumendum eſt, vt ſit in ſocietatē animę, oportebat quòd integrum corpus, cum omnibus ſuis membris & partibus integrantibus illud, ac decorātibus, reſtitueretur: quoniam reſurrectio Chriſti fuit exēplar noſtræ futuræ; ſed Chriſtus ſurrexit cum omnibus ſuis membris & partibus integrantibus, vt
Luc. 24. ipſe dixit Lucæ. 24. Videte manus meas, & pedes meos, &c. Imò ſi aliquod fuit membrum à natura negatū, vel vitio perditum, in reſurrectione reſtituitur: quia in illa reparabitur natura, & inteſtina erunt plena optimis humoribus: partes etiam quæ ſunt ad decorem humani corporis reſurgent, vt capilli, & vngues, ſunt enim de ſecunda intentione naturæ ad conſeruationem principalium membrorum: ſicut in arte militari vagina eſt de ſecūda intentione illius artis, ad conſeruationem gladij, quod eſt principale inſtrumentum. Vndè alibi Dominus dicit: Capillus de capite veſtro non peribit, Luc. 21.
nempè nullus qui ad decorem capitis pertinebit, deficiet tunc: nam omnes quotquot erūt neceſſarij, numerati ſunt, ita quòd nec vnus deficiet. Pro quo nota ex Alberto Albertus
Magno ſuper hunc locum, quòd capilli dupliciter ſe habent ad corpus. Vno modo prout generātur à ſumo ſuperfluo corporis, eò quod pilus nihil aliud eſt niſi fumus per poros de corpore ſpirās, & ad aërem exſiccatus, & hoc modo nō pertinent ad corporis conſtantiam, quoniam ſine illis eſſe poteſt. Alio modo conſiderantur prout ſunt indicia complexionis cerebri, & cooperimentum ipſius, & decor corporis, & hoc modo conferūt, & ad hoc quod intelligatur complexio & habilitas, atq; ingenium habentis, & ad defendendum cerebrum, & ad decoris pulchritudinem oſtēdendam: turpè quippè eſt ſine crine caput, & ſic cōſeruantur à Patre cœleſti, vt reſurgant: nam per pilos tunc & ſapientia Conditoris, & decor corporis manifeſtatur. *Ne ergo timueritis eos.* Imò proijcite omnem curam in eum, apud quem nec capillus perit: vndè Chryſoſtom. Chryſoſt.
Timidorū eſt mortē formidare: mors enim munus eſt neceſſarium naturæ iam corruptæ, quæ non eſt fugienda, ſed tanquàm malorum terminus amplectenda. Et alibi: Fiat Idem.
voluntarium quod futurū eſt neceſſarium, offeramus Deo pro munere, quod pro delicto redditur.

Multis paſſeribus meliores eſtis vos. Quo- Luc. 12.
ad ſtatū naturæ, quia ratione prediti: quoad ſtatum gratiæ per adoptionem filij Dei in ſtatu gloriæ beatificandi. Vndè ſequitur: *Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt.* Ne putaremus ea ſolùm quæ ſunt ſupererogationis nobis iniungi, addit neceſsitatem, dicens: Omnis ergo qui confitebitur me, &c. quoniam neceſſaria eſt confeſſio cordis & oris, cùm ratio exigit. Sic enim ait Paulus Rom. 10. Quòd ſi in corde credideris Dominum Ieſum, & ore confitearis, Rom. 10.
quia Deus ſuſcitauit illum â mortuis, ſaluus eris: corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem. *Coram hominibus*, hoc eſt, publicè ad hominum ædificationem. Act. 1. Eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & Act. 1.
vſque ad vltimum terræ. *Confitebor & eum*

ego, &c.

Proue. vlt. *ego, &c.* Nam Prouerb. vlt. dicitur: Laudent
1. Cor. 4. eum in portis opera eius. Et. 1. Cor. 4. Tunc laus erit vnicuiq; à Deo. *Coram Patre meo qui*
Pſal. 59. *in cœlis eſt.* Pſalm. 95. dictum eſt: Confeſsio, & pulchritudo in conſpectu eius. *Qui autem negauerit me.* Corde, vel verbo, vel exemplo
Titum. 3. prauo, ſecundùm illud ad Titum. 3. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. *Negabo & ego eum.* Noſſe, ſcilicet, ſuprà. 7. Confitebor eis, quia nunquàm noui vos. *Coram Patre meo qui in cœlis eſt.* Nam, vt dicitur
2. Tim. 2. ad Timot. 2. Si negauerimus, & ille negabit
Lucæ. 9. nos. Et Lucæ. 9. Qui me erubuerit, & meos ſermones, hūc filius hominis erubeſcet, cùm venerit in maieſtate ſua, & Patris, & Sanctorum Angelorum. Vide bonitatem Dei. Si nos illū confeſsi fuerimus, nihil illi boni accreſcit, ſi negauerimus, nihil mali, nobis autem ex confeſsione aut negatione ipſius ſummum bonum, vel ſummum malum prouenit: & tamē æqua lance vtrunq; compenſat. Si confeſsi fuerimus, confitebitur nos, ſi negauerimus, negabit nos: aſsi æqualitas vlla eſſet in noſtra, & illius confeſsione, aut negatione, ſed pro noſtra quæ nihil illi con-
Chryſoſt. fert, ſuā quæ nobis vtiliſsima eſt, repromittit: nam (vt dicit Chryſoſt.) ſi magnum eſt eſſe teſtem Chriſti, quantò magis eſt teſtem habere Chriſtum?

Dionyſius Carthuſ. Obſerua ex Dionyſio Carthuſiano in Matthæum. Tripliciter Chriſtus negatur: verbo tantùm vt ab his qui timore pœnarū Chriſtum negauerunt: verbo & opere, ſed non corde, vt cùm malus Chriſtianus dicit, & agit contra Fidem, cùm tamen non dubiter Fidem eſſe veram: opere ſed non verbo,
Ad Tit. 1. iuxtà illud citatum teſtimonium: Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant, cùm ſint abominandi & reprobi. Poteſt autem addi quartus modus, videlicet, cùm quis corde non credit, & tamen ſe credere aſſerit, vel oſtēdit: quælibet harum negationū eſt peccatū mortale, ſaltim in caſu aliquo: vndè
Cyprian. Cyprianus lib. de Exhortatione martyrij. c. 5. in eam rem profert hæc Scripturæ teſti-
Deut. 13. monia. Deut. 13. quòd nec amico, fratri, filio, filiæ, nec vxori parcendū erat, ſiquidem ad Deos alienos reuertēdum eſſe dixiſſent: quòd nec ciuitatibus ad id conſentientibus parcendum ſit, ſed omnes in ore gladij feriri & ciuitas ſuccedendi debeat: quòd ea-
1. Mach. 2. propter Matathias interfecit eum, qui ad aram ſacrificaturus acceſſerat: quòd & idem
Luc. 12. Chriſtus moneat, dicens: Qui me confeſsus fuerit: ideò quippè Spiritus Sanctus in linguis igneis apparuit, nō ſolùm in linguis, ſed igneis, vt inter ipſum ignem apparerēt linguæ: vt oſtenderet quòd inter tribulationis ignes lingua eorum debebat cōfiteri Deum, Dan. 3.
ſicut tres pueri de medio fornacis ardentis confitebantur Domino: & Beatus Laurentius dùm in craticula vreretur, Deum non negauit, ſed ad ignē applicatus Dominum confeſsus eſt.

Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere in terram. Non veni pacē mittere, ſed gladium. Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum: & filiā aduerſus matrem ſuam: & nurum aduerſus ſocrum ſuam: & inimici eius domeſtici eius. Hoc videtur deſumpſiſſe Dominum Ieſum, ex illo Michæ. 7. quod nuper Mich. 7.
citauimus: Nolite credere amico, & nolite confidere in Duce: ab ea quę dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui: quia filius contumeliam facit fratri, & filia conſurgit aduerſùs matrē ſuam, ſocrus aduerſùs nurum ſuam: inimici hominis domeſtici eius. Ver- Simile.
bum Euangelicum eſt veluti pharmacum quod malos humores à bonis ſeparat, & ſic vult dicere Dominus: Non veni pacē illam
Eſai. 48. mitere, quam mundus dat. Nam & Eſaias clamat. Non eſt pax impijs, dicit Dominus, ſed veni ad ſeparādum bonos à malis, filios à parentibus, & domeſticos à domeſticis, cū illis impedimēto ſit, vt virtutis ſtudium non amplectantur: magis quippè Deo, quàm hominibus parendum eſt: qui enim nobis peccandi occaſionē tribuit, quantuncumq; ſit pater, aut mater, aut ſanguine cōiunctus, Matth. 19.
à nobis eſt ſeparandus. Nam ſi oculus tuus, aut pes, aut manus, aut res quantumcunq; chara ſcandalizat te, erue eam & proijce abs te: nam amici ſi cauſam peccandi præbeant, quaſi inimici ſunt reputandi. Quod
Deut. 13. Deuter. 13. dictum eſſe legimus: Si filius matri ſuæ dixerit, Veni ſacrificemus dijs alienis, ne acquieſcas ei.

Non veni (inquit) *pacē mittere, ſed gladium.* Hic gladius eſt verbum Dei, atq; Euangelium Chriſti: de quo Paulus ad Hebr. dixit: Hebr. 4.
Viuus eſt ſermo Dei & efficax eſt, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens Moralitas.
quoq; vſq; ad diuiſionem animæ & ſpiritus compaginum quoq;, atq; medullarum. Eſt enim gladius ille, quo dimicatum eſt contra Madian, cùm acclamantes dicebant: Gla- Iudic. 7.
dius Domini, & Gedeonis. Gladij autē officium propriū, eſt diuidere: hūc effectū habet amor, nam ideò comparatur morti, ſecundùm illud Cantic. 8. Fortis eſt vt mors di- Cant. 8.

lectio.

lectio: mortis autē effectus eſt, animā à corpore diuidere ac ſeparare, cùm tamen corpus & anima ita vnita ſint, vt multi Philoſophi exiſtimarint, ſimul vtrunq; interire. Mira res! amor cuius effectus eſt facere vnū, facit etiam diuiſionem, quomodò hæc contraria ſtare poſſunt? Nonne de amore dicitur, quòd ſit vnitiuus, quòd facit vnum? Et
2.Cor.6. Paulus dicit: Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cum eo: nam qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo: hinc amplexus inter amicos adinuenti ſunt, quaſi vellent ſecum amicos vnire, & vnum ex duobus facere. Quomodò ergo nunc dicimus, amorē diuiſionem cauſare, vt facit mors? Sed mors diuiſionem facit, & ibi ſiſtit, nec vltrà progreditur: amor verò diuidit vt vniat: ideò quippè ab alijs contrarijs diuidit, vt fortiùs amico iungatur; eapropter pater, mater, amici relinquēdi ſunt, cùm hanc perfectam vnionē cum Chriſto impediunt, ſeiungere ab illis, vt fortiùs Chriſto inhæreas: nam, vt
1.Cor.7. Paulus dicit: Mulier quæ nupta eſt, cogitat quæ ſunt viri & diuiſa eſt. Diuidatur ergo à viro, nec cum illo vnionē contrahat, vt potiùs cogitet quæ Domini ſunt, quomodò placeat Deo. Hinc in ſacrificio turturis
Leuit.1. præcipiebatur, vt iugularetur quidem, non tamē caput omninò ſepararetur à corpore; ad inſinuandum, quòd diuiſionem quam amor diuinus facit, non eſt vt ſeparetur caput à corpore, ſed potiùs vt ei ſemper inhæreat, etiam poſt diuiſionē & amorem. Venit igitur Dominus, homines quantūcunq; propinquos ſeparare ab inuicem: primò auferendo ab eis vnionem carnalis affectionis, & conſenſum in malo: & hæc eſt ſeparatio ſpiritualis neceſſaria ad ſalutem, ſine qua nemo poteſt eſſe ſeruus vel diſcipulus Chriſti. Secundò auferēdo ab eis vnionem conuictus, & cohabitationis, tradēdo quoſdam ad religionis ingreſſum, & hæc eſt ſeparatio
Hierony. localis pertinens ad ſupererogationē. Hieronymus ad Heliodorum de laude vitæ ſolitariæ, Recordare, ait, tyrocinij tui diem, quo Chriſto in Baptiſmate conſepultus, in Sacramenti verba iuraſti pro nomine eius, non patri parciturum, non matri: ecce aduerſarius in pectore tuo Chriſtū conatur occidere, ecce donatiuū quod militaturus acceperas, hoſtilia caſtra ſuſpirat. Licèt paruulus ex collo pēdeat nepos, licèt ſparſo crine, & ſciſsis veſtib⁹ vbera, quib⁹ te nutrierat, mater oſtendat, licèt in limine pater iaceat: per calcatum perge patrem, ſiccis oculis ad vexillum crucis euola. Solum pietatis genus eſt in hac re eſſe crudelem. Facilè rumpit hæc vincula amor Dei, & timor gehennæ: non ergo vos carnalis affectus detineat à prædicatione & exequutione verbi Dei. Auguſt. tamen libro 3. quæſt. Euang. cap. 4. D. Aug.
ſpiritualem hūc loci ſenſum expendit. Venit (inquit) Dominus ſeparare hominē aduerſùs patrem ſuum: quia renunciat quis diabolo, qui fuit pater eius. Et filiam aduerſùs matrem ſuam, plebem Dei aduerſùs mundanam ciuitatem, hoc eſt, aduerſùs perniciosam ciuitatem generis humani, quam nunc Babyloniam, nunc Ægyptū, nunc Sodomā, nunc alijs atq; alijs hominibus Scriptura ſignificat. Nurum aduerſùs ſocrum, Eccleſiam aduerſùs Synagogam, quæ ſecundùm carnem Chriſtum peperit Sponſum Eccleſiæ. Diuiduntur autē gladio, quod eſt verbum Dei: & inimici hominis domeſtici eius, cum quibus anteà conſuetudine implicatus erat. Hylarius autem ait: Pa- Hylarius.
ter corporis peccatum eſt, mater animæ infidelitas, ex qua cætera omnia: itaq; gladio Dei in Sacramento Baptiſmatis ab his reſcindimur. *Qui amat patrem aut matrem pluſquàm me, non eſt me dignus: & qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus.* Timor Eccleſ.5.
Dei ſuper omnia ſe ſuperpoſuit, ait Sapiēs: Amor etiam Dei omnes amores ſuperare debet: nam ideò comparatur igni qui ſuper omnia elementa ſupereminet, & oleo quod ſuper omnes liquores ſupernatat: tunc autē diligimus plùs patrē, aut filios, quàm Deū, cùm propter illos illius prætermittimus mandata. Quarè omnia diligenda ſunt propter Deum, vt ſemper Deus plùs ametur, iuxtà regulam Poſteriſticā. Propter quod Ariſtot.
vnunquodque tale & illud magis. Vndè D. Auguſt. frequenter in ſuis meditationibus ait: Minùs te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. Talis enim Chriſtum habet fundamentum, & ſuper illud alios fabricat amores, vt docet Auguſt. D. Aug.
lib. 22. de Ciuit. cap. 26. Vndè Deut. 33. dicitur: Qui dixit patri ſuo, aut matri ſuę. Neſcio vos, & fratrib⁹ ſuis, Ignoro illos. Hi cuſtodierunt eloquium tuū, & pactum tuū ſeruauerunt: iudicia tua ò Iacob, & Legē tuā, O Iſraēl! Quarè (vt Hieronym. refert in Epiſt. Deut. 33. Hieronym.
ad Euſtochium, de Epitaphio Paulę) cùm pergeret Sancta Paula Berhleem, & illam vſq; ad mare ſequerentur filij eius plorātes, illa ſiccos tendebat oculos pietatē in filios, pietate in Deum ſuperās. Neſciebat ſe matrem,

trem, vt Chriſti ſe probaret ancillam, torquebantur viſcera, & quaſi à ſuis membris diſtraherentur, cùm dolore pugnabat in eo, cunctis admirabilior quòd magnam vinceret charitatem. Et Exod. 32. dixit Moyſes:
Exod.32. Si quis eſt Domini iungatur mihi, & occidat vnuſquiſq; fratrem ſuum, & amicum, & proximum ſuum, feceruntq; Leuitæ iuxtà ſermonem Moyſi, & ait Moyſes: Conſecraſtis manus veſtras hodie Dño, vnuſquiſq; in filio, & in fratre ſuo, vt detur vobis benedictio. Vbi clarè docemur nec patribus par-
Geneſ.22. cendum propter Deū: ſicut Abraham proprio filio ſuo non pepercit propter Deum; nec Iepte propriæ filiæ. Quid magnū, cùm
Iud.11. Deus Pater proprio filio ſuo non pepercit,
Rom.8. ſed pro nobis tradidit illum. Quinimò, ſi Gentilium hiſtorijs credimus, Seleucus non
Seleucus. pepercit filio ſuo, quin propter adulterium
Torquatus erueretur illi oculus, Et Torquatus occidit filium ſuum, quia contra Imperatoris de-
Agamenon. cretum hoſtem in duello vicit. Nec Agamenon Iphigeniæ filiæ donauit, quin eam offerret in ſacrificium pro patria: ſed de hoc latiùs cùm de præcepto dilectionis Dei ſuper omnia (Deo dante) tractabimus. *Et qui non accipit crucem ſuam & ſequitur me, non eſt me dignus.* In præcedenti ſententia ſub amore patris, & filiorum, qui efficacior eſſe ſolet, incluſit omnem amorem hominis ad hominem, quem amor Dei omninò ſuperare debet: nunc autem loquitur de amore proprio, ac ſi diceret: Qui ſe plùs amat quām me, nec pro me patitur mortem quantunuis crudelem, quantunuis ignominioſam, qualis erat quæ in cruce tolerabatur, aut quæuis damna pro me ſuſtinet, cùm opus fuerit, nō eſt me dignus. Crucem ſuā ait, non alienam, ſicut Simon Cyræneus alienam crucem inuitus portauit. Obſerua. Chriſtus Dominus
Moralitas omnium cruces portauit: quoniam poſuit ſuper eum Pater ſcelera omnium noſtrorū:
Eſai. 53. quilibet autem noſtrū ſuam propriam crucem debet portare, hoc eſt, in ea vocatione, in qua vocatus eſt permanere, & quod illi
1.Cor.7. ſtatui, in quo vitā agit, debetur adimplere. V.g. coniugatorum crux eſt, ſe inuicem tolerare: mulier duritiem ac truculētiam viri: vir fragilitates ac infirmitates vxoris: in obſequijs mutuis alterutrum deſeruire: mutuo amore ſeipſos proſequi: filios in ſanctitate educare: familiam fideliter adminiſtrare: rem familiarem ſolicitudine cōgrua curare: & ſuper hæc, & Dei & Eccleſiæ præcepta ſeruare. His operibus debet ſequi Chriſtum Dominum, onera matrimonij tanquàm crucem ſuam propter Deum patienter ferēdo. Quòd ſi his prętermiſsis, vult tanquā religioſus ſaluari: abſtinere à Venere ſibi licitadies in Eccleſia tranſigere abſq; cura rei familiaris: ſolicitudineque filiorū omiſſa contemplationi ac orationi vacare: iam alienam ſibi ſurripit crucem, ſuam propriam relinquendo: quod Deo minimè placere credendum eſt. Idem de religioſo philoſophari licebit, qui non debet ſe negotijs ſecularibus implicare, ſed Deo militare, ſub prælati ſui obedientia, ac obſeruantijs ſuæ religionis: vt ſic conſilium Pauli amplectatur, quo nos 1.Cor.7.
admonet, vt vnuſquiſq; in ea vocatione, in qua vocatus eſt, in ea permaneat. Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem: id eſt, religioſus es, noli ea quæ coniugatorum ſunt amare: alligatus es vxori, noli quērere ſolutionē, hoc eſt, ne velis curas neceſſarias ſtatui quē geris omittere, ſed ſicut religioſus ſemp̄ diuinis vacare, exiſtimās id Deo gratū eſſe: quoniam hoc eſt alienā ſurripere crucē, ſed tui ſtatus curas in Deū volue, & ꝓpter illū ea quæ tuus ſtatus poſcit facito, & hoc tibi in meritum computabitur, ſicut & religioſo ſuæ vigiliæ. Idem dico de ſubditis, qui prælatorum crucem accipiunt dantes documenta, quomodò debeāt prælati ſui gubernare, cùm ipſi interim ſubditorum officia præſtare renuant. Similiter vidua ſuæ viduitatis crucem accipiat, nec iam nuptarum velit curas, ſed inſtet obſecrationibus die ac nocte, vt Iudith vidua faciebat, alioquin
dicetur de illa illud Pauli: Vidua quæ in de- 1.Timo.5.
litijs eſt viuens, mortua eſt. Cogitet ſimul cū viro omnes voluptates ac mundi delitias, & cultus ſepeliſſe, & dicat illud quod apud Poētam vidua quædam dicebat. Vergil.

Ille meos primus, qui me ſibi iunxit, amores
Abſtulit, ille habeat ſecū. ſeruetq; ſepulchro.

Qui non accipit crucem ſuam. Accipit crucem, dicit de præſenti, non de præterito, aut de futuro: quoniam non ſufficit accepiſſe, aut velle accipere, ſed ſemper eā debet portare: nam nemo mittens manū ſuam ad aratrum, hoc eſt, ad crucem quæ proſcindit terram noſtram, & reſpiciens retrò aptus eſt Regno
Dei. Vndè per Lucam cap. 9. dicitur: Qui Luc. 9.
non accipit crucem ſuam quotidie. Quotidianus hic labor debet eſſe, nec vnquàm Chriſti crux ab humeris deponēda eſt, vſq; ad mortē, exemplo ipſius Domini, qui poſtulantibus Iudæis, vt de cruce deſcēderet, non ceſsit, imò manus atque pedes clauis

cruci

cruci affixit, vt non poſſent ab illa nec ipſa
mors, aut tormēta diuellere illum. Hinc pa-
nem noſtrum quotidianū depoſcimus (hoc
eſt, ſuſtinentiam, & fortitudinem ad deſe-
rendos quotidianos labores) vt nunquàm
hanc Domini noſtri Crucem ab anima de-
1. Cor. 15. ponamus. Et Paulus dicebat: Quotidiè mo-
2. Cor. 11. rior propter gloriam veſtram. Et inter labo-
res ſuos numerabat quotidianam ſollicitu-
Iob. 19. dinem omnium Eccleſiarū. Iob etiam ſin-
gulis diebus pro filijs orabat, atque offere-
bat ſacrificium. *Et ſequitur me.* Parum pro-
deſt crucem tollere, niſi ſequēdo Chriſtum:
1. Pet. 2. nam & Petrus ait: Chriſtus paſſus eſt pro
vobis, vobis relinquens exemplum, vt ſe-
quamini veſtigia eius. Sunt quidem qui cru
Matt. 27. cem deſerunt, verum coacti, vt Simon Cy-
ræneus, quem angariauerūt, vt tolleret cru-
cem poſt Ieſum. Hi ſunt qui etſi in ſuo ſta-
tu labores perferant, non tamen propter
Deum illos ſuſtinent, nec ad illum eos diri-
gunt. Qui autem propter Deum illos ſuſti-
nent, iam cum ſua cruce ſequuntur Chri-
Luca. 23. ſtum, ſicut & illæ mulieres quæ Chriſtum
ad paſsionē ſequebantur plorantes, & com-
patientes ei, & in cordibus ſuis perferentes
crucem eius. Et hoc eſt adiuuare Chriſtum
ad ferendam crucem: quoniam ſi ipſe om-
nium cruces portauit, qui ſuam propriam
defert, quaſi leuat Chriſtū ab onere, & ſic
adiuuat eum, ad portandum crucem ſuam,
in qua omnium hominum cruces contine-
Eſai. 53. bantur. Nam verè dolores noſtros, & labo-
res ipſe portauit. Ille ergo acccipit crucem,
& tamen non eſt dignus cruce Chriſti, nec
Chriſto, qui accipit crucem, & non ſequitur
Chriſtū, non ambulās ſicut ille ambulauit,
nō habens ignem in corde, quo ſuum ſacri-
ficium cremetur. Sine igne ſiquidem, non
Genes. 22. fit ſacrificium: nam neq; Abraham filium
1. Cor. 13. ſine igne ſacrificat. Audi Paulum: Si tradi-
dero corpus meum ita vt ardeam, & charita
tem nō habeam (& ibi ignis detectus) nihil
ſum: quia non ſequutus ſum Chriſtum, in
cuius pectore tantus ignis ardebat amoris.
Obſerua. Tribus modis crux Chriſti tolli-
tur: aut cùm propter fidem Chriſti marty-
rium ſuſtinetur; & de hoc propriſsimè lo-
quitur hic Dominus, aut cùm pœnitentiæ
onus aſſumitur, aut cùm quis proximo com
patitur. Primum pertinet ad martyres. Se-
cundum ad confeſſores, & prædicatores, ac
religioſos: nam ſcriptum eſt: Qui autē ſunt
Galat. 5. Chriſti, carnem ſuam crucifixerūt cum vi-
Ezech. 9. tijs ac concupiſcentijs. Et Ezechiel. 9. dici-
tur: Super quem videritis Thau, non occi-
datis. Thau interpretatur, Erraui, & ſignifi-
cat pœnitentiam, & eſt ſignum quòd pœ-
nitens errauit contra Deum. Tertium per-
tinet ad coniugatos fideles, qualis fuit To- Tob. 4.
bias, qui Gabello indigenti miſertus, pecu-
niam ſub chirographo commodauit. Suam
autem dicit, hoc eſt, ſuis viribus accommo-
datam, nec nimiam, nec remiſſam, ſed con-
gruam. Nemo enim plus laboris aſſumere
debet, quàm vires ſuppetant, ne obruatur:
nec minùs quàm ferre poteſt, ne otio tepeſ-
cat. Vndè Luc. 2. dicitur: Accepit eum Si- Luc. 2.
meon in vlnas ſuas, hoc eſt, *A ſu medida. Et
qui non accipit crucem ſuam, &c.* Id eſt, qui
nō voluntariè meos accipit labores propter
me. Aliqui enim propter ambitionem fe-
runt crucem Chriſti. Vndè Bernardus ait. Bernard.
O ambitioſorum crux, quomodò omnes tor
ques, & omnibus places? Hæc crux fuit, in
qua Abſalon capillis ſuſpenſus fuit, & Amā 2. Reg. 18.
ſtrangulatus. Alij hanc crucem portant, vt
videantur ab hominibus, vt Phariſæi & eo- Eſther. 7.
rum ſequaces hypocritæ ſimiles araneis, qui
vt vnā capiant muſcam ſeipſas euiſcerant: Simile.
de quibus dicitur: Telas araneæ texuerunt. Eſai. 59.
Propter commodum paruum temporalem
ſe crucifigi patiuntur: ſimiles magiſtro pi-
ſtorum Pharaonis, qui ſomniauit ſe onuſtū
panibus, & tamē illud onus ſuam præſagie-
bat mortem: nam in crucem actus eſt, vt ei
Ioſeph prædixit Geneſ. 40. Sic iſti propter Gene. 40.
pugillum hordei & fragmen panis, crucem
ferunt, in qua tamen ſuſpenduntur. Alij
crucem portant, ne confundantur, & vere-
cundentur apud homines, quia ſemel cœ-
perunt vitam auſtēram agere, ſi retrocedunt
ſibylabunt eos homines. Vel quadam hu-
mana & mundana emulatione: quia alij id
faciunt, ne videantur ipſi peiores apud ho-
mines. Alij tepidè crucem ferunt ac inuiti,
murmurantes quotidie, & cupientes illam
à ſe abijcere, vt malus latro è cruce blaſphe- Matt. 27.
mabat, & murmurabat. *Crucem ſuam.* Non
alienam, contra eos qui ſe iactant non ſuo-
rum egregiè factorū, ſed patrū, ac auorum
ſuorum, cùm ipſi interim nullam benè geſ-
ſerint rem: ſicut Phariſæi ſe iactabāt, dicen-
tes: Filij Abrahæ ſumus: ad quos Dominus
dixit: Si Filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ Ioan. 8.
facite. Vndè Chryſ. ait: Non filij Sanctorū Chryſoſt.
ſunt, qui tenent loca Sanctorum, cùm mul-
tas ſedes videamus bonorum à peccatoribus
poſſeſſas, ſed qui exercent opera illorum.
Imō nemo confidat in pœnitentia aliena: Ezech. 18.
quia

quia filius non portabit iniquitatem patris,
ſed iuſtitia iuſti liberabit eum. *Qui inuenit
animam ſuam, perdet eam, & qui perdiderit
animam ſuam propter me, inueniet eam.* Diffe-
rentia inter præſentem vitam & æternam
eſt, quòd æterna non inuenitur hic, ſed ſpe-
ratur: præſens autem vita hic habetur. Rur-
ſùs propoſitis humano ſtudio hinc Chriſto,
& indè vita ꝓpria, ſi homo ſtuduerit poſt-
habito Chriſto ad ſeruandā vitā propriam,
iam inuenit animam ſuam, hoc eſt, vitam
ſuam: quia aſſequutus eſt quod intendebat,
eo modo loquendi, quo cum quis ex magno
periculo filium ſuum eruit, dicit: Hodie ad-
inueni filium meum, vel hodie exiſtimo
illum inueniſſe. Sic qui negando Chriſtum,
à morte comminata à tyrannis ſe liberat, po-
teſt dicere inueniſſe vitā corporalem, quam
ſuprà Chriſtum appetebat. Itaq; ſenſus eſt:
Qui inuenit, id eſt, qui iam inuētam habet,
me poſt habito, animam ſuam, ſiue vitam
ſuam, perdet eam in futuro ſeculo. Qui in-
uenit, id eſt, qui tanquàm re inuenta abuti-
tur vita ſua in deriſum Chriſti, perdet eam.
Et quando? Cùm irruerit in eum repentina
calamitas, & interitus quaſi tempeſtas in-
Prouer. 7. gruerit: vt dicitur Prouerb. 7. Qui ducunt in
bonis dies ſuos, & in pūcto ad inferos deſ-
Iob. 21. cendunt. Iob. 21. Et ex oppoſito. *Qui perdide-
rit animam ſuam.* Qui non inuenit, ſed ſpe-
rans perdiderit vitā ſuam propter me (con-
trà illam, me poſt habito) vt contrariorum
eadem ſit diſciplina, inueniet eam in futuro
Caiet. ſeculo. Vbi & aduertendum ex Caietano,
ad literam verificari hæc dicta de anima,
quantùm ad officiū animandi corpus, quod
habens vitam corporalem pro inuenta, vti-
tur ea, cùm debuiſſet illam pro Chriſto ex-
ponere, perdet corporalem vitam in æter-
num. Poſt reſurrectionem enim vita erit eis
Apoc. 9. peior quàm mors: nam quærent mortem, &
mors fugiet ab eis. Et ſimiliter: Qui eam ex-
ponit pro Chriſto, inuenit vitā corporalem
æternā poſt reſurrectionē: ſcriptum quippè
Prouer. 4. eſt: Qui me inuenerit, inueniet vitā, & hau-
riet ſalutem à Domino. *Qui inuenit animam
ſuam, perdet eam, &c.* Ac ſi agricolæ diceres:
Simile. Si ſeminaueris triticum & dimiſeris illud,
vt in terra mortificetur, colliges illud decu-
plum: verùm ſi illud in horreis ſeruas, ver-
mes comedēt illud & perdes. Sic qui corpo-
ris vitam pro Deo exponit, & corpus per
pœnitentiam mortificat, inueniet hanc vitā
corporalem in reſurrectione melioratam.
Cæterùm ſi illā diù delitijs ſeruas ac nutris,
nec vlli labori, aut incōmodo propter Chri-
ſtum exponis, vermis conſcientiæ in infer-
no corrodet illud. Qui ignorat tritici ſemi- Simile.
nationem, ſi agricolam viderit iactare tri-
ticum ſuper terram ſeminando illud, puta-
bit quòd perdit illud, & quòd quaſi rem in-
utilem à ſe proijcit: tamen ipſe grana ſua ſe-
minat, vt tempore meſsis cum incremento
colligat. Sic impij qui vident iuſtos diuitias,
ac honores à ſe proijcere, corpus caſtigare,
imò & morti illud tradere, exiſtimant om-
nia illa bona ipſos perdere: & tamen potius
conſeruant illud, ac ſeminant, vt poſteà me-
lioratum accipiant. Nam (vt ait Paulus)
Seminatur corpus animale, ſurget corpus 1. Cor. 15.
ſpirituale: ſeminatur in corruptione, ſurget
in gloria. Vndè & damnati tunc dicent: Hi
ſunt quos habuimus aliquandò in deriſum,
& in ſimilitudinem improperij, nos inſen- Sapien. 5.
ſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam,
& gaudium illorum ſine honore. Hoc eſt,
Exiſtimabamus illos oleum & operam per-
dere, & tamen eccè quomodò computati
ſunt inter filios Dei, & inter Sanctos ſors
illorum eſt. Acſi dicerent: Eccè fructus quos
colligunt ex his quæ ſeminabant, cùm nos
eſtimaremus illos bona illa perdere. *Et qui
perdiderit animā ſuā propter me, inueniet eam.*
Vel (vt Ioanes dicit) in vitam æternam cu- Ioan. 12.
ſtodit eam. Oportet cum Deo ludere ludo
illo chartarum, quem dicimus, *Gana pierde,* Simile.
vbi qui perdit, lucratur, & qui lucratur, per-
dit. Qui ignorat ludū illum, cùm videt quòd
vnus plures colligit chartas, & propè ſe illas
iungens componit, exiſtimabit quòd ille lu-
cratur, & tamen ille vocatur onuſtus, &
amittit pecuniam expoſitam ludo. Sic qui
Dei ignorat mores ac vſum, cùm videt ali-
quem multas pecunias ad ſe iungere, triti-
cum, vinum, oleumque in horreis ſuis com-
ponere, exiſtimat illum maximum lucrum
acquirere: & tamen ille eſt qui coram Deo
perdit, & cui dicitur: Væ qui coniungitis Eſai. 65.
domum domui, & agrum agro copulatis. Et Luc. 6.
væ vobis diuitibus, qui habetis hic conſola-
tionem veſtram. Alius autem cœlum lu-
cratur, qui minùs harum rerū habet: Nam
beati pauperes, quoniam veſtrū eſt Regnū Matth. 5.
cœlorum. Lude ergo cum Deo ſic, perde vi-
tam, honorem, diuitias, vt Regnū cœlorum
(vbi hæc omnia cumulata recipies) lucreris.
Sic enim à natura ordinatū eſt, vt quæ mi-
nora ſunt, pereant, vt maiora conſeruentur.
Intereat ceruus, vt viuat leo: pereat ouis, vt
viuat homo: ſic corpus moriatur, vt anima
viuat.

2.Cor.4. viuat. Vndè Paul.2. Cor. 4. dicebat: Propter quod non deficimus,ſed licèt is qui foris eſt noſter homo corrumpatur: tamen is qui intùs eſt, renouatur de die in diem. Pereat corpus,vt anima ſuſtentetur, honores, & diuitiæ periclitentur,ne Deus(qui ſuper omnia eſt) amittatur. *Qui inuenit animam ſuam,perdet eam.* Iuſtus cùm pro Chriſto exponit vitam, vel cùm huic mundo & rebus eius moritur, oculis inſipientium apparet
Ariſtot. mortuus: & tamen tunc verè viuit. Ariſtot. docet viuentia illa eſſe, quæ in ſe habent principium ſui motus: quarè & motus manifeſtat vitam:quod enim ſeipſum ab intrinſeco mouet, hoc nos dicimus viuere: nam quod ab alio mouetur, non viuit, quia in ſe non habet principium ſui motus,ſed ab extrinſeco mouetur,vt lapis qui proiectus â te mouetur. Quarè ſi in rigore loquamur, ſolus iuſtus dicitur viuere: quoniam ſolus ille intrà ſe habet Spiritum ſanctum, qui principium intrinſecum eſt vitæ ſpiritualis ani-
Rom.8. mæ. Vndè & Paulus dicit: Qui autem ſunt filij Dei,hi Spiritu Dei agũtur. Quarè omnia opera quæ iuſtus operatur, vel ferè omnia merẽtur vitam æternam: quoniam procedunt à principio intrinſeco, nempè à gratia, & charitare,quas intùs gerit: & hoc principium intrinſecum, ea mouet ad cœlum. Principium enim huius vitæ ſpiritualis, nimirùm gratia & charitas,opera iuſti ad Deũ dirigit,paſſuſq; eius ac veſtigia illuc tẽdere facit. Cæterùm peccator etiamſi annos vitæ Mathuſalem ſuperet, dùm in peccato mortali perſiſtit, nullum ad cœlum motum habet: quoniam nullum opus eius, quantuncunq; bonum, meritorium eſſe valet: non enim hanc gratiæ vitam agit, quoniam non habet interiùs principium eius,nempè Spiritum ſanctum, ſed ab extrinſeco mouetur, ſicut lapis. Alius illum ad opera ſua rapit, nimirùm vel voluptas, vel cupiditas, caro, aut mundus, aut diabolus, quæ illum tanquàm inſenſibilem lapidẽ quò volunt pellunt,atq; impellunt. Sed quoniam hæc vita ſpiritus, qua modò iuſtus viuit occulta eſt: nam & motus quo percipi debet etiã latet: paſſus enim quos ambulat, hoc eſt, opera meritoria quæ exercet, occulta valdè ſunt: nam merita noſtra vſq; ad retributionẽ latent apud Deũ. Ideò videntur mortui: quoniam non manifeſtatur modò vita eorum. Cæterùm vita malorũ, quoniam carnis vita eſt, & ſecundum carnẽ ambulant, ex motu, hoc eſt, ex operibus apparet, & ideò viui videntur eſſe, cùm tamen verè mortui ſint (vt diximus.) Vndè hæc Dominus dixit: *Qui inuenit animam ſuam,perdet eam.* Hoc eſt, qui putat ſe viuere, mortuus eſt: etiamſi viuens videatur. E contrà: *Qui perdiderit animã ſuã, inuenit eam.* Hoc eſt, qui in hac vita apparet quòd ſit mortuus(quoniam non viuit vitam hanc viſibilem carnis, ſed illam ſpiritus quã oculi carnis perſpicere nequeunt) hic verè viuens eſt. Vndè Paul.ait: Mortui eſtis, ſed Coloſ.3.
vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in gloria: quoniam in ipſo merita veſtra reſeruata ſunt. Hæc enim eſt vita iuſtorum, quæ manifeſtatur in motu bonorũ operum. Cùm autem Chriſtus apparuerit vita veſtra: tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria: tunc enim manifeſtabitur vita iuſtorũ: patebunt enim merita eorum ac paſſus. Quarè alibi dicebat. Viuo ego, iam non ego, viuit verò in Galat.2.
me Chriſtus. Ac ſi diceret: Vultis ſcire, quarè non cognoſcatur vita quã ego viuo: quoniam non viſibilem vitam ago, ſed inuiſibilem: non enim viuo vitam meã, vitam Pauli, aut hominis, ſed vitam Dei ac Chriſti, quem in meis operibus imitari ſatago. Quòd autẽ nunc viuo in carne, in Fide viuo filij Dei. 2.Cor.6.
Ecce vitam quã ago ad hûc viuens in carne. Et alibi ait: Quaſi moriẽtes & ecce viuimus: quoniam ſecundùm opinionem mundi, reputabantur mortui, ſed in alia vita viui antè Sap.3.
malos apparebunt, & dicent: En ecce viuimus. Viſi ſunt oculis inſipientium mori, illi autem ſunt in pace. *Qui inuenit animã ſuam, perdet eam.* Hoc eſt, qui nimiùm vult conſeruare carnem ſuam, & ſemper eam præſentem habet, in delitijs eam nutriendo, ac impinguando: eo modo loquendi quo ſolemus Similia.
dicere patri, qui blandè ac delicatè nutrit filium ſuum. Perdis eum, ſic licentioſè eum educando: ſicut qui equm indomitum nimis impinguat, & laſciuientem equum aſcẽdit, ſi illum præcipitem dat, non eſt mirandum. Sic caro delicatè nutrita cum anima faciet. Quarè Sapiens dicit: Qui delicatè nutrit Prouer.29.
ſeruum ſuum, poſteà ſentiet eum contumacem. Et Eccleſ.18. Poſt concupiſcentias tuas Eccleſ.18.
non eas, & à voluntate tua auertere: quia ſi præſtas animæ tuæ cõcupiſcentias eius, dabit te in gaudium inimicis tuis. Quale gaudium dedit Sanſon inimicis ſuis, quia ſequu Iud.16.
tus eſt Dalilam blandientẽ. Quinimò peiùs habet caro delicatè nutrita: plùs enim morbis ſubiecta eſt, vt patet in diuitibus, & delitioſè nutritis. Sẽper enim illos mille morbis impeditos videmus. Eſt enim caro veluti

later

Similè. later crudus, qui quantò plùs lauatur immundior remanet: hinc enim prouerbium emanauit: Laterẽ lauare. Sic & caro quantò magis eam lauas, ſordidior euadit: & quãtò plùs illi indulges, infirmior. Nec enim ſubiectum capax eſt caro tãtarum delitiarum: quoniam habet debile fundamentum, nec tantum onus ſuſtinere valet, ſed ei ſuccumbet: quare ipſemet delitiæ ipſam proſternunt, ac cadere faciunt. Vndè & Dominus
Mich.10. per Michęam cap.1. dicebat: Ponam Samariam, quaſi aceruum lapidum. Nam quia
Similè. aceruus nullum habet fundamentũ, quãtò plures lapides ſuperimittis, tantò citiùs corruent. Sic caro, quoniam debile ac luteum fundamentum habet (eſt enim ſtatua illa,
Dani.3. quam vidit Nabuchodonoſor, quæ habebat pedes luteos) ideò non poteſt ſuſtinere aurum, argentum & purpuram, aut byſſum, ſed nimis diuites ipſæ diuitiæ eos in paupertatem redigunt: quia eas non valuerunt conſeruare, & edaces languidi viuunt, & citiùs moriuntur. Quarè omnia illis in fauillã conuertũtur. Quapropter iuſti cùm hæc videant, animam quæ firmius habet fundamentum, quoniam immortalis eſt, accuratiùs enutriunt, perituræque carnis multas curas deponunt, hoc ſcientes, quoniam qui inuenit animam ſuam, id eſt, vitam animalem, perdet eam, & qui perdiderit animam ſuam, inueniet eam. Hæc igitur eſt lex tua Dñe Deus, qui crucẽ non vult, perdet animam quam ſeruare volebat. At hominum mores nihil aliud curant quàm animã ſeruare, crucem repellere. Tot ſunt apothecæ vini generoſi, tot delicata conuiuia, tot veſtes pretioſæ, tot delitiarum inuenta: num hæc crucem ſapiunt? Væ vobis qui nunc ridetis, quia flebitis. Væ diuitibus qui habetis
Pſal.143. hîc conſolationem veſtrã. Væ his qui in labore hominum nõ ſunt. Væ his quibus non
Sap.2. eſt ruina macerię, nec tranſitus nec clamor in plateis eorum. Væ his qui nunc roſis coronantur, & non eſt pratum quod luxuria eorum non pertranſeat. Sanè inuenerunt animam ſuam nunc, ſed in finem perdent eam.

Qui recipit vos, me recipit, & qui me recipit,
Matt.16. *recipit eum qui me miſit.* Me recipit, quia vt legati mei venitis hùc. Vide infrà cap.16.
Lucæ. 10. verſùs finem alia plura circa hoc: Qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit: & qui me recipit, recipit eum qui me
Ioan.10. miſit. Nam ego & Pater vnum ſumus, Ioan.
& 14. 10. & 14. Ad eum veniemus, & manſionem apud eũ faciemus. Et Ezec.3. Domus Iſraël, Ezech.3.
nolũt audire te: quia nolunt audire me. *Qui recipit Prophetã in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet. Et qui recipit iuſtũ in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet.* Hoc eſt dicere, Me recipit qui vos recipit, & nõ perdet mercedem: quoniã qui ſuſceperit quẽpiam Prophetam, ſiue doctorem, aut prædicatorem veritatis, ſub hac ratione & conſideratione, quatenûs eiuſmodi eſt, id eſt, quoniam Propheta eſt, vel prædicator veritatis, hic particeps efficietur mercedis illius, quæ debetur Prophetæ. Non enim poteſt ſuum officium rectè exequi Propheta vel doctor, niſi ſecundũ corpus ſuſtentetur: quaſi Prophetam adiuuat, qui eum ſuſpicit & ſuſtentat: ſicq; velut illi collaborans merito particeps efficietur mercedis Prophetæ. Imò qui iuſtum quemlibet ſuſceperit, etiam ſi Propheta ille non fuerit, modò eum ſuſcipiat in nomine iuſti (ea videlicet ratione & conſideratione, quoniam iuſtus eſt, & Dei ſeruus) particeps erit mercedis iuſto illi debitæ, propter temporale quod iuſto præbet ſubſidium, quod illi ad ſeruiendum Deo eſt neceſſarium. Dico autem in nomine iuſti, aut Prophetæ: quoniam ſi alia cauſa id fit, vel quia cognatus aut amicus tuus eſt, etiam ſi iuſtus aut Propheta ſit, nõ ob hoc mercedem accipient iuſti vel Prophetæ: eò quòd non in nomine iuſti vel Prophetæ id fecerit. Nam qui in nomine Prophetæ vel iuſti alicui bene facit, Deum in intentione habet, & propter Deum id facit, non autem ita qui propter cognationem, aut aliud temporale commodum id exequitur.

Titelmanus aliam meditatur hîc interpretationem, & eſt hæc: Quiſquis recipit Titelmãn.
Prophetam ſub intentione Prophetę, intendens, ſcilicet, illum recipere, qui doctor eſt veritatis: hic à Deo talem recipiet mercedem, qualem meretur is, qui prophetam recipit, qualiſcunque tandem ſit is qui recipitur, etiam ſi ipſe falſus & nequam eſſet Propheta, nihilominùs qui eum vt Prophetam, & in nomine Prophetæ recipit, ſuã accipiet à Deo mercedẽ, ac ſi verum Prophetã recepiſſet. Similiter de iuſto dicẽdũ eſſet. Quod ideò poteſt intelligi à Dño eſſe prædictum, ne homines nimiũ eſſent anxij inquirendo, quinã ſunt illi quibus debeãt pro Dei amore benefacere, ne hac curioſa inquiſitione, & ipſi priuentur hoſpitalitatis merito, & miniſtri Euangelici neceſſario ſubſidio. Licèt huic interpretationi videantur ob-

uiare Domini verba. Debuiſſet enim tunc dicere: Qui recipit quemquam in nomine Prophetæ, aut iuſti (vt benè adnotauit Ianſenius) nunc autem dicit: Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, & qui recipit iuſtum in nomine iuſti. Quare prior expoſitio ſimplicior ac germanior eſt. Qui enim Prophetæ, quia Propheta eſt, benè facit, ipſam honorat prophetiam, & qui iuſtum, quia iuſtus eſt, alit, ipſam iuſtitiam colit, Prophetæ & iuſti mercedem accipiat. Sicut ille qui literatorum ſtudijs fauet, illorũ præmijs meretur honorari: veluti Reges qui Eccleſias defendunt, ex ipſarum Eccleſiarum prouentibus præmia recipiunt paſſim. Nam & Abdias, quia pauit Prophetas, ab Helia Propheta meruit honorari, imò & donum ob hoc Prophetiæ accepit: fuit enim vnus ex duocecim Prophetis. Et vidua recipiendo Prophetam, meruit farinæ & olei indeficientiam. Vndè. 2. Corin. 9. dicitur: Multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ. *Et qui recipit iuſtum in nomine iuſti.* Hoc eſt, hac ratione, vt in eo ſuſtentet iuſtitiam (vt Albertus ait:) mercedem iuſti accipiet, vt dicitur Eccleſ. 12. Benefac iuſto, & inuenies retributionem magnam, etſi non ab ipſo, certè à Deo. Vndè Ioſue. 2. Rahab adiuncta eſt genealogiæ Domini, quia recepit exploratores. Nam &. 1. Regũ. 30. Lex ſtatuta eſt à Dauide, vt æqua portio eſſet euntis ad bellum, & remanentis ad ſarcinas. Ille enim remanet ad ſarcinas, qui nititur alere, & conſeruare, & prædicatores & Prophetas, & ſanctos, etiam ſi nec ipſe ſit prædicator, aut Propheta, aut nimium ſanctus. Quidam de ſingulari Propheta & iuſto, hoc eſt, Chriſto, id intelligunt, ſed minimũ habet ſimilitudinis. Claudius Gullield. ſic explicat hũc locum. Qui recipit Prophetam, non quia homo, conſanguineus, aut amicus eſt, ſed in nomine Prohetæ, hoc eſt, quia venit vt Propheta miniſter Dei, & præco regni Chriſti, à quo myſteriũ regni Dei audire, vt in gratiam cum Deo redeat, & hæres beatæ vitæ ſit, cupit: is mercedem Prophetæ accipiet, cùm à Propheta mercedem accipiet, quam ipſe dare poteſt, nimirùm inſtitutionem in verbo, quæ merces omnium copioſiſsima eſt: tunc mercedem accipiet à Deo quam promittit pro charitatis operibus, hìc corporalem & ſpiritualem benedictionem, & poſt hanc vitam beatitudinem æternam. Proindè hìc eſt ſenſus verborum, & promiſsionis Domini. Quicunque verbi præcones & prędicatores recipit, & eo quidem animo & fine recipit, quia miniſter eſt myſteriorũ Chriſti, ideòq; ab ipſo diſcere cupit myſteria Regni Dei, is haud dubiè intelliget negotium ſalutis, atque pro temporaria beneficientia, & hoſpitalitate quam propter Chriſtum in miniſtrum Chriſti confert, particeps fiet omnium bonorum ac meritorum illius Prophetæ, & accipiet dona in cœlis nunquàm peritura. Pronunciabit enim Dominus cùm venerit in maieſtate ſua: Sitiui & dediſtis mihi potum: &, Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis: Venite benedicti Patris mei, &c. Qui locus apertè declarat mercedem dari bonis operibus. Vndè D. Auguſtinus lib. 22. de Ciuitate Dei. cap. 27. docet illos qui alijs benefaciunt, ex eorum bonis operibus adiuuari, & adducit carmen Virgilij. 6. Eneid. quod ſic habet.

Quiq; ſui memores alios fecere merendo:

Et ſic intelligunt quidam illud, Hic fert fructum, aliud. 30. aliud. 60. aliud centeſimum. Quòd ſancti pro ſuorum diuerſitate meritorum, alij centenos homines liberent: alij ſexagenos: alij tricenos: ſic refert ibi D. Auguſtin. licèt id non doceat. Dominus per Eſai. cap. 41. ſic dicit: Dabo in ſolitudine cedrum, & ſpinam, & myrthum, & lignum oliuæ. Ponam in deſerto abietem, vlmum & buxum ſimul. Oliua frugifera arbor eſt, vlmus minimè, & tamen alias plantas quæ fructum ferunt, ſuſtinet. Si enim illi adhæreat vitis, quæ tenuis planta eſt, poterit in eo ſuſtineri, & fructum ſuum dulciſsimum propagare. Sic in Eccleſia Dei (ait Gregor. 1. Moral.) ſunt homines ſua doctrina in alios fructoſi, ſicut oliua: alij verò ſimpliciores, & idiotę, qui hũc fructum ferre non poſſunt. Ne ergo iſti inanes remaneãt, alios ſuſtineant, alant, atque prout vires ſuppetunt, curatos velint. Et hi debẽt eſſe diuites ſeculares, & proceres in Republica, qui ex charitate tenentur prædicatores ac iuſtos alere, qui fructum in Eccleſia, quem ipſi nequeunt dare, proferũt. Sic enim nobilis Lazarus, & ſorores eius faciebãt Dñm noſtrũ, & diſcipulos eius hoſpitio ſuſcipiẽtes, & pro ſuis viribus illos alẽtes. Cur tu, ò diues Chriſtiane, in paraſitis, ſuſurronib⁹, meretricib⁹, aleatoribus, diuitias tuas conſumis? Nonne melius erit Doctores Eccleſiæ, p̃dicatores, & eos qui ſanctitate fulgẽt, alere, protegere, & alijs bonis eos afficere? Vt ſi nõ es oliua fructi-

Ianſenius

Simile.

3. Reg. 18.
2. Cor. 9.

Eccleſ. 12.

Ioſue. 2.

1. Reg. 30.

Gullield.

Matt. 25.

Auguſt.

Virgil.

D. Aug.
Eſai. 41.

Gregor.

Ioan. 11.

fructifera in hoc Dei horto, atq; paradiſo, ſaltem vlmi officium geras, vt frugiferas arbores ſuſtineas, & nõ potiùs religioſos viros, ac cõcionatores inhoneſtis verbis proſcindas, inhonores, atque contemptui habeas. Quòd ſi hoc beneficij genus, in laicis Chriſtianis oportet quòd vigeat: quid erit in Sacerdotibus, atq; Epiſcopis, quorum coadiutores ſumus? Maiori tenebuntur vinculo, ad hæc, hoſpitalitatis, atque pietatis opera. Vndè D. Bernardus ait: Laicus vnum vel duos ſuſpiciendo, hoſpitalitatis beneficium impleuit: Epiſcopus ſi non omnes recipit, inhumanus eſt. Ideò docebat Apoſtolus, Epiſcopum debere eſſe hoſpitalem. Qui ergo recipit Prophetam, in nomine Prophetæ mercedem Prophetæ accipiet. Olim Sancti, qui viros hoſpitio recipiebant, veluti in Angelos conuerſos poſteà videbant. Hinc Paulus ad Hebræos ait: Hoſpitalitatem nolite obliuiſci, per hanc enim placuerunt plurimi Angelis hoſpitio receptis. Nos autem in Prophetas, & iuſtos conuerſos accipimus: imò in ipſum Chriſtum, & Deum Patrem: nam vt modò dixit Dominus: Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me miſit. Imò & ſubdit Dominus: *Et quicunque potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine diſcipuli, Amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam.* Hoc eſt, non eos duntaxat præmiorũ meorum dignos æſtimabo qui bona ſua in Prophetas ac iuſtos expenderint: verùm & qui calicem aquæ frigidæ vni ex minimis porrexerit: quæ res minima ac facillima eſt. Aqua enim communiſſima res eſt (vt ait Ariſt.) nec dico tibi, quòd ſumptus facias calefaciendo illam, ſed ſi frigidam, vt è vaſe educitur, dederis, non perdes mercedem tuam. *Tantùm in nomine diſcipuli.* Obſerua. Tantùm, poteſt iungi cum præcedentibus, in hunc ſenſum. Qui potum tantùm dederit vni ex minimis, vel non niſi calicẽ aquæ frigidæ dederit, in nomine diſcipuli. Vel poteſt iungi cũ eo quod ſequitur hoc modo: Quiſquis vni ex his minimis potum dederit calicẽ aquæ frigidæ; modò id faciat in nomine diſcipuli, non perdet, &c. Quid autẽ illud ſit (in nomine diſcipuli) clariùs exprimit Marcus qui ſic habet: Quiſquis potũ dederit vobis calicẽ aquę frigidę, in nomine meo, quia Chriſti eſtis. Hoc enim eſt dare alicui in nomine diſcipuli. Ne cauſeris paupertatẽ calicem aquę frigidæ quilibet præſtare poterit. Amen dico vobis, hoc eſt, fideliter dico, & verè, nõ perdet mercedem ſuam: quia non mittit hæc in ſacculum pertuſum, vt ait Aggæus cap. 1. Exemplum eſt de muliere Sareptana, quæ dedit buccellam panis Prophetæ, meruit cum filio à fame liberari. Vndè Gregor. Nazianzenus Orati. de Paupertate fouenda: Da parùm (inquit) da minimum, da quod manus tua proferre potuerit, nihil ſine fructu erit. Saltem da lacrymulam. Et Chryſoſtom. ait: Qui aquæ frigidæ mercedẽ conſtituit, putò quòd ſine opere bonæ volũtati reddet mercedem. Nam, vt ait Paul. Si voluntas prompta eſt, ſecundùm id quod habet accepta eſt, non ſecundùm id quod nõ habet. Obſerua. Primũ ex hoc loco ſatis retundi ſumptuoſitas poteſt prædicatorũ, cùm potũ aquæ dicit ſuis prædicatoribus apponi, qui paucis debẽt eſſe contenti. Timeãt ergo Eccleſiaſtici, & illi qui nimis lautè volunt recipi, & nutriri, ne ſint prædicatores Bel: de quo dicebat Nabuchodonoſor apud Daniel. c. 14. Nonnè tibi videtur Bel Deus viuens? Quia multas eſcas putabat in vna nocte deuoraſſe, quas tamen eius ſacerdotes comedebant. Tales ſunt prædicatores qui delicatè nutriri volũt, & in hoc ſumptus nõ modicos facere. Nihilominus ſecundò obſeruãdum, ex hoc loco etiã colligi poſſe, quòd aliquando eleemoſina ex delicatioribus cibis, & qui tibi dulciùs ſapiunt facienda ſit. Calix quippè aquæ frigidæ delitioſè ac dulciter hauriri ſolet. Nam & Sapiens Prouerb. 25. dicit: Sicut frigus niuis in die meſsis, ita legatus fidelis ei qui miſit eum, animam ipſius requieſcere facit. Et paulò infrà: Aqua frigida animæ ſitienti, & nuncius bonus de terra longinqua. Ex quibus colligitur quòd potus frigidus facit quieſcere animam potantis. Imò & medici aiunt contra cauſones, & ardentiſsimas febres potus aquæ frigidæ nimium valere. Quare quidam doctor ait: Habet autem & calix aquæ frigidæ aliquod ſolatium, his qui in Paleſtina verſantur maximè præſtantem. Loca enim ſterilia, & arida plerunque occurrunt, & maximè Solis ardor. Vndè fit, vt magni muneris loco habeatur calix aquæ frigidæ. Habent & Turcæ ſuos eremitas, qui hoc offerant viatoribus: nec quidem Xerxes, cùm à piſcatoribus paululũ aquæ accepiſſet, aliquid vnquã ſe delicatiùs bibiſſe teſtatus eſt. Neceſsitas loci, & cœli, affectio deniq; offerẽtis, muneris eſtimationẽ facit. Sũmi muneris loco habuit Dauid aquã aductã è ceſterna Bethleẽ, ſed

D. Bernar.

2. Timo. 3.

Ad Heb. 13.

Ariſt.

Aggæus 1.

3. Reg. 17.

Gregorius Nazian.

Chryſoſt.

2. Cor. 8.

Dani. 14.

Proue. 25.

Quidam doctor.

Xerxes.

ſed quoniã illa cũ periculo vitæ allata fuerat, bibere noluit, ſed libauit eam Dño. Ex his colligo, forſan voluiſſe Dñm ſuos Chriſtianos docere, vt nõ ſemper ex eis quæ ipſi negligũt, & nolũt ſibi, eleemoſynas faciant: verũetiam aliquando ex his quæ ſibi in delitijs ſunt, præcipuè infirmis, qui faſtidire ſolent cibos groſsiores. Ab ore tolle buccellã, quę tibi dulcior eſt, & pauperi Chriſto mitte. Sic enim, & Iob faciebat, cùm dixit: Si comedi buccellã meam ſolus, & non guſtauit alienus ex ea. Vbi per buccellã quę tibi dulcior eſt, delicatiores cibos intelligere videt: ac ſi diceret noſtro idiomate, *Bocadillos*, qui ſolent in delitijs haberi. Et Chriſtus Dñs in Cœna buccellã illam dulciſsimã ſui corporis, & ſanguinis priùs ipſe guſtauit, atq; quaſi ab ore ſuo extrahens dulciorẽ buccellã diſcipulis ſuis porrexit, dicẽs: Accipite & mãducate. Tertiò ex hoc loco obſeruandũ eſt, quanta ſit charitatis potẽtia, quæ res minimas magni valoris eas reddit. Quid enim minùs excogitari poteſt, quã potus aquæ frigidæ? Hic ex charitate datus Regnũ valet cœlorũ. Sicut enim magna ſine charitate facta nihil valent (vt Paul. docet:) ſic minima cum charitate magna fiunt. Videtur mihi comparandã cum manibus Regis Midæ, de quo Poẽtæ fingunt, ꝙ quidquid manu ſua tangebat, in aurũ conuertebatur. Sic quidquid charitas tãgit, etiamſi aqua frigida ſit, in aurũ imò in cœlum conuertitur. Aureæ quippè monetæ ſunt opera ex charitate facta, quibus Regnum cœlorum emitur.

Iob.31. *Matt.30.* *1. Cor. 12.* *Simile.*

Vltimò obſerua circa hunc locũ. Conſidero ego in mercatu aliquo, aut in nundinis duos mercatores qui merces ſuas vẽdere cupiunt, & tamen non ſunt qui emãt. Vnus ex eis vt eas diſtrahat, & vẽdat, minuit preciũ, & viliùs ea proponit vendenda. Sic apparet mihi feciſſe Dñm Ieſum. Ipſe, & mundus merces ſuas vẽdere cupiũt hominib⁹: mũdi merces in ſummo pretio ſunt, nunquã enim honores, voluptates, ac cæteræ huius ſeculi merces in maiori pretio fuerunt: ſummo enim labore ac ſumptu eas miſeri mundani acquirunt. Hoc cernẽs Chriſtus Dñs pretiũ ita moderauit & minuit, vt pro calice aquæ frigidæ Regna cœlorũ promittat, & viduæ cuidã pro duobus minutis illud dederit, vt ſaltem ſic inueniat ſuarũ merciũ emptores. Quare apud Eſaiam clamat, dicens: Venite, emite abſq; argento, & abſq; vlla cõmutatione. Pro tàm minimo quippè pretio datur Regnũ cœlorũ, vt quaſi gratis dari videatur.

Simile. *Simile.* *Luc.21.* *Eſai.55.*

Cap. XI.

ET Factum eſt cùm conſummaſſet Ieſus, præcipiens diſcipulis ſuis, tranſijt indè, vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum. Cùm conſummaſſet Ieſus præcipiẽs: Græca eſt phraſis, qua participiũ ponitur pro infinitiuo. Et eſt ſenſus. Cùm finem feciſſet præcipiendi, tranſijt indè, vt prædicaret, & doceret in ciuitatibus eorũ. Separauit ſe ab Apoſtolis, vt ſemoti à præceptore ſuo ſui periculũ facerent. *In ciuitatibus eorum.* Si relatiuũ hoc, eorum, refertur ſingulariter ad Apoſtolos, videtur ſignificari Chriſtũ ſubſequutũ Apoſtolos, vt & ipſe prædicaret in ciuitatibus eorum, quibus illi prædicauerũt, quaſi ipſi parauiſſent viam eius prædicationi. Verùm meliùs intelligitur, vt relatiuum, eorũ, referatur ad Iudæos, vt ſignificetur Chriſtũ in illis ciuitatibus prædicaſſe, in quibus præcepit vt Apoſtoli ſui prædicarent, nempè Iudaicis. Frequenter enim ſic ponitur in Scripturis relatiuũ, vt non referatur ad proximum, ad quod videbatur referri debere, ſed ad aliquid non ita clarè expreſſum, ſed ꝙ facilè intelligatur. Vt cùm dicitur: Dñe Deus noſter tu exaudiebas eos (vbi loquitur de Moyſe, Aaron, & Samuel) Deus tu propitius fuiſti eis, & vlciſcẽs in omnes ad inuentiones eorũ. Vbi, eorũ, refertur ad Iudæos, qui fuerũt tẽpore Moyſi, Aaron, & Samuel. Et benè nota, ꝙ poſtquã miſit vicarios Apoſtolos ſuos, vt p̃dicarẽt, noluit ipſe otioſus domi manere, ſed accinxit ſe etiã ipſe, vt iret ad prædicandũ: vt in hoc inſtrueret Prelatos, nõ ſatis eſſe vt ipſi habeãt miniſtros, qui eos ad ſua munia exercenda adiuuent, nec ideò ipſi debẽt otioſi domi ſedere, ſed etiã in officio ſuo quotidie laborare: ne illis cõtingat qd̃ Dauid Regi, qui eo tẽpore quo ſolẽt Reges ad bella ꝓcedere, ipſe miſit duces ſuos & remanſit otioſus in domo ſua: & quia (iuxtà ſententiã Sap.) Multa mala docuit otioſitas, ipſe adulter & homicida factus eſt. Propter quod in irã Dei incidit, & niſi pœnituiſſet iam omninò à Deo, & à Regno excluſus fuiſſet. *Ioãnes autẽ cùm audiſſet in vinculis opera Chriſti, mittẽs duos de diſcipulis ſuis, ait illi: Tu es qui venturus es, an aliũ expectamus? Et reſpondens Ieſus, ait illis: Ite, renũciate Ioãni quæ audiſtis & vidiſtis. Cœci vidẽt, claudi am-*

Pſal. 47. *Moralitas* *2. Reg.11.* *Eccleſ.33.*

di ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgũt, pauperes euangelizãtur, & beatus erit qui non fuerit ſcãdalizatus in me. Illis autẽ abeuntibus cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioannẽ: Quid exiſtis in deſertum videre? Hominem mollibus veſtitũ? Ecce qui mollibus veſtiũtur, in domibus Regũ ſunt. Sed quid exiſtis in deſertum videre? Arundinẽ vento agitatã? Sed quid exiſtis videre? Prophetã? etiam dico vobis, & pluſquã Prophetam. Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto Angelum meum, &c.

Malach.3.

Quoniã Euangeliũ hoc in Eccleſia Romana canitur in.2. Dominic. Aduẽt. & apud nos in.3. Ideò ea quæ in publicis concionib⁹ multotiens circà hoc Euãgelium docui, hîc ſcribere volo: quoniã ſenſum literalẽ, ſiqua in eo difficultas eſt, etiã in ipſis concionib⁹ explicui, vt hîc (licèt in diuerſis locis) ſilegetis inuenies. Cõtinet enim piã quandã queſtionem ac legationẽ, quam ſanctus Baptiſta Ioãnes, è carcere, in quo ab Herode detinebatur, per duos ex diſcipulis ſuis miſit ad Chriſtũ Dñm; motus ex celeberrima fama, quę iã in ore omniũ per totã terrã ferebatur, tàm doctrinæ, q̃ operũ mirabiliũ Saluatoris noſtri Ieſu, hac intẽtione, atq; cura, vt per ipſum Chriſtũ Ioannis diſcipuli inſtruerẽtur de ea re quæ tantopere illis neceſſaria erat. *Igitur cũ audiſſet Ioãnes in vinculis opera Chriſti, mittens duos de diſcipulis ſuis, ait illi: Tu es qui venturus es, an aliũ expectamus?* Nulli dubium eſſe debet, nõ ideò Ioannẽ hoc interrogaſſe à Dño, qa ipſe neſciebat quis nã eſſet ille, quẽ ex vtero matris tanquã verũ Meſsiã cognouerat. Potiùs hoc interrogauit ob diſcipulos ſuos, quos cernebat non ſolùm ignaros tanti myſterij (nempè quòd Dominus Ieſus ipſe eſſet verus Meſsias ac Chriſtus:) verũ infectos eos ſentiebat tabe quadã inuidiæ aduerſus Chriſtũ Dñm, & diſcipulos eius, eò ꝙ viderent illum iam plures facere diſcipulos quã Magiſter ſuus, pluresq; baptizare, atq; fama & opinione illũ apud populũ clariſsimis indicijs ſuperare. Quare optimi magiſtri officiũ exercens eos mittit ad verum magiſtrum, vt proprijs oculis eius opera cernentes, & auribus doctrinam eius audientes, ab ipſo inſtructi in illũ crederẽt. Hoc quippè eſt Chriſtiani magiſtri ac dñi officium, diſcipulorum ac domeſticorũ curam gerere, vt rectè ſint inſtructi in his quæ ad eorum ſalutẽ expectant. Ob quã cauſam debent eos in Eccleſiam nõ ſolùm permittere, verũ & mittere, vt concionibus adſint, vt rebus ſacris aliquãdo interſint, vt Eccleſiæ Sacramenta, in quibus eſt vera ſalus, recipiant: eorum reprehendendo vitia, ſi quæ in eis ſenſerint, exẽplaq; totius virtutis eis oſtendendo. Sic enim & Paulus diſcipulum ſuum inſtruit, vt viduas admoneat, ac earum nomine cæteros patres, aut matres familias filios in omni ſanctitate educare, familiam ad metas Chriſtianæ religionis regere, ſecundùm normã quam ab ipſomet Paulo acceperant. Si quis enim ſuorum (ait Paulus) & maximè domeſticorum curam nõ habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior. Ac ſi diceret. Quomodò credendũ eſt illum fidẽ cum Deo ſeruare, qui cum ſuis domeſticis eam nõ ſeruat. Et eſt infideli deterior: quoniam etſi infidelis, eò quòd eſt infidelis, deterior ſit, quàm Chriſtianus ac fidelis: tamẽ incuria ac negligentia hominis Chriſtiani, eò quòd eſt Chriſtianus, multò deterior ac reprehenſibilior eſt, quàm negligentia infidelis. Quoniam Mahometanus, qui hanc vetitatem nõ agnoſcit, quam nos veri Chriſti fideles habemus, ſi hanc curam cum ſuis domeſticis non habet, condonandũ eius ignorantiæ eſt: quæ etſi in totum non excuſet, quantùm ad hoc tamen plùs excuſationis ſaltem habet, quàm homo Chriſtianus, qui hanc fidem à Deo miſericorditer accepit. Deberet enim eam ornare ac ſociare charitate, quæ præcipit vt ſuorum priùs curã habeat, deindè ad alienos ſe transferat. Nam charitas per nationes, in animas ſanctorum ſe transfert, vt ait Sapiens: & charitas benè ordinata à ſemetipſo & à ſuis ꝓcedit. Quare mancipijs ac ſeruis, qui nulla alia libertate fruuntur præter eã quã domini illis concedunt, tenẽtur illos inſtruere de his quæ pertinent ad religionẽ & bonos mores, & concedere illis locũ ad negotia ſuæ ſalutis pertractanda. Idem de filijs, ac pupillis eſt dicendum. Cæterùm erga alios ſeruos qui ſui iuris ſunt, non tàm ſtricto vinculo ad id teneris: tametſi tibi conſtat eos corruptis eſſe moribus, alioſq; ſuis exemplis ad ſe trahere, teneris illos corripere: ꝙ ſi non corriguntur à tua domo expellere, ne videaris eorum vitijs fauere: Nam medicum fermẽtum totam maſſam corrumpit. Quocircà qui ancillas habetis, quarũ impudici mores in ꝓpatulo ſunt, tenemini illas aſperè corripere, ne impudica vitia tantã ſibi licentiã ac libertatẽ acquirant, ſicuti hiſcè temporibus videmus: quia apparet, quòd turpitudo præſcribat, inuerecundèque iam hæc committantur vitia, quoniam nõ eſt qui ea corrigat & emendet.

Moralitas ſeu cõcio. *Luc.7.* *1. Tim. 5.* *Sap.7.* *2. Cor.5.*

Pater id concedit adoleſcentiæ filiorũ, mater id diſsimulat in filia, domina in ancilla, prædicatores ꝓpter dignitatẽ loci verecundamur in ore talia vitia verſare, ne videamur linguas nr̃as, quibus & venerabile Corpus Chriſti, & ſanctiſsima eius verba tractamus, talibus vitijs coinquinare: & ſic remanent hæc vitia impunita. Quãuis Gubernatores, Prætores, & ij quibus Reip. gubernatio cõmiſſa eſt, ad vitia hęc publica coercenda maximè deberent attendere. Præpoſterus quippè ordo eſt, q̃ ſecreta peccata inquirantur, cùm interim publica hæc diſsimulentur. In ore omniũ eſt illius cõcubinatus, & alterius adulterium, & qui corrigere deberent, diſsimulant, vt ſic vitia hæc vires acquirẽdo, impunè ac inuerecundè publicè perpetrentur. Secta quędã Philoſophorum, quos Cynicos appellabãt, fuit olim, qui quid quid licebat, nitebantur in publico facere. Vndè & cum vxoribus in publico rem habere conabantur, nec id potuerunt aſſequi, quoniam publica honeſtas ac verecũdia id minimè permiſit: & quod inter Gentiles nõ eſt admiſſum, inter Chriſtianos permittitur hodie: res certè maximè deplorãda eſt. Imò credo, quòd ideò multi habẽt ſeruos ſuos in domo ſua, qui peccatores ſunt, & lenones, factioſi, gladiatores, & peſsimi: vt heros ſuos in ſuis adiuuent iniquitatibus. Et quia puer ſcit impudicam legationem facere, & puella dominæ ſua mala facta celare, amabilis maximè illi eſt. Proh tempora infelicia ac calamitoſa! Diſsimulat Deus, ſed non ſemper, ipſe requiret in tempore ſuo, & cùm ſuſceperit tempus, hæc omnia iudicia iudicabit.

Pſal.74. *Audiuit ergo Ioannes in vinculis opera Chriſti.* Etiam ſi in carcere ſis, in tẽtatione, in infirmitate, in preſſura, poterit Deus ad te intrare. Eſt enim ſubtiliſsimus Deus, qui omnia penetrat, lux quæ per rimulas in animas *Sap.7.* ſubtiliter illabitur. Nam, vt Sap.7. dicitur: Eſt in illo ſpiritus intelligẽtiæ, ſanctus, ſubtilis. Quoniam quãtunuis te mundus teneat cõſtrictum, ſeris ferreis occluſum, quòd nec lumẽ cœli videre poſsis: non tamẽ Deum à te auferre poteſt, nec impedire quin ad te *Dani.14.* veniat. Danieli in lacu leonũ occluſo, & obſignato Deus ab Hieruſalẽ miſit prandium, per Abacuc Prophetam: & in medio for- *Dani.3.* nacis erat cum tribus pueris. Et ſicut nec in vinculis Deus dereliquit iuſtum, ita nec vir- *Sap.10.* tus illum tunc deſerit: nam è vinculis, quæ eũ ire impediebant, Ioannes miſit duos diſcipulos ad Chriſtũ, vt ab illo inſtruerentur.

Magna certè vis virtutis eſt, quæ nec in vinculis, nec in infirmitate, nec in tribulatione aut labore nouit otioſa permanere, vbiq; comitatur animã, quæ à ſe illam nõ excludit. Ne vanas prętexueris excuſationes, in lectulo infirmus iaceo, in vinculis conſtrictus teneor, mille me circumdant curæ, nihil boni operari poſsũ: nihil hoc impedit homo, quin anima quã non tenent vincula nec morbi, in quocunq; loco, in quacunq; occaſione bona operari poſsit. Vide quid Sap.10. de virtute *Sap.10.* dicat Sapiens. Hæc vendit ũ iuſtum non dereliquit, ſed à peccatorib⁹ liberauit eũ, deſcenditq; cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum. Et de Tobia dicitur, q̃ *Tob.1.* cùm captus eſſet in diebus Salmanaſar Regis Aſsyriorũ, in captiuitate tamen poſitus viam veritatis nõ deſeruit. E vinculis opera virtutis exercet Ioannes, & Paulus vinctus Ieſu Chriſti è carcere ſcribebat Epiſtolas Eccleſijs, vt eas in recta Fide conſeruaret. Nam, vt ipſe teſtatur: Verbum Dei non eſt *2.Timo.2.* alligatũ. Nec enim vincula animã conſtringunt, verbũ Dei, atq; virtus libera ſemper manẽt. De ventre Cete orauit Ionas, & exauditus eſt, circumſeptus ventre piſcis, circundatus aqua tenebatur, nec vndè reſpiraret locus erat: & tamen fides ibi illum non deſeruit, nec fiducia abfuit, ſed illa fretus ad Deum è tenebroſo loco fudit preces, quę *Iona.2.* illi non vacuæ fuerunt. E lectulo, è lepra, è tenebris, è laboribus Deum orare poteris: quoniã anima ab his expedita, ſemp̃ libera ad bona opera manet. E vinculis ergo Ioannes duos ex ſuis diſcipulis miſit ad Chriſtũ, vt interrogarẽt eum: Tu quis es? non dubitando, ſed vt ſui inſtruerentur diſcipuli (vt diximus.) *Et reſpondens Ieſus, ait illis: Ite & renunciate Ioanni, quæ vidiſtis, & audiſtis, cœci vident, &c.* Corã illis hæc opera fecit, quibus ſuæ interrogationi reſpondit. Optimum argumentũ quo iuſtus aduerſarijs reſpondere poteſt, ſunt opera: multa loca arguẽdi docet Dialectica, plurima Rhetorica, à loco, à perſona, à cauſis, ab effectibus: in arte autẽ, ac ſcientia Chriſti, hic ſolus locus arguẽdi, ac conuincendi docetur, nempè ab operibus. Debẽt quippè eſſe reales Dñi noſtri Ieſu Chriſti diſcipuli, nõ nominales, qui ſolùm vocibus ac verbis Chriſtũ prædicẽt, factis autẽ negẽt. Rebus id debẽt ꝓfiteri, illiſq; palmã tribuere ac ſcientiam, nõ vocib⁹ ac nominibus, quæ fictè pronunciari ſolent. Multi dicent mihi in illa die (ait Dñs:) Dñe *Matth.7.* Dñe, & confitebor illis, quia non noui vos.

Nomi-

Nominales eratis, & ideò nõ mei diſcipuli, qui in rebus ac operibus meæ facultatis rationem pono. Scientia quippè realis eſt ea quã Euangeliũ docet, quæ propinquiſsimũ habet fundamentũ in rebus, nec in ſecundis conſiſtit intentionibus, hoc eſt, in ſpeculatione dũtaxat, ſed potiùs in ipſis rebus con- *Iacob.2.* ſiſtit. Vndè D. Iacobus ſic arguit: Oſtende mihi Fidẽ tuam ſine operibus, & ego oſtendam tibi ex operibus fidem meã. Tu qui nominalis es, in vocibus dũtaxat oſtẽdis ſiſtere ſciẽtiam tuam: ego verò qui realis ſum, in rebus ac operibus ipſis illã oſtendo. *Cœci vident, &c.* Hæc ad literam fecit Dñs Ieſus, & his operibus conuicit incredulos. *Et pauperes* *Eſai.61.* *euangelizantur.* Sic enim & Eſai. prędixerat: Ad euangelizandũ pauperibus miſit me. Hi ergo pauperes & humiles bonum nuncium *Simile.* Euãgelij accipiunt. Sicut enim prudens mercator non oſtendit, aut euoluit ſuas merces illis, qui ob ſolam curioſitatẽ eas cernere cupiunt, nec tamen emere, aut in domũ ſuam illas vehere, illis autẽ eas libẽter manifeſtat, & è ſacculis educit, quos ſcit eas iuſto emptu ros pretio: ſic Dñs noſter Ieſus Chriſtus cœleſtes merces quas ſecũ è ſinu Patris portabat, nõ curioſis tantũ ac ſuperbis eas oſtendere vult, ſed potiùs humilibus ac mãſuetis, qui eas ſecũ adducere cupiũt, vt ſibi habeãt. *Luc.2. & 13.* Quare etiam corã curioſo Herode tacuit, & ſimplicib⁹ paſtoribus ſe per Angelũ mani- *Matt.11.* feſtauit. Et infrà in hoc cap. confitetur Patrem, quia abſcõdit hæc à ſapientib⁹ & prudentibus, & reuelauit ea paruulis. Quare & id ſuprà docuit prædicatores ſuos, vt face- *Matth.7.* rent, cùm dixit eis: Nolite ſanctum dare canibus, nec mittatis margaritas veſtras antè porcos, ne fortè conculcẽt eas pedibus ſuis, & cõuerſi dirũpant vos. Ne detis hæc pretioſa canibus, hoc eſt, murmuratoribus, & maledicis, qui nõ veniunt ad audiẽdos prædicatores, niſi tanquãm cenſores ac ſcioli, vt aliquid aduerſùs illos calũnientur. Nec antè porcos mittatis margaritas, hoc eſt, ſenſuales ac carnales, qui omnia irrident, & tanquãm res ludicras accipiũt Dei verba. Ideò quippè Acedia, hoc eſt, faſtidium diuinarũ rerũ, ac ſpiritualium, eſt luxuriæ filia: nam luxurioſus, ac carnalis animus rebus carnalibus immerſus ſpiritualia omnia faſtidit. Ibi enim ſuffocatur guſtus diuinarũ rerum. *Pſal.105.* Quare de eis dixit Pſalmiſta: Omnẽ eſcam abominata eſt anima eorũ. Nihil enim illis ſapit, niſi quod carnis ſaporem ſecum fert, poſt quem petulanter vadunt. *Illis autem abeuntibus, cœpit dicere ad turbas de Ioanne: Quid exiſtis in deſertum videre? &c.* Noluit Ioannis laudes coram illius diſcipulis promere, ne videretur potiùs velle aſſentari illi, quàm illum laudare: vt condemnaret hominum mendaces mores, qui in proſpectu tuo mira de te prædicant, ſed vix terga aut vultum auertis, & nihil tibi parcũt, de te ac tuis rebus acriter obmurmurant, ſcorpioni- *Simile.* nibus non abſimiles, qui cum vultu blandiuntur cauda venena diffundunt. Hic abuſus iam mundum cepit. Omnia mendacio peraguntur, nec in rebus, nec in verbis tenetur fides: nihil enim eorum quæ verbis promittunt, opere exequuntur. Fateor ego potiùs vellem, vt claris verbis mihi diceres: Non hoc faciã, nec te volo, quàm quòd caput meum impleas vento (vt dicitur:) & deindè nihil aliud facias. Sed dices: Sic iam ferunt hominum mores, vt verba quæ dicuntur, *De cumplimiento*, non obligent: ne credas tu illis. Benè habet. Sed hic mos ſit apud infideles, apud viles, ac nullius ponderis homines: ſed Chriſti cultor, Euangelicæ veritatis diſcipulus, nihil tale facere debet. Audi Chriſtum dicẽtem: Sit autem ſermo veſter, *Matth.5.* Eſt, eſt, Non, non, *Si por ſi, y no por no.* Et diſcipulum eius Ioannẽ: Fratres diligamus, *1.Ioan.3.* non verbo nec lingua, ſed opere & veritate. Seraphin illi, qui in tẽplo erant mutuis vultibus ſe reſpiciebant, nec vnquã auerſis vultibus erant: in quibus iuſti ſignificantur, qui ſemper ſe mutuò reſpiciũt, nec vnquàm à ſe auertunt vultus, tanquàm aliam faciem reddant præſentes, & aliã abſentes, ſed ſemper ſe tanquàm præſentes tractant. E contrà de malis dicitur. Cor ſtultorum diſsimile erit. *Prouc.15.* Aliam enim reddit malus faciem præſens, aliam abſens. Fateor hoc me ex Dñi noſtri Euãgelio didiciſſe, vt veritatẽ cum ꝓximis meis ſemper tractem, & id quod in ore aut vultu gero, id ſit in corde: etſi ſcio, q̃ hæc claritas hominibus nõ ſemper ſit grata, quia contra morẽ & vſum, vel potiùs abuſum eorum eſt, qui omnia diſsimulare ac fingere norũt. Tamẽ ego plùs volo, vel apicẽ Euangelij imitari, quàm vniuerſum lucrari mundum. Ob hoc ergo expectauit Dñs, vt diſcipuli Ioannis abirẽt, & illis abeũtibus, cœpit dicere ad turbas de Ioanne: *Quid exiſtis in deſertum videre? Arundinẽ vento agitatãẽ?* Ac ſi diceret: Minimè. Nec enim arundo eſt Ioannes, quæ quolibet circũagitur vẽto, ſed conſtãs, ac firmus in veritate, quẽ nec mortis timor, nec Regalis maieſtas, nec mulieris

iratæ minæ (quæ cùm ira præoccupatur, & potens eſt, tigres, & ſerpẽtes ſuperat, ſecundùm illud Sapien. Non eſt ira ſuper irã mulieris) cõmouere potuerũt, quin Regi veritatem ac legem intimaret diuinam, dicens: Non licet tibi habere vxorẽ fratris tui. Sic & Euãgelicus prædicator debet eſſe, quem nec fauor demulceat, nec minæ timidũ reddant: colũna immobilis Eccleſiæ, non arundo mundi à vento agitata oportet quòd ſit, ſed conſtans in veritate, ob nullum humanum damnũ, vel commodũ eam relinquere debet. Nec enim debet eſſe ſicut Cancberus, de quo fingebant Poëtæ, quòd ſi bolus panis in eius ore mittebatur, à latratib⁹ ceſſabat. Canes ſunt prædicatores, qui ita ferociter aduerſùs vitia latrare debẽt, vt nec flagelli metus, nec panis cupiditas eos à latratibus arceat, nec commodum, nec damnum debẽt prędicatoris os obſtruere, nec populi fauor os eis occludat, nec timor frænare poſſit, quominùs veritatẽ clamẽt. Debetq; eſſe importunus vt canis, qui vſq; quo te extrà domũ, aut aream, vel ouile educat, nõ ceſſat à clamoribus. Sic prædicator perſequatur latratibus ſuis vitia, quouſque ea ab illo populo, vel ciuitate eliminet, atque exterreat. Clama ne ceſſes (ait Eſai.) aliâs dicetur de eis illud Prophetæ: Canes muti, non valentes latrare. Cùm euellere arborem vis, ſi primo ictu nõ cadit, addis ſecundũ, tercium, & quartũ, quouſq; in terrã proſternas illam: ſic ſi vitia euellere cupis, non ſemel aut bis, ſed millies ea perſequi debes, vſq; dùm à populo profligata videas. Clama ne ceſſes, & annuncia populo meo ſcelera eorũ. Non eſt arundo Ioannes, nec Iuſtus: quoniã innituntur Deo qui firmiſsimus eſt, vtpotè qui dicit: Ego Deus, & nõ mutor. Quarè & Pſalmiſta dicit: Qui confidũt in Domino, ſicut mons Sion. Et Sap. dicit: Iuſtus permanet vt Sol, qui ſemper in eodẽ gradu integram habet lucem: ſed ſtultus vt Luna mutatur: quia innititur mutabili & variabili mundo, & ideò eſt arundo vẽto agitata. Nauis quantũuis anchoris eam teneas, quia tamen labili fluxu aquæ innititur, nunquã quieſcit, in ꝓpetuo motu ſemper eſt: ſic qui mũdo huic confidit qui quaſi mare magnũ quoddam eſt. Vndè & Eſai. dicit: Impiorũ cor quaſi mare feruẽs. Et Apoſtolus nos admonet, vt non circũferamur omni vẽto doctrinæ. Nubes, quia in aëre generantur, à quocũq; vento agitãtur, maximè quę põdus aquæ nõ habent: ſic qui in huius ſeculi vanitate fundamẽta facit. De quibus Apoſt. Thad. ait: Hi ſunt nubes ſine aqua, quæ ab omni vẽto circũferuntur: quia enim impij nõ habẽt in ſe pondus veritatis, & virtutis quod iuſti habẽt, facilè à quolibet vẽto mouẽtur. Iuſti autẽ hoc pondere inter huius mũdi variabiles fluct⁹ ſtabiles ac firmi detinẽtur. Fauor quippè mundi arundo quædã eſt: quod per Eſai. c. 36. Dñs his verbis dicit: Confidis ſuper baculũ arundineũ confractũ iſtum, ſuper Ægyptũ: cui ſi innixus fuerit homo, intrabit in manu eius, & perforabit eã: ſic Pharao Rex Ægypti omnibus qui confidũt in eo. Ægyptus, hoc eſt, tenebræ, mundũ hunc tenebris inuolutum refert, cui inniti, eſt arundini corpus tuũ fidere, quæ perforat manũ, & frangitur, & facit te cadere in terrã, & vulnerari caput aut frõtem. Credis pecunias tuas ditiſsimo mercatori, & qa nõ eſt ſoluẽdo, deficit, *quiebra*, & cadis tu à ſtatu tuo, quoniã cum pecunijs tuis fugit, & te pauperẽ dereliquit. Innite ris magnati alicui, credis vanis verbis eius, atq; in eius obſequiũ, & rem familiarẽ tuã, & ſalutẽ conſumis. Cùm autẽ ſperas mercedem recipere ab eo, dat tibi verba, frãgit fidem, & tu vulneratus cadis à tuo ſtatu, atq; in pauperiem venis. Et perforat manũ tuã. Hoc enim mũdus fallax vult, perforare crumenam tuam, & in arca foramẽ facere quo perfluãt pecuniæ tuæ, & poſteà te dimittere inanẽ. Sic eſt Pharao Rex Ægypti omnibus qui cõfidunt in eo: ſic mũdus ſoluit illis, qui illi ſeruire ſtudẽt, & omnibus qui confidunt in eũ. Nunquid arbitraris, ꝓ mundus ſit idea quędã Platonis, quę in aëre eſt? Minimè gentiũ. In rebus ipſis eſt mũdus. Mundus ſunt magnates, diuites, mercatores, dñi, ſerui: de hoc dico tibi ꝓ fallit, & ſicut arũdo debilis frangitur, imò & fracturã iam habet, *Eſtà ſentido*, tantillo pondere iam nõ ſtabit, & eum qui ei innititur, proſternet: quoniam veritas in hominibus iam nõ eſt, & nõ deficit in plateis vſura & dolus. Non ſic autem Ioannes, qui in veritate firmus ſtetit. Aut quid exiſtis videre? Hominẽ mollibus veſtitum. Ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt. Exemplar ac picturã omnium malorum quæ in mundo ſunt, in domibus Regum, atque magnatum huius mundi inuenies. Poteramus modò agere de hac veſtium ſuperfluitate, qua mũdus hac tempeſtate abutitur, niſi aliæ res maioris ponderis ab hoc auocarent. Adeò quippè mũdus magnis, & innumerabilib⁹ ſcatet vitijs, vt tanquã parua res hæc prædicatorib⁹ appareat,

Eccleſ. 25. *Simile.* *Simile.* *Eſai. 58.* *Eſai. 56.* *Simile.* *Eſai. 58.* *Malach. 3.* *Pſal. 124.* *Eccleſ. 27* *Simile.* *Eſai. 57.* *Epheſ. 4.* *Iacob. 1.* *Simile.* *Iudas Thãdæus.* *Eſai. 36.* *Pſal. 54.*

appareat, reſpectu aliarum quę maiores ſunt, cũ tñ plura damna hæc veſtimentorum vanitas afferre ſoleat. Si enim diues propter hos ſumptus magnos quos in veſtibus inſumit, ſe impoſsibilem reddit ad ſoluendum debita, ad elargiendas eleemoſynas; perniciofiſsima res eſt. Quare tenetur tales ſumptus temperare, vt habeat vnde poſsit, & ſoluere quod debet, & pauperib⁹ neceſſaria erogare. Nec enim Epulo ille diues atque auarus, ideò ſepultus eſt in inferno, quia induebatur purpura & byſſo, & quia epulabatur quotidie ſplendidè (hoc enim forſan diuitib⁹ cõcedi poteſt, ſi aliàs Chriſtianæ religionis obligationes adimpleant:) ſed ideò damnatus eſt, quia non compatiebatur pauperi Lazaro, nec ei ſaltem micas quę cadebãt de menſa eius porrigebat. Sic ob hoc hæc erũt peccata, ſi his deliitjs nimium indulgentes, nihil de pauperibus aut alijs obligationibus curãt. Sed de hoc alio loco forſan redibit ſermo. Quare his pro nunc omiſsis. D. Gregor. in hoc loco per hos qui mollibus veſtiuntur, intelligit adulatores, qui blãdis ac mollibus verbis Regibus, Principib⁹, ac diuitibus aſſentantur. Præbent enim illis in ſuis iniquitatibus fauorem, vt ipſi ſuis diuitijs fruantur. De quibus Ezechiel. 13. dicitur: Ædificabant parietem, & ipſi liniebant eam luto abſque paleis. Paries dicitur peccatũ, quod quaſi paries ac murus diuidit inter nos & Deum, ſecundùm illud Prophetæ: Peccata veſtra diuiſerunt inter vos & Deum veſtrũ. Impedit emẽ lucẽ, ac calorẽ gratię ne trãſeat ad nos, ſicut paries impedit lucẽ ac calorẽ Solis. Principes ergò aut diuites ędificãt hũc parietẽ, hoc eſt, grauiſsima cõmitũt peccata, & adulatores liniũt illa, hoc eſt, plana faciunt ea, & vel licita prædicant, vel valdè excuſabilia. Optimè factum eſt, ait, nec enim magnitudinem tuam decet, vt feras vel minimam iniuriam, ſed acriter vindices & animaduertas in eos qui cõtra te ſe erigunt, ne paſsim alij ad ſimilia audeant. Quid quòd virginem illam rapuẽris? Nonne grande illi præſtas beneficium, vt ex tanto viro prolem habeat, & tu eam diuitem facias. His & ſimilibus verbis eorum peccata liniunt. Linire parietem eſt planam eam facere, quòd in noſtro vulgari dicitur, *Meſurar la pared deſpues de jarreada*. Quod etiam fit cùm omnes contractus licitos eſſe aliqui doctores adulatores, mercatoribus aut regibus, aut magnatibus dicũt. Omnia probant etiam ſi improbanda ſint? Vnde dicit: Liniebant ea luto, hoc eſt, alio peccato, aut falſitate, abſque paleis quę adduntur ad hoc, quòd lutum hæreat parieti. Quoniam adulatio non hęret animæ, nec enim illi vtilis eſt, ſed perniciofiſsima potius, ſecũdùm illud Eſai. Popule meus, qui te beatum prędicant, ipſi te ſeducũt. Adulator autem arena ſola eſt, quę aridam reddit mentẽ, nihil illi vtilitatis conglutinans. Vnde Ezechiel. vbi ſupra. Vę qui cõſuunt puluillos ſub omni cubito manus, & ceruicalia ſub omni capite. Puluilli ponuntur ſub cubitis, ne durities lapidis ſuper quam cubitos ponis ſentiatur, & ad idem propoſitum ponuntur ceruicalia ſub capite. Adulatio ergò facit, ne durities peccati ſentiatur, minuendo illud, vel cohoneſtando, dicẽdo: Nihil hoc eſt. Hominũ magnatũ hoc eſt; nec tãtũ peccattũ eſt. His & ſimilib⁹ verbis peccati duritiẽ blandã faciunt, ne animaduertatur, & ſuſtentant brachia iniquitatis: quemadmodùm iuſti, vt Aaron & Hur, ſuſtentant brachia Moyſi, hoc eſt, Legis Dei & operum virtutis: contra quos inuehitur Eſai. dicens: Væ qui dicitis bonũ malum, & malum bonum, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Dulcedinem enim adulationis in amaritudine peccati ponunt, ne talis amaritudo percipiatur, cùm tamen Dominus per Prophetam dicat: Scito quia malum & amarum eſt, dereliquiſſe te Dominum Deũ tuum. Iob. 40. Beſtię agri ludent ei. Quoniã adulatores ludum faciunt, & riſum de peccatis aliorum, *Hazer donayre de los pecados de ſus amos*. Vt vera ſit Sapientis ſententia, qua dicit: Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus, *Hazen de los pecados conuerſacion*. Vnde & ſubdit Iob: Operient vmbræ vmbrã eius. Nam adulator vmbra ſui peccati cooperit vmbram peccati domini ſui. Facit illi vmbraculum in ſe, vt refrigeretur ſuis verbis vitium. Et ſalices torrentis circundabunt eum. Salices qui ſemper virorem ſeruant, abſque fructu tamen, & ſecùs decurſus aquarum plantantur, aſſentatores referunt, qui præter verborum virorẽ nullum alium fructum afferunt. Hi circundãt diuites, qui tanquã rapida flumina verſùs infernum præcipitantur. Operient ergò vmbræ vmbram eius. Vmbra eoſdem facit motus, quos corpus cuius eſt vmbra: ſic aſſentatores ſimiles efficiuntur his, quibus adulantur. Si enim dominus mulierioſus, aleator,

Luc. 16. *Gregor.* *Ezech. 13.* *Eſai. 3.* *Ezech. 13.* *Exod. 17.* *Eſai. 5.* *Hierem. 2.* *Iob. 40.* *Simile.*

aleator, ac murmurator eſt; eiſdem vitijs, & ipſi intricantur. Vnde Gregorius ſuper illud Iob: De lateribus eius aruina dependet, dicit hos eſſe ſicut aruina, quæ ex pinguedine iecoris generatur, & tamen ipſum iecur veluti irretitum tenet. Aruina, *es el redaño de la aſſadura*. Sic iſti ex diuitijs principum impinguantur, & tamen eos ſuis mẽdacijs ac aſſentationibus irretitos, & quaſi illaqueatos tenent. Ipſi ex eorum rebus pingueſcunt, & tamen doloſè eos irretitos tenent. Non erat huiuſcemodi Ioannes, qui potius ob veritatem quam regi intimabat occiſus eſt. Aut quid exiſtis in deſertum videre? Prophetam? etiam dico vobis & plusquàm Prophetam. Nam vt ait hîc Chryſoſtomus in Imperfecto. Prophetarũ eſt Chriſtum prædicare, Ioannes autem in vtero matris aliena lingua, nẽpè matris, de illo teſtimonium dedit. Prophetarum eſt à Deo accipere beneficium, Ioannes autem ipſi Chriſto baptiſmi beneficium præſtitit. Prophetarum eſt de Chriſto vaticinari ante quàm veniret, Ioannes autem digito eum demonſtrauit dicens: Ecce Agnus Dei. Prophetarum eſt de Chriſto prophetare: De Ioanne autem ipſe Chriſtus prophetauit dicens: Iſte eſt de quò dictũ eſt. Ecce ego mitto Angelum meum, &c. Audeo dicere, ait Chryſoſto. Maioris gloriæ eſſe in Ioanne hominem eſſe ſecũdùm naturam, & propter meritum ſuæ virtutis vocari Angelum; quàm ſi nomine & natura fuiſſet Angelus. Quoniam in Angelo eſſe Angelum potius eſt naturæ ſuæ proprietas, quàm propriæ virtutis meritum: hic autẽ homo (Mira res!) in hominis natura ſanctitatem Angelorũ excelluit, & per gratiam conſequutus eſt, quod per naturam non habebat.

Iob. 15.
Gregor.
Chryſoſt.

Sed dices. Etiam cæteri Prophetæ ſancti, Angeli vocantur in Scriptura: quoniã nuncij fuerunt Dei, ante faciem Chriſti miſsi, vt eius pronunciarent Aduẽtum. Cur ergò hoc de Ioãne voluit peculiariter hoc dici Dominus? Audi rationem. Cæteri vates ante Chriſtum miſsi ſunt, ſolus autem Ioannes ſic ante Chriſtum miſſus eſt, vt ferè cum ipſius perſona Chriſti venerit. Vnde quantò propinquior Chriſto quàm alij Prophetæ, tantò eius iuſtitia ſimilior iuſtitiæ Chriſti quàm aliorum. Plurimæ ſunt ſtellæ lucem Solis præcedentes ac præannunciantes, ſed vna dunt axat nomen Luciferi meretur, qui ipſum comitatur Solẽ. Sic multi Prophetæ Chriſtum qui eſt Sol iuſtitiæ præceſſerunt eius ortum annunciantes. Vnus tamen Ioannes nomen Præcurſoris atque Angeli maioris conſequutus eſt: quoniam non ſolùm eius nobis prænunciauit ortum, verùm & digito præſentem oſtendit dicendo: Ecce Agnus Dei. Quoniam ſicut lucifer ſuis ſplendeſcentibus radijs videtur nobis radios Solis oſtendere, ſic Præcurſor Ioannes, ſanctitate vitæ atque doctrina & lumine ſuo, quaſi oſtẽdendo venit, quænam ſit vita atque doctrina Chriſti. Alij Prophetæ Chriſtum venturum prædixerunt: Ioannes Chriſtum iã veniſſe prædicat. Alij Prophetæ fuerunt miſsi ad annunciandum Aduentum Chriſti, Ioannes ad præparandum vias Chriſto. Lucifer qui ipſum comitatur Solem. Quare Poëtæ Venerem, quæ Lucifer eſt, Spõſam Solis dicebant: quoniam ipſum ſemper comitatur Solem. Sic Ioannes, quia cũ Sponſo venit, amicus Sponſi dicitur, ſecundùm illud: Amicus Sponſi audit vocẽ Spõſi & gaudet. Vide alia in D. Chryſoſt.

Simile.
Ioan. 3.

Sed circa hæc vltima verba iterum aduertendum eſt, quòd res quædam mirabilis hîc ſeſe nobis offert, ſi conſideremus initium & finem huius Euangelij? Si enim principium attenderis, videbis hominem carceri obſcuro occluſum, vinculis adſtrictum, compedibus pedes, & manicis manus ligatas: ſpiculatorem ſpectans, qui caput eius abſcindat. Si autem finem perſpexeris, inuenies hominem iſtum tanto onere vinculorum adſtrictum, ita liberum atq; velocem, ita ab omni onere ac impedimento abſolutum & vacuum, quòd Angelus Domini nominetur. Sic enim dicitur: Iſte eſt de quò ſcriptũ eſt. Ecce ego mitto Angelum meum, &c. Poſsibile ne eſt, aut credibile quòd ſit aliqua via adinuenta, per quam homines tot miſerijs onerati, tanta grauedine detenti, tot erumnis aggrauati, poſsint in Angelos euadere, ab hiſque ponderibus ac fœditate liberi, in libertatem ac pulchritudinem tranſire Angelorum? Certè ita res ſe habet. Quinimò hic potius finis noſter eſt, ad quem peruenire ſperamus, vt ſimus ſicut Angeli Dei in cœlo. Sic enim & Chriſtus Dominus de electis dixit: Erũt ſicut Angeli Dei in cœlo. Atq; hoc maximè decebat pulchritudinem illius ſacræ domũ Dei cœleſtis. Si enim Deũ conſiderat hominem, vt loca malorũ angelorum ſuppleret, atque eorum loco ſuffi-

Alia moralitas ſem concio.

ceretur, ſi non illos transferret in Angelorum ſpeciem atque pulchritudinem, ſi cũ his carnis fœditatibus ac imperfectionibũ illos inter Angelos collocaſſet, quid niſi aſſumentum quodam, & rem omnium oculis fœdam feciſſet? Conſidera pauimentum alicuius pulcherrimæ domus, quod ex iaſpide ac porfirido marmore cõſtratum eſt, ſi aliquod ſpacium hoc ornamento careret, & lateribus luteis ſtrueretur, nõne fœdum additamentum appareret? Quantum deturparet pulchritudinem domus? Sic domus illa regia ſublimibus alta columnis, claro micante auro flammaſque imitante pyropo, quam Angeli ac Seraphin ignitis lapidibus clari ornant, atque decorant, ſi loco illorum homines cum ſuis fœdiſsimis imperfectionibus ponerentur, quid eſſet niſi loco iaſpidum lateres luteos apponere? Quidnam ſimilitudinis præ ſe ferret loco vnius Seraphin, aut Cherubin, piſcatorem quendam ſquamoſum ponere, ex fece plebis aſſumptum? Ad hoc ergò Chriſtus in mundum venit, qui Patris ſapientia eſt, omniumque rerum ſpecioſarum optimus artifex ac conditor, vt ſuis manibus quibus fabricatus eſt Auroram & Solem, hominem luteum aſſumens, ſic decorum ac perpolitum redderet, vt Angelus potius quam homo iam appareret. Et ideò ex fœdiſsimo luto illum, in iaſpidem ac lapidem pretioſum conuertit, vt aptus ſit illi pulcherrimo ædificio cœleſti adaptari. Ad quẽ effectum duas nobis oſtendit vias Dominus. Altera realis ſpacioſa ac communior: altera ſtrictior, cõpendioſior tamẽ, ac breuior, quæ ſemita appellatur. De quibus Dauid meminit cùm dicit: Vias tuas Domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoceme. Spacioſa & lata via, ea eſt omnibus Chriſtianis communis, nempe decem Mãdatorum obſeruatio, per quam qui fideliter tranſierit, ad Angelorum etiam pulchritudinem perueniet. Semita autẽ, conſiliorũ eſt receptio, quæ Dominus in ſuo nos docet Euangelio, quæ licet ſtrictior ſit, ſed ſecurior, laborioſior, ſed certior. Per viã quæ regalis dicitur, plauſtra iter agunt, beſtiæque onerariæ ponderibus magnis onuſtę: Per ſemitam verò non niſi homines ſoli, expediti veloci curſu pergere ſolẽt. Semita quippè vix duos collaterales capit, ſed vnus poſt alium currere debet. Qui coniugali tenemini vinculo, etiamſi per decem Mandatorum viam pergatis: tamẽ in plauſtris ac onerarijs iumentis iter agitis. Videte, qui curru vehitur quãtò ſtrepitu, ac periculo vadit. Iã ſubneruatur currus, axis diruitur, mulæ ſuffocantur, rugit currus, auriga clamat, omnia neceſsitatibus atque clamoribus complentur. In plauſtro coniugate pergis, vxore, filiis, ac familia, & re familiari onuſtus. Iam ſubneruatur currus, axis deficit, currus rugit. Iam diſſenſiones inter coniuges oriuntur, rugit vir, clamat mulier, eiulantur filij, rixantur famuli, diuortia fiunt, rugitus vicinia complet, ſolicitudo rei familiaris vexat. Prò Iupiter! quot curæ, quot anxiæ ſollicitudines, quot labores ac dolores coniugatos conſtrigunt, ac cor in diuerſa verſant, vt penè non ſuppetat illis locus aut tempus, quo Dei recordari poſsint. Cæterùm in religione quæ ſemita conſiliorum eſt, veloci curſu iter agimus, expediti ab his curis quibus coniugati tenentur, abſque rei familiaris ſolicitudine, abſq; liberorũ aut famulorum cura, nam ſemita hæc plauſtra nõ capit, ſed homines ab his omnibus expeditos ac liberos. Qui in mũdo eſtis in cymba ac ſcapha, vel nauicula rei familiaris cura conſtricti, ac detenti mare hoc pertranſitis: nos religioſi per põtem, erecti, liberi, ſecuri vos aſpiciẽtes, quot turbinibus ac procellis ſubiecti nauigatis. Hoc eſt quod Dominus iuuenili illi interroganti quid faceret, vt vitam æternã poſsideret reſpondit. Adhùc vnum tibi deeſt. Si vis perfectus eſſe, vade, & vẽde omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni ſequere me. Ecce ſemitã. Fateor quòd multoties qui in coniugali ſtatu vitã agũt perficiunt iter ſuũ, & cœlum attingunt, & multi qui in religione ſunt media via deficiũt, ſicut ille qui in equo currens iter agit, nõnunquã abequo cadit, fractoq; crure, nõ poteſt iter peragere, quod tamẽ qui in plauſtro vehebatur peregit. Sed nihilominus expeditius ac ſecurius agit iter, qui equo vehitur quam qui curru trahitur. Vis hanc ſemitam per quam homines Angeli euadunt depictam, atq; deliniatã in hoc Euangelio? Vide Ioannem in carcere incluſum, ſicut religioſus in ſuo clauſtro, vbi nec lumen cœli videt, vinculis membra alligatũ, & hunc Deus Angelum facit, & per hanc ſemitã illũ in Angelũ trãsformatũ reddit. Bone Deus! quenã hęc ars? Quisnã modus hic eſt quo homines in Angelos mutas? Quisnã hũc metamorphoſeũ vnquã audiuit? Angelus velociſsimus eſt, qui ab vno

Simile.
Pſalm. 24
Matth. 19

extremo in aliud volat, abſq; hoc ꝙ in medio detineat: homo autē prēter grauedinē naturalē quā corporis moles cauſat, onuſtus ferro, præpeditus vinculis, ad Angeli celeritatē peruēturus eſt? Eſt Angelꝰ perſpicaciſsimi viſus, qui vno intuitu & effectꝰ in cauſis, & cauſas in effectibus videt: homo autē obſcuro carcere obſtruſus, qui nec lumē cœli videre poteſt, ad Angelicū viſum attingere debet? Attinget quidē quoniā hæc ſapiētia Dei eſt, quę omnē humanā ſapientiā deſtruit. Solet em̄ Deus per exquiſitos tramites & ab humanis cogitatibus remotiſsimos ſuas actiones ducere: vt oſtēdat ſe ſupra omnē humanā ſapiētiā excellere. Nā
1.Cor. 1. & ipſe dixit: Perdā ſapientiā ſapientū, & prudentiā prudētum reprobabo: vt & nos ſtultos eſſe demōſtret opera faciēdo, quæ nobis contraria fini intento videtur. Vult Deus hominē velocem ſicut Angelum facere, & illū ferro, catenis atq; laboribus onerat, & pondere illo Angeli celeritatem illi confert. Vult illi Angelorū libertatem tribuere, & illū in carcerem mittit, neruo adſtringit, in clauſtris occludit, inter cancellos ac craticulas abſcōdit, & ſic captiuū in libertatē trāsfert Angelorū, illiſq; cōfert eorū lucē, quos anteà in tenebris collocatos tenuit. Qua via Ioſeph in tantā dignitatē euectus eſt, vt ſecunda regis perſona fieret? Nōne vincula, & carceres prius expertus? Quo tramite tantū ſibi acquiſiuit nomē ac famā per totū mūdū, vt Saluator mūdi diceretur ab omnibus? Nōne per infamiā, & falſum teſtimoniū, ꝙ aduerſùs eū domina ſua cōmentata eſt? Et è contra qua via Adā cæcus effectꝰ eſt? Quia aperti ſunt oculi eius, quādo debebebat videre. Quia aperiebātur oculi, tūc obcęcatus eſt: Nam poſt peccatū aperti ſunt oculi amborū, & cū oculis corporis videret, mēte obcęcatus eſt. Igitur per cōtraria quę hominibus apparēt, Deus perficit ꝙ vult. Nonne vidiſti
Simile. hominē qui vt maiori ſaltet velocitate ferreos globos ad pedes adſtringit, quatenus illorum pondere fortiùs aërem ſcindat ac rūpat, ne ſaltum ſuū impedire valeat? Sic quos Deus vult celeres quaſi Angelos per hanc viā reddere, eos ferro, ac vinculis premit, pręceptis, cōſilijs, obſeruātijs, ceremonijs, ieiunijs, ac alijs laboribus onerat, quibus tanquā quibuſdā globis difficultates huius mūdi vincāt, ne ſuū celerē curſum impedire valeāt: Nam hęc corporis onera animā velociorē reddere ſolēt. Tāta quippe cōtrarietas inter corpus & animā verſatur, vt ꝙ vni prodeſt, alteri noceat: ꝙ vnū extenuat, aliū impinguat, & quod vnū aggrauat, alium expeditiorē reddit. Vnde
Iob. 11. & Iob de malis aiebat: Spes illorū abominatio eſt animæ, hoc eſt, id quod peſsimi qui carnis deſideria ſequūtur maximè appetunt, hoc anima ſuper omnia deteſtatur. Vnde qui lynceos oculos habet ad terrena omnia proſpicienda, liciosus ac lippoſus eſt ad cœleſtia contēplanda. Ideo quippe hodie homines rudes ad ſpiritualia ſunt, quoniā perſpicaciſsimi ſunt ad corporalia. Qui attentā atq; acutam aurem habet ad huius mundi clamores ac ſtrepitus audiendos, hi ad verba Dei audienda atq; cōſilia adimplenda ſurdus eſt & abſque auditu. Qui celeres habent pedes ad malū, & qui feſtinant vt effundant ſanguinē, hos claudos ac debiles ad opera Dei exequenda inuenies. Diues in temporalibus, eſt pauper in ſpiritualibus. Sanus ac delitioſus, infirmus eſt atq; leproſus. Deniq; cīa cōtraria ſunt. Prò Deū immortalē! quot cæcos & claudos in mūdo videbis, qui nec alijs oculis vident quā corporalibus, nec alijs pedibus ambulant quā carnalibus. E cōtra autē qui nihil horum habet in corpore, hic excellētiſsimè hæc oīa habet in anima. Hoc enim Chriſtus in hoc Euāgelio docet, cùm dixit. *Cæci vident.* Hoc eſt, illi qui oculis carnalibus nō vidēt, id eſt, qui ad iniquitatem huius ſeculi nō aſpiciūt, & ne videāt malaeiꝰ, ad deſerta loca, & ad religionē aduolāt: vel ſic ſe habēt in mundo, ac ſi nihil eorū quę in eo tranſigunt viderent, pro nihilo omnia æſtimantes, & in nulla re huius ſeculi oculos figētes: iſti oculis mētis vident ſecretiores ac maiores veritates, quā mūdꝰ videt, quas nec Philoſophi viderunt. Sumꝰ em̄ nos veluti ſpectatores mundanarum rerū & vanitatum, vt eas vilipēdamus, & *Pythagoræ Simile.*
exprobremus. Pythagoras dicebat, ꝙ ſicut in nundinis aut emporijs quidā vadunt vt vendāt, alij vt emant, alij ſolùm vt ſpectatores, vt videant quæ ibi gerutur: ſic in iſto ſeculo alij mercaturā exercent, alij agricuſturam, alij vēdunt, alij emunt, alij alijs occupationibus ſunt adſtricti: Philoſophi verò tanquàm ſpectatores ſunt, vt ea hominum facta, vel irrideant vel reprobent: & tales ſumus modò religioſi in mundo.

Surdi audiunt. Hoc eſt, illi, qui aures ſuas obturatas habēt, ne cātus Sirenarū audiāt, & qui cū Dauid dicūt: Factꝰ ſum ſicut homo

homo non audiēs, qui ad inſana verba mūdi aures ſuas non accōmodant: hi quaſi furtiuè verba ſuſurrij Dei accipiunt, & poſſunt
Pſal. 84. dicere cum Dauid: Audiam quid loquatur
1.Reg.3. in me Dominus Deus: & cū Samuele: Loquere Dñe quia audit ſeruus tuus. Et claudi ad mala ambulant per viam Dei. Leproſi qui conuictus hominū fugiūt, per deſerta loca commorantes, quos nō dignatur mūdus, ſed tanquā leproſos abominaṫ, de qui
Hebr.11. bus dicit Paulus: In ſolitudinibus errantes, in montibus, & in ſpeluncis, & in cauernis terræ, quibus dignus non erat mundus. Qui poſſunt dicere id quod quidā Philoſophus
Anthiſt. Atheniēſis, qui Anthiſtenes dicebatur, cū eſſet exul ab Athenis cuidā id exprobranti ac dicēti, Cares Atheniēſibus, dixit: Imò illi carent me: quoniā iuſtus non caret mūdo ſed mundus illo, quoniā nō eſt dignꝰ eo
Matth.5. rū aſpectus videre. Iſti, inquā, mūdāt in corde: quoniā talibus diciṫ: Beati mūdo corde.

Mortui reſurgunt. Mortui qui non mundo ſed Deo viuunt, qui ita in mundo viuunt ac ſi non viuerēt: quoniam nihil de illo curāt
Galat. 6. ſed dicunt cum Paulo: Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo, & hi reſurgunt ad vitā Chriſti & Angelorum, quibꝰ Pau-
Coloſ.3. lus ait: Mortui eſtis, ſed vita abſcondita eſt cum Chriſto in gloria. *Pauperes euangelizantur.* Pauperes qui ſe terrenis abdicauerunt, iſti bonum nuncium & ſpem retributionis habent. Hæc ergò eſt via, qua ex hominibus in Angelos transformamur. Hoc prælum in quo homines Angelorum figuram accipiunt. Sed oportet vt prius hominis figurā deſtruas, oculos tuos eruas, aures occludas, in neruo ac compedibus inijcias pedes, leproſus fias, tua peccata ac maculas agnoſcendo, delictaq; tua ore proprio confitendo, corpus tuum Deo hoſtiam viuentem offeras, omniaq; tua propter illum dimittas. Cùmq; te exinanitum in oculis omnium, ſed maximè in tuis perſpexeris, & ad te peruenerit rumor, ꝙ Chriſtus eſt qui homines in Angelos trāsfert, mitte ad eū, & dic: *Tu es qui vēturus es?* Es tu Dñe qui venisti vt homines Angelos facias? Et reſpondebit tibi: Cęci vidēt, illi qui pro me oculos carnis ſibi eruerunt vt nō ſcādalizarētur, meos eis oculos contuli vt cum illis videāt,
Iob. 29. & ſic dico cum Iob: Oculus fui cæco. Qui claudi ſunt ad faciēdum mala meis pedibꝰ
Ibi. ambulāt. Et pes claudo. Qui ꝓpter me ſurdi effecti ſunt, plantaui eis aures vt audiāt.
Pſal.43. Qui ſe immundos ac leproſos agnouerunt, hyſſopo meo eos aſpergo, & mundos in corde reddo. Qui corpora ſua hoſtiā mihi obtulerunt, & ꝓpriā voluntatem mihi mactauerunt, vitam meā concedo eis quaviuant, & poſsint dicere cum Paulo: Viuo ego iā
Matth.5. nō ego, viuit verò in me Chriſtus. Pauperibus etiam, qui propter me omnia reliquerunt, bonum nuncium profero dicens: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Optima certe ſortis cōmutatio hęc eſt: pro tuis oculis Chriſti oculi tibi donantur: pro tuis auribus, eius aures: pro tuis pedibus, pedes Chriſti tibi cōferuntur: pro tua lepra, ſua mundities: pro tua vita, eius Spiritus: pro tua vilitate, eius diuitiæ tibi dantur. Ergò iam alter es, non ille qui eras es. Dicam te hominem? Minimè certè. Nihil enim iam hominis priſtini
Iob. 10. habes. Nunquid oculi carnei tibi ſunt, aut ſicut videt homo & tu vides? Nec pedes, nec manus, nec cor hominis habes, in Angelum & in ſpiritū tranſlatus es. Chriſtus enim in ſuo prælo tuum eſſe commutauit, ad menſuram tuam ſe colligendo, ſicut Heliſæus fecit, cum filium hoſpitis ſuæ ſuſcitauit. Sic Chriſtus oculos ſuos ſuper oculos tuos, os ſuum ſuper os tuum, manus ſuper manus tuas poſuit, & pedes tuos abſcidit & ſuos dedit, vt in illum omnino trasformeris. Sic enim & Petrus ait: Chriſtus paſſus eſt pro vobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Vt non tuis pedibus iam, ſed ſuis ambules. Ecce ſemitam ac modum quo Deus homines Angelos facit, vt illos loco Angelorum in cœlo conſtituat. Habet etiā diabolus ſuos modos quibus homines diabolos faciat, & ſuo charactere eos inſignitos eſſe vult, vt poſ-
Ioann.8. ſit eis dici: Vos ex patre diabolo eſtis. Et ad hoc habet ſuas officinas, & ſua præla ac exemplaria. In illa domo eos impudicos facit, in alia aleatores, in illa mendaces, in altera latrones, ac vſurarios, diuitijs, honoribus ac delitijs delinitos, eos in dæmones trasfert. Superbos, ambitioſos, Regum palatia faciunt: impudicos muliercularum colloquia, murmuratores ſermones praui, &c. *Et beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me.* Non debet homo in Deo, nec de Deo ſcādalizari, ſed in ſe & de ſe. Si oculus tuꝰ
Matth.6. ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te. Oculus hominis eſt eius ratio: oculus Dei eſt fides: ſi aliquid tibi proponit fides, quod tu non capis, ne ſcādalizeris in ea, ſed oculum tuum erue, rationem tuā & intellectū

tuum

tuum Fidei omninò ſubde, vt Paulus te admonet dicens: In captiuitatem redigentes omnem intellectum, in obſequiũ Chriſti. Ne te ſcandalizet manus Dei, quæ larga eſt ac charitate abundans, & præcipit tibi vt de bonis tuis diſpergas, & des pauperibus. Non ergò te hæc manus Dei ſcandalizet, ne amittas eam, ſed manus auara tua quam abſcindere debes. Non ſua mudities, ſed tua te impuritas ſcandalizet, tua opera, non ſua, vt eius imitando vitam, faciendo opera, in Angelum transformeris, intereatque caro vt ſpiritus viuat. Quidquid humanum eſt in te deficiat, vt ea quæ Dei ſunt loco eius ſufficiantur, & ſic merearis loco Angelorum ſubſtitui.

2. Cor. 10.

Cùm audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti. Detinebatur Ioannes in vinculis ex mandato Regis tyranni, quoniam publica peccata carpebat, veritatemque illi docere volebat: quia non voluit Ioanes veritatem in carcere pectoris ſui vinctam tenere, ſed liberam eam dimiſit abire, vſque ad aures Regum & Reginarum, eligẽs potius ipſe pati, quã quòd veritas pateretur. Ideò ipſe detinetur in vinculis, & vt veritatem libertate donaret, ipſe manere captiuus decreuit: Vt hoc exemplo condemnet atque confundat prædicatores timidos, qui adulatorum potius officium exercent, & confeſſores puſillanimes, qui vident iniquitatem & diſſimulant, tacent videntes conculcare impium iuſtiorem ſe: detinent veritatem, ne ipſi teneantur, eliguntque potius ſe eſſe veritatis carcerem, quàm quòd ipſi propter veritatem mittantur in carcerem. Contra quos ait Paulus: Reuelatur ira Dei in eos qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent. Iniuſtum quippè eſt veritatem quã Deus præcipit propalari propter mundanos timores, aut rerum temporalium amores detinere: ſicut qui medicinam infirmo, aut aquam ſitienti impediret. Violẽtiam quippe inferunt veritati, qui eam occultant: quoniam veritas lux eſt, cuius eſt natura manifeſtari, non ſub modio timoris, aut commodi humani occludi, aut abſcondi. Quare ſicut qui ius aut res alienas furripit, iniuriam infert veritati, qui eam occultat: quoniam ius ſuum ab illa aufert. Sed Ioãnes ne hanc iniuriam veritati inferret, ſoluit eam, & ipſe ligatus eſt. Hodie autem quàm pauciſsimos videmus in carcere detentos, ne dicam capite truncatos, propterea quòd veritatem dicunt; Et fortè tam neceſſaria modò eſt ſicut tunc temporis, cùm eam prædicabat Ioannes. Quia tamẽ prędicatores timidi, ac mundani forſan cõmodi auidi ſumus, ideò eã iniuſtiſsimè celamus. Sed de hoc aliàs, Deo dante, dicemus. Igitur ex vinculis miſit duos de diſcipulis ſuis, vt inſtruerentur à Chriſto, vt paulò ante diximus. Videbat quippè Ioannes, quomodò iam ipſe Dominus ſe manifeſtare volebat, opera iam mirabilia faciendo, & quæ illum iam demonſtrabãt verum eſſe Meſsiam: & ideò mittit diſcipulos, qui ea oculis ſuis cernentes cõfundantur & credant. Et inter alia ſigna quæ ſupra explicuimus, dicit: Et beatus qui nõ fuerit ſcandalizatus in me. Ac ſi diceret: Vos ſcandalizamini in me, quia videtis me comedere & bibere cum peccatoribus, & quòd Magiſter veſter ſingularem ac auſteram vitam agit. Sed deberetis attendere me eſſe caput: & veluti caput oportet me conformare meis membris etiam debilibus, & infirmis. Id autem non eſt neceſſarium magiſtro veſtro, qui caput non eſt. Ego qui ſum regula, & norma omniũ hominum cuiuſcunque ſtatus, ac conditionis ſint, & qui meo exemplo ac vita omnibus modum viuendi præſtringo, non debeo ſingularem agere vitam, quam omnes imitari nequeant, ſed communem ac generalem, quam omnes ſequi valeant. Veſter autem magiſter non eſt regula, imò vos mittit ad regulam quæ vos dirigat. Ipſe quidem opera digna facit mei teſtis, ſed ego etiam opera digna facio teſtimonio quod ipſe reddit de me.

Aliamoralitas.

Abac. 1.

Roma. 1.

Ecce qui mollibus veſtiuntur in domibus Regum ſunt. Non oportet iam in domibus Regum quærere eos, qui induantur purpura & byſſo, ſed in domibus ſutorum & ſartorum iam eos inuenies. Sed Ioannes non eſt in domo Regum, ſed in carcere Regũ, vbi iuſti & recti eſſe ſolent.

Etiam dico vobis & plusquam Prophetam. Propheta eſt, quoniam in carcere vbi modò vinculis alligatus detinetur, mei Præcurſoris exercet officium. Vincula quippe illa quibus ipſe adſtringitur, vaticinantur ea quibus ego ligari debeo. Carcer quo ipſe occluditur, quaſi vaticinium eſt ſepulchri mei, in quo corpus meũ veluti in carcere tribus diebus detinebitur, & anima mea ad inferni carceres deſcendet ad educendos iuſtos, qui ibi tot annis includebantur, ſicut modò Ioannes de carcere mittit ad

ad me ſuos diſcipulos. Eſt plusquàm Propheta: nec enim ſolùm ventura prophetizat, verùm eſt mei teſtis oculatus omni exceptione maior. Maior cæteris Prophetis eſt, quoniam illi homines erant per naturã. Ioannes autem eſt homo per naturam, Angelus autem per gratiam: ipſe quippe eſt de quo prædixerat Malachias: Ecce ego mitto Angelum meum, qui præparauit viam ante faciem tuam. Per quæ verba Chriſtus probat ſe eſſe verum Meſsiam: quoniam protinus ſubiungit Propheta. Et ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum Dominator quem vos vultis, & Angelus teſtamenti quem vos quæritis. Nam ſi Ioannes eſt Angelus quem prædixit Malachias, poſt quem verus Meſſias ſtatim venturus eſt: Igitur ſi Angelus eſt in mundo, etiam Meſsias qui confeſtim eum ſequuturus eſt, erit iam in mundo. Et hîc poteris dicere quomodò Chriſtus ex hominibus facit Angelos, quod ſtatim nos docuimus.

Malach. 3

Cùm audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti. Protinùs in his verbis ſeſe offert miſerãda ac deploranda res, quòd iuſtus in vinculis teneatur, quòd veritas ſic odium pariat, vt nec reſpect⁹ quidem iuſti habeatur. Sed nihil nouum audimus, veteres ſunt ſimultates inter malos & bonos: ab antiquo iuſtitia eſt odio habita, & iuſtus mundi perſequutionibus agitatus. Nec enim homines impij iuſtum æſtimare norunt, nec quid valeat ponderare ſciunt, ſic enim & Sapiẽs dixit, quòd homines non æſtimauerunt honorem animarum ſanctarum. Neſciunt æſtimare hãc gemmam. Eſt enim iuſtus lapis quidam pretioſiſsimus, ac optima margarita. Cæterùm ſplendorem ſuum occultatum habet: quod enim oculis hominũ apparet de iuſto, paupertas eſt ac vilitas: quod autem pretioſum eſt in eo latet, & ideò homines ſecundũ ea quæ apparent iudicantes, vilipendunt iuſtos. Quemadmodùm qui in Tabernaculo Dei videbant pelles caprinas, & ſaga cilicina, quibus inuolutum erat aurum & argentum, & auri texturæ & gemmæ, ſi neſciebant quid ſub illis pellibus lateret, omnia exiſtimaſſent eſſe vilia, quoniam id ſolùm oculis cernebant: & qui opertoria videbat, quibus Tabernaculi vaſa aurea includebantur, ſi id neſciret & iudicaret ſecundùm ea quæ videbat, vilia omnia reputaſſet: ſic qui ignorant quam pretioſæ res ſint, quæ ſub paupertate, ieiunio, carnis maceratione, cõtẽptu ſui, cæteriſq; rebus, quas iuſtus videre tur habere, deliteſcant: nihili pẽdent iuſtũ, ac veluti rem vilem contemptui habebunt. Mundus autem quia hæc ignorat, ideò bonos tanquàm vilia quædam & deſpicit & perſequitur. Sic contigit Ioanni. Nam quia ſplendor eius erat intus in anima (erat quippe lucerna ardens & lucens) exterius ſub vilibus pellibus eũ videbant, eò tanquàm vilẽ hominem in carcere tenebant, & tanquã vile mancipium ad preces impudicæ puellæ ipſum obtruncauerunt. Apparebit tamẽ quid erit (vt dicit Ioãnes) & tunc quidnã ſit iuſtus videbitur. Vnde & Iob dicit: Deridetur iuſti ſimplicitas. Lampas contẽpta apud cogitationes diuitum parata ad tempus ſtatutum: id eſt quod Dominus ad Pilatum reſpondit, cùm dixit: Regnum meum non eſt de hoc mundo. Hoc eſt, non conſtat ex his rebus, ex quibus regna huius mũdi cõſtant, nempè ex potentia diuitiarum, ex ſatellitibus, ex armis, ex hoc ſplẽdore ac ſtrepitu, quem mundi huius Reges efficiũt, ſed conſtat ex gratia, ex victoria ſui, ex contẽptu mundanarum rerum. Nam, vt Paulus ait: Non eſt regnum Dei eſca & potus, ſed iuſtitia & pax in Spiritu ſancto. Hoc autem ab hominibus non videtur, & ideò deſpiciunt iuſtum, qui verè Rex eſt: nam ſeruire Deo regnare eſt: quoniã ſuper ſeipſum, & ſuper dæmones, & ſuper omnia temporalia regnat, quibus omnibus velut Dominus imperat, atque prout vult deſpicit & dimittit. Et de anima ſancta dicitur: Adſtitit Regina à dextris tuis. Sed hoc floccipẽdit mundus, ſicut Herodes Ioannem, qui propter indecoros motus ſaltatricis puellæ caput eius abſcidit. Poterant puellulæ obſoniolo quodam ſatisfacere, & conferunt ei caput Ioannis in diſco. Sed quid mirum? Cùm Domino ſuo Ieſu de quo ipſe tãtum protulit teſtimoniũ, Barabbam latronem, & ſeditioſum prætulerint. Si patremfamiliàs Beelzebub vocauerunt, quantò magis domeſticos eius? *Et mittens duos de diſcipulis ſuis, ait illi: Tu es qui vẽturus es, an alium expectamus?* Hanc interrogationem fecit Ioannes, non dubitans, vt ſupra diximus, ſed vt diſcipulos ſuos inſtrueret. Sumit enim optimus magiſter perſonã ignorantium diſcipulorum ſuorum, vt illos inſtruat, & in ſe transfert ignorantiam illorũ, ac ſi ipſe eſſet qui id ignorabat: vt ſic eos de veritate doceret. Quemadmodùm & Magiſter noſter Ieſus perſonam peccatoris in ſe ſuſcepit, vt pro nobis pateret, & ſic pro noſtris exorat delictis ac ſi ipſe ea cõmiſiſſet.

Sap. 2.

Smile.

Aliamoralitas ſeu concio.

Iob. 12.

Ioann. 18

Roma. 14

Pſal. 44.

Matth. 10

Vndè

Pſalm.21. Vndè & ait in Pſalm. Longè â ſalute mea verba delictorum meorum: cùm tamē delicta eſſent noſtra. Sic Paulus in ſe tranſtulit
1. Cor. 4. diſenſiones Corinthiorum, vt ſuauius ad veritatem eos adduceret. Sic enim ait: Hæc fratres transfiguraui in me & Apollo propter vos, vt in nobis diſcatis, ne ſupra quàm ſcriptum eſt vnus aduerſùs alterum inflatur pro alio. Sic Ioannes in ſe transfert diſcipulorum ſuorum ignorantiam, & pro illis interrogat, ac ſi ipſe eſſet ignorans, vt ſic ſuauius abſq; eo quod illis ſtultitiam ſuā improperet, de tanta veritate inſtruantur. *Ite & dicite Ioanni quæ audiſtis & vidiſtis. Cæci vident, &c.* Profuudiſsima reſponſio hæc eſt, quæ fit per opera. Simile mihi videtur hoc Chriſti ſtratagema illi quod hiſtoria quædam narrat. Rex quidā, aduerſùm quē magnates inſolenter ſe habebant, ſapientē quendam per legatos ſuos miſit conſulendum, vt interrogarent ab eo quidnam faceret cum illis, qui ſeſe contra ſuum Regem ſuperbè gerebant. Accepta legatione vir ſapiens nihil omninò verbis reſpondit, ſed cùm eſſet in horto, cùm eos accepiſſet, cœpit herbæ cuiuſdam quæ papauer dicitur capita, quæ ſuper alias herbas pręeminebant abſcindere, nec aliud illis reſponſum dedit. Reuerſi legati cùm narrarent factum illud Regi, intellexit Rex ſtratagemate illo voluiſſe illi ſignificare, vt ſic ſe haberet cum illis qui volebant ſupra omnes extollere capita, & abſcidit ea, & ſic quietus remanſit in regno ſuo. Maiora quidem ſtratagemata Chriſtus Dominus coram diſcipulis Ioannis hodie operatus eſt, illuminando cæcos, ſuſcitādo mortuos, mundando leproſos, &c. *Ite & dicite Ioanni.* Ecce quid reſpōdeatis ei: Opera hæc non poteſt facere, niſi qui verus Meſſias eſt, & Filius Dei. Hoc eſt, quod vos quæritis iam habetis. *Ite & dicite Ioanni.* Illis autem abeuntibus cœpit prædicare ad turbas laudes Ioannis. Ipſe Dominus illum canōnizauit, & ille verè Sanctus eſt quem Deus
2. Cor. 10. commendat. Non enim qui ſe ipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus cōmendat. *Quid exiſtis in deſertum videre? Arūdinem vento agitatam?* In hoc cognoſcetis Ioānem ſanctum eſſe virum: quoniam non mutabilis ſed conſtans eſt. Variabile valdè cor hominis eſt, inquietumque membrum, ſemper enim continuo motu palpitando viuit, nec in eodem ſtatu homo vnquam permanet ac perſeuerat, niſi Dei gratia adſit,
Hebr. 13. quæ cor hominis in bono confirmet ac ſtabile teneat. Sic enim & Paulus ait, ad Hebręos. 13. Optimum eſt gratia ſtabilire cor. Hęc eſt enim panis qui cor hominis confirmat: varium quidem ac vanum cor hominis eſt, quod tamen ſi Deo innititur ſolidum ac conſtans efficitur. Quemadmodùm arborem tenuem, quem quilibet ventus ſubuertere poteſt, ſi tamen illam trunco alterius arboris fortis appropries, ibi contra quemlibet ventum permanet. Sic homo qui vniuerſa vanitas eſt, & minime in eodem perſeuerans, Deo tamen innixus, adeò roboratur & ſtabilitur, vt nulla eum aduerſitas à Deo ſeiungere valeat: gratia quippè Dei cor eius firmat in bono. Vnde Paulus: Stabiles ſtote, & immobiles abundantes in omni opere Domini ſemper. Et Epheſ. 4. Iam non ſimus paruuli, nec circunferamur omni vento doctrinæ. Et Eccleſiaſtes. 5. Non te ventiles in omnem ventum. Eſto firmus in via Domini, & in veritate ſenſus tui. Sic erat Ioannes. *Aut quid exiſtis videre? Hominem mollibus veſtitum.* In domibus Regum inueniuntur delicati, molles, delitioſi, optimis vnguētis delibuti, atque adulatores. Eſaiæ. 13. dicitur, quòd in Babylonia deberent habitare omnium generum feræ, atque ſerpentes, & ſyrenæ in delubris voluptatum. Delubra & templa voluptatum ſunt domus procerum, magnatum, atque diuitum huius mundi. Ibi quippe voluptati immolatur, Imò hoſtiam ſe illi offerunt ac holocauſtum: quia toti cremantur carnis delitijs. Ibi enim commeſſationes, & ebrietates, continuantur, ibi aleatores, paraſiti, lenones, meretrices, cantores, & cantatrices: ſpaltrię, & pſaltatrices, & quicquid carnalis voluptatis excogitari poteſt: quoniam ibi ſenſualitas ſuum exercet imperium, ſua ſceptra tenet, ſuum regnum habet. Ibi ſyrenæ canunt, quæ, vt eſt in Poëtarum fabulis, piſces erant facies habentes mulierum, quæ ita dulciter canebant, vt nauigia detinerent, attonitos ſuis cantibus reddentes homines, & ita influctibus eos abſorbebant ac ſuffocabant. In domibus diuitum adulatores ſunt, qui ſuis blandis ſermonibus eos dementatos tenent, vt in vitiorum abyſſo ſuffocentur, & immergantur. Multa de adulatoribus ſupra diximus, ſed nunc accipe etiam hæc. Incredibile damnum adulator facit magnatibus: quoniam amor proprius facilè homines inclinat, vt credant bona, quæ de illis dicūtur, etiā ſi ea non habeāt. Princeps

Similes.

Epheſ. 4.
Eccleſ. 5.

autem

autem, qui Reipublicè præeſt, opus habet aliquo, qui illum admoneat, ne erret, & errata corrigat ea prudenter illi præponendo: quoniam error Principis, in perniciem maximam Reipubl. vergit. Quòd ſi aſſentator errorem ſuum ſummam dicit eſſe ſapiētiā, liturā alterius lingua ſua lābens, facilè id illi perſuadebit, cū homo de ſe bona ſemper ſuſpicetur, nec alteri, qui veritatem ei dicat, iam deinde fidē adhibebit. Hæc enim
Gregorius eſt hominis conditio, vt Gregorius docet ſuper illud. 1. Reg. Cùm eſſes paruulus in oculis tuis, quòd ille qui mendacibus, & adulatoribus aures libēter præbet, non ſe ſuis oculis, ſed alterius intuetur; vnde videt quaſi bonum quod peſsimum eſt: quia alius malum dicit eſſe bonum, & ſic ab eo ſeducitur, iuſtus autem ſe ſuis oculis videt, qui veritatem vident, ac dicunt. Propria quippè conſcientia veriſsimus teſtis ſolet eſſe. Hæc ſuper literam dicta ſufficiant.

Sed ſuper totam hanc hiſtoriam huius Euangelij aduertendum eſt, quòd Ioānes in vinculis ſignificat animā iuſti, in huius corporis carcere detentam, quæ fœtida ac triſtiſsima habitatio eſt. Vis videre quàm ſordida res corpus tuū ſit? Cōſidera ipſum poſt mortem, cùm iam anima dereliquit illud, & videbis eum immunditijs plenum, fœtidum, fœdum, quòd nec per vnum quidem diē poſsis in domo tua detinere illud. Hoc ergo corpus immundum carcer eſt animæ poſt peccatum, quod anteà domus erat, in qua illa habitabat: nam abſq; hoc quod corpus dimitteret, trāsferenda erat ſimul cum corpore in cœlum. Igitur poſt culpam domum pro carcere animæ dederunt. Sicut
Simile. contigit aliquādò homini, qui liberè in ſua domo habitat, attamen commiſit delictum aliquod, & domum loco carceris ei prætor dedit præcipiēs illi, ne ex ea exeat, & claudit illi portas ac feneſtras: vndè quę anteà domus erat iam carcer miſero illi homini
Plato. eſt. Huic rei allucinari videbantur Plato
Origenes. atq; Origenes, qui dicebant Deum animas perſe creaſſe abſq; corporibus, ſed his qui peccauerunt corpora loco carceris dedit, in quibus ſi rectè vixiſſent, ab eis in cœlum euolarent, ſin malè in inferna deſcenderēt. Falſa tamen hæc ſententia eſt: Quoniam animæ non ante corpora, ſed ſimul cum illis creatę ſunt atq; creantur. Videbantur tamen ad id accedere quod dicimus, nimirum quòd corpora ſint veluti nerui, ac car-
Pſal. 141. ceres animarum. Quarè & Dauid dicebat. Educ de carcere animam meam, id eſt de corpore. Et Paulus dicebat: Cupio diſſolui, Phil. 1.
ſoltarme deſta carcel; & eſſe cum Chriſto. Rom. 7.
Et alibi. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et quoniam in his vinculis anima detinetur, parùm de ſuis rebus agnoſcit. Habet enim clauſa oſtia atq; feneſtras, ità quod parum lucis ad eam poteſt intrare. Quarè etſi audit, non videt, nam & ſi fidem habet quæ per auditum eſt, non tamen videt modò ea quæ credit: quinimò & de multis rebus nec certitudinem quidem habet: quoniam neſcit, bonum ne an malum habeat negotium ſuum cum Deo, neſcit enim vtrùm odio an amore dig- Eccleſ. 9.
nus ſit. Dicebat quippè Iob: Si venerit ad Iob. 9.
me non videbo eum, ſi abierit non intelligam. Inuiſibilis namq; eſt Deus, nec videri ſe permittit, ſed per oculos intrat, & non videtur, per aures illabitur, & non auditur, per ſenſus ingreditur & non ſentitur. Eſt enim difficultas illa quam Dominus roga- Iob. 38.
bat Iob, cùm dicebat. Dic mihi ſi noſti, per quam viā ſpargitur lux, diuiditur æſtus ſuper terram? Qua via lux hæc inuiſibilis animam intrat, atq; amor hic qua parte calefacit animam? Quarè cùm tam obſtruſum negotium hoc ſit, nec nos id certò ſcire videamus; mittimus nuncios ac legatos ad eū qui hæc ab eo ſciſcitentur dicentes. Tu es qui venturus, &c. Hoc eſt, explicamus deſiderium noſtrum, quo dignoſcere velimus an ipſe ſit, qui in anima noſtra eſt, an alienus eam inhabitet hoſpes. Hic autem aduentus eſt inuiſibilis: nam D. Bernard. tres Bernardus
ponit Chriſti aduentus, duos viſibiles, & vnum inuiſibilem. Viſibiles ſunt primus quem fecit in carne mortali veniens in mūdum, & vltimus quem faciet quandò in eadem carne, licet iam immortali, vēturus eſt ad iudicandum viuos & mortuos. Inuiſibilis autē eſt iſte de quo modò loquimur, quē facit in anima veniendo per gratiam, quæ eam gratam Deo reddit. Deus quidem in omnibus rebus eſt, ſicut cauſa in effectibus qui ſuam communicant bonitatem. Eſt autem tribus illis modis eſſendi in rebus, quos Theologi docent, nempè per eſſentiam, preſentiam, & potentiam. Eſt in omnibus rebus, ſicut cauſa eſſendi earum, quemadmodùm & anima eſt in corpore, & in omnibus ſuis partibus, eſſe & vitam illi communicando. Per potentiam eſt quoq; in omnibus rebus in quantùm omnia ſuæ ſubſunt poteſtati, eo modo quo dicimus, regem

eſſe in omni regno ſuæ ditionis, per potentiam: quoniam in hac ciuitate & in illa, & vbiq; dominatio atq; potentia ſua ſe ex-
Hebr. 4. tèndit. Per præſentiam autem, quoniam omnia videt, omnibus rebus adeſt, & omnia nuda & aperta ſunt oculis eius, nec eſt creatura aliqua inuiſibilis in conſpectu illius. Hi autem tres modi eſſendi communes ſunt omnibus rebus creatis, in quibus ſic adeſt Deus. Cæterum in rationali creatura altiori alio modo, & venit & adeſt. Nam licet aduentus iſte non debeat ſic intelligi, quòd Deus adueniat vbi anteà non erat, cùm in omnibus rebus ſemper preſens ſit, nec ſinè illo conſiſtere poſſent; tamen nouo modo dicitur aduenire in animam, ni mirum per gratiam, per quam dicitur in homine, & in Angelo eſſe, quæ ſunt rationales creaturæ; quo modo in cæteris creaturis non eſt: quoniam illę nec Deum cognoſcunt, nec amant tanquam authorem gratiæ, & veræ beatitudinis largitorem. Hic autem aduentus & præſentia Dei in hominem per gratiam; inuiſibilis & incognitus nobis eſt, nec vllo modo certa ſcientia illum cognoſcere valemus, niſi Deus reuelauerit nobis. Quoniam non poſſum ego habere ſcientiam concluſionis, niſi videam principium à quo infertur; principium autem gratiæ Deus eſt, ſecundùm
Pſal.83. illud Pſalmi. Gratiam & gloriam dabit Dominus. Hoc autem principium quod eſt Deus, nec homo illud videt, nec agnoſcit in hac vita perfecta cognitione: Quoniam
Simile. Deum nemo vidit vnquam. Adeò quippè excellit Deus omnium creaturarum captum, vt nullo modo ad ipſum pertingere aliqua queat, niſi ſupernaturali eleuata lumine, ſicut propter excellentiam radiorũ Solis oculi noctuæ ipſum videre non poſ-
Iob.36. ſunt. Vnde Iob cap.36.ait. Ecce Deus magnus vincens ſcientiam noſtram. Hoc autem arcanum voluit ſapientia Dei nobis occultare, vt ſemper cauti & timidi viueremus, atq; ad habendam gratiam ſemper niteremur; vt vel non habitam conſequeremur, vel habitam augeri mereremur, vt
Prouc.28. ſic ad impleremus illud Sapientis. Beatus homo qui ſemper eſt pauidus. Cæterum etſi euidenter nec infallibili certitudine minimè poſsimus ſcire nos in gratia Dei eſſe; tamen coniecturaliter aliquibus ſignis de illa poſſumus certiores fieri, licet non ea certitudine quæ omne dubium ac omnem timorem excludat. Quarè non poſſum ſcire me eſſe in gratia certitudine fidei, qua credo Deum eſſe trinum & vnum: Quoniam hæc certitudo, nec dubium, nec timorem aliquem compatitur ſecum, nec etiam certitudine morali qua ſcio Romam eſſe, quam nunquam vidi; quoniam hæc certitudo etiam dubium & timorem de oppoſito excludit. Ea tantùm certitudine id poſſum ſcire, quæ ſuſpicioſa ac timida ſemper eſt. Talibus enim ſignis me eſſe in gratia coniectari poſſum, vt non omninò quieſcam tanquam in re indubia, ſed ſemper metus ac ſuſpicio in me remaneat contrariæ partis. Verum eſt, quòd hæc coniecturalis certitudo tantò fortior ſemper ſit, quantò homo in gratia, ac charitate Dei indies augetur & creſcit. Virtutes quippè illæ præcipuæ quæ Theologales dicuntur, quales ſunt Fides, Spes, ac Charitas, quoniam ipſæ è cœlo nobis per infuſionem adueniunt, aliquid ex his quæ in cœlo ſunt, vndè & ipſę veniunt, ad nos trahunt. In cœlo autem ſecuritas multa eſt, ac proinde iſtæ virtutes aliquid ex illa ſecuritate in nobis gignunt, & quantò plus creſcunt, tantò maiorem ſecuritatem nobis pariunt, & certiores nos huius rei faciunt, ea tamen certitudine quæ in hac vita contingere poteſt. Vnde Paulus ait, Non ſolum autem ſed & gloriamur in tribulationibus ſcientes, quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò ſpem, ſpes autem non confundit. Vult dicere, quòd perſeuerantia in virtute, & patientia in tribulationibus probationem quandam facit, quæ generat ſpem Chriſtianam, qua nec verecundamur, nec confundimur: quoniam ea quæ credimus ac ſperamus, omnia certiſsima ac vera ſunt. Igitur quoniam ex exercitio virtutum & patientiæ reſultat hæc ſpes noſtra, quæ non confundit; hinc argumentamur, quòd tales virtutes hanc certitudinem poſsibilem nobis in via pariant. Igitur hæc coniecturalis certitudo, de qua loquimur, ſaltem magnum iuſtis ſolatium affert in hoc exilio. Quæ coniecturæ atque ſigna, in hoc Euangelio nobis adumbrantur. Prima autem coniectura, vel ſignum ſecundùm doctrinam Sanctorum eſt teſtimonium propriæ conſcientiæ, q̃ ſolet eſſe teſtis fidelis omni exceptione maior, ſecundùm illud. Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientię noſtre. Vbi &

Bernar-

Bernardus Bernardus dicit, Nihil hac lucè clarius, nihil hoc teſtimonio glorioſius, cùm veritas in mente fulget, & mens in veritate ſe videt. Sed qualem? pudicam, verecundam, pauidam, circunſpectam, nihilq; admittẽtem quod euacuet gloriam conſcientiæ atteſtantis in nullo conſciam ſibi quo erubeſcat in conſpectu veritatis. Hoc planè eſt quod ſuper omnia bona animæ diuinos delectat aſpectus. Quandò ergò anima ſe in hac veritate videt, quæ in nullo cor reprehendit mortali crimine, nec ante illã pudeſit; poteſt mittere legatos ad Chriſtũ qui dicant ei. Tu es qui venturus es, &c. Es ne tu qui animam inhabitas, an alius? Et reſpondebit tibi. Vide ſigna, quibus hæc veritas manifeſtatur, quorum vnum eſt. Cœci vident. Si ſe ſe anima in hac veritate videt, & non reprehendit eam; ſignum eſt quòd habet oculos, vt ſe ipſam in ſua propria conſcientia intueatur, & quòd ipſa conſcientia tam munda tamq; clara ſit, quòd in anima ſe poſsit cernere. O magnũ animæ ſolatium conſcientiæ ſecuritas. Nullus, ò Chriſtiani, credere poteſt, quàm lęta, quantiſq; gaudijs referta anima illa ſit, quã propria non carpit conſcientia. Quàm ſecura viuit, quàm ſecura è vita diſcedit, quod gaudium nemo nouit niſi qui habet. Eſt quippè mannà illud abſconditum, quod ne-
Apoc.19. mo nouit niſi qui accipit. Ob hoc ſolum gaudium quod ſecura conſcientia parit, deberemus in puritate cordis vitã agere. Non loquor tamen de illis conſcientijs preſumptuoſis, quæ ſibi metipſis fidẽtes nullum in ſe volunt agnoſcere crimen. Nec de alijs ità otio torpentibus, qui veluti extinctum vermem conſcientiæ videntur habere, de quibus iam ſuprà largius egimus; ſed de illa conſcientia, quæ abſq; fictione pura ac irreprehenſibilis eſt. Aliud ſignum vel coniectura eſt, cùm verba Dei libenter audis, nõ ſolùm aure corporis, ſed potiùs auribus cordis, & intus in viſceribus ea libentiſsimè amplecteris, ac opere comples, ſic enim &
Ioann. 8. Dominus Ioann. 8. dixit. Qui ex Deo eſt
Gregorius verba Dei audit. Vbi Gregorius dicit. Cœleſtem Patriam veritas deſiderare iubet, mundi gloriam declinare, aliena non appetere, propria largiri. Penſet apud ſe vnuſquiſq;, ſi hæc vox Domini in auribus ſuis intonuit, & quòd iam ex Deo ſit cognoſcit. Vndè & Dominus hic ait. Surdi audiunt. Qui antea ſurdi videbantur ad audiendum verbum Dei, iam placidis auribus, & vtiliter illud audire cupiunt & audiunt. Tertium ſignum, cùm homines in veritate ſuam iuſtificationem in frequẽtatione Sacramentorum procurant. Et hoc eſt quod hic dicitur. Leproſi mundantur. Maxima noſtræ prædeſtinationis coniectura eſt Sacramentorum frequentia: Quoniã in illis ſanguis Chriſti nobis applicatur, qui fuit paſſer ille, qui in aquis viuis immola- *Leuit.14.*
batur ad emundationem leproſi. Intingebatur quippè in illo ſanguine hyſſopus, quo aſperſus leproſus mundabatur. Sic ſanguine & aqua, quæ ex latere Chriſti exiuit, & cum illa ſacramenta, mundatur animæ lepra. Vndè & Dauid dicebat. Aſperges me Domine hyſſopo & mũdabor, laua
bis me & ſuper niuem dealbabor: Et Ioan- *Pſal.50.*
nes dicit. Venit Chriſtus in aqua & ſan- *1. Ioan.5.*
guine. Hi namq; ſunt qui ſemper peccata ſua conſiderant, atq; ante oculos ſuos ferunt lacrymis ſuis purificantes ea, & dicunt cum Dauid. Delictum meum contra me, vel coram me (vt habet alia litera) eſt ſemper. Et amplius laua me ab iniquitate mea, *Pſal.50.*
vel multũ laua me, magis ac magis lauame. Et per ſingulas noctes lacrymis ſuis ſtratum ſuum rigant, vt fecerunt Petrus & Mag
dalena. Qui ſepè manum ſuam in ſinũ ſuũ *Pſal.6.*
mittunt, & leproſam producunt ac ſordidam cum Moyſe. Id eſt, qui ſepè voluentes ſinus conſcientiæ ſuæ, quidquid immundum ibi repererint, in confeſsione produũt, vt ſic mundentur à lepra. Non loquor modò de illis, qui ſemel in anno, vel ad ſummum bis vel ter peccata ſua confitentur, & protinus cõſcientiæ ſuæ obliuiſcuntur (hoc enim non ſalutis, ſed reprobationis ſignum eſt) ſed de his de quibus modò diximus, qui ſemper conſcientias ſuas pręoculis habent, ſordes ac immunditias earum abluentes: quod abſq; Dei gratia facere non valerent.

Aliud ſignum eſt: Pauperes Euangelizantur: Hoc eſt, bonum nuncium accipiunt. Hi ſunt quibus res diuinæ ſapiunt dulciaq; ſunt verba Dei faucibus eorum, ſuper mel & fauum. Qui experimento didicerunt, quoniam ſuauis eſt Dominus, qui ea quæ ſurſum ſunt ſapiunt: hoc eſt, *que ſe ſaborean de las coſas del cielo*, Non de illis loquor qui guſtu quodam à ſenſibus orto, & in ſenſibus extincto de cœleſtibus ſentiunt, quales ſunt muliercularum lacrymulæ; ſed de his qui allecti ſapore rerum cœleſtium, hoc mannà delectati

faſtidiunt ollas ac cepas Ægypti. Hunc autem ſaporem, nec carnales, nec ſuperbi percipiunt, ſed pauperes ſpiritu atque humiles qui dicere poſſunt. Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea. Et, Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me. Hæc eſt alia coniectura, quandò quis nec ſcandalizatur, nec perturbatur, in cruce Chriſti, in laboribus, nec in perſequutionibus aut tentationibus, nec in hoc quod ei præcipit Chriſtus diligere inimicos, aut præbere alteram maxillam percutienti, & his ſimilibus; ſed omnia æquo animo propter Deum fert. Ecce ergo ſigna, quæ anima carceri huius corporis incluſa habere poteſt, quòd Dominus verè ſecum ſit.

Pſal. 87.

Alia moralitas ſen concio.

Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti. O hominum crudelem nequitiam: iuſtum in vincula rapitis: quia vobis veritatem prædicat: quia lucem prębet odio habetis illum. Veritas lux eſt, cur lucis datorem perſequimini? Barbara vos inhabitat mens. Indi illi de quorum barbarie totus prædicat mundus, Solem, vt Deum adorabant, quia illis lucem ac claritatem prębebat, & licet in hoc errabant, grati tamen huic beneficio ſe præbebant: & nũc homines offuſcare hanc lucem quærunt, ſolemq, ipſum tenebreſcere ſatagunt, ne mentibus eorum illuceat. Veritas eſt lux; qui tibi veritatem prædicat eſt Sol, qui tibi radium lucis immittit (ideò quippè prædicatores veritatis Deus vocat luces, cùm dicit; Vos eſtis lux mundi.) Illum in carcerem tenebroſum mittere, quia veritatem dicit, vt fecit Herodes cum Ioanne, quid eſt niſi eclipſare velle ſolem, ne luceat mundo? Quæ dementia Indorum ac Scytharum barbariem ſuperat aut ſæuitiam; ſed ſic ſe habent hodiè hominum mores. Colligitur etiam ex hoc Herodis facto, quòd reges non ſibi iuſtos, ſed alijs volunt: quòd ſubditos moneant, vt regibus morem gerant, non tamen vt ipſis regibus quod tenentur facere dicant. Quandiu Ioannes cæteris prædicabat, vt ſuum quiſq; munus iuſtè adminiſtraret, militibuſq; dicebat, vt nemini iniuriam facerent, non violentèr aliena raperent, ſed contenti eſſent ſtipendijs ſuis: quoniam hoc ex re erat regis, ne ſeditiones mouerent milites, placebat Ioannes Herodi. Et dum Phariſæos hypocriſis inſimulabat, eorum ſæuitiam ac crudelitatem carpebat; quoniam videbat illos Herodes ambitione præcipites populum ad ſe velle allicere, gaudebat timens tales homines ne aliquid noui in Republica mouerent, & tunc diligebat Ioannẽ, & libenter eum audiebat, & audito eo multa faciebat. Cæterum cùm ad Regem cõuertit ſermonem, libereq; illi dicebat, non licere illi habere vxorem fratris ſui, illum in vinculis tenebat, & donec caput eius obtruncauit, non quieuit ira eius. Ac ſi non maius negotium eſſet quod ad reges attinet, quàm quod ad ſubditos pertinet, quantò plus ſaluti ſubiecti conuenit vulnera capitis, quàm cæterorum membrorum curare. Vellent quidem reges ac prælati, vt ſubditos admoneremus, vt vectigalia ſoluant, obſequenteſq; ſint maioribus ſuis, non autem quòd ad illos vllo modo dirigamus ſermones noſtros. Nec enim vult Epiſcopus, vt illi dicas teneri ad neceſsitates tàm ſpirituales quàm corporales ſubditorum: vigilare ſuper gregem ſuum: quoniam de animabus illorum debet rationem reddere Deo, cæteraq; his ſimilia. Sed protinus te liberum hominem acclamabunt, ſeditioſumq; potius quàm verbi Dei prædicatorem dicent te eſſe. Sic res ſe habet, quid niſi Deo gratias reddere facere valemus? Audiuit ergò Ioannes in vinculis opera Chriſti. Ecce mirabilem Dei prouidentiam, in carcere vbi tenebræ ſunt, nec lux locum habet quò luceat, ibi peruenit Dei fama. Hæc enim cura eſt quam Deus gerit de nobis; vt ea quæ ad ſalutem noſtram pertinent diſcamus, vbicumq; ſimus, aliquid de Deo ad noſtram peruenieat notitiam, quo vel illum agnoſcere poſsimus, vel ſaltem excitemur ad quærendum, quis nam ſit ille cuius tot mirabilia prædicantur. Et ſic intelligit D. Auguſt. difficilem illum locum 1. Pet. 3. vbi dicit. In quo his qui in carcere erant ſpiritu veniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando expectabant Dei patientiam, in diebus Noe, cum fabricaretur arca. Hoc eſt, dicere quòd idem Dominus Ieſus, qui veniens in carne publicè hominibus veritatem prædicauit: Idem ipſe in ſpiritu, hoc eſt, occultis inſpirationibus multotiens prædicat hominibus, quorum animæ in corpore veluti in carcere ſunt, ſecundùm illud educ de carcere animam meam, hoc eſt, de corpore: vel his qui in vinculis vitiorum circumplexi deti-

Simile.

Auguſt. 1. Pet. 3.

Pſal. 141.

detinebãtur, qui in tempore Noe, cùm ipſe fabricabat Arcam, increduli fuerũt nõ credentes Noe, qui dicebat illis futurum eſſe diluuium propter peccata populi: his etiam prædicauit, & intus in ſpiritu per occultas inſpirationes, & extra per miniſterium Noe, ita quòd nulli vnquam deeſt diuina prouidentia, in vllo loco aut ſtatu, quin de neceſſarijs ad ſalutem illum inſtruat. Cùm enim hominum voces deſunt, ipſe hominibus prædicat, per legem naturę cordibus, & ſpiritibus hominum inſcriptam, per occultas inſpirationes, per opera Dei publica, quæ eius vociferant maieſtatem, ſecundùm illud. Cœli enarrant gloriam Dei. Deniq; per prædicatores quos ipſe ad hoc miniſterium mittit, ita quòd nullam prætexere poſsint homines excuſationem. Vndè Paulus. Nunquid non audierunt? Ac ſi diceret. Præterdere poſſunt homines hanc ignorantiam, & excuſationem, quòd non audierint verba Dei? Minimè, quoniam in omnem terram exiuit ſonus eorum: Omnia verbum Dei penetrat, imò & vſq; ad inferos fama Dei deſcendit. Secundùm illud Iob. Infernus & perditio dixerunt auribus noſtris, audiuimus famam eius. In vinculis ergo audiuit Ioannes opera Chriſti: quoniam vbicunq; Deus ſediffundit atque manifeſtat. *Mittens duos de diſcipulis ſuis ait illi: Tu es qui venturus es, &c.* Iam multa de hac legatione diximus, & alia infra (Deo volente dicemus.) Nunc autem perſiſtentes cum Hieronymo, & Chryſoſto. dicimus hanc interrogationem feciſſe Ioannem, vt ſuos diſcipulos inſtrueret: nam ipſe non erat lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de luce; & ideò mittebat diſcipulos ſuos ad veram lucem, ac ſi diceret. Ite diſcipuli mei vbi illuminantur cæci, nam ego talem poteſtatem nõ habeo: abite vbi leproſi mundantur, quod ego non poſſum facere, hoc dum taxat vobis præſtabo miniſterium, quod ancillula illa Naamam Syri atq; leproſi illi præſtitit, cùm dixit, quòd in Iſraël erat vir Propheta qui mundabat leproſos. Sic ego mitto vos ad verũ Heliſeum, qui animarum lepram mundat. Officium veri Dei miniſtri exercuit. Nam nos miniſtri Dei, in hoc adimplebimus miniſterium noſtrum, ſi homines ad verum Deum mittamus. Abite, ne ſiſtatis in nobis, aut in aliqua re creata, ſed ite ad Deũ qui ſuper omnia eſt. Sic cùm Sponſa quæreret Sponſum, & obuiaſſet vigiles qui cuſtodiebant ciuitatem, non in eis quieuit ſed ait: Paululùm cum pertranſijſſem eos, inueni quem diligit anima mea. Quoniam anima quæ Deum quærit, etiam ſi prædicatores, qui ſunt hi qui cuſtodiunt vigilias noctis ſuper gregem Dei, interrogare debeat, vbi nam ſit Sponſus ſuus qui eſt Deus; tamen audito reſponſo tranſeat, nam ipſi eum mittunt ad illum, & ſtatim inueniet eum. Ipſi quippè dicunt: Tranſi, tranſi per nos, nos enim non ſumus quem quęris, ſed lingua eius qui illum prædicamus. Vndè apud Eſaiam dicitur. Ad me clamant de Seir. Cuſtos quid de nocte? dixit cuſtos. Venit manè. Interrogatio quędam eſt, qua quæritur quid operis prędicatores in Eccleſia faciant, quid peccatoribus qui in nocte peccatorum ſunt prædicant. Et reſpondet cuſtos. Venit manè. Hoc vobis miniſterium præbemus, dicimus enim iam ortum eſſe ſolem & auroram luceſcere, quòd nox pręceſſerit, & quòd appropinquet dies, quòd abijciatis opera tenebrarum, & induamini arma lucis, ſicut in die honeſtè ambuletis. Et hoc etiam officium exercuit Ioannes. Erat quippè Lucifer, qui manè oriebatur, & ſolem annunciabat: & ideò homines, à nocte mittebat ad diem. Qui poſt me venit (aiebat) ante me factus eſt. Hoc eſt; Tranſite me, nam ſuper me alium meliorem me multò inuenietis, quẽ ego vobis annũcio. Sic hodiè diſcipulos ſuos ad Sponſum, & ad diem mittit: Nolo ait prædicator vt in me ſiſtatis, vel me laudando, vel præmiando, abite ad Deum, illi gratias referatis volo, in illo ſiſtite, illum laudate, ipſi bona veſtra offerte, me autem omninò dimittite, poſtquàm meam auſcultaueritis doctrinam. Sunt enim vani prædicatores, qui ſibi volunt auditores non Deo, licet abſq; vlla improprietate etiam poſſumus dicere, quod ipſe Ioannes, etſi certiſsimè nouerat Chriſtum eſſe verũ Meſſiam, vt ex teſtimonijs quæ ille de illo protulit, patet; tamen tanto gaudio afficiebatur ex tali nuncio, quòd volebat ex ipſo met Domini ore iterum atq; iterum audire. Quemadmodùm mater quæ filium habet captiuum, etſi iam ſemel & iterum certum nuncium accepit, quòd iam in ſua eſſet libertate; nihilominus, etſi

Pſal. 18.

Rom. 10.

Pſal. 18.

Iob. 28.

4. Reg. 5.

Cant. 3.

Rom. 13.

Simile.

etſi millies illud audiat, non ei moleſtum eſt, ſed ſemper dulciter audit libertatem filij ſui, gaudet enim quod tale nuncium vires acquirat, *Huelga que ſe esfuerça aquella nueua.* Sic Ioannes, cui tam dulciter ſapiebat Meſsiam iam eſſe in mundo, volebat roborare hanc veritatem ex ore ipſius Saluatoris, ac ſi diceret. Dic vt mihi ex ore tuo, q̃ ſis verus Meſsias, iam enim ex ore prophetarum, imò ex ore Patris
Cant.2. audiui. Sed ſonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis. Ex ore tuo nunciũ hoc accipere volo, vt plus ſapiat auribus animæ meæ.

Tu es qui venturus es. Ad literam interrogat eum, an ipſe eſſet verus Meſsias: quoniam ſic appellabatur iam in illo popu lo, *El venidero*, eo quòd ſic nuncupabant
Habac.2. eum Prophetę. Vnus dicebat. Qui venturus eſt, veniet, & non tardabit. Et ſi mo ram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet, ideſt, venturus veniet. Et populus ille quaſi irridens Prophetas ſic eum vocabat Venturum, faſtidiebant enim pro phetarum dicta, & quaſi irridentes repe tebant ea dicentes. Venturus veniet, vt
Eſa.28. eſt illud Eſai. Manda, remãda, expecta, re expecta, modicum ibi, modicũ ibi. Erant enim veluti ſerui quos nos dicimus, *Rezõgones*, vel *repoſtones*, qui repetũt verba quę illis dicunt heri: dicitur illis vadè inforũ, repetunt ipſi & dicunt. Sic vade inforum, vade inforum, nunquam finiet dicere mihi, vade inforum. Sic iſti repetebant verba prophetarum, ac ſi dicerent. Nunquã ceſſat Deus mandata dare. Hæc mando, hæc facite. Manda, remanda, idem eſt ac dicere, *Tanto mandar y remandar*, Expecta; reexpecta. Totum eſt ſperare, & nunquã venit hic expectatus. Non ceſſant dicere nobis, Modicum ibi, modicum ibi, & iſtud modicum nimis prolongatur. Hunc ergo Chriſtum vocabant Venturum, & hoc eſt quod quærit Ioannes. Es tu ille quem vocant Venturũ? Vndè apud Græcos eſt articulus, qui ſignificat illum quem venturum omnes dicunt ac nominant, qui anthonomaticè dicitur venturus, quem prophetę prædicauerunt Agnum eſſe venturum. Es tu quem pro ſua ſalute vniuerſus mundus ſperat? Promiſſus in Prophetis, figuratus in Patriarchis, deſideratus cunctis gentibus? Ille qui reparaturus eſt mũdum, ſanaturus animas, ſuſcitaturus mortuos, illuminaturus cæcos, mundaturus leproſos? Hic ſenſus fuit huius legationis, quem intelligens Dominus, factis aliquibus ſignis coram Ioannis diſcipulis, vt refert Lucas. c. 7. dixit illis. *Ite & dicite Ioan* Luca.7.
ni quæ audiſtis & vidiſtis. Operibus reſpõdet illis & oſtẽdit quis ſit: ſic Chriſtianus operibus debet oſtendere qualis ſit. Verbis enim confitentur ſe noſſe Deum, fa- Tit.1.
ctis autem negãt. Verbis teſtificantur ſe eſſe Chriſti, & factis quòd ſunt antichriſti. Dulcè quippè eſt loqui de Deo, & operari de diabolo, vt nos in proloquio dicimus. Quod hodie maximè inter Chriſtia Eſa.29.
nos eſt in vſu, qui labijs honorant Deum, cùm tamẽ cor eorũ longè ſit ab eo. Et Pſal. Pſal.77.
77. Dilexerunt eum in ore ſuo, & lingua ſua mentiti ſunt ei. Cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius. Deus autem in veritate vult eſſe Dominus noſter, non cum mendacio: ſic enim & ipſe per Prophetam Zachariam cap. 8. dicit, Ero eis Zachar.8.
Dominus in iuſtitia & veritate; vbi gloſſa dicit, non in mendacio. Quomodò ipſi re ipſa mentiuntur, qui Dominum eum vocant, nec illius tamen ſe ſeruos exhibent, qui ſe illum diligere prædicant, & tamen ſi affulſerit nũmus; Deum propter nũmum deſerunt. *Quæ audiſtis & vidiſtis.* Hoc eſt quod Ioannes volebat. Auribus & oculis, & ſenſibus experimentum ſumere de Deo. Quod contingit his, qui familiariter cum Deo tractant: nam ex tali familiaritate anima impinguatur, ac repletur Deo, quæ plenitudo ad ſenſus redundat ratione coniunctionis cum anima, & ſic in ipſismet ſenſibus experiuntur Deum. Quemadmodùm Moyſes ex Exod.34.
nimia familiaritate, quam in monte cum Deo habuerat, ipſa facies corporis eius reſplendebat, lux quippè animæ redundabat ad corpus, ac ideò in ipſis ſenſibus quaſi experiebatur Deum. Hinc Paulus dicebat. An experimentũ quæritis, eius qui in me loquitur Chriſtus. Ac ſi diceret. In loquela & in ſenſationibus, experimini in me Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Ità illo repletus ſum. Et Sapien. 1. Sap.1.
dicitur. Sentite de Domino in bonitate. *Sentid bien de Dios, tomad buena eſperiencia de Dios.* Et Pſalmiſta. Guſtate & videte, Pſal.
quoniam ſuauis eſt Dominus. Cice. lib. 1. Cicero.
Officior. à principio, ex Platone docet, tã- Platon.
tam

tam eſſe virtutis pulchritudinem, quæ ſi oculis cerni poſſet, mirabiles ex ſe efflaret amores. Qua propter Deus virtutem viſibilem fecit, cùm Filium ſuum in carne viſibili apparere voluit, vt in eo ſenſibilem experientiam virtutis ſumeremus.
Matt.13. Quarè & ipſe diſcipulis ſuis dixit. Veſtri autem beati occuli quia vident, & aures
1.Ioann.1. veſtrę quia audiunt. Et Ioan. ait. Quod vidimus, quod audiuimus, & manus noſtrę contrectauerũt de Verbo vitæ, annuncia-
Actu.17. mus vobis: & Paulus. Actu. 17. ait. Quærere Deum, ſi fortè attrectent eum manibus ſuis. Benè ergò dicit modo Dominus Ioanni. *Ite & dicite Ioanni quæ audiſtis & vidiſtis. Cæci vident, &c. Pauperes Euange-*
lizantur. Quos mundus deſpicit Deus reſpicit, & quos mundus inhonorat, Deus
1.Cor.1. honorat. Videte fratres vocationem veſtram (ait Paulus) quia non multi prudentes ſecundùm carnem, non multi ſapiẽtes, nõ multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mundi, elegit Deus & infirma, vt confundat fortia. Ad boni gubernatoris munus attinet, ne pauperes ac imbecilles à fortioribus, & ditioribus opprimãtur, neue violentia infirmis inferatur. Et hoc magis ad Dei pertinet prouidentiam, qui quantò
Simile. maior eſt, tantò infirmorum cura ad eum remitti debet; nam quando id quod eſt particulare deficit, tunc id quod magis vniuerſale eſt ſe intromittere debet, ſicut quã do deeſt natura particularis, eius defectũ ſupplet vniuerſalis. Vt quando particularis natura non poteſt ſupplere vacuum (non enim in caſu aliquo ſuppleri poteſt, niſi aſcendat aqua ſuperius, quod eſt contra ſuam particularem inclinationem, quę eſt deſcendere:) tunc ergò natura vniuerſalis id ſuppleat, faciendo quod aqua aſcendat præter ſuam particularem inclinationem. Hic pauperculus particularis homo, ac imbecillis, impotẽs eſt ad hoc quòd ſe de potentiori defendat; tunc ergò vniuerſalior natura, quæ eſt Deus hunc particularem defectum ſupplere debet, atq; adiuuare hunc & eleuare, vt poſsit quod ſecundùm ſuam particularem naturam non poterat. Vbi deſinit phyſicus, ibi incipit medicus: & vbi minus poteſt homo, ibi Dei potentia manifeſtari debet. Quarè pauper cui mundus deficit, ſub prote-
Eſai.57. ctione & cura Dei eſſe debet. Vnde Eſaias dicit. c. 57. Hæc dicit Excelſus & ſublimis habitans æternitatem: & Sanctum nomen eius in excelſo, & in ſancto habitans, & cum contrito & humili ſpiritu: vt viuificet ſpiritum humilium. Ecce quomodò ſanctus & ſublimis Deus humiles ac pauperes ſubleuet, atq; adiuuet. Hoc enim Dei celſitudini maximè congruit, vt pauperes & humiles ſub ſua protectione cuſtodiat. Quod infra hoc eodem capite idem Dominus dicit. Confiteor tibi Pater Domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Nam humilis ſe ipſum euacuat, nihil in ſe boni habere exiſtimans: hoc ergo vacuum oportet quòd Deus ſuppleat. Ideò pauperes Euangelizantur: quoniam Chriſti Euangelium nõ ſuperbis ſed humilibus conuenit.

Cùm audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti, mittẽs duos de diſcipulis ſuis, ait illi, &c. Alia moralitas ſeu concio.
Ecce quid fecerat charitas: obliuiſcitur ſui atq; laborum ſuorum, vt proximi neceſsitatibus ſubueniat. Sic & Ioannes quaſi vinculorum ſuorum oblitus, ad diſcipulorum ſuorum inſtructionem anhelabat. Eſt enim Charitas impulſus quidam vehemens, atq; fortiſsimus, qui corda extra ſe rapit, vt proximorum neceſsitati-
bus ſubueniat. Sic enim & Paulus dice- 2.Cor.5.
bat: Charitas Chriſti vrget nos, Hoc eſt, impellit nos & rapit, vt noſtrarum rerum obliti, ad aliorum neceſsitates trãſeamus.
Et alibi. Charitas nõ quærit quæ ſua ſunt, 1.Cor.13.
non æmulatur, non agit perperam, *No haze coſa mala*, non ſibi ſed alijs proſpicit, non inuidias aut æmulationes trahit; ſed omnibus quę bona ſunt optat. Non agit perperam, non æmulatur. Sic & Ioannes è ſuis vinculis, vbi nihil aliud quàm mortem expectabat, diſcipulorum ſuorum cura angebatur, quaſi ſui oblitus illos tantũmodò reſcipiebat. Vndè Paulus ad Phi- Phil.1.
lippen. dicebat. Eò quòd habeam vos in corde, & in vinculis meis. Ex hoc quòd in corde per charitatem vos gero, etiam in vinculis non poſſum obliuiſci veſtri. Sic & Ioannes hodie fecit exemplo Domini ac Saluatoris ſui, qui cùm maximis iniurijs afficeretur, colaphis cæderetur, ſputis fœdaretur, blaſphemus acclamaretur; tamen tot iniuriarum oblitus reſpexit Pe- Luca.22.
trum, qui illum negabat, vt reſipiſceret & rediret ad ſe. Quemadomùm paſtor Simile.
quem latrones circunuentum habent, & ſtant percutientes eum, ſi videt ouem è caulis aberrantem, quaſi ſui oblitus, oculi

ſui videntur rapi poſt eam. Sic Chriſtus Dominus quem impij vinctum tenebant, quem ſacrilegis ſuis manibus percutiebāt; tamen vt vidit ouem vnam, nempè Petrum, errantem, oculos ſuos ad illum conuertit, quaſi nullam aliam tunc curam haberet. Et reſpexit Dominus Petrum. Et cùm in cruce eleuaretur, & oſſa eius omnia contremiſcerent, & ſtriderēt, quaſi dolorum ſuorum oblitus ait ad Patrem. Pater ignoſce illis: quia neſciunt quid faciunt. Et cùm iam iam ſpiritum efflaturus eſſet, quaſi mortis ſuę oblitus, & latronis curam gerit, & matris ac Diſcipuli ſui. Sic & Ioannes. *Cùm audiſſet in vinculis opera Chriſti, mittēs duos de diſcipulis ſuis ait illi.* *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* Præter ea quæ ſupra diximus D. Ambro. vult, quòd hęc interrogatio fuerit ex deuotione, & teneritudine quadam amoris, ſicut cùm mater quæ diu caruit filio ſuo, cùm poſt multos annos illum videt, in amplexus & lacrymas ruēs ait. Es nè tu filius meus? Teneo ne te? Es tu, an non? Eſtne poſsibile quòd ſis tu? præ nimio gaudio, quaſi non crederet quod videt. Sic Ioannes etſi optime credebat ipſum eſſe Chriſtum ac verum Meſsiam; tamen pre gaudio habebat ſe ac ſi non crederet, & dicebat. Es ne tu Chriſtus? Eſt ne poſsibile, quòd mundus iam te teneat? Quòd ego iā te viderim? Tu ne es quem omnes expectant? Quem clamant Prophetæ? Quem lacrymis multis poſtulauerunt Patres? Pia hæc profectò ac deuota conſideratio eſt. Veritas tamen illa eſt quam ſuprà non ſemel diximus, nempè hanc interrogationem factam propter diſcipulorum ſuorum inſtructionem. Nam vt D. Chryſoſt. docet, habuit ſe hic Ioannes cum diſcipulis ſuis, ſicut pater moriturus cum filijs ſuis, qui nimis tunc curat, vt filijs ſuis tutorem relinquat, qui vices patris agere poſſit cum illis. Sic Ioānes ex hac vita deceſſurus, curat optimo tutori ſuos commendatos relinquere, & ſic mittit illos ad Chriſtum, qui dicitur Pater orphanorum. Et qui de ſe ipſo dicit: Et ego quaſi nutritius Ephraim portabam eum in brachijs meis: & Deutero. 32. Expandit alas ſuas & aſſumpſit eos, atque portauit in humeris ſuis. Illos enim nutriebat, ſicut gallina pullos ſuos. Vndè & ipſe dicit. Hieruſalē, Hieruſalem, quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodùm gallina. Et Pſalmiſta dicit: Pupillo tu eris adiutor. Quoniam eſt curator minorum, & orphanorum. Talem ergò tutorem diſcipulis ſuis nitebatur relinquere Ioannes. *Ite & dicite Ioanni.* Intellexit optimè Dominus Ioannem; quoniam iuſtus & Deus mutuò ſe intelligunt, ex illa familiaritate quam interſe gerunt, facillimè ſe intelligunt, imò ſicut Angeli conceptus ſuos mutuo videntur penetrare, & per illos ſibi loquuntur: Chriſtus enim magni Conſilij Angelus dicitur. Ioannes etiam hic vocatur Angelus, imò cogitationes ſuas præueniūt alter ad alterum, *Adiuinan ſe los penſamientos.* Et erit, antequam clamēt ad me, exaudiā eos. Iam ego præueni eius cogitationes, ait Dominus, & intelligo multò antè quid velint. Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Imò nutibus ſe intelligunt, ſicut amantes; vt patet ex illo Canticor. Vulneraſti cor meum, ſoror mea, in vno crine colli tui, & in vno oculorū tuorum. Sic & iuſtus præuenit multotiens voluntatem Dei, & antequàm veniat tēpus adimplendi illam, iam eſt præparatus ad hoc. Agnoſcunt enim quæ ſit volūtas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Sed tamen oculus cuius nutum intelligit Deus, debet eſſe oculus cordis, illo enim loquitur iuſtus Deo. Sunt duo oculi in anima: alter eſt intellectus, alter voluntas, non tamen reſpondet Deus intellectui, niſi etiā loquatur voluntas. Nam ipſe dicit: Multi dicent mihi in illa die; Domine, Domine, nō ne in nomine tuo prophetauimus, &c. Et tūc reſpondebo illis: Amen dico vobis, neſcio vos. Nō vos his ſignis cognoſco nec intelligo, niſi corde loquamini mihi. In vno oculorum tuorum, hoc eſt, cùm mihi corde nutus amoris feciſti, protinùs vulneraſti me, & tūc in vno crine colli tui me duces quocunq; volueris. Quoniam qui in charitate eſt, vno calice aquæ frigidæ rapiet Deū poſt ſe, *Lleuarle ha por vn cabello.* Quia ergò Ioannes oculo cordis loquebatur, & nutus faciebat (nā ex amore Chriſti, & charitate ſuorū diſcipulorū hæc legatio prodibat:) ideò quaſi intelligēs eum, ad mētē reſpondit ei dicēs. *Ite & dicite Ioāni quæ audiſtis & vidiſtis.* Hi duo ſenſus ſunt principaliores in homine, nēpè viſus & auditus, & ideò hi ſunt prius informandi: auditus perfidē, viſus per opera, Αγαθοεργ, Fides & opera. Sic enim in Sacerdotali

Luca. 23.

Ambroſ.

Chryſoſt.

Pſal. 67.

Oſea. 11.

Deuter. 32.

Matt. 23.

Pſal. 9.

Luca. 23.

Iſai. 65.

Pſal. 10.

Cant. 4.

Matth. 7.

Exod. 28.

dotali veſte erāt tintinabula, & malogranata. Tintinabula auditum, malogranata viſū delectabāt: Habeat verus prędicator, & ſonitum verborum, & fructus bonorum operum. Chriſtus cùm ſurdum curauit, digitos miſit in aures, & verba protulit dicens, *Ephetha.* Quoniam vt noſtrarum auriū ſurditas rectè curetur; opus eſt, vt prædicator, & digitis, hoc eſt, operibus etiā, & verbis nos inſtruat. Vę mihi qui verbo tenus prædicator Dei ſum, nec digito tango onera legis, inflatus ſenſu verborum meorum, & ideò ſurdis auditū non aperio. Quæ audiſtis & vidiſtis ait: nam talis Chriſtus fuit, de quo Eſai. 30. dicit: Erunt oculi tui videntes Doctorem tuum, & aures tuæ audient verba poſt tergum monentis. Videbant & audiebant Chriſtum, qui opere & ſermone potens fuit. Cōſule, ſi placet, Cōmentaria noſtra in Pſal. 118. fol. 192. tract. 6. *Cæci vident.* Attende Miracula, quæ Chriſtus Dominus fecit, in hominum vtilitatē cedebant. Nā vel mortuos vitæ reddebat, vel infirmos curabat, vel cæcos illuminabat; aut alia ſimilia faciebat. Homines (vt communis vſus eſt) opera affectant facere, quæ magna in omnium oculis appareant, etiamſi minus vtilia ſint; Deus autem è cōtra ea opera facit, quæ nobis vſui eſſe poſſint, etiam ſi hunc humanum ſtrepitū non ferant ſecum. Petierant aliquando Phariſæi à Chriſto Domino, vt ſignum de cœlo oſtenderet eis, vel repentè facere mugire tonitrua, micare fulgura, vel quòd ſol ſtaret, vt Ioſue; aut retrorſū rediret, vt Eſaias fecit. Tamen id non conceſsit illis; quoniā illa opera oſtentationem quandam & apparentiam, nō autem vtilitatem præ ſe ferebant. Hæc auteni mundus faceret, ſed Deus id quod nobis vtile eſt, in id ſuam vult manifeſtare; imò & inſumere potētiā. Illuminare cœcos, mundare leproſos, &c. Mūdus conſumit in paraſitis ſuas opes, & pauperi fragmentū panis denegabit, quoniam illi diffamabūt illum apud alios magnates, & in aula Regis magnificentia eius celebrabitur. Sic in mulieris obſequiū multos expēder aureos; & in hoſpitalis aut monaſterij fabricam nihil conferet. Deus autem in hoc oſtendit magnitudinem ſuam, vt omnibus benefaciat: Quā rem apud Baruch Dominus docet filios Iſrael, quòd ex hoc colligent deos Babylonicos non eſſe deos, quoniā nulli benefaciunt. Ait enim. Hominem quidem à morte non liberant, nec infirmum à potentiori eripiunt, hominem cæcum ad viſum non reſtituunt, nec de neceſsitate liberabunt, viduæ non miſerebuntur, nec orphanis benefacient: quomodò ergo eſtimandum eſt illos eſſe deos? Ex quo ego colligo, quòd multi ex his, quos hæc noſtra Babylonia tanquàm diuos colit, non ſunt dij veri ſed falſi: quoniā nulli benefaciunt. Ab omnibus accipere volunt, præſtare autem nulli, quomodò ergo æſtimandum eſt illos eſſe deos? De Dño autem noſtro Deo vero dicitur: Dominus ſoluit compeditos, Dominus illuminat cæcos, Dominus erigit eliſos, Dominus diligit iuſtos, Dominus cuſtodit aduenas, pupillum & viduā ſuſcipiet. Et Eſai. 45. Deus iuſtus & ſaluans non eſt præter me: & Pſal. 67. Deus noſter, Deus ſaluos faciendi, & Domini Dñi exitus mortis. Hoc eſt Dñi, qui eſt dominus vitæ & mortis, eſt eripere nos à morte, & nomen liberalis benefaciēdo nobis acquirere. Quare hæc ſunt ſigna quæ hic ſuæ diuinitatis oſtendit: *Cæci vident, &c. Claudi ambulant. &c. Pauperes euāgelizantur.* Quoniā doctrina Chriſti nō capit, niſi in humilibus; qui hic dicūtur pauperes, ſecundū illā ſentētiā Sapiētis: Eſto māſuetus ad audiendū verbū Dei, vt intelligas: & Apoſt. Iacob. dicit: In māſuetudine ſuſcipite inſitū verbū, q̃ poteſt ſaluare animas veſtras. Nā Magiſter Euangelicæ doctrinæ humilis eſt, vtpote qui de ſe ipſo dicit: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & ideò etiā humiles diſcipulos quærit. Superbus autem omnia putat ſe ſcire, atque ideò humili Chriſti doctrinæ ſe ſubmittere renuit ſuperbus nihil ſciens, ait Paulus: hoc eſt, ideò quia ſuperbus eſt, nihil ſcit: quoniam exiſtimans ſe omnia ſcire, nihil vult addiſcere, ac ideò ſemper ſtultus ac inſcius perſeuerat. *Et beatus eſt, qui non fuerit ſcādalizatus in me.* Licet hęc fuerit tacita quædam reprehenſio diſcipulorum Ioannis, qui inuidia tacti in Chriſtum ſcandalizabantur; Tamen etiam ad nos hęc ſententia extenditur. Multi enim in doctrina Chriſti ſcandalizantur, alij quidem quia ſuperbiſsimi ſunt, & videtur ſibi quòd non potuerit Chriſtus prohibere illis, ne ſuas vindicent iniurias. Quid enim faceret vir ita potens ac illuſtris ſicut ipſe eſt, ſi iniuria affectus eam vindicare non poſſet? A mundo potius abeundū ſibi iudicaret, quàm abſque vindicta ſuam diſſimulare iniuriam. Alij adeò ſibi confidentes

Marc. 7.

Eſa. 30.

Luc. 24.

Matth. 12

Baruc. 6.

Pſal. 145.

Eſai. 45.

Pſal. 67.

In hoc. &

dentes ſunt, vt ob hoc ſolùm quòd ipſi ali quid faciunt; exiſtiment ita rectè factum, vt à nullo poſsit animaduerti. Tales erant Phariſæi olim, & hodie multi, qui imitantur illos. Hi enim ſunt, qui aduerſùs prædicatores turbines ac iurgia excitare ſolēt, Dominus miſereatur illis. Alij adeò affecti ſunt vitijs, vt nullo modo ferant, vt quis ab illis eos ſeiungere ſatagat, aut quòd dicat illis quòd malè agant. Eſt quippè veluti turbare voluptatem eorum, & amaritudinem miſcere in eam. Veluti cùm quis cibum ſumit, qui ſibi valdè dulcis eſt, ſi in eo tunc aliquid amarum, aut acerbum miſceres, valdè illius voluptatem turbares. *Similē.* Ille habet multa beneficia, quibus in mundo triumphat, ac gaudet, ſuoſq; conſanguineos cum illis diuites reddit; ſi tunc diceres illi, quòd non poteſt ea habere, quòd dimittat, aliàs peribit in æternum; non benè ſibi tua verba apparebunt: eſt enim fel in ſuo melle miſcere. Idem de alio qui ſuis adulationibus magnates, ac Reges ſibi propitios habet: & ille alius ſuis vſuris multas iam acquiſiuit diuitias, quomodò dices *Ioann. 6.* illi, quòd dimittat eas? Durus eſt hic ſermo, dicet tibi, & quis poterit eum audire? Philoſophus quidam obtulit Antiocho Regi tyranno Aſiæ libellum quendam, cui de iuſtitia titulus erat, quem cùm legiſſet tyrānus, iratus aduerſus Philoſophum dixit. Quid tu de iuſtitia ſeruanda mihi literas mittis, cùm ego omnia iura peruertere velim, atque iure vel iniuria quidquid potuero extorquere ſatago? Sic iſti, omnes, qui contra ea, quę ipſi volunt & appetunt, aliquid dixerint, odio habent: nā & Sapiens *Prou. 18.* dicit: Non recipit ſtultus verba prudētiæ, niſi ea dixeris, quę verſantur in corde eius: *ſi no les dezis lo que ellos quieren.* Quare tàm prædicatores quàm confeſſores, qui vera dicant, fugiunt. *Illis autem abeuntibus, &c.* Abſente iuſto, illum laudat Chri- *Chryſoſt.* ſtus: nam vt ait Chryſoſtom. Vir Sapiens cū laudatur in facie, flagellatur in corde: vt ſic condemnaret mundi mores (vt iam iterum diximus) qui hodie vigent, vt in facie, bona, poſt tergū, peruerſa de te loquā *Eccl. 10.* tur. Contra quos Eccleſiaſ. 10. dicitur, Sicut mordet ſerpens in ſilentio; ſic qui fra- *Pſalm. 27* tri ſuo occultè detrahit. Et Pſalmiſta dicit, Exaudi Domine orationem meam; dū oro ad te. Quid tam anxiè petis, ò Prophetā ſanctè? Ne ſimul tradas me cum peccatoribus, & cum operantibus iniquitatē ne perdas me. Quare hoc tam obnixè petis? Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum. Da illis ſecundùm opera eorum, & ſecundùm nequitiam adinuentionum ipſorum. Secundùm opera manuum eorum tribue illis, red de retributionem ipſorum ipſis. Et quia opera eorum traditorum ſunt; eos tāquam traditores poſtulo, vt condemnes. Et alibi de illis dicit idem Propheta. Circundederunt me ſicut apes. *Pſal. 117.* Quæ mel & aculeum habent: ſic iſti coram verba melliflua ore ſuo diſtillāt, cum poſtquam terga verteris aculeo venenoſo te feriant. D. Bernard. in *Bernardus* ſermo. de Ioann. Baptiſta, explicans illam *Eccl. 27.* Sapientis ſentētiam, Iuſtus permanet, vt *Simile.* ſol, ſtultus, vt luna mutatur: docet, quòd ſicut luna habet lumen mutuatum à ſole, & ſecundùm quod ab eo recipit, habet multum, vel parum claritatis: ita qui ab alienis gloriam quærit, modò clarus, modò minus apparet, ſecundùm quod à laudatoribus mutuat? Sol autem, quia ex ſe lucidus eſt, ſemper idem eſt; ita Ioannes Baptiſta, quia ex ſe habebat lucem, ſemper idē perſiſtebat, & quia laudes hominum fugiebat, *Iob. 11.* à Deo ipſo laudari meruit. Quare & Iob. 11. dicitur, Si abſtulerit iniquitatem, quæ in manu tua eſt, ſtabilis eris, & non timebis. *Prouerb. 16.* Et Prouerb. 16. Quaſi tempeſtas tranſiens non erit impius; iuſtus autem quaſi firmamentum æternum: Eſt enim domus fundata ſuper petram. *1. Reg. 1.* Et de Anna dicitur: Quod non ſunt vultus eius amplius in diuerſa mutati. *Horatius.* Horatius lib. 3. Carmin. Oda. 3. Iuſtum & tenacem propoſiti virum ſic deſcribit. *Non ciuiū ardor praua iubentium: Non vultus inſtantis tyranni mentem quatit ſolidam.* *Verſus.* Cicero. 5. Tuſcul. ait, *Cicero.* Diſtrahuntur in contrarias partes impotentium cupiditates, id eſt, qui non poſſunt cohibere affectus ſuos. Et ratio huius variabilitatis in impio eſt; quia dereliquit *Thren. 1.* Deum factorem ſuum, vt dicitur Thren. 1. Non ergo Ioannes erat arundo vento agitata. Hęc de his quæ ad mores & cōciones attinent dicta ſufficiant.

Nunc circa literam aduertendum eſt, quòd etſi Matthæus hanc hiſtoriam, poſt duodecim Apoſtolorum miſsionem narret; tamen non tunc hæc legatio Ioannis ad Chriſtum accidit, ſed quando Lucas narrat, nempè poſt miraculum de curatione pueri Centurionis, vt ex ſequentibus patebit. Item aduertendum eſt, quòd in

in hoc facto apparent alia ſigna, & notæ quòd Dominus noſter ſit verus Meſsias. Quoniam in eo adimpletæ ſunt Scripturæ, quæ de vero Meſsia ab Eſaia dicta fuerant cap. 35. & 61. & Malachiæ. 3. dicit *Eſa. 36. & 61.* enim Eſaias cap. 35. ad literam loquendo de Meſsia. Dicite puſillanimis, Confortamini, nolite timere, Ecce Deus veſter vltionem adducet tribulationis, Deus ipſe veniet & ſaluabit vos. Ecce vbi Saluatorem Chriſtum Deum verum promittit: ſigna autem quòd Saluator iſte tam magnus ſit in terra ſubinfert dicens: Tunc aperientur oculi cœcorum, & aures ſurdorum patebunt. Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Quia ſciſſæ ſunt in deſerto aquæ, & torrentes in ſolitudine. Ecce ad literam adimpletum hoc Domini vaticiniū in Chriſto Domino, cùm & cœcos, & claudos ſanauit, poſtquàm in deſerto à Ioanne ba- *Eſai. 61.* ptizatus eſt. Cap. autem. 61. dicit: Spiritus Domini ſuper me, eo quòd vnxerit me, ad euangelizādum pauperibus miſit me, vt mederer contritis corde. Ecce ad quid vnxerit Deus Pater Filium ſuum Regem Chriſtum, vt pauperibus, & ſpiritualiter, & temporaliter ſubueniret. Vnctio hominum non ad hoc penetrat; vnctio autem Dei, & Spiritus eius, ad opera miſericor- *Malac. 3.* diæ exequenda fit. Malachias etiam cap. 3. ad literam de Meſsia, & Ioanne Baptiſta loquitur: nam ſtatim Chriſtus poſt illum prodijt in templū Angelus hic noui *Eccle. 36.* teſtamenti. Quare Sapiens dicebat: Da mercedem Domine ſuſtinentibus te, vt Prophetæ tui fideles inueniantur. Hoc eſt dicere: Domine hæc quæ per os Prophetarum tuorum protuliſti, vera fac, vt Prophetæ tui non mendaces, ſed veraces & fideles inueniantur. Tu enim per os eorum promiſiſti mercedem daturum his qui in te credunt. Da ergo viſum cœcis, qui credentes id à te expoſtulant, & ſurdis auditum, qui id à te expectant, & mortuis vitam; quia qui eos efferunt, id à te credentes expoſtulant, pauperibus bona nuncia, teſtimonium Angeli tui prēnuncij Ioānis Baptiſtæ profer: vt ſic Prophetæ tui fideles inueniantur. Proſequens autem Ioannis laudes, addit & dicit. *Amen dico vobis non ſurrexit maior inter natos mulierum Ioanne Baptiſta: qui autem minor eſt in* *Titelm.* *regno cœlorum maior eſt illo.* Titelmanus, & multi cum illo communiter intelligunt hoc Chriſti dictum, quòd inter eos qui cōmuni lege de muliere naſcuntur, nullus maior Ioāne Baptiſta: vt excipiatur Chriſtus Dominus, qui non eſt communi lege natus. Per regnum cœlorum autem, intelligit cœlum Empyreum, vbi Angeli reſident & creati ſunt, vbi minimus Angelus maior eſt Ioanne? Quoniam excellentior eſt cognitio illa beatificæ viſionis quam habet ſanctorum Angelorum, vel beatorū ſpirituum minimus, & in beatifico gradu poſtremus; quàm ſit cognitio prophetica Ioannis, licet eximia. Etenim comparatione ad illum obſcura eſt, & ęnigmatica, quoniam non eſt facialis. Et ita explicant Ambroſius, & Hieronymus. Rectius ta- *Ambroſ. Hierony.* men cum Chryſoſtomo dicitur, quòd de ſe *Chryſoſt.* ipſo loquatur Chriſtus, qui ſe minorem dicit Ioanne: Quia & ætate, & opinione minor fuit apud turbas; nam Ioannem filium ſummi Sacerdotis ſciebant eſſe, Chriſtum autem filium fabri exiſtimabant. Vel, vt dicit Caietan. minor, quia Ioannes fuit pri- *Caietanus.* mus prædicator regni cœlorum & baptiſmi, Chriſtus autem fuit ſecundus in vtroque: ſecundus enim minoritatem à primo ſonat. Acſi apertè dicat, Quanuis Ioannes nullum priorum habeat maiorem ſe, qui tamen poſterior eſt illo, in inchoatione regni cœlorum maior eſt illo. Quare prior pars intelligitur comparatiuè in ordine ad alios Prophetas, id eſt, non ſurrexit maior Propheta. Sic enim & Lucas dicit: Maior *Luc. 7.* inter natos mulierum Propheta nemo eſt. Dicitur etiam Chriſtus in regno cœlorum minor, hoc eſt in Eccleſia militante, quæ eſt præſens, vbi inchoatur regnum cœlorum. Nam quanuis Chriſtus natura, gratia, & dignitate ſit maximus; eſt tamen officijs minor, ſecundùm quod & ipſe dicit, *Luc. 22.* Quis maior eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio veſtri ſum, ſicut qui miniſtrat. Et *Matth. 20.* rurſùs filius hominis non venit miniſtrari; ſed miniſtrare, & animam ſuam dare redēptionem pro multis. Erit itaq; ſenſus proprius. Ille qui in regno cœlorum iam inchoato à diebus Ioannis Baptiſtæ eſt minor officijs (quia exercet officia minoris & humilitatis obſequia præſtat) eſt maior Ioanne, carente maiore inter priores. Vel ſecundùm Chryſoſtom. Per regnum *Chryſoſt.* cœlorum deſignantur bona ſpiritualia & vniuer-

vniuerſa quæ ad regnum cœlorum pertinent: vt ſit ſenſus: Qui autem minor eſt Ioãne ætate, & minor opinione hominum, hic tamen maior eſt in rebus cœleſtibus & ſpiritualibus, aut maior reputatur in regno cœlorum, ab Angelis, ſcilicet, & Deo, qui nouerunt quanta ſit mea excellentia ſupra Ioannem; Et conſtruendo, in regno cœlorum appoſitiuè cum vltima propoſitione, maior eſt illo, ideſt, maior eſt in regno cœlorum, licet prior conſtructio congruentior videatur, vt in regno cœlorum coniugatur cum prima propoſitione, qui autem minor eſt: Sed vterque proprius, ac genuinus ſenſus eſt. Si autem intelligatis Ioannem omnibus hominibus præter Chriſtum eſſe maiorem, intelligẽdum eſt de prærogatiuis maioribus, quas ſuper omnes alios Sanctos ac Prophetas, ſaltim qui fuerunt ante illũ, habuit. Sic enim dicit Chryſoſtomus, quod ſicut maior eſt in aula, qui vicinior eſt Regi: ita & Ioannes, qui ipſum Chriſtum præſentem quèm alij abſentem vaticinatus eſt. *A diebus autem Ioannis Baptiſtæ vſque nunc, regnum cœlorũ vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Quia Ioannes cœpit prædicare regnum Dei, cœperunt homines attendere ad obtinẽdum, imò ad rapiendum regnum cœlorum. Primùm propter multitudinem & feruorem confluentium ad conſequendum regnum cœlorum, quã rationem indicat hic Chryſoſtomus. Secundò quia illi regnum cœlorum contendebant obtinere, quibus non videbatur debitum & promiſſum: Nam cùm illud expectarent Phariſæi & Scribæ, qui ſibi videbantur iuſti, illis excluſis, publicani, peccatores, & meretrices illud veluti prripuerunt, & poſtmodùm etiam Gentes fide occupauerunt, qui tamen Iſraẽli potius, aut tantùm videbatur debitum; Hæc enim violentia videtur eſſe: quẽadmodùm ſi regnum aliquod proprijs filijs Regis tolleretur & daretur extraneis, ſic enim dictum eſt ſupra cap. 8. Multi ab Oriente, & Occidente veniẽt, & recumbent, cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cœlorum, filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. Et infra. 21. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Hinc Hilarius dicit: Regnũ cœlorum vim patitur, quia gloria domus Iſrael à patribus debita, à Prophetis nũciata, à Chriſto oblata, fide gentium occupatur & rapitur, dum per pœnitentiam quam Ioannes prædicauit reuiuiſcunt ad patriam cœleſtem, quaſi in alienum locum penetrantes. Chryſoſtom. & Hilarius ſic explicant. Dicitur pati vim regnum cœlorum, eo modo quo quando in emporio aliqua merces noua, & quã multi expetunt exponitur venditioni, turmatim ad eam emendam confluunt mercatores, & videntur quaſi vim inferrè illi & velle eam rapere: ſic poſtquam â Ioanne cœpit prædicari regnum cœlorum vſque ad Chriſtum incluſiuè, qui illam prædicationem proſequutus eſt, quaſi violentiam videntur homines facere confeſtim confluentes ad illud, tanquàm leones, qui ſe ad agendam prædam violẽter eijciunt, vt de Iuda dixit Iacob. Et Eſai. 59. dicitur: Cùm venerit quaſi fluuius violẽtus, quem ſpiritus Domini cogit. Sic enim iam homines quaſi rapti, atque coacti à Spiritu ſancto, ad regnum cœlorum rapiendum properant. Tertiò ex Hieronymo, & Ambroſio. Cùm terrigenæ cœlum rapiunt, vnde Angeli ceciderunt, regnum cœlorum vim pati videtur; quaſi enim rapere eſt, vbi nullum ius habemus, & quod Angelorum eſt acquirere. Hanc optimam expoſitionem ſequitur Caietan. Nam violentum eſt id quod fit ab extrinſeco paſſo vim non conferente, & ſicut corpus cœleſte non confert vim ad hoc quod ab homine poſſideatur, ſic & regnum cœlorum quod ſupra noſtram naturam eſt, non habet habilitatem ad hoc quòd ab homine poſſideatur, ſed totum eſt ab extrinſeco, ex gratia & ex dono Dei. Vnde gloſ. Hieronym. hîc ait. In terra naſci, & cœlum capere, & habere per vim quod per naturam non poſſumus, quaſi violentia quædam eſt. Et Ambroſius ſermo. 15. ait. O beata violentia, quæ non indignatione percutitur, ſed miſericordia condonatur. *Et violenti rapiunt illud.* Quia non ex natura aut ex actionibus noſtris ſecũdùm ſe acquirimus ius ad regnum cœlorum, ſed ex ſupernaturalibus virtutibus & gratia infuſis, quæ nobis ab extrinſeco proueniunt potiùs videmur rapere illud, quàm iure acquirere: nam & ius illud quod iuſti habent ad regnum, ex gratia illis prouenit, non ex natura. Vel violenti rapiunt illud: quia quaſi violentia quadam acquirimus regnum cœlorum, nempè vim inſe-

Chryſoſt. Simile. *Chryſoſt.* *Matth. 8.* *Matth. 21* *Hilarius.* *Chryſoſt. Hilarius. Simile.* *Gen. 49.* *Eſa. 59.* *Hieronym. Ambroſ.* *Caietanus* *Hieronym.* *Ambroſ.*

inferentes carni & appetitui noſtro, imò & nobismetipſis. Vnde Ambroſi. vbi ſupra, infert. Regnum cœlorum aggredimur, non ferro, non fuſte, non ſaxo; ſed manſuetudine, bonis operibus, caſtitate. Hæc ſunt arma fidei noſtrę, quibus in cõgreſsione certemus. Vt autem his armis vti in vi inferenda poſſimus, antè corporibus noſtris vim quodammodo faciamus. Expugnemus membrorum vitia, vt virtutum præmia conſequamur; prius enim ipſi regnare debemus in nobis, vt regnũ poſsimus diripere Saluatoris. Hæc ille. Terram promiſsionis per vim ingreſsi ſunt filij Iſraël, & Hieruſalẽ per vim & obſidionẽ capta eſt: ſic & Regnum cœlorum. Militia quippè eſt vita hominis ſuper terram, & ideo vncti ſumus in Reges, vt regnũ cœlorum belligerando acquiramus. Infra cap. 25. dicitur, Percipite Regnum, acquiſitum, ſcilicet, per opera miſericordiæ. Hinc paradiſi ianuam Angelus ſtricto gladio obſeruat, vt doceamur quòd per gladios, nouaculas, & pugiones, craticulas ac lanceas debemus dimicantes introire in regnũ Dei. Iuſti etiam videntur vim inferre in regnum cœlorum: nam quaſi poteſtatem quandam videntur habere ſuper illud. Nonne tibi videtur Heliam vim cœlo intuliſſe, cùm illud clauſit annos tres, & menſes ſex ne plueret ſuper terram? Et Ioſue cùm iuſsit ſtare ſolem? Et Eſaiam cùm imperauit, vt duodecim lineas retrocederet? Magnam etiã vim Paulus cœlo intulit, cùm adhuc in corpore viuens, vſque ad tertium cœlum raptus eſt. Et Stephanus diuiſit cœlos cùm dixit, Ecce video cœlos apertos. Certè quaſi cœlorum domini illis imperare videntur.

Obſerua ex D. Bernardo. Quatuor ſunt genera hominum regnum cœlorum poſſidentium. Alij violenter rapiunt illud, alij mercantur, alij compelluntur ad illud. Qui relinquunt omnia & Chriſtum ſequuntur, violenter rapiunt: vnde ſupra. 5. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum: mercantur, qui dant in præſenti temporalia pauperibus, vt in futuro recipiantur ab eis in æterna tabernacula, quæ non niſi per eos merentur habere, vt Lucæ. 16. dicitur: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis; vt cùm defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. Neceſſe eſt enim omnes, qui in iudicio futuro examinandi ſunt, vel eſſe iudicis amicos, vel apud iudicem amicos habere interceſſores. Habent ergo primum locum beatitudinis, qui intercedunt, habent & ij pro quibus intercedunt: ſecundum furantur, qui bona oculte faciunt laudem hominum vitantes, ſolo diuino teſtimonio contenti. Hic eſt latro, qui pendet cum Domino à dextris, cui dicitur: Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiſo. Compelluntur intrare pauperes neceſſarij, quos hic ignis paupertatis Domino diſpenſante probat, vt in futuro ignis iudicij damnabiliter non puniat. Hi nimirum varijs neceſsitatibus & oppreſsionibus affliti compelluntur intrare. Vnde Lucæ. 14. Exi in vicos & plateas ciuitatis, & cõpelle intrare vt impleatur domus mea. Vnde D. Auguſt. cum eximiam B. Antonij eremitæ ſanctitatem prædicari audiuit, exclamauit dicens: Surgunt ſimplices & indocti, & rapiunt cœlum, & nos cum literis noſtris volutamur in carne & ſanguine. Hoc autem magnum nobis honorem lucratur, vt nos ipſi noſtris niſibus, atq; proprijs actionibus regnum cœlorum acquiramus, licet â Deo ſupernaturaliter adiuti. *Omnes enim Prophetæ, & Lex vſque ad Ioannẽ prophetauerunt.* Hunc locum ſic videtur intelligere Hieronymus, quem ſequitur Claudius Gulieldus. Quòd omnes Prophetæ & Lex prophetauerunt de venturo Meſsia, & de his quæ ad Meſsiam ſpectant vſque ad Ioannem, qui primus non tantùm prophetauit Meſsiam venturum, ſed præſentem etiam digito demonſtrauit: in Ioanne ergo deſijt prophetia de venturo Chriſto: per hoc quippè confirmatur quod de Ioanne dixit ſtatim, Ab eius tempore regnum cœlorum vim pati: quia ſimul confirmat non eſſe expectandum aliũ Meſsiam à ſe, etiam adeſſe tempus Meſsiæ, de quo & Lex, & Prophetę antea prædixerunt, iam præterijſſe tempus pedagogiæ, typorum, vmbrarum, &c. Per Legem intelligit omne illud tẽpus, quod in Lege, hoc eſt, in quinque libris Moyſi deſcribitur, hoc eſt, ab Adam vſque ad Ioſue: Per Prophetas autem intelligit omne illud tempus, quod fuit à Ioſue vſque ad Ioannem Baptiſtam: ſenſus itaque verborum hic eſt, ac ſi diceret Chriſtus. Quæ vobis narraui de Meſsia, & Ioanne, & eius præcurſore; volo vobis explicatius dicere. Hoc vobis perſuadete, non aliam prophetiam expectandam de futuro Meſsia: omnes enim typi quibus Lex deſignarat Meſsiam venturum, omnia prophetarum vaticinia, quæ promittebant Meſsiã venturum, ſimul atq; venit Ioannes, deſierunt rem futuram promittere: nam Ioannes atte-

Ambroſ. *Matth. 25* *Geneſ. 3.* *Act. 7.* *Bernard.* *Matth. 5.* *Luc. 16.* *Luc. 23.* *Luc. 14.* *Auguſt.* *Hieronym.* *Claudius.*

atteſtatur hunc futurum, Ieſum eſſe Chriſtum filium Dei, & Agnum Dei, qui tollit peccata mundi. Prædicante Ioanne cœpit gratia annunciari vniuerſaliter omnibus.
Ioann. 1. Dicebat enim, De plenitudine eius omnes accepimus, & gratiam pro gratia: quia Lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, cœpit abrogari lex, Eccleſia etiam abire ad gentes, alia certè multò diuinior lex exorta eſt prædicante Ioanne, ad quam collatum quidquid claritatis Lex, & Prophetæ habent, vmbra magis quam lux cenſenda eſt: in hoc autem ſenſu de ſolis illis Prophetis debet intelligi hæc ſentẽtia, quorum ſcripta legimus. Nam fuerunt Prophetæ quidam in populo Iſraëlitico, vt eſt veriſimile, qui etſi multa futura prędixerint, aut occulta, nihil tamẽ de Meſſia vaticinati ſunt. Secundò ſic intelligunt alij, quòd fuerunt alij Prophetæ, qui multa occultè de Chriſto, & de myſterijs Regni cœlorũ prædixerũt; Ioannes verò apertè cœpit Chriſtum oſtendere, & myſteria regni
Caietan. cœleſtis clariùs reſerare.
Vitelm. Caietanus, & Titelmanus ſic explicant, *Omnes Prophetæ & lex vſq; ad Ioannem prophetauerunt*: Hoc eſt prophetando ad Ioannis tempora reſpexerunt, ad tẽpus ſcilicet gratiæ quod cęptum eſt à prædicatione Ioãnis, à quo cœperũt impleri omnia illa myſteria, quæ de venturo Chriſto vaticinati ſunt Prophetæ. Non ergo dicuntur prophetaſſe vſq; ad Ioannem; quia illorum prophetia ſe extendit vltra Ioannis tẽpora, ſed quia omnis prophetia potiſsimum tendebat ad tempora Ioãnis, in quibus Chriſto adueniente (qui finis eſt prophetarũ & Legis) cœperũt omnia impleri. Nam etſi quædam alia prædixerunt ventura poſt Meſsiam; ea dixerunt vt accidentia connexa, conſequentia & pendentia ad Meſsiam.
Ianſenius Ianſenius autem alia via procedit propter
Luc. 16. hoc quòd Lucas hunc locum ſic refert cap. 16. Lex & Prophetæ vſq; ad Ioãnem, ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit. Vbi omninò apparet ſignificare voluiſſe Dominum, vſque ad Ioannem populũ Iudaicum Lege & prophetarũ ſcriptis debuiſſe inſtrui, & doceri de voluntate Dei, ſed doctrina quadam rudi, & quæ nondum abſolutam veritatem & voluntatẽ Dei aperiret: eò quòd externas ceremonias multùm requireret, terrena bona promitteret, & ad timorem potius Dei quàm amorem prouocaret. A tempore verò Ioannis nouã doctrinam exortam, qua iam non terrena, ſed cœleſtia bona annunciabantur, & perfectior quædam iuſtitia exigebatur. Et ſic intelligit Theophilactus illum locum Lucę, *Theophil.* & propoſito Saluatoris ibi conuenit, vt intuenti patebit. Itaque per Prophetas in illa ſententia non intelliguntur homines prophetantes, ſed prophetarum ſcripta, quemadmodùm ſemper ſolet ea dictio accipi cũ cõiungitur nomini legis, vt cùm dicitur: Hęc eſt enim Lex & Prophetæ, & ibi, Oportet *Matth. 7.* omnia impleri quæ ſcripta ſunt, in Prophe- *Luc. 24.* tis & pſalmis de me. Ergo & in hoc loco veriſimile eſt eundem ſenſum Dominum ſignificare voluiſſe. Qua re in hoc oſtenditur quomodò ſit plus quam propheta, cùm eius doctrina altior appareat quam aliorum pro- *Albertus* phetarum. Albertus Magnus ſic interpretatur. Lex vſque ad Ioãnem ſtatum habuit in vmbra futurorum; Ioanne autem Chriſtum demonſtrante promiſſa legis exhibita ſunt, & figuræ veritate impletæ, & ſacramenta ſunt impleta per gratiam, ſecundùm *Ioann. 1.* illud Ioannis. 1. Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Et ideò lex tunc habuit terminum & perfectè terminata eſt; cùm Dominus in cruce dixit conſummatũ eſt, Ioann. 19. Et illud, Ea quæ ſunt de me *Ioan. 19.* finem habent. Similiter prophetæ ſpiritu *Luc. 22.* magno videntes vltima, ſicut dicitur Eccle- *Eccl. 48.* ſiaſt. 48. non dicebantur propriæ prophetæ, niſi quia de Chriſti gratijs prophetabãt ſicut dicitur. 1. Pet. 1. De qua ſalute exqui- *1. Pet. 1.* ſierunt, atque ſcrutati ſunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, ſcrutantes quod vel quale tempus ſignificaret in eis ſpiritus Chriſti, quam introduxit Ioãnes. Id enim poſtulabat Sapiens Eccleſiaſt. *Eccl. 36.* 36. Da mercedem Domine ſuſtinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur. Hoc eſt da legem gratiæ, in qua promiſsiones factæ adimpleantur, & regna cœleſtia pro mercede dentur, vt ſic prophetæ tui inueniantur veraces. Et ideò licet poſtea fuerunt, qui futura quædam prædixerint, vt Agabus, & filiæ Philippi euangeliſtæ, & fortè adhuc ſint quidam; tamen non ſunt vero nomine prophetæ vocati, ſed ſecundùm diminutam nominis rationem. Ait ergo Legem & prophetias terminari ad Ioannem, & inchoari per ipſum nouę legis exordium, in qua gratia & veritas præfiguratæ exhi- *Figuræ* beantur. Hæc Albertus dicit. *Lex & prophetæ vſque ad Ioannem*. Ex diuina ſcriptura colligitur, quòd tribus annis ante nuptias Rebeccæ

Rebeccę Sara defuncta eſt: nam nonagenaria peperit, mortua eſt autem cùm eſſet 127. annorum. Iſaac autem cum quadraginta eſſet annorum duxit vxorem Rebeccã: quo fit vt tribus annis ante nuptias mortua fuerit Sara. Quod nec vacare myſterio credimus: eodem enim modo tribus annis, antequam Rebecca, id eſt, Eccleſia Chriſto coniungeretur, mortua eſt Sara, ideſt Lex: quod enim iam iam moriturum eſt, mortuũ vocare ſolemus? Cùm ergo lex iam iam eſſet moritura, mortuam ex tunc eam vocare poſſumus. A prædicatione autem Ioannis, vſque ad effuſionem Spiritus ſancti tres anni fluxerunt. Vnde rectè dicitur lex vſque ad Ioannem. *Et ſi vultis recipere, ipſe eſt Helias, qui venturus eſt.* Hoc eſt dicere, Si verbo meo vultis credere, dicam vobis quòd verum eſt ipſum eſſe Heliam illum, de quo
Malac. 3. apud Malachiam dicitur, quòd ſit præuenturus diem Domini tanquàm precurſor, & præparator populi ante faciem Domini vẽturi. Quod licet vos difficilè ſuſcipietis, aut credetis, non intelligentes Malachiæ prophetæ verba, niſi de Helia Thesbite aduentum glorioſum poſtremum meum præuenturo; attamen verè ſic res habet, etiam hunc Ioannem apud Malachiam Heliæ nomine deſignari ex ratione officij; eo quòd ſicut ille ſecundum Aduentum, ſic iſte primum debuit præuenire. Atque etiam propter ſimi-
Vitelm. litudinem vitæ, zeli, atque conſtantiæ. Hæc interpretatio eſt Titelmani, in qua vult ſignificare quòd in illo teſtimonio etiam loquutus ſit propheta de Ioanne Baptiſta, qui præceſsit primum aduentum Do-
Claudius. mini, quemadmodùm Helias præuenturus eſt ſecundum. Imò Claudius Gulieldus per anthonomaſiam vult, quod ibi in illo teſtimonio Malachiæ, per Heliam ſignificetur Ioannes Baptiſta, vel ſaltem per methony-
Caietan. miam, licet Caietanus, & Ianſenius ſolùm
Ianſenius in ſenſu myſtico, id accipere velint; ac ideò diximſſe Dominũ, Si vultis accipere, ipſe eſt Helias: quoniam ad ſenſus myſticos nemo eſt compellendus. Ego tamen cùm teſtimonia à Chriſto Domino, vel Euangeliſtis, aut Apoſtolis citata video, ſemper in proprio ac genuino ſenſu intelligere volo: quoniam id mihi videtur decere authoritatem dicentis. Pro quo aduertendum, quòd in prophetis, qui de Chriſto vaticinati ſunt multa dicuntur ad primum aduentum ſpectantia, & alia quæ de ſecundo aduentu loquuntur. Iudæi verò neſciebant inter vtrumque Aduẽtum diſtinguere, ſed omnia in vno confundebant. Et quia ea quæ magnitudinem, ac ſtrepitum ſecundi Aduentus ſignificabant, componebant cum primo, & non ea videbant adimpleri in Chriſto, qui in primo Aduentu pauper & manſuetus venerat; ideò ſcandalizabantur in ipſo, & non credebant ipſum eſſe Meſsiam. Et inter alia hoc teſtimonium Malachiæ, quod ſic habet cap. 4. (Ecce ego mittam vobis Heliam prophe- *Malac. 4.* tam, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne fortè veniam & percutiam terram anathemate.) Hoc (inquam) teſtimonium de primo Domini Aduentu intelligebant, ſicut & omnia alia. Nos verò qui ſpiritum Domini diſtinctiorem conſequuti ſumus ad intelligendas Scripturas, ſic inter vtrumque Aduentum diſtinguimus: vt ea quæ primo nõ conueniunt, nullatenus illi applicemus, ſed de ſecundo intelligamus, vt ea quæ ſplendorem, maieſtatem ac vindictam præ ſe ferunt: quæ verò primo conueniunt, non de ſecundo intelligamus, vt ſunt ea quæ humilitatem, ac manſuetudinem primi Aduentus declarant. Si verò aliqua ſint, quæ vtriq; abſque repugnantia, aut inconuenienti conueniant, ambobus applicare non veremur. Hæc autem Heliæ præceſsio vtrique Aduentui quadrare poteſt, intelligendo in ſecundo Aduentu ipſam perſonam Heliæ, in primo autem Ioannem Baptiſtam nomine Heliæ præſignatum, propter ſimilitudinem quam cum illo prætulit: ſicut & Dominus Ieſus, ad literam multoties nomine Dauidis, & Salomonis ſignificatur, vt ſupra *Hieronym.* cap. 2. & alibi oſtendimus. Quod & Hieronymus his verbis videtur oſtendere dicens, Helias Ioannes dicitur. Non ſecundùm ſtultos philoſophos, & quoſdam hæreticos, qui tranſitum animarum ab vno corpore in aliud introducunt; ſed quod iuxta aliud teſtimonium Euangelij venerit in ſpiritu & virtute Heliæ, & eandem ſancti Spiritus vel gratiam habuerit, vel menſuram. Sed & vitæ auſteritas rigorque mentis Heliæ, & Ioannis pares ſunt: ille enim in eremo, iſte in eremo: ille zona pellicea cingebatur, & iſte ſimile habuit cingulum. Ille quoniam Regem Achab, & Iezabel impietatis arguit, fugere compulſus eſt: iſte quia Herodis, & Herodiadis illicitas nuptias arguit, capite truncatur. Hactenus Hieronymus. Quod Angelus Luc. 1. explicuit dicens: Ipſe *Luc. 1.* præce-

præcedet ante illũ, in ſpiritu & virtute He-
Matth.17 lię. Et Dominus infra cap.17. Diſcipulis in-
terrogantibus ac dicentibus: Quid ergo ſcri-
bæ dicũt, quòd Heliam oportet primum ve
nire? Reſpondens ait: Helias quidem ven-
turus eſt, & reſtituet, omnia. Dico autem vo-
bis, quia Helias iam venit, & non agnouerũt
eum, ſed fecerunt in eum quæcunq; volue-
rũt; ſic & Filius hominis paſſurus eſt ab eis.
Ex quo colligitur, id voluiſſe dominũ ſigni-
ficare, quòd teſtimonium Malachię loque-
batur quidem de Helia, qui in.2. aduẽtu om-
nia reſtituturus erat, ſed nihilominus ibi e-
tiam in nomine Helię includi Ioannem, qui
eius officium in primo Aduẽtu exercuit, ac
ſi de vtroq; mẽtionem feciſſet propheta in
illo loco. Quòd ſi ad prophetiam, vt ait Da-
niel requiritur intelligentia; ego quidem cre
do prophetam, tam Heliam verum quàm
Ioannem Baptiſtam præſentes tunc in ſua
prophetia habuiſſe, ac de ambobus teſtimo-
nium illud protuliſſe: quoniam in re quid-
quid in illa ſententia de Helia vero dicitur,
in Ioanne adimpletur: nam poſſumus ſume-
re diem Domini magnũ, & horribilem (vt
Claudius. vult Claudius Gulieldus) pro toto tempore
Euãgelij, quod propter diuinam præſentiã
mirificam à Deo, & claram, cum timore &
tremore ſuſcipiendum eſt: vel dies Domini
comprehendit (vt idem author vult) totum
illud tempus quod ab incarnatione ad iudi-
cium vſq; Domini currit, ita quòd velit di-
cere Dominus. Antequam morte filij mei
orbem redimam, & populum meum Roma-
no exercitu horribiliter exſcindam, ac radi-
citus deſtruam, orbemq; vniuerſum propter
delicta ſua iudicem; Heliam primum mittã,
vt conuertat cor patrum ad filios, & cor fi-
liorum ad patres. Hoc eſt, ſi patres, quia ve
ro Meſsię credunt filij ſui illos fortè odio ha
buerint, intelligentes per teſtimonia Ioan-
nis illum verum eſſe Chriſtum, deſinãt ad-
uerſùs illos irasci. Vel ſic, quòd Patres ſãcti
Abraham, ſcilicet, Iſaac & Iacob, qui auerſi
ſunt contra filios ſuos; eo quòd ſuum Regem
recipere renuunt, videntes quòd per Ioan-
nis prædicationem illum recipiunt, conuer-
tantur ad illos. Ideò autem dicit prius eſſe
conuertenda corda patrum ad filios, quàm
filiorum ad patres: quoniam propter ora-
tiones illorum patrum, qui Deo placuerunt cõ
uertenda ſunt corda filiorum ad patres, hoc
eſt, ad fidem parentum ſuorum Abraham,
Iſaac, &c. quam firmiſsimam de Meſsia ha-
buerunt. Et quod dicit, Ne fortè veniam, &
percutiam terram anathemate, ad literam
adimpletũ eſt in Ioanne, propter cuius mor
tem Deus percuſsit terram Iſrael: nã vt mul
ti ex Iudæis referunt, inter quos Ioſephus Ioſephus.
de Bello Iudaico, propter iniuſtam necem
Ioannis excidium Hieroſolymitanum acci-
dit, licet præcipuè propter mortem iniuſtiſ-
ſimè illatã Chriſto peruenerit: ſed quia hoc
nimiũ difficile erat populo illi, qui hos duos
aduentus diſtinguere neſciebat, ideò dixit
Chriſtus, Si vultis accipere. Et ſubdit, *Qui ha*
bet aures audiendi audiat. Nam vt Titelman- Titelman.
nus in hoc loco docet, mos eſt in vulgari ſer-
mone, cùm aliquid dicere volunt homines
quod ipſi verum iudicant, alijs tamẽ creditu
difficile, & vix credibile fore ſuſpicãtur, ita
dicere: Si vultis credere, aut ſi vultis recipe
re, ita res ſe habet. Eodem modo, qui obſcu-
ra & difficilia loquuntur ſolent adiungere,
qui poteſt capere capiat, vel intelligat, qui
poſsit, aut huiuſmodi aliquid: vbi enim de
credendo fit mentio, quod in volũtate ſitum
eſt, ſignantèr dicitur, ſi vultis credere, vel re
cipere. Vbi verò de intelligendo, vel cõpre-
hendendo fit ſermo, quod non eſt ita in ho-
minis volũtate poſitum, dicimus, Qui poteſt
capere, vel qui valet intelligere, capiat, aut
intelligat. Et idcircò nunc vtrũq; ponit Do-
minus. Primùm dicẽs, Si vultis recipere, ac
mox poſt dictum id quod volebat è veſtigio
ſubiungens. Qui poteſt capere capiat: quo-
niam erat dictum illud & creditu, & intelle
ctu difficile. Vnde & Eccleſiaſ.3. dicitur. Eccl.3.
Auris bona audiet cum omni concupiſcẽtia
Sapientiam. Quòd ſi obijcias quod Ioannes Ioann. 1.
refert cap.1. Sacerdotes ac Leuitas interro-
gaſſe Ioannem, an ipſe eſſet Helias, & re-
ſpondiſſe, Non ſum: Reſpondetur, ſolùm no
gaſſe eſſe ipſammet perſonã Helię, non au-
tem quòd eſſet alter Helias, quẽ etiam pro-
phetauerat Malachias præuenturum primũ
aduentum Chriſti, quemadmodùm Helias ſe
cundum. *Cui autem ſimilem æſtimabo genera-*
tionem iſtam? Similis eſt pueris ſedentibus in
foro, qui clamãtes coæqualibus dicũt. Cecinimus
vobis, & non ſaltaſtis, lamentauimus vobis, &
non planxiſtis? Venit enim Ioannes, nec manducans,
nec bibens, & dicunt: Dæmonium habet.
Venit filius hominis manducans, & bibens, &
dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini, publi-
canorum & peccatorum amicus. Et iuſtificata
eſt Sapientia à filijs ſuis. Cui ergo ſimilem di
cam generationem iſtam? Quid hoc mira-
culi eſt (ait Petrus de Rauena) quòd fons ſa- Rauenna.
pientię deficere videatur, & ad cogitandum
ſtet

ſtet quaſi neſciens cui ſimilem faciat gene-
rationem iſtam? Ille in quo ſunt omnes the
ſauri ſapientię & ſcientiæ abſconditi, &
qui linguas infantium diſertas facit. Sed
hoc facit ad captandam attentionem au-
dientium, & vt omnes videamus rem mag-
ni momenti agi, quæ quaſi ſtudium poſtu-
let ac præmeditationem, ante quam ore pro
feratur. Tantæ molis erat Iudęorum incre
dulitatem declarare, vt opus ſit præuio ſtu-
dio ac cogitatione. *Similis eſt pueris in foro*
ludentibus. Optimus magiſter ſe audien-
tium capacitati atemperat, qui ideò tali-
bus ſimilitudinibus vtitur, quæ apud rude
Theophil. vulgus faciliùs capiebantur. Theophilactus
ſuper Lucam ait, fuiſſe tale ludi genus apud
Iudęos, vt in duas partes multi pueri diui-
derentur, qui rerum præſentis vitę deriden
tes repentinam tranſmutationem, alij ex
vna parte lamentabantur, alij ex altera
tibijs canebant, & neque lugentes curabant
hi qui ex altera parte, neque tibicines ip-
ſos curabant hi qui lugebant. Verùm vt lu-
di genus hoc incertum eſt, ita nec conue-
nit literæ. Non enim in litera dicuntur hi
quidem dicere, Cãtabimus vobis & nõſal-
taſtis: alij verò, Lamẽtauimus vobis & non
ploraſtis; ſed vtrunque eiſdem tribuitur.
Coęquales autem dicuntur coętanei, & cõ
temporanei, non autem quia erãt in partes
æquales diuiſi, vt aliqui volunt. Proindè
ſimplicius fuerit ſine imaginatione alicu-
ius ſpecialis ludi exemplum hoc intelligere,
ſecundùm conſuetudinem communem
puerorum, qui in plateis congregati apud
ſe ſe ſtudent ludẽdo effingere, quod ab alijs
ſerio agi intuentur: Vndè nunc magiſtrum
& diſcipulos repręſentant, nunc parentes
& familiam referunt, nunc pueriles merca-
tiones exercent, nunc proceſsiones publi-
cas celebrant, puerile, A, a, a, a, a, ſolemniter
decantantes. Interdum nuptias fingunt,
interdum funeralia obſequia exprimunt.
Contingit autem, pueros à ſuis æqualibus
inuitatos, non æquè ad quemlibet ludum
eſſe paratos, ſed iſtum oblatum refellere, &
alium eligere, interdum verò prorſus mo-
roſi quidquid fuerit oblatum reſpuant, ſiuè
lætum ſiue triſtem ludum coæquales pro-
poſuerint, vt potè ſiue tibia canant, vel ad
choreas eos prouocent, ſiue lugubrem vo-
cem edant, vt ad planctum eos excitent,
quemadmodùm fieri ſolet in obſequijs fu-
neralibus. Huc reſpiciens Dominus dixit
pueros dicere, Cãtauimus vobis, ſcilicet ti-
bijs, vt habetur apud Lucam: Lamẽtauimus
vobis, hoc eſt, lamentati ſumus, vel planctũ
fecimus, vel lugubria cecinimus, vt prouo-
caremus ad fletum. His habitis, Caietanus Caietanus
per homines generationis huius non vult in
telligere Iudęos cum excluſione Ioannis &
Chriſti, ſed cum horum incluſione: & gene-
rationem hanc aſsimilari, non parti puero-
rum iocantium, ſed toti ludentium cœtui,
ita vt ſicut inter iocantes pueros aliqui ſunt
prouocantes alios diuerſis vijs, & alij neu-
tra via prouocati: ita in generatione illa iu-
dęorum erant aliqui diuerſis vijs prouocan
tes ad Regnum cœlorum, vt Ioannes, & Ie-
ſus, & alij nec à Ioanne, nec à Ieſu prouo-
cati ad Regnum cœlorum. Ianſenio tamen Ianſenius
videtur nec hoc ſtare poſſe cum litera, Ge-
nerationem illam ſimilem eſſe pueris dicẽ-
tibus, Cantauimus, &c. Quod nõ poteſt ap-
plicari toti generationi. Proindè ſibi vide-
tur de hac oratione, Generatio hæc ſimilis
eſt pueris ludentibus, &c. dicendum eſſe
ſicut de multis alijs locutionibus ſequenti-
bus. Cùm enim poſtea dicitur: Simile eſt
Regnum cœlorum homini Patri familias,
qui exijt primo manè conducere operarios.
Aut homini Regi qui fecit nuptias filio ſuo.
Aut decem virginibus, &c. Sẽſus eſt, in Reg
no cœlorum tale quid contingere. Ità & hic
ſenſus eſt, In generatione, vel hominibus ge
nerationis illius tale quid contigiſſe, quale
contingit cùm pueri in foro dicunt ſodalí-
bus ſuis, Cantauimus & lamentauimus: hũc
enim ſenſum indicat Saluator, exemplum
propoſito ſuo applicans. Itaq; ſenſus eſt.
Quemamdodùm vſuuenire ſolet in cœtu
puerorum ludentium, vt quidam moroſi
& præfracti, aliorum nec tibijs nec lamen-
tatione prouocentur, vel ad lætum tripu-
dium, vel ad triſtem fletum; ita in hac ge-
neratione contingit, vt pleriq; nec ſeuerio-
ris, nec latioris vitæ exemplo prouocari po
tuerint ad pœnitentiam & pietatem. Nam
Ioannes Baptiſta venit, nõ manducans nec
bibens, more ſcilicet aliorum hominũ: quia
nec manducauit panem, nec bibit vinum
aut ſiceram, & non ſolùm ſuo exemplo vos,
ò Iudęi, non eſtis commoti ad deſpectum vo
luptatum, & ad nouam inchoandam vitã:
verùm illum iniuria afficientes dicitis dę-
monium habere, cuius virtute ea quæ ſu-
pra humanas vires ſunt poterat agere. Ve-
nit poſt illum Filius hominis diuerſa via
prouocans vos, edens & bibens inter vos,
vobiſcum piè ac familiariter agens: & di-

citis eum comedonem, & vini potatorem, publicanorum & peccatorum amicum, & non ſolùm non reſpicitis illum, ſed malitia veſtra omnia in malum vertentes, hæc & peiora aduerſùs illum dicteria iactatis. Itaque in hac parabola non ſolùm explicat Dominus ſibi & Ioanni eueniſſe quod pueris, quinimò & multò peiora: quoniam non ſolùm fruſtra prouocauerunt Iudæos diuerſa via, ſed quòd etiam calumniã ex beneficijs ſuis, & prouocatione ad meliora retulerunt. Benè autem ſe & Ioannem pueris comparat, propter vitæ innocentiam & ſimplicitatem. Ipſe enim apud Eſaiam dicit. Ecce ego, & pueri mei quos dedit mihi Dominus. Iam autem ſupra cap. 3. diximus quare Ioanni conueniebat vita illa ſeuerior, cùm nullum miraculum fecerit, ne pro Meſsia haberetur; oportebat quòd tota vita eius prodigium quoddam ac miraculum magnum eſſet: Chriſtus autem Dominus, qui omnes ad ſe conuertere venerat; omnibus ſe attemperare debebat. *Et iuſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis.* Caietanus ſic hanc ſententiam explicat dicens. Concluſio parabolæ hæc eſt, quòd diuina ſapientia tam ſuauiter diſponens trahere vos per vtramque viam ad Regnum cœlorum, iuſtificata eſt, hoc eſt, facta eſt apud vos iuſta à filijs ſuis, hoc eſt, ex collatione ad iocum puerorum veſtrorum. Pueros illos vocat filios ſapientiæ: quia ſunt naturalis ſapientiæ indices. Vel vt vult Iãſenius, iuſtificata eſt ſapientia, hoc eſt, laudata, honorata eſt, ſicut ſupra dixit, Iuſtificauerũt Deum, hoc eſt, honorauerũt, & laudauerũt. Honorata, inquam, eſt ab omnibus filijs ſapientiæ (vt dicit Lucas) hoc eſt, ab his qui verè ſunt prudentes, & intelligentes, vel ab his, qui à Patre ſunt electi vt ſapientiæ Dei ſint participes. Hi enim dicuntur filij ſapientiæ, ſicut filius pacis, ille qui electus eſt à Deo, vt pacis ſit particeps. Vel dicitur ab his filijs ſapientia Dei iuſtificata, magis ſecundùm propriam vocabuli exigentiam: quia ab eis habita eſt iuſta & irreprehenſibilis, vt quæ nihil omiſerit eorum, quæ ad ſalutem hominum conducere potuerũt, feceritq; quod debuit, vt qui pereunt non poſsint de Dei ſapientia iuſtè conqueri. Alij per filios ſapientiæ, intelligunt Ioannem & Chriſtum, à quibus Dei ſapientia iuſtificata eſt, hoc eſt, abſoluta ab impiorum commendatione, & reprehenſione, dum nihil prętermiſerunt, quod vtile eſſet ſaluti hominum. Et hic ſenſus videtur eſſe magis genuinus, ac ſuperioribus magis conueniens, niſi obſtaret dictũ Lucæ, qui dicit, Ab omnibus filijs ſuis: in quo comprehendit cæteros Prophetas, qui his vijs populum illũ ad bonũ trahere nixi ſunt, minis ſcilicet, ac blanditijs, Quarè rectè potuit dicere Dominus. Quid vltrà debui facere vineæ meę, & non feci? Si enim ſapientiam Dei in Ioanne taxare velint, quòd Doctorem dederit quem humana fragilitas non potuit imitari, cur Chriſto non crediderunt? Quòd ſi in hoc offendit eos vitæ communitas, quare ergò Ioanni non adhæſerunt? Applicationem autem huius ſimilitudinis ad mores, in alium locum cõmodiorem reſeruamus.

Iaſenius — *Eſai.8.* — *Eſai.54*

Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ ſunt plurimæ virtutes eius: quia non egiſſent pœnitentiã. Medicorum quidem & paſtorum Eccleſiæ ſimilis conditio eſt, vt ſcribit Gregor. Nazianzenus in Apolog. 1. Vt enim illi corporum, ità iſti animarum curam habent. Et ſicut in curandis corporibus habenda ratio eſt temperamenti, ſexus, ætatis, aeris, temporis, medicamentorum; ſic in curandis animabus, ratio eorum quos curare inſtituerimus habenda eſt. Illis enim acriora, alijs gratiora pharmaca prodeſſe poſſunt. Chriſtus verò modò ſuauibus ac amicis verbis allicit, modò comminationibus concutit, nũc lamentationibus, nunc cantu, nunc etiam ſpe incitat. Præmiſsi fuerant Prophetæ, qui triſtia minarentur, quiq; lęta nunciarent: nec tamen Iudæos his illorum exhortationibus commotos eſſe dixit. Nunc etiam terret, Vę, inclamans in Corozaim, Capharnaum, & Bethzaida, ideſt, in obduratos quoſq; peccatores, nunc conſolationem adfert, ſed pijs diſcipulis & veluti filijs ſuis adijciens: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt. His enim paruulis ſe ipſum reuelarat, abſconderat autem ſapientibus; vt qui omne medici conſilium reijcerent: ita hos ab illis diſtinguit Baſil. lib. Coment. in cap. 1. Eſai. Hinc ſcilicet, inquit, factum eſt, vt vetitum ſit in Deuteronomio arare in boue, & aſino in vnum: hoc eſt, eum qui ſit prompto animo, & ad labores tolerandos forti, connectere ei, qui ſit voluptatum amantior, & captiuus tenetur affectibus: non enim de bobus cura eſt Deo, ſed id cauſa noſtri ſcriptum eſt. Contrà

Nazianz. — *Simile.* — *Baſilius.* — *Deuter.22.*

trà autem alio loco copulãtur, cum dicitur. Beatus qui ſeminat ſuper omnem aquam, vbi bos, & aſinus calcant. Hoc eſt qui ſermone ad docendũ appoſito exſuſcitat vim animæ generoſam, & laborum patientem, nec eius obſequitur voluptatibus. Et eo prorſus modo Chriſtus, & plebem, & Phariſæos ſuis exhortationibus flectere volebat. Verũm id ei contingit, quod illi qui furioſum canẽ in foueam delapſum extrahere contenderit; vbi enim ille manum extenderit; tunc canis in eum armatur, & dẽtibus ſæuit, liberatorem minimè cognoſcens. Ideò Dominus per Eſaiam dicit cap. 1. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui; Iſrraël autem me non cognouit. Obduratiores, & brutis illis animantibus minus rationabiles deſignans, vt qui toties monentem contemnant. Hoc nos ex ſequentibus audiemus. Chriſtus enim cùm illos, nec aſperitate, nec leuitate vitæ, nec minis, nec promiſsionibus allectos ſimilitudine prolata docuiſſet; quàm terribilis eos maneat diuini iudicij expectatio oſtendit. *Tunc enim cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ ſunt plurimæ virtutes eius: quia non egiſſent pœnitentiam.* Non quia nõ credidiſſent, ſed quia non egerunt pœnitẽtiam. Nec enim Fides abſq; pœnitentiæ operibus peccatori ſatis eſt adſalutem. Vnde Albertus ſuper hunc locum ait. Exprobratio eſt probri in faciem obiectio. Exprobrat ciuitatibus, non pagis aut villis, id eſt, ruſticis & ſimplicibus hominibus, ſed his qui de politica vita & maiori prudentia gloriantur, apud quos erant & Legis interpretes & Doctores, & verbi concionatores, quibus non deerat inſtitutio in bonis moribus, & doctrina. Et licet illis hæc omnia prę ruſticis ſuppeterent & abundarent, vndè & in fide ſolidiores, & in moribus meliores, & cultiores eſſe debuiſſent: Chriſtum tamen, vt & cæteros olim Prophetas, qui ad eos venerant contempſiſſent. 1. Eſdrę. 4. Manus magiſtratuum fuit in tranſgreſsione hac prima. Nahum. 3. Vę ciuitas ſanguinum, vniuerſa mendacij dilaceratione plena. Eſai. 30. Quomodò facta eſt meretrix ciuitas fidelis plena iudicij. Cauſam autẽ exprobrationis, in genere deſignat dicens. *In quibus factæ ſunt plurimæ virtutes*, Actu. 2. Ieſum Nazarenum virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus, & prodigijs, & ſignis quæ fecit per eum Deus in medio veſtri, ſicut & vos ſcitis: & ideò id merito eis exprobrari poteſt. Michę. 6. Popule meus quid fecitibi, aut quid moleſtus fui? Non autem exprobrauit eis, quod iniquè vixiſſent, & multa magnaq; peccata perpetraſſent; ſed quòd pœnitentiam non egiſſent. Vnicuiq; enim eorum conueniebat quod dicitur Iob. 24. Dedit ei locum pœnitentię, & ipſe abutitur eo in ſuperbiam. Et dixit Ieſus, *Væ tibi Corazaim, vè tibi Bethzaida: quia ſi in Tyro, & Sidone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt inte, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egiſſent. Verùmtamen dico vobis. Tyro, & Sidoni remiſsius erit in die iudicij, quàm vobis.* Corozaim Galileæ oppidum eſt ſecundo lapide à Capharnaum. Bethzaida item ſita eſt ad lacum Genezara, de qua in ſuperioribus diximus. Sed quæritur, cur potius harum ciuitatum meminit ſimul cum Capharnaum. Reſpondet Theophilactus, ideò factum, quia ex Bethzaida erant Petrus, & Andreas; vt intelligas inquit, eos qui non crediderunt, non à natura ſed à voluntate malos eſſe. Meminit Bethzaidæ, ex qua Andreas, & Petrus, & Philippus, & Filij Zebedæi fuerunt, atq; ità non naturæ, ſed voluntatis malitia fuit: nam ſi naturæ, fuiſſent & illi mali. Vel ideò his hæc dicit Dominus: quoniam circa vicos, & ciuitates Galiłæ, qui erant propè lacum illum Genezareth, vel Genezara frequentius ambulauerit, & prædicauerit, & miracula ediderit. Sed quæritur rurſus, qui fiat, vt Dominus qui docuerat benedicere perſequentibus nos, Corozaim, & Bethzaida male dicat: Male dictionis enim ſpecies eſt, Væ illud, quod in oppida illa inclamat. Reſpondet D. Thom. ſuper hunc locum, aliud eſſe maledicere formaliter, aliud materialiter, quòd formaliter nullus male diceredebeat, materialiter autem poſsit. Quędam enim, inquit, coniuncta ſunt ſecundùm factum, quæ tamen ſeparari poſſunt ſecundùm intellectum: vt in pomo eſt odor & ſapor, quæ quidem ſecundùm factum ſeparari non poſſunt, licet ſecundùm intellectum poſsint. Eodem ſanè modo velle aliquem nonpuniri, & interim ordinem iuſtitiæ comprobare, ſimul, & ſemel ſecundùm idem eſſe re ipſa non poſſunt, niſi ſecundum intellectum. Ex eo fit, vt ſiquis alteri maledicat, quia in eius afflictione delectatur, malè agat, ſi autem non aut vindictę, aut mali illius appetitu, ſed victus ordinæ iuſtitiæ illi maledicere videatur, id ipſum laudabile eſt. Non enim propriè maledicit,

Eſa.32. — *Simile.* — *Eſai.1.* — *Albertus* — *1. Eſdre.4* — *Nahum.3.* — *Eſa. 30.* — *Actu.2.* — *Mich.6.* — *Iob.24.* — *Theophil.* — *D. Thom.*

ledicit, ſed maledictionem ſucceſſuram docet, niſi illum pœniteat. Ad eundem modum ſe ſe habet hoc Væ Domini. Non enim propriè maledictio ſed diuinæ iuſtitię denunciatio erat. *Quia ſi in Tyro, & Sydone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egiſſent.* Tyrùs Metropolis eſt Phœnitię maritima, in tribu Nephtalim, vt dicit Hieronymus, licet filij Iſraël non potuerint eam obtinere à Chananęis. Sydon ſecunda eſt à Tyro, Phœniciã terminãs, olim inſignis, & magna: hæ à Chanæis Gentium populis habitabantur. Dominus igitur vulgariter loquutus eſt, Cùm enim vellet oppidis Galileę inſignem impœnitentiam exprobrare, dicit eos his obſtinatiores eſſe, quos omniũ habebant deploratiſsimos, quales vtiq; Tyrij, & Sydonij illis erant. Qui prętérquàm quòd Gẽtes ſine Deo, etiam ob maris commoditates, & commerciorum multorum cõtagionem, moribus erant ſupra cæteros corrupti: & tamen illis deteriores Galilæos pronunciat; vt qui & audita eius doctrina, & viſis miraculis inſanabiles ſunt. Saccũ & cinerem dicit, quibus nimirum pœnitentes ſenſum ſuorum ſcelerum teſtabantur, ſacco ſuam nuditatem, cinere corporis ſui humilitatem deſignantes. Nudus ingreſſus, ſed & nudus reuertar, ait Iob. Ideò ſicut olim ſuffecerunt primis parentibus perizomata è ficùs folijs, & tandem mortuorum animalium pelles: ſic & ſacco nudos ſe pauperes, & abiectos proteſtantur. Imò & iam exprimunt ſuæ ſepulturæ typum, quo erit pro criſpanti crine caluitium: pro zona funiculus: pro faſcia pectorali ciliciũ, & pro veſte pretioſa ſaccus, ſeu in ſacci modum lintheamen, ipſum corpus inuoluens. In cinere verò demonſtrant ſe è cinere, incinerem reuerſuros eſſe. Vndè diſcunt humiliari ſub potenti manu Dei; ſiquidẽ & Abraham, Loquar, inquit, ad Dominum meum, cum ſim puluis & cinis. Et alibi dicitur. Quid ſuperbis terra & cinis? Philo Iudæus lib. de victimas offerentibus, hanc rationem colligit. Ibi ſiquidem præmiſſo Moſis exẽplo, qui è ſacri ignis reliquijs cinere præparato, & in vas ſuperinfuſa aqua indito, hyſſopi ramum hac temperatura intingens, tãdem populum aſpergebat; ità colligit. Admonet, inquit, hoc eos qui ad cultum Dei accedunt, vt ante omnia ſe ipſos noſcant, & ſuam eſſentiam, nimirum ſe de cinere pro creatos eſſe. Hieronym. lib. 2. Commenta.

Hieron. *Iob. 2.* *Eſa. 3.* *Gen. 18.* *Eccl. 10.* *Philo.* *Num. 19.* *Hieron.*

in Lamẽta. Hieremię. In cilicio, ait, aſperitas, & compunctio peccatorum: in cinere autem puluis oſtenditur mortuorum: & id circo vtrumq; horum ad pœnitentiam adhiberi ſolet, vt in compunctione cilicij cognoſcamus quid per culpam fecimus, & in fauilla cineris perpendamus, quid per peccatũ facti ſumus. Vndè in Cõcil. Agathen. cap. 9. ſaccus & cinis publicè pœnitentibus deputatur: & ſic ſe indie Cinerum Eccleſiæ præſentabant. Sic & humiliati ſunt Filij Iſraël in ſacco & cinere antè Dominum tempore Eſther reginę, vt deſtrueret peſsimum aduerſùs eos conſilium Aman. Et ad Heliam dixit Dominus. Num vidiſti Achab humiliatum corã me? Quoniam indutus eſt ſacco, licet regalibus veſtibus occultato. Et Iob. vlt. Ago pœnitentiam, in fauilla & cinere. Vult ergò Dominus dicere. Verè pœnituiſſent, & ſigna verę pœnitentiæ exhibuiſſent Tyrij & Sydonij, ſi ibi facta fuiſſent ſigna, quæ in his ciuitatibus operata ſunt. Ex quib⁹ verbis D. Auguſtin. lib. de bono perſeueran. cap. 9. & 10. alijſq; libris, refellit doctè eorum opinionem, qui aſſerebant homines iudicandos, ſecundùm ea quæ facturi erant. Confirmatq; hinc gratuitę prædeſtinationi Dei tribuendam Dei electionem & vocationem, non præuiſis hominum meritis. Vndè & ibi ait. Non remunerat Deus pro his quæ feciſſet, ſed pro his quæ facit quiſq; *Verùmtamen dico vobis, Tyro & Sydoni remiſsius erit in die iudicij quàm vobis.* Quia grauior eſt culpa infidelitatis veſtrę, quã Tyri & Sydonis, dum viſis tot miraculis apud vos factis increduli permanetis. Et licet alij legant, Tolerabilius erit: idem eſt ac remiſsius: nam remiſsior pœna tolerabiliùs ſuſtinetur. *Et tu Capharnaum, nunquid in cœlum exaltaberis? vſq; in infernum deſcendes. Quia ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, fortè manſiſſent vſq; in hanc diem: Verùmtamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remiſsius erit in die iudicij, quàm tibi.* Clarius hoc apud Lucam habetur ſine interrogatione, ſic. Et tu Capharnaum vſq; ad cœlum exaltata, vſq; ad infernum demergêris. Et ità in hoc loco habent vulgati Grękorum codices. Eſt autẽ ſenſus iſte ſatis clarus. Tu Capharnaũ, quæ tam multis & claris miraculis es mirum in modum glorificata, & ad cœlum vſq; exaltata, demergêris in profundum inferni, quã tùm ad eos qui ex his omnibus nihil profecerunt. *Nam ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes*

Cõc. Agathenſe. *Eſther. 4.* *3. Reg. 21.* *Iob. vlt.* *Auguſt.*

tes quæ factæ ſunt in te, fortè manſiſſent vſq; ad hanc diem. Nam ex tot hominum millibus, qui ibi morabantur, ſaltim quinquaginta, aut quadraginta, aut triginta, aut vt ni mium decem credidiſſent, propter quos reliquis indulgeret De⁹, vt ipſe dixit ad Abraham. Aduerte, quòd in Græco non eſt fortè, ſed ſine aduerbio hoc affirmatur, Manſiſſent vſq; ad hanc diem: nam coniunctio quę eſt in Græco, expletiua aut potentialis eſt, nam valet pro vtiq;: Interpres autem hanc coniunctionem, & in Pſalmis, & in nouo Teſtamẽto vertit per fortè, vel forſitan, vtens aduerbio dubitandi pro confirmandi. Licet nonnulli dicant dictum eſſe fortè, propter libertatem arbitrij homini conceſſam, & euentus incertitudinem. Obſerua deindè ſimile quid apud Ezechielem cap. 16. haberi. Vbi ſic ad Hieruſalem dicitur. Samaria dimidium peccatorum tuorũ non peccauit, ſed viciſti eas ſceleribus tuis, & iuſtificati ſorores tuas omnibus abominationibus tuis quas operata es. Hìc mouet Albertus hoc dubiũ. Si Tyrus & Sydon pœnitentiam egiſſent, ſi modò facta fuiſſent in eis miracula, & Sodoma vſq; in præſens mãſiſſet, cur ergo non potius in illis ciuitatibus prædicauit & ſigna fecit? Et Reſpondet, quòd Dominus non fuit miſsus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſraël: ſi autem ad Tyrios & Sydonios iuiſſet, ſcãdalizaretur Iudæi, & illũ Tyrum & Sydonium dixiſſent: ſicut & Samaritanum vocabant Sodomis autem & Tyrijs, & Sydonijs non defuit intus per legem naturæ prædicando, quam ipſi ab ſe abdicarunt. Quarè hæc fuit iniquitas maior Iudęorum. Nam alijs per legem naturæ interius dumtaxat prædicauit Dominus; Iudæis autem ipſemet Dominus ſuo ore, quæ deberent agere docuit, miraculis confirmando ſuam doctrinã. Hæc autem ſunt occultiſsima Dei iudicia, de quibus Paulus exclamando dicebat. O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei! quàm in comprehenſibilia ſunt iudicia tua! Cui ſimile eſt quod apud Ezechielem legimus. Fili hominis, nõ ad populũ profundi ſermonis, & ignotę linguę tu mitteris, & ſi ad illos mittereris, ipſi audirẽt te. Dom⁹ autẽ Iſraël nolunt audire te; quia nolunt audire me. Vel dicamus cũ Iãſenio, Dominũ non dicere tanquàm præſcium eorũ quæ futura eſſent, ſi illis prædicatũ fuiſſet, ſed tantùm vulgariter hęc vulgò locutũ, quomodò frequẽter ſolet, vt huiuſmodi cõparatione,

Gen. 18. *Ezech. 16.* *Albertus* *Ezech. 3.* *Iãſenius*

insignẽ obſtinationem animi ciuitatum, quibus prædicauerat ſignificaret. Quomodò dicere ſolemus. Si tantũ beneficij alteri exhibuiſſem, gratiorem proculdubiò expertus fuiſſem. Vt, vt eſt, ſat fuerit hinc nos perpẽdere, quàm ſingulare beneficium his à Deo conferatur, quibus Euãgelij prædicatio offertur; Sed hos tamẽ niſi reſipiſcãt, & meliores illinc euadãt, peiùs habituros quã Sodoma, ac quique deploratiſsimi. Hęc Iãſenius.

In illo tempore reſpondens Ieſus dixit. Confiteor tibi Pater Domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Ità Pater, quia ſic placitũ eſt ante te. Cui nam reſpondit Dominus? Nam Iob. 15. dicitur. Nunquid ſapiens reſpondebit, quaſi in ventum loquens? quaſi dicat. Non. Vndè aliqui dicunt reſpondiſſe Dominum diſcipulis ſuis, qui nimio gaudio erãt affecti, eò quòd in nomine Chriſti dęmonia ſibi ſubiecta viderãt, & alia miracula fecerãt, ſicut Lucas refert, dicẽs, quòd poſt hanc diſcipulorum legationem exultauit ſpiritu ſuo Ieſus, & in hanc gratiarum actionem prorupit dicens. Confiteor tibi Pater, &c. Ex quo poſſumus colligere, vel q̃ Chriſtus bis hanc cõfeſsionem fecerit, Vel quod Matthæus non eſt ſequutus ordinem hiſtoriæ, vt Lucas. Gloſſa dicit, quòd reſpõdit tacitę obiectioni. Poterat enim aliquis dicere. Quę eſt ratio, quòd Iudęus notitiam Dei, per Prophetas, & Legem habẽs, filium in carne veniẽtem reijcit, & Gentilitas deuota recepit? Et huic obiectioni reſpondet, ſic eſſe placitum ante Deum, vt relictis ſuperbis, paruulis myſteria gratiæ reuelet. Vel dicere poſſumus, ſecũdùm Albertum, quòd reſponſio iſta dicta eſt ad hoc quòd ſupra dixit, quòd iuſtificata eſt ſapientia à Filijs ſuis: & eſt ſenſus. Ità exprobras reijcientibus gratiam oblatam? Nũquid ita omnes gratiam auditam, & viſam reiecerunt? Et reſpondens Ieſus dixit. Minimè. Sed paruuli & humiles eam amplexati ſunt, quam ſuperbi, & tumidi renuerunt. Et hoc videtur Alberto magis eſſe ſecundùm literam: quoniam filij ſapientiæ iuſtificantes ſapientiam, cauſa ſunt gratiarum actionis. De his enim dicitur Ioan. 17. Tui erant, & mihi eos dediſti, & ſermonem meũ ſeruauerunt, & nunc cognouerunt, quia omnia quæ dediſti mihi abs te ſunt. Verùm alij Doctores, interquos Titelmanus, dicunt, quòd reſpondere interdum dicimur etiam non interrogati, quando occaſione alicuius rei moti loquimur,

Iob. 15. *Luc. 10.* *Albertus* *Ioan. 17.* *Titelmã.*

mur, ſicut infra cap.16. in Transfiguratione
Matth.16 ne reſpondiſſe dicitur Petrus dicens. Domine, bonum eſt nos hic eſſe. Vbi tamen nemo illum interrogauit. Sed reſpondere dicitur, quia motus illa gloria quam videbat, & ſuauitate quam guſtabat, loquebatur. Sic Dominus modo motus lætitia magna qua ad Patrem afficiebatur, ex hoc quòd ei placuiſſet, relictis incredulis & ſuperbis, paruulis, & humilibus Piſcatoribus ſe manifeſtare, huic interno gaudio ſuo, ex hac occaſione orto reſpondit modo. Oris enim hæc confeſsio reſpondere videtur,
Claudius. ac conſonare illi interno gaudio ſuo. Claudius Gulieldus ait, quòd eſt Hebrea phraſis hæc, qua reſpondere pro dicere ſumitur. *Confiteor tibi, Pater, &c.* Hoc eſt gratias ago verbum enim Hebreum Ioda, vtrumq; ſig
Albertus nificat. & confeſsionem & gratiarum actionem. Gratiarum enim actio, ait hic Albertus, nihil eſt aliud quàm bonorum habitorũ ad ipſum à quo habẽtur relatio, & magnificiẽtię, & liberalitatis, & virtutis eius propter hoc laudatio. Et hoc vocatur confeſsio: quia & fatetur ſe habere gratè, & ad fontẽ vndè primùm bona effluunt referre, iuxta illud Eccleſiaſt. 1. Ad locũ vndè exeunt, flu
Eccl.1. mina reuertuntur, vt iterum fluant. & Pſal. 108. Confitebor Domino nimis in ore meo,
Pſal.108. & Eſai.12. Confitebor tibi Domine, quoniã
Eſai.12. iratus es mihi, cõuerſus eſt furor tuus & cõſolatus eſt me. Ira enim cõuerſa in cõſolationẽ, nõ in eo q̃ ira, ſed in eo q̃ ad cõſolationẽ iraſcitur Deus, ira patris eſt, & hęc habet confeſsionis laudẽ. Eſt & alia cõfeſsio veri-
Rom.10. tatis fidei, in prędicatione, de qua Roma.10. dicitur. Corde creditur ad iuſtitiã, ore autẽ cõfeſsio fit ad ſalutẽ. Tertia autẽ cõfeſsio fit peccati, vt eſt illud Iacob. vlt. Confitèmini alterutrũ peccata veſtra, & orate pro inuicẽ,
Ioſue. 7. vt ſaluemini. Ioſue etiam.7. dicitur. Fili da gloriam Deo, & confitere peccatum tuũ, & indica mihi quid feceris. Cęterũ in iſto loco (vt diximus) pro confeſsione laudis ſumitur verbum, quod Græci interpretes in illa ſignificatione, qua ſignificat confeſsionem, retinuerunt, extendentes illud ad lau-
Eſa.23. des ſignificandas. Sic ſumitur etiam Eſai. 25. dum dicitur. Domine Deus meus es tu, & exaltabo te, & confitebor nomini tuo: quia feciſti mirabilia, cogitationes tuas antiquas fideles. Amen. *Tibi Pater Domine cœli, & terræ.* Tria ſunt in omni qui beneficium alteri præſtat. Liberalitas, affectus, & facultas: liberalitatis magnificentiam notat, cùm dicit, Tibi. Affectum autem quo vult benefacere, in eo quòd dixit eum, Pater. Facultatem autem quaid poteſt, in eo quòd dicit Domine cœli & terræ. Dicit igitur: *Confiteor tibi.* Qui omnium bonorum magnificus largitor es, vt eſt illud Exod. 15. Magnificus in ſanctitate. Et Iacob.1. Dat Iac.1.
omnibus abundanter, & non improperat. Et Rom.11. Quis prior dedit illi, & retribue Rom.11.
tur ei? Pſal.144. Aperis tu manum tuam, Pſal.144
& impleſ omne animal benedictione. Et ali Pſal.144
bi. Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquentur, & magnitudinem tuam narrabunt. Eſt autem magnificentia, vt Philoſophus docet in ſuis Ethicis, liberalitas, ſiue largitas in magnis. Pater. Mei quidem per naturam; eorum autem quibus te reuelas per imaginem & gratiam: Ioan.1. Vidimus Ioan.1.
gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre. Et Ioan.20. dixit idem Dominus. Aſ- Ioan.20.
cendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrũ. Domine cœli & terræ. Non Pater, ſed Dominus cœli & terræ: quia licet cœlum & terra à te ſint; tamen nõ habent tecum naturã vnam forma & ſpecie, ſicut ego, nec te imitantur per imaginis & ſimilitudinis conformitatem, ſicut homo. Quare Deus eſt Pater Chriſti perſimilitudinem naturæ, vndè & propriſsimè: hominis autem per ſimilitudinem imaginis, & ideò per metaphorã, propriùs tamen quàm cæterarum rerum, quarum ampliſsimo loquendi modo Pater dicitur: quia non eius imaginem referunt, vt homo, ſed veſtigium tantùm. Dicit autẽ Deum cœli & terræ Dominum, quantùm ad præſentem pertinet loquutionẽ, per methonymiam. Cœli enim dicit, propter cœlicolas, qui tunc Angeli duntaxat erant, qui propter eos quibus ſe reuelat Deus, mittuntur in miniſterium. Terrã autem nominat, propter hominem, cui confert ſuæ cognitionis beneficium. Dominũ autem dicit Deũ, eo quòd dominium, vt dicit Dionyſius, non dicit ſubditorum exceſſum tantùm, ſed dicit inſuper omnium bonorum & pulchrorũ veram & omnimodam poſſeſsionẽ. Et etiã veram, & non nutare valentem fortitudinem. Et ſic dicit altitudinem honoris, & dignitatis, diuitias gratiæ, & virtutis, & fortitudinem omni vigore firmatam. Hic ergo Deus cœli & terræ, cùm ſit Dominus, vt dicitur Act.17. decorem honoris oſtendens, Act.17.
ex diuitijs virtutum, larga manu dat dona hominibus, vt dicitur Epheſi.3. Nam terræ Eph.3.
confert cœleſtia, vt terrena ex cœleſtibus ſubleuata,

ſubleuata, in cœleſtibus collocentur. Vn-
Rom. 10. dè & Roman.10. dicitur. Idem Dominus omnium diues in omnes qui inuocant il-
Iudith.9. lum. Et Iudith.9. Deus cœlorum, creator aquarum, & Dominus totius creatu-
Eſther.2. ræ. Cui & illud Eſther. 2. adaptari rectè poteſt: Largitus eſt munera, iuxtà magnificẽtiam principalẽ. *Quia abcondiſti hæc.* Quæ ſunt de diuitijs reuelationis tuæ, & de theſauris illis ſapientiæ, & ſcientiæ in me abſ-
Albertus conditis. Sed aduertendum ex Alberto ſuper hunc locum, quòd abſconſio hæc non fit, aliquid agente Deo: nam ipſe Deus, & Iudæis, & Gentibus ſe obtulit, ſed Iudæi excæcati propter velamen literę, & carnalis ſenſus, quod poſitum eſt ſuper corda eo-
2. Cor.3. rum; hanc lucem cernere non potuerunt.
Simile. Sic enim dicit Paul. Vſquè in hodiernum diem, id ipſum velamen manet non reuelatum. Sicut enim lux æqualiter ſe offert cæco, & videnti, & tamẽ cæcus manet in tenebris: ità eſt de claritate notitiæ Dei. Oportet enim nos obicem remouere, ſi lux illumi nare deberet. Et hic obex eſt obſtinata vo-
Iob.36. luntas. Vndè & Iob dicit. In manibus abſcondit lucem, & præcipit ei, vt rurſus adueniat, & annunciat de eo amico ſuo, quòd poſſeſsio eius ſit, & quòd ad eam poſsit aſcendere. Itaq; dicitur Deus abſcondere, non per appoſitionem operculi, ſed per negationem luminis, propter eorum delicta, & incredulitatem, & cordis duritiam. *A ſapientibus & prudentibus*, Sapientes ſunt mũdi ſcrutatores Philoſophi, qui cauſas rerum inquirunt, quòd philoſophari eſt vocatum, ſapientia enim eſt rerum altiſsimarum cognitio, quas difficile eſt hominẽ cognoſcere. Prudentes autem ſunt circunſpecti, & prouidi & vtiles, in conferentibus ad vitam, & ideò circa actus humanos verſatur prudentia & circa bona fortunæ ad vitam homi-
Ariſtotel. nis ordinata. Nam vt docet Ariſtoteles in Ethic. Prudentia eſt habitus actiuus humanorum actuum, cũ ratione recta. Igitur Sylpientes euaneſcunt, in ſuis rationibus & ſilogiſmis, prudentes autem in circunſpectione rerum ſibi conducentium. Talibus ergo abſconditur hęc ſapientia. Sed generaliter hos vocat hic Dominus ſapientes, qui ocu-
Ioan.9. lis ſuis videntur ſapere, ſicuti hi Philoſophi & Phariſæi, qui ſibi nimium videbantur ſapere, quibus interrogantibus eum ac dicentibus. Nunquid nos cæci ſumus? Reſpondit. Si cæci eſſetis, non haberetis peccatũ. Nũc autem dicitis quia videmus, peccatum veſtrum manet. Et eodẽ modo cùm ſubinfert. *Et reuelaſti ea paruulis* de his qui ſibi paruuli videntur, loquitur, ſecundùm illam ſen- 1. Reg.15.
tentiam quàm dixit Samuel ad Saulem. Cùm eſſes paruulus in oculis tuis, caput in Iſraël factus es. Nam & Pſalmiſta dicit. De- Pſal.118.
claratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis, id eſt, humilibus, ac ſimpliciter gradientibus, non illis qui Hypocriſis fermento, ac malitia compoſiti ſunt. Nam Dei myſteria abſcondita ſunt illis, qui ſe inter homines ſapientes reputãt inaniq; intumeſcunt ſcientia. Contra quos Eſai. 5. dicitur. Væ qui ſapientes eſtis in Eſai.5.
oculis veſtris, & coram vobis metipſis prudentes. Quorum ſapientiam atq; prudentiam deſtruendam minatur Dominus, per eundem Prophetam, de quibus & Iob.36. Iob.36.
dicitur. Immanibus, hoc eſt ſuperbis, abſcondit lucem, & annunciat de ea amico ſuo, hoc eſt humili. Nam vt docet Gregorius, Tumor mentis impedimentum eſt ve- Gregorius
ritatis, iuxtà illud Iacob.3. Deus ſuperbis re Iaco.3.
ſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Intellectum quippè dat paruulis: nam vt Beda dicit, humilitas eſt clauis ſcientiæ. Et quia Phariſæi tulerunt à ſe hanc clauem ſcientiæ, ſicut dixit illis Dominus Luc.11. Ideò Luc.11.
ad cognitionem diuinitatis Chriſti non peruenerunt. Ptholomeus Philoſophus in ſuis Ptholom.
prouerbijs dicit. Qui inter ſapientes humilior eſt, ipſe inter ſapientes ſapientior eſt, Simile.
ſicut lacuna humilior plures aquas cõtinet. Ratio autem quare Deus humiles doceat, ſuperbos in ſua ignorantia deſpiciat, hęc eſt. Quoniam ſicut ipſe dicit, quòd non venerit vocare iuſtos (hoc eſt illos qui ſe iuſtos iactabant, quales erant Phariſæi murmurantes quòd reciperet peccatores) ſed peccatores, hoc eſt, eos qui ſe peccatores confitebantur (qualis erat publicanus ille qui percutiebat pectus ſuum & dicebat: Deus propitius eſto mihi peccatori) ità non venit docere ſapientes, hoc eſt, eos qui ſeculari ſapiẽtia intumeſcebant, & qui dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt, de quibus dicit Sapiens: Sapientior ſibi piger videtur ſeptẽ Prou.27.
viris parabolas loquentibus. Vel eos qui ſe Rom.1.
iactabant, tanquam ſi eſſent duces cæcorum, lumen eorum qui in tenebris ſunt, eruditores inſipientum, magiſtros infantium: ſed eos qui ſe vera doctrina vacuos eſſe exiſtimabant, volentes potius diſcere quàm docere, qui non præpoſtero ordine prius ambirent eſſe magiſtros, quàm fierent diſcipuli,

cipuli, de quibus ipſe Dominus dicit. Omnis qui audit à Patre, & didicit, venit ad me. Id eſt, ille qui humiliter verba Dei au-
Eccl.5. dit, vt ea ſibi addiſcat ad bonum. Vndè & Sapiens. Eſto manſuetus ad audiendum verbum Dei, vt intelligas. Id eſt, eſto humilis,
Iacob.1. & manſuetus; vt addiſcas & Iacob.1. Cùm manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras.

Aduertendùm ſecundò, quòd non dicit, Reuelaſti ea ſtultis, & hebetibus, qui oppo nuntur ſapientibus; vt oſtendat ſe nonde teſtari ſapientiam mundanam, & prudentiam, quæ bona ſunt, quandò referuntur ad bonum vſum, ſed potius deteſtatur vitium
1.Cor.8. tumoris, & ſuperbiæ de quo dicitur. 1. Cor. 8. Scientia inflat, charitas verò ædificat. Et
Eccl.1. Eccleſiaſt. 1. In multa ſcientia multa eſt indignatio, & qui addit ſcientiam, addit & dolorem. Quarè tangit oppoſitum non ſapientiæ, & prudentiæ, ſed eius quod eis adiungitur, nempe tumoris & ſuperbiæ, & dicit. *Et reuelaſti ea paruulis.* Eſt autem paruulꝰ minor paruo, & ſignificat eos, qui nec paruis ſe anteponunt. Quinimo, & nomen Græcum, quòd hîc ponitur, ſignificat infantes, & eos qui per ętatẽ, adhuc loqui nõ poſſunt, nec ſapere: trãſfertur tamen & ad animũ, & ſignificat ſtultos, ineruditos, ac vſu rerũ carentes. Quo modo ſi accipiatur hęc dictio Græca, intelligendum eſt Dominum loqui, non de verè ſtultis, ſed de his qui mũdo ſunt ſtulti, ſicut nõ de verè ſapientibus,
1.Cor.1. ſed his qui mundo tales ſunt. Sic enim & Paulus, quæ ſtulta, inquit, ſunt mundi, elegit Deus, vt confundat ſapientes. Interpreti verò magis placuit propriam vocabuli ſe-
Chryſoſt. qui ſignificationem, quam & Chryſoſtomus ſequitur, qui adnotauit dictum eſſe non ſtultis ſed paruulis, hoc eſt, ſimplicibus: vt oſtẽderetur quibus ſapientibus, & quarè abſcondita ſunt Euangelica myſteria, ſcilicet, ob ſuperbiæ factum. Paruuli enim & infantes quibus Chriſtus loquitur, ſunt, qui humiles erant in oculis ſuis, quiq; veluti infantes ineruditi erant in mundo, quales erant Piſcatores quos delegerat Dominus.

Quæſtio. Verùm hîc oritur quæſtio, quomodò Chriſtus, tantus humanæ ſalutis amator, gratias agat Patri ſuo, quòd myſteria ſua abſconderit ſapientibus, cùm hoc potius deplorandum eſſet? Ad quam quæſtionem
Chryſoſt. reſpondet D. Chryſoſtom. confeſsionem hanc nõ debere referri ad vtrumq;, abſcondiſti, & reuelaſti, ſed tantùm ad ſecundum, vt non intelligatur gaudere, & gratias agere, quòd ſapiẽtes non agnouerint, ſed quòd paruuli perceperint, vt ſit Hebraiſmus hunc habens ſenſum. Gratias ago tibi Pater, quòd cùm abſonderis hæc à ſapientibus; paruulis tamen ac ſimplicibus reuelaſti. In quo ſenſu intelligendum eſt & illud
Rom.6. Paul. Rom.6. Gratia autem Deo, quoniam fuiſtis ſerui peccati, obediſtis autem ex corde, in eam formam doctrinæ in qua traditi eſtis. Senſus enim eſt. Gratias ago Deo, quòd cùm fueritis ſerui peccati, iam obediſtis ex corde Euangelio. Quæ loquutio frequens eſt apud Hebręos. Licet nullum ſit inconueniens de vtroq; gratias egiſſe Dominum. Nam ſuperborum, & impiorum excæcatio, licet triſtitia ſoleat afficere iuſtos ac pios, qui illos conſiderant ad imaginem Dei creatos; tamen quatenus intelligunt, excæcationem illam ad condemnationem iuſto Dei iudicio eis prouenire, in quo & iuſtitia Dei ſplendet, & gloria eius illuſtratur, multùmque conducere ad profunda Dei iudicia tremenda, non poſſunt non de ea gaudere; cùm Dei voluntatem, qua nihil poteſt cogitari melius, adimpleri videant. Quarè in Pſalmis frequenter legimus imprecationes, ad vindictas malis infe rendas & exultationes ob vindictã illis illatam. Nec hoc pugnat cum dilectione proximi, ſed potius videtur animi æquitatem iudiciorum ponderantis, & animaduertentis. Imò & Chriſtus Dominus, cum gentis ſuæ cæcitatem ac incredulitatem animaduertiſset, quam proximis verbis taxarat, in conſiderationem altiſsimorum iudiciorum Dei raptus, illam interim animi triſtitiam expulit, nimio gaudio geſtiens, quòd hæc profunda Dei iudicia in his ad gloriam Dei innoteſcant. Verba enim illa (confiteor tibi Pater Domine cœli & terrę) lætitia nimia perfuſa ſunt, quaſi quòd qui dominus eſt terrarum ac cœli, quidquid voluerit in cœlo & interra facere poſsit. Igitur hæc Chriſti exultatio ex vtroq; oriri potuit, & ex hoc quòd horum condemnatio in Dei gloriam cedebat, & ex hoc quòd Euangelium ſuum paruulis, & ſimplicibus innotuerat: vt videas, ô homo fidelis, quàm pium, benignum, quanque ſalutis noſtræ cupidum Deum Scriptura ſacra nobis propo
Luc.15. nat. Legis ſiquidem & in alio loco, Lucæ.15. Angelos in cœlo gaudere ſuper peccatore pœnitentiã agente: hîc autẽ & Chriſtus ipſe exultat in ſpiritu, propter ſalutẽ noſtram.

Denique

Eſa.26. Denique & Eſai.cap.26.docet, quòd Deus nimio perfunditur gaudio de noſtra ſalute, cùm dicit: Sicut gaudet ſponſus ſuper ſpõſam, ſic gaudebit ſuper te Deus tuus: lætatur autem Deus in populo ſuo, quando populus in Deo gaudet, & illi Deus benefacit iuxta illud Hieremi.32. Non deſinam eis benefacere, & lætabor ſuper eis, cùm eis benefecero: ſicut & in calamitate populi dolere ſe dicit, cùm illum affligit, iuxta
Eſa.1. illud Eſai.1. Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis. Et quid huiuſmodi verbis, niſi immenſa Dei erga nos beneuolentia declaratur? Verùm, ô peruerſitatem noſtram! Expectãt Angeli conuerſionem noſtram & de ea gaudent, gaudet pius Saluator noſter, imò & Deus ipſe: ſolus homo cuius intereſt, id non oſtendit, & ſalutem ſuam negligit. *Ita Pater quia ſic placitum eſt ante te.* Non aliam huius arcani rationem quæramus quam beneplacitum & voluntatem Dei. Nam vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus, impium quoq; ad diem malum. Vt dicitur
Prou.16. Prouerb.16. Vbi gloſſa dicit, ideſt, omnia ſecundùm ſuam voluntatem geſsit. Voluntas
Gloſſa. quippè Dei hunc illuminauit, & illum non illuminando in ſua cæcitate dereliquit. Niſi enim ipſe illuminauerit nos, tàm ſapiens quàm ſtultus, in tenebris ſuis manebunt.
Eſai. 29. Hinc & Eſai.29. dicitur. Et erit vobis viſio omnium, ſicut viſio libri ſignati, quem cùm dederint ſcienti literas dicent. Lege iſtum. Et reſpondebit. Non poſſum, ſignatus eſt enim. Et dabitur liber neſcienti literas, diceturq; ei lege. Et reſpondebit: Neſcio literas. Ecce quomodò liber arcanorum Dei omnibus æque ſignatus eſt, tam ſapiẽtibus quàm ſtultis. Nemo enim ſcit aperire librũ hunc, & ſoluere ſignacula eius, niſi Chriſtus Do-
Apoc.5. minus, qui eſt leo de Tribu Iuda, vt dicitur Apocal. 5. Vnde & ipſe aperuit ſenſum diſcipulis ſuis, vt intelligerẽt Scripturas, qui tamen neſciebant literas; & dimiſit illum ſignatum Scribis & Phariſæis, qui tamen Doctores erant.

Sed obſeruandum, quòd aliter ſe habet
Albertus volũtas Dei reſpectu abſconſionis, & reſpec-
1.Thim.2 tu reuelationis, vt hîc adnotauit Albertus. Nam antecedẽter quidem omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire, ſicut dicitur. 1. Thimot. 2. Et hoc in duobus intelligitur, quorum vnũ eſt ex parte Dei: quia æqualiter ſe omnibus exhibet: vt iam ſupradiximus, & quod non omnes recipiunt, hoc eſt ideò, quia non omnes id quod in ſe eſt faciunt, vt obicem tollant, qui Dei illuminationẽ impedit. Deus enim fõs bonitatis omnibus fluit vno modo quoad ſe, & ſicut dicit Dionyſius æqualiter ſe Dionyſius
expãdit ſuper omnes intellectuales vultus. Et ſic intelligitur illud Ioann.1. Qui illumi-
Ioann.1. nat omnem hominem venientem in hunc mundum. Lucem enim etiam ſuper non illuminatum iacere videmus: quare quod nõ omnes illuminentur, non eſt defectus lucis, ſed incuria, aut inhabilitas lucem percipientis. Vnde Auguſt. 1. de Trinitat. ait. Si quis Auguſt.
alij digito ſolem oſtenderit, & ille ſolẽ oſtẽ- Simile.
ſum non viderit; culpet potius oculi ſui lippitudinem, quàm digiti oſtenſionem. Itaq; hæc voluntas antecedens, qua Deus omnes vult ſaluos fieri, ex parte Dei intelligitur omnibus lumen ſuum offerentis. Secundò ex parte noſtra id ſciri poteſt: quia omnibꝰ naturam rationalem indidit, per quam ſua
Pſal.4. poteſt percipi reuelatio, ſecundùm illud Pſ. 4. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. Igitur antecedenti voluntate omnes vult ſaluos fieri, licet conſequẽter hunc propter ſua demerita damnet: quia ipſe fuit rebellis ſuo lumini. Itaque hunc poſitiuè illuminat, lumen illi ſuum præbendo, illum verò in ſua cæcitate reliquit, ipſum obicem non tollendo: quia ſua voluntate renuit tollere, cùm poſſet. Vnde rectè dicitur Oſeæ.15. Perditio tua ex te, Iſraël, tan
Ioann.1. tummodò auxilium tuum ex me. De talibus enim dicitur: Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Quare beneplacitum eſt Domino ſuper timentes Deum; ſed non beneplacitum eſt illi, quòd iſti non timeant eum, nec ſperent ſuper miſericordia eius, licet conſequentèr ſi ita fecerint, beneplaceat illi damnare eos. Sed dices, ait Albertus. Deus præſcit excæcationem, ergo immobiliter futura eſt. Reſpondeo, quòd Dei præſcientia non eſt cauſa tuæ excæcationis, licet ſit cauſa tuæ illuminationis, & ideò nullam tibi imponit Simile.
neceſsitatem: ſicut ſi lumen ſolis haberet præſcientiam, præſciret quidem hominem cæcum non forè à ſe illuminandum, ſed non ipſe ſol eſſet, qui in illo cæco tenebras induceret. Cæterum in omnibus videntibus, illuminationem efficeret, eos ſuo lumine perfundendo, quod ipſi ex illo recipere nõ
2.Pet.3. abnuerint. Quare. 2. Pet. 3. dicitur: Non vult aliquem perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Et. 2. Reg.14. Non vult Deus
2.Reg.14. perire animã, ſed retractãs cogitat ne pereat

penitus, qui abiectus eſt. Et Ezechiel. 18.
Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur, & viuat. Hæc breuiter ex Alberto hîc dicta ſunt. Scio enim quot habeat difficultates res hæc, quas tamen Theologis diſſerendas relinquamus. *Ita Pater quia ſic placitũ eſt ante te, &c.* Hoc quod dicit, *Ita Pater*, vehementer confirmat quod dictum eſt, & magnum aliquid ac diligenter notandũ ſignificat. Et hoc modo loquendi aliàs vſus eſt
Luc. 12. Dominus, vt Lucæ. 12. Timete eum, qui poſt quã occiderit habet poteſtatem mittere in gehennam, ita dico vobis hunc timete. Et. c.
Luc. 11. 11. Ita dico vobis requiretur & ab hac generatione. Simile ferè eſt quod in hoc eodem capite Dominus dixit. Etiam dico vobis, &
Titelma. pluſquam Prophetam. Hæc Titelmanus, & Ianſenius adnotarunt.

De S. Frãciſco. Sed quoniam hoc Euangelium in feſto D. Franciſci afferri ſolet; operepretium erit eius exemplo hanc Domini doctrinam confirmare. Nam quoniam humilitate maxima viguit, ad tantum ſanctitatis culmẽ euectus eſt, vt ipſius Domini ſtigmata, in corpore ſuo expreſſa tulerit. Videtur enim mihi quod
Figura. quemadmodùm magnus ille propheta Heliſeus ad menſuram paruuli ſe incuruauit, atque commenſurauit, ita quòd os ſuper os eius, & manus ſuper manus eius poneret; ſic Dominus noſter Ieſus Chriſtus, verus Heliſeus paruulorũ amator, vt vidit Franciſci humilitatem, qua tanquàm paruulus in ſuis oculis erat, cum illo ſe commenſurauit ac cõſtrinxit ponens manus ſuper manus eius, & ſtigmata manuũ illi impreſſa reliquit, & pedes ſuper pedes eius quos ſuis clauis infixit, imò & cor ſuper cor eius, vt & lateris vulnus etiam ipſe Franciſcus præ ſe ferret: quatenùs viuã Crucifixi imaginem in ipſo Frãciſco oculis noſtris cerneremus, abſentiãq;
Simile. eius aliqualiter huius ſanctiſsimi viri præſentia compenſaremus; quẽadmodũ ſponſa dilectiſsimi ſponſi abſentiã aliqua eius effigie deludit, ità vt audacter homini Chriſtiano dicere poſsimus: Si te viſendi Chriſtum cupido aliqua tenet, ſi ipſum videre nequis, alterumq; ſimillimum illi quæris; Franciſcum intuere, in quo eius vulnera expreſsis ſignis rubicũda videbis. Si enim amicorum omnia ſolent eſſe communia, gaudiaq; ſimul ac dolores mutuò inter eos ſentiri ſolent, & Franciſcus Chriſti dilectione maximè ſe flagrare ſenſit, vt magnum tãti amoris indicium daret ea quæ Dominus in ſuo corpore tulit, voluit etiã Franciſcus ſibi cõmunicari, vt ſicut ipſe pro nobis doluit, ita & viciſsim ipſe cum illo doleret. Nam & olim apud Ægyptios mos fuit, vt in ſignum amoris, quem erga Regem ſuum ſubditi gerebãt, ſi caſu aliquo Rex caput doleret, vel crus, aut latus; ipſi in capite, crure ac latere vulnerarentur, vt ſic id ipſum dolorem cum ſuo Rege & ipſi ſentirent. Antiochus dona *1. Macha. 10.* quædam propria Regum ad Ionathã miſit, his verbis ei mãdans ea. Vt quæ noſtra ſunt ſentias nobiſcum. Hæc enim veræ amicitię indicia ſunt, vt idẽ amici inter ſe ſentiant. Idem Dominus cum Franciſco fecit. Antiochus tamen coronam auream, & purpuram quæ propria Regum ſtemmata erant, Ionathæ miſit: Regis autem noſtri purpura, purpureus eius ſanguis fuit, quo illum intuẽtes Angeli rubricatum dixerunt. Quare rubrũ *Eſai. 63.* eſt indumentum tuum? Corona autem illa ſpinea fuit, qua caput eius ſacrum plexum eſt. Hæc noſtri Regis ſtemmata voluit communicare Franciſco, vt ſecum ſentiret quæ ſua erant, adimpleretq; in ſe ipſo illud Pau li conſilium, quo ad Philippenſ. 2. nos ad- *Philip. 2.* monet dicens. Hoc ſentite in vobis quod & in Chriſto Ieſu. Qui cũ in forma Dei eſſet, hoc eſt, in ſubſtãtia Dei, ideſt dicere. Cùm eſſet Deus (nã forma Dei non diſtinguitur à Deo, imò idem eſt omninò quod Deus, cũ Deus ſit actus purus) non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. Quoniam & ipſe Filius natura Deus erat, aliàs rapinam committeret æqualitatem Dei ſibi vſurpando: ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens; formam illam Dei exuere non potuit Filius, vtpotè quæ ſibi connaturalis & conſubſtantialis eſt, euacuauit autem ſemetipſum puritate æqualitatis ad Deũ, formam ſerui accipiẽs, in qua eſt minor Patre. Nam ſecundùm diuinitatem, qua non poterat carere, æqualis eſt Patri; ſi in ſola illa natura perſeuerаſſet non poſſet vnquam eſſe minor Deo, ſed accipiendo formam ſerui, & iungendo has duas naturas humanam, atq; diuinam in vnam perſonam, iam euacuauit ſe puritate æqualitatis ad Deum, & ſe minorem Patre fecit ſecundùm humanam naturam. Item in natura diuina nullus locus vacuus poterat dari (quippe quæ omnia abũdantiſsimè adimplet:) ideò naturam humanam aſſumpſit locis vacuis plenã, in quibus & flagella, & dolores, & liuores, & claui, ſpinę, lancea, & opprobria capere poſſent. Vnde vbi nos legimus apud Eſaiã, Vidimus eũ *Eſai. 53.* nouiſsimũ virorũ: Septuaginta legũt: Vidimus eum deficientem præ omnibus viris, & deſpectum, hoc eſt (*lleno de vazios*) in quibus opprobria & pœnalitates caperẽt. Hoc ergo Frãciſco accidit, vt ſentiret in ſe quod & in Chriſto Ieſu, qui ſe ab omnibus huius mundi formis, atque figuris exinaniuit, formam ſerui humilis accipiens, in qua præ omnibus fuit tanquàm inſanus deſpectus. In ſuo corpore ſenſit plagas illas, liuores, atque
Simile. dolores, quos Chriſtus in ſuo corpore pertulit. In hoc videmus ſolem ipſum in gemmis ac lapidibus pretioſis, ſecundùm magnam eius virtutem in eſſe, quòd radij eius ac ſplendores foras in ſuperficie emicant, & quaſi lineas quaſdam ſui luminis, à centro, vſque ad circumferentiam emittit. Radijs quippè huius ſolis rubicũdi ſunt, ac purpurei, radios hos ac lineas in extremitatibus corporis Franciſci videmus. Ex quo col-
Simile. ligere licebit, ſolem hunc, in ſuo centro ſplẽdere. Cum Rex aliquem magnatem, qui vices eius gerat in Regno reliquit, ei ſigillum ſuum in quo eius ſtemmata ſunt inſculpta, dimittit, quibus ſua acta ſigillet, vt robur habeant, & authoritatem veri Regis præ ſe ferant; ſic enim & Rex Aſſuerus anulum
Eſther. 3. ſuum, in quo erat ſigillum Regis, Aman amico ſuo dedit, quo literas ſuas authoritate Regia roboraret. Chriſti Domini ſtemmata, atque ſigilla plagæ eius ſunt, quas veluti anulos in manibus Franciſci dedit, quibus ſua opera, atque actiones corroboraret, quòd à Deo eſſent, atque authoritate Chriſti Sacer ordo eius inſtitutus ſit. Ad quod vi-
Iob. detur alludere Iob cùm dicit. Qui ſignauit in manibus vniuſcuiuſque, quæ & qualia ſint opera eius. Chriſti erunt opera quæ ſignis eius ſigillata ſunt. Quomodò opera manuũ Franciſci Chriſtum non referent, cùm eius ſigillo inſignita videamus? Quomodo greſſus eius non erunt Chriſtiani, quos clauis Chriſti confixos videmus? Cogitationes ac deſideria cordis, qui poterunt non eſſe ſancta, è cuius latere (ſicut è Chriſti) ſanguis fluere ſolebat? Denique euidens ſignum apparere, quòd imaginem Chriſti intus gerat, qui eam ſic in corpore præſefert? Vt oſtenderet Deus quòd nunquam noſtrî o-
Eſai. 49. & Cant. 8 bliuiſcitur, dicit: Ecce in manibus meis deſcripſi te, vinea mea coram me eſt ſemper. Quomodo poterit Chriſti obliuiſci Franciſcus, qui eum in manibus, & pedibus, ac latere deſcriptum habet? Quomodò poterit non obedire veritati, ante cuius oculos proſcriptus eſt Chriſtus, & in eo ipſo crucifixus? vt verbis vtar Pauli ad Galat. 3. Quomo- *Galat. 3.* dò poterit ei moleſtus eſſe diabolus, aut homo, qui ſtigmata Chriſti in corpore ſuo portat? vt idem Paulus, ait Galat. 6. Quomodò *Galat. 6.* peccatum regnabit in ſuo mortali corpore, in quo mortificationem Chriſti circumfert? Aut quomodò inimicus in ſuo inſidebit corpore, in quo portat & glorificat Deũ, vt ait Paulus. Qui portabant characterem beſtiæ *1. Cor. 6.* miſsi ſunt in ſtagnum ignis & ſulphuris; ergo qui portat imaginem Chriſti cum ſuo ſimili glorificabitur. Nam ſimilis ſimilẽ quęrit. Qui ſi aliquando portauit imaginẽ terreni, nunc tamen imaginem cœleſtis portat: vt & nos ipſum imitãtes id ipſum faciamus. Nunquàm in toto hoc codice à tanti Patris laudibus ſilerem, ſi me ad alia huius operis inſtitutum non raperet. Gaudeo enim maximè huiuſmodi fuiſſe ſacrarum & priſcarum religionum Patres ac inſtitutores, qui in ſuis inſtitutis velut quoddam prælum fecerunt, cui qui ſe ſubderet, veri Chriſti imaginem in corde ſuo imprimeret. In cuius ſignum eam in corpore Franciſci, & ſi fortè etiam aliorum inſculpſit, vt oſtenderet talium inſtitutorum obſeruatores verã Chriſti imaginem in ſe ipſis habere. Quòd ſi fortè truncam & non vere effigiatam aliqui habeãt, in cauſa eſſe, q̃ nõ iuſtè ſe prælo huic ſubijciunt, in quo tam vera Chriſti effigies ſculpta videtur. Nunc ad textũ reuertamur.

Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. Explicat quæ ſint iſta abſcõdita ſapientibus, & reuelata paruulis, ſcilicet myſteriũ Trinitatis: nã his verbis (vt Caietan. vult) myſteriũ *Caietanus* Trinitatis cõtinetur. Nam dicendo à Patre meo, explicat originem, imò & originis ſpeciẽ, quæ eſt generatio: Vbi enim Pater, ibi generatio eſt. Dicendo autem (omnia mihi tradita ſunt) æqualitatẽ ſubſtantialem cum patre exprimit: nihil enim excipit ſed omnia comprehendit tradita per generationẽ, ſcilicet, eſſe, viuere, poſſe, & reliqua quę Dei ſunt. Naſcendo quippè, per illam æternã generationẽ omnia accipit à Patre, licet Chry- *Chryſoſt.* ſoſtomus arctiùs hoc intelligat dicẽdo: Omnia mea tradita ſunt mihi, à Patre meo. Au- *Auguſt.* guſtinus tamẽ & Hilarius de hac æqualitate *Hilarius.* in diuinitate intelligunt. Licet non incongruè de humanitate Chriſti id etiã intelligi poſsit, quæ vnita eſt Verbo in vnitate perſonę. Filio enim Dei (cui tãquã Deo omnia ab ęterno tradita ſunt per æternã ex Patre generationẽ) eidẽ etiã tãquã homini omnia in tempore tradita ſunt, per hypoſtaticam vnionem

vnionem diuinitatis cum humanitate. Sed quoniam non eſſent homini tradita, niſi ab æterno tanquam Deus habuiſſet, in hoc ſenſu quem priùs diximus etiam includitur.
Albertus Albertus Magnus duas pulchras adhoc explicãdum adducit ſimilitudines. Vna in natura nobiliori corporum, quæ tamen imperfecta tantæ rei ſimilitudo eſt. Altera in
ſimile. natura intellectualis animæ, quæ perfectior eſt, ſed tamen nõ omninò completa. In corporibus circunſpice ſolem, qui omnium in terra naſcentium ſecundùm naturam pater eſt (vt Philoſophi docent) ſed tamẽ ſol ipſe nihil omninò cauſat, niſi per lumẽ quod eſt perfecta ſimilitudo ſuæ lucis, & exit ab ipſo per conformitatem ſuæ formæ, & virtutis. Quod eſt dicere. Quòd lumen & habet formam ſolis, & virtutem omnem eius, ſecundùm diuerſitatem omnium, quæ ſub cœlo generãtur, tàm in terris, quàm in aquis, quã in aëre. Quare ſi lumen haberet cognitionem, & ſciret loqui, fateretur vtique, quòd omnia ſibi tradita eſſent à ſole, & quòd ea quæ ſunt ſolis originaliter, nulli poſſent infundi, aut communicari, niſi per ipſum. Et in hac vniuerſali virtute, quã circa generabilia habet ſol, nemo noſſet illum, niſi lumen. Et lumẽ etiam ipſum in tali vniuerſali virtute, quamà ſole cõmunicat, acceptum, nemo noſſet niſi ſol, & cui lumen ipſum vellet reuelare. Quoniam in terra nihil inueniretur vnũ, quod omnium ſimul eſſet capax, quæ lumen accepit à ſole. Quare lumẽ ipſum poſſumus dicere, quòd reuelat ſolem his generalibus, non cuiq; ſecundùm omnẽ virtutem ſolis, ſed ſecundùm partem, pro capacitate & præparatione eorum quibus lumen ſe infundit. Vnde ex his quæ in profundum ſui illuminantur, aliter recipit carbunculus lumen ſolis, aliter ſaphirus, & aliter ſmaragdus. Et ſimiliter ea quæ illuminantur in ſuperficie exterius dumtaxat, diuerſimodè etiam recipiunt ſolis virtutem: quia aliter recipit album, aliter viride, & aliter nigrum, quod ſtat in lumine quaſi cæcum. Hoc facilè poteris ad propoſitum applicare. Similitèr in natura intellectualis animæ id etiam perſpicere poteris. In ea quippè eſt intellectus omnis cognitionis pater & origo: eſt & verbum, quod eſt veluti ſplendor eius, loquens, & manifeſtans omnia quæ ſunt in ipſo: & tunc verbum ſolum ſcit intellectum, & è conuerſo ſolus intellectus ſcit in vniuerſali virtute verbum natũ ex ipſo, & non fit reuelatio vlla niſi ab intellectu per verbum: quia omnia traduntur ei ab intellectu. Audientes autem hoc verbum, non in tota virtute quã ab intellectu procedit, percipiunt illud, ſed vnuſquiſque ſibi percipit proportionabiliter, ſecundùm ſuam capacitatem. Quod præcipuè apparet in verbo, quo intellectus practicus ſe dicit & manifeſtat in tota ſimul virtute ſuæ operationis. Sicut ſi architectus huius domus (verbi cauſa) vno verbo totum eius ædificium manifeſtaret, & ſimul omne donum ædificandi domum manifeſtaret: hoc enim ambiret quicquid intellectus haberet virtutis ædificandi domum, & tamen in ipſo opere ſigillatim hæc virtus reciperetur. Nec enim in ianua includeretur quidquid artis eſt in ædificio domus, ſed id ſingulariter q̃ ianuæ fabrica poſcit, & ſimiliter feneſtra, aut camera, &c.

Et *nemo nouit Patrem niſi Filius, nec Filium quis nouit, niſi Pater, & cui voluerit Filius reuelare*. Hic loquitur de hac perfecta & vniuerſali notitia, ſecundùm quod ipſum eſt Verbum, in quo ſunt omnium ſimul rationes; & eſt perfecta Patris ſimilitudo, faciẽs, & formans, & portans omnia. Hoc enim dicit Filius in eo quòd Verbum, & hoc nemo nouit niſi notitiam patris habeat: tamẽ per hoc non excluditur Spiritus ſanctus, qui filium in eâdem cum Patre nouit notitia, & ideò dicit. *Nemo nouit Filium. &c.* Negatio ſigni negat ſimpliciter & extra genus, ita quod ſenſus eſt. Nihil nouit Patrem. Sed quia hæc notitia eſt eſſentialis non perſonalis, non excludit alias perſonas, quibus eſſentialia omnia communia ſunt. *Nemo nouit Filium niſi Pater*, ideſt, Nihil nouit Filium, niſi id quod Pater eſt. Quare dicitur Ioann. 6. *Ioann. 6.*
Nemo venit ad me niſi Pater meus traxerit eum. Et *nemo nouit Patrem niſi Filius*. Eodem modo intelligitur, quia Patrem in vniuerſali natura & virtute Deitatis nihil nouit, niſi id quod eſt Filius, ſicut lumen ſolis q̃ rotam ſolis ipſum ſolum attingit; & ideò per Filium ſolum acceſſum habemus ad Patrem ſicut dicitur Roman. 5. Et *cui voluerit Filius reuelare*. Nam licet Pater reuelet, & *Rom. 15.*
Spiritus ſanctus, tamẽ reuelatio omnis, quæ ſine ænigmate & ſimilitudine fit, per Verbũ fit, à quacũq; fiat Perſonarum, & Verbũ non eſt niſi Filius, & ideò Filij propriè eſt quo ad nos reuelare, quia Verbum Patris eſt: hoc eſt, quòd per ipſum nobis fiat reuelatio. Quare cuicũq; aliquid notitiæ Patris infunditur, per Verbũ infunditur. Vnde & Ioan.

Ioann. 1. Ioan. 1. dicitur: Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit. Et Eccleſiaſt. 1. Fons ſapientiæ verbũ
Eccle. 1. Dei in excelſis. Quare rectè tenet ſimilitudo: Quia ſolem nihil manifeſtat niſi lumen, & intellectum nihil declarat niſi verbũ. Et
Ioan. 17. Ioã. 17. dicitur: Ego te clarificaui ſuper terram, opus conſũmaui, quod dediſti mihi vt faciam. In quo ſenſu de hoc Verbo dicitur
Sap. 7. Sap. 7. Quod eſt candor lucis æternę, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis ipſius, & emanatio quædam charitatis omnipotentis Dei ſincera. Hæc enim omnia ſunt modi, quib⁹ Pater manifeſtatur per Verbum, quod eſt Sapientia, ſicut per candorẽ manifeſtatur lux, & vultus per ſpeculum, aut imaginem, & fons per id quod ab eo manat. Et quia ſic proprium eſt Filio Patrem reuelare cui voluerit; poſt pauca ibidẽ ſequitur. Quod per nationes in animas ſanctas ſe transfert, amicos Dei, & Prophetas conſtituit. Igitur totius huius ſententiæ hic ſenſus erit. Quòd hæc abdita myſteria fidei, præcipuè Trinitatis arcanum, paruulis reuelata ſunt per Verbum Patris, quod eſt
Caietanus Chriſtus Ieſus filius eius. Quare Caieta. Sic hoc interpretatur. Inter Deum & patrem tãtùm intereſt, quod Deum naturaliter no-
Rom. 1. uimus per ea quæ facta ſunt, vt dicitur Roma. 1. Et multò magis nouerunt naturaliter Angeli Deum, Patrem autem, nec Angeli, nec homines naturaliter nouerunt: quoniam myſterium Trinitatis ad quod ſpectant Pater, & Filius, ſupra naturalem notitiam omnium creaturarum eſt: & propterea ſignificantiùs dicit Patrem, & non dicit Deum. Intendit enim, quòd notitia Trinitatis reſeruata eſt ſoli Deo, quamuis notitia Dei ſit naturaliter communicata. *Niſi filius*. Iam diximus quòd per hoc non excluditur Spiritus ſanctus, per illam theologorum regulã. Dictio excluſiua ſeu exceptiua, addita termino perſonali in eſſentialibus, non excludit ab altera perſona diuina. *Et cui voluerit filius reuelare* Nam notitia Patris & Filij, ita eſt propria diuinis perſonis; quòd nulli communicatur naturaliter, ſed tantùm per reuelationem. Appropriatur autem filio reuelare myſterium Trinitatis: quia Filius in carne veniens ſpecialiter illud manifeſtauit ho-
Ioan. 17. minibus, ſicut & ipſe dixit Ioann. 17. Pater, manifeſtaui nomẽ tuũ hominibus. Nã reuelare, op⁹ eſt ad extra, cõmune toti Trinitati; vnde & premiſit Dñs: Et *reuelaſti ea paruulis*. Sed verbo tenus auribus mortaliũ illud intonans, ſolus Filius hoc myſteriũ reuelauit.

Demum aduerte, quod cùm dicitur: Nemo nouit Filium, &c. Intelligi poteſt de notitia increata, & naturali ac comprehẽſiua, quæ propria eſt Dei. Vnde ſignificantiùs Lucas dicit. Et nemo nouit quis ſit Filius, niſi Pater, & nemo nouit quis ſit Pater niſi Fi- *Luc. 10.*
lius, quaſi de notitia, qua quid Deitas, & eſſentia Dei comprehendit loqueretur.

Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Venite ad me. Hoc eſt venite fide ad me, cui tradita ſunt omnia, in cuius volũtate eſt reuelare Trinitatis arcana. Ad me verum Deum & verum hominẽ. *Omnes*, quoniam nullum excipio, *Qui laboratis & onerati eſtis*. In hominibus ex actionibus quas operantur, remanet in eis onus & grauamen. *Et ego reficiam vos*. Hoc eſt refocillabo, recreabo, vel refrigerabo vos: id enim ſonat verbum Græcum Aanapaſſo. Sed quoniam hoc Euãgelium in feſto *In feſto. S. Matthiae moralitas ſeu cõcio.*
ſancti Matthiæ canitur, qui ſorte diuina in locum Iudæ ſuffectus eſt, aduerte, Apoſtolũ hunc dignum eſſe perpetua memoria, cui tã felix contigit ſors. Sortibus iactis voluit illum Spiritus ſanctus eligere, vt oſtenderet nobis diuinam electionem, ſortem, felicẽq; ſortem eſſe: ſors dicitur reſpectu noſtri: bona autem, quoniam à Deo eſt. Felix ſors noſtra in manibus Dei eſt, ſecundum illud Pſ. *Pſalm. 30.*
30. In manibus tuis ſortes meæ. Quemadmodùm cum aleis ludis, & alius accipit aleas, vt *ſimile.*
pro te ſortes mittat, & ſecundùm quòd ſors ceciderit, vel lucrum, vel diſpendium tibi continget, ita quòd tunc temporis poteris ei dicere: In manibus tuis, frater, eſt bonum & malum meum. Multò verius totum bonum noſtrum in manu Dei eſt, ſecundùm quod ipſi placuerit, ſic nobis eueniet, ſiue bonũ, ſiue malum (*Como ella pintare tal tendremos la ſuerte*) ſi me ſibi eligit, bona ſe ſortis effigies oſtendit, ſi in vanũ cecidit ſors (*Si falio la ſuerte en blanco*) & me à pueris ſuis reprobauit, Væ mihi eſt. Omne ſiue bonum, ſiue malũ meũ, in manu Dei eſt; Malum autem dico, non culpæ ſed pœnæ. Vnde in vltimo die cùm iſtæ ſortes promulgandæ ſunt; tũc reprobi bonorum bonas ſortes intelligent, ac dicent: Ecce quomodò computati ſunt *Sap. 5.*
inter filios Dei, & inter Sanctos ſors illorum eſt. *O quan bien les pintò la ſuerte*. Habebant quippè illam in manu Dei. Cuidam autem reprobo dixit Petrus, Acto. 8. *Acto. 8.*
Non eſt tibi ſors in gratia iſta. Ac ſi diceret. Cecidit tibi ſors alba, imò potius nigra & infe-

infelix: nec enim habebis partem in gratia cõſummata quæ eſt gloria. Sed obſeruãdum, quòd gratia Dei dicitur ſors reſpectu noſtri: quoniam abſq; meritis noſtris eam præuenientibus, gratis in nobis à Deo infunditur, & quaſi fortuna quadam magna, ac feliciſsimo caſu eam in mentibus noſtris infuſam habemus. Prima quippè gratia non cadit ſub merito, aliàs gratia non eſſet gratia, vt Paulus infert. Sic explicat D. Auguſtin. ſuper hunc verſum citatum Pſal. 30. In manibus ſuis ſortes meæ. Sors quippè bona dicitur gratia, quæ ſine meritis meis mihi obuenit: Saluum me fecit quoniã voluit me, quoniam voluit ſaluum me fecit: nam in manu eius bona ſors mea fuit. Sortem vocauit gratiam Petrus in teſtimonio proximè citato, cùm ad Simonem Magum dixit: Non eſt tibi ſors in gratia iſta, ſic enim legit Auguſtinus: Qui pecuniam æſtimaſti donũ Dei: ideſt, non tibi cecidit gratia iſta in ſortem. Super Chriſti inconſutilẽ tunicam (ait Auguſtin.) miſerunt ſortem. Tunica hæc charitatem ſignificat, quæ omnibus integra debet eſſe, ſuper quam ſortes mituntur: quoniam felici ſorte contigit illi, cui Deus eã donare voluerit. Ego tamen, ait ipſe (quem hoc latuit) ad tunicam Domini mei ſorte perueni. Ac ſi diceret. Neſcio Domine, qua via veſtis hæc, quæ operit multitudinẽ peccatorum mihi bona ſorte obuenit. Igitur ex parte noſtra ſors dicitur gratia Dei, quoniã gratis nobis contigit: cæterum ex parte Dei eſt quædam æterna, ac gratioſa prædefinitio, qua quem vult eligit, aut reprobat: nam vt ait Paulus: Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat. Nam reſpectu Dei nihil caſu, aut ſorte prouenire poſſet, ſed omnia ſummo conſilio, ac prouidentia gubernantur ab eo. Quare quod reſpectu noſtri caſus eſt, reſpectu Dei æterna definitio erit. Quemadmodũ ſi tu duos ſeruos tuos ad diuerſa mitteres mandata, tali intentione tamen, vt in platea vel in tali loco, vel vico ſibi inuicem obuiarent, illis omninò neſcientibus; obuiatio illa reſpectu illorum caſualis fuit, cùm nihil de illa cogitaſſent; reſpectu tamen tui prætenſa, & præcognita fuit. Sic multa quę nobis forte fortuna accidunt, nihil nobis de illis cogitantibus, reſpectu noſtri caſualia ſunt, reſpectu autem Dei omnia moderãtis & præuenientis, non à caſu, ſed à bona voluntate ſua quę omnia gubernat prouenirũt. Vnde Prouerb. 16. dicitur: Sortes mittũtur in ſinum, ſed à Domino temperantur. Vbi Hebræi legunt. Et à Domino omne iudiciũ earum. Quoniam ſortium iudiciũ à Deo eſt, qui eos ſecũdum ſuam voluntatem ad fines ſibi cognitos ordinat. Sic etiam temperauit ſortes inter Matthiam, & Barnabam, ſorte cadente ſuper Matthiam, ſors autem quæ declarauit ipſum eſſe electum à Deo; refert Dionyſius, quòd fuit ſplendor quidam miraculoſus, qui ſuper caput eius apparuit, quo innotuit ipſum eſſe qui locum quem vacuũ dereliquit Iudas, implere deberet, atque tenebras quas ille reliquiſſe videbatur clareſcere: meliuſq; fuit ſupplemẽtum quam defectus fuerat. Ex quo colligere poteris maiorem fuiſſe in bonitate Matthiam, quam Iudas in malitia fuerat. His dictis, ad Euangelium quod in eius ſolẽnitate canitur, tranſeamus. Verba enim conſolatoria ac dulcedine plena continet, quibus qui ſub iugo Euangelij ſumus, mirabiliter ſubleuemur. Ait quippè. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* O quam onuſtos homines video in hac miſera & onerosa vita! alij curis proprijs onuſti ſunt, alij peccatis, alij huius vitæ laboribus, ex quibus omnibus oneribus nos Dominus alleuiare vult. Ipſemet homo intolerabile onus ſibimet effectus eſt, præcipuè poſt carnis aduerſùs ſpiritum rebellionem, de qua & Iob cõquerebatur dicens. Quare me poſuiſti contrarium tibi, & factus ſum mihi metipſi grauis? Egomet mihi aduerſarius importunus ſum, ego mecum pluſquam ciuile bellum gero, ego volo & nõ volo, affirmo, & nego, ego ego ipſe ſum, qui mẽte obedio legi Dei carne autem legi peccati. O quàm grauis mihi metipſi factus ſum. Attamẽ in Chriſto onus hoc alleuiatur: quoniam in Chriſto hæc aduerſantia conueniunt. Si in Chriſti amore te confers, omnia amica erunt, corpus & anima vnum fient. Ita enim Paulus dicebat: Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus. Hoc eſt, ſolebam ego eſſe ego, & inueniebam in me alium ego, qui mihi paſsim aduerſabatur; modò autem vnum dũtaxat habeo, in quo omnia hæc aduerſantia conueniunt, quod eſt Chriſtus. Curæ autem atque onus temporalium rerum, & quæ ad carnis ſolicitudinem pertinent, magnum nimis, & penè intolerabile eſt. Facit enim ſtridere currum, & nonnunquam oneri ſuccumbere iumentum. Vnde Amos. 2. Hoc onere minatur homines Deus dicens: Stridebo ſuper vos, ſicut ſtridet plauſtrum onuſtum fœno. Hoc eſt, ſic vos carnis curis onerabo,

Rom. 11. August. Pſal. 37. Rom. 9. Simile. Prou. 16. Dionyſius Iob. 7. Rom. 7. Galat. 2.

onerabo, vt ſuſtinere nõ poſsitis, ſicut plauſtrum onuſtum fœno, quod ſic ſtridet, ac ſi aliquid magnum ſuper ſe ferret, cùm tamẽ fœnum aridum portet. Axis ſtridet, rotę fortiter in terra figuntur, boues laſſantur, auriga deficit, deniq; & plauſtrum ipſum penè perfractum videmus, & tãdem omnia hæc damna fœnum aridum in illo efficit. Fœnũ carnem cum ſuis curis ac ſolicitudinibus refert, clamante Eſaia, atq; dicente, Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos fœni, exſiccatũ eſt fœnum, & cecidit flos. Hæc ergo cura grauiter premit homines, præcipuè eos, qui huius ſeculi legibus ſubdũtur, quid manducabunt, quomodò rem familiarem augebunt, vt lautius viuant, molliùs veſtiantur, pluribus abundent ſeruis, ac equis. Non huic oneri comparabitur pondus plumbei, cogitabundus, inſomnis, inquietus, incompoſitus. Proh Deum immortalem! quæ pondera ſuper ſe tollit, vt qui eum ita ſolicitum attenderit, æſtimabit ipſum totum mundum ſupra ſe ferre, & tamen nihil niſi fœnum, ac paleas portat. Diſperſus eſt vniuerſus Iſraël ad colligendas paleas in Ægypto: ſic iſti ventris, ac mundi mãcipia, per vniuerſum diſperguntur orbem, omnia perluſtrant maria, vt paleas iſtas, ac lutum colligant, vt fœnum hoc quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur ſecum vehãt. Ille vt dignitatẽ obtineat, ſtridet dẽtibus: hic vt officiũ in domo Regis habeat, vociferatur: alius vt cathedram adipiſcatur, inſanit, & tamẽ omnia fœnũ ac paleæ ſunt. Ideò Deus ordinauit, vt hæc onera eis eſſent, quæ ita auidè quærunt homines. Poſuit ſuper eos orbem, fecit illos orbis iumenta; vt omnes eius curas veluti plauſtrum ſuper ſe vehant, ſtrideantq; ac ſtrepãt, & tamen nihil aliud quàm fœnum portent, quod tanto pondere eos premat, vt orbem ſuper ſe portare videantur. Hoc onere etiam nos Chriſtus ſubleuabit, ſi ad eum accedentes omnia ad pedes eius ponamus, cum Apoſtolis dicentes: Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te. Et in primitiua Eccleſia ad pedes Apoſtolorum ponebant primi Chriſti cultores omnia ſua, & illi qui fuerant curioſa ſectati, libros ſuos ad illos afferebant. Hæc enim eſt plenaria illa abdicatio omnium quam religioſi facimus ac profitemur. Qui autem in effectu hanc non facitis bonorum veſtrorum abdicationem, ſaltem in affectu eam debetis adimplere, ab animo reſecantes ſuperfluas curas terrenarum rerũ; vt ſic experientia diſcatis, quantò expeditiores ad Chriſtum ſequendum inueniamini. Nam Paulus ait: Qui volunt diuites fieri, inſeruerunt ſe doloribus multis. Ab his ſe vendicat, qui terrenis affectibus reſecatis, Chriſti ſequelæ ſe totum dedicat. Sic Matthæus poſt quam thelonei curas dimiſit; expeditior ad Chriſtum ſequendum eſt habitus. Aliud onus eſt peccatorum, quæ non plauſtrum onuſtum fœno, ſed repletum ferro efficiũt. Sic enim peccatoribus dicit Deus per quẽdam Prophetã. Triturаſtis in plauſtris ferreis. Et ipſimet iniqui dicunt: Laſſati ſumus in via iniquitatis, ambulauimus vias difficiles. Et Eſai. 5. dicitur, Vę qui trahitis quaſi vinculum plauſtri peccatum. Vnde talento plumbi comparat iniquitatem Zacharias: & Dauid dicebat: Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meũ, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Adeò vt penè oneri ſuccumberet, & inclinaretur. Ait quippè Pſal. 16. Inclinauerunt animam meam: nec mirum quandoquidem ipſum Dominum & Redemptorem noſtrum, qui peccata noſtra in Cruce ſuper humeros ſuos portabat, inclinare fecerunt. Ab hoc ergo tã graui, ac importabili onere etiam Chriſtus nos liberat, qui peccata noſtra ſuper ſe tulit. Nonnè vidiſti Magdalenam hoc onere peccatorum ſuorum prægrauatam ad pedes Dñi currere, pene exanimatã, & quaſi iam, quæ tãtũ onus ferre nõ poterat ad pedes eius corruere? Sed poſtquàm ab eo ſurrexit, quàm læta quamq; ſubleuata abijt. Audit enim à Dño: Dimittuntur tibi peccata multa: vade in pace. Acſi diceret. Iam onus peccatorum tuorum à te depoſui, quid moraris? Iam in pace, à tanto onere ſubleuata abire poteris. Id in ſe quotidie experitur peccator, cùm à pedibus confeſſoris ſurgit, quàm alacer, quàm alleuiatus vadit, ac qui magnum pondus à ſe depoſuit: nunquàm ſatiatur gratias confeſſori referre. In hoc tamen cautè aduertendũ eſt, quòd multotiens alleuiatur infirmus, qui mortali aliqua infirmitate prægrauatus eſt; tamen quoniam alleuiatio illa non ſuo tempore aut termino aduenit, fallax atque ſuſpicioſa eſt; poſt paululum enim reuiuiſcit peſsimus humor, & ad interitũ ducit ægrotum. Sic enim & Hippocrates, in quodam aphoriſmo nos admonet, dicẽs. Alleuiatis, & non ſecundũ rationẽ, non eſt credẽdũ. Hoc eſt, quando alleuiatio nõ tempore congruo, quo ſecundũ ægritudinis metas accidere debebat, venit. Sic peccatori multotiens, qui pec-

Eſa. 4. Matth. 6. 1. Reg. 2. 1. Thim. 6. Amos. 2. Sap. 5. & Eſai. 5. Zacha. 5. Pſal. 37. Pſalm. 16. Hippocr.

per totũ annũ flagitijs ac peccatis vacat, accidere ſolet. Venit tempus in quo ſecũdùm Eccleſiaſtica iura confiteri debet, tantisper alleuiari videtur, dũ peccata ſua, licet tepidè, recogitat, atq; cõfitetur; ſed nec eo dolore, aut intẽtione qua tenebatur: fallax regulariter hæc alleuiatio eſt. Nam quia neceſſariò confiteri debebas, ne tanquàm infidelis habereris, aut Eccleſiaſticis cenſuris ferireris, aliquantulum videris ab iniquitate ceſſare, tibi ſanus appares. Tamen quia non cõmodè id egiſti poſtridie redintegrabitur rediuiua peſtis, animamq; tuam fortius quã antea conſumet. Nec enim toto anno Dei vocationi ceſsiſti, quãdo opportuna fuiſſet alleuiatio tua, modò neceſsitate compulſus tibi ipſi ſanitatem mentiri præſumis. Quomodocũq; autem ſit, Chriſtus Dominus ab hoc peccatorum onere nos ſubleuat: ipſe quippè ea delet parcendo. Hoc eſt autem alleuiare peccata ac dimittere illa. Vndè vbi noſtra litera habet apud Geneſim id quod dicit Cain: Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear: habet lectio Hebraica. Magna eſt iniquitas mea deleuari, ideſt, vt alleuietur. Quod idem eſt ac dicere difficilis eſt iniquitas mea, vt dimittatur: idẽ quippè eſt leuare peccata, ac ea dimittere. Benè igitur clamat Dominus, dicẽs: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego re-*
Auguſt. *ficiam vos.* Vnde D. Auguſt. lib. 8. confeſ. c. 10. Quando ſuper illum ſurrexit illa carnis ac ſpiritus lucta, in cõuerſione ſua viſum eſt illi, quòd matrona quædam magnæ authoritatis, illi inter alia hæc verba dicebat: Quid in te ſtas, & non ſtas, proijce te in eum, noli timere, non ſe ſubtrahet, vt cadas. Proijce te, ſecurus excipiet te, & ſaluabit. *Et ego reficiam vos.* Non ſolum alleuiabo vos, verùm etiam ſaturitate refectos dabo. Mũdus fame cruciat ſuos, Deus ſaturitate eos replet, ſe-
Eſa. 65. cundùm illud Eſai. Ecce vos eſurietis, &
Auguſt. ſer ui mei comedent. Et D. Auguſt. in ſuis meditationibus, quæ communiter circũferuntur ait. Mundus clamat, Deficio; & tu Deus meus clamas, Reficio; & tamẽ infelix anima mea ſequitur potius mundum deficientem, quàm te Deus meus omnia reficientem: ſufficere deberent hæc verba Chriſti ad hominum maximum ſolamen; tamen adhuc ſubiungit dicens. *Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite ame, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris.* Ac ſi diceret: Ideò eſt ſuaue iugum meum, quia ego mitis ſum, & humilis corde. Talibus enim leue ac ſuaue fit iugum meum. Et certè ita eſt? Da mihi hominem chriſtianũ humilem, atq; manſuetũ: quoniam tali ſuauiſsima omnia Chriſti mandata erunt. Quãdo ergo iugum hoc, hi duo equi, manſuetudo, & humilitas deferunt, equi manſueti & parui, facile onus efficitur: quoniã lex Chriſti eſt manſuetudinis & humilitatis. Vidit
Eſa. 23. Eſaias currũ vnum, quem camelus, & aſinus deferebant. Camelus manſuetiſsimum animal eſt, nec enim habet arma quibus aut offendat, aut ſe defendat: aſinus humile eſt, quoniam humiliter quodcunq; onus fert. Nam qui manſuetè opprobria ſuffert & humiliter maioribus ſe ſubdit, facilè hoc onus portabit. Deus auertat feroces homines, quales ſunt ſuperbi, ac vindictæ cupidi, talibus enim intolerabile fit hoc onus. Quomodò ſuperbus obediet, qui cũcta imperare contendit? Quomodò iracundus iniurias cõdonabit, & alteram percutienti maxillam præbebit, qui vindictam aduerſùs proximũ auidiſsimè exercere ſatagit? Equi indomiti ſunt, qui habenas & vincula rumpunt, qui quaſi filios onagri liberos ſe eſſe putant, vt
Iob. 11. ait Iob. Superbus enim ſe liberum clamat fuiſſe natum, vt ſuperbi Iudæi dicebant: Filij Abrahę ſumus, nemini ſeruiuimus vnquã.
Ioann. 8. Contra quos & Hierem. propheta dicebat:
Hierem. 2. A ſeculo confregiſti iugum, rupiſti vincula, dixiſti, Non ſeruiam. *Et inuenietis requiem animabus veſtris.* Hæc requies quæ in nulla re mundi inuenitur, hanc, inquam, in ſolo Deo reperies. Sic enim ait Auguſtinus: In
Auguſt. omnibus quæ mẽte pertracto, non inuenio requiẽ præter in te Domine, in quo diſperſa mea colligũtur. Quoniam in Deo omnia bona ſimul collecta conſiſtunt, quæ tamen in rebus alijs diuiſa ſunt. *Iugum enim meum ſuaue eſt, &c.* Duo ſunt quæ importabile reddunt onus. Vel quia non rectè accomodatur portanti: nam quando onus ſcapulis, aut capiti deferentis, non aptè ponitur, vulnerat & premit portatorem. Secundũ quod facit intolerabile onus eſt, quando ipſummet onus eſt ſupra vires portantis ponderoſum. Igitur iugũ Domini quod eſt lex eius, valdè accõmoda eſt humeris portãtis: quare ex hac parte non poteſt eſſe importabilis. Eſt enim Lex Chriſti conformis rationi hominis, quam ipſamet ratio & lux naturalis approbant, tanquàm ſibi maximè conueniẽtem. Conſonat quippè valdè ipſi rationi, ac naturali lumini: quod enim ratio naturalis dictat, hoc eſt ipſa lex Euãgelica. Quare de

ea

Pſal. 18. ea dicitur Pſal. 18. Iuſtitiæ Domini rectæ lętificantes corda, *Son al talle del coraçon*, & ideò ſuaues ipſi efficiuntur. Præceptum Domini lucidum illuminans corda, id enim amat cor, id eſt, voluntas hominis, quod intellectus tanquam bonum approbat, atq; proponit. Lex autem Chriſti eſt ipſamet lux naturalis cõformis rectæ rationi, quam ipſa ratio tãquam ſibi rectè accomodatam approbat: ergò ſuauiſsima cordi eſt. Imò nec funes ipſi quibus hoc onus noſtræ ligatur voluntati, multùm nos premunt, ſunt enim charitatis & amoris vnicula, de quibus
Oſeæ 1. dictum eſt. In funiculis Adam traham eos,
Coloſ. 3. in vinculis charitatis. Et Paulus charitatẽ vinculum perfectionis vocat, dicens. Super omnia charitatem habete, quod eſt vinculũ perfectionis. Hoc eſt, funes quas ſuper onus debetis iungere, vt cùm corde veſtro ſtringatur, ſint charitatis Dei, quæ perfectè nos iungit Deo, & proximo, & leuia facit, tam præcepta quæ ad Deum pertinent, quam quę ad proximum. Vndè ligatura hæc non ferit aut premit, ſed leuiora onera facit:
1. Ioan. 5. quoniam, & præcepta eius (vt ait Apoſtolus) grauia non ſunt: quando quidem Lex eius, non plus continet quàm decẽ verba.
Simile. Et ipſummet iugum quod amoris eſt, ſe ipſum leue facit, quemadmodum alæ in paſſere, quæ videntur illi oneri eſſe, potius ſunt quæ illum leuificant, vt ſuper aëra volare poſsit. Sic præcepta Dei, quæ videntur nobis onerosa eſſe; tamen quoniam præcepta amoris ſunt, prorſus leuiſsimum reddunt onus; amanti quippè nihil eſt difficile
Auguſt. ait Auguſtinus. Portabant Arcam fœderis ſa-
1. Paral. 15 cerdotes, & Scriptura referẽte, dicitur. Adiuuit Dominus Leuitas, & portauerunt Arcam. Et diſputantes interpretes, quod nam adiutorium hoc fuit, quod ſacerdotibus pręſtitit Deus ad portandam Arcam, reſpondẽt ex traditionibus Hebręorum, id fuiſſe, quoniam miraculoſè ipſa Arca ſe ipſam ferebat, abſq; hoc quod tangeret humeros ſacerdotum; nec illis onerosa vllo modo eſſet. Sic eſt iugum ac lex Domini. Ipſa ſe fert manibus ſuis: quoniam eſt lex amoris, quæ ſe ipſam facilè ducere ſinit. Maximè quoniam ipſemet Deus, qui onus ſuæ legis nobis imponit, ipſe ſe nobiſcum vnit, vt adiuuet ad deferendum. Nam ideò dicitur iugum, quod non vnius ſed duorum onus eſt.
1. Cor. 10. Quarè Paulus dicit. Non autem ego ſed gra-
1. Ioan. 5. tia Dei mecum. Et 1. Ioan. 5. Mandata eius grauia non ſunt. Quia omne quod natum eſt ex Deo, vicit mundum. Hoc eſt, ideò nõ ſunt grauia, quoniam gratia Dei, quæ filios Dei conſtituit, implentur, qua gratiæ virtute omnia mundi impedimenta vincuntur. Igitur, vt ſic ſermoni finem imponamus, ſi iugum Domini ſuauiſsimum ac leuiſsimum eſt, quam excuſationem prætexere poteris (ò ignaue Chiſti cultor) niſi peſsimam cõſuetudinem peccata atq; flagitia tua, deſidiam, ac ignauiam tuam, quæ tibi ob tuam culpam, ad præcepta Dei ſeruanda impedimentum præbent?

Secundò etiam ſic dicere poteris infe- *In eodem*
ſto S. Mathiæ. Apoſtolorum Domini feſta *feſto moralitas ſeu*
tanquàm feſta paſchalia celebrat Eccleſia: *alia cõcio.*
quoniam primi Eccleſiæ fundatores fuere. Nam ſicut olim primis vrbium fundatoribus apud Gentiles honores diuini decernebantur, ſicut Romulo Roma; ſic primis huius inferioris Hieruſalem ædificatoribus, quæ exemplar quoddam eſt illius cœleſtis, iuſtè honores ab Eccleſia decernuntur: non illi qui ſoli Deo debentur (ſicut cæca facie bat Gentilitas) ſed qui tantis viris ſecũdùm rectam rationẽ iudicat deberi, qui & primitias ſpiritus receperunt, & huius Romanæ ciuitatis perpetuò permanſura fundamenta iecerunt. Quòd ſi omnibus Apoſtolis, is honor debetur, neſcio quid ſingulare beatus Mathias præferet, eò quod ab Spiritu ſancto in locum traditoris Iudæ ſuffectus eſt. Remanſerat mancus duodenus Apoſtolorum chorus, ex quo vnus qui ad tantum ſcelus progreſſus eſt, vt magiſtrum & Dominum ſuum, auſus fuerit inimicis pretio dare, laqueo deinde ſuſpenſus eſt, & ſic perijt; oportebat, vt aliquis locum iſtius quem vacuum reliquerat, ſuppleret, vt perfectus Apoſtolorum numerus permaneret: & hic fuit Mathias ab Spiritu ſancto ad hoc munus electus. Fuerant quidẽ duodecim Chriſti Apoſtoli duodecim illæ tubæ argenteæ, *Leuit. 23.*
quibus olim ſacerdotes, ad Dei feſta & ad ſabbatha vocabant populum. Quoniam ſic duodecim Apoſtoli fecerunt ſuis ſonoris pluſquam argentum vocibus, mundum ad Agni nuptias, ad feſta cœleſtia, & ad eternã requiem vocauerunt. Vna autem defecerat, quæ crepuerat (crepuit quippè medius
Iudas, & diffuſa ſunt viſcera eius, vt Petrus di- *Acto. 1.*
xerat:) quarè remanſerant imperfectæ voces, diſſonamq; muſicam videbantur efficere, & ſurdus videbatur hic ſacer duodenarius numerus, abſq; hac tuba quę crepuerat. Quare Mathias loco eius poſitus eſt, qui hũc

chorum ſua voce compleret, & ſic per totũ intonaret orbem. Ipſe autem populo Iſraël tuba cecinit, tanquam nobilis, & in Lege doctus, cui merito totus ille populus parere deberet. Quod tamen minimè fecit, quinimò tanquam blaſphemus à Iudęorum populo lapidibus obrutus eſt. Duo autem ex hac Mathię electione pro noſtra eruditione colligere mihi videor. Alterũ eſt hinc diſcere quam facile ſit coram Deo hominũ ſupplere defectus. Si enim iſte aut ille defecit, manus habet faciles, ad hoc quòd aliũ loco eiu sconſtituat. Da mihi hominem in Eccleſia Dei nimia ſanctitate pollentem, literis diuinis eruditum, alijſq; virtutibus prædituin, defecit & mortuus eſt. Mundus quidem eius defectum ſentiet, quoniam alterum illi ſimilem efficere non valebit: Deus autem minimè; nam in momento poterit alium ei æqualem, imò & meliorem loco eius conſtituere. Defecit Iudas, ecce Mathiam loco eius ſuffectum videmus. Hinc Deus eſt, quoniam nullius alterius indiget,
Pſal.15. vt Pſalmiſta dicit: Ego dixi, Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non indiges. Videtur mihi quod Deus in hoc ſe habeat ſicut ſcriba quidam, qui plures pennas
Simile. ad ſcribendum habet paratas, quòd ſi hæc deficit, nec benè characteres depingit, illã à ſe velociter proijcit, vtpotè qui alias ad ſcribendum ad manum habeat. Sic Deus in cuius manu cuncta ſunt poſita, ſi aliquis ex eius miniſtris aliquo caſu deficit, nõ Deo aliquid intereſt; habet enim in poteſtate ſua quàm plurimos alios paratos, quos loco
Iob.34. illius conſtituere poteſt: ita enim & Iob dicebat. Qui ſubuertit plurimos, & innume-
Sap.12. rabiles, & ſtare facit alios pro eis. Et ſapiẽs ait. Quoniam ſi perierint nationes, quis tibi imputabit? Ac ſi diceret: In poteſtate tua cuncta ſunt poſita, ac preter hoc quòd ſine vniuerſi conſiſtentia à ſeculo, & vſq; in ſeculum tu es Deus; alios orbes quos voluerис condere vales, ea facilitate qua mundũ hunc vniuerſum condidiſti. Suſpendatur Iudas, & in infernum detrudatur, ad manum habet Deus Mathiam, qui locum eius
Leuit.24. optimè implere atq; ſupplere valebit. Præ-
Num.4. ceptum erat olim in Lege, vt nunquàm panes calidi deficerent in templo coram Deo: nam quandò iſti frigefiebant, alij protinus in eorum loco ponebantur. Hoc ſignificante Spiritu ſancto, nunquàm ab Eccleſia defecturos bonos qui ardore gratiæ, & charitatis calerent. Quod ſi iſte repeſcit, & per peccatum frigidus effectus eſt, iam alium loco, eius ſubſtituet Deus: potens enim eſt Deus ſtatuere quos voluerit. Hęc erat cura, quę Prophetam Heliam anxium habebat, cùm dicebat. Prophetas tuos occiderunt, & *Rom.11.et*
altaria tua ſuffoderunt, & remanſi ego ſo- *3.Reg.19.*
lus, & quærunt animam meam. Sed quid dicit illi diuinum reſponſum? Seruaui mihi ſeptem millia virorum, qui non curuauerũt genua ſua ante Baal. Ne æſtimes te ſolum ex ſeruis meis remanſiſſe: nam & ſi tu occidaris, alios ſeptem mille habeo, qui recto cor de ſeruiunt mihi. Id eſt etiam quod Ioannes *Matt.3.*
dixit Iudæis. Nè velitis dicere, Patrem habemus Abraham; Amen dico vobis potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahę. Quoniam ex lapidibus panes faciet Deus: nam ex Paulo, quondam obdurato tanquam lapis filium Abrahæ fideliſſimum, & obſequentiſsimum fecit Deus, & ex eadem lapicidina Iudeæ plures filios Abrahę conſtituit. Ex filijs enim Patrum infidelium, Apoſtolos ſuos conſtituit Deus, ex quibus, & hic noſter Apoſtolus fuit. Ecce primum quod ex hac electione Mathiæ diſcimus. Secundum quod attendere debemus eſt, quòd cum Mathia venit in ſortem alter diſcipulus qui dicebatur Barſabas, cognomento Iuſtus; & tamen non ſuper illum cecidit ſors, ſed ſuper Mathiam, vt diſcamus non omnes quos mundus tanquam iuſtos colit, electos à Deo eſſe. Fallitur enim ſępe ſępius mundus, non penetrans virtutis eſſentiam, & in ſola exteriori apparentia conſiſtens. Nec enim qui *2. Cor.10.*
ſe ipſum cõmendat ille probatus eſt, ſed quem Deus cõmendat. Hoc eſt, nec qui ſe ſanctificat, nec qui ſanctificatur à mundo ille ſanctus eſt; ſed ſolus ille quem Deus ſan *Simile.*
ctificat, qui ſolus eſt qui ſanctos efficere poteſt, ſicut ſolus ille Comes, aut Dux eſt, quẽ rex ità nominauerit. Sic ille ſolus ſanctus eſt, quem Deus dixerit ſanctum. Vndè & Paulus dicebat. Mihi pro minimo eſt, vt à *1. Cor.4.*
vobis iudicer, aut ab humano die: qui enim iudicat me, Dominus eſt. Nam his quos mũdus celebrat dicitur alibi. Nomen habes quòd viuas & mortuus es. Ob hoc non ſo- *Apoc.3.*
lùm non inuideo his quos mundus adhuc viuentes tanquam ſanctos celebrat, quin potius miſereor illis: quoniam in periculo grãdi ſuperbiendi verſantur. Illorum potius comes eſſe volo, qui in angulo ſuo ſancti ſunt, nec de hominum opinione curam habent. Nam qui ab hominibus ſancti prædicãtur,

maximis

maximis ſubduntur periculis. Si enim verè ſanctus ac iuſtus es, quorſum tot tuę ſanctitatis ſtrepitus? Vt quid cupis quòd omnes norint, te orare, in oratione rapi, ieiunare, aliaq; ſanctitatis ſigna corã hominibus prædicare? Ecce qui à populo dicebatur iuſtus, taleq; cognomen habebat, non eſt electus à Deo; vt ſcias, non illos ſemper iuſtos corã Deo, quos in loco iuſtorum mundus habe-
Eccle.8. bat. Et memento illius Sapientis ſententiæ qua dicit: Vidi impios ſepultos, qui cùm ad huc viuerent, in loco ſanctorũ erant, & laudabãtur in ciuitate, quaſi iuſtorum operũ. Sed ad Euangelium rurſus veniamus, in quo ſic Dominus dicit. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Laſſatis & onus eſt deponendum, & cibus adminiſtrandus: Nam ſub onere non illis dulcis eſſet cibus, & ideò vtrũq; id promiſit Chriſtus. *Venite ad me.* Non vos ad domum meam voco, non ad Angelos aut ſtellas vos inuito, ſed ad me, qui ſalus, vita, ac beatitudo veſtra ſum. Accedite ad eum (ait
Pſal.33. Pſalmiſta) & illuminamini. Quoniam ipſe
Luc.2. eſt lumen ad reuelationẽ gentium. *Omnes,* Quoniam non eſt acceptio perſonarũ apud Deũ, & quia omnibus omnia factus eſt. Vn
Ambroſ. de D. Ambr. lib. de virginitate ſic ait. Omnia habes in Chriſto. Si vulnera habes, medicus eſt; ſi febricitas, fons eſt: ſi mortem times, vita eſt: ſi ſitis, aqua viua eſt: ſi fame perieris, alimentũ eſt: ſi cæcus, lumen eſt. Omnia in ipſo habemus, omnes ergo ad illũ ac-
Hierem.9 cedam⁹. *Qui laboratis.* Peccatores hìc vocat, qui vt iniquè agerẽt laborauerũt. Nec enim plumbum eſt, quod ſic deprimat, nec ferrũ quod ita ponderet, nec arena quæ ſic premat ac frangat corpus, quemadmodũ peccatũ deprimit animam. Vnde de peccatoribus dicitur. Deſcenderunt in profundum quaſi lapis. Eſt lapidem grandẽ collo habere colligatũ, vt ſubmergaris, vnũ habere peccatum mortale in anima, quo in barathrum præcipiteris. Quarè de iniquis dicit Dominus. Expedit ei, vt ſuſpẽdatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundũ maris. Nam & plumbeum talentũ vocat
Zachar.11 impietatem Zacharias. Hi ergò accedentes ad Chriſtum à tanto onere ſubleuantur, vt
Simile. ſuprà diximus. Naturales docent miraculũ quoddã naturę in magnete, quę habet virtutem trahendi ad ſe ferrum. Si ergò magnes in vna ſtatera ponatur, & ferrum in alia; tã lapis quã ferrum ſuum propriũ pondus habet. Cæterum ſi magnes ſemel ad ſe attraxit ferrum, ſuamq; illi virtutem communicauit, non tunc plus ponderis habet ferrũ, quã lapis cui hęret, ſed ſolùm pondus lapidis ibi eſt, non ferri: amittit enim ibi ſuum pondus ferrũ. Et ratio eſt, Quoniam per modum finis trahit ad ſe ferrum, & hoc facit illud vnã rem ſecum. Hæc eſt enim conditio finis, quod tanto pondere ad ſe rapit res, vt vna res ex vtroq; fiat. Peccator, ferrũ eſt, obduratus malitia peccati. Deus autem eſt *Pſal. 94.*
magnes: quoniam Deus magnus eſt, qui tãquam finis ad ſe trahit & rapit peccatores, ſecundum illud. Nemo poteſt venire ad me, *Ioan. 10.*
niſi Pater meus traxerit eũ. Cùm igitur peccator à Deo ſeiunctus eſt, pondus per ſe facit, & ideò grauis, & ponderoſus eſt. Habet enim malitiam peccati, quæ ponderoſior omnibus ponderabilibus eſt, vt ſtatim diximus: at verò cùm Deus illum ad ſe trahit tãquam magnes, ſuamq; gratiam ac virtutẽ ei comunicat; alleuiat eum à peccati pondere, & tunc iam non eſt moleſtus ac grauis peccator, ſed ſuauis ac mitis Chriſtianus. Quarè Iob dicebat: Quare me poſuiſti contrariũ *Iob.7.*
tibi, & factus ſum mihi metipſi grauis? Hoc eſt dicere. Cùm ſine te ſum, & à te per peccatum ſeparatus, grauedine peccatorũ premor, nec me ipſum ferre poſſum. Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? Ac ſi diceret. Sed ſi ſemel me tanquã magnes ad te attraxeris, peccatiq; pondus à me abſtuleris; iam tunc facile mihi quicquid mandaueris erit. Pone me iuxtà te, & cuiuſuis manus pugnet cõtra me. Neminem tunc timebo: quoniam non iam meo pondere, ſed tuæ gratiæ ponderari debeo. Habet ſe peccator ſine Deo *Simile.*
tanquàm languidus quidam ac valetudinarius, qui ſibi metipſi grauis eſt, & ſemper querulas voces emittit. Quòd ſi interrogaueris, eũ quid habet, dicit ſe neſcire, ſed ꝓ malè habet ſemper. Et in cauſa eſt peſsimus ille humor, qui in corpore ſuo effrenatus prædominatur. Sic peccator inquietus atque triſtis multoties incedit; ſępe enim illum quaſi aliquo humore triſti præpeditũ inuenis. Quòd ſi interrogaueris illum quid habeat, reſpõdebit ſe neſcire. Nec enim intelligit, humorem illum peſsimum peccati, qui animæ ſuæ prædominatur, in cauſa eſſe ſuę grauedinis atq; mœroris, cùm è cõtra iuſtus alacer atque hilarior incedat, etſi alij cauſam ignorant; quoniam habet theſaurum illum abſconditum in corde ſuo, quo ſe ſuper omnes res creatas gaudens effert.

Rectè ergo dicit Dominus. *Venite ad me omnes qui laboratis, &c. Venite ad me.* Qui finis veſter ſuum, & deponite apudme omne pōdus, & circunſtans vos peccatum. Ego enim alleuiabo pondera veſtra, & inſuper rore meæ gratiæ perfundam atq; reficiam vos. Imò & ſubinfert. *Tollite iugum meum ſuper vos.* Tollite. Tu debes illud tollere, & volunariè collum tuum illi ſubmittere. Nō enim coactos vult Dominus ſuæ legis obſeruatores. Nemo credit niſi volens. Et alibi. Si quis vult poſt me venire. Imò, & ad diſcipulos ſuos dicebat Dominus. Nunquid & vos vul
Ioan.6. tis abire? Ac ſi diceret. Non coactos ac inuitos vos volo, ſed volūtarios ac promptos.
Pſal.53. Quarè & Dauid dicebat. Volūtarie ſacrificabo tibi. *Tollite iugum, &c. Iugū enim mēu ſuaue eſt, & onus meum leue.* Iugum quidem eſt Lex Chriſti, iugum tamen ſuaue ſimul, ac honorabile. Plus honoris habet, quàm oneris, plus vtilitatis, quàm laboris. Ideò quippè Sapiens legem Dei vocat torquem aureā, quæ honoris cauſa collo circumcingitur,
Prou.1. cùm Prouerb.1. dicit. Audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ; vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Qui enim cathenam ſuperponit ſibi, videtur vincula ſibi inferre, & tamen potius honorem ac decorē ſibi addit: ſicut
Simile. qui cathenam auream velleris (quam dicūt del Thuſon) collo ſuo circundat, maximum ſibi honorem comparat: ſic qui torquē hanc huius immaculati agni Chriſti (cuius vellus aureum eſt, quia pretium noſtræ redemptionis fuit) collo ſuæ mentis circundat; maximum ſibi decorem ac honorem acquirit. Tam longè diſtat ab onere Lex Dei, vt potius ſit honor quem Deus ſuis amicis facit; vt ſua mandata obſeruent. Ioſeph collum
Gen. 41. Pharao torque aurea circūſepſit, quod ſignum magni honoris fuit. Sic Chriſtus Dominus, quos vt amicos honorare vult, cathena ſuę legis ligat, atque equites illos aurei velleris conſtituit, ex quo filius eius fuit. Ea propter Paulus forſan dixit, quòd iuſto non eſt
1.Thim.1. lex poſita. Nā etſi iuſtus legem obſeruet, non tamen illi ſubijcitur quantum ad vim coerciuam, ſed quantum ad directiuā. Hoc eſt, non coactus legem facit & ſeruat, ſed voluntariè ei ſe ſubijcit, non tanquàm ſeruus ſub lege, ſed tanquam liber ſub gratia conſtitutus. Habet enim pro honore maxi-
Eccleſ.6. mo, huic cathenæ eſſe alligatum. Vndè Eccleſiaſ.6. dicitur. Inijce pedem tuum in cōpedes illius, & in torques illius collum tuū. Subijce humerum tuum, & porta illam, & ne acedieris in vinculis eius. Hoc eſt, tu met voluntate tua pedes tuos in compedes illius inijce, id eſt, nullos paſſus ambules præter illos quos Lex Domini præcipit; & in torques illius, &c. Tumet huic cathenæ te liga, quæ te potius honorabilem ac liberum reddit. Subijce humerum tuū, &c. Non enim onus ſed honorem portant Dei mandata, non ſeruitutem ſed libertatem ſpiritus conferunt. *Iugum meum ſuaue eſt.* Quoniam tota Lex Chriſti eſt Lex amoris, qui omnia dulceſcere facit. Vndè
& Eſaias prædixerat. Computreſcet iugum Eſai. 10.
à facie olei. Hoc eſt, duritiem funis lini, & oleum amoris ac miſericordiæ, qua abundat Lex Chriſti. Funiculus putridus facilè rumpitur, nec enim multum grauat; ſic Lex Chriſti, oleo amoris perfuſa, facilis nobis effi citur, quæ te potius liberum à corruptione carnis tuæ facit, quàm captiuum. Vndè
Paulus Galat.5. dicit. Vos in libertatem Galat.5.
vocati eſtis fratres, tantum nè libertatem veſtram in occaſionem carnis dederitis. In quo videtur taxare hereticos noſtri temporis, qui ſub obtentu libertatis Euangelicæ, deſiderijs carnis habenas ſoluunt. Lex enim Chriſti ad libertatem ſpiritus vocat, nè mentes noſtras iugo peccati, & diaboli ſubijciamus: non tamen vt nos carnis noſtræ paſsionibus tanquam mancipia ſubdamus. Vnde ſubdit. Sed ſeruite inuicem, in Galat.5.
charitate. Seruos quidem adinuicem vos facere volo, ſed quòd ſeruitus veſtra ſit charitatis atque amoris, quæ potius eſt libertas ac pax. Nihil enim magis repugnat ſeruitu ti, quàm ea quæ examore facimus, quoniam plus voluntariè ea operamur: voluntarium autem repugnat coacto ac violento, quod nomine ſeruitutis includitur. Ob hoc quippè iugum, Legis à ceruicibus hominum excuſsit Chriſtus, vt nos in libertatem filiorum vocaret. Sic enim per Eſai. dicitur. Eſai.9.
Iugum enim oneris eius, & ſceptrum exactoris eius ſuperaſti. Et id Iſaac vaticinatus
eſt cum dixit. Tempus erit, vt excutias Gen.27.
iugum eius de collo tuo. *Tollite ergò iugum meum ſuper vos: quoniam ſuaue eſt.* Quarè Lex vetus arcui, Noua vero chordæ cōparatur. Arcus balliſtæ ferreus eſt, & inflexibilis: quoniā Lex vetus dura erat, & importabilis, quam populus ille ferre non poterat Lex autem noua chordæ comparatur quæ blanda eſt: Quoniam ſemper ex ſe emittit ſagittas amoris: Hoc eſt præceptū meum, vt

Ioan.13. vt diligatis inuicem. In hoc cognoſcēt quod mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem ad inui-
Rom.13. cem habueritis. Qui proximum diligit, Legem impleuit. Plenitudo legis eſt dilectio. Et alia multa quæ ſagittæ amoris ſunt, ab hac chorda legis nouę emiſſę. *Iugū meū, &c.* Suum vocat hoc iugum, quoniam etiā Chriſtus huic videtur ſe ſubijcere iugo. Si enim eū amauerim⁹, & ipſe viciſsim amabit nos.
Ioan. Si quis diligit me, diligetur à Patre meo, & ad eum veniemus, & manſionem apud eū faciemus. Ipſe ſe nobiſcum vnit ad hoc iugum portandum, vt ſupra diximus ex Pau
1. Cor.15. lo qui ait. Plus omnibus laboraui, non autem ego ſed gratia Dei mecum. Et tamen licet Deus mecum ſit ad merendum; ego tamen ſum qui mereor, & opera bona operor. Nam quia hoc vinculum amoris eſt, ego ſum qui facio, ſecundùm illam amoris regulam qua dicitur. Quod per amicos poſſumus, per nos ipſos poſſumus. Amicus quippè eſt alter ego. Quarè amicus inter propria mea connumeratur: vndè quod per illum facio, per me ipſum facio. Cum tali ergò amico omnia poteris. Sic enim
Philip. 4. ait Paulus. Omnia poſſum in eo qui me confortat. Quare excuſationem non habes, ò homo ignaue. Nec dicere poteris. Non ſuppetunt mihi vires meæ, ad omnia quæ Deus iubet adimplenda. Habes quippè ad manum adiutorem ipſum Deum, & Dominum Ieſum Chriſtum. Ipſe enim de ſe
Matt. vlt. dicit. Ecce ego vobiſcum ſum, vſq; adcōſummationē ſeculi. Et Sponſa dicit. En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per
Cant.2. feneſtras, aſpiciens per cancellos. Ipſe ſe nobis inſinuat, & quaſi furtiuè nos reſpicit attēdens an eius auxilio indigeamus, vt ſi petierimus, conferat. Imò & ipſe præuenit nos pulſando, ſecundùm illud. En ego ſto ad oſtium & pulſo. Et alibi. Inuoca me, & ego
ero tecum. *Super vos.* Quoniam Lex Dei ſuper omnes alias leges debet ſuperſedere, ſuper corda noſtra, ſuper oculos noſtros, ſuper omnia deſiderabilia noſtra. Nam timor Dei ſuper omnia ſe ſuperpoſuit. Eſt enim
Simile. oleū quod alijs liquoribus ſupernatat. Super leges hominum debet eſſe Lex Dei, iniuſtæ quippè erunt omnes leges, quæ hac lege Dei non fuerint regulatæ. Vę tibi peſſime Chriſtiane, qui plus facis hominū mādata, quàm legem Dei. Mittet te Deus ad
Hierem.35 Rechabithas per Hieremiam, qui melius obedierunt patri ſuo mandanti, ne biberēt vinum, & ne in domibus habitarent ſed in deſertis: & cùm hæc grauia eſſent tamen filij Recab obedierunt. Nobis autem præcepit Deus ſuauia, & non facimus. Multa alia hìc poteris dicere, & conſule Commentarios noſtros ſuper Pſal.118. in primo verſu: Beati immaculati in via, à principio. *Et inuenietis requiem animabus veſtris.* Quoniam in fine dumtaxat res quieſcunt: Deus autē
finis omnium noſtrum eſt: vndè Sapiens di- Eccl.51.
cit. Videte quoniam modicum laborauī, & inueni mihi multam requiem. Et Ioan Apo Apoc.5.
cali.5. Beati mortui qui in Domino moriūtur, amodò iam dicit Spiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis. Hanc autem requiem Deus nobis in ſempiternū conferat, Amen.

Iterum pauca addam ſupradictis ad com- Alia moralitas.
plementum eorum. *Venite* Hierem.51. dicitur: Qui fugitis gladiū, venite & nolite ſtare: Recordamini procul gladiū. Venite, re- Hierem.51
cordamini procul Domini, & Hieruſalē aſcēdat ſuper cor veſtrū. Venitur autē fide, & deuotione ſecundum illud Eſai.2. Domus Ia Eſai.2.
cob venite, & ambulate in lumine Dei noſtri. *Ad me.* Ecce ad quem, quia ad Verbū, quod ſolum eſt via redeundi ad Patrem, & ſolus dans notitiam Patris. Vnde Eccleſiaſ. Eccleſ.51.
vlt. dicitur. Appropinquate ad me indocti, & congregabo vos in domum diſciplinę Deutero.33. Qui appropinquant pedibus Deute. 33.
eius, accipient de doctrina ipſius. *Omnes.* Vt notetur vocatorum generalitas. *Qui laboratis.* Vt manifeſtetur veniendi neceſsitas. *Et onerati eſtis.* Vt oſtendatur veniendi vtilitas: nam ad omnes generaliter dicitur. Trā- Eccleſ.24
ſitē omnes ad me, qui concupiſcitis me, & à generationibus meis adimplemini. Et Acto. Actor.10
10. In omni gente quętimet Deum, & operatur iuſtitiam, acceptum eſt illi. Nam cùm homo generaliter capax ſit Dei per intelle ctum, & affectum; nunquam poteſt eſſe perfectus niſi capiat, eum ſecūdùm quod eſt ſapientia, per intellectum, & ſecundùm quod
eſt virtus, per affectum. Vnde.1.Cor.1. dicitur. Nos prædicamus Dei virtutem, & Dei 1. Cor.1.
ſapientiā. Quarè ad perfectionē fides & charitas requiruntur, vt totus homo totū Deū
capiat. *Qui laboratis.* Alber. ait. Labor ex tri Albertus.
bus cauſatur: aut ex contrarietate naturæ, quomodo ægrotū laborare dicimus, ex hoc quòd vnum contrariorum ſuperabundat, Aut ex contrarietate potentiæ ad opus, vt ſi quid ſupra virtutem aut reſiſtere aut opponi videatur. Quemadmodùm caro Spiritui aut Lex membrorum legi Spiritus. Inde fit enim, vt non facile quis bonum ope-

retur reſiſtẽte animali parte. Sed & anima-
2. Cor.12. lis homo (vt ait Paulus) non percipit quæ
Dei ſunt. Hinc nimirum hęreſes, hinc infi-
delitas, hinc etiam carnis opera quæ Paulus
Galat.5. enumerat ad Galat.5. Vndè Eſai. 45. dici-
Eſai.45. tur. Labor Ægypti, negotiatio Æthiopię, &
Sabbaim, viri ſublimes ad te venient, & tui
erunt. Labor enim Ægyptũ idolatrię typum
geſsit intellectũ affligẽs. Negotiatio Æthio-
pum nigrorum, exagitatio paſsionum eſt.
Emergit etiam labor ex tentationibus ex-
ternis: nam domeſticas dicimus eas quę ſunt
carnis noſtræ. Externæ autem tentationes,
ſeu impedimenta virtutis ſpiritualis, nobis
à mundo ſuggeruntur: quia quidquid in mũ-
1. Ioan.2. do eſt, aut eſt concupiſcentia carnis, aut cõ-
cupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ.
Hinc ſegnius emergimus ad opus bonũ, tot
contrarijs nobis laborem faceſſentibus: at
verò per Chriſtũ erigimur, & ſubleuamur;
vicit enim ille mundum, carnem, diabolũ,
& peccatum. Sed & hæc eſt victoria quæ vi
1. Ioan.5. cit mundum, fides noſtra, vt ait Ioannes.
Fides autem erit ſi ad Chriſtum acceſſeri-
D.Tho. mus. D. Tho. ſuper hunc locum de Iudæis
hoc intelligit, qui laborabãt onere Legis: q
Actu. 15. Petrus ait Act.15. Vt quid tentatis impone
re iugum ſuper ceruices noſtras, quod nec
nos, nec Patres noſtri portare potuimus?
Sed alij per laborantes Iudæos ob hanc mo
do dictam rationem, per oneratos Gentiles
onere peccati preſſos intelligunt; quoniã
omnes vocat hic Chriſtus. *Venite ergo ad me
omnes qui laborati & onerati eſtis.* Venerunt
1. Reg. 22. ad Dauid omnes, qui erant in anguſtia cõſ-
tituti, & oppreſsi ære alieno, & amaro ani-
mo, & factus eſt princeps eorum. In angu-
ſtia conſtituti ſunt malè vel inutiliter labo
rantes. Opreſsi ære alieno ſunt, quibus põ-
dus legis, vel exactionum incumbit: amaro
autẽ animo, ſunt oppreſsi ſarcina peccato-
rum. *Et diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis
corde.* Duo dicit eſſe diſcenda ab ipſo præci
puè, quorum vnum temperat mala quæ pa
timur, & alterũ cuſtodit bona quæ opera-
mur. *Quia mitis ſum.* Neminẽ lędo, & læſus
vindictam non expeto. Corde autem dici-
tur eſſe humilis, hoc eſt verè; nam vt dicitur
Eccleſ. 19 Eccleſiaſ.19. Eſt qui nequiter ſe humiliat,
& interiora eius plena ſunt dolo. *Et inuenie
tis requiem.* Non corporibus, quia illa ad la-
borẽ nata ſunt; ſed animabus veſtris in in-
Simile. ternis gratię bonis. Sicut enim nulla res re
quiem inuenit, niſi in loco naturali ſibi ad
quem mouetur; ità anima & cor hominis
nõ inuenit requiẽ, niſi in Deo; ad cuius par
ticipationem facta eſt, ſicut ex Auguſtin. D. Aug.
10. confeſsio. ſupra retulimus, vbi ait. In
omnibus quæ mente percurro, non inuenio
tutum locum animæ meæ præter te, in quo
colliguntur ſparſa mea. Hierem. 6. State Hierem.6.
ſuper vias veſtras, & videte, & interrogate
de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona & am-
bulate in ea, & inuenietis refrigeriũ anima-
bus veſtris Et Eſai.32. Sedebit populus meus Eſai.32.
in pulchritudine pacis, in tabernaculis fidu-
ciæ, & in requie opulẽta. Nam hæc requies
animæ conſiſtit in viſione veritatis, in amo
re bonitatis, & in ſecuritate æternitatis. Pri-
mũ reſpõdet Fidei, ſecundum Charitati, ter
tium Spei. *Iugum enim meũ ſuaue eſt, & onus
meum leue.* Quoniam onera peccatorum no-
ſtrorum poſuit Pater ſuper ſcapulas eius, &
fecit illum pro nobis peccatũ, hoc eſt, pœnã
peccati: & quia id ad quod inclinatur natu-
raliter rationoſtra, nobis præcipit, deinde Similē.
ſua gratia nos adiuuat. Et ſicut lapis natura
liter atque ſuauiter tendit ad centrũ, quòd
ſi illum fortiter proieceris, fortius ibit. Sic
ad pręcepta Decalogi naturaliter fertur ra-
tio hominis: Deinde fortiter nos adiuuat
gratia Dei. Suauius ergò ac leuius ad ea im-
plenda pergemus. Conſule quę ſupra dixi-
mus ex Cõmẽtarijs noſtris ſuper Pſal.118.
Verè ſuauis eſt Lex Domini, quia nõ tollit,
nõ corrumpit, non violẽtat naturã rationa-
lẽ, ſed perficit eam. Omnia namq; naturalia
& rationalia præcepta Euangelica Lex ſer-
uat, & opponit præcepta fidei. Internũ gra-
tiæ donũ ſuauia reddit, pręter hoc quod cõ-
naturale eſt homini, vitã, actioneſq; ſuas du
cere & dirigere, non ſcientia ſed fide. Fide
quippè tenemus Patres ac matres, filios ac
vxores; fide cõuerſamur, cõmercia, negotia
tioneſq; exercem⁹. Fide reſpublicę, regnaq;
adminiſtrãtur: Hęc enim omnia teſtãtur ſua
ue eſſe humano animo duci fide, regiq; pre-
ceptis fidei à Domino Ieſu traditis, qui au-
thor naturę eſt. Dicitur autẽ Lex Dñi iugũ,
quatenus ſecũdũ ipſã, vitã ducere debem⁹,
& ſecũdũ ipſã incedere. Onus verò eſt, qua
ten⁹ ipſã ferẽdi ſiue implẽdi nobis impoſi-
ta eſt neceſsitas. Meũ autẽ dicit: quia onera
grauia & importabilia, quę aliqui miniſtri
Eccleſiæ imponũt in humeros hominũ, nõ
ſunt Chriſti, cuius onus eſt leue. Vide Caie Caietanus
tanũ. Demũ collige ordinẽ huius doctrinę.
Primũ inuitat omnes laborãtes, & onuſtos
ad refocillationẽ; deindè vt loco laboris &
oneris ſuſcipiant Euangelium. Iugum ſuaue
contra

contra laborem, & leue contra onus. Et de-
mum, vt diſcant mores ab exemplo ſui, hu-
militatẽ, & mãſuetudinẽ, & ſic inueniẽt re-
quiẽ. Hęc ſatis in hoc capite dicta ſufficiãt.

CAPVT. XII.

*IN illo tempore abiit Ieſus per
ſata, Sabbatho: diſcipuli au-
tem eius eſurientes cœperunt
vellere ſpicas, & manducare.
Phariſæi autem videntes dixe-
rũt ei. Ecce diſcipuli tui faciũt,
quod non licet eis facere Sabbatho. At ille di-
xit eis. Non legiſtis quid fecerit Dauid quando
eſuriit, & qui cum eo erant? quomodò intrauit
in domum Dei, & panes Propoſitionis comedit
quos non licebat ei edere, nec his, qui cũ eo erãt
Petrus niſi ſolis ſacerdotibus.* Petrus Chryſologus
Chyſolog. ſerm.171. ait. Sicut fulgura cùm ſaxa, mon-
Simile. tes, arbores, ipſa domorum culmina terribi
li colliſione diſſoluunt, ſenſus hominũ, mẽ-
teſq; corripiunt; Ità Dominus quoties in
Phariſęos intonat, ſuos timore ſalutari corri
git & emendat, ſicut & conſequens Euãgę-
licus ſermo producit. Nam Chriſtũ Phari-
ſæi calũniãbatur, quòd & ipſe & eius diſci-
puli legẽ Sabbathi præuaricarẽtur. Diſcipu
li quidẽ, vt qui in Sabbatho ſpicas vellicarẽt,
ipſe verò quòd hominẽ manũ aridam habẽ
tẽ ſanitati reſtituiſſet. Verùm ità agit Chri
ſtus, vt ipſos & Scripturis & ſuis ipſorũ ob-
ſeruationibus cõfundat. Primũ ex facto Da
uid, qui neceſsitate preſſus panes Propoſi-
tionis comedit ipſe, & qui cũ eo erant, quos
tamen non licebat edere, niſi ſolis ſacerdo
tibus. Addit autẽ Dominus, Hi qui cum ipſo
erant, ne fortè reſponderent Phariſęi non
eandẽ eſſe rationẽ diſcipulorũ, & Chriſti &
Dauidis, qui cum eſſet Proheta ſanctus po-
terat id facere; nã qui cũ illo erãt nõ illo gau
debãt priuilegio, & tamẽ id fecerũt. Et prop
tereà lõgè maius eſt laicos veſci Propoſitio-
nis panibus, quã Sabbatho vellere ſpicas. Nã
Sabbathũ violare pluribus ex cauſis cõtin-
git; panes autẽ Propoſitionis comedere, nõ
niſi ſemel in caſu grauis, vel extremę neceſ-
ſitatis, qualis iſta fuit. Hiſtoria refertur. 1.
1. Reg.21. Reg.21. Venit Dauid in Nobe ad Achime-
lech ſacerdotẽ, & ſtupuit Achimelech eo q
veniſſet Dauid, & dixit. Quare tu ſolus &
nullus eſt tecũ. Et ait Dauid ad Achimelech
ſacerdotẽ. Rex pręcepit mihi ſermonẽ & di
xit. Nemo ſciat rẽ propter quã miſſus es â
me, & cuiuſmodi præcepta tibi dederim.
Nã & pueris meis cõdixi in illũ, & illũ locũ.
Nunc ergo ſi quid habes ad manũ, vel quin-
que panes da mihi aut quidquid inueneris.
Et reſpondẽs ſacerdos ad Dauid, ait illi: Nõ
habeo panes laicos ad manũ, ſed tãtũ panẽ
ſanctũ, ſi mũdi ſunt pueri, maximè à mulie
ribus. Et reſpõdit Dauid ſacerdoti & dixit
ei. Et quidẽ ſi de mulieribus agitur cõtinui-
mus nos ab heri, & nudiuſtertius, quando
egrediebamur & fuerũt vaſa puerorũ ſanc-
ta. Porro via hęc polluta eſt, ſed & ipſa ho
diè ſanctificabitur in vaſis. Dedit ei ergò ſa-
cerdos ſanctificatũ panẽ, nec em erat ibi pa
nis, niſi panes Propoſitionis, qui ſublati fue
rant à facie Domini, vt ponerentur calici.
¶ Duo autẽ hîc dubia examinãda ſunt ad cõ Duo du-
ciliationẽ hiſtorię cũ verbis Chriſti. Vnum bia.
eſt quoniã apud Marcũ ſummus ſacerdos
Abiathar dicitur, cùm tamẽ ſcriptura illũ
Achimelech nominauerit. Alterũ quomo-
dò Chriſtus dicat porrectos eſſe panes Da-
uid, & his qui cũ ipſo erãt: cũ Scriptura di-
cat: Quomodò tu ſol⁹, & null⁹ eſt tecũ? Ad
primũ Theophilact⁹ reſpõdet, quod Abia- Theophil.
thar fuit binomius, & ſimul Achimelech, &
Abiathar eſt dictus, ſicut filius eius. Imò vi
dentur hæc duo nomina Achimelech, &
Abiathar, patri & filio ſimul fuiſſe cõmuni-
a. Nã. 2. Reg. 8. & 1. Paralip. 18. dicũtur in 2. Reg. 8.
diebus Dauid fuiſſe Principes ſacerdotũ Sa 1. Paral. 18
doch filius Achitob, & Achimelech filius
Abiathar. Vbi per Achimelech nõ videtur
poſſe accipi nepos ipſius Achimelech, qui oc
ciſus fuit: nã huius Achimelech filius Abia-
thar ſcilicet, fuit cũ Sadoch omnibus diebus
Dauid ſummus ſacerdos, etiã vſq; ad Reg-
nũ Salomonis, à quo Abiothar reiectus fuit
à ſacerdotio, vt iã ſolus Sadoch eſſet ſacer-
dos primus, vt ſcribitur. 3. Reg. 2. Vndè qui
2. Reg. 8. & 1. Paral. 18. dicitur Achimelech, 3. Reg. 2.
is eſt qui in. 1. Reg. Abiathar: & qui dicit
tur Abiathar, is eſt qui. 1. Reg. dicitur Achi-
melech. Nã & 1. Paralip. 15. Sadoch, & Abia 1. Paral. 15
thar dicũtur fuiſſe ſacerdotes primi tẽpore
Dauidis, cũ alibi dicatur Sadoch, & Achime
lech filius Abiathar. Vel poteſt aliter dici
ſic. Liber Regũ ſacerdotẽ dicit Achimele-
ch, Euãgeliſta autẽ dicit Abiathar eſſe Põ-
ficẽ. Vndè hęc nõ ſunt inter ſe diuerſa, erat
enim ſacerdos Achimelech, Põtifex autẽ
Abiathar. Vel vt dicit Gloſſa, licet tũc Abia Gloſſa.
thar filius nõ fuerit ſummus ſacerdos; tamẽ
quia ſta: im mortuo patre ſuo, tẽpore Dauid
factus eſt ſummus ſacerdos, & feliciter hoc
mun⁹ adminiſtrauit; hoc nomine eũ voluit

simile. nũc honorare Chriſtus. Sicut illum qui poſtea factus eſt Epiſcopus, in aliquo facto ꝙ cõtigit antequã fieret Epiſcopus, cùm tũc illud poſteà refero, nomine Epiſcopi voco. Venit igitur ad illũ Abiathar Dauid primũ tãquã ad familia riorẽ ſibi, & ei ſuã explicuit neceſsitatẽ, & ille illũ duxit ad patrem ſuũ, cũ quo verba in hiſtoria cõtẽta habuit.

Ad ſecũdã quæſtionẽ reſpondẽt aliqui. Dauidem ſimulaſſe habere qui eũ expectarẽt, & eſſent foras in aliquibus locis occultè expectãtes eũ, & pro illis etiã petiuiſſe panes Propoſitionis, & officioſè mẽtitũ fuiſſe ſacerdoti, vt ſe & illũ à periculo eriperet. Aliqui dicũt aliquos fuiſſe ſequutos. Dauid: ſed tã paucos vt ferè ſolus eſſe videretur. An teà enim quã plurimi ſolebãt ſequi Dauidẽ; tũc autẽ paucorũ comitatũ ſecũ ducebat; & ideò dicit ei ſacerdos: Quarè tu ſolus & nullus tecũ? Sic enim in cõmuni modo loquẽdi dicimus, cũ magnatũ aliquẽ videmus paucis cõmitatũ: Solus ille ambulat, nec perſonã quidẽ fert ſecũ. Licet ego exiſtimauerim, ſolũ quidẽ Dauidẽ aduẽtaſſe ad Achimelech ſacerdotẽ, tamẽ dũ ille hæc verba ad Abiathar, & Achimelech haberet, veniſſe aliquos, qui eũ tãquã amiciſsimi ſemper ſequebãtur & quærebãt. Nã cũ ille ſolus habuiſſet verba illa cũ Ionatha, & iſti amiciſsimi atq; ſodales Dauid eũ nõ inueniſſent; forte alloquutos fuiſſe Ionathã tãquã ſecretorũ eius cõſciũ, & ab eo quęſiuiſſe qua via pergeret. Quod cũ reſciuiſſent, cito curſu poſt aliquã morã tẽporis ipſum cũ ſacerdotibus in Nobe reperiſſe. Nec in hac cogitatione difficultatẽ aliquã quę ſe ſe offerat inuenio. *Aut nõ legiſtis in lege, quia ſacerdotes in tẽplo Sabbathũ violãt, & ſine crimine ſunt. Dico autẽ vobis, quia tẽplo maior eſt hic.* Nam in Sabbathis offerebãtur ſacrificia, vt patet
Num. 28. Nu. 18. Quare tũc ſacerdotes in Sabbathis deberẽt animalia occidere, pelles detrahere, lauare: Quæ omnia ſecũdũ ſuã naturã ſeruilia opera ſunt, & apta violare ſeu prophanare Sabbatũ: & tamẽ ſine crimine ſunt. Quòd autẽ hoc exẽplũ ſacerdotũ faciat ad excuſationẽ facti diſcipulorũ, oſtẽdit cum ſubdit. Dico autẽ vobis, quia tẽplo maior eſt hîc. Hoc eſt, in hoc loco. Eſt enim, hîc, aduerbiũ loci, nõ pronomẽ. Intẽdit ergo, ꝙ quẽadmodũ ſacerdotes ſine crimine ſunt dum in Sabbathis violãt Sabbathũ, eò ꝙ eorũ opera tẽpli excuſet ſanctitas, cui per huiuſmodi opera ſeruiũt: ità & diſcipuli ſunt innocẽtes, eo ꝙ præſente, & permittẽte eo, & ad ſeruitiũ eius facerẽt quæ fecerũt. Qui maior eſt templo, vt pote tẽpli Dominus. Si enim tẽpli ſanctitas nõ excuſat modò, ſed obligat, & exigit opus à ſacerdotibus in Sabbatho; cur nõ magis diſcipulos excuſabit comitatus Chriſti, qui tẽplo ſanctior eſt, ac eiꝰ cauſa plus meritò licere quã tẽpli cauſa? Duplici ergò ratione hactenus ſuos defendit Dominus. Videlicet & ratione neceſsitatis quæ ab omni lege liberat, maximè ceremoniali, & ratione diuinioris ſeruitij, quã erat ſeruitiũ ſacerdotũ in tẽplo. *Si autem ſciretis quid eſt, Miſericordiã volo, & nõ ſacrificiũ, nũquã cõdẽnaſſetis innocẽtes.* Ratione primi exẽpli hoc adfert, ac ſi diceret. Si germano ſenſu teſtimoniũ hoc Oſeæ (ꝙ etiã ſupra addu- *Oſea. 6.*
ximus, & nos explicatũ dedimus) intelligeretis. Hoc eſt, ꝙ neceſsitate aliqua cõſtrictis permittẽdũ eſt potiꝰ aliquid, ꝙ alioquin eſt cõtra leges & ceremonias, quã exigẽda ab eis exacta legis obſeruatio; non cõdẽnaſſetis diſcipulos meos, qui faime premẽte obuios ſibi parauerũt cibos die Sabbathi. Et etiã per hoc cõfirmatur ſecũdũ exẽplũ. Si enim propter ſacrificiũ ſinẽda eſt ſacerdotibus Sabbathi violatio; multò magis ſinẽda eſt miſeris, propter miſericordiã proximis debitam: quia gratior eſt Deo miſericordia quã ſacrificiũ. Quòd ſi dicas, ſacerdotes authoritate legis Sabbathũ violare, ſubinfert Dominus dicẽs. Dominus enim eſt filius hominis etiã Sabbathi. Ac ſi apertè diceret: Sacerdotes violant Sabbathũ, & ſine crimine ſũt, quia authoritate legis fulciũtur; diſcipuli mei authoritate mea qui Dñs ſum vniuerſorũ, in ſpecie Sabbathi excuſantur. In quo ſe authorẽ Moſaicæ legis oſtendit.

In hoc diſcipulorũ facto aduerte ex Hie- *D. Hiero.*
ronymo, quòd propter nimiam importunitatẽ, nec veſcendi quidẽ habebant locum, & ideò ſicut homines eſuriebant, &c. Quòd autem ſpinas ſegetum manibus fricant, & inediam conſolantur, vitę auſterioris indicium eſt, non præparatas epulas, ſed cibos ſimplices quærentes. Et poterat quidem Chriſtus ſuos abundanter paſcere, qui etiã modico pane quinq; millia hominũ pauit: Verùm ita malebat ſuos inſtituere, vt ferendæ fami aſſueſcerent, diſcerentq; modicis eſſe cõtenti. Futurũ enim erat, vt poſt diceſ- *1. Cor. 11.*
ſum ipſius, famẽ experturi eſſent. Secũdũ
illud. In labore & ærũna, in vigilijs multis, in
fame & ſiti, in frigore & nuditate. Regnum *Rom. 14.*
eſt Dei nõ eſt eſca & potꝰ: ſed potiꝰ homini
Chriſtiano illud Horatij adaptari licebit. *Horatius.*

Qui

Verſus. *Qui cupit optatam curſu contingere metam,*
Multa tulit, fecitquè miſer, ſudauit & alſit.

D. Chryſoſtomus. Et Chryſoſt. dicit: Quod hæc eſt Chriſti ſchola, in qua pati & eſurire diſcimus, vt tãdẽ abũdemus magis. Nã venter pinguis, ſenſum gignit tenuem, vt in prouerbio eſt. Etenim vt carmine quodam dicitur.

Non iacet in molli veneranda ſcientia lecto.

Nec inter fercula aut ſcyphos aliquis ad philoſophiã gradũ fecit. Quid verò hominibus ventri & delitijs dediti, cũ Theologia
Ad Phil. 4. eſt? Scio eſurire, ſcio abundare dixit Paulus: Ita tamẽ vt interim dum abũdaret, eſuriret. Vide autem quibus delitijs eſuriei prouidebant. Vellebant enim ſpicas, nam vt dicitur
Prou. 17. Prouer. 17. Anima eſuriẽs etiam amarũ pro
Iob. 8. dulci ſumit. Et Iob. 8. dicitur: Quæ prius nolebat tãgere anima mea, nunc præ anguſtia cibi mei ſunt: quãtũ aberãt ab his de quibus
Amos. 6. Amos. 6. dicitur: Comedunt agnũ de grege, & vitulum de medio armenti: bibẽtes vinũ in phialis, & optimo vnguento delibuti, & nihil cõpatiuntur ſuper contritione Ioſeph, id eſt pauperum Chriſti. Potius erant cõpu-
Ad Heb. 11. tandi, cũ eis de quibus Hebr. 11. dicitur. Egẽtes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus nõ erat
1. Thim. 6 mundus. Et. 1. Thimot. 6. Habentes alimẽta & quibus tegamur, his cõtenti ſimus. Et. 1.
1. Corin. 4 Cor. 4. Vſq; in hãc horam, & eſurimus, &
Moralitas ſitimus, & nudi ſumus. Myſticum autẽ ſenſum ſic accipe. Sacra Scriptura ſata ſunt, ſemen literalis intelligẽtia, per hæc ſata Chriſtus abijt dum Scripturã ſpiritualiter expo-
D. Aug. ſuit, & hoc in Sabbatho pectoris. Vnde Auguſt. ait. Iſrael Sabbathũ accepit in munere, Ægyptus repletur muſcarũ multitudine, diſcipuli vellunt ſpicas, dum ſentẽtias indè potiores eligunt. Grana verò comedũt, dum opere cõplent ꝙ corde tenẽt: Moraliter ſic.
Matth. 9. Sata ſunt auditorũ corda, de qua meſſe ſupra dixit Chriſtus. c. 9. Meſsis quidẽ multa, operarij autẽ pauci: fructus ſunt opera bona, quæ reficiunt peccatores eſurientes; ea diſcipuli vellunt verbis, fricãt exẽplis, traijciunt Sacramẽtis. Quare Leuit. 2. pręcipitur
Leuit. 2. ſic. Torrebis & cõfringes primitias frugum igne, & cõfringes in morem farris. Hoc eſt, primitiua opera bona tua charitate informabis. Vel incipiẽtes quos ad fidẽ traxeris, igne charitatis torrebis. Et cõfringes in modum farris, id eſt mola timoris conteres, vt palea inanis gloriæ & cõcupiſcẽtiæ exuffle-
Deut. 24. tur. Nã & Deutero. 24. fit mentio de mola ſuperiori & inferiori, quę ſignificant timorẽ
Cantic. 6. & ſpẽ. Et Cant. 6. dicitur: Deſcendi in hortũ meum, id eſt Eccleſiã, vt viderem poma cõualliũ, hoc eſt, Cõfeſſores qui in humilitate exercentur: & inſpicerem ſi floruiſſent vineæ, id eſt, prædicatores, qui gaudia vitæ æternæ, & diuinũ timorem docent: & germinaſſent mala punica, hoc eſt, Martyres rubentia ſuo ſanguine grana fundentes. Hoc autem debet fieri Sabbatho, quando ab
omni opere ſeruili vacatur. Nã Eccl. 38. di- *Eccleſ. 38.*
citur: Sapientiã ſcribe in tẽpore vacuitatis, & qui minoratur actu ſapiẽtiam percipiet. Confringẽdo autem ſpicas eleuãtur à terra:
Nã Leuit. 23. dicitur: Feretis manipulos ſpi- *Leuit. 23.*
carum primitias meſsis veſtræ ad ſacerdotes, qui eleuabunt faſciculum corã Dño. Sic
Ruth colligebat ſpicas Booz poſt meſſores. *Ruth. 2.*
Id eſt, in agro Eccleſiæ, prædicatorum ſpicas colligunt fideles. *Phariſæi autem videntes dixerunt. Ecce diſcipuli tui faciunt, quod non licet eis facere ſabbathis.* Scriptũ erat Deuter. 23. *Deut. 23.*
Quòd de vinea vel fruge aliena, liceret cædere, non tã falce metere, aut foras efferre. Et ideò hoc nõ calumniantur Phariſæi, ſed quia Sabbatho hæc faciebant, in quo nec ea quæ ad vſum neceſsaria erant parari poterant. In quo datur intelligi iniquorum conditio, qui non bona quæ in alijs ſunt, ſed mala, vel quæ ſpeciem mali habent, cõſiderãt,
vt apud alios detrahãt. Sunt quippè (ait Ba- *D. Baſil.*
ſilius) velut muſcæ quæ læſas partes animalis quęrunt, & ibi paſcuntur neglectis ſanis. *Similes.*
Sic & iniqui. Atq; hoc modo ſe habent mali homines cũ religioſis, qui prætermiſsis bonis quæ faciunt, ea ſolũ modò quæ calũniãpati poſſunt, quærunt in eis. Significantur etiã per hos Phariſæos, qui hoc in diſcipulis Domini reprehendebant, illi qui prælatos carpunt, eo quòd nimis ſoliciti ſunt circa gregem ſuum dicentes.

Quod caret alterna requie, durabile non eſt.

Vnde. 2. Reg. 11. Dauid dixit Vriæ: Vade *2. Reg. 11.*
in domũ tuã, & laua pedes tuos. Vel qui rephẽdũt eos qui ſacras Scripturas exponũt.

At ille dixit non legiſtis quid fecerit Dauid, &c. Hinc colligitur, diſpenſationem in lege
nõ debere fieri, niſi in publicã vtilitatem & *D. Leo.*
cõmodũ. Vnde Leo Papa dicit: Vbi neceſsitas fuerit ad vtilitatẽ Eccleſię, qui poteſtatẽ habet, ea diſpenſet. Et Beda ait. Iniquũ *Beda.*
eſſe ſi ſtatuta pro charitate, cõtra charitatẽ tenerẽtur. Bernardus etiã de cõſideratione *D. Bern.*
ad Eugeniũ ſic dicit: Nõ ſum tã rudis, vt ignorẽ vos diſpẽſatores eſſe poſitos; ſed in ædificationẽ, nõ in deſtructionẽ. Vbi neceſsitas vrget, excuſabilis eſt diſpenſatio. Vbi vtilitas prouocat diſpẽſationẽ, laudabilis eſt diſpẽſatio. Vtilitas dico, cõmunis, nõ propria.

Vbi nihil horũ eſt, nõ eſt diſpẽſatio ſed cru delis diſsipatio. *Et cùm inde trãſiſſet venit in Synagogã eorũ. Et ecce homo manũ habẽs aridã, & interrogabant eũ dicentes: Si licet Sabbathis curare? vt accuſarẽt eũ. Ipſe autẽ dixit illis. Quis erit ex vobis homo, qui habeat ouẽ vnã, & ſi ceciderit hæc Sabbathis in foueã, nõne tenebit & leuabit eam? Quantò magis melior eſt homo oue? Itaq; licet Sabbathis benefacere.* Chryſ. hom. 4. ad populũ Antiochenũ de liuore & inuidia ait. Sicut furentes ſæpenumero gladios in ſe cõuertũt, itidem & inuidi ſolam inuiſi perniciem intuentes, propriam negligũt ſalutem, hi feris quoq; peiores. Nã ille quidẽ eſcæ indigentes, vel prius quã à nobis irritẽ tur aduerſũ nos armãtur; hi verò beneficijs, quoq; frequẽter illecti benemeritos maleficijs proſequuti ſunt. Hi quidẽ peiores feris, dæmonibus autem pares, fortè verò peiores & iſtis. Hi nãq; contra nos bellum exercẽt imparatum, cõſortibus autem generis non inſidiãtur. At verò ſi Iudæos cõſideres, quis peiores Chriſti inimicos obſeruauerit? Ex eorũ gente Chriſtus natus erat, cum ijs quotidie verſabatur, lãguidos eorum curabat, & inuitos licet, ad ſalutis æternę cognitionem euocabat. Illi è cõtra inſidiabãtur ei, & oderãt eũ, retribuebãt mala pro bonis, & quãtũuis diuina opera calũniabãtur. Quod rurſus ex cõſequẽte hiſtoria colligimus. Vt enim paralytici curationẽ calumniati ſunt, quod Sabbatho facta eſſet: ita reſtitutionẽ manus aridæ maligno ſpiritui deputaſſẽt, niſi Chriſtus viuis rationibus, & ipſis operibus eorũ calumnias depuliſſet. Igitur cùm inde tranſijſſet Chriſtus, nõ ſtatim ſed in alio Sabbatho, vt ait Lucas, curauit hũc hominẽ manũ habentem aridã. Quem (vt Hieronym. hic refert) in euãgelio quo vtuntur Nazaræi & Hebionitæ, refertur fuiſſe cæmẽtariũ iſtius modi vocibus auxilium precantem. Cæmẽtarius erã, manibus victum quærens; precor te Ieſu, vt mihi reſtituas ſanitatẽ, ne turpiter mẽdicẽ cibos. Vnde Lucæ. 6. dicitur: Quòd manus erat dextera, qua maximè vtuntur artifices. Seſe autem in ipſa Synagoga Chriſto obtulit, vt ex regione loci & prophetiarum quæ ibi de Chriſto legebantur, facilius inclinaret eum ad miſerendum. Nam vt dicitur Geneſ. 28. Dñs eſt in loco iſto, non eſt hîc aliud niſi domus Dei, & porta cæli.

D. Chryſ. Inuidi. Simile. *Luca. 6.* *Gen. 28.*

Sed pro huius rei intelligẽtia primo ſeſe offert hoc dubiũ. Nam Marcus. c. 3. & Luc. 6. dicunt, Chriſtũ Dñm ſic interrogaſſe Phariſæos, præcipiendo homini, vt ſe in mediũ poneret: Licet Sabbathis benefacere, an male? Animam ſaluam facere, an perdere. Hîc verò dicit Matthæus: Quod Phariſæi interrogauerunt Dñm, ſi licet Sabbathis curare? vt accuſarent eum. Sed ad hanc quæſtionẽ D. Auguſt. lib. 2. de cõſenſu Euangelij, reſpõdet, Quòd illi prius interrogauerint Dñm ſi licet Sabbathis curare? Deindè intelligẽs cogitationes eorũ, q̃ occaſiones eũ accuſãdi quærerent, conſtituit in medio eum quem curaturus erat, & interrogauit quę Marcus, & Lucas eũ interrogaſſe cõmemorãt. Et tũc illis tacentibus propoſuit ſimilitudinẽ quam Matthæus refert de oue; concludens alterũ eorũ quæ interrogauerat, nempè q̃ liceret Sabbathis benefacere, alia interrogatione ſuã cõfutans & dãnans. Vel fortè quia Phariſæi obſeruantes Dñm, an Sabbatho curaret, illã quæſtionem animo voluebant; eam nobis oſtẽdere voluit Matthæus. Hoc autẽ interrogauerũt, vt accuſarent & calũniarentur illũ; nã putabant hac interrogatione capere eum, quidquid reſpõdiſſet. Nam ſi diceret curare licere, q̃ eum omninò dicturum putabãt; tanquã cõtrarium Moyſi & Legi, accuſaturi erant eũ: ſi verò diceret nõ licere curare, accuſarent eum crudelitatis, aut impotentiæ, aut obiecturi erant, multò ergo minùs licuiſſe diſcipulis in Sabbatho vellere ſpicas, nec filium hominis eſſe Dñm Sabbathi. Verũ Dñs ſpiritu diuinitatis ſuæ, ſciẽs cogitationes eorũ, pulchrè eorum verſutiam in ipſos retudit. Et præcepit hominem ſtare corã, & vt aſtantes redderet attẽtos miraculo edendo, & vt hominis ſtantis miſeria etiã ipſos Phariſęos ad miſericordiã prouocaret, & eos à tã iniquo & ſęuo iudicio diuelleret.

D. Aug.

Aduertẽdum hîc eſt, quòd quemadmodũ referunt Marcus, & Lucas, Phariſæi obſeruabant Chriſtũ Dñm an Sabbathis curaret, quoniam hæc actio æquiuoca erat, & ad bonum & malũ reflecti poterat. Si enim recta intentione facta fuiſſet, nempè vt opus charitatis in proximũ exerceretur, bona; ſi verò fieret vt Sabbathum violaretur, iam mala & vituperabilis eſſet. Has ergo actiones quę ad vtrũq; retorqueri poterant, obſeruabãt Iudæi, vt ad malũ eas flectentes Dñm accuſarent. Vnde per Pſalmiſtã dicitur: Ipſi calcaneũ meum obſeruabunt. Calcaneo veſtigia imprimũtur, per veſtigiũ autẽ apprehẽditur quendã hominem per hãc viam trãſiſſe, nõ tamen q̃ Petrus, aut Ioannes fuerit. Sic has actiones in Chriſto obſeruãt Iudęi, per quas nõ clarè intelligatur bonũ; ſed poſſint etiã retorqueri ad malũ. Cõfutat autẽ eos Dñs, quoniã plus irrationabilib⁹ beſtijs tribuebãt,

Moralitas *Pſalm. 55.*

quàm

quàm homini, qui ad imaginem Dei factus eſt, vt in eis etiam nos vehemẽtiſsimè reprehenderet, qui ea quæ corporis ſunt, maiori cura quã ea quæ ſunt animæ tractamus: hoc enim eſt beſtias hominibus anteponere. Si morbus te corripuit, aut filium, aut maritum vexat, ſi fames terrã premit, ſi ob terræ ſiccitatem fructus non maturesſcunt, quotorationes, quot ieiunia, quot proceſsiones publicæ fiunt. Et tamen peccatorũ onere premimur, vigent ſcelera, me ipſum mille mortalibus culpis implicatũ inuenio; & nec ob hoc ſuſpirium emitto, aut eccleſiam pergo, aut eleemoſynam tribuo, vel ſacrificium altaris pro delictis meis offero. Præpoſterus ordo quidem, quandoquidẽ iumenta hominibus præfero, corpuſq; animæ antepono. Quare de his videbatur queri Dominus, dũ per Prophetam quendam dicebat: Frumentum, & vinum ruminabãt. Acſi diceret. Pro tem: poralibus tantùm labia ſua in oratione mouebant, & videbantur ruminare, ac murmurare pro eis. Quemadmodùm filij Iſraël non pro manna murmurabant, ſed pro carnibus & cepis Ægypti: Et ea propter ſeuerè in eos animaduertit Deus: nam adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei incubuit ſuper eos. Cur feſta pro corporis neceſsitatibus celebras; & non potius in animę defectibus eas conſecrans. Ecce reprehendũtur à Dño, qui iumenta curabant in Sabbatho, hominis vero infirmi in illo die nõ miſerebantur. Cum tamen dicat Beda ſuper Marcum cap. 2. quod Sabbathũ propter hominem factũ eſt, & non homo propter Sabbathum: ideò maior cura adhibenda eſt ſaluti hominũ, quã cuſtodię Sabbathi. Sic enim mandatum eſt Sabbathũ cuſtodiri, vt ſi neceſsitas eſſet, non fieret reus qui ſolueret. Quare inferre poteris, quòd ob ſalutem infirmi laborare poteris in die Paſchæ: imò & rem ſacram prætermittere, ſi talis vrgeret neceſsitas, quæ id exigeret.

Oſea. 7. *Pſal. 77.* *Beda.*

Tunc ait homini. Extende manum tuã, & extendit, & reſtituta eſt ſanitati ſicut altera. Manus hominis areſcunt, cũ à bonis operibus ceſſant. Vt autem reſtituatur ſanitati, opus eſt extendere illam in pauperes. Nã de ſancta muliere dicitur: Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extẽdit ad pauperem. Vbi ſignificatur liberalitas in eleemoſynis elargiendis. Nec enim ſolùm manũ aperit, ſed & palmas extendit. Nam qui manum ſolùm aperit, videtur ægre & parcè dare eleemoſynam, cum pauliſper extendit manum, & poteſt aliquid ex eo q̃ habet in manu, in palmis ſibi reſeruare, quaſi pœnitentia ductus iam non totũ quod habet in manu vellet dare. Tamen qui palmas extendit, liberaliter omnia quæ habet in manu fundit, nec dubitãs, aut ceſſans omnia porrigit. Debet enim eleemoſyna liberaliter, & hilariter elargiri, ſecundùm illud Pauli. Non ex triſtitia, aut ex neceſsitate; hilarem enim datorem diligit Deus. Vnde Eccleſiaſt. 4. dicitur: Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. Quare & gloſſa dicit hîc: Fruſtrà pro peccatis rogaturus manus ad Deum expandit, qui has ad pauperes pro poſſe non extendit. Quo circa Prouerb. 21. dicitur: Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur. Aruerat manus tua cum eã extẽdiſti ad lignum vetitum, & hæc infirmitas ad te deriuata eſt. Quotieſcũq; enim ad illicita extendis manus, areſcit: quoniam malum opus aridum eſt, & ſine fructu: ſicut quando Ieroboam extendit manum ſuã cõtra Prophetã, qui ei ex parte Dei loquebatur, cõtinuò aruit manus eius. Ideò oportet, vt extendas illã ad bona opera, vt ſic calor charitatis ei reſtituatur, & ad bona opera mobilis fiat. Hac quippè ratione Chriſtus Dñs in cruce extendit manus ſuas; vt hanc manuum noſtrarũ contractionẽ ſanaret, atq; extenderet, & clauis aperuit; vt manus noſtræ aperiãtur pauperi. Sed quoniam Lucas dicit, quòd manus dextra erat quam iſte homo aridam habebat, & Matthæus dicit q̃ reſtituta eſt ſanitati ſicut altera. Aduertendum eſt, hũc hominem typum gerere Chriſtianorum, qui in peccato mortali ſunt, qui manum ſiniſtrã (per quã ſignificatur fides, quæ reſpectu charitatis lęua eſt: quoniam fides ſola nõ operatur opera meritoria. Dextrà autẽ eſt charitas per quã fides operatur: ſicut Paulus dicit) ſanã habent, ſani quippè ſunt in fide, qui ſi corã Deo extẽderint manũ ſuam ad bona opera, reſtituetur illis ſanitati ſicut altera. Nã ſicut fides in illis ſana permanſit, ita erit & charitas. Vnde in Cantic. dicitur: Lęua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Nam lęua, hoc eſt fide, intellectus ſubleuatur ad intelligẽdum diuina; charitate autẽ nos amplexatur, & nos viciſsim illum. Vndè & Simeõ Chriſtum accepit in vlnas ſuas. Ambabus eũ amplexatus eſt manibus; vt eum firmiter teneret: Nam qui vna ſola manu eum tenet, eaq; ſiniſtra, ſicut Chriſtianus qui in peccato mor-

Moralitas *Prouer. 31.* *2. Cor. 9.* *Eccl. 4.* *Prou. 21.* *3. Reg. 13.* *Galat. 5.* *Cantic. 2.* *Luca. 2.*

mortali eſt; ille in magno verſatur periculo ne ſibi decidat Chriſtus, quē ſolùm ſęua manu gerit, nempè fide ſola abſq; charitate.
Tit. 1. Quare Paulus iubet, vt amplectamur fidelē ſermonem, non ſolùm per intellectum credentes ſed etiam per charitatem operantes.
Leuit. 1. Quare ea quæ coram Deo offerebantur ambabus manibus eleuabantur, vt accepta fierent, & ambas manus ſuper victimā ponere iubebātur: vt per hoc intelligeremus nō mācā ſacrificia ſibi placere, nimirū ea quę ſola fide offeruntur; ſed opus eſſe etiam alia manu, quæ operatiua charitas eſt. Quare per
Malac. 1. quendam Prophetam dicit Dñs: Si offeratis debilem vel claudum, nonne malū eſt? Claudа eſt oblatio, quæ ſola fide offertur, & languida ac tepida, quæ ſine charitatis feruore fit. Si ergo extenderis manum dexteram coram Deo ad opera charitatis, ambabus eris manibus ſanus, & ideò expeditus ad ample-
Cantic. 3. xandum Deum, & dices cum Spōſa. Tenui eum nec dimittam. *Exeuntes autem Phariſæi cōſilium faciebant aduerſùs eum, quomodò perderent eum.* De hoc conſilio loquebatur Hie-
Hiere. 18. remias cum cap. 18. dixit: Tu ſcis omne con-
Eſai. 1. ſilium eorum aduerſùm me, & Eſai. 1. Iniqui-
Geneſ. 49 ſunt cœtus veſtri. Et Geneſ. 49. In cōſilium eorū non veniat anima mea, & in cœtu eorū non ſit gloria mea. Vt eum perderent. Ecce virus peruerſæ intentionis ipſorum. Hoc e-
Matt. 26. nim eſt illud ꝓ Matthæ. c. 26. dicit: Conuenerunt Principes Sacerdotum cum ſcribis & ſenioribus, quomodò Ieſum dolo tenerēt; & occiderent. Et aduerte quòd tria imponebant Phariſæi Chriſto Dño coram populo. Blaſphemiam, Sabbathi violationem, & ti-
Ioann. 10. morem. De blaſphemia Ioan. 10. dixerūt ei: De bono opere nō te lapidamus, ſed de blaſphemia: quia tu homo cū ſis, facis te ipſum Deum. De ſecundo autem dicitur Ioann. 9.
Ioann. 9. Non eſt hic homo à Deo, qui Sabbathum non cuſtodit. Et de his duobus ſimul Ioā. 5.
Ioann. 5. habetur. Propterea magis perſequebantur eum Iudæi, non ſolùm quia violabat Sabbathum; ſed quia patrem ſuum dicebat Deū, æqualem ſe faciens Deo. De timore vero di-
Ioann. 11. citur Ioan. 11. Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum, & venient Romani & tollēt locum noſtrum & gentem. Ab illo ergo die cogitauerūt interficere illum. At verò Chriſtus Dominus ex aduerſo ſe tuetur ab eis; & contra blaſphemiam oppoſuit Dei hono-
Ioann. 8. rem, Ioan. 8. cum dixit: Honorifico Patrem meum, & vos inhonoraſtis me. Cōtra Sabbathi violationem, beneficientiæ oppoſuit oſtenſionem, cùm Ioann. 8. ait: Multa bona Ioann. 8.
opera oſtendi vobis à Patre meo, propter ꝓ illorum opus vos me lapidatis? Et contra timorem, illum retorſit in illos dicēs Luc. 19. Luc. 19.
Venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & coanguſtabunt te vndique, & ad terram proſternent te, & filios tuos qui in te ſunt. Has autem cauſas illi prætexebant: nam ſecundùm rei veritatem aliæ Matt. 27.
erāt, nempè inuidia, & inanis gloria: Sciebat enim quod per inuidiam tradidiſſent eum. De inani gloria verò Ioan. 5. dicit eis Domi- Ioann. 5.
nus Ieſus. Quomodo poteſtis credere, qui gloriam ab hominibus accipitis; & gloriam quæ à ſolo Deo eſt non vultis? De ſuperſtitione ſupra cap. 9. Quare nos & Phariſæi ie- Matth. 9.
iunamus frequenter, diſcipuli autem tui nō ieiunant? Ieſus autem ſciens receſsit inde, & ſequuti ſunt eum multi, & curauit eos omnes, & præcepit eis ne manifeſtū eum facerent. Sciebat omnia Chriſtus, de quo nimirum dictum eſt Eccleſiaſ. 23. Circūſpicit om- Eccl. 23.
nes vias hominū. Et Iob vltimo, Scio quòd Iob. 42.
vniuerſorum memineris, & nulla te latet cogitatio. *Receßit.* Nobis præbens exemplum vt aliquando declinemus perſequentium rabiem, & demus locum iræ: iuxta illud quod ſupra. c. 10. dixit ſuis: Si vos perſequuti ſunt Matt. 10.
in vna ciuitate, fugite in aliam: nam in hoc etiam conſulitur malitiæ aduerſariorum. *Sequuti ſunt eum multi.* Nota, ſimplices ſequū tur; docti verò perſequūtur. Quare non immerito clamabat Auguſtinus: Surgunt indo- D. Aug.
cti & rapiunt cælum, & nos cum noſtris literis volutamur in carne & ſanguine. Et ratio eſt, quoniā, vt ait Paulus, Sciētia inflat, 1. Corin. 8.
charitas ædificat. Iſti autem Phariſæi erant noctuæ diaboli, qui dilexerunt magis tenebras quam lucem. *Et curauit eos omnes.* Vt hoc ſigno bonitatis aduerſarios vinceret. Mira enim fuit bonitas, quòd cùm ad mortem quæreretur, vniuerſale omnibus præbuit beneficium. Eſt quippè benignus ſuper ingratos, vt habetur Luc. 6. Et Paulus ait: Luca. 6.
Noli vinci à malo, ſed vince in bono malū: Ad Rom.
Quoniam præſtabilis eſt ſuper malitia (vt 12.
ait quidam Propheta) *No puedē agotar nueſtras maldades ſu bondad.* Nam ſcriptum eſt. Iocl. 2.
Aquæ non poterūt extinguere charitatem, Cant. 8.
nec flumina obruent illam; nam lampades eius, lampades ignis ſunt, atq; flammarum. *Et præcepit eis ne manifeſtū eum facerent.* Hoc præcepit non præcepto executionis, vt ſic facerent, ſed inſtructionis, ne auditis tot miraculis à ſe factis, odium Phariſæorum plus quàm

quàm Vatinianum aduerſùs eum ſuccreſceret: & vt ſigno humilitatis cōfirmaret quod ſupradixit: Diſcite à me quia mitis ſum, &
Ioann. 8. humilis corde. Et Ioā. 8. Ego gloriam meam
D. Hilar. non quæro. Vt Hilarius dicit, iubendo ſecretum Dominus, gloriandi de ſe iactantiam declinat, & per hanc tacendi voluntatem dictorum Eſaiæ effectus impletur: nam ſubdi-
Eſai. 42. tur. *Vt adimpleretur quod dictum eſt per Eſaiā Prophetam dicentem: Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo benè complacuit animæ meæ, ponam ſuper eum ſpiritum meum, & iudicium gentibus nunciabit, non contendet, neq; clamabit, nec audiet aliquis in plateis vocē eius, Arundinem quam Satan non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eijciat ad victoriam iudicium, & in nomine eius Gentes ſperabūt.* Hoc teſtimoniū eſt apud Eſa. c. 42. Quod Euāgeliſta citat, nec omninò ſecūdū Septuaginta, nec omninò ſecundū veritatē Hebraicā, ſed in quibuſdā magis conſentit cum Hebraica veritate; in quibuſdā magis cū Septuaginta. Quædā etiam omiſit in medio, quæ ſuo propoſito non conueniebant, quædā rurſus mutauit, quibuſdam ad explicationē additis, ſalua tamē originali veritate. Quam licentiam ab Spiritu ſancto acceperunt Euangeliſtæ, vt ſupra diximus. Hoc autē teſtimoniū adducit ad explicandā māſuetudinē, quā cū omnibus, maximè cū inimicis ſuis præſetulit Chriſtus. Ideò in principio magis cū Hebraica veritate conuenit. Nam apud Septuaginta ſic habetur. Ecce Iacob puer meus, aſſumam eū. Iſraēl electus meus, ſuſcepit illum anima mea. Quaſi teſtimonium hoc pertineret non ad Meſsiā, ſed ad populum Iſraēliticum, cùm tamen in Hebræo non ſint illa nomina Iacob, & Iſraēl, Sed Chaldæus paraphraſtes, ſicut & omnes Hebræi de Chriſto, hunc locum intelligūt, vertit enim. Ecce ſeruus meus Meſchia. In vltima verò parte teſtimonij cum Septuaginta conuenit: nam dicit. In ipſum Gentes ſperabunt, cum in Hebræo ſit: Et legē eius inſulæ expectabunt. *Vt adimpleretur*, cauſatiuè vel conſecutiuè. Ac ſi diceret. Sic pepercit eis ne perirent, cùm eos deſtruere potuiſſet, vt adimpleretur illud Eſai. *Ecce puer meus.* Vox Patris eſt loquētis de Filio. Puer enim ſignificat ſubiectionem, ac ideò idem eſt quod ſeruus. Ipſe autē exinaniuit ſemet-
Ad Phil. 2. ipſum formam ſerui accipiens. *Quem elegi,* Ad officium redemptionis ſcilicet, nā de eo
Pſal. 64. in Pſal. dicitur: Beatus quem elegiſti & aſ-
Cantic. 5. ſumpſiſti. Et Cant. 5. Dilectus meus cādidus & rubicundus, electus ex millibus. Nā hoc modo dicitur Rom. 1. Prædeſtinatus ſecun- Ad Rom. 1.
dum ſpiritū ſanctificationis. *Dilectus.* Quare Pſal. 44. qui ad literā loquitur de Chriſto, Pſal. 44.
eſt pſalmus pro dilecto, hoc eſt pro Chriſto: nam in eius typo Salomon dictus eſt à Nathan propheta amabilis Domino. Quare & Cātic. 5. dicitur: Qualis eſt dilectus tuus ex Cantic. 5.
dilecto, hoc eſt ex Patre, qui eum dilexit, vt ait glo. *In quo benè complacuit animæ meæ.* Metaphoricè ſibi applicat animam Deus, ſicut & iram; ad deſignandum intimum affectum & complacentiam, quæ ad animam vſq; penetrabat. Acſi diceret: Nihil in eo eſſe ꝓ diſpliceret. Et per, Benè, optimus virtutis modus melius explicatur quam per bonū. *Ponā ſpiritum meum ſuper eū:* ſicut idem Eſai. c. 11. Eſai. 11.
prædixerat. Requieſcet ſuper eum Spiritus Dñi. Et cap. 61. Spiritus Dñi ſuper me. *Et iudicium Gētibus nunciabit.* Per Apoſtolorum Eſai. 61.
prædicationē Dei iudicium Gētibus manifeſtum fecit. Et quoniam hoc futurum erat ſumma cū manſuetudine, placiditate ac ſuauitate; & nō per vim aut tumultum, ſicut Za- Zachar. 9.
char. 9. prædictum eſt, Ecce Rex tuus venit tibi māſuetus; ob id vates ſubijcit. *Nō cōtēdet*
D. Ambr. *nec clamabit.* Ambro. dicit. Cōtentio eſt impugnatio veritatis cū cōfidētia clamoris; ſic autē nō cōtendit nec clamauit Chriſtus: Sed in doctrina ſpiritū & virtutis veritatē demō-
Prou. 29. ſtrauit. Vnde Prou. 29. dicitur: Vir ſapiēs ſi cū ſtulto contenderit, ſiue iraſcatur ſiue irri-
2. Thim. 2. deat, nō habebit requiē. Et 2. Timot. 2. Noli verbis cōtendere: ad nihil enim vtile eſt niſi
Ad Tit. 3. ad ſubuerſionē audientium. Et ad Tit. 3. Cōtentiones & pugnas Legis deuita. Sed cōtra
Hierem. 2. Hiere. 2. dicitur. Ecce ego in iudicio cōtēdā
Michæ. 6. vobiſcū. Et Michæ. 6. idē. Sed reſpōdetur ꝓ quādiu fuit in mūdo, nō cōtendit cōtētione iræ & rixæ; ſed poſteà cōtentione increpationis cōtendet cum peccātibus. *Nec clamabit.* Clamor eſt cōfuſio ſonus indignationis in contradicendo. Chriſtus autē id nō fecit:
1. Petr. 2. nā vt dicitur. 1. Pet. 2. dū pateretur non cō-
Ioann. 7. minabatur. Sed contra hoc Ioan. 7. dicitur: Stabat Ieſus, & clamabat dicēs: Si quis ſitit veniat ad me & bibat. Sed reſpōdetur ꝓ hic clamor fuit prædicationis; cæterū in die Iudicij clamabit aduerſùs malos pronūciando ore ſuo ſententiā cōtra illos: nam Eſai. 4. di-
Eſai. 4. cit, Tacui, ſemper ſilui, patiēs fui, quaſi parturiēs loquar. *Nec audiet aliquis, in plateis vocē eius.* Hoc eſt, nō litigabit nec clamabit aduerſùs cōtentioſos, nec vocē eius tumultuoſam aut iactabundam quiſquā audiet in plateis: quem

quemadmodũ facere ſolēt, qui lingua bella mouent, aut ſeipſos iactant, & in plateis ſonus tumultuantium, aut ſe inaniter gloriantium audiri ſolet. Quinimò de eo ſcriptũ eſt
Eſai. 53. Eſai. 53. Quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperuit os ſuũ. Sed audietur vox doctrinæ eius, in ſynagogis, circa mare, in deſerto, alijſq; locis doctrinę accõ-
Eſai. 8. modis. Quare Eſa. 8. dicitur: Quia abiecit populus iſte aquas Siloe, quæ vadunt cùm ſilẽtio, hoc eſt, prædicationem Chriſti mãſuetè docẽtis: nã Siloa, quę interpretatur, Miſſus, ſignificat doctrinam Chriſti, quã abiecerũt Iudæi; ad quam tamen cęcus illuminandus
Ioannis. 9 miſſus eſt. Et ſicut mãſuetè docuit, ita cum manſuetudine debemus ſuſcipere inſitũ verbum, quod poteſt ſaluare animas noſtras, vt
Iacobi. 1. dicitur Iac. 1. *Arundinem quaſſatam non cõfringet, & linũ fumigãs non extinguet.* Quaſſata arundo, populus eſt Iudæorum, iã velut arundo deiecta, ſub poteſtate Romanorum, adhuc tamen aliquid retinens vitę in hoc q̃ habebat templum, & ſacerdotium in Hierũſalem. Vel dicitur arundo propter incõſtãtiam eorum: quia omni vento cedebant, in doctrinis & in moribus: illos ergo iam ſub Romano imperio quaſſatos, modò tamẽ nõ voluit conterere cum poſſet; ſed tempus eis pœnitentiæ dedit vſq; ad annum quadrage
D. Chryſo. Theophil. ſimum à morte ſua. Vel ſic vt Chryſoſto. & Theophil. volunt, vt ſignificetur, Dñm noluiſſe hoſtes ſuos perdere, quos tamen tam
3. Reg. 14. facile ei perdere fuiſſet, quã eſt facile arũdinẽ quaſſatã cõterere. Nã. 3. Reg. 14. dicitur: Percutiet te Dñs, ſicut ſolet arundo moueri in aqua: & quàm facile eſt linum tantum fumigans extinguere; ad deſignãdum furorem eorum quo accenſi erant contra Dominum, ſed quorum furorem tã facile fuiſſet Chriſto extinguere, quàm facile eſt linum non ardens, ſed fumigans tantùm extinguere. In quo oſtenditur infirmitas Phariſæorum & omnium hoſtium Chriſti, comparata ad potentiam deitatis. Habẽt enim ſe Chriſti hoſtes ad eius potentiam; ſicut arundo quaſſata quæ facillimo ictu conteritur; vel vt linum fumigans quod breuiter extinguitur. Sed prior interpretatio ad propoſitum accommodatior eſt. Nam propter hanc partem præcipuè ab Euangeliſta adductum eſt hoc teſtimonium. Vnde conſequenter ad priorem interpretationem, per linum fumigans ira Phariſæorum ac furor deſignatur. Nam fumus qui eſt nũtius ignis; ſignificat ignitas & amaras machinationes eorum ad nocendum Chriſto abſq; cooperta inflãmatione irę & rixæ. Et hoc Chriſtus nõ extinxit: quia linum fumigans dum extinguitur conculcatur, Chriſtus autem dum vixit non conculcauit eos pedibus ſuæ maieſtatis, ſed patienter ſuſtulit dicens infra. 15.
Sinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum. Matth. 15
Quod ſignificatum eſt. 2. Reg. 16. Cũ Semei
2. Reg. 16. malediceret Dauid, & vellet hoc vlciſci Abiſai, dixit ei Dauid. Dimitte ei vt maledicat iuxtâ præceptum Domini, ſi fortè reſpiciat Dominus, & reddat mihi bonum pro maledictione hac. Et tamẽ in morte ſua prę cepit Salomoni filio ſuo, vt hanc noxam vlciſceretur. Sic Dominus Chriſtus dũ vixit pertulit Iudæorum opprobria; quæ tamen poſteà ſeueriſsimè vltus eſt. Vnde & ſubdit, donec eijciat ad victoriam iudiciũ. Hoc eſt quod Chriſtus non confringet, nec deſtruet temporalem ſtatum Iudæorum, & ſimiliter non extinguet, iniquum eorum ſtudiũ contra nomen Chriſti continuè firmans, donec eijciat ad victoriam iudicium, hoc eſt, donec iudicium quo iudicatus eſt, à Iudæis & Pilato deducat ad victoriam, reſurgendo à mortuis, mittendo Spiritum ſanctum, publicando Euangelium, conuertendo electos ex Iudæis ad fidem, & breuiter manifeſtando miraculis per diſcipulos ſuos, ſe viciſſe mũdũ, & mundi Principem diabolum. Hoc enim facto confregit arundinem quaſſatam, & extinxit linum fumigans per Romanos, quando per Titum, & Veſpaſianũ funditus deſtruxit Hieruſalem. Vel ſecundùm Chryſoſtomum, & Theophilactum, tamdiu tolerabit manſuetè & patienter Iudæos hoſtes D. Chryſ.
ſuos; donec produxerit iuſtum ſuum iudiciũ ad victoriam. Hoc eſt, donec manifeſtũ fecerit, iuſtè ſe abiecisſe Iudæos, nec illos habere aliquam iuſtam contradicendi ſuo iuſto iudicio occaſionẽ; veſania ſcilicet ipſorum eò prorrumpente, vt omnes intelligãt eos meritò repulſos. Tamdiu, inquam, tolerabit eos, quia poſtea de eis ſumet vltionẽ conterendo arundinem, & extinguendo linum fumigans. Quemadmodùm fecit in Iudæis per Romanos ſub Veſpaſiano, & Tito.
Et in nomine eius Gẽtes ſperabunt. Conuictis Iudæis ex prædicatione & miraculis Apoſtolorũ, q̃ Chriſtus victor regnaret, cõſequtũ eſt vt gẽtes idolatrę crederẽt in Chriſtũ, & ſperarẽt in nomine eius, vt experiẽtia teſtatur. Ita enim & Eſai. 11. dictum fuerat: Eſai. 11.
Erit radix Ieſſe, qui exurget regere Gẽtes, in eũ Gentes ſperabunt: Et erit nomen eius glo-

gorioſum: idem autem eſt, cum eo quod Hebræa habent. *Legem eius inſula expectabunt.* Hoc eſt, deſiderantes ſuſcipient. Qui enim legẽ eius ſuſcipit, & in ea ſperat ſaluari, ſperat etiam ſalutem conſequi per nomẽ eius. Et hæc eſt interpretatio quam videtur intendiſſe Euangeliſtam. Cæterum ſecũdùm
D. Hiero. Hieronymum, & Hilarium, ſignificatur Do-
Hilarius. minum infirmos & imbecilles, in quibus aliquid eſt bonæ ſpei reliquum, vel ſcintilla aliqua fidei, vel cognitionis ac charitatis diuinæ, non oppreſſurum cõtentione, clamore, & indignatione, ſed contrà potius manſuetudine ſua ipſum eos foturum, vt firmiores fiant, & in Dei cognitione atq; amore magis illuminati & accenſi. Et conſequẽter adhoc interpretantur quod ſequitur. *Donec efficiat ad victoriam iudicium.* Hoc eſt tam diu Dominus infirmos & imbecilles in iſto tempore pœnitentiæ fouebit, inuitãs eos ad maius robur ac lumen, charitatemq; perfectiorem; donec ſublata mortis poteſtate redeat ad iudicandum orbem, quando eius iudicium reducetur ad victoriam; cùm interea temporis videatur iam ſuppreſſum eſſe.
Ianſenius Verum eſt quod Ianſenius non improbabiliter æſtimat, aduerbium illud, Donec, non accipiendum, vt ſignificet certum temporis ſpacium, poſt quod futurum ſit quod vſque ad illud tempus dicebatur non factum eſſe. Sed quomodò frequenter accipitur in Scripturis, vt tantùm ſignificet rei alicuius euentum & conſequutionem, ita vt ſit ſenſus. In credulos Iudæos tolerabit, aut imbecilles fouebit ſua manſuetudine, ita vt hac ratione tandem futurum ſit, vt iudicium eius quod gentibus annunciare venerat, ad victoriam perducatur, veritate, ſcilicet, vbiq; obtinente, & in toto orbe recepta.

Et tũc oblatus eſt ei dæmoniũ habens cæcus, & mutus, & curauit eum, ita vt loqueretur & videret: Et ſtupebant omnes turbæ & dicebant, Nunquid hic eſt filius Dauid? Phariſei autem audientes dixerunt: Hic non eijcit dæmones, niſi in Beelzebub Principe dæmoniorum. Si quãdo tyrannus, licet armis, Regnum aliquod occupauerit (ait quidam neothericus doctor) tamdiu pacificè regnabit, quãdiu illo nemo ſuperior erit. At vero (vt ſtatim monet Chriſtus) ſi fortior eo ſuperuenerit, vniuerſa eius ſpolia diſtribuet, & captiuum aut morti addicet, aut vinctum in triumphũ reſeruabit. Ita nimirum Maximo tyranno contigit, qui Iuſtina. & Valentiniano iuniore fugatis in Theſſalonicam, Romã occuparat, & Theodoſio vinctus à militibus eſt redditus, vt ſcribit Nicephorus lib. 12. hiſtoriæ Eccleſ. c. 21. Nicephor.
Et quidem ante Chriſti Aduẽtum tyrannidem ſuam dæmones in vniuerſum ferè hominum genus extenderant, dum & Iudęos ſuperſtitionibus, deprauatis moribus, Gẽtiũ infidelitate, cædibus & ſanguine imbuerẽt, & gentiles ad ſuos cultus pertraherent: Et tunc quidem pacificè Satan regnare videbatur, cùm, vt noſter ſcribit Mãtuanus lib. Mantuanus Chriſtianus.
2. de calamitatibus temporum. Verſus.

Æra deos homines, & ligna carentia vita
Eſſe rati lectas pecudes, & debita cœlo
Orgya ponebant ſurdis altaribus.

Et Prudentius in Odis de Natali Ieſu; Verſus.

Cum cæca vis mortalium
Venerans inanes nenias,
Vel ligna, vel ſaxa algida,
Vel ſurda putabat Deum.

Tũc quidem in omnes liberè graſſabatur Satan, tum oracula proferebat, tũ ſuas tripodes, & lauros celebres videbat. Chriſtus autem noſtrî miſertus tantam tyrannidem non tulit, ſed (vt ſcribit Ioannes) in hoc ap- 1. Ioann. 3.
paruit, vt diſſolueret opera diaboli, & Atha D. Athanaſius.
naſius lib. de incarnatione Verbi, ſic ait: Olim dæmonia inani ſpecie, ludibrijſq; rerum, intricabant homines, obſeſsis alibi fontibus, alibi fluuijs, lapidibus aut lignis, atq; ita præſtigijs fatuos in ſtuporem agebant. Nunc verò cùm apparuit Dei Verbum, ſpectra huiuſmodi, & ludibria imaginũ ceſſauerũt. Solo enim Crucis ſigno vtẽs homo; dolos eorum à ſe propellit. Huius Chriſti virtutis argumentum nobis exhibetur in curato dæmoniaco, cæco, ſurdo, & muto: & eiuſdem Chriſti ſentẽtia, quòd in digito Dei eijciat dęmonia, & ad nos peruenerit Regnũ Dei. Obſidebat enim omnium & animas & corpora, mutos in laude Dei, ſurdos ad verbi auditum, cæcos ad miraculorum exhibitionem reddebat: ſed Chriſtus hominẽ eripuit, & vaſa ſua ab iniuſto poſſeſſore vendicauit. Erat ergo dæmoniacus iſte, cæcus & mutus, & Beda addit, quòd erat ſurdus; con Beda.
ſequitur enim ad eſſe mutũ. Ex quo miraculo turbã cepit admiratio, an ipſe eſſet Chriſtus filius Dauid. Cognatos autẽ eius cepit inſania, exiſtimantes eum in furorem eſſe verſum, vt narrat Marcus: Phariſæos autẽ cepit blaſphemia, dicentes, illum in Beelzebub eijcere dæmonia. Hæc enim eſt E- ſimile.
uangelij conditio, vt à diuerſis diuerſimodè etiam accipiatur. Sicut in eodem ſpeculo diuerſæ apparent facies, in recto enim recti,

recti, in obliquo verò deformes reddun-
tur vultus. Sic qui recto corde Euange-
lium audit, recta eius doctrina videtur, è
contra qui tortuoſo corde & ad temporalia
retorſo, non rectum ſibi apparet quod ibi
prædicatur. Idem cibus ſerpẽti ſalutiferus,
& homini nociuus: ſic eadem prædicatio di
uerſos in diuerſè diſpoſitis animis cauſat ef-
fectus. Quoniam omne recipiens recipitur
ad modum recipientis. Igitur Phariſæi di-
cebant: *In Beelzebub Principe dæmoniorum ei-*
cit dæmonia. Quidam exiſtimant nomẽ hoc
Beelzebub, quoad primã huius nominis par
tẽ, nempè Bel, deriuatum à Belo, patre Ni-
ni Regis Aſyriorũ, qui pater fuit idolatriæ.
Beroſus. Docet enim Beroſus, quòd Nembroth, qui
poſtea Saturnus dictus eſt, fuit primus qui
per tyrannidem ſibi accepit Regnum, quẽ
proceres occiderunt, vt de Romulo etiam
ſcribitur, & apud vulgus ſparſum eſt ipſum
à dijs aſſumptum, vt in varias antiquitates
Annius commentatus eſt. Qua opinione Iu
piter Belus eius filius delinitus patris Nem-
broth ſtatuam erexit, ad quam confugien-
tes etiam flagitioſi, velut ad Aſylum in tuto
eſſent: ſucceſſu demum temporis, & ſtatuæ
illius cultus auctus eſt, & hæc Belo Ioui ad-
ſcripta eſt, quòd is eam condidiſſet; poſtea
alij Belũ Baal, Beelphegor, Beelzebub, Baa
lim, alij Iouem & Saturnum coluerũt. Hinc
radix idolatriæ poſt diluuium ſumpta eſt.
Belo enim vita functo templum erexerunt
Euſebius. Babylonij (vt Euſebius Cęſarienſis in chro-
nicis Adonis Dienenſis, refert, & Saturnus
etiam dictus eſt: Et quia Bel, ſolẽ ſignificat,
hinc ortũ habuit aliud idolatriæ genus quo
ſol adorabatur, & omnis cœli militia, vt in
4. lib. Reg. & apud Hieremiam patet: ſed
quia Bel, ſiue Baal, ſignificat maritum, aut
Dominum (nam Baalim idẽ eſt quod dice-
re, vir meus, ſiue Dominus meus) hinc quia
Gentes dæmonia tanquàm dominos adora-
bant, dicta ſunt omnia idola Beel, ſiue Baal.
Erat enim nomen cõmune, ſicut apud Tar-
taros omnes Principes dicuntur Cham: &
apud Turcas Sultani; & apud Moſcobitas
Baſilius, ideſt Rex: & apud Seruios Deſpo-
ta, ſic apud Babylonios Baalis nomẽ in vſu
fuit. Et hinc Princeps dæmonum denomi-
natus eſt. Ait quippè Hieronymus ſuper. c.
3. Abacuch, quòd cunctorum dæmoniorum,
qui in hoc ſeculo debacchantur, caput eſt
Beelzebub Princeps dæmoniorum, & ſin-
gulæ eorum turmæ habent capita, & Princi
pes ſuos. Verbi gratia, ſpiritus fornicationũ
habeat præpoſitum ſuum: auaritiæ ſuum: ſu
perbiæ, & ambitionis alium, & ſic de alijs vi
tijs dices. Beel ergo dicitur Princeps & do-
minus: Zebub autem ſignificat muſcã. Vn-
de dicitur Deus muſcarum. Nam vt ait Hie *D. Hieron.*
ronymus, Iudæi in irriſionem illius dæmo-
nij, quod inter Philiſthęos erat maius, illud
nomine ſpurciſsimo vocauerunt, quod cer-
tè muſca dicitur, quia perdit ſuauitatem vn-
guenti, vt dicitur Eccleſi. 8. Ex quo maior *Eccleſ. 8.*
apparet blaſphemia Phariſæorum, qui cõ-
mercium cum ſpurciſsimo dæmone tribue-
bant Chriſto domino. Vel ſicut Beda dicit: *Beda.*
Dictum eſt hoc idolum, muſca; quia muſcæ
ſanguinẽ immolantium ſequuntur, non quia
talis dæmon muſcis imperat. Aliàs cur non
eſſet potius dæmõ qui imperaret leonibus,
aut tygribꝰ? Beelzebub aũt Deus fuit Acha
ron, ad quod Ochozias miſit. Beelphegor *4. Reg. 1.*
autem dicitur Deus Moabitarum quem Hie *D. Hieron.*
ronym. ſuper Oſeæ cap. 9. Priapum dicit, & *Origenes.*
Origen. hom. 20. ſuper Numeros, idolũ tur-
pitudinis vocat, quòd in eius ſacrificijs Iſraẽ
litæ nefanda ſe cum Moabitis puellis libi-
dine miſcuerunt: ſicut & Baal fuit idolum
Sydoniorũ, quod Rex Achab adorauit pro-
pter Iezabel vxorem ſuam, quæ erat filia
Regis Sydoniorum, vt. 3. & 4. lib. Reg. dici-
tur. Ecce ergo quidnam ſit idolum Beelze-
bub. Iuſtinus martyr quæſt. 82. ad orthodo- *Iuſtinus.*
xos docet, hoc nomen cum cæteris dæmo-
num appellationibus, dæmonibus ipſis do-
centibus, nobis innotuiſſe.

Ieſus autem ſciens cogitationes eorum dixit
eis. Abſente Chriſto hæc dixerũt Phariſæi,
quod nõ ſolum ex aliorum relatione, ſed ex
hoc quod ſecretorum eſt cognitor Chriſtus,
hæc cognouit, & congregatis ad ſe Phari-
ſæis, hæc eis loquutus eſt. *Omne Regnum diui-*
ſum contra ſe diſſoluitur, & omnis ciuitas vel
domus diuiſa contra ſe non ſtabit: Et ſi ſata-
nas Satanam eijcit aduerſùs ſe diuiſus eſt. Quo
modò ergo ſtabit Regnum eius? Ac ſi dicere t.
Omne Regnum in quo fuerit diſsidium, ita
vt pars vna aduerſùs alteram inſurgat, inui-
cemq; laborent perdere diuerſæ partes, ci-
to diſsipabitur & facilè conteretur. Et om-
nis cõgregatio ciuitatis vel domus alicuius,
ſi ita fuerit in ſe diuiſa, vt pars vna ſe oppo-
nat alteri, non permanebit ſtabilis, ſed cor-
ruet proprijs vulneribus. Vt enim cõcordia *Salluſtius*
paruæ res creſcunt; ſic diſcordia maximæ
dilabuntur. Me autem eijciente dæmonia,
ſi iuxta calumniam veſtram dæmon dæmo
nem eijcit, maior videlicet minorẽ vi cogit
exire

exire locum quem libenter inhabitat, nec,
niſi coactus deſerit; conſequens eſt, vt
inter dæmones ſit diſsidium & pugna. Per
quod ſoluitur hæc difficultas. Poſſet enim
quiſpiam dicere, poſſe Satanam eijcere Sa-
tanam, non ob diſcordiam aliquam, quæ
inter eos eſſet, ſed magis ob mutuam con-
cordiam, vt hac ratione homines in errore
aliquo, vel pertraherent, vel detinerent:
quomodò ſcribitur quòd Apollinarius ma-
gus varia fecit miracula, inter quod narra-
tur quòd dæmones eiecit. Sed reſponde-
tur rectè ſatisfacere Dominum huic obie-
ctioni, nam illi dixerunt Dominũ non vir-
tute cuiuslibet dæmonis; ſed principis dæ-
moniorum eijcere dæmonia, quo ſignifica-
bant contrarietatem quandam inter dæmo
nes, & quòd ſuperior inferiorem etiam in-
uitum expelleret. Si autem dæmones ali-
quando cedunt alijs dæmonibus, & collu-ſio
ne aliqua, non iam poteſtati cedunt inui-
ti, nec tam expellũtur quàm ſpontè exeũt,
& ideò exeunt, vt eos quos poſſederant &
alios etiã plures firmius poſsideant, in er-
rore aliquo firmiter detentos. Igitur ſi ita
eſt (concludit Dominus) non poterit Reg-
num eius ſtabile permanere, quod tamen
ipſe omnibus modis ſtudet ſtabilire. Sic in-
D. Hier. terpretatur Theophilactus. Hieronymus ve
rò ait, quòd Regnum diaboli vſq; infinem
ſeculi eſt duraturum, & erit ſemper caput
ſuper omnes filios ſuperbię: & tamen ex
hoc infertur, quòd anteà, imò quantocius
deficiet Regnum eius, iam iam defecturum,
ſicut verè deficiet, ſecundùm illud verbum
Ioan. 12. Domini. Nunc princeps huius mundi eij-
cietur foras. Id per Chriſtum debet fieri: nã
illi dicebant, quòd per Chriſtum cœperat
immitti inter eos diſcordia. Si per Satanã
eijciebat, vel igitur negate me, ait Chriſtus,
in nomine dæmonis eijcere dæmonia; vel
diaboli & inferni victorem, & debellatorẽ
me agnoſcite. *Et ſi ego in Beelzebub eijcio dæ-*
mones, filij veſtri in quo eijciũt? Ideò ipſi iudices
veſtri erunt. Hæc eſt ſecunda ratio. Ac ſi dice
ret. Iterum dicite mihi. Ego, ſi iuxtà veſtrã
calumniam, in nomine Beelzebub principe
dæmoniorum eijcio dæmones, exorciſte ve
ſtri filij generis veſtri, qui inter vos coniu-
rationibus eijciunt dæmonia; in cuius nomi
ne, & virtute hæc faciunt? An & ipſi in no-
mine Beelzebub eijciunt dęmones? Nequa-
quãm id fatebimini, ſed ex virtute Dei. Lau
datis quippè in eis hoc opus. Quod ſi de
iſtis aſſeritis dæmones eijcere, & non ex pa
cto cum dæmonio, qua rationis apparentia
hoc de me cõprobabitis, quòd aliter ego dę
monia eijciam quàm ex virtute Dei? Illi ſi
poſſunt ex Deo, quarè nõ potero ego? Quid
aduerſùm me habetis niſi veſtram inuidiã,
quæ vos facit mea omnia tam facta quàm di
cta in partem iniquam retorquere. Aduer-
te, exorciſtas vocare hic, vel Apoſtolos ſuos,
qui ex genere erant Iudæorum, nam hi in
nomine Chriſti expellebant dæmones; vel
alios ex Iudæis, qui hoc faciebant, quemad-
modùm & diſcipuli. Nam & ipſi quadã vi-
ce dixerunt Domino ſe vidiſſe quendam,
qui non erat ex illis, in nomine Ieſu eijcere
dæmonia, & prohibuiſſe eum. Imò & ante
Chriſtum fuerunt apud Iudæos ex inſtitu-
tione Salomonis exorciſtę aliqui, quales fue
runt illi de quibus Actu. 19. Septem filij cu *Actu. 19.*
iuſdam Scenę principis ſacerdotum. De Sa
lomone enim ſcio ſcriptum eſſe apud Ioſe- *Ioſephus.*
phum lib. 8. cap. 2. Præſtitit autem ei Deus,
vt etiam contra dæmones artem ad vtilitatẽ
hominum & eorũ curas ediſceret, & incã-
tationes inſtituit, quibus egritudines ſoleãt
mitigari. Modos etiam coniurationũ qui-
bus obſtricti dæmones, ne denuò redeant
effugantur, inuenit, & hæc cura hactenus
apud nos multum prevalere dignoſcitur. Et
ſubiungit exemplum à ſe viſum. Vidi ete-
nim, ait, quendam Eleazarum de gente no-
ſtra, præſente Veſpaſiano, & eius filijs &
tribunis, alioq; ſimul exercitu, curãtem eos,
qui à dæmonibus vexabãtur. Modus autem
medicinæ fuit huiuſmodi. Intulit naribus
eius qui à dæmonio vexabatur anulum ha-
bentem ſuper ſignaculum radicem à Salo-
mone monſtratam. Deinde dæmonium per
nares odorantis abſtraxit, & repentè ceci-
dit homo: poſteà coniurauit eum, iuramentũ
objiciens Salomonis, nè ad eum denuo re-
mearet, id eſt. Cantica quę ille cõpoſuit edi
cens ſuper eum. Volens autem ſatisfacere
atq; probare præſentibus Eleazarus hanc
ſe habere virtutem, ponebat antè eos calicẽ
aqua plenum, aut peluim, & dæmonio im-
perabat, vt egreſſus ab homine hęc euerte-
ret, & videntibus præberet indicium, quòd
hominem reliquiſſet. Hæc ille. De huiuſmo
di ergo exorciſtis (qui quantum diſtabant
à modo quo Chriſtus eijciebat dæmones cũ
ſuis, facilè patet ex dictis) intelligendus po-
tius videtur hic locꝰ. Tũ quia cũ hęc diceret
Chriſtus nondum miſsi fuerant Apoſtoli ad
prędicandum, cum poteſtate eijciendi dę-
mones, vt ſupra ex conſtituto ordine Euan-
gelista-

geiſtarum demoſtratum eſt. Tũ etiã quia ſimilẽ paſſuros calumniam Apoſtolos ſuos
Matth.10 Chriſtus demonſtrauit, dicens. Si Patrẽ familias Beelzebub vocauerũt, quantò magis domeſticos eius? Nã Gentiles conſtat Chriſtianis magiã, & infantum cædẽ imponere,
Tertullia. imò & adulteria & incæſtus, vt ſcribit Tertullianus in Apologetic. cap. 9. Et Vigilantius, & eius ſequaces, reliquiarũ venerationem, & imaginũ adorationẽ idolatriã vocant. Et hæretici noſtri tẽporis dogmata, traditiones, ſacramẽta Eccleſiæ diabolo ad ſcribunt, imitantes in hoc, & antiquos idolatras, qui Deũ Iſraël blaſphemantes dicebãt, populũ Hebręũ ex Ægypto eiectũ eſſe, eò quòd ſcabioſus eſſet. Tũ demum in ſolitudinẽ admiſſum ſibi tandem templũ extruxiſſe, & in eo Græcos pueros mactare ſolitum eſſe. Sic Appion Ægyptius apud Caium Imperatorem dixit. Igitur, concludit Domin⁹, ſi filij veſtri eijciunt dæmones, & non virtute dęmonum, vt vos dicitis; cur mihi hãc impingitis calumniam? *Ideò ipſi iudices veſtri erunt.* Ipſi enim vos condemnabunt, dũ declarabunt veſtro de ſe iudicio, quàm iniqua, maligna, & inexcuſabilis ſit veſtra in me calumnia. Quòd ſi de Apoſtolis hoc intelligatur, manifeſtum eſt, ipſos futuros eſſe iudices cũ Chriſto. Si autem de alijs exorciſtis, de iudicio comparatiuo loquitur, ſicut
Matth. 12 infra de Niniuitis: nã ipſi Deo tribuunt ꝙ ipſi dæmonibus adſcribũt. *Si autẽ ego in Spiritu Dei eijcio dæmones, igitur peruenit in vos Regnum Dei.* Hoc eſt. Si ego, quod verũ eſt, dæmones eijcio per Spiritum ſanctum ac diuinitatis virtutẽ, quæ in mea humanitate tanquã in inſtrumento domeſtico inhabitat. Igitur iam in vos peruenit Regnũ Dei, Tempus nunc aduenit quo inimicus diabolus per me deuincetur, eijcietur, & cõdẽnabitur, regnũq; eius quantũ ad electos prorſus deſtruetur, & Regnũ Dei ſurget pro eo in omnibus qui crediderint. Aduerte, quòd Regnũ Dei hìc ſumitur pro eo quod Ioannes, & Chriſtus prędicauerunt aduenisse cũ
Matth. 3. & 4. dicebant: Appropinquauit Regnũ cœlorũ. Verum quęri poteſt, quomodò Chriſtus ex eo inferat veniſſe apud Iudæos Regnũ Dei; cùm & ante Chriſtũ exorciſtæ eijciebãt dęmonia in ſpiritu, & digito Dei? Sed reſpondetur Dominũ ex hoc intuliſſe aduẽtũ Regni Dei in Iudæos, ex tã multiplici excluſione dæmonũ, ex hoc enim apparebat Regnũ diaboli noua & inſolita reperditũ iri, ac proinde Regnũ Dei, iam modo incipere apud homines. Et ſecũdò quia illa dæmonum ſenſibilis, & corporalis eiectio, ſignificabat expulſionem illorũ ſpiritualẽ, qua ex animis & cordibus hominum eos expellebat. Atq; hoc magnũ ſignũ erat, aduenisse Regnũ Dei, nõ ſolũ ob ſenſibilẽ expulſionẽ dæmonũ; verũ multo magis ob ſpiritualẽ illã quã illa viſibilis ſignificabat. Et hæc eſt tertia ratio quæ ex parte Chriſti ſe tenet; nã ſecunda ex parte filiorũ, & prima ex parte ipſorũ dęmonũ erat. *Aut quomodo poteſt quiſquã intrare in domũ fortis & vaſa eius diripere, niſi prius alligauerit fortẽ? Et tunc domũ eius diripiet.* Fecerat Chriſtus in præcedẽti ratione hãc cõditionalẽ conſequentiã. Si ego in digito Dei eijcio dęmonia, ergo peruenit in vos Regnũ Dei. Modò probat illud antecedẽs. Ego in digito & Spiritu Dei eijcio dęmonia: Nã dũ fortis armatus cuſtodit atriũ ſuũ, in pace ſunt omnia quę poſsidet; ſi autẽ alius fortior aduerſùs eũ inualeſcat, & alliget eũ, tũc poterit ſpolia, & vaſa eius diripere. Sed ego vaſa dęmonis, & ſpolia eius diripio; nã à corporibus, & animis in quibus antea habitabat, & quorũ erat dominus, ego mea virtute illũ expello, & homines illos quos anteà ipſe poſſederat, ad meã ditionẽ traho & meos facio. Igitur ſignũ eſt, me viciſſe, & alligaſſe hũc fortẽ dęmonẽ, ac proinde inimicitias, nõ amicitiã cũ illo gerere, nec eius adiutorio, aut virtute in hac expulſione me poſſe vti, cũ vi eũ à ſuiſmet rebus propellã. Sic
Eccleſ. 44 & Eſai. cap. 44. prædixerat. Nũquid tolletur à forti præda; aut ꝙ captũ fuerit à robuſto, ſaluũ eſſe poterit? Nõ enim hoc poterat fieri, niſi à Chriſto Domino qui hunc alligauit fortẽ. Et hinc patet ꝙ Regnũ Dei peruenit ad vos. Ad Regnũ quippè Dei ſpectat ſuperare dęmonẽ. *Qui nõ eſt mecũ, cõtra me eſt; & qui nõ cõgregat mecũ, ſpargit.* Hęc eſt, probatio cõſequẽtię, ſcilicet, peruenit in vos Regnum Dei: vult quippè dicere. Si me in digito Dei propulſante dæmones, & excidẽte Regnum diaboli, nõ peruenisſet in vos Regnum Dei, hac ſola ratione id euenire potuiſſet, quia daretur mediũ inter Regnũ Dei, & inter Regnũ diaboli; ſed cũ nullũ inueniatur mediũ (quia qui nõ eſt mecũ, cõtra me eſt, & qui nõ colligit mecũ, ſpargit) conſequẽs ergo eſt, vt me ſic eijciẽte dęmonia, peruenerit in vos Regnũ Dei. Et hæc ſentẽtia, Qui nõ eſt mecũ, cõtra me eſt, in diabolo veriſsima eſt, nã de homine illo qui nõ ſequebatur Chriſtũ, & tamẽ in nomine eius expellebat dæmones, dixit: Qui nõ eſt aduerſùm

Marc. 9. ſum vos pro vobis eſt. De diabolo autẽ certiſimũ eſt nõ ſolũ nõ eſſe pro Deo, ſed omnino aduerſariũ Deo, vt patet ex cõtrarietate operũ vtriuſque. Imò abſolutè verum eſt, ꝙ qui non eſt cum Deo, eſt contra Deũ: quia non eſt medium inter amare Deum, & aduerſari illi, quicumq; enim eum non amat, aduerſarius eius eſt.

Moralitas ſeu cõcio. Hoc Euangelium ex Luca cap. 11. canitur in Dominica tertia Qradrageſimę. Ex quo colligimus, quàm dãnoſus hoſpes ſit diabolus. Taliter enim hoſpitalitatem ſoluit, vt domum quam inhabitat ſpoliet omnibus bonis, tàm corporis quã animæ. Sed cũ Dominus noſter venerit ad reſtituendum omnia quæ diabolus ſuſtulit, & ad reparandũ mala quæ in mundo quem poſſederat cauſa uerat, non ſolùm ab obſeſsis illum expellebat, verùmetiam ab omnibus malis quæ illis intulerat illos releuabat. Quarè poſtquã expulit hunc dæmonem, homo & videbat & loquebatur rectè. Ex quo tamen turbæ in admirationẽ adductæ illum dicebant eſſe filiũ Dauid; cognati eius dicebant eum eſſe inſanum, & Phariſæi ipſum Magum, &
Simile. præſtrigiatorẽ blaſphemis verbis proclamabant. Vt ex hoc conſtet diuerſitas effectuũ quos Euangelium facit ſecundùm diſpoſitionẽ audientiũ, cùm omne quod recipitur, recipiatur ad modũ recipientis. Si enim aranea ore contingat florem, illum in venenũ conuertit, ex qua tamen apis mel dulciſsi-
Cantic. 2. mum conficit. Sic iſti Phariſæi verba & facta Chriſti (qui flos eſt campi, & lilium cõuallium) tanquam araneę in venenoſa verba conuertebant, quæ alijs tanquàm mel ſapiebant in corde. Sic enim dixit ei Petrus.
Ioannis. 5. Quo ibim⁹ Domine, verba enim vitę eternę habes? Et Pſalmiſta, quàm dulcia faucib⁹
Pſal. 118. meis eloquia tua ſuper mel ori meo. Cæterum quoniam in tempore ſacro Quadrageſimę hoc Euãgeliũ prædicatur, oportet adnotare, quòd quemadmodùm eſt tempus quando homines mutant hoſpitia, *Hazẽ ſan Iuan*, ſic ſacrum Quadrageſimæ tempus accomodatiſsimum eſt ad hoc, quòd homines hoſpitia moueant; atque veteri relicto hoſpite, alium meliorum quęrant. Nam ſi per totum annum, vel aliquam partẽ eius hoſpitabaris cum diabolo; nunc tam nefando relicto hoſpite, aliũ vtiliorẽ qualis eſt Chriſtus, accipias, hoc ſciẽs ꝙ diabolus pernicioſiſsim⁹ hoſpes eſt. Primũ enim domũ in qua habitat diripit, atque omnib⁹ bonis ſpoliat. Id Dominus in hoc capite innuit, cũ infrà dicit, quòd cùm diabolus domum, vel animã quam aliquando inhabitauit, vult iterũ debellare, primùm eam inuenit vacantem ac ſcopis mundatam. Non quòd mundam eligat habitationem qui prę omnibus ſpurciſſimus eſt, ſed eò modo loquendi quo dicitis, *Simile.* quando fures rapuerunt omnia quæ alius habebat in domo ſua, *Dexaronle la caſa limpia*: Sic quia diabolus bona corporis & animę ex anima quã inhabitat rapit atq; deſtruit; ideò dicitur mundare domũ. Quare Iob. 41. de diabolo dicitur. Faciẽ eius prę *Iob. 41.* cedit egeſtas. *Enpobrece el alma donde entra el demonio*, Deindè portas atque foramina claudit, quibus auxilium ad eũ intrare poſſit, omneſq; vias intercludit per quas auxiliares copię ad eũ poſſẽt venire. Ideò enim oculos, aures, atque os huius dęmoniaci clauſit, vt non eſſet locus quo lux aut auxilium ad eum intrare poſset. O miſeram animam quam perfidus hic hoſpes inhabitat; qualem eam dices eſſe? Qualis eſt domus ſola abſq; habitatore aliquo? Videbis eã vndique clauſam, occluſas portas atq; feneſtras ferreis anulis alligatas; quod cùm videris, dices. Domus hæc ſola eſt, nec vllus in ea habitat. Iam ſi in eã ingreſſus fueris; ſpurcitijs eam plenam inuenies, obſcuritateq;, ac ſolitudine horrida apparet. Iam ibi paries decidit, iam hinc craticius ſimul cum tecti parte interruptus eſt, ſtillicidijs ac fœtore plena. Bone Deus, quid hoc mali eſt? Domus malorum dęmoniorum, aut mulierũ maleficarum hæc domus videtur. Et ita eſt certè. Domus enim peccatoris habitatio dæmoniorũ eſt, *Caſa de trasgos y de bruxas, es vn infierno portatil*, clauis ianuis ac feneſtris ſignum eſt carere habitatore. Et ita verum eſt. Nam non eſt vir in domo eius abijt, via *Prouerb. 7* longiſsima: quoniam Deus longè eſt à peccatoribus magno ab eis interſtitio diſtat, *Ay mucha tierra en medio*, deficit vir qui eſt De⁹ verus, & proprius incola animæ, deeſt, qui illam adimplebat, integrã atque optimè ornatam tenebat. Occluſa eſt domus, nec audit, nec loquitur quæ oportebat, ſtabulum quoddam apparet; nec enim ſtercorarius locus eſt tam fœtidus, ſicut peccatorum anima. Nunquàm ne in Vitis Patrum legiſtis de quodam eremita, quem Angelus comitabatur; qui obuiam habuerunt pauperẽ quẽdam leproſum ac ſcabioſum, fœtorem talẽ ex ſe emittentem, quòd aẽrem ipſum inficere videretur. Quod cum ferre nõ poſſet ſanctus eremita, nares clauſit manibus, ne tali

fœtore inficeretur:& tamen Angelus qui in forma humana illum comitabatur, nihil tale fecit, ſed ſerenus abſque vllo motu pertranſijt. Deindè tranſiuit propè eos eques quidã iuuenis pulcherrimus odoribus, ac vnguẽtis plen⁹, qui aerẽ ſuaui adimplebat odore, ad cuius trãſitũ Angelus nares occluſit, geſtuq; demõſtrauit, horrorẽ ſibi magnũ hominẽ illũ effeciſſe. Cuius cauſam cùm ab eo peteret eremita; cur id non fecit ad trãſitũ illius leproſi, q̃ ad huius odoriferi iuuenis oſtẽdit? reſpõdit Angelus & dixit, Mihi corpora nõ fœtẽt, frater, ſed animæ. Anima illius pauperis mũda erat; huius autẽ prediuitis equitis immũda, & ideò eius fœtorẽ ferre nõ potui. Sic & de Beata Catherina de Sena fertur, quòd cũ ei datũ fuiſſet à Deo, vt animarũ odorẽ ſentiret, cũ fortè peccatorẽ aliquẽ videbat, nõ poterat fœtorẽ illius ſuſtinere, in tãtũ, vt ſtomachus eius alteraretur, atq; motus daret qui ad vomitũ prouocabãt illã. Nõ eſt vir in domo eius. Stercorũ cochlea facta eſt peccatorũ anima. Iã quãtis tenebris coorpertã eã inuenies dẽſioribus, quã illæ quas paſſa eſt Ægyptus, quæ palpari poterãt. Nec enim rimula aut foramẽ eſt per quod ad eã intrare poſſet lux: omnia quippè occluſa à dæmone ſunt. Surdus, mutus, & cæc⁹ erat hic dęmoniacus, omnia in ea diruta ſunt, atq; perfracta, ſtillicidijs adeò plena, vt volutabrũ luti quo dęmones porcis immũdiores volutãtur. Eſt enim habitatio dæmoniorũ, quæ anteà cùm à Deo habitaretur, tẽtoriũ quoddã pretioſiſsimarũ rerũ erat, iã beſtiarũ ſtabulũ facta eſt, ac ſtercorũ fœtidiſsima latrina. Vnde Eſai. c. 13. dicebat. Nõ ponet ibi tẽtoria Arabs, nec paſtores requieſcent ibi; ſed requieſcẽt ibi beſtiæ, & replebũtur domus eorũ draconibus, & habitabũt ibi Sthruthiones, & piloſi ſaltabunt ibi, & reſpondebũt vlulæ in ędibus ei⁹, & Sirenę in delubris voluptatũ. Anteà Arabiæ aurũ in anima erat, cũm Angeli cœleſtes ſimul cũ Deo eam habitabant, & erat tentoriũ quoddã empyrei cœli; ſed poſt quã eã ingreſſus eſt diabolus, omnia hæc rapuit atq; ab his omnibus ſpoliauit eã. Erat emporiũ quoddam diuerſarũ virtutũ: nam ibi erat tentoriũ vnũ patientiæ, quę eſt prętioſiſsima gẽma ſimul cũ actibus quã plurimis eius: aliud erat charitatis pretioſiſsimũ margaritum, ſimul cum operibus miſericordię, ac eleemoſynis multis: aliud religionis orationibus plenum. Sed hæc emporia interturbat dæmon. *El rebuelue eſtas ferias,*

Eſai. 13.

atque omnia hęc ab anima tollit. Et ideò paſtores ibi non requieſcent; quia omnia in anima peccatoris areſcunt, nec eſt vbi ouile virtutum paſcatur in ea. Cæterũ per hos paſtores ego modò volo intelligere illos, qui pauperum curam gerũt, quales illi ſunt qui hoſpitalibus pręſunt, vel ſibi curam hanc aſſumunt, vt pauperibus alendis eleemoſynas petant. Sunt enim veluti paſtores qui pauperculas oues paſcunt, quibus niſi iſti ſubuenirent, perirent fame. Hi ergò in domos horum peccatorum vadunt poſcentes paſtum pro pauperibus, & nihil inueniunt. Statim cauſantur ſe ęre alieno oppreſſos eſſe, nec habere quid tribuant. Sterilia omnia ibi ſunt, nec erit herba pro ouiculis. Pergat ibi paraſitus, meretrix, tales domos petant aleatores, ac gladiatores, quicquid volẽt ibi inuenient: paſtor tamen pauperum impaſtus ab eis recedet. Non ergò hi paſtores requieſcent ibi; ſed requieſcent ibi beſtiæ, & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi ſtruthiones, & piloſi clamabunt alter ad alterum, & vlulæ reſpondebunt ibi, & Sirenæ in delubris voluptatum. Dracones morãtur ibi, hi ſunt guloſi, ebrioſi, ciborum deuoratores. Ibi piloſi homines ſilueſtres ac feroces, abſq; vlla pietate. Ibi ſunt vlulę, hoc eſt, maleficæ mulieres. Sirenæ in delubris voluptatum, id eſt, meretrices cum dæmonibus, ſaltatrices ac cantatrices, hæc omnia apud tales peccatores hoſpitantur. Sed attendite, quoniam Propheta hic videtur ad literam vaticinari deſtructionem, ac ruinam ciuitatis Babylonię, quę ſecundùm Strabonem facta eſt ducentis annis poſt hoc Eſaię vaticinium. Vel ſecundũ Euſebium ducentis ſexaginta aut ducentis octoginta. Verùm quòd hæc tanta ciuitas, quæ magna erat ſic fuiſſet funditus diruta ac deſtructa; vt in his verbis depingit Propheta, nunquàm legimus, quòd ſicut Sodoma, & Gomorrha fuerit derelicta, licet ſecũdùm aliquas partes eius forſan contigit iam. Quarè ad regulam illam D. Auguſtini accurrere debemus, in qua docet quòdquãdo non inuenitur prophetia aliqua ſecundũ quod litera ſonat adimpleta, debemus recurrere ad ſpiritualem ſenſum, & ille erit tunc literalis. Quare ſi fortè prophetia hęc Eſaię non ita ſicut ſonat litera adimpleta eſt in ciuitate illa Babylonia; adimpleta forſan eſt in Iudęa, vt quidam exiſtimãt, quam vocat Propheta ſpiritualem Babyloniam: Hieruſalem quippè ac tota Iudęorum regio, ſic radicitus

D. Aug.

radicitus euulſa atque conſumpta eſt, quam modò, non Chriſtiani ſed Mahumetani dęmonijs ſimiles incolũt. Et hoc vt ipſi Iudæi intelligant promiſsiones illis factas, non tẽporaliter intelligẽdas eſſe, cùm Regnũ eorũ temporale omnino conſumptum ſit, ſed ſpiritualiter potius accipere ea debere. Alij verò hoc Eſaię vaticiniũ nõ ſolũ ſpiritualiter de populo iudæorũ volunt vt intelligatur; verũ ſingulariter de anima quæ excluſo Deo diabolũ habitatorẽ ſuſcepit, ex quibus vnus eſt Chryſoſtomus homil. 60. ſuper Matthæũ. Ad quod videtur alluſiſſe D. Ioã nem, cùm Apoc. 18. ait, ſe audiuiſſe vocẽ fortem Angeli cuiuſdã, qua dicebat. Cecidit, cecidit Babylon magna, & facta eſt habitatio dæmoniorũ, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi, & cuſtodia omnis volucris immũdæ, & odibilis. Vbi certũ eſt, nõ fieri ſermonẽ de ciuitate illa Babylonia, iã enim multis retrò annis adimpleta fuerant vaticinia quę de ea loquebantur: Sed ad literam de mundo hoc loquitur, & de peccatoribus qui in eo ſunt. Nam hi præ confuſione vitiorũ (hãc enim ſignificationẽ reddit vocabulũ Babylonia) à gratia Dei, ac virtutũ gloria in barathrum vitiorũ ceciderunt. Et facta eſt, habitatio dæmoniorũ, *Caſa de traſgos*, ad literã. Et cuſtodia omnis ſpiritus immundi. Silueſtriũ ferarũ habitatio, in qua horribiles viſiones peccatorũ videntur. Vbi & adimplebitur illud Iob. Vadent & venient ſuper eum horribiles. Hoc eſt, poſt vnũ peccatũ aliud peius. Abijt gula, iã regnat blaſphemia. Hoc abiecto, auaritia. Vno expulſo dæmone, alius ſucedit, *Es caſa de eſpiritados*. Et cuſtodia omnis volucris immũdę: quidquid enim in anima peccatoris eſt, penè totum immũdũ eſt. Nam cogitationes quæ per volucres ſignificantur, immundę ſunt, aues nocturnę quę funeſtas emittunt voces, ibi ſunt. Nam omnia quæ de peccatore dicuntur, mœrore ac triſtitia plena ſunt, æternumq; annunciãtia malũ. Et quia ferè ad literam hanc ſententiam Eſaiæ videtur transferre Ioannes, quaſi oſtendens debere intelligi de eo quod ipſe illam intelligit; ideò per piloſos clamãtes alter ad alterum, & per vlulas reſpondẽtes ſibi, intellige rugitus ac mugitus, & ferinas voces ac horribiles, quę aduerſùs peccatores in Scriptura emittũtur. Vnde quidã interpretantur Hebræam vocẽ quę hic eſt, per hanc qua dicimus Heu. Maledictiones quippè ac æternas flãmas Scriptura peccatoribus minatur dicens. Væ genti peccatrici. Vę vobis diuitibus, væ qui prædaris. Væ vobis ſcribæ, & Phariſæi hypocritæ. Sẽper enim, væ, in ſcriptura æternum comminatur gemitum. Solummodò enim ibi væ eſt, vbi nunquàm quieſcet gemitus: quia nũquã doloris cauſa ceſſabit. Omnia enim ibi ſuſpirijs, gemitibus, ſingultibus, rugitibus, atq; clamoribus repleta erunt. Hos enim cantus funeſtæ aues tibi, ò peccator, prædicentes canunt, quæ mala tibi immineant augurantes. Et Syrenæ in delubris voluptatũ. Sint hæ Syrenæ illę quas poetæ fingebant in mari, habere mulierũ facies, adeoque dulciter canere, vt homines, & nauigia detinerent: quę vt diximus carnis voluptates ſignificãt, quibus mundus templa dicabat. Quid enim erat deæ Veneri tẽplum ac cultũ conſecrare; niſi luxuriæ litare. Et Baccho, niſi ebrietati ſuum proprium decernere cultũ? Hoc eſt, voluptates tanquam deas colere, & adorare. Quod & tu, ò impie ac ſcelerate Chriſtiane, multoties facere ſoles, conſecrans domum tuã in templũ, aut luxuriæ, aut auaritiæ, aut aleæ, vbi concurrere ſolent, qui his affecti ſunt vitijs quaſi ad offerendũ ſua impia ſacrificia. Res miſeranda, ò Chriſtiani, quòd inter vos tolerentur domus in quibus congregentur quaſi in aliorum hominũ cœtus ac conciliabula ad ludendũ, & quaſi ad templũ mille idolorum, imò omniũ dæmoniorum ac vitiorum ibi concurratur. Proh Deũ atq; hominum fidem! cur hos Chriſtiana Reſpublica fert? Cur nõ à fundamentis talem euertit domum, tanquàm quę toti rei publice peſtiferã perniciem minetur? Optimum ſanctuariũ certè, deuotiſsimũ ſacellũ, in quo nõ Deo ſed diabolo orationes fundũtur, ac cultus datur. Non melius eſſet vt ad domos in quibus Dei cultus viget, ac veritas eius prædicatur, cõcurreres? quales ſunt tot religioſorum monaſteria. Sed dices ſunt tardi ac pigri portarij ac clauigeri, qui nos per horam integram immorantur prius quàm vel aperiant ianuam, vt Patrem quem petimus accerſant. Falleris, frater mi, nõ hoc eſt, ſed quia tu tepidè ac penè inuitus pergis ad conſulendos actus tuos, tantilla mora dies aut annus tibi videtur. Times enim ne fortè aliquid q̃ aduerſetur auaritiæ, aut cupiditati, vel voluptati tuę, audias. Vides, frater mi, qualem ſtruat domũ quam inhabitat diabolus, qualẽ faciat animã quę ei hoſpitiũ parat. Nec enim oculos habet quoniã ipſammet lucẽ non videt; nec aures quia & ſi concioni aſsiſtat, nihil plus ex illa tulit, quã ſi pe-

D. Chryſ.

Apoc. 18.

Iob. 20.

Eſaiæ. 1.

ſi penitus non audiuiſſet. Sic Deus in Scriptura ſolet peccatores alloqui, dicens, eos oculos habere, & non videre, & aures, & non audire. Habēt quippè fidem, ſed otioſam. Ita enim de ſupernaturalibus curat, ac ſi nihil de illis audiſſet. Audit veritatem, & confeſtim obliuiſcitur illam: idem eſt ac ſi nec audiſſet, nec vidiſſet. Mutus etiam eſt, ſemel enim in anno, quandò deberet loqui & confiteri peccata ſua, obmuteſcit. Bone Deus, quot ſiunt diligentiæ ad hoc quòd te faciant tua dicere ſacerdoti peccata? Admonet parochus, vociferantur concionatores, cenſuras profert Epiſcopus; & adhuc taces. Iam ad pedes aſſiſtis confeſſoris, & dicit tibi. Dic frater peccata tua; & tu quaſi elinguis effectus taces, & vultu immutaris, & poſt moram temporis dicis confeſſori, vt te interroget peccata tua. Nūquid ego Deus ſum, vt cogitationes tuas intelligere valeā? Aut me diuinare vis peccata tua, quæ ego te non vidi perpetrare? Videntur iſti mihi ſimiles Nabuchodonoſor Regi, qui vidit ſomnium, quod maximè terruit eum: oblitus eſt tamē ſtatim ſomnij ſui, & conuocauit diuinos, & ariolos præcipiens eis, vt & ſomniū quod fugerat ab eo diuinarēt, & ſimul interpretationem dicerent. Illi tamen dicebant. Rex dicat ſomnium ſeruis ſuis; & interpretationem illi congruā dicemus. Cōtra Rex vt.umque exigebat ab eis. Illi autem id[illegible]oli Deo poſsibile eſſe dicebant. Sic iſt[illegible]olebant vt nos ariolemur eorū peccata, & ſi[illegible] lutionem aut abſolutionem illis impē[illegible] Hoc ſoli Deo reſeruatum eſt, vt ſecretaru cordis ac ſomnia, & cogitationes ſciat. Dic tu mihi peccata tua, & tunc ego eis cognitis, vel dabo abſolutionem, vel etiā negabo. Ecce quomodò anima, quæ diaboli eſt hoſpitiū, per peccatum dicatur cæca, muta & ſurda. Dic mihi, frater, quis eſt, qui apud iudicem cauſam dicere debet; qui prius non cōſideret quæ dicturus ſit, vt abſoluatur à crimine? Et tu qui tanquā reus ad pedes ſacerdotis debes apparere qui loco Dei præſidet, non præmeditaberis delicta tua cū dolore, vt ab eis abſoluaris? Vnde & Sapiens dicebat. Ante iudicium præpara animam tuā. Quòd ſi quis impreparatus ante ſacerdotis pedes acceſſerit, nō debet admitti. Vade frater, dicat ei cōfeſſor, premeditare peccata, tua, aliàs tuam non audiā confeſsionē. Etiā ſi propter hoc contriſtetur, nihil ad te, ſua culpa id fit: abeat & faciat, quod in ſe eſt. Verū eſt, vt omnia doceamus, quòd non eadē conſcientiæ diſcuſsio exigenda eſt à ruſtico & ſimplici homine; ſicut ab aulico & ſapiente. Imo & imbecilli aliquādò cōniuēdū, & pedetentim illum ducere, & nonnūquā adiuuare & roborare debemus, vt non vereatur dicere pre verecūdia quod ſine illa comittere nō eſt veritus. Sicut cū Samaritana ſe habuit Dominus Ioan. 4. c. Nā ipſam ipſe ſuis verbis paulatim ducebat ad hoc q̄ cōfiteretur peccata ſua, adiuuādo, & ad memoriā arte quadā diuina ea reducēdo. Talē ergo habet diabolus eū cuius animam incolit, reddit enim illū quaſi lignū quoddā inſenſibile. Imaginemini vos hominē cæcum, ſurdū & mutū, quaſi truncus quidā ligni apparebit, nec quicquā videtur hominis habere. Vnde & dæmō illudit illū; atque irridet eū. Sic enim de eo apud Iob ſcriptū eſt. Beſtiæ agri ludent ei. Hoc eſt, dęmones illudēt ei. Paſsim eos decipit dæmon, facit credere illis quòd in tali mercatura fiet diues, et iā ſi vſurarius ſit cōtractus, aut ſimoniacus; q̄ tali fruetur voluptate, ſi ſe tali periculo opponat: poſteà autē mentitur eis. Nam in tali negotiatione pauper eficitur, & in illo periculo, vel perit, vel cum in famia deprehenditur, & diabolus poſt tergū eius cachinū tenere nō poteſt, & illū irridet. Comprehenderūt Philiſtæi Sanſonē, & oculos eius eruerunt, deinde ludebant cū eo illudentes atq; irridentes ei. Sic diabolus quos ſub ſua tyrānide cōprehendit, excęcat, & ludit cū eis decipiens multoties eos. Facit enim eos machinari multa, turres vanitatis fabricare, & videtur q̄ dicat eis aliquid, quod tamē nec ipſi intelligunt, *Hechales bernardinas y hazeles picar*, & poſteà omnia in fumū vertūtur, & ſic ridet, & irridet eos. Huic beſtiæ agri ludēt. Vanitatē meditatū eſt cor eorū quia cor eorū vanū eſt. Et Abacuch. 1. dicitur. Ipſe de regibus triūphabit, & tyranni ridiculi eius erunt: & ipſe ſuper omnem munitionē ridebit, & cōportabit aggerē, & capiet eā. Illos qui aliquando in gradu heroico, vel grādi perfectionis ſteterant, & inde ſuis machinationibus ſubuertit, atque ſub ſua tyranni de ſubijcit, irridet & illudit diabolus. Quarè Paulus Timotheū diſcipulū ſuum admonet in ſecunda Epiſtola cap. 2. vt tales exhorterur, vt reſipiſcant à diaboli laqueis, quo captiui tenētur ad ipſius voluntatē. Non ſolùm his artibus eos ſub ſua redigit poteſtate; verùm tanquā mancipia ad ſuā eos trahit volūtatē, irridens eos: à qua tamen captiuitate ſolus Deus eos eruere poteſt. Opus eſt, vt fortis

Daniel. 2.

Simile.

Ecclef. 18.

Ioan. 4.

Iob. 40.

Iud. 15.

Abac. 1.

2. ad Timoth. 2.

tis hic Chriſtus veniat, & alliget dæmonē fortē armatum, & vaſa eius & ſpolia diripiat. Nā poſtquā antè Domini aſpectū hūc dæmoniacū attulerunt; protinus à laqueis diaboli ſolutus eſt. *Et videbat & loquebatur.* Mox vt ſol domum tuam intrauerit; effugātur tenebræ; & portæ atq; feneſtræ aperiuntur ad recipiendum lumē ſolis. Sic cum Deus animam peccatoris intrauerit, confeſtim diaboli tenebrę profligātur, aperiūturq; ianuę eius, vt tanti luminis radijs tota perfundatur domus. Poſce igitur ab eo, ò peccator, vt te illuminet, à te diabolum exterreat, vt illuſtret tenebras tuas, ſoluat laqueos, atque funes diaboli diſſoluat, te in hac vita protegēdo ſua gratia, vt in alia ſua perfruaris gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Alia moralitas ſeu concio.

Tria in hoc Euāgelio docemur. Primum grauiſsima, & incomparabilia dāna, quæ diabolus operari ſolet in animabus illis quas ſuę tyrannidi ſubijcit. Secundum quis eſt qui hæc dāna reparare poteſt. Tertium quāta cura cauēdum eſt, ne iterum diabolus nobis imperet: fient enim tunc nouiſsima hominis illius peiora prioribus. Aduerte ergò q̄ Phariſæi opera hæc Chriſti egregia diabolo tribuebant, in quo apparet hominum peſsima ingratitudo, qui ob hoc quòd Dominus ſe viſibilē ac familiarē illis præbuit, vitę æternæ documenta docendo; infirmos curādo, dæmones hoſtes teterrimos ab eis profligādo, illum magum ac incantatorē dicebāt. Regium eſt (ait quidā ſapiēs) cùm bene feceris malè audire: opus eſt regali quadā mēte præditum eſſe illum, vt pro bonis exhibitis mala ſuſcipere patiēter valeat. Adeòq, regium res hæc poſtulat pectus; vt ſolus ille, qui Rex regum eſt & Dominus dominātium, id perferre potuerit. Quare potius dicēdum eſt. Diuinum eſt cum benefeceris, male audire, homines enim id nō poſſent niſi diuinitus adiuuarentur. Secundò aduerte quid poſsit inuidia quæ illos in talē blaſphemiā cōpellere valuit. Eſt enim inuidia, velut petra tonſoris, in qua acuitur lingua. Eſt quidē lingua gladius quidā biceps, qui corpus & animā ſcindit, tamē inuidia ità acuitur & excitatur, vt falſa teſtimonia aduerſus proximos faciat dicere, alienas negligētias, etiā ſi minimas, acriminare, bona proximi minuere & anihilare, ac praua intētione bona proximorū in deteriorē partē iudicare; ità quòd verum ſit illud Sapiētis dictū. Ferrum ferro exacuitur. Hoc eſt, vnum peccatū alio ſubleuatur & peius fit, ſicut peccatum linguæ per inuidiā exacuitur. Hinc ſanctiſsima Chriſti facta homines iſti dæmonio tribuebāt, quarè pro maledictione eis dicebat quidē. Muta fiāt labia doloſa. Sed tribus rationibus quas retulimus, eorum malitiam efficaciſsime cōfutauit Dominus. In hoc ergo dæmoniaco cæco, ſurdo, & muto videmus dāna quæ diabolus in his qui ſibi ſubduntur faciat. Et primò aduertēdū eſt, q̄ inter alias rationes, quę à ſanctis Doctoribus afferuntur; quarè Deus permittat q̄ dæmones corpora hominū torqueāt, quas refert D. Chryſoſt. in homelijs de prouidētia, & fato ad monachum quēdā qui à dæmonio vexabatur, hæc vna eſt, vt in hoc quaſi in imagine quadā ac pictura oſtēdatur nobis, quā dira quāq; multa ſint tormēta, quibus dæmones animas in infernum cruciāt, cùm videamus illos in præſenti vita quāta ſęuitia corpora torqueāt, cū ad id permittuntur à Deo. Semel facta eſt illis copia intrādi in gregē porcorum, & duo millia ſimul in mare ſubmerſerunt. Cùm tamē cruciādi Iob licētiā accepit (proh Deū immortalē!) quot mala illi intulit! In domos irruit, filios ac filias obruit, camelos, aſinos, oues, boues, & omā quę habebat ſimul ſuſtulit. Nōdum nuncius vnius dāni abierat, & ecce alius poſt illum veniebat. Ipſum percuſsit lepra, atq; à plāta pedis vſq; ad verticē capitis vlcere peſsimo vulnerauit. Amicos, & vxorē, aduerſus eum inſurgere fecit, deniq; nullum inexpertum reliquit dānum quod illi nō obtulerit. Qui ergò hæc dāna corporibus infert, cum ſe in infernо viderit carnifex animarum factus, quæ nō in illis exercebit dāna? Inſuflabit flammas, horrēdis illos terrebit geſtibus, tormēta parabit; deniq; omniū ſimul malorū cōgeriē vi quadā infernali in illos propellet. Sed ſecunda ratio, quæ potius propoſito cōgruit, hęc eſt, vt per dāna quę corpori infert, ea quę animabus faciat cognoſcamus. Hunc hominē quē poſsidebat, cæcum, mutum, ac ſurdum effecerat. Omnia quippè diuerticula occupat, quibus ſe poſſet anima liberare, ne fugiat. Et primum eā excæcat, ne videat mala quæ ſub eius tyrannide patitur. Si enim hæc videret nec ad momētum quidē imperium eius ferre poſſet. Hac arte vſi ſunt Philiſtęi cum Sanſone; qui eos perſequi ſolebat. Nā cùm in eorum manus deueniſſet, protinus oculos eruerunt, & ad molam laborare fecerunt. Nè videret damnum oculos eruerunt, & in magnis eum laboribus vexauerunt. Sic peſsimi homines & peccatores

Inuidia.

Simile.

Prouer. 27

Pſal. 30.

D. Chryſ.

Iob. 2.

Iudic. 16.

tores intelligere nõ valent, in quot pericula ac labores eos peccata trahant: At cũ in die iudicij aperti fuerint oculi eorum, tũc intel
Sapiẽt. 5. simile. ligent & dicent: Laſſati ſumus in via iniquitatis, ambulauimus vias difficiles. Conſidera hominẽ pauperem tempore quo fames premit terrã, circundatum liberis, vxore ac familia, omnes ab eo poſcentes quæ miſer eis præſtare nõ poteſt: vnus enim ab eo petit panẽ, alius calceos, cõiux veſtẽ, ancilla mercedẽ; & tamen nihil horum conferre valet. In quot ſe tũc videbit anguſtijs inuolutum? Sic mũdus iſte crudelis ac diabolus, qui eius opera vtitur, miſeros homines, qui eis ſeruiunt, cõſtringunt. Homo quippè ſuis libidinib⁹ ſubditus, à multis premitur vitijs ac cõcupiſcẽtijs, & cũm omnibus morem gerere nõ valeat, miſerè miſer cruciatur. Ira quippe ab eo expoſtulat vindictam, vt illũ occidat, alium vulneret, in alium cõuitia iactet. Caro voluptates efflagitat, vt noctes inſomnes ducat, vias omnes circumeat, meretricũ domũ conſcendat, donaria tribuat, largè pecunias expendat, multaq; alia pericula ſubeat. Vanitas aliud latus ſæpit, expoſcitq; vt induatur purpura & byſſo, vt epuletur quotidie ſplẽdidè, vt pretioſiſsimos equos emat, currus ac plauſtra magnifica habeat, & ad hoc infinitũ æs alienũ conflet, tributa ſuperrem familiarẽ ſuã imponat; aleatores ac inutiles ſeruos alat? Quid faciet miſer tot adſtrictus malis? Quis ad remos dãnatus tot mala
Eſer. 16. perfert? Seruietis ibi dijs alienis (ait Dñs per Hieremiam) qui nõ dabũt vobis requiẽ die ac nocte. Nam nec cibum quiete capere poteſt, & ſomnus fugit ab oculis eius. Quis nã adeò mentis inops, ſi hęc mala perſpiceret, nõ ab eis vſq; ad Sauromatas fugeret. Sed euulſis oculis veluti alterum Sãſonẽ in priſtinum eum molere cogunt peccata, fitq; miſer ſeruus, qui cum Deo ſeruiebat quaſi liber regnare videbatur. Quare Eſai. cap.
Eſai. 47. 47. ani mæſic humilitatæ dicit. Deſcende, ſede in puluere virgo filia Babylon. Nõ eſt ſolium vltra tibi, ſede in terra, nõ vocaberis vltra mollis & tenera. Tolle molã & mole farinã. Acſi diceret: Iam peccatoris anima, quæ Deo relicto, diabolo & paſsionibus carnis tuæ te ſubieciſti, non frueris delitijs illis ſpiritus, quibus delicata ac tenera nutriebaris, nõ eſt ſolium vltra tibi, iam nõ in regali ſolio ſedebis, quando vt alter Sãſon dominabaris Philiſtheis, hoc eſt, paſsionib⁹ ac vitijs tuis, & iudicabas populũ tuũ, hoc eſt, de membris tuis, ſi recto repugnabãt, ſumebat vindictã, cũ Philiſtheos, hoc eſt, dęmones, affligebat. Nã iuſtus crux eſt diabolo, & ſatellitibus eius. Sic enim fremẽs dicebat diabolus ad S. Benedictũ. Maledicte & nõ benedicte, cur me perſequeris. Hæc habet anima cũ Deo ſeruit, ſed ſi poſtea vt alter Sãſon Dalidæ, hoc eſt carni ſuæ ſe ſubijcit, arcanaq; eius illi fidit, ſeruiet quibus antea imperauerat, in priſtinoq; eũ molere facient Philiſthæi. Tolle molã, mole farinã, quæ à tãta celſitudine ad tantã miſeriã prouoluta es: Molit peccator & ſeipſum, & alios: nam peccator & ſibi & alijs grauis & oneroſus eſt. Factus ſum mihi metipſi grauis. Et ad amicos ſuos peccatores dicebat Iob. Cõſolatores *Iob. 7.* oneroſi omnes vos eſtis. Et in orbẽ eũ ducit *Iob. 16.* diabolus: nã vt dicitur in Pſalm. In circuitu impij ambulant. Nec enim via recta tẽdũt, *Pſal. 11.* ſed per mille vitiorum circuitus. Iuſtus autẽ via recta incedit. Sic enim ſcriptum eſt. Iu- *Sap. 10.* ſtum deduxit Dñs per vias rectas. Qui autẽ per circuitus & viarum anfractus ambulat, cũ ſe putat propè ciuitatem eſſe, longè ab ea remotus inuenitur. Sic eũ ait Aug. inueniſ- *D. Aug.* ſe ſe lõgè eſſe à Deo in regione diſſimilitudinis. Et Pſalmiſta ait. Lõgè à peccatoribus *Pſal. 118.* ſalus. Quendam lunaticum à dæmonio obſeſſum (narrat Matthæ.) quadã vice attuliſ- *Matt. 17.* ſe aliquos coram Dño, quem furijs maximis exagitabat dęmon certis tẽporibus, & nunc in ignem, nunc in aquam illum mittebat: & tamen illum diſcipuli Dñi curare nequiuerunt. Tempora hæc ac furiæ quæ peccatorem exagitant, anfractus ſunt ac circuli vitiorum, in quibus diabolus eos rapit ac mittit. Nũc enim in concupiſcentiæ ignem cadit peccator, modò in aqua cupiditatis terrenæ ſe immergit, iam in ambitionis voraginẽ abſumitur: ſic in diuerſa peccata furijs exagitatus rapitur, & hoc quadã quaſi compulſus neceſsitate facit certis tẽporib⁹ ac lunis, de quindena in quindenã, vel mẽſtruis tẽporibus eum praua cõſuetudo in aſſueta trahit. Habet quippè peccator lucida interualla, & nunc quaſi trãquillus apparet aliquot diebus. Cæterũ cũ minus reſpiciam, illum iterum furia in noua & inaudita ſcelera traxit. Hoc autem ortum habet ex hoc, q̃ inſano dæmoni, ac carni te & tua omnia mancipaſti, qui ex tuiſmet rebus cathenam conſtruunt, qua te ligatum, vbi vellẽt pertrahunt. Vnde pater Auguſt. lib. 8. Cõfeſs. *D. Aug.* c. 5. Velle meũ, ait, tenebat inimicus, & inde mihi cathenam fecerat, & cõſtrinxerũt me, quippè ex voluntate peruerſa facta eſt libido, &

do, & dũ ſeruitur libidini, facta eſt conſuetudo; & dũ conſuetudini nõ reſiſtitur, facta eſt neceſsitas, quib⁹ quaſi anſulis quibuſdã ſibimet innexis, tenebat me obſtrictũ dura ſeruitus voluptatis. Hac ergo cathena ſecũ trahit diabolus peccatorẽ ligatum quocũq; vult, & iam illum in aquã, iam in ignem, in omnia deniq; vitia propellit, tantaq, inquietudine illũ agit, vt nõ poſsit cõtineri domi, nec intus in anima ſua aliquando quieſcit.
Marc. 5. Apud Marcum legimus adduxiſſe ad Dñm quẽdam dæmoniacum, quem cathenis ligatũ non poterant domi continere: ipſe quip-
Luca. 15. pè diabolus eũ exagitabat foris: & ille perditus filius prodigus feſtinauit è domo patris ſui quantocius abire. Sic & peccatori cõtingit: & ratio eſt quoniã in ſe ipſo nõ reperit bonã habitationem. Eſt quippè anima eius ſpurcitijs ac ſtillicidijs plena, inquietudinibus agitata, nec ſibi ibi ſuaue reperit hoſpitium prauus: & ideò ſemper foras vagatur. Quemadmodum qui peſsimã domũ habet, ſtillicidijs ac lacunis plenã, non vult ingredi in eam, ſed extra maiorem partẽ tẽporis tranſigit. Sicut & quidam vir facetus dixit, qui cum incommodam habitationem haberet, & caſu in lutum quoddã incidiſſet, non volebat inde ſeparari, ſed dicentibus, ſurge homo & ingredere in domum tuã; reſpõdebat, Nolo, melius hîc habeo quã domi meæ: ſic impius & ſceleratus homo, qui animã ſuã lutuoſam habet, ac ſtercore peccatorũ plenam, in quouis loco quantumuis incõmodo videtur ſibi melius habere quã ſecũ. Quare & ſi in lacũ lutuoſum immerſum ſe videat à dæmone, nõ vult inde exire, & ad ſe redire. Ecce primum damnũ q̃ diabolus animabus quas poſsidet, infert, excæcare eas ne videãt mala, atq; pericula in quibus verſantur. Secũdũ damnũ eſt, hominẽ mutũ reddere, os claudit, ne per illud peccata ſua confiteatur: optime quippè nouit q̃ per os in cõfeſsione ſolet homo purgare ac propellere peſsimũ
Zach. 5. peccatorũ humorẽ Zacharias cap. 5. Vidit impietatẽ in medio amphoræ, & quòd maſſa plũbi occluſum eſſet os amphoræ, vt ibi remaneret impietas intercluſa, ne per os amphoræ egrederetur. Sic diabolus, qui impietatẽ in medio animæ peccatoris facit, vt ſedeat, os tamẽ eius maſſa plumbi occludit, ne foras per confeſsionem exeat, ſed intus
Pſal. 106. intercluſa perſeueret. Vnde Pſal. 106. Ait. Omnis iniquitas oppilabit os ſuum: *Eſtá opilada la maldad en la boca del pecador q̃ no ſe digiere ni ſe lança.* Nec enim ſinit illum, nec gemitũ, nec ſuſpirium pro peccatis ſuis emittere. Scito tamen peccator q̃ per confeſsionem factam ore, debet egeri malitia: aliàs fiet tibi tanquam virus ac cancer, quo tota mens tua inficiatur. Nam per potũ cõtritionis quod in animæ ſtomacho ſuſcepiſti, debet per os in confeſsione expelli malus iſte peccatorum humor ac virus, ſecundùm illam Sapientis ſententiam, qua dicit. Qui abſcondit ſcelera ſua, nõ dirigetur: qui *Prou. 28.* autem ea reliquerit & confeſsus ea fuerit, miſericordiam conſequetur. Quinimò & ipſa natura ſagax interiectiones inſtituit, quibus dolores internos homines ſibi inuicem manifeſtarent. Gemit infirmus, & proclamans dicit, Heu, accedit cõiux vel amicus, & quærit ab eo quid habeat, manifeſtat morbũ, & adhibetur ei medicina. Ad animæ morbos manifeſtandos, opus erat aliquo ſigno, hoc autẽ eſt confeſsio, heu, q̃ dicit ex corde peccator ex dolore peccatorũ procedẽs, quãdo ipſa cõfitetur, eſt interiectio qua morbus animę aperitur. Vnde & Dauid dicebat, Hei *Pſal. 119.* mihi quia incolatus meus prolõgatus eſt: habitaui cũ habitãtibus Cedar: Hoc eſt inter peccatores. Et hoc eſt Ecchum q̃ reſpondet peccato poſt quã factum eſt, nẽpè gemitus in confeſsione: aliàs quando hoc deficit, nos reprehendit Propheta dicens. Peccata no- *Eſaia. 59.* ſtra non reſponderunt nobis: Ipſe enim vult vt reſpõdeant. Reſpõſio quippè peccatoris dolor, & confeſsio eſt. Nam quando Dauid cognouit peccatum ſuum, dixit: Peccaui Do *2. Reg. 12.* mino: fuit enim Ecchũ peccati, & hoc ſignomalum ſuum explicauit & curatus eſt: nam protinus reſpondit propheta: Dñs quoque tranſtulit à te peccatum tuum. Quandiu Moyſes habebat manum ſuã in ſinu ſuo ab- *Exod. 4.* ſcõditam, lepra plenam habebat; at quando eam è ſinu ſuo extrahebat, ſana, ac munda videbatur. Quãdiu peccatorum tuorum lepram celaueris, infecta ſcabie erit anima tua, profer eam, & in confeſsione oſtende manuum tuarum opera mala, & ſanitati reſtituetur manus tua: erunt enim deinceps opera tua mũda. O ſtulte peccator quid iniuſtas moras quęris? Cur peccata tua in ſinu tuo celas, quæ velut ignis te aſſument? Cur nõ ſigna morbi tui ꝓfers? Cur nõ quereris? Cur inſenſibilior brutis efficeris? Illa enim cũ dolore p̃mũtur, rugitus, mugitus, ballat⁹, vlulatuſq; ac barritus emittũt, manſueteq; ferũt, vt ſpinaè manu educatur; & tu omnibus brutis irrationabilior flãma peccatorum vreris, & nõ clamas: ſpina delictorũ punge-

ris, & nõ gemis? Vę tibi miſer, quia peccata
tua nõ reſpondent tibi. Imò in hoc ſancto
Quadrageſimę tempore, id facere debes q̃
3.Reg. 18. Helias Propheta fecit, vt euerteret idolum
Baal. Erexit altare Dño, ligna viridia ſuper
illud cõpoſuit, fecitq̃; ex ea faſciculũ, fonte
aquæ ligna ipſa humectauit, orauitq̃; ad Do-
minũ, & deſcendit ignis de cœlo qui altare,
ligna, & ſacrificia aſſumpſit, & nec cineres,
aut fauillæ ex toto ſacrificio remanſerunt.
Sic & tu peccator vt idolũ peccatorũ tuo-
rum deſtruas debes facere. Ligna ſtrue, me-
mineris omnium peccatorum oportet, & ex
hoc loco vnũ, ex alio in quo fuiſti alterũ ad
memoriam reuoca, & ſic compones faſcicu-
lum myrrhæ, peccatorum tuorum, & erige
altare cordis tui ad Deũ, & ſuper illud ſtruẽ
hanc delictorum pone, funde aquæ ductum
Pſal. 118. ſuper eã. Exitus aquarũ deducant oculi tui,
fonteſq; lacrymarum funde, quibus alluan-
tur peccata, & ore tuo clama ad Deũ in cõ-
feſsione veridicè dicẽdo peccata tua, & gra-
tia Dei abolebit ac abſumet illa. Nã quãdo
verè ſacramentum abſolutionis accipit pec-
cator, Deus delet omnia peccata ſua, & obli
uioni tradet, ac ſi nũquam cõmiſſa fuerint.
Ezech. 18. Sic enim & ipſe per Ezechielem cap. 18. nos
admonet dicẽs. In quacunq; hora peccator
ingemuerit peccatum ſuum; omnium iniqui
tatum eius non recordabor amplius. Et ali-
quando poteſt eſſe tã efficaciſsima cõfeſsio;
vt nõ peccata dũtaxat deleat, verùm & re-
liquias etiam peccatorũ abſtergat, pœnaſq;
omnes illis debitas remittat, quæ ſignifican-
tur per cineres, fauillas ac fumum: ita q̃ fo-
mes ferè extinguatur omniaq; tam peccata
quàm peccatorum incentiua extinguantur,
ſicut in Magdalena contigit, & in alijs cele-
berrimis peccatoribus. Saltem fumus ignis
iam extincti nõ remaneat: nam facilè flatu
reuiuiſcet flamma, hoc eſt, ne in corde tuo
relinquantur aliquæ reliquiæ peccatorum
præteritorum: hoc eſt aliquis vel tenuis affe
ctus ad peccata præterita, aut olfactus eorũ,
hoc eſt nec minima complacentia, nec oca-
ſio aliqua redeundi ad ea: aliàs inſuflauit
dæmon & reaccendetur ignis, & erunt no-
uiſsima tua peiora prioribus, vt cõfeſtim vi-
debimus. Scriptum quippè eſt: Halitus eius
Iob. 41. prunas ardere facit, & de ore eius flãma pro-
cedit: quæ omnia intima tua conſumat. Ecce
ergo quomodo diabolus mutum teneat ho-
minem quẽ poſsidet, ad hoc tantùm illum
obmuteſcere facit, nè loquatur quæ animæ
ſuæ ſaluti vtilia eſſe poſsint, ſed potius ea
quæ aduerſa ſunt, ad quæ loquenda cõferret
potius q̃ eſſet mutus. Qui enim non ea quæ
Dei ſunt loquitur, mutus potius eſtimandus
eſt. Vnde D. Auguſt. ait. Vę tacentibus de D. Aug
te Dñe, de te in quam tacentibus: quoniam
& ipſi loquaces muti ſunt, cũ non tuas lau-
des dicunt. Surdũ etiam hominem talẽ red-
dit diabolus, nec enim aures habet quas pe-
tit Dñs vt audiat: quia vel ab Eccleſia fugit
ne concionatorem audiat, vel ſi audit non
aurẽ præbet cordis vt percipiat. Eſaias quip- Eſai. 45.
pè de talibus dicit, Educ populum cæcũ &
oculos habentem: Non tamen ad videndum
ea quæ ſibi conducunt. Nec ſi habet aures,
eas accõmodat verbis, quæ ſibi cõferunt, ſed
potius quæ ſibi damnum maximũ inferũt.
Eſt enim ſurdus etiã ad ea mala, quæ Deus
cõminatur: dixerat aliquando Dominus ad
Samuel. Ecce ego facio verbũ in Iſraël, quẽ 1. Reg. 3.
quicũq; audierit tinient ambæ aures eius (*Sã
tiguarle a las orejas*) ſed ad has cõminationes
ſurdas facit aures ſuorũ diabolus. Quis ergo
talem hominẽ ſanare valebit. Nec enim au-
res habet ad audiendum, nec oculos ad vidẽ
dum, nec os aut linguam ad loquẽdũ. Nullus
alius poterit, niſi vir fortiſsimus, vir leo ex
tribu Iuda, qui aliũ fortẽ, nẽpè diabolũ alli-
gauit & ſpoliauit eum. Sic enim & Eccle. 9. Eccl. 9.
dicitur: Hanc quoq; ſub ſole vidi Sapiẽtiã,
& prouaui maximã. Ciuitas parua & pauci
in ea viri, venit contra eam vir magnus, &
vallauit eã, extruxitq̃; munitiones per gy-
rũ, & perfecta eſt obſidio. Inuentuſq; eſt in
ea vir pauper & ſapiens, & liberauit eã per
ſapientiam ſuã, & nullus deinceps recorda-
tus eſt hominis illius pauperis. Ciuitas par-
ua, anima hominis qui dicitur nicrocoſmos
eſt, & pauci in ea viri, quoniam deficiunt
ab ea opera bona, quæ ſolent eſſe ei in pre-
ſidium & manipulus defenſionis. Venit cõ-
tra eã diabolus fortis vir, cui nõ eſt poteſtas
comparabilis in terra, vt ait Iob, & ſuis ma- Iob. 41.
chinationibus cepit eam ſimul cum alijs
ſeptem ſpiritibus ſe nequioribus. Quis pote-
rit liberare eam? nullus certè, niſi fortior Pſal. 87.
eo ſuperuenerit. Iſte vir ſapiens, qui dicitur
ſapientia Patris, & pauper qui de ſe dicit:
Ego ſum pauper, & in laboribus â iuuentu- Eſai. 1.
te mea: Qui liberauit hominẽ ſapientia ſua,
vt dicitur Eſai. 1. Sion in iudicio redime-
tur; hoc eſt cum diſcretione & ſapientia.
Hic enim obſidionem ab animabus tollit,
& foras mittit inimicum ſuum, ſecundùm q̃
ipſe dixit Ioannis. 12. Nunc Princeps huius Ioann. 12.
mundi eijcietur foras. Et nemo recordatus
eſt

eſt hominis illius pauperis. Peſsima homi-
num ingratitudo, quia tanti beneficij tã cito
Eſai. 17. obliuiſcitur. Oblitus es Domini creatoris
tui, & fortis adiutoris tui non es recordata.
Vnde & ſubdit Sapiens: Et dicebã ego me-
liorem eſſe ſapientiam fortitudine, quomo-
dò ergo ſapientia pauperis contempta eſt,
verba eius non ſunt auditæ? nimirũ quia nos
ingrati ſumus. Circa illud de forti armato,
Caſianus. poteris etiam dicere cum Caſiano lib. 6. de
ſpiritu fornicationis, quòd cùm ſpiritus for
titer cuſtodit carnem, in pace ſunt ea quæ
poſsidet, ſcilicet tranquillitatem mentis, &
ea quæ per virtutem acquiſiuit. Sed ſi vice-
rit caro, omnia hæc pereunt, & arma diri-
piũtur, ceſſat quippè oratio, ieiuniũ & alia
ſpiritus arma. Et ſuper illud. Qui nõ eſt me-
cum, contra me eſt. Pompeius dicebat. Qui
non eſt pro me, eſt contra me. Cæſar verò
aiebat. Qui non eſt contra me, ipſe eſt pro
me. Ego certè nil aliud à mundo exigo, niſi
quòd mihi mala non inferat, bona enim cer
tus ſum quòd non exhibebit. Nil aliud ab
hominibus peto, quàm quòd non me damni-
ficent, beneficia eorum ſibi ſint. Illum pro
amico habeo, qui mihi non nocuerit, etiã ſi
nil boni conferat: ſed de hoc adhuc plura
dicemus in fine huius capituli.

*Idcò dico vobis. Omne peccatum & blaſphe-
mia remittetur hominibus, ſpiritus autem blaſ-
phemia non remittetur.* Hæc ratio quarta eſt
ex parte Spiritus ſancti in ipſo Chriſto ope
rante. Ac ſi diceret. Quoniã verò ita aper-
tè & contra omnem rationem auſi eſtis in
me tam fœdã proferre blaſphemiam, vt ope-
ra manifeſtè Dei virtutẽ teſtantia, ſine vlla
ratione vel rationis apparentia diabolo tri-
buatis: illud ego vobis præmonendo de nun
cio, quòd omne peccatum quo fortè per fra-
gilitatem, vel per ignorãtiam homines pec-
cauerint, imò & blaſphemia ipſa, ſi vel ex
ignorãtia vel ex fragilitate proceſsit; remitti
ipſum contingit, & frequenter dimittitur
ipſis qui ſic deliquerunt agentibus ſui pec-
cati pœnitentiam. At verò blaſphemiã qua
quis agnitam manifeſtè veritatẽ impugnat,
q̃ à Spiritu Dei euidenter, manifeſteq; pro-
cedit, per certam & obſtinatã malitiam dæ-
monis virtuti aſcribendo, blaſphemiam, in
quã, huiuſmodi in Spiritum Dei, vel omni-
nò nunquàm, vel rariſsime contingit homi-
nibus remitti. Quoniam vix vnquam huiuſ-
modi homines ex animo agunt pœnitẽtiã.
Meretur enim hoc illorũ obſtinata peruer-
ſitas, & à propoſito aſſumpta cæcitas, vt di-
uina gratia quã ſcientes impugnarunt non
adducãtur ad ſalutarem pœnitentiam. Vbi
aduerte, q̃ plures legũt ſpiritus, vt blaſphe-
mia ſit nominatiuus, ſpiritus genitiuus: licet
in alijs exemplaribus legatur è diuerſo ſpi-
ritus blaſphemiæ, vt per hoc intelligatur
blaſphemia non ex ignorantia qualis fuit
blaſphemia Pauli dicentis de ſe ipſo, quia 1. Tim. 1.
fui blaſphemus, ſed quòd ignorans feciſſet:
nec ex paſsione, vt blaſphemia iracundi nõ
dici blaſphema ſpiritus, ſed quæ procedat
ex inclinatione, impulſu ſuperioris partis;
ita q̃ blaſphemia ſpiritus importat vltra
blaſphemiam pro cauſa, promptitudinẽ mẽ
tis ad blaſphemandum. Itaq; ſpiritus huma-
nus ſignificatur cauſa blaſphemię. Licet etiã
dicendo ſpiritus blaſphemiæ, poſsit idem in
telligi, ſcilicet ſpiritus cogens ex malitia ad
blaſphemiam. Nam per hoc q̃ opera Chri-
ſti, quæ manifeſtè ſe oſtendebant eſſe Dei,
tribuebant ſpiritui maligno Spiritum ſan-
ctũ, qui in Chriſto operabatur, blaſphema-
bant. Et aduerte ſecundò q̃ dicendo nõ re-
mitteturvobis, nõ dicit irremiſsibilis eſt, ſed
euentũ prædicit, nempè quòd non remit-
tetur: quod etiam intelligendum eſt regula-
riter. Nam nec diuina potentia, nec diuina
miſericordia alligata eſt ad non remittendũ
blaſphemiam Spiritus: ſed ſecundum regu-
larem curſum eueniet non remiſsio: quia
comitem ſemper habebit obſtinationem. *Et
quicunq; dixerit verbum contra Filium hominis,
remittetur. Qui autem dixerit contra Spiritum
ſanctum, non remittetur ei nec in hoc ſeculo, nec
in futuro.* Ac ſi diceret, quicũq; verbum ali-
quod blaſphemiæ dixerit in perſonam Filij
(hominis videlicet) ex infirmitate, aut igno
rantia, cùm videret Chriſtũ in forma ſeruĩ
aſſumpta; tantum myſterium intelligere nõ
valens; talis facilè remiſsionem huius pecca-
ti obtinere valebit. Cæterum qui blaſphe-
miam protulerit contra Spiritum ſanctum,
vt opera quæ manifeſtè ex Spiritu ſancto
procedere apparent, ob inuidiam & volun-
tariè aſſumptã cæcitatem, dæmonijs adſcri-
bat: huiuſmodi vel omninò nunquam, vel
quàm rarò continget remiſsionem accipere
peccati ſui, nec in hoc ſeculo, nec in futuro,
ſed in peccato ſuo morietur, pro quo in per-
petuũ punietur, cũ reatus talis criminis illũ
in perpetuũ comitetur. Hæc eſt paraphraſ-
tica huius loci intellectio, pro cuius maiori
explicatione aduertendũ eſt, nomẽ hoc Spi
ritus ſanctus, non accipi hic formaliter pro
tertia perſona Trinitatis; ſed eſſẽtialiter pro
ipſo

ipſo Deo. Nã hîc diſtinguitur offenſa huma nitatis Chrĩ, ab ea quæ eſt cõtra eius diuinitatem. Blaſphemiæ quæ dicebantur cõtra Chriſtum hominem, erant hæ. Ecce homo vorax, potator vini, peccatorum & publicanorum amicus. Blaſphemiæ autem contra Spiritum ſanctum ſunt illæ, quæ directè tendunt cõtra Deum, quatenus exercet officium Spiritus ſancti. Hoc eſt ſecundùm q̃ animas & opera hominũ ſpiritualia ac ſancta efficit, & vitæ æternæ meritoria. Ita q̃ dicere verbum contra Spiritum ſanctũ, eſt verbis impugnare Deum ſanctificantẽ homines, negando quòd ſanctificet. Et opera talia, quæ manifeſtè ſunt à Spiritu ſancto homines ſanctificante, ex quibus erat expulſio dæmonũ ab animabus & corporibus; attribuere ſpiritui maligno, è regione ad Spiritum ſanctum: quod patet ex hoc q̃ directè has blaſphemias diſtinguit Chriſtus cõtra eas quæ dicuntur cõtra filium hominis, hoc eſt, contra hominem Chriſtum. Sed id q̃ dicitur, Non remittetur ei, intelligẽdum eſt etiam, vt præcedentia regulariter. Cum quo tamen ſimul memento, q̃ miſericordia Dei eſt ſupra omnes regulares curſus, & propterea nulli eſſe deſperãdũ. Sed aduerte q̃ illa verba, Nec in hoc ſęculo, nec in futuro, ad exaggerationẽ huius veritatis dicta videntur, ad inſinuandũ tale peccatũ nullo tempore dimitti. Licet verũ ſit, quòd aliqua peccata dimittuntur in futuro ſæculo, nẽpe venialia, in quibus aliquando decedunt iuſti, quæ in purgatorio remittuntur: mortale verò quòd in hoc ſæculo non eſt dimiſſum, nec in altero vnquam remittetur. Vltimò tamẽ aduerte, quòd perfectum peccatum in Spiritum ſanctum colligitur ex omnibus ſimul ſpeciebus quas Sancti docẽt, & quas D.
D. Thom. Thom. refert. 2.2. q. 14. art. 1. ita vt tunc aliquis maximè peccet in Spiritum ſanctum; quandò contra diuinitatis opera ſtupẽda, ordinata ad noſtram ſalutem, aliquis cõuitia iactat, cum propoſito perſeuerandi in illo peccato vſq, ad mortem, abiectis procul ſpe & timore Dei, quæ ſunt remedia cõtra peccata. Et ideò dicitur tale peccatum irremiſſibile: quoniam per illud abijciuntur remedia contra peccatum: ſicut illa infirmitas diceretur incurabilis, quæ omnem abijceret medicinam. Et tale peccatum commiſerũt Phariſæi blaſphemantes cõtra opera Chriſti miraculoſa. *Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum; aut facitè arborem malã, & fructum eius malum. Si quidem ex fructu*
Simile.

arbor cognoſcitur. Alijs omiſsis, hoc intendit Dominus Phariſæis oſtendere, vt per opera ſuã intentionẽ venẽtur & iudicent. Et quoniã opera ſua bona ſunt, quæ ſe habẽt veluti fructus intentionis, ex eis colligere poterũt, & intentionem etiam eſſe bonam, non dæmoniacam. Quod probat ex arboris ſimilitudine: nam ex fructu arbor cognoſcitur. Si enim bonos fructus in arbore vides, bonam etiam arborem dices eſſe; & ſi malos, malam. Quòd ſi arborem exiſtimas eſſe malam, cõſequenter, & fructus malos eſſe iudicabis. Igitur quoniam vos me tãquàm peccatorem ac magicum exiſtimatis; ex hoc veſtro prauo iudicio iudicatis & opera mea eſſe mala. Et tamen ſi recto iudicio iudicaretis, opera mea bona quidem ſunt: quoniam ſunt religionis, pietatis, miſericordiæ, patientię, humilitatis ac reliquarum virtutum actus. Si ergo opera mea bona ſunt, & intentio, & meus animus bona ſunt: nã ſi fructus bonus, & arbor bona erit. Ecce quid ad literam velit Dominus.

Obſerua. Chriſtus arbor eſt, vt Cãt. 2. habetur, Sicut malus inter ligna ſyluarum, ſic *Cantic. 2.*
amicus meus inter filios. Arbor autem bona *Moralitas*
illa eſt, quæ calorem naturalem ſufficientẽ habet ad hoc q̃ exſiccare poſsit humidum, ne plus æquo abundet: tũc enim dulces producit fructus. Mala autẽ arbor ea eſt, cuius naturalis calor non ſufficit ad exſiccãdum humidũ, ex cuius ſuperexcreſcentia amari producũtur fructus. Sic & bona anima illa eſt, quæ per charitatis calorem exſiccat humiditatem, ac virorem carnis, & facit dulceſcere opera ſua. Calor enim dulces efficit fructus. Sic charitatis ardor ſimul cum humore pietatis, de qua ſcriptum eſt Ezechiel. 47. In ripis eius ex vtraque parte lig- *Ezec. 47.*
num pomiferum, & non defluet ex eo folium, & non defecit fructus eius. De quo & Cant. 2. dicitur: Fructus eius dulcis guttu- *Cantic. 2.*
ri meo. Cor autem quod non habet charitatis calorem, vt deſiccare poſsit carnis humiditatem ac virorẽ, quia abundat talis humiditas, amara & opera eius erunt; quia non perfectè ſunt decocti fructus, manẽte humido in abũdantia. De quo & Sapient. 4. dici- *Sapien. 4.*
tur: Fructus eius inutiles, & acerbi ad mãducandũ, & ad nihilũ apti. Vnde & ſubditur. *Progenies viperarum, quomodò poteſtis bona loqui cum ſitis mali? Ex abundantia enim cordis os loquitur.* Vbi Chryſoſtomus dicit homil. *D. Chryſ.*
43. Hoc autem dicit & eos incuſans, & eorũ quæ dicta ſunt demonſtrationem ab ipſis præbens.

præbens. Quaſi dicat. Ecce vos cum ſitis arbores malæ, non poteſtis portare fructum bonum: non ergo mirum ſi hæc loquamini: etenim malè nutriti eſtis à malis progenitoribus, & mentem malam habetis. Et vide q̃ non dixerit qualiter poteſtis bona loqui, cũ ſitis progenies viperarum, nihil enim hoc ad illud pertinet: ſed qualiter poteſtis bona loqui cum ſitis mali. Progenies autem viperarum eos dixit, quia in progenitoribus ſuis gloriabantur. Vt ergo illorum ſuperbiam excluderet, ſeparauit eos à cognatione Abraham attribuens eis progenitores ſimiliũ morum. *Progenies viperarum.* Hoc eſt venenati venenatorum filij, lingua virus effundentes,
Iob. 22. mali cordis. De quibus Iob. 22. dictum eſt,
Pſal. 139. Occidit eos lingua viperę. Et Pſal. 139. Acue
Matt. 23. runt linguas ſuas ſicut ſerpentes. Et Matt. 23. Teſtimonio vobis eſtis quòd eſtis filij eorum, qui Prophetas occiderũt, & vos implete menſuram patrum veſtrorum. Itaque cùm ſint generatio ſerpentina, doloſa ac inuidioſa, non mirum quòd ſiniſtra in Chriſtum intentione ducti, mala etiã de eo proloquantur. *Cum ſitis mali.* Nam quando malus ex habitu loquitur, mala loquitur: & ideò ex habitu non poſſunt bona loqui ta-
Eſai. 32. les, qui habitum malitiæ habent. Nam Eſai. 32. dicitur: Stultus fatua loquitur, & cor eius perficiet iniquitatem, vt perficiat ſimulationem, & loquetur ad Deum fraudulenter. Nam quamdiu homo in malitia permanet; non poteſt bona, aut certè cũ recta intẽtione loqui. Vnde in hoc, Quomodò poteſtis, deſignatur difficultas potius quàm impoſsibilitas. Eò quòd difficulter pleni malitia, linguam cohibere poſsint à malo: iuxta illud. Si mutare poteſt Æthiops pellẽ ſuam, & pardus varietates ſuas, & vos poteritis benefacere cum didiceritis malum. Et ſi enim
Hiere. 13. contigerit quòd Saul, & Cayphas prophetarent, non tamen id eorum merito, aut ſecundùm eorum intentionem euenit. Neque ſi quis impius bonum opus fecerit; illud cũ intentione bona operatus eſt, aut omninò certè deprauatus non fuit: *Siquidem ex abundantia cordis os loquitur.* Cor velut radix ex-
Matt. 15. ternorum omnium conſtituitur Matthæ. 15. Nõ enim quæ ex ore ſed quæ ex corde procedunt, hæc coinquinant hominem. Cordis autem nomine cogitatio & affectio intelligitur, quæ magis abundat in mente, vel ſig-
D. Chryſ. num eſt intellectus. Vnde fit (inquit Chryſoſtom. vbi ſupra) vt cùm aliquis mala loquitur, ſignum ſit maioris malitiæ latentis in corde. Nam ex abundantia habituali cordis, quæ peſsima vel optima ſemper in corde repræſentat, os loquitur, etiam ſine præmeditatione, & hoc eſt ſignum confirmati habitus, vel in bono, vel in malo: nam Prouerbium eſt quod in repẽtinis cognoſcitur *Iob. 4.*
habitus. Vnde Iob. 4. dicitur: Conceptũ ſermonem tenere quis poterit. Et cap. 32. ait: *Iob. 32.*
Plenus ſum ſermonibus, & coarctat me ſpiritus vteri mei, loquar & ſpirabo paululum; aperiam labia mea & reſpondebo. Et ſubiũgit hoc idem ſpecialiter in bono, & in malo dicens: *Bonus homo de bono theſauro profert bona, malus autem homo de malo theſauro profert mala.* Theſaurum vocat hîc habitum. Nam quemadmodùm ex multis rebus pretioſis coaceruatur theſaurus: ſic ex plurimis ſimilibus actibus generatur habitus. Vnde & actus exprimunt qualis ſit habitus, ſicut effectus cauſam. Nam ſecundùm Philoſophum, ea quæ ſunt in voce ſunt notę paſsionum animæ, & verba oris ſigna ſunt interioris conceptus. Vnde Prouerb. 18. dicitur: *Prouer. 18.*
Aqua profunda verba ex ore viri, & torrẽs redundans fons ſapientię. Et infr. 13. Omnis *Matt. 13.*
ſcriba doctus in regno cœlorum ſimilis eſt homini patri familias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera. Et Michæ. 6. dicitur, *Mich. 6.*
quòd in domo impij ſunt theſauri impietatis. Et Eſai. 59. Loquuti ſumus de corde no- *Eſai. 59.*
ſtro verba mendacij. Quare hoc argumẽtum eſt ab effectu ſumptum, ad cauſas alioquin occultas cognoſcendas. Vt ridet, ergo lætus eſt. Plorat, ergo triſtis eſt ac dolet. Malè imprecatur, ergo iraſcitur. Sic malè loquitur & blaſphemat, ergo malus eſt. Si ergo malus eſt, non poteſt benè loqui. Id eſt, quãdiu talis erit ſecundùm propriam intentionẽ, malè loquitur. Nec enim ex aẽre aliud egreditur, quã q̃ in ipſo eſt; & hinc diſcamus nos ipſos ex verbis agnoſcere quales ſimus. Pro *Prou. 18.*
uerb. 18. In manibus linguæ vita, & mors. *Plutarc.*
Plutarchus in conuiuio ſeptem Sapientum narrat Amaſim Ægypti Regem petijſſe à Biante, vt ex victima quam ad illũ mittebat tolleret carnem optimã & peſsimam. Suſtulit ille linguam; vnde magnã gloriã promeruit. Siquidem Æſopus facetè cõparatã linguã ad meliores & peiores cibos dixit, *Æſopus.*
Quid melius linguâ? lingua quid peius eadem? Vnde Iacob. 3. dicitur: Si quis putat ſe reli- *Iacob. 3.*
gioſum eſſe, non refrænans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum; huius vana eſt religio. Hieronym. in Pſalm. 119. Lingua ni- *D. Hiero.*
hil medium habet, aut grande malum eſt, aut

aut grande bonum. *Dico autem vobis quoniam omne verbum otioſum, quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij*: Ne putaretur quòd per exaggerationem ac hyperbolem, ad terrorẽ potius Ieſus dixiſſet, verba Phariſæorum nũquàm eſſe remitenda; exiſtimantes ꝙ peccata linguæ non ſunt adeò grauia, ſubiungit Ieſus, ꝙ de omni verbo otioſo reddenda eſt ratio in die iudicij; vt intelligamus non ad terrorem ſolùm, ſed in veritate dictum eſſe, peccata verborũ in Spiritum ſanctum nũquam remitti. Si enim verbum otioſum diſcutiẽdum ſeruatur in die iudicij; multò magis verbum blaſphemiæ in Spiritum ſanctum acriter punietur.

Sapient.7 Tunc quippè ſcriptum eſt Sapient.7. Qui loquitur iniqua, nõ poterit latere. Ipſa quippè verba proferentem produnt. Eſt autem

D. Gregor. otioſum verbum (ſecũdũ Gregorium) quod caret ratione iuſtæ neceſsitatis, aut intentione piæ vtilitatis. Hieronymus ſic definit.

D. Hiero. Diffinitio verbi otioſi. Otioſum verbum eſt, ꝙ ſine vtilitate loquẽtis dicitur, & audientis. Si omiſsis ſerijs, de rebꝰ friuolis loquamur, & fabulas narremus antiquas. Cæterum qui ſcurrilia replicat, & cachinis ora diſſoluit, & aliquid turpitudinis profert; hic & otioſi verbi, & criminoſi

D. Baſil. tenebitur reus. Baſilius illud dicit verbum otioſum, ex quo nulla vtilitas aut ædificatio

Damian. contingit. Nolo præterire inſignẽ doctrinã Petri Damiani, qui in ſermo.2. de vitio linguæ ſic dicit: Audiat ergo vaniloqua, audiat otioſa lingua, audiat & paueſcat, intelligat & circa terribilem ſententiã perhorreſcat. Audiat terrorem iudicij de ore ipſius iudicaturi. An non habet aures vt poſsit audire; quę manum habet vt poſsit occidere? Audiat ergo ꝙ de ore Veritatis dicitur, & ſubtili meditatione diſcutiat ꝙ minatur: Omne verbum (inquit) quod loquuti fuerint homines, reddent de eo rationẽ in die iudicij.

Simile. Ponamus itaq;, vt otioſum verbum, ſi cõtra Scripturæ ſententiam fas eſt dicere, leue ſit & exiguum omninò peccatum. Sed quid millio breuius, quid penna leuius inuenitur? Verũtamen ſi pennarum vel milliorum innumerabilis multitudo congeritur; neceſſe eſt, vt portantis ceruix velut ſub graui lapide immoderanter preſſa frãgatur. Ex humẽtibus quoq, ſaxis tenuis quidem & rara gutta diſtillat; ſed ſi vas ſubeſſe ſpatio longiori permittitur, ita plenum acſi profluens vnda diſcurreret inuenitur. Parui quidem, ſed innumeri ciniphes ſuperbi Pharaonis, & totius Ægypti ſuperauere virtutẽ. Breue tempus eſt hora, ſed dum horæ hora continua ſucceſsione congeritur, totius vitæ noſtræ curſus impletur. Nemo itaq; ſemetipſum deſpiciat, fratres mei, ſed peccatũ quia leue arbitratur dum penſat; graue videatur in eius eſtimatione cũ numerat. Quid enim durius ſaxo? Quid aqua liquidius? Et tamẽ à quodam ſapiente dicitur. Gutta cauat lapidem. Conſumitur anulus vſu: nimirum, & omnis animæ noſtræ fortitudo ac ſoliditas deſtruitur, ſi aſsiduis velut inundantium verborum fluctibus, atteratur, quamuis & leuiter ſe peccaſſe quis aſſerat, cum Apoſto-

Ad Rom. 2. lus dicat: Qui legem præterit, Deum inhonorat. Vnde & ſubdit Dominus. *Ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condẽnaberis.* Nam ſicut ex factis condemnamur aut iuſtificamur; ita & ex verbis, vt nemo contemnat merita vel demerita verborum: nam & Prouerb.13. dicitur: Qui cuſtodit os

Prou. 13. ſuum & linguam ſuam; cuſtodit ab anguſtijs animam ſuam, Eccleſi.4. Beatus vir qui nõ

Eccleſ. 4. eſt lapſus verbo. Et pſal.38. Dixi, cuſtodiam

Pſal. 38. vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Condemnaberis autem ex verbis tuis, ſi ma

Lucæ. 19. la ſint, ſecundum illud Luc.19. Ex ore tuo te

2. Reg. 1. iudico, ſerue nequam. &.2.Reg.1. Os tuum

Eccl. 28. loquutum eſt contra te. Eccleſi.28. Multi cediderunt in ore gladij, ſed non ſicut qui interierũt per linguam. Super quod Chry-

D. Chryſ. ſoſtomus homilia ad baptizandos ait: Media nãq; vtriuſq; partis lingua eſt, & ſi vtriuſq; eſt, tu dominus es; nam & gladius in medio poſitus, ſiquidẽ fuerit aduerſùs hoſtes arreptus, ſalutaris accipienti reperitur: ſi verò tenentis viſceribus inferatur, mortem præparat inferenti, non quia talis ferri natura, ſed quia vtentis tale conſilium eſt: ita & lingua æſtimetur gladius in medio poſitus. Armetur aduerſùs peccata tua, non ad fratris plagam præparetur. Et ideò illam Deus velut muro duplici circundari voluit: nã dentium tegumine & labiorum cuſtodia continetur, ne verba improuida garrulitate proferantur. Refręna igitur linguam, & ſi non patitur reticere; dentium morſu quieſcat, & tanquàm carnifici tradatur dentibus: nã hoc eſt conducibilius ſuſtinere, quàm poſteà adinſtar diuitis Epulonis in inferno poſiti, a-

Lucæ. 16. quæ ſtillationẽ nullatenus promereri. Vn-

Prou. 12. de Prouerb.12. dicitur: Propter peccata labiorum ruina proximat malo, effugiet autẽ iuſtus de anguſtia. De fructu oris ſui vnuſquiſque replebitur bonis, & iuxta opera manuum ſuarum retribuetur ei. Et cap. 13. Qui incon-

Prou. 13. inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet

Iob. 15. mala. Et Iob.15. Cõdemnabit te os tuum & nonego, & labia tua reſpondebunt tibi: cũ de verbo otioſo præmiſiſſet. Arguis verbis eum qui non eſt æqualis tibi, & loqueris ꝙ tibi non expedit. Sed quoniã plura de peccatis linguæ ſupra cap.7. à principio diximus, ideò nunc pauca hæc ſufficiant, ſi tamen tanquàm concluſionem referamus dictum

D. Dam. Damaſceni Parallelorũ cap.79. quod ex Euſebio collegit, nimirum quod legimus

Pſal. 139. Pſal.139. Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpẽtes; venenum aſpidum ſub labijs eorũ. Serpẽtem (inquit) aiũt atrocem in lingua aculeũ habere, ſed peiorem lingua. Lacerta nõ tam decolor eſt, quàm homo loquax: ſcorpij morſus remedium admittit, non item ſermo malus. Ignem ardentem extinguit aqua, nihil mitigat linguam. Equum duriore ceruice frenum domat, truculenta fera cicuratur, maritum cum vxore, domum cum domo, filios cum parẽtibus, fratres cum fratribus cõmittit, deniq, nihil non mali per linguam oritur. Omnes ſibi timẽt à lingua, ſed

D. Hiero. maximè iuſti, quos & illa ſi mendax & peruerſa fuerit percutere ſolet. Vnde Hieronymus in Pſal.119. ſcribit, ab omnibus iuſtis id vſurpari poſſe quod Pſaltes deprecatur dicens: Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua doloſa: dicit hoc de omnibus hæreticis Eccleſia: dicit de Iudæis, dicit de Arrianis, dicit de Manichæis, dicit & Chriſtus de Phariſæis. Quem ſcilicet illa nõ impetat? Ioannem Baptiſtam vt dæmoniacum, Chriſtum vt peccatorem, & vt potatorem vini, quiq; magicis artibus vteretur, calumniata eſt. Calumniatur catholicã Eccleſiã, calumniatur fideles. Nos interim Chriſti exemplo contra hoc aſpidum virus, has vipereas linguas, diſcamus patientiam, & in pietate & cordis operũq; ſinceritate conſtãtiam. Siquidem nos, cùm illis bona pro malis reddiderimus iuſtificabimur ex ore noſtro: ex verbis etiam ſuis illi condemnabuntur, niſi ad mẽtem redierint. Improperabãt

Pſal. 34. mihi (inquit Pſaltes) ego autem orabã, oratio autem mea in ſinu meo conuertetur.

Tunc reſponderunt ei quidam de Scribis & Phariſæis dicentes. Magiſter volumus à te ſignũ videre, qui reſpõdens ait illis. Generatio prauã & adultera ſignũ quærit, & ſignũ non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce plus quàm Ionas hic. Regina Austri ſurget in iudicio cũ generatione iſta & condemnabit eam: quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis: & ecce plus quàm Salomon hic. Alij fuerunt iſti ab illis, qui dicebãt in Beelzebub eijcere dęmonia, acſi diceret Matthæus. Cùm iam multis & apertis rationibus calumniam primam Dominus redarguiſſet, nec haberent quod contra dicere poſſent: tũc quidam Scribarum & Phariſæorum, qui æquiores videri volebãt, alia ratione Chriſtum aggreſsi ſunt animi furore diſsimulato, blandioribus verbis ipſum alloquẽtes, & ſimulantes ſe paratos ad credendum ipſi, ſi modo id faceret, quod iuſtè videbãtur petere. Illud autem quod dicitur: Nõ dabitur eis ſignũ, niſi ſignũ Ionæ Prophetæ; ſic intellige. Nõ dabitur ad petitionem generationis huius ſignum aliquod de cœlo quale petunt, & tunc dictio excluſiua, Niſi, accipiẽda eſt ſimpliciter pro, Sed, quomodo accipitur cum dicit Paulus: Scientes quòd nõ iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti. Galat.8. *Ad Gal. 8.* Senſus ergo eſt. Nõ dabitur eis petentibus ſignum quale petunt, ſed aliquando dabitur eis ſignum omninò diuerſum ab eo ꝙ petunt, nimirum non ſignum è cœlo ſed è profundo terræ. Aut ſi dictio exceptiua, Niſi, propriè accipienda eſt, intelligendum eſt, Dominum, in hac reſponſione reſpexiſſe ad illud quòd olim Iudæis petentibus ſignum, vt ſcribitur Ioann.2. ſignum hoc Ionæ *Ioann. 2.* eis dederit dicens: Soluite templum hoc, & in tribus diebus reędificabo illud. Itaque ſenſus erit iſte, qui omnium videtur cõuenientiſsimus. Generatio hæc rurſum ſignũ quærit, ego verò dico eis, aliud ſignum à me non aſsignandum aut conſtituendum, præter illud, quod olim eis conſtitui. Hoc autem eſt ſignum Reſurrectionis, quod vocat ſignum Ionæ: quia in Iona præfiguratum. Quod ſignum ſolùm Dominus petentibus Iudæis aſſignauit: eo quòd illud omniũ efficaciſsimè demonſtraret, quis nã ipſe eſſet, & vt prædictione huiuſmodi ſigni reſecaret probabilem occaſionem ſcandali Iudæorum, in cruce & morte ſua. Sciebat enim Iudæos in cruce ſua maximè ſcandalizandos, & nihil minus credituros quam reſurrectionem ſuã. Ideoq; vtrumq; prædicendo ſubtrahit iuſtã ocaſionẽ ſcandali & infidelitatis. Deinde quoniam indigni erant, vt eis Dominus conni-

conniueret dando ſignum quod petebant daret aliud longè diuerſum, quod & certius comprobaret diuinitatem Chriſti, & minus eſſet calumniæ Phariſæorum expoſitum, & malitiæ ipſorum in ſe exercendæ eos commonefaceret. Nam ſicut fuit Ionas ſignum Niniuitis, ita & erit Chriſtus populo Iudęorum. Ille enim fuit in ventre cete tribus diebus, & inde exiuit viuus vt prædicaret Niniuitis; ſic & Chriſtus Iudęis. Illud autem quod fuit tribus diebus & tribus noctibus in ſepulchro Chriſtus Dominus; Hebraiſmus eſt, & perindè valet acſi diceret. Tantùm tribus diebus naturalibus quibus per Synedochen Chriſtus fuit in ſepulchro, cũ fuerit ibi vno die integro ac duorũ dierũ aliqua parte: ſicut & illud, In corde terræ, Hebraiſmus eſt etiã pro eo quod eſt in imo terræ, aut in ima terræ: quomodo dicitur
Pſal. 45. Pſal. 45. Transferentur mõtes in cor maris, pro eo quod eſt in profundum maris. Niſi velis hos dies numerare ab illa hora qua captus eſt Dominus, vt incipiat numerus dierum ab illa hora qua cœpit actio inferens illi mortem, de qua Dominus dixit: Hęc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarum: ex tũc enim pro mortuo haberi poteſt. Adhoc em̃ emptus & captus eſt, vt occideretur, & in deſinenter ad hoc opera data eſt efficax, & ab illa hora computando, certũ eſt tres dies artificiales inueniri, & tres noctes: nam interuenit nox Paraſceues, media quippè noctè quæ vrgebat ad diem Paraſceuẽ captus eſt, & nox tota Sabbathi, & nox Dominicę à media nocte vſq; ad diluculum, in quo ſurrexit Chriſtus: vt dicitur Marc. vltimo. Sed ſi primo modo dicamus, ad veritatem huius propoſitionis, quòd fuit tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ, ſatis eſt q̃ in parte aliqua trium dierum ac noctiũ ibi fuerit, etiam ſi non integris; nam aliud eſt dicere; Feci hoc tribus diebꝰ, aliud feci hoc tribus diebus integris. Quoniam ad veritatẽ primi ſermonis ſufficit tres interfuiſſe dies, ſiue ſecundùm totum, ſiue ſecũdùm partes; veritas autem ſecundi exigit tres integros occupatos fuiſſe dies. Fuit ſiquidem Ieſus in ſepulchro feria ſexta, Sabbatho, & Dominica, de hoc tamen infra latius dicemus. Sed aduertendum, quòd hoc factum Ionæ in ſenſu myſtico applicatur Chriſto, non in literali: nam in ſacris literis præter ſenſum literalem eſt alius ſenſus myſticus, qui non cõtinetur immediatè in verbis ipſis, ſed mediãte ratione rerũ quæ verbis ſignificantur. Et ſenſus myſticus eſt neceſſarius ad complementum Scripturarũ. Et primum maximè amplificatur à D. Auguſt. tom. 5. lib. 15. *D. Aug.* de ciuitate Dei cap. 27. & ab Origene hom. *Origenes.* 1. ſuper Leuiti. vbi inquit eleganter, quòd ſicut verbum Dei incarnatum habebat humanitatem manifeſtam ſenſibus, & diuinitatem occultam ac reconditam; ita verbum ſacrę Scripturæ habet quandoq; ſenſum literalem perſpicuum, & tamen ſenſus myſticus in ea eſt maximè reconditus. Hoc proſpicere licet in hiſtorijs veteris Teſtamẽti, & in lege veteri, quibus in locis intelligẽtia literalis eſt in promptu, ſpiritualis verò non item, ſed eruitur maximo labore. Hoc autẽ idcircò voluit Deus in Scriptura quòd eſſet & literalis & myſticus ſenſus, vt ea quæ idẽtidem erant repetenda, maximè memoriæ mandarentur, varijs modis ſignificarentur, partim verbis, partim rebus mirabilibus & raris. Quod D. Auguſt. docet lib. 10. de ciui- *D. Aug.* tate. Cap. 20. vbi verba faciens de paſsione Chriſti ait. Huius ſacrificij multiplicia ac varia ſigna præceſſerunt, vt hoc vnum per multa figuraretur, tanquã verbis multis res vna diceretur, vt ſine faſtidio multum commendaretur. Idem docet tomo. 2. epiſt. 3. ad Voluſianum. Igitur in ſenſu myſtico docet hìc Chriſtus Dominus illud factum Ionæ fuiſſe myſterium mortis, ſepulturæ ac reſurrectionis eius. Sed circa illud de Regina Auſtri, aduertẽdum, ideò dici Auſtri Reginam, quia ab Hieruſalem verſùs Auſtrum erat ſitum Regnum eius, ita tamen vt in Orientem etiam porrigeretur. Secundò eſt ſciendum, quòd duplex fuit Sabba, vna in Arabia, altera in Ægypto. Ioſephus lib. 2. *Ioſephus.* Antiquita. dicit hanc Reginam Ægypto, & Æthiopiæ imperaſſe. Ait enim quod Æthiopia habet inſulam maximè inſignẽ Medianes dictã, quam Nilus ambitu ſuo complectitur; huius vrbs prącipua, Sabba, dicta eſt: ſed Cambiſes Rex Meroem eam nuncupauit à nomine ſororis ſuæ. Strabo lib. 17. de *Strabo.* ſitu orbis. Meroem eandem, & inſulam & metropolim totius Æthiopię eſſe deſcribit: & hoc vtiq; adſtipulatur quibuſdam referẽtibus genus Præto Ioannis, ſeu præsbyteri Ioannis, Indorum, & Æthiopię Regis ad Salomonem, quaſi ex ipſo & Regina illa Sabba deſcenderit. Aduertendum tamen Meroenos fœminis parere ſolitos, vt etiam teſtatur Strabo lib 16. Sicut & Scythæ Reginas ſuas habebant, & Aſyrij ſuam Semyramidem. Poſt Meroem autẽ, aliæ Reginæ, quæ

quæ poſt illam fuerunt Cãdaces appellatæ ſunt, voce perinde communi illis, atq; Pharaonum, & Ptolomęorũ nomen commune
Plinius. fuit Regibus Ægyptiorum. Vndè Plinius de Æthiopię Regno ſcribens, quomodò Neronis exploratores de eo renũciauiſſent, lib. 6. c. 29. ſic inquit. Retulerunt regnare fœminam Candacem, quod multis iam annis nomen ad Reginas tranſijt. Quarè Eunuchus
Actor. 8. ille, quem refert Lucas. Act. 8. qui erat Candacis Reginæ Æthiopum, quẽ Philippus baptizauit, qui Eſaiam Prophetam legebat, habebat ille, & alij illius regionis notitiam Scripturarum, & lectionem earum, à tẽpore huius Reginæ Sabba quæ Salomonẽ adijt, nec alia ratione Hieroſolymã quotãnis adire aliquos ex illa regione, niſi religionis gratia quam à tempore Salomonis didicerant. Cæterùm licet hoc probabiliſsimum ſit, nõ tamen caret probabilitate fuiſſe hãc Reginam ex alia Sabba quæ eſt in Arabia felice, & eſt Auſtralis reſpectu Terrę ſanctę & Paleſtinæ, atq; ideò dicit Chriſtus eam de finibus terræ exijſſe: quia hæc Arabia mari Rubro quaſi terra anguſta ſita eſt, & clauditur ſinu Perſico & Arabico. Quarè dicitur Regina illa egreſſa à finibus terræ: quia hæc terra vndique ſic anguſta mari, à cætero continente diſtat. Et apud Hebręos eſt maxima differentia inter has duas ciuitates, Sabba Æthiopiæ & Sabba Arabiæ felicis: nam, primam ſcribunt per. S. tenue, & Sabbæi illi qui irruerunt in pecora Iob, exiſtimo quòd fuerunt ex Arabia felice: nam de his ait Strabo ſolitos fuiſſe incurſiones in Syriam facere, ante quàm populo Romano parerent, cuius Syrię pars eſt Paleſtina, vel Iudæa.

Moralitas ſeu cõcio. Iam nunc ad ea quæ mores noſtros inſtruunt tranſeamus, nam hoc Euangelium feria. 4. poſt primam Dominicam Quadrageſimæ prædicari ſolet. Inimici Chriſti alij opera eius Beelzebub tribuebant, alij ſignũ de cœlo ab eo fieri petebant, vt eius minuerent authoritatem, ne eius verbis fides adhiberetur quibus illorũ perditiſsimos mores feriebat. Diuerſę quidem ſpecies (ait hic
Chryſoſt. Chryſoſtomus) peruerſitas autem vna, & eadem, quę erat infidelitas ac incredulitas illorum, ex qua omnia hæc eorum peccata ortum habebant. Infidelitatis quippè pec-
D. Aug. catum eſt illud (ait Auguſtinus) quo cuncta peccata tenentur. Hinc enim tot horrenda delicta apud infideles vigebant, quæ refert
Ad Ro. 1. Paulus Roman. 1. Nam infidelitate teneban-

tur incluſa, atque obſerata, nec exire poterant abſque fide quæ clauis eſt, qua aperitur & illuminatur tenebroſus carcer iſte infidelitatis, quo omnia peccata tenentur. Nam ſine fide impoſsibile eſt placere Deo, ait *Ad Heb. 11.* Paulus, nec agnoſcere mala atque peccata quibus quaſi captiui tenebantur: fides autem hoc ergaſtulum aperit, & foras mittit infidelitatem, & cùm vndequaque perfecta eſt etiam alia peccata quæ cum illa tenebãtur incluſa, expellit. Igitur in his Chriſti aduerſarijs, & horum inuerecunda audacia, & illorum diabolica blaſphemia, ex eadem radice oriebantur, nempè ex infidelitate illorum. *Magiſter, volumus à te ſignum videre.* Hoc nomine malitiam ſuam tegere cupiebant, quaſi gens quæ à tanto magiſtro veritatem addiſcere cupiebat, ac ſi diceret, Ideò opera tua diabolo tribuimus, quoniam nullum ſignum hactenus à te vidimus, quo conuincamur te à cœlo miſſum Doctorem atq; magiſtrum hominum. O malitia quomodò
D. Chryſ. ſapere neſcit (ait Chryſoſtomus:) dum volũt ſuam malitiam obſcondere magis eam manifeſtant. Nam cum plura ab eo ſigna edita vidiſſent, de nouo exigere ab eo ſigna, quid aliud niſi malitiam ſuam prodere fait? Viderant certè illum mundare leproſos, cõſolidare claudos, illuminare cœcos, & alia mirabilia facere, & tanquàm ſi nullum vidiſſent ſignũ, de nouo ea petũt, vt faciat. Quid hoc? Niſi quia videntes nolebant videre, & ideò ſe habebant tanquàm ſi ea non vidiſſent. Anima abſq; corpore, ait Chryſoſto- *Idem.* mus, videre poteſt, corpus vero ſine anima non: & quia voluntas animæ eorũ hæc ſigna videre renuebat, ideò ſe habebant corporis oculi, ac ſi ea non vidiſſent. Sũt quippè maligni ac peccatores (ait Chryſoſtomꝰ) *Simile.* ſicut terra quędam arenoſa ac ſterilis, ſuper quam imbres, ac pluuiæ frequenter deſcendũt, & tamen ſemper arida manet. Sic tu, ò miſer peccator, audis hodie cõcionẽ, & cras, & alia die legis hodie, legis craſtina die ſacra ac ſaluberrima verba, confiteris hac hebdomada peccata tua, ſacrum Chriſti corpus in euchariſtia recipis, idem alia ſeptimana facis, & tamen ſemper tepidus, ſemper peccator, ſemper in eodem perſiſtis ſcelere: Vbi eſt fructus? quid inde operatũ eſt verbum Dei? Quid Chriſti ſacramenta fecerunt? Nihil certe. Quoniam malitia plena erat anima tua, quæ velut arenoſa terra cœleſtem rorem exſiccat, atque conſumit. Bibit ſatis abundè infirmus, & iterum atque *Simile.*

iterum bibit; & tamen ſemper ſitibundus manet; quoniam calor febris humiditatem exſiccat, & calor vigens illam aduocat ſitim. Sic malitię calor totum virtutis humorem conſumit. Pergis per viam ad rem aliquam, quę te rapit, attentus, & ideò non cernis prætereuntes nec rem ob oculos poſitã vides: quoniam alibi animus occupatus erat. Sic iſti, quoniam inuidia tabeſcebãt contra Chriſtum, in ſe ipſos toti rapiebantur, non ad bona Chriſti opera attendebant, & ideò videntes tot ſigna, non videbant: quoniam illa ex animo non reſpiciebãt. Dicitur enim in Prouerbio hiſpano. *No ay peor ſordo que el que no quiere oyr, ni peor ciego que el que no quiere ver.* Sic quia iſti nolebant videre bona opera Chriſti, habebant ſe tanquam non videntes ea; quia videbant ea quæ nolebant videre, & ideò de nouo petunt ſigna quaſi ſi nulla vidiſſent. Sic nec tu ex concionibus vtilitatem capis: quia audis ea quæ nolles audire. Sed quid eis reſpondet Dominus, audiamus. *Generatio mala, & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei.* Generatio mala & adultera. Mala propter infidelitatem, adultera propter idolatriam; nam relicto proprio Deo ſequebantur alienos. Videtur quòd Deus nomina infamiæ plena, & inhonorata peccatoribus, imponat, vt videntes ſe talibus notari titulis reſipiſcant. Nam & apud Eſai. ſic dicit eis. Væ Genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis. Semini nequam, id eſt generationi malę. Et Moyſes ſic illos in Deuteronomio alloquitur. Generatio praua & exaſperans, hæccine reddis Domino, populo ſtulte, & inſipiens. Econtrà verò bonis honoris plenos titulos tribuit, lucidiſsimaq; nomina imponit. Vos eſtis Lux mũdi (ait) Vos eſtis ſal terræ, lucerna ſuper candelabrum, ciuitas ſupra montem poſita. *Signum quærit & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ.* Nũc à me poſtulatis ſigna poſt tot exhibita coram oculis veſtris miracula. Nonne me vidiſtis illuminantem cæcos? Cæci non videntes me viderunt, & vos oculos habentes non me videtis? Non dabitur ergo vobis ſignum de cœlo, ſed de terra. Aliter Deus ad ſe nititur trahere bonos, aliter peccatores. Bonos promiſsis, malos minis, illos blanditijs delinit, hos terroribus concutit. Illis ſigna de cœlo exhibet, atque æternis promiſsionib' ad ſe allicit, hos inferni terroribus concuſſos ad ſe trahit. Vndè Apoſtolis tanquàm iuſtis de cœlo ſigna dedit. Nam coram tribus transfiguratus eſt, vbi ſpecimen quoddam cœleſtis gloriæ eis exhibuit, & coram omnibus cœlos aſcendit; & Stephanus vidit cœlos apertos & Ieſum ſtantem à dextris Dei: talibus enim ſignis ac nutibus filij ad paternam hereditatem alliciendi ſunt. Non dabitur ergo eis ſignum, *niſi ſignum Ionæ Prophetæ.* Hiſtoria Ionæ apud ipſum nota eſt. Miſit illum Dominus prædicare in Niniuem, & noluit ire ſed fugit in Tharſis. Miſit Deus poſt illum tempeſtatem & procellas, ità vt nauis periclitatetur, ipſe verò in profundo maris dormiebat, cùm omnes vota ſua dijs facerent vt liberarent eos, & tamen cecidit ſors ſuper illum, qua innotuit propter illum ortam fuiſſe tempeſtatem; & ideò miſſus eſt in mare. Sed præparauit Deus cete grande, & deglutiuit Ionam, & fuit in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus. Et ex ventre ceti clamauit ad Dominum, & die tertia euomuit illum cete in litus, & iuit in Niniuem, & prædicauit pœnitentiam & conuerſi ſunt ad Dominum, & pœnituerũt, & conuerſus eſt Dominus à furore ſuo quẽ cogitauerat aduerſùs eos: hęc eſt hiſtoria. Hoc etiam peccatoribus accidit: hi enim fugiunt à facie Domini, tanquàm transfugæ ac rebelles Deo, terga vertunt ei, ſecundùm illud quod Dominus per Prophetam dicit. Verterunt ad me tergum, & non faciem; Deus autem mittit poſt illos lictores, qui etiam per vim eos ad ſe reducant. Mittit tẽpeſtatem, procellas, fluctus, hoc eſt, infirmitates, dolores, egeſtates, tribulationes, quibus reſipiſcant, & ad eum conuertantur, vt intelligant propter illos ortas fuiſſe procellas, & mala illa propter ſua ſcelera euenire. Et attendite, quòd propter Ionam fuerat orta tempeſtas, & tamen alijs clamantibus in cœlum, ille in profundo nauis ſecurus dormiebat, ſic & peccatoribus contigit. Nam propter illos tempeſtates oriuntur, fames, peſtis, bella, cœdes, hoſtium eruptiones; & tamen ipſi in profundum vitiorum ſecuri dormiunt, & quieſcunt. Alij clamant in cœlum, propter illos fiũt proceſsiones, litanię, effunditur aliorum ſanguis; & tamẽ ipſi nec corpore quidem preſentes ſunt ad has quæ propter illos fundantur preces, ſed ſecuri in profundo vitiorum quieſcunt. De quibus & Sapiẽs dicit. Impius cum in profundum venerit peccatorũ, contẽnit. Omnia deſpicit, & ſacra, & prophana, omnia irridet, & minas & pericula paruipendit. Quid ergo faciendum

Simile.

Eſai. 1.

Deut. 32.

Matth. 5.

Ieremæ.

Prouer. 18.

faciendum cum illo? Proijciatur in mare, cõmittatur aquis deſideriorum ſuorum, quę eum huc illucq; circunferant, quoad vſque illum in profundum inferni mergant. Quid hoc eſt, dicere? Si his tempeſtatibus ac tribulationibus â Deo nobis immiſsis reſipiſcimus; viuemus, & ſalui erimus: ſi verò ad huc perſeueramus, in ſtultitijs noſtris demergemur. Volo dicere, fratres mei, Si videntes mala omnia, quibus hodie vniuerſa Chriſtiana Reſpublica premitur, tot obortis hęreſibus, tot dirutis templis, tot funditus euerſis Eccleſijs, tot cladibus ab infidelibus acceptis, non reſipiſcimus, non à ſomno vitiorum ſurgimus, non aurem Deo loquenti accomodamus; funditus peribimus, fratres, fluctibus maris obijciemur, vt noſtris trahamur deſiderijs, circunferamur omni vento doctrinę, tanquàm naues abſq; gubernaculo, vt ait Iudas Thadæus: vt ſic Leuiathã, hoc eſt, diabolus, in ventrem ſuum, qui infernus eſt nos deuoret. Deglutiuit Vallena Ionam atq; in ſuo ventre clauſum tenuit, à quo circumſeptus vndiq; exire nõ valebat. Sic cùm peccator ſe ſuis deſiderijs tradit, circumuallatus ab illis, vndique interclusus remanet, nec qua exeat, inuenit aut videt: quia tenebris circundatus eſt. Ex vna quippè parte illum tenet auaritia, quaſi compedibus & manicis ligatũ, à quibus ſe non valet expedire: ex alia illum voluptas conglutinatum quaſi pice, & reſina habet, vt à cõcubinatu diſcedere nõ poſsit: ex alia vanitatis ventus faciem eius ferit, vt aduerſùm illam nauigare ne queat. Quod ſi ambitionis aut ſuperbię tumor occurrat, ità exitum tu miditate occupauit, vt omnino interclusus exire non poſsit. Quarè vndique ventre ceti, hoc eſt, diaboli ſe circumuallatum ſentit, coſtiſque ac viribus ſeptus præualere non valet, perplexum quippè illum ſua peccata tenent vt ab eis ſe neſciat expedire. Mercator ille qui vſuris ac dolis plurimas ſibi comparauit diuitias, etiam cum magnatibus certat, vnamque ex filiabus principum ducit vxorem, procerumq; more iam viuit; ſi ea quæ malè lucratus eſt, reſtituat, in pauperiem deueniet, ſplendoremq; illum quem iam tenere cœpit, amittet, vxorq; eius ac affines clamabunt ſe deluſos eſſe. Si non reſtituit, inferni cruciatus ſibi imminere cernit. Quid faciet miſer tot coarctatus preſſuris? Alius qui ex proceribus populi eſt; alea, & meretricibus, & obſonijs redditus ſuos iã conſumpſit, immenſumque æs alienũ conflauit. Ex vna parte vellet rẽ ſuã alijs impignoratã liberare, quod ſine hoc quòd â ſumptibus tẽperet, facere minimè poterit: ex alia parte vult etiam ſplendidè, vt nobiles ſolẽt viuere, nec vtrũque videt ſe poſſe facere. Ecce illum in ventre ceti vndique inuolutum vides. Alius qui vxorem rapuit alienã, ſi eam dimittit, maiora ipſa ſubibit pericula: ſi retineat, ipſe in periculo maiori verſatur, quid faciat neſcit, & ita perplexus cruciatur circundatus vẽtre cete: Vnde de talibus dicit Iob. Inuoluti ſũt pedes eius. Nec enim ſe à tot laqueis ſoluere valet. Vndique terrebunt eum formidines, *Donde quiera halla el pleyto malparado,* vbicunque in conuenientia reperit, quodcũque velit ſumere mediũ, difficultatem habet. Nam & de diabolo dicitur. Nerui teſticulorũ eius perplexi. In his inuolutis laqueis ac perplexitatibus ponit diabolus neruos ac vires ſuas: nã tales difficillimè ab eius ore liberantur. Vnum dũtaxat ſibi reſtat remedium licet graue. Dirũpe vallenæ vterum & fuge, fac tibi foramen quo exeas. Nunquam legiſtis aut audiſtis q̃ de vipera dicitur. Concipit per os, & poſteà fœtus cùm exire volũt, & non inueniunt locum quo exeant, dirumpunt vterũ atq; materna viſcera, & ſic ſibi exitum parant: ſic & tu debes facere. Ore te ac parentes tuos vipera hæc deglutiuit cùm ore mentitus eſt eis à principio, & modo tibi; non potes exire; dilacera ventrem vallenę, dirumpe viſcera huius viperæ, omnes vince difficultates quibus detineris, ne à peccato tuo exeas, & ſic effugies manus eius in nomine Domini. Nihil pudeat ab ſtatu temporali cadere, ne cadas ab æterno. Quid trepidas aliena reddere, quæ propediem peritura ſunt, vt æterna quæ in ſempiternũ permanent, nõ amittas? Quid metuis mũdi vanitates abnuere, quæ veluti vmbra prætereunt, vt illud ſemper permanens Regnum ac quiras? Pereat mulier quia ipſa voluit, & tu Deũ ne perdas qui totum tuũ bonum eſt. Vince has difficultates, rũpe hæc vincula diaboli à quo captiuus teneris, vt ad verum Dominũ tuũ qui Deus eſt reuertaris. Reliquit palliũ propriũ pudoratus puer Ioſeph in manibus impudicę mulieris, vt ab eius laqueis liberaretur? & tu aliena renuis dimittere, vt à diabolo eruaris? Etiã propria dimittenda ſunt in caſu, & proprio cedere debemus iuri, ne quod æternũ ac incõmutabile eſt, amittatur. Nũquid perforabis armilia maxillam eius? dicebat Iob. de aduerſario. Itaq; perforatam habet maxillam

Iudas in ſua Epiſtola.

Iob. 18.

Iob. 40.

Simile.

Geneſ. 39.

Iob. 40.

maxillam diabolus, foramẽ habet in maxillis per quod ab ore eius exire valeas. Sed tamẽ occluſum eſt. Sed nunquid, cera aut papiro, vt facilè poſsis obſtaculum tollere & egredi? Minime gẽtiũ. Sed armilla; anulo quodã ferreo in modum circuli facto, vt op⁹ ſit dirũpere & dilacerare maxillam, vt fugias. In magnis difficultatib⁹ teneris adſtrictus; omnes dirũpe & frange, vt à tanto eruaris periculo. Itẽ habet ſe modo diabolus tãquam in vtero habens. Nã vterus eius plen⁹ eſt malis hominib⁹, præcipuè hæreticis, quos modo in vtero ſuo abſcondit ſub ſpecie & habitu pietatis ac religionis. Hi enim hæretici ſub hypocriſi prius latuerunt (hypocriſis enim vterus eſt quo diabolus has viperas fouet) poſteà verò tanto ſtrepitu ac rugitu eas parit, vt per totã Eccleſiã eorũ audiãtur
Simile. vlulatus. Et quemadmodùm puer in vtero materno eodẽ alimento nutritur, quo mater eius: ſic & iſti eodẽ aluntur cibo quo diabolus, de quo dicitur quod cibus electus eſt eſca eius. Paſcitur enim viris electis ac probis: ſic iſti talibus paſcuntur: quoniã in eos ma-
Ioan. 4. xime debacchãtur. Et ſicut cib⁹ Chriſti Domini fuit, vt ipſe dixit, facere voluntatẽ Patris ſui cœleſtis; ſic è contra iſtorũ antichri-
Prou. 2. ſtorũ eſca eſt, Dei voluntati contraire. Lætantur enim cùm malè fecerint, & exultant in rebus peſsimis. Heu quã timeo vallenam iſtam infernalẽ hiſce tẽporibus, impregnatũ vterũ eius magnis, & inauditis malis, & vereor ne iã appropinquet tempus pariendi, turgentẽ namque video vẽtrẽ eius; ſuperbis hominibus ac hypocritis plenũ, vtinam artifex veniat qui illam aborſum facere impellat, ne ſi iam fœtus integer ſit, antichri-
Prouer. 4. ſtum nobis teterrimũ pariat. Hi enim non dormiũt niſi male fecerint, nec capitur ſomnus ab eis niſi ſupplantauerint, atque ſic eorum nutritur ac fouetur caro. Sed quoniã à principio diximus ſignificari electos, qui aliquando terga vertunt Deo, operæpretium erit, per vallenam (quæ deglutiuit Ionam, in cuius vtero ſaluat⁹ eſt, ne illũ fluctus ſuffoccarẽt) ſignificari tribulationes per quas Deus electos ſuos aliquando ſaluat. Perirẽt quippè, atq; fluctibus ſuorum vitiorum raperentur, niſi eis Deus tribulationem, infirmitatem, vel quid ſimile præparaſſet, quibus à tanto periculo detinerentur. Præparauit Deus cete grande, & deglutiuit Ionam. Præparat Deus tentationem aut tribulationem, vt detineat iuſtum, ne fluctibus ſuorum deſideriorum demergatur. Latro in cruce ſaluatus eſt, qui aliàs ſuis latrocinijs tanquam fluctibus perijſſet. Et ſicut Ionas de ventre ceti orauit & exauditus eſt; ſic latro de cruce, cùm dixit: Domine *Luca. 23.* memento mei, dum veneris in Regnum tuum. Sic Paulus per tentationem à pericu *2. Cor. 12.* lo ſuperbiæ, aut vanegloriæ erutus eſt, & ex illa ter Dominum rogauit, ſicut & Daniel de lacu leonum. Quarè in die iudicij in hoc maximè Dei ſapientia fulgebit. Videbunt enim clarè iuſti, quòd niſi Deus illos per tot labores duxiſſet, non poterant aliter ſaluari fieri. In hoc enim maximè eius ſapientia fulgebit, quòd vbi videbatur potius pereũdum eſſe; ibi ſaluat ſuos Deus. In ventre ceti, vbi viui moriuntur, & ſuffoccãtur, ibi Prophetam ſuum ſaluauit Deus. In tentatione vbi alij perire ſolent, ibi ſuos ſaluos facit Deus. Hoc enim eſt viuere Ionam in ventre ceti, pueros in camino ignis, & Danielem inter leones. Vndè cum ſanctos mira *Apoc. 7.* retur Ioanes in Apocalypſi, & ſciſcitaretur ab Angelo, qui nam illi ſplẽdidi viri eſſent: reſpondit. Hi ſunt qui venerunt ex magna tribulatione. Hoc eſt, qui ſaluati ſunt in ventre ceti. Et poſt tres dies præcepit Dominus piſci, & vomuit Ionã in litore. Tres ſunt dies quibus in hac vita tribulationibus premimur: nam poſt hoc breue tempus ad ripam cœleſtis patriæ appellemur. Tres ad *Geneſ. 40.* huc dies ſunt poſt quos recordabitur Pharao miniſterij tui. Tranſacto breui huius *Matt. 20.* vitæ ſpatio, vocabit Dominus operarios vineæ ſuæ, & reddet illis mercedem. Nõ enim *Ad Heb.* iniuſtus eſt Deus (ait Paulus) vt obliuiſcatur laboris veſtri. Sic & Chriſtus Dominus, *6.* poſtquam breuiter quæ paſſurus erat retulit, ſubinfert dicens: Et poſt tres dies reſur- *Matt. 27.* gam. Quoniam momentaneum & leue hoc *2. Cor. 4.* tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operabitur in nobis. Euomuit igitur piſcis Ionam in litore, à quo miſer Propheta exiuit ſquamis, & immunditijs plenus, quæ ex fœtido loco in quo iacuerat ſibi conglutinata ſunt. Sic peccator qui in ventre vallenæ, hoc eſt, diaboli ac peccati aliquando delituit, quandò per gratiam Dei ab illo exijt, adhuc ſquamæ, hoc eſt, reliquiæ peccatorum illi inhærent. Ad huc fœtorem refert quẽ ex immundo loco, in quo iacuerat, ſecum eduxit, macilentus, debilis, ad huc peccatorum fomite agitatus, & alia quæ ſunt reliquiæ infirmitatis peccati. Sicut cùm Paulus à peccato ad gratiam conuerſus eſt, miſit

ſit illum Dominus ad Ananiam, cui cùm
Actor. 9. impoſuiſſet Ananias manus, ceciderunt ab oculis eius tanquam ſquamæ quæ ſibi inhæſerant in ventre ceti, vbi tot annis deliuerat: reliquiæ quippè, ac cęcitates ex tenebris Ægypti ad huc manent in recenter conuerſo, ſaltim ſigna, quòd hæc aliquandò habuerit. Sic autem oportuit, vt contingeret, tam Ionę, quàm Paulo, vt qui prædicare hominibus debebant mundi huius pericula, ea prius in ſe ipſis periclitarentur;
D. Hier. quemadmodùm, & Hieronimus ad Heliodorum ſcribens, ſuadens illi, vt ad eremum rediret, ait. Et hoc ergo nõ integris rate vel mercibus, nec quaſi ignarus fluctuum præmoneo, ſed quaſi nuper naufragio eiectus in litus, timida nauigaturis voce denuncio. In illo æſtu Charybdis luxurię ſalutẽ vorat, ibi ore virgineo ad pudicitię perpetranda naufragia Scyila eum renitens libido blanditur. Hic barbarum litus, hic diabolus pirata cum ſocijs portat vincula capiendis. Nolite credere, nolite eſſe ſecuri, licet in modum ſtagni fuſum ęquor arrideat, licet vix ſumma iacentis elementi ſpiritu terga criſpentur, magnos hic campus montes habet, intus incluſum eſt periculum, intus eſt hoſtis, expedite rudentes, vela ſuſpendite, crux anthenę figatur infrontibus, tranquillitas iſta, tempeſtas eſt. Sic hi qui è fece mundi conuerſi ſunt ad Deum qui & ei⁹ pericula experti ſunt, homines hortantur, vt ab huius pelagi periculis fugiant, & dicunt. Ibi eſt auaritię pelagus, quod multos ſubmergit & interimit, illic eſt ambitionis incile ſiue canalis, quæ multos poſt ſe rapit ac mergit. Ibi ſirtes, quæ ſuis blanditijs ac canticis animas hominum emolliũt & deuorãt: ibi Charybdis & Scylla, hoc eſt, diſſenſionum ſtrepitus, quæ ſuis latratibus hominibus maximam perniciem adducunt. Nec piratæ deſunt ac latrones quales ſunt dæmones, qui miſeros homines ſpoliant ac vulnerant, & ſemiuiuos relin-
2. Cor. 11. quunt. Igitur quia Ionas prædicaturus hęc pericula erat, opus fuit, vt ea in ſe prius periclitaretur, & etiam Paulus pericula in mari, & in fluminibus eſſet expertus, & nocte, & die in profundo maris ſtaret, vt ſic melius alios poſsit hortari. Igitur Ionas cùm ex ſe expuliſſet ſquamas, & cæteras immunditias quæ ſibi ex ventre ceti inheſerant; abijt in Ninivem, & prædicauit pœnitentiam. Audieruntq; vocem eius Niniuitæ, & egerunt pœnitentiam, & hoc eſt, quòd hîc Dominus dicit. *Viri Niniuitæ exurgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce pluſquam Ionas hic.* Non hoc dicit, quòd ipſi futuri ſint iudices populi Iudæorum, ſed quia cõparatione eorum iudicandi ſunt Iudæi à Chriſto, quippè qui illis prædicauit pœnitentiam, cùm multò ſit maior Iona, & noluerunt audire eum. Hoc enim eſt, quòd
Ad Rom. 2. Paulus Roma. 2. dicit. Et iudicabit id quod ex natura eſt præputium legem conſũmãs, te qui per literam, & circunciſionem prę-uaricator legis es, &c. Sic Chriſtianos aliquando Ethnici, & Indi condemnabunt, qui ab impijs hominibus Euangelium acceperunt, & vos Chriſtiani à bonis, & iuſtis renuitis illud accipere, & exequutioni mãdare. Vndè & per Prophetam dicitur. Eru *Eſai. 23.* beſce Sydon, ait mare. Mare quod dicitur del Sur, vltràquod Indi qui Euangelium receperunt inhabitant, tibi opprobrio erit: quia eius incolæ pœnituerunt ad prædicationem Euangelij reliętis idolis, & tu permanes in peccatis tuis, nec pœnitentiam eorum facere cupis, ſed inte iactatur dictum illud Hierem. cap 8. Nullus eſt, qui *Hierem. 8.* agat pœnitentiam de peccato ſuo dicens, Quid feci?

Secundo, ſic dic. Hi quærebant ſignum *Alia moralitas ſeu concio.* de cœlo, vt ait Lucas, nec tamen videtur hoc incongruè feciſſe, quoniam hæc ſuper-naturalia myſteria quæ Chriſtus prædicabat, teſtimonijs etiam ac ſignis ſuperna-turalibus, & cæleſtibus indigebant, vt eis fides adhiberetur: vt rebus mirabilibus fidẽ prębeant facta mirabiliora aut certè ſimili ratione miranda. Et ideò oportuit, vt tã Chriſtus quàm diſcipuli ſui miracula ederent, ſuprà omnem naturam ad confirmandã ſuper naturalem doctrinam quã ipſi prædicabant. Nàm, vt ſuprà diximus, miracula ſunt veluti ſigillum Dei, quo opera eius ſignãtur, quo ſigillo cognoſcitur quòd ſint ſua. Quarè ergo ij damnantur, eo quod ſigna ſupernaturalia petierunt? Reſpondetur, vt ſupra diximus id ex malitia feciſſe. Nam cum tot mirabilia coram eis Dominus perpetrauerit, illis poterant credere ſi vellent. Cur modo ſigna de cœlo petunt? cùm meliori modo ea poſſent calumniari quàm alia, dicentes ex paſsionibus aeris ea accidiſſe, vt ait hic Hieronimus. Vnde illis reſpondet Dominus: *Generatio mala &c. Niſi ſignum Ionæ Prophetæ, &c.* Hoc vtũ obiter annotare hic

libet in noſtrã maximã confuſionem, quòd hi qui in naui cum Iona ibant pagani, videntes tempeſtatem aduerſùs illos ingruere, clamabant ad Dominũ, & vouebant vota Deo, intelligentes ob dilecta ſua periculum illud illis imminere: & nos qui vero Deo credimus, cùm tot flagella Dei innos metipſos quotidie ſentiamus, tamen nõ ob id pœnitemus, aut cõuertimur ad Deum, vt dicamus ei, Domine quid fecimus? Et cur percutis
Eſai.9. nos? Sed quod de nobis dicit Propheta. Nõ cõuertimur ad percutientẽ nos dicẽtes; Cur
Acto.9. me percutis? Quid vis vt faciamẽ vt dixit Paulus. Et illi quidẽ alleuiabant nauem proijciẽtes merces, ſcrinia, ac cætera impedimenta in mare; ſic nos videntes ſuper nos irã Dei imminere, animam noſtram alleuiare ab his vanis curis debemus; abdicantes à nobis omnia ſuperflua, tam in victu quam in veſtitu, quàm in acquirendis rebus tẽporalibus. Sic
Iob.31. enim & Iob dicebat. Semper enim quaſi tu
Simile. mentes ſuper me fluctus timui Deum. Habebat ſe Iob quaſi qui imminentibus ſuper
Iob.9. ſe fluctibus timore cõcutitur, & nauem ab onere expedire contendit: ſic Iob de ſe dicebat. Verebar omnia opera mea, ſciens quòd non parceres deliquenti. Ac ſi diceret. Singula opera metiebar, ne contra te eſſet aliquod, ne tuæ iræ fluctibus cooperirer. Et ideò à rebus temporalibus ſe expediebat, ea pauperibus erogando, vt ipſe dicit. Ionas vero dormiebat, & erat propter illum tempeſtas orta. Sic peccatores faciunt, vt modò di
Seneca. ximus. Quoniam vt Seneca dicit in quadã Epiſtola, hoc eſt diſcrimen inter mala corporis, & animæ: quòd corporis ægritudines dum maiores ſunt, plus ſentiuntur, & aggrauant: & ideò maior in eis curandis cura adhibetur. Cęterum animæ mala quantò maiora ſunt, tantò minus ſentiuntur, & minor in eis adhibetur diligentia: quoniam quò diuturnior eſt conſuetudo in peccato, eò plus rationis lumẽ offuſcatur, atque inſenſibilior efficitur peccator, vſquedum venit ad tantum malum, vt quaſi extinctum habeat vermẽ conſciẽtiæ, nullũ eius morſum ſentiẽs, ſed fit in eo quod ſupra ex Sapiente retulimus. Impius cum in profundũ venerit peccatorũ, contẽnit. Dormiebat ergo Ionas in profundo nauis, ſed cũ ſorte deprehenſus eſſet, dixit. Si propter me orta eſt hæc tempeſtas, mittite me in mare. Et ita factũ eſt, & deglutiuit illũ piſcis. Et protinus ceſſauit tẽpeſtas. In hoc Ionas maximè fuit figura Chriſti. Nã ſicuti proiecto Iona in vẽtre ceti ceſſauit tẽpeſtas, ſic proiecto Domino in ſepulchrũ, quieuit ira Dei cõtra nos, ſorteq; quadã hoc ei cõtigit. Cecidit quippè ſors ſuper illũ, vt ſolus Filius extrib⁹ Trinitatis perſonis in humana natura mortẽ pateretur. Olim, cũ in vſu erãt duella, ſcuta habebãt milites ſuſpẽſa in ianuis, & qui volebat aliquẽ ad certamẽ vocare, tãgebat eius ſcutũ, & tunc ſorte obueniebat illi deſcẽdere cũ illo qui tetigit ſcutũ eius in pręlium. Inter diuina attributa quę perſonis diuinis atribui ſolẽt, Patri omnipotẽtia atribuitur: Filio ſapientia: Spiritui ſancto amor. Primi Angeli peccatũ ſcutum Patris tetigit: quoniam contra omnipotentiã Dei deliquit, cupiens in aqui ſonẽ aſcendere, & ſimilis eſſe Altiſsimo: quare ſi Angeli peccatũ remediũ habuiſſet ad Patrem attinebat illi damno occurrere. Cæterũ homo ſcutum filij tetigit: quoniam cõtra ſapientiam quæ ei atribuitur, deliquit: nam voluit eſſe ſapiens, vt Deus ſciens bonum, & malũ, credens ſerpentis mendacio. Quapropter ad filiũ ſors deuenit, ſicut ſuper Ionam, & ipſe obligatus manſit, vel potius ſe voluit obligare, vt pro homine certamen ſubiret. Vndè, & ipſe dixit. Si propter me orta eſt hęc tempeſtas, mittite me in mare. Si mihi veluti ſorte quadam, ęterna ordinatione præuiſa hoc munus cõtigit, vt ego debeam hominis nõ ſolùm naturã, verũ & cauſam aſſumere, & propter illũ tẽpeſtates ac vindictæ Dei, quas in inmundo exercet, ortæ ſunt, mittite me in procellas ac fluctus flagellorũ, alaparũ, ſpinarũ, opprobriorũ, clauorũ, lanceæ, crucis ac mortis: deglutiat me terra, & ibi me mortuum tribus diebus detineat, ſicut & Ionam piſcis, vt poſsim ego dicere cum ipſo Iona. Omnes fluctus tui, &
Iona.2. gurgites tui ſuper me tranſierunt. Quod &
Eſai.53. Eſai. c.53. dixerat: Dominus poſuit in eo iniquitates omnium noſtrũ. Et ſic ceſſet tempeſtas, ceſſet ira Dei ſuper nos. Prius quam iſte verus Ionas fluctibus paſsionis traderetur; duriſsime ira Dei ſæuiebat ſuper nos, frequẽtiſsimæ ſtrages ac cædes hominũ fiebãt. Nõ ne vidiſti eũ totũ ſubmergere orbẽ per aquas diluuij? Nõ ne totũ Pharaonis exercitũ aquę maris rubri ſuffoccauerũt? Ciuitates multę cũ ſuburbanis ſuis igne de cœlo miſſo cõflagrauerũt? Terra deglutiebat homines viuos, ſerpenteſq; ignitę illos occidebãt? Sed huius veri Ionę morte ac ſãguine omnia placata ſunt; trãquillitaſq; magna in toto orbe
Eſai.12. terrarũ cõflata eſt, ita quòd cũ Eſaia illi referre poſſumus gratias, atq; dicere. Confitebor

tebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi: conuerſus eſt furor tuus, & cõſolatus es me. Quinimò cùm in te ipſo tempeſtates mouerij, fluctus inſurgere, procellas eleuari videris, cùm tentationes te premunt, cùm anguſtijs conſtringeris; mitte hunc verum Ionam in mare, amẽ Patrem mortem tanti Filij præſentã, ſuorum tormentorum tempeſtatem in memoriam reuoca, aquam & ſanguinem quæ ex latere eius fluxerũt cõrã Patre liba, & protinus omnia trãquilla erũt. Hoc enim eſt ſpiritualiter Ionam in mare mittere; Patri paſsionem ac mortem Filij ſui præſentare, & dicere: Per paſsionem & crucem tuam libera nos Domine. Intonuit Ionę prædicatio in aurib⁹ regis Niniue, & prædicauit omnibus ieiunium, etiam pueris ac pecoribus; induuntur ſaccõ, cinere aſpergunt capita: & ſic placauerũt Deũ.
D. Gregor. Niſſenus. Quam Niniuitarum pœnitentiam Niſſenus homil. de Quadragesima ſic depinxit: Sed & Niniuitæ per abſtinentiam rę deſuper imminentis ſuſpenderunt ruinam, & paruuli ac pecora pariter abſtinentes egreſſam à Domino plagam atque ſententiam iam cadentem, vt ſic dixerim, retorſerunt, tãm manifeſtum iudicantes afflictionis remedium, vt ſibi & animalium crederent
D. Amb. prodeſſe ieiunium. Et Ambroſius ſermone 40. ait: Sapiens ergò rex qui ſciret quemadmodũ aduerſa ſibi ſuperare deberet; hoſtes enim virtute ſuperabat, Deum autem humilitate vincebat: ſapiens planè rex qui intelligeret quibus armis vteretur pro tẽporis qualitate. Cùm enim inſidiantur illi homines, apprehẽdit armabellica: cùm irascitur ei Deus, corripit arma iuſtitiæ. Sapiens, inquam, rex, qui pro ſalute ciuium, peccatorẽ ſe magis confitetur eſſe quàm Regem.

Multa quidem in hoc facto nos docere video hos Niniuitas, ſed inter alia hoc vnũ principale intueor, nempè exemplar quoddam veræ pœnitentiæ, quæ ſecunda tabula eſt quæ à tempeſtate ac ira Dei nos liberat, poſt peccatum commiſſum poſt baptiſmũ. Primùm, celeritatem video qua properarunt ad agendam pœnitentiam: Nec enim in aliam illam diſtulerunt Quadrageſimam, vel alium concionatorem præſtolaueruũt, aut conſuluerunt: ſed protinus audita Ionæ prædicatione ad pœnitentiam accurrerũt. Omnia ſuum tempus habent in quo opportuna ſunt quo tranſacto inutilia fiunt. Eſt enim tempus ſeminandi, & tempus colligẽdi quod ſeminatum eſt; tempus metendi & tempus terendi. Qui quando debet metere vellet ſeminare, aut ediuerſo, prepoſtero ordine procederet: Quod copioſius nobis oſtẽdit Sapiens, cùm dicit. Omnia tẽpus habent, *Eccleſt.3.* & ſuis ſpatijs tranſeunt vniuerſa ſub ſole. Pœnitentia etiam ſuum habet tempus, quo tranſacto, forſan nullius erit vtilitatis. Dico forſan, quoniam qui differunt pœnitere ſuo tempore, Deo id iuſtè permittente, non inuenient poſteà ſpatium pœnitentiæ, etiam ſi cum lacrymis requirant. Illud tempus autem pœnitentiæ proprium, & opportunum eſt, cùm te Deus ad pœnitentiam vocat, vel interi⁹ ſuis ſecretis admonitionibus, vel exteri⁹ voce prædicatoris, aut alia via. Id enim egerunt ij Niniuitæ, qui vocati à Deo, per prædicationem Ionæ, protinus per pœnitẽtiæ opera reſponderunt ei. Vnde Sapiens Eccleſ. 5. ait: Ne tardes conuerti ad Domi- *Eccleſt.5.* nũ, & ne differas de die in diẽ, ſubitò enim venit ira illius, & in tempore vindictę diſperdet te: Nam ſi cũ te Deus vocat, & propria conſcientia accuſat, & prædicator clamat, & confeſſor conſulit, nõ reſipiſcis; quia tempus opportunum prætermiſiſti, forſitan poſteà non inuenies aliud, & putans te agere veram pœnitentiam te ipſum forte decipies: quoniam iã ſera & abſque fructu erit: Non tamen voco pœnitentiam ſerotinam quam impij in alia vita faciunt, de qua Sa- *Sapient.5.* pient. 5. dicitur. Pœnitentiã agentes, & præ anguſtia ſpiritus frementes: *Quoniam illa iam extra omne tempus eſt, es ligna de portuum;* & infructuoſa: nec enim ex dolore offenſæ factæ contra Deum ortũ habet, ſed ex ſuorum tormentorum dolore ac deſperatione. Nec etiam voco ſerotinam pœnitentiam ac importunam, illam, quæ vſq; ad horam mortis differtur; quoniam talem pœnitentiã ſuſpectã habent Sancti. Nam ad excutiendum verũ dolorem qualem vera pœnitentia requirit, & ad examinandam cõſcientiam ea diligentia qua oportet, dolor infirmitatis, ſenſuum turbatio, iudicij debilitatio, & alia grauia incõuenientia, quæ tunc temporis occurrunt, magnum præſtant impedimentum. Quarè abſque vllo dubio pauci ex his qui vſq; ad illud tempus pœnitentiam differunt, veram faciunt; ac per conſequens nec ſaluantur. Quod clarè Dominus *Matt.25.* oſtẽdit in parabola illa de decẽ virginibus, ex quibus quinque fatuę, quę diſtulerũt prę parare lampades ſuas, hoc eſt, animas, vſque ad horã qua Spõſus puſiabat ianuas, excluſæ ſunt à nuptijs, & clauſa eſt ianua. *Dieron-*

las con la puerta en los ojos. Et quantũcũque ipſę clamabãt, dicentes, Domine, Domine, aperi nobis; nihil illis profuit, ſed ſurda aure clamor earũ exploſus eſt. Sic accidit ijs qui per totã vitã deſides, ac negligẽtes viuunt, & cũ hora mortis appropinquat, & Spõſus ianuas pulſat, quãdo vix ſcintilla luminis rationis perſtat, tũc properãt accẽdere lãpades, & ſumere oleũ, tũc properãter cõfitentur, ſacramẽta Eccleſiæ petunt, & Deus iuſto iudicio permittit, q̃ vel nõ accipiant ea, vel non ad vtilitatẽ illis ſint accepta, ſed ad maiorẽ cõdẽnationem. Putatis, fratres mei, quôd omnes Chriſtiani qui receptis ſacramẽtis Eccleſiæ ex hac vita diſcedũt, omnes inquã, ſaluãtur? Vtinã ſic eſſet, fratres, imò ſi medietas eorũ ſalutẽ cõſequeretur, gaudere ego. Non ne videtis has virgines fatuas, q̃ omnes lãpades accenſas habebant, ſpõſum, præſtolabantur, oleũ poſtulabãt, Dominũ ſponſum vocabant; & tamen non introierunt cũ eo ad nuptias? Sic multi Chriſtiani ex hac vita in alteram tranſeunt, qui videntur cũ luce ex hac vita migrare, qui lampades fidei habent, qui oleum petunt, & Ieſum inuocant, qui cõfitentur peccata ſua, qui ſacram Euchariſtiam accipiũt, qui oleo extremæ vnctionis vnguntur, & tamẽ occluſam paradiſi ianuam inueniunt, & illis Deus reſpõdet; Neſcio vos. Quid hoc miraculi eſt, fratres? Nõ ne ſicut cæteri Chriſtiani ſolẽt, occubuerũt? Faſsi ſunt peccata ſua, ſacrã cõmunionẽ, & oleũ extremę vnctionis ſumpſerunt, Deũ ſuũ Dominũ inuocauerunt, quomodò ergò perierunt? Verũ eſt: ſed tamen Deus ſuo iuſto iudicio permiſit, ne oleũ in vaſis animæ haberent, hoc eſt, q̃ non ea veritate ſacramenta ſumerent qua opus erat; propterea quod pœnitentiã ſuorũ delictorũ ad finẽ vitæ vſque diſtulerũt.

Prou.1. Irriſit Dei monita per totã vitã ſuã, modò in morte ſua Deus irridet eũ. Quia vocaui, & renuiſtis, extẽdi manũ meã, & non fuit qui aſpiceret; ego quoq; in interitu veſtro ridebo, & ſubſanabo, cũ vòbis id q̃ timebatis aduenerit. Mira res, fratres dilectiſsimi.

Geneſ.6. Centũ, & viginti annos expendit Noe in Arcæ fabricatione, videbãt eũ omnes homines tã grãdẽ ſtruere machinã, appropinquabat diluuiũ, diruebãt domos aquæ, atq; pontes deſtruebãt, multi in aquis ſuffoccabãtur; & tamẽ nullus accedebat ad Noe deprecãs, vt illũ in Arca illa ſaluũ ab illa tẽpeſtate faceret, Prędicauerũt Abrahã, & Loth Sodomitis, vt exirẽt à ciuitate ne cõflagrarentur

Geneſ.19. in illa, videbãt quã properãtes illi exibant fugiẽtes, & tamẽ, nec generi, nec alius ex oppidò eis credidit, ſed viſi ſunt eis tanquã deliramẽta loqui. Nõ ne demẽtiã ac inſaniam hanc diceres? Maior tua dementia eſt ò Chriſtiane, miſerabilior cæcitas tua, qui ſperans iudiciũ Dei propinquũ, q̃ in hora mortis tuæ, tibi indubitanter cras, vel perẽdie eueniet: id & concionatores alta voce tibi pronũciamus, ob oculos cernis interitus, bella, peſtes, principum caſus, & Dei plurimas iuſtitias, & tamẽ nõ in te reuerteris, nõ conſideras. Nũquid mẽtis inops es? Nõ ne vides aquas diluuij iam inundare; cõflagrationẽ iã mediam partem caſtrorum deuoraſſe, & quod iã vſque ad os aſcendit? Quid expectas? Vis & tu ſuffocari? Non ne vides illã iã perijſſe prouintiã? Regnũ aliud deſtructũ eſſe? ciuitatẽ illã punitam? Cur nõ periculũ in alijs facis? Cur nõ ad Arcã accedis? Cur nõ miniſtros Eccleſiæ cõſulis? Quid hoc mali eſt? Quid ſibi in hoc vult Deus? Ad vos accedo, recipite me, ac ab his tantis malis Eccleſiæ præſidio liberate. Dico ergò (vt ad primũ propoſitũ reuertar) q̃ ego nõ voco ſerã pœnitẽtiã iſtã, nec illã, quę in altera vita fit, nã hęc nullius eſt roboris, aut valoris. Nec illã quæ differtur vſq; ad horã mortis: quoniã hæc ſemper fuit ſupecta. Sed illã voco ſerã, quæ cũ hodie poſsit fieri, differtur ad diẽ craſtinũ: imò eã quæ cũ poſſet octaua hora fieri differtur vſq; ad nonam, quoniã periculoſiſsimæ hæ dilationes eſſe ſolent. Nam vt Baſilius docet. Si iam iam *D.Baſil.* moriturus, pharmacum tibi à medico imperatur, quod tibi poteſt eſſe in ſalutem, & *Simile.* non vis ſtatim accipere, ſed differs vſque in craſtinum; non ne merito inſanus dicereris eſſe? In vltimis conſtitutus, & forte vna hora tibi reſtat quin moriaris, quare differs nec per momentum ſalutare medicamen quod tibi offertur? Pœnitentia autem animæ medicina eſt, quæ paſsim de vita periclitatur, cur illam nec per horam differs? O inſane, audi Paulum ad Hebr.3. cum ad- *Ad Heb.* duxiſſet illud Pſalm. Hodie ſi vocem eius 3. audieritis, nolite obdurare corda veſtra; ſic *Pſal.94.* dicentem tibi. Videte fratres ne ſit in aliquo veſtrũm cor prauum, ſed adhortamini vos metipſos per ſingulos dies, donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Id eſt, ſi hodie te vocat Deus tuus, hodie reſpondebis ei: quoniam tota vita præſens nihil aliud eſt, quàm hodie, hoc eſt, vna dies, & non illa

quæ

quæ viginti quatuor horarum ſpatium habet; ſed inſtans præſens tantùm; nã quod pręterit, iam non eſt, quod futurum eſt, nõdum aduenit, nec noſtrũ eſt tempus futurũ, aut aliquod ius habemus ad illud. Cur ergo ſperabimus in eo, quod noſtri iuris non eſt? Igitur Niniuitæ confeſtim pœnitentiã egerunt, & non hoc ſolum, verũm inſignem, ac ſtupendam; ſaccis induti ſunt, cinere aſperſerunt capita, prædicauerunt ieiunium à lactente, vſque ad ſenem, imò & beſtijs ipſis pabula ſubtraxerunt. Primùm quoniã aſpicientes ſe mutuo ita immutatos; alter alterum ad dolorem prouocaret, ſecũdum il-

Eſai.3. lud Eſaiæ. Vnuſquiſque ad proximum ſuũ ſtupebit, facies combuſtę vultus illorum. Secundò quoniam audientes mugitus boũ, vlulatus & ballatus ouium, hinnitus equorum, eiulatus lactentium, vlulatus canum, ipſæ voces, ac gemitus internum animi dolorem excuterent. Nam licet vera pœnitẽtia in interno, ac ſecreto animi dolore conſiſtat; tamen hic exterior pœnitentiæ cultus, multum confert ad excitandum interiorẽ; imò ſolet eſſe effectꝰ illius. Ex magnitudine enim interni doloris, hæc exterior immutatio in pœnitente contingit; taliter enim deteſtatur peccatum, vt veſtes etiam, ac cultum corporis, quem in peccato gere-

Simile. bat, abhorreat, ac dimittere cupiat. Quemadmodùm mulier quæ dilectum ſuum maritum amſit, veſtes, ac cultum quẽ illo viuo gerebat, abijcit, ita quôd veſtitus ipſe internum animi dolorem oſtendit. Oportet ergo, vt in vero pœnitente nihil præteritæ

Oſeæ.2. vitæ maneat. Vndè Oſeæ.2. dicitur: Et erit in die illa: vocabis me, Vir meus, & non vo-

D.Hieron. cabis me vltra Baalim. Vbi Hieronymus dicit; Quôd Baalim, quod in Chaldęo ſignificat, Vir meus, ſignificat etiam idolum illud quod dicebatur Baalim: Vult ergo Deus, quòd nec in loquela, aut vocibus aſsimiletur tempori illi quo erat peccator. Quod ſi tunc vocabat idolum Baalim, & modo hoc nomine appellat Deum Dominum, ac virum ſuum, non faciat tali voce quali in idolatria vſus eſt, ſed voce Hebraica, quæ alijs literis, ac vocibus id ſignificet. Vndè ſubdit, Et auferam Baalim de ore eorũ, & non recordabitur nominis eius amplius. Omnia præteritæ vitæ debet peccator iuſtificatus perpetua obliuione delere, nec illis vllo mo

Simile. do attendere: Nam quemadmodùm cũ Rex aut magnas aliquis triſtis eſt, & paraſitus ingrediens iocos ac ridicula loquitur, ſi non alacri vultu ipſum audiat Rex, imo iratum vultũ illi oſtendit, egreditur cũ verecundia; ſic caro cùm te videat triſtẽ, & aſperẽ in victu, & veſtitu cũ illa agere, iam lęta ac voluptuoſa quæ tibi ſolebat ingerere, omittet; & verecundabitur in eis.

Tertiò ſic dices. Ionas fuit ſignũ miſeri- *Alia moralitas ſeu concio.* cordię Niniuitis, ſed Iudęis fuit ſignũ iuſtitiæ. Quoniã Niniuitæ, qui crediderunt prędicationi Ionę, miſericordiã cõſequuti ſunt; Iudæi vero Chriſto, qui pluſquã Ionas eſt, noluerunt credere, & ſic fuit eis ſignum iuſtitiæ Dei quę in illos exercenda eſt. Sic Chriſtus Dñs bonũ ſignũ eſt bonis, & peſſimũ malis. Quoniam pœnitentia Chriſti, patientia Chriſti, opprobria, & dolores quos paſſus eſt Chriſtus, peſsimis & perditis hominibus deriſio, & inſania ſunt; bonis autem gratia & vita æterna. Secundũ illud Pauli: *1. Cor.* Nos prædicamus Chriſtũ crucifixum; Iudæis quidem ſcandalũ, Gẽtibus autem ſtultitiam, his autem qui ſalui fiunt, id eſt, nobis Chriſtum, Dei virtutem, & Dei ſapientiã. Quoniam ſi homini auaro, ac in curis huius mundi ſubmerſo, qui ea tantùm quæ carnis ſunt, curat, prędicas horũ omnium abdicationem, & contemptũ, & quòd crucẽ Chriſti amplectatur, & patientiã, ac humilitatẽ eius imitetur, videberis illi quaſi deliramenta loqui. Sicut contigit Chriſto cũ iuue *Matth.19.* ne illo qui multas habebat poſſeſsiones, cui cũ prædicaſſet abdicationẽ illarũ; abijt triſtis, nec amplius coramẽ eo cõparuit. Quòd ſi hęc eadẽ prędicaueris iuſto, cuius Deus aaperuit oculos, vt intelligat bona quę ibi ſunt, libẽtiſsimè audiet, atq; exequetur. Vndè & Paulus dicebat: Mihi abſit gloriari, nõ- *Ad Gal.6.* ſi in cruce Dñi noſtri Ieſu Chriſti. Et alibi: *2.Cor.12.* Libenter ergo gloriabor in tribulationibus, *2.Cor.2.* vt inhabiter in me virtus Chriſti. Id etiã eſt q̃ alibi dicit: Chriſti bonꝰ odor ſumus, alijs quidẽ odor mortis in mortẽ, alijs odor vitæ in vitã. Acſi diceret, Euangeliũ quidẽ bonũ eſt ſignũ omnibus, & per conſequens prædicatio eius; ſed ſicut in infirmitatibus corporalibus aliqua ſunt ſigna ſalutis, & vitæ quibuſdam, quę alijs mortem augurantur; ſic hic cõtigit, q̃ ea quæ bonis vitã, iniuſtis mortem adminiſtrare videntur. Iuſtus quippè qui ſe vel morbis grauatum, vel paupertate, aut tentationibus oppreſſum videt, ſi dicatur illi, quòd hęc eſt via quę ducit ad vitã, & quoniã momentaneũ hoc & leue tribulationis noſtrę, ſuprà modũ in ſublimita- *2.Cor.4.* te ęternũ gloriæ põdus operabitur in nobis;

vita illi in infirmitatibus, & solatium magnum in tribulationibus est. Cæterum si homini huius mundi cupiditatibus dedito inculces restituenda esse bona quæ possidet, si vult saluari; etiam si in pauperiem ei deueniendum sit, & alia huiusmodi; non æquo animo audiet certè, vel tibi non credet, sed si audit hoc à conciionatore, dicit hiperbolice loqui: si à confessore, illum nimis scrupulosum arguet, & in sua nequitia perstabit. In mari vbi filij Israël liberati sunt, ibi Ægyptij interierunt: sicidem Euangelium filijs lucis est in vitã, reprobis autem in mortem. *Regina Austri etiam veniet in iudicium cum generatione hac*: Diuersis medijs Ionas, & Salomon ad se traxerunt homines; quoniam Ionas minis de terruit Niniuitas; Salomon sapientia, ac dulcedine sua, diuitijs, ac splendore suo à finibus terræ traxit ad se Reginam Austri. Sic & Christus Dominus, vtroque vsus est artificio ad trahendos ad se homines, & ideò dicitur plusquàm Ionas, & plusquàm Salomon. Nam & pœnæ æternæ terrores, & gaudia vitæ æternæ hominibus prædicauit Solon, & Democritus dicebant, vt refertur. l. 1. ff. de iustitia & iure, Duo numina mundũ gubernant, præmium scilicet, & pœna. Quod & Dominus
Osea. 11. per Prophetam quendam dicit. In funiculis Adam trahã eos, in vinculis charitatis. Hoc est cum funiculis quibus homines filij Adã trahi solent, quæ sunt, vel metus pœnę, vel cupiditas premij. In Arca Testameti, & erat virga Aaron quæ floruerat, & vrna in qua erat Manna: quoniam in Euangelio, quod est nouum Testamentum, & est flagellum, ac punitio, quod significat virga, & est dulcedo præmij, quam significat Manna, *Ay delipan y del palo*, sunt minę, ac terrores æterni ignis, quæ horripilatione capiti statuant, & sunt sempiterni boni promissiones quæ homines alacres faciant, ad hoc quod per gladios, & nouacula transeant, vt ea adpiscantur. Et hoc fuit thema prædicationis
Matt. 14. Christi, dicebat enim: Pœnitentiam agite: ecce pœnam, ecce virgam: appropinquabit enim Regnum cœlorum; Ecce præmium,
Ezech. 2. ecce manna. Ezechiel. cap. 2. vidit librum scriptum intus, & foris, in quo erant lamentationes, & carmen, & Vę. Hoc est nouum Testamentum, in quo, & dulcia carmina, & lamentationes, & minę continentur. Fuit ergo Christus Dominus Ionas, & plusquam Ionas: quoniam Ionas extraneis gentibus, & vna die solummodò prædicauit: Præterea minę quas ingerebat, de rebus dũtaxat temporalibus erãt, dicebat quippè: Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Cæterum Christus Dominus proprię genti, & populo prædicauit, secundùm illud: In
Ioann. 1. propria venit & sui eũ non receperunt. Nec vna die tantùm, sed tribus annis: minæ, ac terrores non temporalium rerum, sed quæ sempiternæ sunt fuerunt. Et tamen Niniuitæ, crediderunt Ionę, & populus ille non credidit Christo. Et idem possumus dicere, quòd sit plusquam Solomon, cùm maior sit eius sapientia, quia æterna: maiores diuitię, quia cœlestes: maiora promissa, quia sempiternorum bonorum: & tamen Regina Sabbà à finibus terræ venit ad Solomonem, & nos nec ad Ecclesiam, quæ prope domum nostrã est, ad id properamus. Hoc est quod
Matt. 11. præcedenti capite dixerat Dominus. Cui cõparabo generationẽ istam, similis est pueris ludentibus in foro, & dicentibus æqualibus suis, Cecinimus vobis, & non saltastis, lamentauimus vobis, & non planxistis. Canit nobis Christus in suo Euangelio, vt saltemus, promissa vitę æternę prędicans, sonum etiam facit nobis, vt tristemur, ad pœnitentiã nos terroribus suis inducens, & ad nullum sonum saltamus. Nec enim ob peccata tristamur, nec ad cœlestia lęti aspiramus. Narrauerunt quadam die Christo Domino quomodo turris Siloe ceciderisset, & plures mortales occidisset, ac oppressisset, & simul eiretulerunt, cædem, ac stragem, quã Pilatus in Galileis exercuit, & quomodo miscuit sanguinem eorum cum sacrificijs suis, (& quia Christus ex omnibus occasionem sumebat, vt nos instrueret) dixit: Putatis, quòd illi soli prę omnibus peccatores fuerunt? Non, dico vobis, sed nisi pœnitentiã habueritis, omnes similiter peribitis. Putas ne, ô homo Christiane cùm in proximo certis miseriam aliquam, vel quòd repentina morte oppressus est, vel quòd infortunium, aliquod illi successit, quòd sclus ille correctionem illam meruit? Non, dico vobis, sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Etiam tua peccata, illa, & maiora merentur, & nisi pœnitentiam egeris peiora experieris. Idem cùm videmus regna, ac prouincias in manus alienorũ deuenire, vel quòd fide vera, ac religione amissa in heresim omnes prolapsi sunt, vel ciuitatem illam audis incendio periisse, in aliam pestem irrepsisse quę maiorem incolarum partem cõsumpsit: Putatis quòd illi prę omnibus peccatores

catores fuerunt. Non dico vobis, &c. Timè, ô homo peccator, metue, ô inclita Hispania, quoniam nisi à peccatis nostris per veram pœnitentiam, & correctionem resipiscamus, omnes similiter, cum Gallia, Anglia, ac Flandria peribimus. Idem enim peccata nostra fortè merentur, nisi quòd Deus pius nos sua lõganimitate prestolatur, vt in alijs periculum facientes, iram eius, iam iam ceruicibus nostris minantem euitemus. Diuus
D. Basil. Basilius refert, quòd cùm Timotheus musicus ille Magni Alexandri, caneret coram eo, tali arte fides pulsabat, vt quasi extra se raptus Rex à mensa surrexerit clamans: Bella, bella. Deindè taliter fides tetigit, vt mœrore nimio affectus Rex lacrymas videretur effundere: sic in Christi Euãgelio fit. Iam sonant verba terrores ac bella contra vitia, atque dæmones: iterum autem sonant tristia, ac mœrorem incitantia: opus ergo est, vt ad vtrumque sonum cum Alexandro
Num. 10. saltemus. Cùm Deus populum suum per desertum ad terram promissam duceret, pręcipiebat, vt cùm simplicem sonum tubę audirent, intelligerent significare, vt quieti in illo loco permanerent: Cum verò duplicatum sonum, ac confractum audissent, pelles colligerent, & ad iter agendum, & mutandũ castra se pararent. Sic in Euãgelio aliter sonat nobis Deus, vt quiescamus, aliter, vt iter agamus: quoniam aliquando nos monet, vt timeamus, aliquando quòd speremus. Modò enim minis, ac terroribus intra nos ipsos nos tenet, & modò spe premij animos attollit, vt ad cœlestia properemus. Quod est dicere, quòd aliquando nobis prędicat vt Ionas, aliquando veluti Salomon: cùm ergo nos Deus ad vnum horum suo sonitu vocat, non debemus ad alium salire: hoc enim es-
Esai. 22. set extra chorũ saltare: quod Dominus per Esaiam Prophetam his verbis nos docet dicens: Et vocabit Dominus exercituũ in die illa ad fletum, & ad planctum, ad caluitium, & ad cingulum sacci. Et ecce gaudiũ & lætitia, occidere vitulos, iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum. Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur. Hoc est dicere: Lamentauimus vobis, & non plãxistis. Forsan nunquàm Deus tam tristem nobis sonum cecinit, sicut in hiscè temporibus; attamen nos nunquàm illi minus concinimus. Nam per ea quæ videmus id colligere possumus. Olim Deus in temporalibus fideles suos castigabat, vel peste, fame, vel bellis illos atterendo: At hac calamitosa tempestate in spiritualibus (quæ pretiosiora sunt) nos percutit. Cùm videamus in fide & religione totum orbem periclitari, & vitia, atque peccata fastigium iam omnium rerum sumere, & cùm propter hæc mala tristes deberemus ambulare, singultibus, suspirijs implentes aëra, fletibus irrigantes terras, operti saccis lacerando crines, ieiunando, & macerando carnes nostras; tamen ècontrario facimus. Nunquàm homines adeò lætitiæ, risui, atque lusibus operam dederunt. Loco sacci, tenuissimis, ac pretiosissimis vestibus induuntur, quales nunquàm patres nostri induti sunt. Imò hodie filia, vel vxor sutoris pretiosiùs vestitur, quam olim Reginæ: nec hoc est hiperbolicè loqui, sed ipsam rei veritatem dicere. Deberemus lacerare crines, & tamen ècontrario capillorum culturæ incumbitis; atque vtinam solę fœminæ id facerent, quibus aliquo modo permitti potest, & non etiam viri id reclamante natura, contra fas efficerent. Loco ieiunij omnes potationibus, ac conuersationibus, seu commessationibus indulgetis; tanta id curiositate, ac solicitudine, acsi Epicuri sectam professi essetis. Ecce ergo quid dicit Dominus, Lamentauimus vobis, & non planxistis. Ergo Niniuitæ cõtra nos surgent in iudicio: quoniam pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & tamen plusquam Ionas est hic, qui talibus terroribus ad pœnitentiam nos exhortatur. Cecinimus vobis, & non saltastis. Alijs vicibus alio sonitu nos inuitat Deus ad saltandum, hoc est, prædicat nobis sicut Salomõ, ad gaudia æternæ vitę nos prouocat, vt eius desiderio accensi, saliat cor nostrũ in vitam æternã. Et tamen nec huic nos concinimus sono, sed potius in terrenis desiderijs procũbentes iacemus. Accidit vt aliquando instru *Simile.*
mento aliquo talis cantatur cantilena, vt videamur per illam ad saltandum prouocari, & pedes ipsi nobis quasi inuitis iam moueãtur ad sonitũ. Talẽ sonitũ nobis in suo Euãgelio facit Christus, tã lætum, tam acutum, vt nos ad saltandum totis viribus coram eo videatur prouocare. Quoniã æterna nobis gaudia proponit, vbi nihil aliud quã gaudiũ, atq; lętitia est, vbi cantatur Alleluya perpetuũ. Nec ibi est nox tristis, aut importunus hiems, sed semper clara lucet dies, verque perpetuũ ibi viret; vbi nõ est luctus, nec clamor, nec vllus dolor, sed perpetua atq; læta semper auribus sonat musica, quę Angelorũ est, & instrumẽtũ dulcissimũ, q̃ est ipse Deus;

Deus;& tamen nec vna ſola anima huic ſaltat cantilenæ, nec ſurgit à terrenis, vt ad cœleſtia tali allecta muſica eleuetur: adeò
Sap. 9. oppreſſos nos tenet caro, atq; corpus hoc q̃ aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantẽ. Cecinimus
Leuit. 11. vobis & non ſaltaſtis. In Lege olim cautum erat, vt piſces illi, qui alas non habẽt quibus ſuper aquas aliquando ſaltare poſſint, immundi eſſent; illi autem qui alas haberent, quibus ſuper aquas nonnunquã ſubleuarentur, mundi omninò eſſent ac veſci poſſent. Illas quippè animas Deus tanquam immundas reputat, quæ ſemper ſub aquis gemũt, & curis huius mundi detentæ nunquam ad cœleſtia ſubleuantur, videntur enim ſepultas, ſummerſas ac ſuffocatas animas ſub corpore gerere, nec vnquam caput, q̃ eſt cor, extra fluentes huius mundi curas erigere. Illas verò mundas & dignas ſuo eſui habet, quę alas habent quibus nonnunquàm ſuperomnia terrena ſaliant, vt ad ſuperna ſubleuentur, & terrenis affectibus mitigatis, faciliùs cœleſtia capiant. Videbis quã plures homines Chriſtianos, o bone Deus, quorũ præcipuũ ſtudium eſt ſemper terrenis negotijs incũbere, dies noctesq; in illis conſumere, de qui
Iob. 30. bus Iob dixit, quòd eſſe ſub ſentibus delitias computabãt, quibus nec ad comedendũ, aut dormiendum ęgrè ſuppetit tẽpus. Quomodò iſti ad æterna ſalient? Quomodò Dei recordabuntur? qui ſemper ſub fluidis huius mundi aquis deliteſcunt? Immũdi iſti ſunt, & indigni Dei conſpectibus præſentari. Vn
Leuit. 11. de Leuit. 11. ſic iubetur: Omne de volucribus quod graditur ſuper quatuor pedes, abominabile erit vobis, quicquid autem ambulat quidem ſuper quatuor pedes, ſed habet longiora retrò crura per quę ſalit ſuper terram, comedere debetis, ſicut locuſta, &c. Ea animalia immunda ſunt, quæ ſuper quatuor pedes gradiuntur, quæ ſignificant mẽtes totas terrenis cupiditatibus inhiantes ac procumbentes: verũ illa quæ habent longiora retrò crura, ita q̃ poſſunt retrorſum retrahi & ſaltare ſuper terram, vt eſt locuſta, mũda ſunt: Quoniã illi homines, qui etſi neceſſarijs huius vitæ negotijs aliquando incumbant; tamen nonnunquã retrahuntur ab eis, & dãt locum, vt tranſeant, & ipſi tunc expediti ad æterna tranſeunt & ſaliunt (relinquũt enim nonnũquam temporales curas, dantq; locũ ſecularibus negotijs vt trãſeant, & dimittãt eos ſolos ad cogitandum de diuinis) hi mũdi ſunt. Illi enim qui pedibus & manibus, hoc eſt deſiderijs & operibus ſuper terram gradiuntur, immũdi ſunt. Animalia illa ſancta quæ vidit Ezechiel, habebant alatos pedes, Ezech. 1.
quoniã boni Chriſtiani ſic ſe debent gerere cum mũdo vt aliquando affectus eorum, qui per pedes ſignificantur, ad cœleſtia volare poſſint. Vnde & Paulus ait. Calciati pedes Ad Eph. 6
in præparationẽ Euangelij pacis, ideſt præparati ad currendum per Euangelij viã, quę Iosue. 6.
nos ad cœleſtia ducit. Quare iubebat Deus, vt ad ſonitum buccinæ blandum ac cõfractum mouerent filij Iſraël caſtra, & ad terrã promiſsionis properarent. Sic quando in Euangelio ad ęterna promiſſa vocamur, debemus per mentis deſideria illuc pergere. Vnde & de Chriſto Dño dicit Sponſa. En iſte venit ſaliens in mõtibus, tranſiliens colles: Cantic. 2.
mõtes & colles ſublimia loca ſunt: quoniam etiã ſi in dignitate ſis conſtitutus Pontifex, aut Epiſcopus; debes omnia hæc cum ſu celeri trãſilire, vt ad cœleſtia ſalias, imò & ſi Rex fis: ſic enim Rex Dauid ſaltabat totis viribus coram Dño. Quare viri ſancti huic ſo- 2. Reg. 6.
ni.ui cõcinentes ſaltabant corã Domino, vt Lucæ. 1.
Baptiſta Ioãnes dum adhuc materno vtero contineretur, exultauit ad preſentiam pueri Ieſu, qui in vtero clauſus ad eum veni, intellexit quippè ſonitum quem ſibi pulſabat, & ſaltauit corpuſculum in maternis clauſtris. Sic &B. Virginis ſpiritus ſaltauit, cũ dixit. Luc. 1.
Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo, & Apoſtoli cùm dicebãt. Quo ibimus Dñe? verba enim vitæ æternæ habes: ac ſi Ioann. 6.
dicerent, Vitæ æternæ ſonitum nobis concinis, nec continere nos poſſumus quin ad illum ſaliamus. Et Paulus cùm ſemel ſaltum dediſſet, vt vſq; ad tertium cœlum pertingeret; demiſſus in terra cupiebat iterũ ad tanta bona ſalire, & ſentiens q̃ caro eſſet quæ impediebat animã ne id faceret (in parietibus quippè eius offendẽs, altiùs non valebat ſalire) quaſi ob hoc moleſtiam ferens aiebat. Infelix ego homo, quis me liberabit de cor- Ad Rom.
pore mortis huius? quod meum motum ad 7.
cœleſtia impedit. Hinc ſancti qui his deſiderijs frequenter ad cœleſtia ſaltabant, corpus ipſum, quod ipſis ſcilicet impedimentũ erat, ſecum in aera rapiebant: ſicut & de D. Thoma Doctore noſtro legitur, q̃ tribus cubitis eleuatum corpus in oratione habuiſſe multi viderũt. Sed cùm non poſſent ſimul cum corpore ad cœleſtia rapi (ſcriptũ Exod. 33.
quippe eſt non videbit me homo & viuet) iterum ad terram demittebantur. Quare D. Martinus, dum morti appropinquaret, non permiſit ſe in latus verti, ſed dicebat, Sini te me cœlum reſpicere, vt ſuo itinere ſpiritus dirigatur ad Deum. Vnde ad egreſſum ſuæ ſanctiſsimæ animæ à corpore, voces in ſublime auditæ ſunt & concentus, quaſi ſonitum ad ſaltum animæ eius cœleſtes citharędi concinerẽt. Hinc animæ Chriſtianæ, dum in carne vitam agũt, ſemper deſiderijs
D. Aug. ac ſuſpirijs ad ſuprema debent inhiare: nã vt dicit D. Auguſt. Feciſti nos Domine ad
Ioann. 4. te, & inquietum eſt cor noſtrum, donec reuertamur ad te. Et de his Dominus dixit Samaritanæ, quòd fieret in eo fons aquæ
3. Reg. 10. viuæ, ſalientis in vitam æternã. Quòd ſi mulier illa quæ à finibus terræ venit audire ſapientiam Salomonis, non habebat vltra ſpiritum, videns ordinem domus Regis, veſtes ac officia ſeruorũ, diuitias ac cibos eius, audienſq; ſapientiam ab ore eius, dicebat: Beati ſunt ſerui tui, &c. Dimidia pars mihi non eſt narrata, &c. Quantò magis nos Chriſti cultores à finibus terræ deberemus venire omnibus dimiſsis, vt ad illam veram Hieru-
Sapien. 8. ſalẽ attingeremus, in qua Rex pacificus, ſed & maiori ſapientia præditus? Scit em̃ præterita, & de futuris æſtimat, mõſtra & ſigna ſcit antequam fiant: eventus temporum &
Prouer. 3. ſæculorum, diuitias etiam plures habet: nam in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria. Angelorũ
Sapien. 8. autẽ ordines ſuis Hierarchijs diſtinctos multò meliores, familiariſq; conuictus gratioſior: ſcriptum quippe eſt. Non habet amaritudinem conuerſatio illius, nec tędium cõuictus illius. Quæ omnia attentè ac dulciter conſiderantes, in laudes Dei, omniumq; cœlicolarum prorumpere deberemus, cum hac regina cupientes talibus gaudijs ſemper intereſſe.

Alia moralitas ſeu concio.

Aliter ſic procede. Petunt iſti ſignum de cœlo, quoniam ſuperbi erãt, & alta ſigna fieri cupiebant, de quibus Sapiens dicit: Gene-
Trou. 30. ratio cuius excelſi ſunt oculi, & palpebræ eius in alta ſurrectæ: ſed Chriſtus non vult illis ſignum dare de cœlo, ſed de terra: quo-
Exod. 8. niam Chriſtus Dñs non ea quæ alta ſapiunt curat, ſed potius quæ humilitatem præ ſe ferũt, diligit. Pharaonis incantatores ranas ac ſerpentes fecerunt, ciniphes autẽ facere nõ potuerunt; quoniam mundus turpia facta, quæ tamen in oculis hominum magna appareant, facere ſatagit: humilia autem, quę per minimos ciniphes ſignificãtur, non faciunt: ſed hoc eſt ſignum Dei q̃ humilitatem præ ſe ferat. Vnde & tunc dixerũt: Digitus Dei eſt hic, Acſi dicerẽt, *Dios anda por aqui*: qui in humilitate ſe oſtẽdit. Vnde & Dauid, vt hoc ſigno ſe oſtenderet ſeruũ Dei, dicebat. Quem perſequeris, Rex Iſrael, culicẽ vnum? Tale ſignum dedit Angelus paſtoribus, cùm Lucæ. 2.
dixit: Et hoc vobis ſignũ, inuenietis infantẽ pannis inuolutum, & poſitum in præſepio. Mundus quippè ea facit opera, quę ſtrepitũ faciant, parum autẽ cõmodi portent: Deus è diuerſo ea opera facit, quæ vtilia nobis ſint, etiamſi non multum ſonent. Dat diues paraſito multa denaria eo animo, vt ipſe eum corã Rege & alijs magnatibus laudibus efferat: & ſic de alijs rebꝰ poteris dicere. Chrĩ autem ſigna omnia in vtilitatem noſtram cedebant, vtpote ſuſcitando mortuos, ſanãdo egrotos, &c. Niſi ſignum Ionæ Prophetæ. Iudæi (inquit Paulus) ſigna petunt, ſed Græci 1. Cor. 1.
ſapientiam quærunt. Erant Gẽtiles curioſi, rerum nouarum cupidi, & ideò dedit eis ſignum conforme ſuę conditioni: nempè ſignũ reſurrectionis: quã cum audiſſent prędicari à Paulo, mirati ſunt, & nouorum dæmonio- Acto. 17.
rum ipſum annunciatorem dicebant. Iudæi autem ſigna conformia Scripturis volebãt, quæ etiam exhibuit eis Dñs. Et hoc ſignum reſurrectionis ſecũdum Scripturas fuit: quas ipſi non intelligentes, ſcandalizati ſunt in eum, & nõ crediderũt ei. Quare Paulus ait. 1. Cor. 1.
Nos prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcãdalum, Gentibus autẽ ſtultitiam. Sed quæ ratio eſt, obſecro, cur Niniuitæ Ionæ crediderint prædicãti; vos autem Chriſtiani nobis prædicantibus non credatis, vt à veſtris malis ceſſetis? Nonne Ionas peccator fuit; qui à facie Domini cõtra eius imperiũ fugit, & ita crudeliter in Niniuitas deſæuijt, vt vmbraculũ ſibi fecerit, vt indè ſpectaret ciuitatis conflagrationem, & aduerſùs Deum iratus ſit, eo q̃ ciuitatem illã ſecundùm verbum eius ſunditus nõ deſtruxerit? Et Ionas ignotus homo erat, quem in arena euomuit piſcis ſquamis & immunditijs plenus, nec vllũ ſignum fecit. Hi quibus prædicauit, peccatores maximi fuerunt, à Nemrot primo tyranno, & Bello, & Nino idolatriæ parentibus ortum ducentes. Nos quidem etiam peccatores ſumus, ſed ſicut Ionas in ventre ceti orauit, & fecit pœnitentiam: ſic nos forſitan in ſecreto cubiculi noſtri illam facimus, & ſaltim in habitu & exteriori cultu, virtutis nos profeſſores oſtendimus. Vos autem Chriſtiani eſtis, & Euãgeliũ Chriſti in baptiſmo profeſsi eſtis: cur ergo illi pœnituerunt ad prædicationẽ Ionæ, & vos ad noſtram ſurdi eſtis? Credo quòd

ꝙ peccata noſtra & veſtra id efficiunt. Et in ſeminante & in terra quæ ſeminatur, puto quòd ſit culpa quare non fructificet ſemen.

Simile. Verùm interrogabo & ego vos vnum verbum: Quid cauſæ eſt cùm tu ingrederis in loco vbi mola aquaria tanto ſtrepitu triticũ molit, non potes ferre ſtrepitum illum, cauſatq; tibi capitis dolorem, & ipſe molendinarius, qui dies noctesq; circa illum ſonitũ comedit, atq; dormit, nullum incõmodũ, aut impedimentum ad ſuas omnes actiones ex illo ſentit? Certè in cauſa eſt cõſuetudo, tu enim ad tantum ſtrepitum non eras aſſuetus, & molendinarius ſic. Ita & modo mihi videtur. Niniuitæ nunquàm terrores ac minas Dei audierant, nec habuerunt quẽquã, qui ita eis Dei iram prædicaret; & ideò tãquam rei nouæ auditum præbuerunt & pœnitentiam egerunt. Vos verò quotidie hæc auditis, paſsim hæc verba veſtris auribus intonant; & ideò ſicut qui eſt circa molam aquariam frequenter eius ſonitum penè iam non audit; ita nec vos verba Dei. Nam ideò philoſophi aliqui dicebant, nos non audire ſtrepitum quem cœli ſuo motu ſecundum illorum opinionem faciunt, qui magnus eſt; quia nobis cõgenitus eſt. Et ideò verba Dei audiunt hodie Chriſtiani, non ſicut verba Dei, ſed ſicut verba hominũ. Veniunt enim ad concionem, non vt ex verbis Dei ædificentur, ſed vt videant quàm eleganter loquatur cõcionator, quibus verbis, quibus coloribus dicat, quomodò citet teſtimonia, & quomodò ea explicet: an nouũ aliquid dicat hoc anno præter id ꝙ elapſo anno dictũ eſt, & cætera huiuſmodi quæ humana potius quàm diuina ſunt. Et ideò quia non auditis verba prędicantis ſicut verba Dei, ſed ſicut verba hominum; hominum autem verba nõ poſſunt talem habere effectũ in anima qualem verba Dei (quoniam non eandem virtutem ſuper illam habet homo qualẽ Deus, qui omnia penetrat, & verbum eius quod eſt gladius biceps, penetrãs vſq; ad diuiſionem animi & ſpiritus, compagum quoq; ac medullarum) hinc fit ꝙ non efficiunt concionatoris verba in animabus veſtris effectum illum, quem verba Dei efficere ſolẽt.

1. Theſſ. 2. Vnde Paul. 1. Theſſalon. 2. ait. Ideò nos gratias agimus Deo ſine intermiſsione: quoniã cùm accepiſſetis à nobis verbũ auditus Dei: accepiſtis illud nõ vt verbum hominum, ſed ſicut eſt verè verbum Dei, qui operatur in vobis. Quia accepiſtis illud, vt verbum Dei. In moralibus quippè intentio eſt, quæ dat formam actui: ſi quis enim intendens occidere ferã, & nullo modo intendens occidere hominem, omni diligentia adhibita occidat hominem; ille non eſt homicida formaliter, ſed materialiter: quoniam id non intẽdebat. Sic qui verba Dei audit, non vt verba Dei, ſed vt verba hominum; nõ dicetur formaliter auditor verbi Dei ſed hominum. Hac quippè ratione Deus in ſua lege præcipiebat, vt cùm Sacerdos ingrederetur templum, non communibus veſtibus vteretur quibus homines vti ſolẽt, ſed alijs ſacratioribus; vt videntes illum plenum auro ac gẽmis, tintinabulis ſonãtem, malis punicis aureis ſplendentem, mithra caput tegentem, laminam auream in qua ſculptum erat nomen Dei in fronte gerentem; aliquid diuinum exiſtimarent illum eſſe, etiam non tãquàm hominem, ſed tanquam Deum illum auſcultarent & audirent. Et ſic modo ſacerdotes ad ſacrificia & ad cultum Dei accedimus, non communibus veſtiti indumentis, ſed alijs ſacratioribus & à veſtris differentibus: vt per hoc ſignificemus miniſterium illud gerere, non authoritate purè humana, ſed authoritate diuina quam illis veſtibus referimus. Sic & concionatorem audire debetis, non tanquam qui verba purè humana profert, ſed potius verba diuina; nam qui ſic audit ſuum fructum affert, quem & Niniuitæ traxerunt ex prædicatione Ionæ: quia illius verba tanquam verba Dei audierunt. Secunda ratio huius diſsimilitudinis hæc eſt. Quoniam & ſi multi verba Dei tãquam Dei accipitis; & illa in animo reuoluitis conuicti vera eſſe, quæ ibi audiſtis; tamen de die in diem effectum differitis, & procraſtinatis: quod Niniuitę non fecerunt, quinimò protinus pœnitentiam egerũt, nec locum reliquerũt iræ Dei, vt ſuper illos deſcenderet: adeò properanter pœnitentiæ incubuerunt. D. Baſilius docet hoc ſibi cõmodũ maximum ex nobis diabolum ſumere, ſi nos differre fecerit conuerſionẽ vſq; ad horã mortis: dicit enim tibi, Hunc diem mihi da, craſtinum dabis Deo. Et cum dies craſtinus illuceſcit, ait, Hodie te mihi tribue, & cras Deo te immolabis, & ſic te de die in diem differens ſuis dolis in perpetuũ tenet. *D. Baſil.*

Leuit. 11. In Lege, talpa & cygnus animalia immunda reputabantur. De talpa docet Toſtatus. fo. 78. ꝙ non habet niſi ſignum quoddam oculorum (*como vn raſguño*) quod in pelle eſt videre, cùm mortuo detrahitur & extenditur. Tamẽ cùm hora mortis appropinquat, *Toſtat.* *Simile.*

tãtiſper oculos aperit, propter vim quã tunc morti reſiſtẽdo facit. Sic ſunt aliqui immũdi Chriſtiani, qui cùm per totã vitã oculos mentis clauſos habuerint, nec enim niſi ſignum quoddam oculorum oſtẽdunt, hoc eſt, fidem mortuam quam habent; tamen hora mortis metu coacti tãtiſper illos aperiunt, & tunc auditum præbent conſilijs bonis, licet morte præuenti, nec exequi, nec rectè pœnitere potuerunt. Cygnus etiam vſq; ad horam mortis non canit: Chriſtiani per totã vitam muti, qui nihil boni vnquam loquuti ſunt, in hora mortis Deum inuocãt; ſed quia iam ſero eſt, clauditur illis ianua, & dicitur eis, Neſcio vos. Hac ergo ratione nõ prodeſt tibi verbum Dei: quia non confeſtim agis pœnitentiam, ſicut Niniuitæ, ſed differs de die in diem, cùm tamen Sapiens dicat. Nõ tardes conuerti ad Deum, & ne differas de die in diem. *Simile.* *Eccleſi. 5.*

Cùm autem immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem & non inuenit. Tunc dicit: Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et veniens inuenit eam vacantem, ſcopis mundatam & ornatam: tunc vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe, & intrantes habitant ibi, & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic peſſimæ. Homo iſte à quo ſpiritus immundus exijt, populus eſt Iudæorum, à quo tunc quaſi diabolus exijt quando ſibi populum illum Deus primùm per Patriarcharum electionem, ac deinde per Legis dationem ſegregauit in peculium ex omnibus Gentibus. Egreſſus autem ab illo populo & excluſus diabolus, obambulabat deſerta Gentium, in quibus aquæ non erant gratiarum ſpiritualium. In eis requiẽ quærit habitans in illis vſque ad tẽpus gratiæ, ſed quam quærit plenè non inuenit: quoniam hoc tempore gratiæ à populo gentium per Euangelij prędicationem debebat foras eijci. Hinc verò eiectus conſiderat apud ſe diabolus, fortè in Iudaicum populum ſibi permitteretur liber introitus. Et veniẽs in tempore gratiæ credentibus Gentilibus, cernit Iudæos vacantes à gratia Dei quam noluerunt ſuſcipere, ſcopis tamen mũdatos & ornatos, ideſt corporalibus quibuſdam expiationibus exteriùs mundos, & ceremonialibus quibuſdam obſeruantijs, externiſque iuſtificationibus legalis literæ, in quibus confidunt, ſecundùm exteriorem ſpeciem velut exornatos. Et quia ſic volentes ſuam iuſtitiam conſtituere, Dei iuſtitiæ nolebant ſubijci, nec Euangelio credere: id circo diabolica poteſtas illos in manſionem accipiet, ac ſubiectionem, ita vt iam videantur octo obſeſsi dæmonibus, ijſq; impurioribus, qui ante ſuſceptam legem quaſi vnico, eoq; minus malo obſeſsi fuerãt, atque ita fient poſteriora generationis huius prioribus peiora. Quoniam longè peior erit horũ conditio & maior damnatio, quando poſt electionem ſingularem, & promiſsiones ſibi factas, legemq; acceptam, tandem omnibus erunt ingrati & increduli; exhibitam ſibi, & vltrò oblatam gratiam ſuſcipere pertinaciſsimè recuſantes, quàm prius, quando nec adhuc in populum Dei fuerant ſegregati, nec promiſsiones adhuc, vel Legẽ, aut Prophetas accepiſſent.

Sed circa illud, *Reuertar in domum meam, vnde exiui*, aduertendum eſt, quòd in his verbis delineatur nobis magnitudo deſiderij, quod diabolus gerit redeundi in animam, de qua ſemel per gratiam Dei excluſus eſt, & quid in anima reperiat, quod eum inuitet ad intrandum iterum in eam, quotq; incõmoda illi in ſecunda oppugnatione inferat, quàmq; potenter illam deinde poſsideat. Pro quo hoc tanquam fundamentum ſtatuendum eſt, quòd ſemper opera diaboli aduerſa ſunt Deo, ab eo tempore quo ſuperbia elatus neſcio quam æqualitatem cũ ipſo Deo appetijt, & ſibi vſurpare id quod ſolius Dei erat, voluit: hodieq; obſtinatus in eodem perſeuerat deſiderio, ſecundùm illud Iob. Tetendit aduerſùs Deum brachium ſuum, & contra Omnipotentem roboratus eſt: *oſa tener manos contra Dios*: cucurrit aduerſùs Deum erecto collo & pingui ceruice armatus eſt, ſemper enim ſimultates & æmulationes cum Deo gerit diabolus, & veluti pirata crudelis rapere nititur quę Dei ſunt. Honorem quippè Dei ſibi vſurpare non veretur, & à domo propria illum expellere ſatagit, vt ipſe eius incola fiat. Honorẽ Deo ſuſtulit quãdo ſe in vniuerſo orbe pro Deo adorare fecit, nunc autem domum quoque eius ſuſcipere cupit. Domus Dei in hoc inferiori orbe anima hominis eſt; quoniã nulla alia creatura ſub cœlo eſt, quę Dei ac gratię eius ſit capax, niſi anima hominis dũtaxat. Adeò amplã illã fecit Deus, vt Deũ ipſum capere poſsit. Hoc quippe eſt (ſecundũ Auguſt.) hominẽ ad imaginẽ Dei eſſe cõditũ, hoc eſt ad menſuram Dei (*Al talle de Dios*) ꝙ poſsit anima hominis capere Deũ. Triclinia enim ac animæ cameræ ampliſsimæ *Moralitas ſeu cõcio.* *Iob. 15.*

ſunt

ſunt ad capiendum Deum. Dedit quippè illi intellectum, quo non ſingularia ſed vniuerſaliſsimum ens intelligere poſsit, quod eſt Deus: voluntas etiam ad bonum commu
1. Petri. 2. niſsimum, & altiſsimum ordinatur. Vndè D. Petrus dicebat. Vos tanquam lapides viui in domos ſpirituales edificamini, hoc
1. Cor. 3. eſt Deo qui Spiritus eſt, & Paulus ait. Neſcitis quia templum Dei eſtis, & Spiritus ſanctus habitat in vobis? Eſt autem tanta diabolo ſuperbia ac inuerecunda audacia, vt Deum ipſum è propria domo expellere ſatagat, & ſibi eam nimis crudeliter vſurpare contendat. Sed ò hominum dementiam ac iniquitatem, qui Deum ſuum verum poſſeſſorem ac Dominum non vereantur è propria domo expellere, & inimicum eius ac hoſtem noſtrum teterrimum in eam admittere. Duas quippè iniurias Deo infers, ò peccator, hæc faciens: Alteram quòd illum è proprijs expellis (Nam iure creationis verum habet dominium ſuper animam hominis; Iterum iure redemptionis quia illam pretio magno emit, ſua etiam eſt anima.) Qui ergo Deũ ab anima ſua expellit, proprium Dominum eijcit, ac proindè magnam illi iniuriam infert. Sed maius malum eſt aliud quod facit. Quoniam non ſolũ Deum è ſua propria poſſeſsione iniurioſè pepulit, verùm aduerſarium eius ac inimicum loco illius admiſit, quod genus magnum proditionis eſt, Deum verum pro diabolo, amicum pro inimico, bonum ac pulcherrimũ pro nequiſsimo ac fœdiſsimo hoſte commu
Ioan. 18. tare. Quid dicam tibi? Hoc eſt, quòd impij Iudæi fecerunt, cùm ſeditioſum latronem ac homicidam Barabbam ſibi donari petierunt, & Chriſtum Dominum vitæ, & pacis authorem interemerunt. Diabolus latro ac crudeliſsimus pirata eſt, qui omnia tua bo-
Ioan. 8. na furare contendit, homicida eſt ab initio vt ait Dominus; ille quippè fratricidiũ primum machinatus eſt, ſeditionis ac diſcordię pater eſt, ille enim interturbat omnia. Eſt autem Deus reſurrectio noſtra, & vita, omnium bonorum collator, pax noſtra, & recõciliatio noſtra, & hunc à nobis deterremus, vt diabolo demus locum: ingens ac in expiabile ſcelus hoc eſt. Hoc ergo molitur diabolus, vt tuam ſibi lucrifaciat animam. Nec enim rem tuam, aut vitam, aut perſonam quęrit, ſed duntaxat animam. Vide quanta licentia in Iob ſęuit, tamen quia animam illius ſeruare iuſſus eſt, nondum quieſcebat, parumque cætera omnia illi videbantur. Quòd ſi in corpore ita debacchatus eſt; id fecit vt per illa corporalia damna, animã ſi poſſet damnificaret, licet obtinere non valuit. Adeò quippè ſuperbus eſt diabolus, atque tanta æmulatione Deum proſequitur, vt eo cibo quo Deus paſcitur, velit & ipſe etiam paſci? Dei autem paſtus animę ſunt: Prouer. 23
ſecundùm illud, Fili, præbe mihi cor tuum; ſic & ipſe animas deuorare deſiderat, nam & de illo Propheta dixit. Cibus electus eſt Habac. 1.
eſca eius. Scit animam hominis paradiſum Prouer. 8.
eſſe Dei: nam ipſe dixit, delitias ſuas eſſe cũ filijs hominum. Hunc ergo hortum Dei depopulari vult diabolus, plantaſque virtutũ ac bonorum operum eradicare. Et tamen licet omnes animas tanta auiditate cupiat, ſed præcipuè illas quas aliquando poſſedit: nam pro ſummo honore ducit, vt eas iterum debellet ac in ſuam poteſtatem redigat, aliàs ſibi opprobrio dari æſtimat, quòd anima deturbetur, & tali dominio priuatus non ad illud redeat. Quarè & eam circuit, circunſpiſcit, omnia tentat, omnia parat, vt iterũ ad ſuam priſtinam poſſeſsionem redeat, & dicit. *Reuertar in domum meam, vnde exiui.* Explorat eam, ſepit, ac voluit attentè conſiderans, ſi aliqua via aditus ſibi ad illam pateat. Vnde & Petrus dicebat: Fratres ſobrij 1. Petri. 5.
eſtote & vigilate: quia aduerſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens circuit quęrens quem deuoret. Incredibile dictu eſt, quot machinas atque technas molitur, vt iterum ad animam illam reuertatur. Quarè hîc dicit Dominus. *Cùm immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domum meam, vndè exiui.* Non placet diabolo ſub diu dormire, ſed ſub tecto quieſcere vult. At loca arida (attendite) ſolis radijs perfunduntur, quorum calore & humiditas exſiccatur, loca etiam ſicca firmiora ſunt ac duriora; diabolus autem lubrica loca ac humida quęrit. Animas enim illas, in quibus Sol iuſtitiæ, ſuis radijs exſiccat humiditatem vitiorum, ac carnis lubricitatem, ſolidaſque ac firmas in bono cõſtituit, hoc eſt, ſanctas, id enim eſt ſanctum quod firmum ac ſtabile (hinc enim leges ſancita dicta ſunt, hoc eſt, firmes ac ſtabiles:) has, inquã, animas fugit diabolus, nec in eis requiẽ inuenit, ſed in illis quæ lubricæ ac inſtabiles ſunt; nam ambulat per loca inaquoſa. Vnde per Iob dicitur de eo. Sub vmbra dormit, Iob. 40.
in ſecreto calami, in locis humentibus. Nõ dormit, licet fingat ſe dormire, vt nos impa-

ratos

Hierem. 3. ratos pleno agmine adoriatur, Hieremiæ. 3. dicitur: In vijs ſedet, & expectat eos quaſi latro in ſolitudine. *Es caçador de eſpera.* Sub vmbra nos expectat, hoc eſt, in tenebris peccatorum, in vmbroſis locis vbi veritas nõ docetur: nã peccator odit veritatẽ; intenebris ignorãtię amat ſedere. Vndè Patres noſtri ſtatim vt peccauerunt, ſub vmbra ficulneę fugientes deliteſcere voluerunt: nam qui male agit odit lucem. In ſecreto calami. Calamus virorem extrà præſe fert, licet intrà vanus ſit. Delitiæ ſunt diaboli hypocritæ, & illi qui in exterioribus, & ceremonijs tantùm ſe bonos ac religioſos oſtendere ſatagunt, cùm tamẽ in corde omni virtutis me-
Pſal. 65. dulla vacui ſint. Cõtra quos iuſtus holocauſta medullata pmittit ſe offerre. Id eſt, opera pinguia, quæ ex deuotionis ac amoris pinguedine proficiſcantur, ne eis dicatur illud
Eſai. 29. Eſai. 29. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Nam ſicut arũdo, quolibet mouetur appetitu talis, quia vanum abſq; charitatis pondere gerit cor. O quã vereor, fratres mei, ne omnia Chriſtianorum opera hac tẽpeſtate arundinetũ potius, quam medulla ſit. Credo certè q̃ maior pars ex vobis exercitia quæ inter Chriſtianos fiunt, in cortice tantum abſq; medulla ea operętur. Pergitis ad audienda ſacra in Eccleſijs, ad audiendas cõciones, corpore quidem ac pedibus euntes, cæterum ſpiritu debiles ac deuotione aridi: Quod ex pauco, aut certè nullo fructu quem inde reportatis, colligere facilè vobis erit. Videre tot clericos albis ſuperpelliceis indutos, cantores, organa, & omnis generis muſicã, hoc certè arundinetum viride apparet: quòd ſi indè nec pinguedo deuotionis, nec charitatis feruor ellicitur; nihil aliud quam arũdo
Eſai. 29. vana omnia erunt. Cùm ſcriptum ſit. Populus hic labijs me honorat; cor autem eorũ longè eſt a me. In locis humentibus. *Al bene dero, al abreuadero como apaxaros los aguarda.* Id eſt, in corporis voluptatib⁹ eos expectat, vt capiat. Loca humida, lutuoſa ſunt. In fecibus, & in libidinoſis, obſceniſque voluptatibus, vbi carnales, vt porci volutantur, hos enim amat diabolus (nam in gregem porcorum voluit intrare) vt poſtquam eos accepe-
rit, *con pantanas*, vt in bello fit, inſultet con-
tra, eos & improperans ac ſibilans dicat il-
Threno. 2. lud Threno. 2. Omnes inimici tui ſibilauerunt, & fremuerunt dentibus ſuis, & dixerunt, Deuorauimus. En iſta eſt dies quã expectabamus, inuenimus, vidimus. Cũ ergo per loca arida, & inaquoſa diabolus requiẽ non inueniat, dicit. *Reuertar in domum meam.* Explorat eam ac circuit, & inuenit eam vacantem, ſcopis mundatam, & ornatam. Prius inuenit eam vacantem. Quoniã cùm videt animam otioſam, abſque vllo virtutis aut ſpiritus exercitio, ſecurus eã adoritur. Vultis ſcire fratres mei, cur diabolus tot etiam ex Chriſtianis ſub ſua tyrannide habeat? Audite, quoniam certè poſtquam Chriſtianus per Sacramentum pœnitentię, aut Euchariſtiæ ad Deum conuerſus eſt, quaſi iam nihil aliud faciendum reſtaret, ab omni bono opere ceſſat; & tamen tunc plus bonis operibus vacare deberet. Nec enim minoris virtutis eſt, ſalutem conſeruare, quã eam adquirere. Ad conſeruandam autẽ ſpiritualem ſalutem, oportet diuinis ac ſpiritualibus rebus vacare, nẽpe orationi, lectioni, ieiunio, eleemoſynis, ac ſimilibus: alioquin rurſus increſcet rediuiua tẽpeſtas. Sũt enim multi qui ſatis ſibi putant reliquiſſe peccata, & tamen ad opera virtutis manus nõ extendũt, cùm tamen duæ ſint partes iuſtitię, declinare à malo, & bonum facere. Quod ſi primum feceris, & ſecundũ dimiſeris, non totam iuſtitiam adimpleſti. Nã, vt ait Chry- D. Chryſ.
ſoſtomus, ſi ſpina aut aſſula per manum tuã Simile.
ingreſſa eſt, & vulnere illam affecit, nũquid ſatis feciſti educendo ſpinam? an non oportet, & medicamina, ac vnguenta adhibere, quibus vulnus quod in manu tua reliquit, ſanetur, & reliquę carni ſanæ aſſimiletur? Sic quia peccatum ſpina eſt, & aſſula, quæ animã tuã vulnerauit, non ſatis tibi erit ſi ſpinam euulſeris, hoc eſt, peccatũ dimiſeris, niſi medicinas adhibeas quib⁹ cicatrix vulneris, quod peccatum in anima dimiſit, obduretur, & melius fiat. Hoc autẽ bonis operibus fit. Vnde & Pſal. ait. Declina à malo, Pſal. 33.
& fac bonum, inquire pacem, & perſequere eam. Non ſufficit malũ euitare, niſi & bona opera apprehẽdas, & inquiras. Imò, & perſequaris ea. Nam vt ait Chryſoſtomus. Quod D. Chryſ.
fugit perſequimur, bonũ autẽ quod pacem affert, videmus hebenis ſalutis à nobis fugere. Nã vbi non eſt, peto; vbi nam eſt pax illa Act. 4.
& amor, quando erat omniũ credentium anima vna, & cor vnum in Deo? Vbi nam viſcera illa miſericordię erga pauperes, quibus tot eleemoſynæ à fidelibus fiebãt? Quò abijt deuotio illa ac feruor, quo fideles omnes ad Eccleſiam, & conciones concurrebant? Veritas ac fides quæ inter eos ſeruabatur? Fugit à nobis certè, & quaſi fugiẽtem

eam perſequi, ac inquirere debemus. Et ſi boni forſan in cubiculis ſuis ac triclinijs delitescant, ibi eos quærere debemus: vt eorum exemplo ad meliorem frugem conuertamur. Quia ergò maior Chriſtianorũ pars hæc virtutis officia ac exercitia dimiſit, otioſiſq; vacant rebus: ideò diabolus tam citò eos iterum atque iterum expugnat atq; debellat. Nam vt ait Sapiens. Multam malitiam docuit otioſitas. Et Prouerb. 12. Qui autem ſectatur otium, ſtultiſsimus eſt. Et cap. 28. Qui operatur terram ſuam, ſatiabitur panibus: qui autem ſectatur otium replebitur egeſtate. Hoc enim aditu diabolus ingreſſus eſt Sodomã, & tot mala in ea operatus eſt. Ait enim Propheta. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ, otium eius, & filiarum eius. Et non ſolùm inuenit eam vacantem, verùm etiam ſcopis mundatam, & ornatam. Non quòd diabolus munditiem, & ornatũ in animabus quærat, cùm nihil ſit quod plus odio habeat, imò immunditia delectatur, vt ſtatim dixim⁹, ſed vt ait Caietanus hac ſimilitudine datur intelligi, tam paratam ſe inuenire animam ad ingrediendum in eam, vt videatur ipſa anima ipſummet diabolum inuitare ad ſe: quemadmodùm domus ornata & mundata aſpicientes quaſi inuitat, vt eã ingrediantur, & habitent. Proh dolor, ô viri Chriſtiani, quàm timeo hoc quod vobis maxima cum verecundia dicã. Credo quòd nunquam minus operis inſumpſit diabolus, in decipiẽdis hominibus, ac ad ſe trahendis, quàm modò: quoniam potius vos illum inuitatis, & ad vos importuniſsimis precibus trahitis. Nam olim cùm ſanctitas in fidelibus fulgebat, magnos labores inſumebat aduerſarius, vt vel animulam ſibi acquireret; hiſce autem infelicibus temporibus, ipſe quaſi qui nullum negotium habeat, vias omnes perambulat, quoniam vos illum ad vos accerſitis, oculiſq; ac ſeſibus annuitis, vt ad vos properet, imò pecuniã, ſi op⁹ eſt, illi datis, vt id faciat. De quo Domin⁹ per Ezechielem cap. 16. conquerebatur dicens. Omnibus meretricibus dantur mercedes. Tu autem dediſti mercedem cunctis amatoribus tuis, & dona donabas eis, vt intrarent ad te vndique ad fornicandum. Ac ſi diceret, præpoſtero ordine vſus es certè: quoniam quælibet vilis meretricula vult, vt ſibi amatores ſui donaria mittant, & tu adeò peccatis inhiabas, vt potius amatores tuos pretio conduceres ad te. Vt iniquè agãt, laborãt hodie homines, vt ipſi diabolum ac vitia inuitando ad ſe trahant. Cùm ergò hos aditus inuenit aduerſarius, vadit & aſſumit ſecum alios ſpiritus nequiores ſe. Præſidium ſecũ affert ne iterum è ſuis manibus elabatur anima, ſicut iam altera vice fecerat. Et tunc fiunt nouiſsima hominis illius peiora prioribus. Nam tunc totam animam ocupat inimicus, omnes potentias ſub ſua tyrannide ſubijcit. Nam intellectum excæcat, de prauat voluntatem, & memoriam bonorũ opprimit, atria etiã ipſa, hoc eſt, corporis ſenſus occupat, portaſq; ac feneſtras claudit, ne vllus pateat aditus Deo ad animã. Sic enim videmus in homine iſto, cuius & oculos, & aures, & linguam occluſerat. Sic & Rabſaces obſedit Hieroſolymam, & circundedit eam, ne per aliquam partem alimenta intrarent in vrbe, vt refert Eſai. c. 36. Sic ſe gerit hoſtis tecum ſicut tu met, cùm vis profundo ſomno dormire, claudis quippè hoſtia atque feneſtras, nec vis, vt odoriferę res crementur: nam hi odores impedimento ſolẽt eſſe ſomno; vt nullus ſtrepat, ſed omnia in ſilẽtio ſint, ancillulæ pręcipis, vt mẽtiatur ijs qui te quęrũt, & dicat te domi nõ eſſe. Sic diabolus omnes ianuas, ac cãcellos, & feneſtras per quos lux ad animam quã poſsidet intrare poteſt, claudit? Nec enim vult vt cõcionibus interſis, q̃ ſi præſens corpore fueris, aure tamẽ ſurda illas audias, vel potius irrideas concionatorẽ quàm audias. Res odoriferas aufert ne cremẽtur, hoc eſt, orationes, eleemoſynas, & alia bona opera quę placent Deo, & eius naribus odoriferę ſunt, prohibet ne facias. Vel ſi ad Eccleſiam vadis, quod ibi murmures, vel vana, aut turpia loquaris. Hæc enim ſunt orationes quas dęmõ petit. Et vult, vt nullus ſtrepitus fiat; nullus tibi dicat; Malè facis; nec turbet vitiorũ tuorũ pacem. Pręcipit ancillulæ, nempè linguę vt in confeſsione mentiatur, nec dicat ibi eſſe peccatũ, aut cõfiteatur illud. Quòd ſi alii quis ianuas pulſauerit, nõ reſpondeat ei vel mẽtiendo eijciat. Primus qui ianuam noſtri cordis pulſat, De⁹ eſt, vt ipſe dicit. Ecce ego ſto ad oſtiũ, & pulſo, & dicit. Aperi mihi, ſoror mea. Sed diabolus qui intus eſt, prohibet ne aperiatur ianua. Aperitur enim per confeſsionem quã ipſe impedit, vel quòd omnino nõ fiat, aut q̃ non vt conuenit fiat. Alius qui pulſat, prædicator eſt, cuius verba etiam diabolus expellit. Si quis tibi ex tua patria nũcius aduenisſet; quanta alacritate ſuſcepiſſes illum? Venit prędicator tibi cœleſtis patrię nũcius, cur illũ horres? Cur nõ lætus, & hon-

Eccleſ. 33. *Prouer. 28* *Prouer. 12.* *Ezech. 16.* *Caietanus* *Ezech. 16.* *Eſai. 36.* *Simile.* *Apoc. 3.* *Cantic. 5.*

orificè recipis illum? Ecce mala quæ dæmoni animã quã incolit operatur, totam enim perdit atque corrumpit. Sic enim de illo apud Iob dicitur. Ædificauit ſicut tinea domum ſuam, & ſicut cuſtos fecit vmbraculum. Tinea quippè ſibi domum facit corrodendo pannum, & teredo conſumendo lignum, vt vanus fiat & confringatur. Sic aduerſarius noſter corrodendo intima noſtra, habituſq; virtutum corrumpendo ſibi in nobis ędificat domũ, vt corruat ędificiũ noſtrum. Et ſicut cuſtos fecit vmbraculum. Quod fit ex palis ſiccis abſque vllo fundamento, & quandiu fructus ſunt in vinea habitat illud cuſtos, ſed poſtquàm fructus cõſumptus eſt, relinquit illud, & colubres, mures, talpę, lacertę, ac cętera animalia immũda ingrediuntur illud. Sic hoſtis antiquus abſque vllo fundamento ędificat domum; nec enim virtutibus ſtabilit illam; ſed mendacijs, dolis, ac vaniloquijs. Et quandiu charitatis fructus in anima eſt, & cæteri quos Paulus numerat ad Galatas. 5. tunc verus Samaritanus (qui cuſtos dicitur, & qui de ſe dicit. Vinea mea corã me eſt ſemper) habitat illã. Sed poſtquã fructus iſti cõſumpti ſunt, tunc fit habitatio dæmonicorũ, & omnis volucris immundę, vt apud Eſai. cap. 34. & Apocal. dicitur. Tunc enim quia iam perit fructus, eam deſolatam relinquit Deus. Vndè & Eſaias cap. 1. dicit. Et derelinquetur filia Sion, vt vmbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario, & tanquàm ciuitas quę vaſtatur. Quę dimittit hoſtes intrare, & damna quæ habuerit facere abſque repugnantia vlla. Ecce ergò explicatam rabiem quam diabolus gerit pro anima à qua expulſus eſt, & quãta ſolicitudine illam intrare procurat, & damna tam multa quæ illi infert poſtquàm poſſedit eam, vt diſcas à tam malo hoſpite abhorrere.

Iob. 27. *Simile.* *Simile.* *Ad Galatas. 5.* *Cant. 8.* *Eſai. 34.* *Apocal.* *Eſai. 1.*

Alia moralitas ſeu concio. Simile.

Reuertar in domum meã, vnde exiui. Nulla mulieris pulchritudo ſic poſt ſe rapit oculos intuentiũ, nullas libidinoſus vir ſic ſpecioſam concupiſcit fœminam, vt eam deſtruat, & dedecore afficiat; ac diabolus animas innocentum deſiderat, vt eorum deuoret pulchritudinem. Nec murex ſic mures perſequitur, nec accipiter aut leo prædam; vt diabolus animas, quas tanquam leo rugiens quærit deuorandas. Quòd ſi omnium animarum auidus eſt, in primis tamen illarum quas per pœnitentiam iuſtificatas nouit? Nam cùm diabolus omnino aduerſarius ſit Deo, illa opera Dei præcipuè perſequitur, in quibus Dei omnipotentia ac miſericordia maximè ſplendet. Hæc autem ſunt, remittere peccata, & iuſtificare peccatorem; maius, hoc eſt, quàm cœlum, & terram condere, & in quo plus de Dei miſericordia lucet. Nec enim patris illius pietas in filio qui domi qui etus erat manifeſtata eſt, ſed in eo qui poſt conſumpta paterna bona, vili habitu induto⁹, pauper ac macilẽtus venit. Huic enim ſtola prima, & anulus, huic vitulus ſaginatus occiditur, huic ſymphonia, & chor⁹ adducitur. Sic nec cœleſtis Patris pietas in filio qui innocentiã conſeruauit, & ſemper ſub manu eius, & obediẽtia perſtitit, ſic oſtẽditur, quãtũ in prodigo ac peccatore, qui paſcens porcos, hoc eſt, ſenſibus obediẽs patrimonio gratię, ac virtutum decore amiſsis; vili ac ſordido habitu peccati amictus, in ara porcorũ deliteſcens, ad Patrẽ humilis veniã petiturus accedit. In hoc enim veri patris viſcera apparent, huic infuſarũ virtutum habitus, ac gratię amictus, per ſtolam primam ſignificatus, reſtituuntur; huic annulus priſtinæ amicitiæ redditur, huic vitulus ſaginatus, hoc eſt, Chriſtus immolatur huic eius ſanguis ac Sacramẽta ſeruantur, Deniq; totus Deus ſe peccatori offert, & in eo ſuã cõmendat charitatem, vt Paulus ait. Cõmendat autem Deus charitatem ſuam nobis: quoniam cùm adhuc peccatores eſſemus ſecundùm tempus Chriſtus, pro nobis mortuus eſt. Et ad Timotheũ ſcribens ait. Fidelis ſermo (quoniã fide magna opus eſt ad hoc credẽdũ) & omni acceptione dignus: quoniã venit Chriſtus Ieſus peccatores ſaluos facere, quorũ primus ego ſum. Et Pſal. 112. cuius titulus eſt, Allelaya, hoc eſt, Laudate Dominũ, in hoc totus cõſumitur, vt Deo gratias referat pro iuſtificatione peccatoris. Laudate pueri Dominũ, &c. Suſcitãs à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperẽ: vt collocet eũ cum principibus, cũ principib⁹ populi ſui. A porcorũ ara ad regna cœleſtia peccatorẽ euehit. Qui habitare facit ſterilẽ in domo matrẽ filiorũ lętãtem. Hoc eſt peccatorẽ bonis operibus ſterilẽ ad ſe trahit, & in domũ ſuam, hoc eſt Eccleſiã recludit, ipſa n atre Eccleſia lętante: quoniã hic filius mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus eſt. Quòd ſi poſt mortale peccatũ nõ poſſemus ad Dei amicitiam redire; ſterilis valdè ac filijs orbata maneret ſancta mater Eccleſia. Cùm igitur opus hoc iuſtificationis peccatorũ tã magnum ſit, & in quo maximè Dei omnipotẽtia relucet; huic ma-

Ad Romanos. 5. *1. Timot. 1.* *Pſal. 112.*

ximè aduerſarius inuidet: & ideò totis viribus nititur animam iuſtificatam iterum ſibi ſubdere; ad quod aſſumit alios ſeptem ſpiritus nequiores ſe. Numerus ſeptenarius in Scriptura dicit perfectionem, & eſt dicere. Omnem poſsibilem adhibet curam ad propugnandum iuſtificatum, nullum nõ lapidem mouet, nihil intentatum dimittit, ſep templices diligentias adhibet quàm antea. Quid ergò facies, ne de te palmã referat inimicus? Quid niſi Deum inuocare, ſuſpiria
Pſal.120. in cœlum mittere cum Dauid dicendo. Leuaui oculos meos in montes, vndè venit auxiliũ mihi? Præliantur multi contra filium
Simile. tuum, nuncium tibi mittit vt ei ſuppetias feras, nam in vltimo diſcrimine fertur; tunc tu cum omnibus famulis tuis illi in auxiliũ pergis: ſic Deus faciet, ſi tu ſuſpiria emi-
Pſal.69. ſeris, & lacrymas ad illum, dicens: Deus in adiutorium meum intende, & ipſe protinus tibi aderit, quia ipſe dixit: Cùm ipſo ſum in
Pſal.90. tribulatione. Timeo, ò fratres quòd in tentatione ſtatim ſuccumbitis, & deinde ad pœnitentiæ remedium accurritis, & tamen ſatius eſſet reſiſtere inimico quantum vires ſuppetunt, & pugnare cum illo: quòd ſi ex
Simile. pugna vulnus reportaſti, tunc illi mederi. Sic enim qui ad prælia pergũt, faciunt, prius pugnando, & contrapugnando cum hoſte certant, quòd ſi vulneratus recedit, chirurgum adit, & medicinam applicat. Nam & D. Iacobus nos admonet dicens. Reſiſtite diabolo, & fugiet â vobis. In prouerbio hiſpano dicitur. *De ruin à ruin, quien acomete vence,* diabolus timidus eſt ac iners, niſi tu illi audaciam tribuas; tu etiã iners es, aggrere tu prior illum, & in fugam vertes. Ideò
Deut.20. Deut.20. præcipiebat Deus, vt voce præconis in bello publicè indiceretur omnibus, vt formidoloſus ac iners reuerteretur in domum ſuam, nam militia Chriſti fortes, non ignauos, aut timidos milites exigit: ſed qui inimico reſiſtere ac vultum oſtendere poſſint, non qui ſtatim ei arma dimittant, &
Ad Ephe ſe dedant. Vndè Paulus dicit quòd diabolus ſios.2. operatur in filios diffidentiẹ. Hoc eſt, in illis qui de diuino auxilio minus confidunt. Sic enim & Chriſtus Dominus reſiſtẽdo exterruit diabolum, & de eo deportauit triũphũ. Magna quippè ſolicitudine opus eſt ad reſiſtendum illi, qui te tãta auiditate ac inſidijs
Simile. petit. *Ambulat per loca inaquoſa.* Sicut auidus venator, qui in lacuna aut lutuoſo loco vſque ad renes ſe mittit, vt inde poſsit ictũ in ceruum melius dirigere; ſic diabolus omnia pericula ſubit, vt animas noſtras venetur. In porcos elegit intrare, vt Chriſtũ Dominũ ab illis finibus expelleret: ne ſua prædicatione homines illos conuerteret. *Reuertar in domum meam, vnde, &c.* Suã vocat peccatoris animam: quoniã ipſe peccator peccando ſeruus effectus eſt diaboli. Sed vide quãta auiditate animas proſequatur hoſtis, quod etiam ſi ſemel, & iterum, & tertio; & millies ab vna anima expulſus eſt, non ſolum ex faſtidio ceſſet eam perſequi, ſed auidius, & ſæuius aduerſùs eam inſidias tendat. Sic enim de illo dicitur Iob.41. Cor ei⁹ Iob.41.
indurabitur quaſi lapis, & ſtringetur quaſi Simile. malleatoris incus. Nam malleatoris incus dum plures ictus ſuper eã dat malleator, fixius ligno in quo eſt inhęret. Sic aduerſarius noſter quò pluries ab anima Spiritus ſancti, ac pœnitentiæ ictibus expulſus; eo plus illam appetit ac concupiſcit, plus induratur contra eam, & vellet in ea iterum infigi. Ferrũ ſuper incudem malleator emol- Simile.
lit, & in illo pulcherrimas effingit figuras, & tamen incus plus induratur, & figitur. Sic ait Gregorius, diabolus incus eſt ſuper quã D. Greg.
Deus iuſtos, ac amicos ſuos perficit, & emollit, vt ſuam in eis effigiem formet ac coronas fabricet, quibus redimiti capita triumphent, ipſe autem plus induratur, peior ac crudelior fit. *Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et aſſumit ſecum alios ſeptem ſpiritus nequiores ſe.* O pretioſa anima pretioſo Chriſti ſanguine redempta, in magno te video verſari periculo, tot hoſtibus circumſeptã: Deus te protegat, Deus te defendat, veniat tibi auxilium de Sancto, & de Sion tueatur te Deus. Reſiſte ergo, ò anima, reſiſte, ne hoſti cedas, ne te in deditionem velis venire. Diabolus dicit ingredi debeo iterum in te, tu valenti animo reſponde, non ingredieris. Sume armaturam Dei, fidem pro ſcuto, verbum Dei pro gladio, & galeam ſpei, vt Paulus te inſtruit. In omni- Ad Ephe
bus ſumentes ſcutum fidei, & gladium ſpi- ſios.6.
ritus, quod eſt verbum Dei. Quid tibi præ- Simile.
ſtant conſpicilia in capſula? Fides locum gerit conſpiciliorum, qui â longè faciunt proſpicere, *Antojos de larga viſta*, quibus res alterius ſeculi conſpiciuntur, ſi attenderis ad bona, & mala quæ ibi te expectant, forſan ſic hoſtes ſuperabis. Quid hos oculos in capſula habes, quid tibi præſtat fides in intellectu tantummodò ſita? Fidẽ excita, quæ tibi dicit, præ oculis habe; & ſic victor euades. Gladium etiam verbi

Dei

Dei moue, & per ea quæ didiciſti ex Euãgelio, aduerſarium cõfunde, & exterre. Timeo, fratres mei, timeo omnia quæ facitis modò Chriſtiani; inſinuationes quaſdam
Simile. virtutis eſſe potiùs quàm ipſa veritas. Non ne inæſtate vides cœlũ nubibus nigris cooperiri, inflari ventos, mugire tonitrua, vt iã inundationes ac pericula timeas? Et tamen breuiſsimo temporis ſpatio terrores illi tranſierunt, & in ſua ſerenitate cœlum relictum eſt. Sic fideles modò quandò ſacrũ paſsionis Dominicæ tempus inſtat, lacrymis, gemitibus aera impletis, concionibus aſsiſtitis, confeſſorem quæritis, peritos Eccleſiæ miniſtros conſulitis, iam imperata facere promittitis: & tamen breuiter tranſierunt illi dies, & omnia in nihilum redacta ſunt. Æs alienum domi tuæ remanſit; ad concubinam protinus reuerteris, odia aduerſùs proximum incorde fixa remanſerũt, nihil aliud quam minæ ac terrores cuncta fuerunt, atq; vtinam multi alij abſque vllo correctionis propoſito non ſe ingerant Sacramentis. Proh dolor, proh pudor, tot animas deditas diabolo videre, ſanguinem Chriſti per vias effuſum aſpicere: ſanguine Chriſti à miſerabili ſeruitute diaboli redemptus es, ad illam redis, quid aliud niſi pretium redemptionis tuæ irreuerenter profundis? Si pœnitentiæ Sacramento anima tua hoc pretioſo ſanguine repleta eſt, iterũ ad peccata redire, effundere ſanguinẽ Chriſti eſt, atque animam tuam ab illo euacuare. Maledixit Dauid montes Gelboe, vbi tantus ſan-
2.Reg.1. guis virorum fortiũ effuſus eſt. Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniat ſuper vos, vbi ceciderunt fortes Iſraël. Cur hæc maledictio modo non comprehendet terram, in qua tot fortes viros occiſos àdæmone videmus? Tanto ſanguine per plateas eius effuſo, à quo ſe anima euacuãs, exanguis, & mor-
Simile. tua remanſit. Ac ſicut poſt bellum geſtum campi pleni cadaueribus remanent, ita vt ſuper cadauera gradiendum ſit; ita mundus totus plenus eſt animabus mortuis: plateæ, ac viæ his adimplete ſunt, ita vt ſuper animas defunctas nobis gradiendum ſit. Ergò nec ros, nec pluuia deſcendant ſuper te, o crudelis terra, vbi ceciderunt fortes Iſraël. Quia nec rorem gratiæ, nec aquæ refrigerium mereris accipere: quia tã turpiter ſanguinem Chriſti per calles atq; plateas effundis. Chriſtus, fratres mei, venit in mundũ, vt ab illo propelleret diabolum, ſic enim, & ip-
Ioan.10. ſe dixit Ioan, 10. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et hoc quantũ ad idololatriam cõſecutũ eſt, & perſeuerat, nec enim amplius idololatria redijt, in illis partibus à quibus per Apoſtolorũ prædicationem relegata eſt. Cœterum hac porta excluſus dęmon ab orbe, per aliam ſe intromittere auſus eſt. Homines quippè peſsimos ſibi aſſũpſit, per quos iterum in mundum ingreſſus eſt. Nam per Mahumetũ mediam ferè orbis partem tenet, deinde per Lutherum, & diſcipulos ſuos bonam aliam partem occupat; inter veros autem fideles ſic debilis mã ſit fides, vt faciliter illos in peccata multa prolabi faciat, ità quod iam iterum mundus à dæmone obſeſſus ſit. Alia vice dæmoniũ habet orbis & inſanit, & quos Chriſtus à diaboli poteſtate liberauerat, & in ſuam induxerat ditionem; iterum ad diabolum tranſfugerũt. Quarè Hieremias dicebat: Perdix Hiere.17.
fouet quę non peperit. Nam vt Hieronym⁹ Li. Hiero.
ait, perdix multotiens alienos pullos enutrit: quoniam alia auis ibi ſua oua poſuit, vbi perdix habebat ſua, & ea ſuſtulit. Deploranda res. Peperit nos Chriſtus Dominus in cruce magnis doloribus (nam ibi dolores fuerunt, vt parturientis, vt ait Pſalmiſta) & Pſal.47.
tamen filios tanto dolore partos alius poſsidet, & fructum eorum fert; ita vt iuſtè Dominus per Eſaiam dicat. Filios enutriui, & Eſai.1.
exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. Tamen qui de naturis rerum diſſerunt, aiunt, quòd poſtquam pulli veræ matris vocem audiũt; protinus alienam deſerunt, & propriam ſequuntur. Et tamen tu peſsime Chriſtiane, nec id quidẽ facis. Clamat enim ad te Deus tanquam verus pater, & tu vocem eius negligis. Clamaui, & renuiſtis, extendi manũ Prouer.11.
meam, & non fuit qui aſpiceret, ait ipſe Dominus in Prouerbijs. Et alibi: Reuertere Hierem.3.
ad me, & ego ſuſcipiam te: voca me pater meus es tu, dux virginitatis meæ. Ipſe verus pater ac mater noſtra eſt, ad ipſum reuertere, ò anima perdita, reuertere ad verũ ſpõſum, procum relinque, ad Deum redi, & diabolum dimitte, ad pulchritudinem veni fœditatem horre, ad gratiã propera, & peccata deſere, audi veræ matris blanditias, vt ſic in ſinu ſuo in æternum quieſcas.

Super illud: *Fiunt nouiſsima hominis illius peiora prioribus. Sera peor la recayda que la cayda.* Aduertenda ſunt damna quæ ex re Alia mõ
cidiuo in peccatum oriri ſolent. Pro quo ralitas ſcõ
tanquàm fundamentum notandum id quod concio.
ſupra adnotauimus, quod opera diaboli, & Chriſti ſunt omnino inter ſe aduerſa atque

con-

contraria, & ad diuerſos fines tendentia. Opus diaboli eſt hominem occidere, corpuſque ſimul, & animam in tartareas flam-
Sapient. 2 mas ſcpelire, nam vt ait Sapiens. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Cæterum Chriſti opus eſt animam per gratiam, & gloriam viuificare, & corpus per reſurrectionem, & vtrumque in vitam eter-
Roman. 5. nam introducere. Sic enim ait Paulus Romano. 5. Vbi abundauit delictum, ſuper abundauit & gratia, vt ſicut regnauit peccatum in mortem, ita regnet gratia per Ieſum in vitam æternam. Et ipſe de ſe di-
Ioan. 10. cit. Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant. Scilicet, vt anima habeat vitam gratiæ, & vitam gloriæ, & corpus præſenti vita, & futura perfruatur. Hoc etiam in præſenti Euangelio nos docet Chriſtus cum dicit. Qui non colligit mecum, diſpergit, & qui non eſt mecum contrame eſt. Et in exemplo fortis armati qui fuit diabolus qui in pace tyrannidem in homines exercebat, ſed vbi venit Chriſtus Dominus fortior illo, illum alligauit, & ſpoliauit, & opera eius diſſoluit. Sic
1. Ioan. 3. enim, & Ioannes dicit. In hoc apparuit filius Dei, vt diſſoluat opera diaboli. Igitur diabolus, & opera eius, Chriſto, & eius operibus aduerſantur. Sed id certe admiratione dignum eſt, quôd creatura aduerſùs Creatorem ſuum inſurgere audeat,
Eccleſ. & opera eius impedire contendat. Non mireris, fecit enim Deus Angelos, & homines liberos, & reliquit eos in manu conſilij ſui, vt quidquid voluiſſent facerent, etiam ſi contra Deum factorem ſuũ vellent prælia mouere. Sic enim ei dixit ad quodcunque volueris extende manum tuam. Si enim qui inferioris eſt naturæ id audet; cur non Angelus qui ſuperior eſt? Verum eſt id Deum profundo conſilio permittere, vt diabolo ſibi contradicente, iuſti in bonis operibus exerceantur, coronamque, ac palmam illis reſiſtendo mereantur. Et etiam vt humilientur, ſuam imbecillitatem in tentatione agnoſcendo, & intelligant à Deo ſibi neceſſarium fore auxilium. Propter hoc enim dicit Dominus apud Ioſue reliquiſſe Æueos, Iebuſeos, & Amorrhæos, nec eos omnes deleuiſſe, vt in illis erudiret Iſraël, vt videns aduerſum ſe inſurgere bella, non iners aut ignauus fieret, & clamaret ad Dominum qui ſibi auxilium ferret. Ergò diaboli, & Chriſti opera contraria ſunt, cùm manifeſtum ſit, opera Dei eſſe, lapſum erigere, infirmum curare, dæmones à corporibus, & animabus expellere: è conuerſo opera diaboli ſint erectum proſternere, eũ à quo eiectus eſt debellare iterum, vt iam ſupra probauimus, & hoc vt maiora dãna ſentiat homo. Scit enim diabolus quantum damnum ſit recidiuum, & quomodò fiunt nouiſsima hominis illius peiora prioribus: qua propter hæc damna hic recenſere libet, vt ab illis caueatis.

Primum damnum quod recidiuum cõſequitur, eſt inquietudo quędam, & anxietas in anima, quæ ortum habet ex quadam vehementi ſuſpicione, & probabili indicio ꝓ fortè peccatum illud de quo pęnituiſti non ſit tibi dimiſſum ac deletum, cùm poſtquã ſemel, & iterum de illo confeſſus es, & rectè ſecundùm tuam opinionem pœnituiſti, tam cito in illudmet prolaberis, ac ſi nunquam tibi dimiſsum fuiſſet. Doctrina eſt D. Baſilij D. Baſil.
qui interrogatus à quodam monacho quid nam faciendum eſſet de eo qui poſtquã vnũ peccatum confeſſus eſt, iterum atque iterũ ad illud redibat; reſpondit, & dixit. Credite mihi, ſuſpicio magna generari poteſt nõ deletum ſibi fuiſſe peccatum, in quod tã citò relabitur, ſed relictam fuiſſe radicem in anima ex qua rurſum eadem pullulaſcit iniquitas. Sic enim Eccleſ. 34. dicitur. Qui Eccl. 34.
baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid profuit lauatio eius? In lege iubebatur quod ſiquis morticinum tangeret, lauaret veſtimenta ſua, & corpus. Qui Leuit. 11.
ergò nunc lauit, quia tetigit mortuum, & confeſtini illum iterum tangit, quid ei prima lauatio profuit? Sic tu qui ſemel per peccatum mortale animam tuam interemiſti, & ab hac macula per pœnitentiam mũdatus es, ſi protinus ad mortale redieris quid tibi profuit confeſsio? Conuinceris certè quôd tua pœnitentia non fuit ſufficiens, ſed quôd adhuc macula manſit, nec penitus deleta eſt, cũm tam citò foras exeat. Vndè Pſal. 118. dicitur. Non enim qui operantur Pſal. 118.
iniquitatem in vijs eius ambulauerũt. Quæmadmodũ, Baſilius ait, ſi quis eradicare aliquã arborem vult, ſi poſtquã radices euulſit Similę.
videt illũ pullulaſcere, & virorem ab intus proferre, ſignum manifeſtum eſt quôd non ex toto radices exierunt. Sic ſi tibi videtur quôd per confeſsionem eradicaſti peccatum, ſi poſteà ad illud redis, conuinceris radicem aliquam remanſiſſe, quæ non penitus euulſa eſt. Vndè Paulus Hebr. 12. Hebr. 12.

Nequa

Nequa radix amaritudinis, ait, ſurſum germinans, & per eam inquinentur multi. Hoc eſt videte, quôd radicitus euellatis peccatum, ne ſi aliqua remanſerit radix latens, iterum pullulet nequitia, quæ te & alios cõmaculet. Rationem autem huius doctrinæ D. Baſilij, aſsignant Theologi qui docent, quôd ſicut non quicunque dolor ſufficit ad delendum peccatum, ſed debet eſſe ſuis circunſtantijs comitatus, nempê quôd ſit dolor propter Deum, ex hoc quôd Deus offenſus eſt, cum propoſito ſatisfaciendi Deo pro iniuria ſibi illata: ſic non quodcunque propoſitum ſufficit, ſed debet eſſe tale, vt pro nulla re mundi iterum ad peccata redeamus. Ita quôd ſi oporteret fieri collationem omnium rerum cum offenſa Dei; potius eligeremus illarum diſpendium quàm Dei offenſam. Ita quôd debet intendere euitare peccatũ, ſuper omnia euitabilia, ſuper flagella, dedecus diſpendium rei familiaris,
Ad Rom. 8. vt Paulus dicebat, quôd nec mors, nec gladius, &c. Si ergo tale debet eſſe propoſitũ cauendi peccata, & tu poſtquàm confeſſus es, mox trãſacta vltima quadrageſimæ ſeptimana ad eadem redis peccata; manifeſtũ indicium fuit, te non tale ac tã grande propoſitum habuiſſe, ſi tam citò, ac tam leui occaſione ad eadem peccata reuerſus es.
1. Cor. 4. Quarè in die iudicij (in quo vt Paulus docet, illuminabit Deus abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordis) multa peccata quæ iam remiſſa arbitrabamur, inueniemus forſan indigeſta, & cruda, quæ nos illa die condemnabunt; eo quod non tã firme, ac integrum propoſitum ea cauendi habuimus, quale neceſſè fuerat. Vnde & Sa-
Eccleſ. 5. piens dicebat: De propitiato peccato noli eſſe ſine metu. Quarè qui ità facilè peccata confeſſa iterat, timeat & paueat quôd de illis non rectam pœnitentiam habuerit. Cæterum ne propter exaggerandam rem, iniuriam faciamus veritati, vel in deſperationẽ peccatorũ animas inducamus, oportet amplius hanc veritatem declarare. Nec enim Baſilius, aut nos dicimus recidiuum in peccato ſignum eſſe euidens, aut infallibile, ꝓ peccatum non fuerit dimiſſum: eſſet enim hoc error periculoſiſsimus. Multi quippè poſt veram pœnitentiam peractam, iterum prolapſi ſunt, vt patet de Dauid, qui poſt dimiſſum homicidium, & adulteriũ, in peccatum ſuperbiæ prolapſus eſt, & ſic poteſt eſſe de alijs. Radix quippe ex qua procedit reuerſio ad peccata dimiſſa, eſt liberum hominis arbitrium, quod in hac vita ad bonũ, & ad malũ vertibile eſt. Nullum enim velum quod eſt ſuper turrim, ſic ad quemlibet ventum vertitur, ſicut liberum noſtrũ arbitrium huc illucq; ſecundùm varia deſideria rapitur, atque circumfertur. Quot intenſiſsimi amores, in odia grauiſsima mutati
ſunt? Videmus Amnon filiũ Dauid deperiſ- 2. Re g. 13.
ſe Thamar ſororem ſuam ſpecioſiſsimam, & tamen quam citô eã incredibili odio proſequutum fuiſſe. Sic & poteſt eſſe nunc hominem firmiſsimum habere propoſitũ non peccandi, quôd tamen poſt momentum debilitetur, & oblata occaſione mutetur. Itàque non aſſerimus euidens eſſe ſignum hoc, quôd primum peccatum non fuit deletum; ſed affirmamus, coniecturam eſſe qua ſuſpicari, ac timere id poſſumus propter rationes dictas. Quinimò & addimꝰ modô, ſæpè Deum iuſto ſuo iudicio id permittere, quôd peccator qui ad iam dimiſſa redit peccata, ſicut canis reuerſus ad vomitũ
& ſus lota in volutabro luti (vt verbis D. Pe- 2. Petr. 2.
tri vtar) non verè pœniteat à peccato ſuo in tantæ contumaciæ vindictã. Vnde Amos. 1. Amos. 1.
dicitur: Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quarto non conuertam eũ: quid hoc eſt fratres? Non ne Dominus ipſe dixit, quôd non ſolùm ſepties, ſed & ſeptuagies ſepties Deus parceret peccatori ex corde petenti veniam, hoc eſt, totiens quotiens? Quomodô nunc dicit, ſuper quarto ſcelere, non debere parcere Damaſco? Id eſt, dicere, quôd nos dicimus, quôd totiens iteranti peccata, Deus non dabit illi locum pœnitentiæ: ſi ipſe conuertatur; recipiet quidem eum, ſed quod ſine ſpeciali, & efficaci Dei auxilio id non faciet, hoc aliquando Deus illi negabit propter contumaciã ſuã. Auxilium quidem ſufficiens nulli negat Deus, hoc autem ſuperabundans, quod nulli debet, aliquandò contumacibus negat. Igitur de huiuſmodi peccatoribus rectè dicetur, ꝓ erunt nouiſsima eius peiora prioribus; quoniam ex reincidentia non ſurget niſi ad ſepulchra infernalia, & dubium eum reddit, quôd prima peccata non fuerint ei remiſſa, nec vere conualuit ex prima infirmitate,
Sino que quedò ſano ſobre falſo. Vndè & Pſal Pſalm. 27.
miſta dicit: Da illis ſecundùm opera eorũ, & ſecundùm nequitiam adinuentionum ipſorum, & non ædificabis eos. Hoc eſt perſeuerãtibus in peccatis, & iterãtibus ea, redde eis ſecundùm merita eorum, & non ædifices eos, nec des eis locum, vt diruta

recedificent, ſed in peccatis ſuis moriantur. Secundum damnum, quòd recidiuũ affert, hoc eſt, quòd difficiliorem facit curã. Non quòd Deo difficilùs ſit peccatorem magnũ quàm paruum curare (omnia enim æquè omnipotentiæ eius ſubduntur) ſed ex parte hominis cui conſuetudo peccandi vertitur in naturam, & peccati vires creſcunt & ani
Simile. mæ ad reſiſtendum minuuntur. Quemadmodùm & in corporis infirmitatibus cerni mus alias alijs difficiliores eſſe, vt curentur, vel quia humor fortior, & abundantior eſt, vel quia ſubiecti vires debiliores ad reſiſtẽdum ſunt. Quod elegantiſsimè in hoc Euãgelio nobis oſtenditur, vbi dicit Dominus, quòd cum ſpiritus immundus exit ab homine, nimis auidè cupit ad illũ reuerti, & vadit & aſſumit ſecum ſeptẽ alios ſpiritus nequiores ſe, & ingreſsi habitant ibi, & fiunt nouiſsima illius hominis peiora prioribus. Faciliùs quippè eſt vnum vincere, ac propellere, quam ſeptẽ, aut octo. Vnus quippè contra vnum proportionem habet, ſed in prouerbio eſt, quòd nec Hercules contra duos; ſed vnius ad ſeptem, vel octo, nulla omninò eſt proportio. Nam ſi ad reſiſtendum vni aduerſario, & vni peccato, ſpecialiſsimo Dei auxilio indigemus, ad reſiſtẽdum ſeptem, aut octo maiori nobis opus erit adiumamine. Hoc autem, quòd dicit Euangeliſta diabolum quærere alios ſeptem nequiores ſe, hoc habet myſterium. Quoniam Angeli damnati per peccatũ non perdiderunt naturalia, & naturale eſt inter Angelos habere ſuas Hierarchias, & ordines; ita quod hi qui ſunt in natura minores, naturaliter ſubduntur his qui ſunt maiores, taliter quòd
Ad Eph. 6. perfectior in natura, alijs naturaliter præſidet, ideo eos vocat Paulus Principes ac poteſtates, Principes: quoniã ſub ſe habẽt ſubiectos. Poteſtates, quoniã poteſtatem exercent in inferioribus corrigendo, atque caſtigãdo illos. Licet hoc in dæmonibus potius ſit imperfectio, quã ſublimitas, aut perfectio aliqua: eo quòd eorum principatus ordinatur ad malum, eſſe autem Principem in malo, potius eſt miſeria, ſicut eſſe Principem in bono eſt maxima dignatas & honor. Nam inter dæmones qui maior eſt peior eſt. Inferiores ergo milites conuocat, ſicut dux facere ſolet in bello ad expugnandam animam cuius aliquando fuit dominus. Licet in hoc quod dicit nequiores ſe: lateat arcanum. Nam inter dæmones quantò maior eſt vnus in natura, tantò nequior eſt, ſicut inter bonos Angelos maior in natura eſt excelſior in gratia & gloria, & quantò inter dæmones minor eſt in natura, minor eſt etiam in nequitia. Vndè Paulus cùm inter dæmones principatus & poteſtates dixiſſet, eos vocat nequiſsimos; dicit enim eos ſpiritualia nequitię, hoc eſt, non ſolùm nequam ſunt, ſed ipſa ſpiritualis nequitia. Tanta ergo rabies diabolum apprehẽdit inuadendi animam à qua expulſus eſt, vt nõ inferiores ſe cogat ad debellandum eã, ſed ad fortiores & nequiores ſe conferat, vt ſibi auxiliares ſint aduerſùs eam. Sicuti ſi *Simile.* Dux peditum auxilium petit à Duce equitum. Quarè fortius animam impugnant, & fiunt nouiſsima eius peiora prioribus. Idem & inter bonos Angelos contigit, licet diuerſo fine. Mali enim ad malum ſe mutuò adiuuant; ſed boni ad bonum ſibi ſuppetias ferunt. Nam in prophetia Danielis legitur, *Dan. 10.* quòd Angelus qui præſidebat populo Iudæorum, qui erat captiuus in Babylonia, petijt auxilium à Michaële Archangelo, qui toti Synagogę Iudæorum præerat, & ſic dicit ille Angelus ad Danielem: Vir deſideriorum, Michaël vnus de principibus venit in adiutorium meum. Tot ergo fortiſsimis hoſtibus oppugnata anima, neceſſe erit illis cedere, niſi Dñs ſuppetias ferat, & fient nouiſsima eius peiora prioribus. Vnde Pſal- *Pſal. 54.* miſta de hac loquens difficultate ſic ait, Cõtaminauerunt teſtamentũ eius, diuiſi ſunt vultus eius. Tu vero Deus deduces eos in puteum interius. Quoniam iſti contaminãt legem Dei quam profeſsi ſunt obſeruare, & paſsim vultus mutãt ad peccata dimiſſa redeuntes: ideo Deus in profundum malitiæ puteũ eos ſinit, vndè maxima cum difficultate exire poſsint. Adduxerunt aliquando *Marci. 9.* ad Dominum Ieſum lunaticum quendã dæmoniacum, quem certis temporibus ſecundum lunæ curſum eum arripiebat diabolus, & frequenter in aquam, alijs vicibus in ignem eum proijciebat. Hunc priùs tentauerũt curare diſcipuli eius, ſed non potuerunt. Chriſtus cùm ſanaſſet eum, interrogatus fuit à diſcipulis ſuis, quare ipſi non potuiſſent curare eum. Quibus reſpondit Dominus dicens: Hoc genus dæmoniorum, non eijcitur niſi in ieiunio & oratione. Lunaticus iſte peccator eſt, qui aliquando habet lucida interualla; nunc enim quietus apparet, & benè morigeratus, tamen certis interuallis, ac lunis arripit eum diabolus, & nunc in concupiſcentiam carnis, nunc in auaritiæ

fluctus

Eccleſ. 27 fluctus illum mergit. Nam de peccatore ſcriptum eſt. Stultus vt luna mutatur. Sic enim conſuetudo illum tenet, vt de quindena in quindenam, vel qualibet ſeptimana infallibile ſit illum in peccatum cui aſſuetus eſt cadere. Et ego cognoui quẽdam hominem qui diebus Veneris ſolebat in peccatum quoddam infallibiliter incidere; cui ego conſului, vt pro illis diebus aliquã eleemoſynam elargiretur, & alicui deuotioni ſe die Veneris aſſuefaceret, & ſic vicit illam peſsimam conſuetudinem. Talibus non omnes poſſunt mederi, nec ordinarij miniſtri ſufficiunt eis, niſi ſupremus artifex, ac peritiſsimus medicus adfuerit, cui omnes morbi quantumuis magni cedunt. Et vide quàm aptum remedium eſt contra hanc peccandi conſuetudinem, quod hic docet Chriſtus, nempè ieiuniũ & oratio. Cauſa quippè reincidendi in peccatum eſt, propterea, quòd te ad creaturam conuertis, ad tuam voluptatem vtens illa auertens te à Deo. Indulſiſti libidini carnis tuæ, & adhæſiſti creaturæ contra fas, & ideo à Deo auerſus es; vtere ergo ieiunio & oratione: quoniam contraria contrarijs curantur, & per orationem conuerte te ad Deum; nam oratio eſt eleuatio mentis in Deum; per ieiunium auertere à carne tua; nam corporali ieiunio vitia comprimuntur: ecce huius ſecundi dãni medicinam, quod difficiliorem facit curam.

Tertium damnum eſt amiſsio bonorum. Omnia quippè opera meritoria vitæ æternæ, quæ homo fidelis dum in gratia erat operatus eſt; omnia pereunt, ac nullius meriti efficiuntur, acſi facta non eſſent. O detrimentum grande certè, quòd peccando mortaliter iuſtus patitur, vt theſaurum bonorum operum, quòd iam theſaurizauerat ſibi in vitam æternam, amittat, ibiq; eleemoſynæ, ieiunia, orationes, & innumera alia bona opera prorſus intereant, in hoc ſenſu, quòd non proficient tibi ad vitam æternam, quandiù in peccato permanſeris.
Ezech. 16. Sententia eſt diuina per Ezechiel. cap. 16. promulgata, quæ ſic dicit: Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem ſecundùm omnes abominationes quas operari ſolet impius; omnes iuſtitiæ eius quas fecerat non recordabuntur. Rigoroſa quidem ſententia ſed iuſta, atque ſecundùm rectum ius promulgata. Lex quippè eſt, vt omnia opera bona exiſtentis in gratia, digna ſint æterno præmio. Sed id intelligitur, ſi in Dei amicitia permanſerit; nam ſi ab ea defecerit, iam ius quod habebant opera ſuã amittit. Mortificantur quidem & nullum iam afferunt fructum, imò quod attulerunt iam non tibi proderit, niſi reuerſus ad Deum iterum illud ius acquiras: quemadmodùm & ius ciuile ob certa maiora delicta ad confiſcationem bonorum condemnat reum. Sic qui ex iuſto peccator, ac proditor factus eſt; iure optimo confiſcantur bona quæ habebat: & quæ dum erat in gratia fecerat; nam iam per illa non meretur præmium æternũ ad quod per peccatum iam amiſit ius, & inhabilẽ ſe fecit ad illud. Sed quæres ſi in peccato illo moritur iuſtus; quis in bonis illis ſuccedit, quæ dum erat in gratia fecit? manent enim adhuc ea in acceptatione diuina. Reſpondeo, quòd Eccleſia ſuccedit in illis. Eſt enim Eccleſia velut fiſcus Regis cui illa bona traduntur. Nam in theſauro Eccleſiæ bona illa reconduntur, quæ poſteã fidelibus pro rata diſtribuit cum omnibus indulgẽtias confert, quæ ſatisfactione Chriſti, ac ſanctorum conflatæ ſunt. Hoc autem intellige Eccleſiam ſuccedere in illa bona opera quantum ad ſatisfactionem, non quãtum ad meritum. Vnus quippè pro alio ſatisfacere poteſt, non tamen mereri. Poſſum enim pro te ieiunare, flagellari, eleemoſynam conferre, & alia opera ſatisfactoria facere: quoniam exiſtentibus in charitate ratione illius vnionis proſunt (nam amicorum omnia ſunt cõmunia, & Pſalmiſta di- *Pſal. 118.* cebat: Particeps ego ſum omniũ timentium te, & cuſtodientiũ mandata tua). Cæterùm mereri minimè poſſum tibi. Tu ipſe debes mereri augmentũ gratiæ, & præmium vitæ æternę, nec meum meritum applicatur tibi (Hoc enim propriũ eſt Chriſto, mereri nobis). Nam meritũ ſic eſt opus perſonale, vt *Simile.* in alium nõ poſsit tranſire. Eſto exemplũ. Homo ſapiens & diues abinteſtato decedit, fratres eius in bonis temporalibus illi ſuccedunt propter coniunctionem carnalem; ad illos tamen ſapientia illius nullo iure trãſit. Sic in propoſito, quia omnes ſumus fratres per vnionem charitatis, opera ſatisfactoria mea illis applicari poſſunt: non tamen meritum quod non tranſit in tertiam perſonam. Verum eſt, quòd poſtquàm peccator redit ad gratiam, opera illa quæ fecit in gratia, viuificantur & redeunt, ſecundùm quantitatem diſpoſitionis ad quam reſurgit, vt docet D. Thomas. 3. part. quæſt. 89. *D. Thom.* articul. 5. Et quæſt. 88. articul. 2. & 3. docet

aliud

Aliud damnum quod ex reincidentia ſequitur, nimirum quòd peccata dimiſſa redeunt per hoc peccatum reincidentiæ, quãtum ad ingratitudinem. Hoc eſt, quòd magis te faciunt ingratum. Quemadmodũ ſi quis pluries deliquit, & Rex dimiſit illi delicta; ſi iterum relabitur, numerat ei Rex delicta præterita quæ ei cõdonauit, quibus grauius apparet peccatum quod modò commiſit. Sic peccatori cui pluries indulſit Deus, & iterum peccat, peccata condonata redeunt; quia faciunt hoc vltimum peccatũ grauius, & peccatorem ipſum maioris ingratitudinis reum. Et ſic fortè poteſt intelligi illud Iacobi; Qui in vno offenderit, factus eſt omniũ reus: quoniam redeunt omnia per ingratitudinem. Ecce damna recidiui. Ora Deum, vt te conſeruet, nè in tot incurras damna, & fiant nouiſsima tua peiora prioribus.

Similè. *Iacob.2.*

Adhuc eo loquente ad turbas, ecce Mater eius, & fratres ſtabant foras; quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater & fratres foris ſtant quærentes te. At ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait. Quæ eſt Mater mea? & qui ſunt fratres mei? Et extendens manum ſuam in diſcipulos ſuos, dixit. Ecce Mater mea & fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis eſt, ipſe meus frater & ſoror eſt & mater. Non ſunt hæc verba parui pendentis Matrem & conſanguineos, ſed docentis ſeruandum ordinem, vt diuina opera præponantur humanis, vt diuina prædicatio, vt religio non omittatur, non interrumpatur, propter officia pietatis. Dicit enim Euangeliſta, quòd adhuc Ieſu loquente ad turbas, proculdubio Euangelizando Regnum Dei, importunus quicũ dixit: Ecce Mater tua. Nam vt Ambroſius dicit, paternis ſe miniſterijs amplius quã maternis affectibus debere demonſtrabat. Illud autẽ quòd dicit; Qui facit voluntatẽ Patris, &c. ſimpliciter ſic intelligi poteſt, ꝙ non ſolùm eos diligat tanquam matres ſorores ac fratres, verumetiam quòd loco horum eos habeat, propter cognationẽ ſpiritualem quã cũ illo contrahunt, faciendo voluntatem Patris. Et quia in hac cognatione non eſt maſculus, aut fœmina (vt ait Paulus) ideò fratres & ſorores & matres eos dicit: Nã nos ſuprà c. 1. in illa verba; De qua natus eſt Ieſus, de hac cognatione ſatis egimus. Sed ad confirmationem dictorum accipe hanc doctrinã. D. Gregor. ſentẽtia eſt. Quiſquis iam æterna concupiſcit, in ea quã aggreditur cauſa Dei extra patrẽ, extra vxorem, extra filios, extra cognatos, extra ſemetipſum fieri debet, vt eo verius cognoſcat Deum qui eius cauſa neminem recognoſcit. Amandi ergo ſunt proximi, impendenda charitas omnibus, & propinquis, & extraneis, nec tamen pro eãdem charitate à Dei amore flectendum. Fideles quidem compatiantur proximis per charitatem; & tamen de via Dei non exorbitent per compaſsionem. *Quæ eſt Mater mea, &c.* Super patre ſuo & matre ſua non inquinabitur, inquit Dominus de Sacerdote Leuit. 21. ſuper quæ verba ait D. Hieronym. Multa nos facere cogit affectus dum propinquitatẽ reſpicimus corporũ, & corporis & animę offendimus Creatorem. Qui amat patrẽ aut matrem ſuper Chriſtũ, non eſt eo dignus diſcipulus. Ad ſepulturam patris ire deſiderans Saluatoris prohibetur imperio. Quanti monachorum, dum patris matrisq; miſerentur, ſuas animas perdiderũt: ſuper patre & matre pollui nobis non licet, quantò magis ſuper fratre, ſororibus, conſobrinis, familia, ſeruulis. Genus regale & ſacerdotale ſumus illum attendamus patrem, qui nunquam moritur, aut qui pro nobis moritur, & qui ideò viuens mortuus eſt, vt nos mortuos viuificaret. Si quid habemus de Ægypto, ꝙ princeps mundi ſuum poſsit agnoſcere; tenenti Ægyptiæ cum pallio relinquamus. Sindone opertus adolecens vinctum Dominũ ſequebatur; incurriſſet laqueos niſi expeditus & nudus per ſequẽtium declinaſſet impetum. Reddamus parentibus quæ parentũ ſunt, ſi tamen viuunt, ſi ſeruientes Domino filios ſuos ſibi pręferri gloriantur. *Hic meus frater, ſoror, & mater eſt.* Auguſtin. Pſalm. 127. ait. Quomodò mater eius eſt Eccleſia, niſi quia ipſe Chriſtus eſt in Chriſtianis; quos per Baptiſmum continuò parit Eccleſia?

Ambroſ. *Ad Gal.3* *Greger.* *Leuit. 21.* *Hierony.* *Moralitas* *Geneſ. 39.* *Mari. 14.* *Auguſt.*

Vltimo in toto hoc capite circa hæc verba aduertendũ ꝙ Chryſoſtom. homil. 45. in Matt. & Theophilact. ſuus abbreuiator hãc exponentes clauſulã videntur tribuere Mariæ Virgini nonnihil importunitatis. *Acceßit.* Cõſidera tã matris, quã fratrũ importunitatẽ. Nã cũ debuiſſent intrare, atque cũ turbis ſimul audire, aut ſaltim expectare foris ſermonis finẽ, ac denũ accedere; ambitione quadã, ac oſtẽtatione cõmoti, foras eũ in pręſentia omniũ euocauerũt, vt viderẽtur facilè, ac magna cũ poteſtate Chriſto imperare. Vndè patet inani quadam gloria illos commotos fuiſſe, nihil adhuc magni de illo cogi-

Chryſoſt. *Theophil.*

Theophil. cogitãtes. Idem etiam dicit Theophilactus. Item homil. in Matthęũ. 46. Laudans diſcipulorum Chriſti prudentiam, qui temporis opportunitatem expectarunt ad interrogãdum Magiſtrum, inquit ſic. Matrem quoq; ac fratrem feciſſe licuiſſet, non autem palã oſtentationis cauſa, foras euocaſſe. Idẽ enarrans miraculum aquæ in vinum conuerſæ homilia. in Ioann. 20. clarius etiam adſcribit ei affectum aliquem ſuperbiæ, inquiẽs; Optabat enim hoc, ideſt, miraculũ fieri, vt ipſe hominum gratiam ſibi cõciliaret, & ipſa clarior filij gratia efficeretur; & fortaſſe aliquo humano afficiebatur affectu, quemadmodùm, & fratres eius, cũ dixerunt: Oſtende te ipſum mundo: cupidi eius miraculis ſibi famam comparare. Ac paulò poſt. Siquidem non adhuc debitam de ipſo opinionem habebat, ſed more matrum Maria iure omnia ſe filio præcepturam cenſebat, cùm tanquam Dominum colere, ac reuereri fas eſſet. Animaduertit hunc locũ apud Græcos Euthymius, nec auſus eſt improbare, ſed apud Latinos D. Tho. 3. p. quæſt. 27. ait D. Chryſoſtom. ciuiliter excuſans, ex impetu dicendi, ſicut oratoribus, & concionatoribus interdum vſu venit, exceſsiſſe, poſſeq; eius verba ſic exponi. Vt intelligamus Chriſtum cohibuiſſe in matre affectum, non qui ei re vera ineſſet, ſed quem alij forſitã exiſtimare potuiſſent eidem ineſſe. Quam excuſationem libentiſsimè accipimus, ne Deiparam Virginem inſigni illo ſuo integritatis priuilegio fraudemus, ꝙ ei Tridentinę Synodi Canon hìc ſubiectus attribuit. Siquis hominem ſemel iuſtificatum dixerit amplius peccare non poſſe, nec gratiam amittere, atque ideò eum qui labitur, & peccat, nunquàm verè fuiſſe iuſtificatum, aut contra poſſe in tota vita peccata omnia etiam venialia vitare, niſi ex ſpeciali Dei priuilegio, quemadmodùm de beata Virgine tenet Eccleſia: anathema ſit. Et D. Auguſt. lib. de natura & gratia. c. 36. ait: De ſancta virgine Maria, propter honorem Domini, nullam prorſus, cùm de peccatis agitur, volo habere quæſtionem. Hæc ſatis dicta ſint in hoc cap. duodecimo.

Euthym. *D. Thom.* *Concil. Trident.* *Auguſt.*

Finis primi Tomi Commentariorum ſuper Euangelium Matthæi.

Primi tomi errata.

FOl.3. col.1.lin. 22. Euangelia, dic Euangelica. penul. ſuperabundabit, ſuperabundauit. 5.1.12. poſſe, poteſt. 2. credenes, credentes. 30. circumſcionem, circumciſionem. 48. res. ne. 6.2.43. loco eo, loco, eò. 7.2.41. Patruũ, Patrum. 29. tribu, Iuda, tribui Iuda. 8.2.8. ſcurſum aberrent, verſum aberrarent. 11.2.32. tã, iam. 48. quia, qui à 22.1.28. Moabi idis, Moabitis. 24.1.13. Naaló, Naaſſon. 26.1.10. ducent, ducunt. 30.1.2. aſcendit, aſcendet. 30. 30.2.31. cumal, cunual. 31.1.18. blandiatur, blanditur. 32.1.13. fœdidate, fœditate. 46. necdum, nedum. 32.2. 16. ſuos, tuos. 34.1.15. ve vel, 34.1.16. vt habeant verba Hebræa aduerbium, vt habent verba Hebræa, per aduerbiũ, 35.2.8. logi, lexi. 36.1.50.&.51. homo, hamo. 36.2.38. fœtu, flatu. 38.2.8. facer, ſacer. 43. ſigni, ſignifi. 41.2.6. ver, ve. 45.2.19. doiſam agreſſa, dioſam aggreſſa. 27. tem noſtram, tem. Nam. 47.1.42. atque, abſque. 47.2.40. fateor, fatear. 48.1.29. fermur, femur. 33. ingauos, ignauos. vlt. decuit, docuit. 48.2.44. quicunq;, qui nunquam. 49.2.49. pependit, ſuſpendit. 50.1.49. eſtulti- ſtulti. 51.1.9. quaterna, quaterdena. 51.2.19. Thom, tom. 52.2.1. Chryſologolus, Chriſologus. 53. 11. Anzotromorphitas, Antropomorphitas. 54.2.+1. apro- apo- 55.2.8. Phamelis, Phanuelis. 11. phani, pham. 57.1.17. atq;, ad quæ. 30. nocte, noctua. 57. 1.34. operta quæ, opertaq;. 58.6. tamen ſi duo, tamen hi duo. 16. eocuntia, coeuncia. 20. euocate, vocate. 21. maram, marà. 60.1.15. manentes, manantes. 50. Accipiat, Accipiebat. 61.1.10. portabat, portabã. 61.2. 5.2. tacto, iacto. 42. ſit, ſic. 65.1.3. ne, nec. 26. ſit, ſic. 66.2.1. plus, pluris. 48. rit, derit. 67.2.14. aliud, illud. 74.1.1. appatirio, apparitio. antep. exami, examinan- 74.2.16. humil. in vigilia natita homil. in vigilia natiui- 75.2.15. cuius operari, cuiuseſt operari. 18. innititur, innuitur. 78.1.14.19. Euos, Enos. 78.2.8. Euos, Enos. 10. Aut hoc Author. 25. ſimulaciæ, ſimulacia. 38. vel, ve- 76.2.50. vlla, nulla. 80.2.41. peremitè, pereuntè. 80.2. 51. vſquam, nuſquã. 83.2.43. S. Pagain. ſanctis Pagnin. 85.2.10. potẽtiæ, impotentiæ. 47. vobis, nobis. 86.2.27. conderit, codiderit. 90.1.6. prætermittere, prætermitti. 19. euetere, euertere. pen. ſubtiſsima, ſubtiliſsima. 90.2. 16. incantores, incãtatores. 92.1.45. Hebraicè, Græcè. 47. Græco, Hebraico. 96.1.26. compararentur, comparẽ tur. 30. miæ, tiæ. 97.1.20. ceſſari, Cæſari. 99.1.50. corde, cor. 16. fœmino, fœminino. 30. Atſi, Acſi. 100.1.35.& accepta referre ſic, vt accepta referre. Sic. 101.2.17. ſperabitis, operabatis. 102.2. antep. auge- ange- 105.1.1. inductã, indutã. 107.1.2. tantum modum, tãtummodò. 107.2.39. Azaele, Raſin. 107.2.40. Phacec filio Fromeliæ. Phacel filio Romeliæ. 109.2.44. ſtincto, extincto. 208.1.47. bro, bo. 108.1.13. quæ, qui. 109.1.47. pœnæ, pænè. 109.2.20. rectè, rectæ. 111.45. illa, illã. 116.2.43. præcipius, præcipuus. 118.1.31. anagogia, anagogica. 119. 1.5. corrigẽdo Principes, corrigendo. Principes. 120.2. 37. nomen, lumen. 122.1.2. denos, Deus. 3. abſcõdito, abſcedito. 122.1.34. fructũ, factum. 122.2.27. chariſtat, chari ſtat. 123.2.3. Oſeæ, ac, Oſeæ à. 123.2.45. confectum, confictum. 124.2.21. hac, hæc. 36. Chananea, Chananæ. 126.2.8. incola, incolæ. 44. nec in, nec. 125.1.18. nauitatis, natiuitatis. antep. reliquæ, reliquiæ. 125.2.28. multos, multus. 128.2.45. vlalutum, vlulatum. 129.2. 47. paralipſi, paralyſi. 130.1.13. nium, num. 131.1.2. à qua plurimis, à quam plurimis. 131.1.27. ex hic, ex his, 47. antea fuit, antea non fuit. 131.2.22. accipit, accepit. 132.2.14. Quoniam, Quam. 22. hominis, honoris. 132. 2.32. non cupiebat, nuncupabat. 45. aſpi, ſpi. 48. porteat, oporteat. 132.1.16. ſlabeſcit, ſlaueſcit. 18. delectetur, delectatur. 133.2.5. crateres, crates. 135.1.2. profice, perfice. 5. theuſarũ, theſaurum. 135.1.10. Iuit vrbem, uit orbem. 37. cõmendet, cõmendent. 135.2.4. Paulo, paulo. 135. 2.44. tantis, tanti. 136.1.31. Hei, ex. 47. dicunt, domi nus. 137.1.22. Lucidius, Lucidus. 35. naſciturus, naſci turum. 137.2.4. eſti, effu. 29. nem, nis. 141.1.37. Bethaſaidæ, Bethſaidæ. 142.1.3. ſplendeſcerat, ſplendeſceret. 143.1.3. tranſidere, trãſire. 43. anguens, arguẽs. 143.1.1. exitit, extitit. 144.1.4. ſtellici- ſtilici- 26. eſt, es. 146.1.26. proprior, propior. 147.2.1. ſpergefacti, expergefacti. 147.2.34. ſolem Chriſtum, ſcilicet ſolẽ, Chriſtum ſcilicet. 147.2.35. tamen ſub, tamen vt ſub. 148. 1.7.& Dñs, Dñs &. 8. prædicet, prædicans. 148.2.48. ſtum. 22.&, ſtum. 21. annis,&. 150.2.4. Tetrarchis, Tetrarchijs. 151.1.8. Quod, Quid. 40. dicit, diſcit. 152. 1.4. eiuſ- cuiuſ- 6. quodãmodo, quodã modo. 154.2. 12. olefaciebant, olfaciebant. 155.2.4. quot, quod. 156.2.49. Nec, Hæc. 157.1.3. indiuiſibiliter, indiuiſibilitate. 55. alios, alia. 158.1.14. teſtim. teſtam. 26. ne ipſe, nec ipſe. 158.2.26. crancos, cancros. 159.2.1. Dauidæ, Dauide. 6. defice- deijce- 160.1.3.&, etiam. 160. 2.5. vi ait, vt ait. 161.2. antep. aliàs, àlias. 31. fici, fice. 47. Leuit. 15. Leuit. 5. vltim. Pronunciat, Pronunciet. 163.1.14. ſapiens, ſapientem. 163.2.4. orationem noſtram, omnem natuiam. 164.46. Iannis, Ioannis. 105.2. 21. lib. 39. lib. 32. 24. lib. 5. lib. 9. 166.1.21. linguam, lingua. 166.2.1. exerant, exerunt. 166.2.39. Athion, Athon. 167.1.22. peruenientem, prouenientem. 37. deſperit, deſpexit. 167.2.34. nos, gnos. vlt. ipſi. Nam, ipſi (Nã. 168.1.2. ipſi,&, ipſi) &. 168.1.35. refert, refer° 168.2.19. deliniuit, delinit. 29. hibite, hibere. 168.2° 32. Ezech. 5.&, Ezech. ſcilicet,&. 169.1.44. explicans, explicante. 170.1.23. ſed quód com, ſed com. 170.2. 42. vocabit, vocabitur. 173.2.27. quæ, quibus. 174.1.3. terrant ligent, terram lingẽt. 174.1.12. vaſsis, baſis. 15. aqua, à qua. 176.2.21. generalitates, generaliter. 176. 2.27. qualibet area, qualibet harum. 178.2.28. incorporeus, corporeus. 181.2.32. aſcendi, aſcendit. 182.1.20. hi act°, hiatus. 14. ſunt cœli, ſunt ei cęli. 36. pręcipia, pręcipua. 188.2. intelligis, intelligi. 189.2.6. nod eſt, nõ es. 11. mittis, mitis. 189.2.30. quę modó, quo modo. 190.2. 23. connumerare, connumerari. 191.1.10. bit Deus, uit Deus. 192.1.45. olibæ, oliuæ. 51. mamo, mano. 192.2.52. virulentis, virulenti. pen. ab ad. 193.1.18. ante Chriſti, antichriſti. 20. emulẽti, emolumẽti. 193. 2.47. iſtæ, iſte. 194.1.48. duos, duas. 194.1.49. alteterũ alterã, alterã. 195.1.36. agno, in albis quoniam, agno in albis, quoniam. 195.2.28. precare, precari. 196.1. pen. lacticis, lactucis. 196.2.10. batare, habitate. 198.1.3. in die, indies. 44. tientiã, rientiam. vlt. lua ſiue, ſuaſiuè. 200.1.18. Patruũ, Patrum. 201.1.40. na, gna. 202.1.51. deliniator, delineator. 203.1. pen. in iuſſu, iniuſſu. 204.1.42. calidiſsimi, callidiſsimi. 15. in iuſtitia, iniuſtitia. 205.1.2. At Sapios, Aſſapios. 25. alios, aliàs. 205.2.46. explendunt, explendum. 43. profana- profano- 206.2.23. deliniantur, delineantur. 206.2.36. præcipitari, præcipitare. 42. tantum, totum. 207.1. vlt. in ſufficientia, inſufficientia. 207.2.7. riji, rit. 207.2.23. confingant, confingunt. 25. dominos, domini. 207.2. 33. idolatriæ, idololatriæ. 44. Reubarbi, Reubarbari. 52. fonl. fol. pen. præter, propter. 208.2.14. At Ad. 209.1.21. dicat: Nonne, dicat, non. Nonne. 209.1.27. Deshaze, Deshaz. vlt. ẽt da,& ad. 44. muris, muribus. pen. pro textu, prætextu. 210.2.51. recatando recatean- do vlt. es, eſt. 211.1. eſt, es. 32. viſeum ob- viſeum, ob- 211.1.39. ſacra Scriptura, ſacram Scripturam. 211.1.9. abſtinata, obſtinata. 31. quod, quod- 212.1.48 quãm tõtiùs, quantociùs. 212.2.2. poſſem, poſsim. 212.2.29.

excituait,

exercitauit, excitabit. 30. oſcitari, oſcitare. 212.1.44. Chriſtum dominum, Chriſtus dominus. 213.1.penult. abſconderit, aſcenderit. 214.2.1.Cartheſio, Carcheſio. 32. poteſt, poteris. 215.1.17. Simone, Simeone. 46. ſtrepet, ſtrepat. 217.1.16. vos, bos. 217.1.37.meum panem labauit, mecum panẽ,leuauit. 217.2.31.in acceſsis, inacceſsis. 36. facerent, faceret. 40. ipſæ,ipſas. 218.1. 6. tuus ſit, tuus acutus ſit. 20.poſsit,poſſet. 42. fructuũ, fructũ. 219.1.3. iacentes, iacientes. 219.1.4. percuteret, percutere. 219.2.4. caliditates, calliditates. 220.1. 29.ri cœpit,re cœpit. 37. atuem,autem. 220.2.26.præſpicuitatis. perſpicuitatis. 27.omittere voces, omittere: voces. 36. dere, deret. 221.2.8. poſſet, poſsit. 222.1. 30. redditur, reditur. 223.1.4. dicit, dici. 7.Philitinorum, Philiſtinorum. 48. idolatria, idololatria. 224.1.15. nia,nica. 42. aſſuetis,aſſuetos. 225.2.28. cto,to. 226.1. 13. redditurus, rediturus. 226.2.5.ingreſſus,ingreſſum. 6. Dns, Dnm. 227.2.5. abditiora, ad abditiora. 228.1. 47. quidam, quidem. 228.2.6. cum alimento, eleuauit, eum alimento eleuauit. 228.2.28. fœcundarent, fœcũdarent. 229.1.3. pars faciebat, pars inuenum faciebat. 229. 1.12. aureum, aurum. 13. ferreum,ferrum. 32.raputarent,reputarent. 229.2.53. quæ,qui. 230.1.9.quoquid, quicquid. 31.Eubocios, Euboicos. 38. Seras, Seres. 230.2.14. per horrendum,perhorrendũ. 29.humã, humanam. 231.1.40. conſtituatur. Videt, conſtituatur: videt. 231.1.45.ſtremum, ſtrenuum. 231.2.8. Petram tefert, Petrum refert. 232.1.17. piſcarorum, piſcatorum. 47. nubus, nibus. 232.2.23. frectratim, fruſtatim. 234.1.10. 235.1.43. poſſet, puſsit. 235.1.47.nimis, minis. antep.venient, venire. 237.1.vltim.conſtituens, conſtitues. 237.2.15. menti,mente. 24.Silix,Cilix. 238.1.29. dimitteret, dimiſerat. 30.anhelans,anhelantem. 239.2.36. nec dum,necdum. 239.2.47. diga tormenta,illium dolores,podagram. 240.2.30.an regimẽ,ad regimẽ. 241.1.6.51.Nizenus, Nyſſenus.Y eſtà ſiempre. 242.2.47. loco compeſtri, locum campeſtrẽ, 50. mare,mari. 243.1.33.quæ,quem. 248.1.27 cauſans accuſans. 50.offerebar, offerant. 248.2.44 prædicatori prædicatoris. 249.1.37. eccũ.Echum. 250.2.13. Hieroſolymitarum, Hieroſolymitanum. 251.1.3. adiungit, adiunxit. 252.1.44. adimplete, adimplere. 252.2.25. Meſopotania, Meſopotamiam. 253.1.27. cuius ære,cuius erat ex ære. 255.1.41. ſitut, ſicut. 255.2.20. qauſi, quaſi. 22. plenũ,plenã. 256.1.22. 37. famen, famem. 257.1.5.vel vt, velut. 259.2.2.obeſſa, obſeſſa. 260.1. 18. gloriæ,gloria. 260.2.38. Omnes,omnis. 47.elegis, elegit. 261.1.45. Gregorius Libe- Gregorius, Libe- 46. rius. Ad,rius ad. 261.2.24. Qui,Cui. 49.licet, terra, licet terra. 262.1.47 famen,famem. 51.bent,berẽt. 264.1.5. tangere,licet, tangeret,licet. 32.gat, vitam &, gat vitam,&. 36.Eſaias,Eſaiæ. 41.gitto, gito. 264.2. 17. ctent,tant. 20. exiſtente,exiſtenti. 265.2.29.Reformauit, Reformabit. 36.Claro, Clario. 266.2.12. 14. quodam, quoddam. 267.1.9. ſtans, ſtrans. 268.1.45. taulibus, tualibus. 269.1.8.noctes, noctes lectum meum. 269.1.14.loan. Ioel. 270.2.34. aggreſtis lactucis ædebatur, agreſtibus lactucis edebatur. 270.2.52. poſſet, poſsit. 271.1.27.diſcit, dicit. 272.1.51. fleuit,tunc qui, fleuit tunc,qui. 273.2.49.ne ſibi,nec ſibi. 274.1.46. iuſtitiæ,iniuſtitiæ. 274.antep. 275.1.12. 275.2.antep. 276.1.33. 276.2.23. famen, famem. 279.1.37.ctui, ctiui 283.1.50 totum folium, totum,folio. 284.2.40. ea,eam. 286.1.39.præuia,peruia. 287.1.23. munditiẽ,mundities. 287.2.6.præcipuẽ quip- præcipuẽ: quip- 288.1.vlt.præpter,præter. 291.2.38. æquorum, equorũ. 39. æqui,equi. 292.1.47.albos,albis. 293.2.11. geſſu, geſtu. antep.viniretur,vniretur. 295.1. zz.aurei,auri. 296.2.40.qui,quæ. 296.2.vltim. 297.1.2. Sicilia,Cæcilia. 299.1.25.vilis,vilibus. 300.1.47.exiſtis,exiſtitis. 305.1.33.uerſæ, uerſi. 306.2.42. nine,dine. 311.45. illuminandos, illuminandi.313.1.8.poterit, poſsit. 313. 2.15.populo,pro populo.315.2.ante.vocare,vacare.216. 2.34.aliud ſal,aliũ ſalẽ.317.1.1.voluit,noluit. 319.1.51. terris,terræ. 31.ptura,pturam. 321.2.36.quodam,quoddam. 322.1.3. ſupernaturale,ſupernaturali. 10.era,erat. 323.1.33.agnetia,agentia. 51.planum, plenum. 323.2. 23.qui, quæ. 324.2.40.huuis,huius. antep. lucidiſsimus, lucidiſsimis. 325.2.32.tis,tem. 328.1.47. ſuum,ſuam. 329.2. antep. aliquem, aliquam. 335.2.37.ſol, ſolem. 336.2.52.ceps aut ſponſus, cipem, aut ſponſum. 338.1. 2.iam,nam. 338.2.41.tum,ptum. 339.1.10.ſedit, ſedet. 342.1.28.eam iuſtitiam, ea iuſtitia. 343.1.11.apud Eu, apud Oe- 346.1.37.ille,illi. 347.2.33.eſt in,eſt à. 348. 2.25.ſcolantes, excolantes. 350.2.27. infructuoſſe ſiminime,infructuoſæ minimẽ. 351.2.42. piſcines, piſcinas. 46.voluptuatur, volutatur. 49.rim.) vin.) 353.1.29. Pahriſæo, Phariſæo. 353.2.2.ipſa,ipſe.354.2.8.prodeat, prodat. 356.1.1.pręcipere, præcipuẽ. 557.1.24.naturæ: in, naturæ in. 359.1.23. Moloe,Moloch. 364.1.45.doctrinam,dictionem. 366.1.25.qua,quæ. 368.1.20.hane & illam, hunc & illas. 372.2.39. mortale, nec mortale. 373.1.28. horripidationem,horripilationem. 47.iurare, iurari.376.2.7.Ido,Idolo- 378.1.13.vapulabis,vapulabit. vlt. Socratres,ſocrates. 379.2.11.vnum,vno. 380.1.1. Radatunati, Rhadamanti. 34. rectẽ, rectæ. 380.2.13. dealbata,dealbate. 37.volentibus,vellentibus. 381.1.11. dictum,delictum. 42.poſſem,poſſum. 382.2.40.rudos, rudes. 385.1.34.docere,docentem. 43.ceſſeret,ceſſeret. 387.1.30. ligatus, ligatum. 23.æſonans, æs ſonans. 29. duabus,duobus. 388.2.35. ingredine,nigredine. 391.1. vlt.obtulit, intulit. 362. 1. 31. bent, berent. 33.bicto, biero. 393.2.40. Eminuit, Emicuit. 393.2. pen. terreas, terras. 394.1.37.Iſtæ, Iſte. 399.1.11.figunt,fingunt. 51. ingererat, ingeſſerat. 403.2.11.es, eſt. 39. dicere, dare. 404.1.6.periculoſæ, periculoſẽ. 406.2.39.Aquin.Aquitan.408.2.12.ille,illæ.409.1.Sponſus.Scopus. 411.2.40. mutates, nutantes. 410.1. ad prædicandum, ad deprecandum. 410.addit,ad id. 422.1.1.quando, quandoque. 428.2.ad quod,ad quid. 429.1.13.poteſtates, potentes. 434.1.8. Acſic, Acſi. 438.2.25. Epyſion, epiuſion. 439.1.22.diſienti,diſſerenti. 25.loan.63.loan.6. 441. 1.2.pericos,petitus. 442.2.22.alueo, aluo. 443.1.cambijs,canibus. 447.1.1. mus peccata, mus ne in peccata. 447.2.18.calidus, callidus. 451.1.antepen. vobis,nobis. 451.2.penul.excidimus, excindimus. 452.2.18.æquũ, equũ. 453.1.10.uolũt,voluerit. 20.paralypſin,paralyſin. 453.1.39. Decerachus, Dicæarchus. 455.1.30. affert, verus, affert,& verus. 456.2.48.diuitias, diuitiæ. 457. 2.12.ſordius,ſordidius. 21.dumnum, damnum. 44.ido, idolo- 48.1.2. idola, idololа- 460.2.29. cercẽ,certẽ. 464.2.notis,votis.469.2.8. qui,quę.466.24.2.paralypſi, paralyſi. 465.1.24. Can- Canis. 468.1.14. lucto,luctu. 468.2.15.Dei, diei. 52.ſaciatus cibo,ſaciatur cibis. 469. 2.antep.protinuus, protinus. 470.2.8. flecteris, flexeris. 475.1.12.qua,quæ. 477.1.32.quæ,qui.478.14.veſtitutum, veſtitum. 478.2.diluco- dilucu- 479.2.21.protipro- 480.1.39. Theoquis, Theognis. 483.1.7. profutura, pro futura.51. ina- inani- 484.2.7.auoluemus,inuoluemus. 25.ieddit, redit. 485. 2.26. diſtricti, diſtrictus. 486.2.18. extimat, exiſtimat. 487.2.27. tun ca pertunc aper- 489.1.14. &.489.2.6. ligua, lingua. 489.2. 48.amicus,animus. 490.2.10.peſsimam de, peſsimam. 490.2.27.ſuem ingredientem,ſues ingredientes. 492.1.

17.

17.illæ, ille. 27.adbibere, adhibere. 492.2.38.iniurgiũ. 50.mãtis, mẽtis. 493.1.19. ſunt, ſint. 21.Velut, Vel,vt. 494.2.cernamus,ſernamus.497.2.42.diuis,diuinis.1.neminem, nemini. 498.1. 11. exerari, reſerari. 498.2.39. Affert,affert, Affer,affer. 47. inuolutabro, in volutabro. 499.1.3. Moſtruum, Monſtroſum. 10.ciſum, ſciſſum. 35.ſpurcama,c, ſpurcam,ac. 39. ſigni- ſignifi- 502.1.9. iuiſtcias, iuſticias. 502.2.17. Antigone, Antigono. 503.1.3.dia,cordia. 503.2.11.diuo,diuino. 504.1.18. nolem,nollem. 505.2.& ſi omnis,& ſicut omnis. 505.2. 40. ſpectamus, expectamus. 1. ecce enim, cæca enim. 506.1.12. inclinata, inclinati. 13.tuis,ſuis. 507.2.40. quoq;, quiſq; . 510.1.10.vitæ,viæ. 49.guſtatate,guſtate. 511.1.30. lubricus, nunc &, lubricus nunc,&. 511.2.8. timida,tumida. 513.2.21. ſint exagerãt,ſent,exaggerãt. 514.2.29.dereliquit, derelinquit. 33.quantum in,quantum. 515.1.48. ectaſi, extaſi. 516.2.30. præcipuẽ, præcipuæ. 517.2.3. hæc, hæ. 520.1.42. ſuperbi, ſuperbos. 521.2.21. permo- per mol- 523.2.21. imminuta, in minuta. 523.2. antep. admirationi,admirationis. 524.2.7. Quocira,Quocirca. 525.2.17.hæretici,hæreticos. 18.ſiti, ſitos. 526.1.48. iudicemus,iudicemur 526.1.24.num non. 526.2.42. ſciſione non eruat,ſciſione eruat. 530. 1.30.vincula,vinculo. 32. in cocto, incocto. 530.2. vlt. redent,rident. 533.1.22. Marchio- Maicio- 534.1.36. texuerunt, texerunt. 534.2.29. tãgit, tingit. 535.2. 43. themare, thematizare. 536.2.20. vniuerſitati, vniuerſitatis. 37.effixerunt, effinxerunt. 540.2.3.ſi de, ſed de. 544.2.pen.debebat,debeat. 545.1.23.Taruiſino Taruiſinus. 546.2.38.diſcerint, dicerint. 550.2.24.quis ſit, quis cum ſit. 25. cũ quem, quem. 560.1.38.auite, aluite. 561.2. 37. corã, coronam. 49. editum, edictum. 563.2.42. erobit, trabit. 565.1.41. præfacto, præfato. 636.1.excitare,exiccare. 641.1.19.acha,hacha. 643.1. 27.detractationes,detractiones. 644.1.38. falliciter,fallaciter. 646.2.antep.adijcentia, adiacentia. 647.2.20. tua multuantem, tumultuantem. 654. peroſtium, per oſtium. 653.2.loab,loas. 657.2.8. poſsint,poſſent. 658.2.45.Cæſaris,Cæſaribus.661.1.7.Iſraelitæ,Iſmaelitæ. 11.ido- idolo- 672.2.35. Trimegiſtrum, Trimegiſtum. 677.2.23.perſipſema, peripſema. 679.2.10.diſpergiſti,diſperſiſti. 17.ſum, ſuum. 39.caudam, caduca. 681.2.4.nobilitatem,mobilitatem. 8.viſibi- volubi- 12. larẽngini,laryngem. 681.2.33.Eſechios,Iſchiros. 682. 1.30.Ionatham,Ioatam. 885.2.46.eſt vobis,eſt de vobis. 2. imperſuaſibilis, imperſuaſibilibus. 687.1.penul. ne, nec. 687.2.1.ſig, ſigni. 688.1.46.tura, toribus. 690. 2. miſus eſt, niſus eſt. 47. ſubenis, ſubuenis. 2. quam in manu, quam in vita. 693.1.penul. duria,ducia. 694.1.1.iuſta,iuxta. 695.1.48. Nec, Hæc. 2.intentio, intẽſio. 696.1.3.de, in. 697.1.42.duos,duo. 698.2.11. ſumo,ſumo. 700.2.9ominibus, nominibus. 702.1.43. & ibi,en tibi. 733.1.41. mercantur, alij compelluntur mercantur,alij furantur,alij compelluntur. 741.1.12..iuſtificati,iuſtificaſti. 743.1.44. igitur Syl Sa. 45. & ſe, & ſyl. 747.1.17.dijs,dij. 753.1.12.vnicula,vincula.756. 1.3.ſuum,ſum. 795.2.37. Abiothar, Abiathar. 763.1. 30. conſecrans. conſecras. 770.1.16. Tu demum, Tum demum. 776.1.40.priſtinum, piſtrinum. 779.2.11.dici dicitur. 781.1.29.loquitur, loquetur. 30. perficiet, faciet. 31.loquetur, loquatur. 783.2. vlt. de quoniam, de vt quoniam. 786.2. muris,nauis. 791.1.43.pœnitentiæ pœnitentiæ. 790. 1.dilecta, delicta. 2. ſalutis, ſolutis.

Iuan Vazquez del Marmol.

UNIVERSITARIA